Post hec autem tempora dum pasceret in montem qui vocatur Syna ducebat oues. Qui mōs est excelsus & ad pastura ęgregius:optimas herbas habens Hic enim cum esset opinio habitare deum primitus,nemo pascebat quia pastores minime illic ambulare presumebant Quo tamen prodigiū & mirabile nimis apparuit.Ignis namq; depascens rubi viriditatem.eiusq; florem transiuit innoxius fructiferosq; ramos nullo incendio dissipauit cum vtiq; flamma vehemens & velocissima nimis esset.Ille autem etiam ipsā visionē inopinabilē formidās obstupuit:& potius dum vocem ignis emitteret & nomine eum vocaret verbaq; facere videretur.Quibus etiam eius fiducias presumentis accedere ad loca vbi nullus hoīm primitus ambulasset eo q̄ esset diuina redarguit.eiq; suasit vt ꝓcul ab igne recederēt.& vt sufficerent ei que viderat cum esset bonus vir magnorūq; virorum ꝓles nihilq; amplius indageret.prędicebatq; ei futurā gloriā & honorē apđ homines deū præsente.Iussitq; vt cum fiducia abiret in egyptū dux & princeps futurus multitudinis hebreorum.& cognatos proprios ab illorum seruitute liberaturus.Nā & terrā inquit habitabunt hanc valde fœlicem quam abrahā videẜ habitauerat parens omnibusq; adepturi sunt bonis.ad hæc vtiq; te eos tuaq; sapientia deducente Iussitq; vt educens hæbreos ex egypto sacrificiū gratiarū actionis veniēs ad illa loca celebraret hæc ergo ex illo igne diuina voce prolata sunt ¶ Moyses aūt obstupescens i his quę

.x.c.3

Rubus quasi ardēs & nō cōburens. Vox ex igne

Mandatum a deo recipit Moyses vt vadat i Egyptū hebreorū dux futurus & liberator eorum

Rñsio Moysi ad deū modū inquirens quo populum liberabit.

B. viderat & multo potius quæ audierat,virtuti inquit,tuę non credere domine q̄ & ipse colo & apte maioribus meis apparuisse nō dubito.vt sanissimū secundū meam sapientiam esse puto. Verūtamē hæsito quemadmodum vir ignarus & nullus virtutis ydoneus vt suadeam verbis quatenus cognati relinquentes terrā quā nunc habitant me sequanẜ ad quā eos ipse deducam aut vel si ipsis satis sit. quomodo possim exigere Pharaonem vt dimittat hæbreos quorum laboribus & opibus virtus eius fœlicitatis augetur. ¶ Deus autem eum in omnibus confidere seq; adesse promittens & ibi quidem opus esset suasione verba præbiturum.vbi autem operibus virtutē ministraturū. ¶ Iussitq; vt baculo in terram proiecto fieret serpens quo signo crederet promissa se percepturum.Hoc dum fecisset draco repebat conuolutus spiris ingentibus.& tanq̄ contra persequentes suū caput seuissimus insurgebat.Qui deinceps factus est virga. ¶ Post hoc vero mittere eū dexterā in sinum præcepit.obediēsq; candidā eam &velut coloris niuei protulit.Post qđ tñ ad solitū est reuersa. ¶ Iussusq; item aquā de proximo sumere eamq; in terram proijcere.viditq; colore sanguineo factā mirantemq; in his cōfidere precipiebat deus, & adiutorium sibimet eū nosse maximū & signis his ad credendum apđ omēs vsurum dicebatq; missus a me secundū mea mandata facies vniuersa.Iubeo ergo in nullo tardātem ad egyptum festinare die noctuq; laborantem ne tua tarditas maius tempus faciat hæbreos i seruitute consistere.Moyses aūt nō diffidēs his quę diuinitas ꝓmittebat inspector vtiq; taliū indiciorum & auctor factus orabat vt hanc virtutem eodē modo experireẜ in Egypto supplicabatq; ne nominis sui deus noticiam ei celaret.vt dū voce eius participatus fuisset pariter & aspectu.insup &vocabulū agnosceret quatinus sacrificans nominati eum adesse hostijs supplicaret.Vt deus quidē ei suā significauit appellationē quā primus homies nequaq̄ videbanẜ audiuisse.de qua mihi non est dicere fas. Moyses itaq; illa signa nō tunc solummō sed semp & vbicunq; contigeret faciebat.ex quibus oibus

Deus tria signa dat Moysi promissorum assertiua Virge in serpentem mutatio. Manus in sinu posite variatio. Aq̄ in sanguinem mutatio Moysi indicauit deus nomen suum

.c.

C. plus maiorem veritatē signis distribuēs deūq; propiciū & suffragatorem habiturū se credēs & domesticos se saluare sperabat.& ęgyptios malis afficere. Audiēs q; regē Egyptiorū Pharaonē fuisse defūctum sub quo ipse diffugerat petijt Raguel vt eius permissu pro vtilitate cognatorū iret i egyptum. Sumensq; Sephorā quā hēbat vxorē filiā Raguel & filios quos hēbat ex ea Gersū al's Gersā & eleasarum alias Eleaser tetendit ad Egyptū.Nominū vero horum gersus quidē hæbrea ligua significat in terra pęgrina:Elasarus autē quia adiutore patrio deo,vsus.ęgyptios effugisset ¶ Cū vero venisset iuxta mōtes.frater Araō deo iubēte occurrit ei Cui Moyses significauit quę i monti cōtigerūt parit & diuina mādata.Procedētibus autē eis:occurrebāt nobiles hæbreorum.eius presentiā cognoscētes Quibus Moyses quoniā verbis suadere nō poterat signa sibimet ostensa mōstrabat.Illi vero stupore eorum quę inopinabilit inspiciębāt oino credebāt.Et ex oibus ęrāt in spe maxima cōstituti;deo scilicet eo

Moyses petita a socero facultate cū Sephora vxore ꝓ filiis tendit in Egyptum.

Aaron frater Moysi occurrit deo iubentem similiter & hebreorum nobiles qbus diuina signa ostendit.

rum prouidente securitatem.

¶ Moyses coram Egyptiorū rege diuina signa facit dei mandatū significans eiusq; virga in serpētē conuersa Egyptiorꝝ virgas (quę dracones vtebanť) deuorauit qđ Rege ipso cōtēnente Hæbreos maiori opprimit labore/ad quē Moyses secundo accedēs plagas diuinas minanť quas oīs Egyptiacus populus. Expertus est Ipse aūt plagę hiis versibus colliguntur. Prima Rubēs vnda/Ranarū plaga scđa Inde culex tristis/post musta nociuior istis/Quinta pecus strauit/ Vesicā sexta cremauit. Post subit grando/Post brucus dente nephando Nona tegit solem/Primam necat vltima prolem.

Capitulum decimumquintum

Dum vero iam obedientes haberet Moyses hæbreos promittens secuturos se quo iuberet: libertatemq; respicere venit ad regem illum qui nuper susceperat principatum. & in quocunq; iuuerat olim Egyptios ab Ethiopibus compressos cum fuisset eorum direpta prouincia declarauit. & q̃ milicia & laboribus magnis vsus tāq̃ pro suis post diuersa pericula nō dignā retributionem acceperit: intimauit pariter etiam quæ illi in Syna monte contigerant deiq; voces & singula ab eo monstrata propter fidem rerum decenter exposuit. rogauitq; ne discredens in his impedimentum dei facerem voluntati ¶ Deridente vero rege Moyses opera fecit. vt cōspiceret signa quæ fueran tin monte Sygna monstrata. Ille vero dedignatus illum quidem malignissimum appellauit & prius Egyptiorum fugisse seruitium & nunc pro seductione aīs, ꝑ seditione remanasse & prodigiorum opus stuporēq; factū magicarꝫ artiū appetisse remedia· Cūq; hæc dixisset. iussit sacerdote easdem quas ille facere visiones tanq̃ Egyptii etiā in hac disciplina sapientes existerent: & quasi nō solus Moyses peritus esset rerū quas ipse per deū posset explere. vt qđ erat valde mirabile. si etiā ab aliis fieret oñdereť quoniā humana doctrina constaret: Et ponētibus illis virgas. dracones sūt facti. Moyses aūt non expauit. sed ait. Nec ego quidē o rex egyptiorꝫ despicio sapientiā: sed tāto melius hęc a me quā horū magica arte sūt facta quanto humanis diuīa cōstat esse meliora. Ostēdā vero nō artibus magicis nec errore sed subsidere veritate quæ mea sūt det: ꝓuidētia & virtute patefacta. Cūq; hæc dixisset ꝓiecit in terra virgā. iussitq; vt in colubrū verteret. Illaq; obediēs etiā egyptiorum virgas quę videbantur esse drachones deuorauit. insiliens donec cōsumeret vniuersas. Quā ī suo scemate redeuntem: sumpsit denuo moyses Rex autem nihil maius in hoc actu vidisse se simulauit. sed iratus in uullo eū præferre dicens Egyptiorū sapientiæ atq; itegritati: iussit ei qui sup Hębreos videbať esse constitutus vt nullam eis præberet requiem sed maioribus q̃ prius eos malis affligeret. Ille vero cū prius paleas eis præberet ad lateres nihil vlterius dedit sed die quidē opibus eos faciebat affligi nocte vero paleas congregare. Et cū eis duplex hac malū existeret & erūna ꝑ illū crudelior istitisset. ille neq; nimis regis fatigatus est neq; ī crepationibus cessit hebreorꝫ. sed aīam suā cōstituit ad vtraq; vt quia laboraret & libertatē cognatis acquireret. ¶ Veniensq; rursus ad regē suadebat ei vt dimitteret hebreos ad mōtē Syna sacrificaturos deo. Hoc em̄ eū p̄cepisse dicebat Et ī nullo cōtradicēdū iussionibus illius exorabat deūq; propiciū fore cunctis si eos dimitteret egredi ne ꝓhibendo illos sibimet reputaret paciendum. quæcunq; patiunť qui dei pręceptionibus cōtradicūt quādo eis qui ira ī se cōmouentur diuinam ex oīnibus oboriunť aduersa & quibus Vtiq; neq; terra neq; aer suauis existit. nec soboles corꝫ naturali modo ꝓgrediť. Sed & inimica omnia & aduersa sentire egyptios dicebat: & Hæbreorꝫ populū abire ex illo ꝓuincia etiā illis nolētibus affirmabat. Reges vero Moyses despiciente sermones nullamq; cōuersionē sui ad talia faciente. passiōes pessime quis singulas explanabo Egyptios inuaserunt nec prius flectarenť alias flectabanť q̄ earum experimenta perciperēt simul & quia vellet deus Moysen in nullo eorū quæ prædixerat monstrati mendacē. & quia prodesset hominibus vt discerent obseruare & facere ea quibus nō posset offendi diuinitas. ne ad iracundiā cōuersus in eorū in iniquitatibus vlciscať ¶ Fluuius eni sanguineus dei volūtate ꝓfluxit. & q̄ bibi nō posset cum fontē aquarū aliū nō haberēt: & nō dolore solūmodo talis erat: sed etiā se, cōgentibus dolores & amarū gemitū inferebat Eratq; talis ęgyptiis. hębreis aūt dulcis & potabilis existebat licet naturaliter videreť eē mutatus. ¶ In hoc miraclo rex hesitans atq; timēs ꝓpter egiptios: abire ꝓmissit hebreos. Cū malū fuisset aliquo modo reuelatū. rursus sentētiā ꝑmutauit nec eos abire ꝑmisit ¶ Deus aūt illo contēnēte post calamitatis ablationē. & nolēte a sua malicia tēperare aliā Egyptiis intulit plagā. Ranarū nāq; ifinita multitudo eorꝫ terras depasta est: plenusq; his erat etiā fluuius. & polluebať eorꝫ potus. & aīalibus ibi putrescentibus fetor cunctis noxius exalabat ex aqua Eratq; cuncta regio hmōi malo plena. ębuliētibus ranis & moriētibus. Quæ etiā domestica eorꝫ hitacula valde vexabāt dū ī cibis sepius inuenirenť & poculis. & cubilibus eorꝫ ī ambulantes Fetor crudelis erat & ab hominabilis: morientibus ranis ac putrescentibus. ¶ Dū his ergo Egyptii premerenť: iussit rex. Moysen tollentē hebreos abscedere. Cūq; dixisset hoc repēte ranarū extremiata est multitudo & terra simul & fluuius suā reuersi sūt naturā Pharao vero mox vt passionibus terra Priuata est oblitus calamitatis

Moyses ad egiptiorū regē (q nouus erat) dei mandata significans.

Moyses cōtra rege signa facit que cōtēnit eum magicuꝫ appellans

Virga moysi ī serpentem cōuersa virgas egyptiorū (quæ videbanť dracones) deuorauit vniuersas.

Maiori labore hębreos vexari iubet rex.

Moyses secundo regē aggrediť ꝑdicē cens sibi & suis futura mala si ñ dimittāt hębreos sacrificare deo suo.

Plagę infligūť egyptiis ī punitionē pc̄torꝫ

¶ Pria plaga. Aqua ī sanguinē mutať ipotabilis egyptiis potabiť autem hæbreis.

Rex ista plaga afflictus hębreos ꝓmittit abire qđ postea negat.

Secūda plaga Ranarū multitudo in terra egypti.

Permittit rex populū hębreorum abire qđ postea negat

D.

Exo. c 4. v. vii.

Exo. c 7.

E.

Ex. c. v.

Exo. c 78.

E.

Ex. c. viii.

illius retinuit rursus hebreos & tanq̄ si plurimas passiones experiri vellet: nequaq̄ dimisit moysen popu lūq; discedere: qn̄ prius timore potius q̄ prudentia eos abire decreuerat. ¶ Rursus ergo alterius mali p cussione eius fallaciā diuinitas vulnerauit. Pediculoꝝ nāq; inumera multitudo egyptijs pulluauit ex ite rioribus ebulliēs. Ex qbus malis male cōsumebāt: neq; lauacris neq; medicamētorū vnguētis genus eo rū exterminare ꝑualētes. Ob hāc ergo pestē ægypti rex turbatus metuensq; simul pestē sui populi licet fatue verecūdiā se deuicti viri putaret hiturū cogebāt tamen a malo tēperare hebreisq; cōcessit egres sionē. Cūq; hoc iteꝝ leuigaretur filios & vxores obsides reuersionis suę eos relinquere sanciebāt. Vnde irritauit potius deū credēs se eius quoq; ꝓuidētiā fallere: sicut etiā moysen. ¶ Sed illum latere non po tuit egyptū punientē ꝓpter hebreos. ¶ Bestijs nāq; multigenis quorū aspectibus nullus occurrit eorū regionē primū impleuit quibus & ipsi cōsumebant & terra agricolarum cultura nudabatur. Si quis pri marū passionū perditionē euaderet: hoc lāguore & interitu hoim alia sustinentiū succūbebat. ¶ Cūq; pharao neq; sic dei iussionibus obediret: ſ3 vxores quidē abire cū viris diceret relinquēdos vero filios postularet: nō defuit deo vnde calliditatē eius diuersis malis & maioribus denuo supuiuētibus castiga ret. ¶ Crudeliter nāq; eorū corpora vulnerabātur interius corrupta. & ita passim ęgyptiorū multitudo cōsumebāt. Rege verso neq; hac plaga tēperāte grando vehemēs cū neq; in egypto prius aer aliq̄ ta le ꝓtulerit: neq; simul apd̄ eos hyemis tp̄e descēdit maiorq; q̄ apud hitatores boreę partis & septētrio nis aeris rigore defertur effluxit. Et fructus eorū vsq̄quaq; cōfregit. Deinde genus locustaꝝ germē qd̄ nō fuerat vexatū grādine deuorauit vt eis generaliter spes terrenorū fructuū depiret. Sufficiebat nāq; quēlibet sine calliditate fatuū ēt ea quę p̄dicta sunt mala ad intellectū & cogitationē vtilitatis adduce re. Pharao vero nō tm̄ imprudēs quātū malignus: sentiēs cām: deo tm̄ cōtradicebat. Iussitq; moysen cū vxoribus suis hebreos abducere: facultatē vero eis deserere: eorūq; depopulādas domos. Moyse vero nō acqescēte ita dimitti eos quos oporteret ita deo sacrificiū de suis rebus offerre: cū ꝓpter hāc cā3 mul to tp̄e morarētur: tenebre ꝓfundissime & ptē luminis nō hn̄tes egyptijs sunt diffusę. ꝑ quibus & visus eorū aeris crassitudine clausi sūt eosq; mori miserabilit̄ cōpulerīt Metuebāt ei ne caligine simul absorbe rent. ¶ Deinde his discussis post tres dies: toti deq; noctes dū nullatenus penitentiā ageret pharao pro pter egressū hebreorū: accedēs ad eū moyses ait: quousq; inobediēs eris voluntati dei: iube dimitti he breos. Nō poteritis ei aliter ab his eripi malis nisi hoc volueritis īplere. Rex aūt iratus in his quę fuerāt dicta: minatus est eius se caput auferre: si ad eū ob hanc importunitatē denuo remearet. Tunc moyses nequaq̄ se de his verba facturū dixit: ſ3 illū ip̄m cū ꝓceribus egyptiorū deprecatuꝝ fore vt hebrei disce derēt. Et ille qdē dū hęc dixisset: abcessit. ¶ Deus aūt oñs adhuc vna plaga feriēdos egyptios vt dimit terent hebreos: iussit moysē p̄cipere populo vt sacrificiū paratū haberēt essentq; p̄structi a decia die xā cici mēsis ad quartā decimā qui mensis apud egyptios quidem pharmuth: apud hebreos autem nisan vocatur, macedones vero xanticū eū appellāt. Et egressuros hebreos omniaq; portaturos asseruit. Et ille quidē p̄paratos iā habēs ad egressionē hebreos: & cōstitutos per tribus: ibi retinebat. Cum autem instaret quartadecima dies oēs ad egressionē tēdētes & imolātes sanguinē domus ꝓprias hyssopi fron dinibus emūdabāt: Cūq; cenassent reliquias carniū tanquā egressuri cōcremauerunt: vnde hactenus se cūdum hunc morē ita sacrificamus. Illāq; festiuitatē pascha vocauerunt quod significat transcensionē eo ꝙ illa die deus trāscēdere eos pestē voluit. que sic egyptios visitauit ¶ Mors enim primo genitoꝝ ita egyptijs facta ē vt plurimi ꝓcerū cōgregati circa regalia pharaoni ꝑsuaderent q̄tenus hebreos sub velocitate dimitteret. Qui vocatū moysen abire p̄cepit arbitratus vt si de ꝓuincia recederent egyptus ab imminenti castigatione cessaret muneribusq; hebreos honorabant alij quidem vt citius egrederent alij vero pp vicinitatis eorum consuetudinem.

¶ Hebreoꝝ exitus de egypto (paschali instituto festo) hos egyptij insequūtur. Moyses quoq; musmu rātes hebreos consolantur: ipsoq; deum orante & virga rubrum mare percutiente diuisum est hebreis siccam viam faciens. quibus prospere transeuntibus. Egyptij submerguntur quorum arma colligentes hymnum concinunt cum gaudio.

Capitulum decimum sextum

AT illi q̄dē egredie bant flentibus & penitētiā agētibus egyptijs: eo ꝙ eis fuerīt sic crude les. Tendebātq; ad ciuitatē noīe. Lytus alias Licois quę nūc alias tunc erat deserta vbi babilon postea fabricata est dū Cambises egyptū deuastasset Celeriterq; agētes iter ad locū beelsephū. tertia die ad rubrū mare venerīt. Et cū ꝓptesr desertū nihil de terra pos sent hr̄e ciborū fermētata farina azimis panibus & modico tātūmodo tp̄e coagulatis ve scebant. Hisq; triginta diebus vsi sūt Lōgiori tp̄e nō sufficerūt quę tulerāt ex egypto cum etiā is cibus sub necessitate custodirent: nec ad satietatē eodē vterent. ¶ Vnde ad memoriā illius inopię festiuitatem octo dierū agimus quę dr̄ azimorū Oīs itaq; multitudo mulieꝝ parit & infātiū egressoꝝ cōsiderātibus

Left margin: A · Exo. 8. · Exo. c. 9 · Exo. x. c. · B. · Ex c. xi et. xi · Ex. c. xij. · C. · Ge. c. xiij. xiiij. xv.

Right margin: tertia plaga pediculoꝝ infinita multitudo q in biblia vocāt Scyniphes. rex cōcedit hebreis egressum qd postea negat. Quarta plaga. Quinta plaga. Sexta plaga. Septima plaga Octaua plaga. Tenebre ꝓfundissime & palpabiles & in biblia ponit nona. In biblia inuenies decem iosephus aūt nō pōit qntā quę (Exodi ca. ix.) ponitur pestis grandis valde super animalia egyptiorū illa scilicet quę tūc erāt in campis potest & sexta cōprehendi & sub quinta quę cotinēt duas scilicet pestem aīalium p hoc qd dicit corpora eē corrupta & vesicitas surgētes p hoc qd dicit ibi corpora vulnerabantur iteritus. Nona plaga q̄ decima ponit ī biblia. egressus hebreorū de egypto Festū azimoꝝ octo diebus q̄ re peragitur.

Quãto ipsi fuerunt in egypto

innumerabilis erat. Qui vero etatẽ habebant aptam ad expeditum: secenta milia fuerunt. Reliquerunt q; egyptum mense Xandico luna quintadecima. ¶ Post ãnos triginta & quadrigentos q̃ pater noster Abraham venisset in chananeam: post Iacob autem aduentũ in egyptũ anno ducentesimo & quinto Moyses autem erat anno quidem iam octogesimo frater autẽ eius. Aron maior tribus annis exstabat ¶ Portabãtq; etiã ossa ioseph. dũ hec ille suos filios p̃cepisset facere. ¶ Porro cum egyptios hebreorũ pœniteret egressus rexq; grauiter ferret tãq̃ beneficijs moyseos signa illa facta fuissẽt deliberauerũt sup eos irruere. Et sumẽtes arma persequebanť tãq̃ reuocaturi eos vbicũq; cõprehẽdissẽt nec eos vlterius deo cõmitteret: seq; p̃ualere contra eos facillime iudicabant cũ inermes essent illi & itinere fatigati. Et a singulis occurrẽtibus requirẽtes quo abirẽt psequi cũ studio festinabãt licet molesta si illis terra iter agentibus nõ solũ in expeditis: sed etiã singulariter ambulantibus. Moyses aũt p ea loca pinde ducebat hebreos vt siqdẽ pœniteret egyptios & psequellẽt hebreos: suppliciũ malicie sue & trãsgressiõis idubitãter exsoluerẽt. ¶ Per palestinam vero grauiter ferebat trãsire pter antiquã molestiã volebat q; quolibet modo latere pergens. Cõfinis enim est hec egyptiorũ prouincie. & propterea via quidem ducente ad palestinã populũ non eduxit: per desertũ vero multũ agẽs iter malaq; perpessus innumera ad Chananeã studuit puenire insuper & propter mandata dei iubentis adduci populũ ad mõtẽ Syna illic sacrificiũ oblaturo. Apprehẽsis ergo hebreis: egyptij ad p̃liũ parabãtur & multa virtute persecuti cõcluserãt eos in paruulũ quedã locũ. Secẽti enim currus psequebanť eos & equites quinquaginta milia & ducenta milia pariter armatorũ. Et itinera quidem dãnauerũt quibus hebreos fugere iudicabãt inter rupes intrãsibiles eos & mare claudentes: vbi terminať mõs ex asperitate viarũ nimis imẽsus & fugã eis pœnitus amputautes. A maritima namq; & montis congressione hebreos militibus obsiderunt os ipsũ fuge claudẽtes: vt egressum eis ad campestria denegarent. Nõ itaq; tolerãtes obsidionis modũ hebrei pter egestatẽ necessariorũ: neq; fuge facultatẽ habẽtes: armisq; priuati qui licet: si pugnare vellent eis spes rerũ oim amissa videretur: nisi semetipsos traderent voluntatibus egyptiorũ. ¶ His ita factis: moyse culpabãt in oibus oblitiq; signorũ que eis fuerãt a deo pliua libertate monstrata vsq; ad hoc venerũt vt etiã pphetã qui eis salutẽ pmiserat sua pro incredulitate lapidibus niterentur obruere: seq; tradere cogitarunt. Eratq; luctus & gemitus mulierum & infantium ante oculos mortem inspicientiũ montibusq; se & mare claudentibus simul & hostibus & fugam nullatenus existis inuenientibus.

¶ Moyses autem licet esset in eũ exasperata multitudo ipse tamen nõ cessabat circa prouidentiã eorũ sed hec omnia iactabat in deum: qui eis iam etiam alia que p̃uiderant pro eorum libertate contulerat Et neq; in hoc eos relinquendos inimicis esse dicebat: neq; seruituros: nec perituros. Stansq; in medio ait. Nec hoibus quidẽ bene cõuersantibus circa nos iustum erat nõ credere. de dei vero puidẽtia vos desperare opus est immense vesanie: a quo vobis omnia puenerũt quecũq; p me ad salutẽ & libertatẽ seruitutis vestre neq; sperãtibus cõpromisit: cum potius inhesitationẽ sicut putatis veniẽtes oporteret nos dei adiutoriũ sustinere cuius opus erit etiã nũc in tali nos difficultate cõclusos ex desperatione sicut vos creditis habituros salutẽ & ex hostibus libertatẽ. Qui fortitudinẽ vtiq; suã ostensurus & circa nos puidentiã est facturus. ¶ Non enim in paruis diuinitas auxilium sui fauoris solet acõmodare: sꝫ potius in quibus humanã spem ad meliora nõ videt accedere. Vnde tali auxiliatori credentes cui virtus est etiã parua grãdia facere & tantarũ infirmitatẽ rerũ sui munimine roborare nolite egyptiorũ arma metuere: nec quia mare et proceri mõtes viã fuge phibẽt: ppterea salutis spacia desperate. Fiẽt ei vobis & hec quasi cãpi dei puidẽtia: & pelagus cõuertetur in terram. Cumq; hec dixisset: ducebat eos ad mare egyptijs intuentibus. Erãt eni e diuerso positi & labore psecutionis affecti: in crastinũ differre p̃lium vtile fore credebant. ¶ Dum Moyses venisset ad littus sumens virgam rogabat deum & auxilatorem atq; adiutorẽ inuocabat dicẽs. Neq; tu quidẽ ignoras q effugere nobis mala p̃sentia nec fortitudine nec auxilio licet humano: sed tu p̃be aliquid salutare exercitui tua voluntate egyptũ reliquẽti Tuũ est enim nunc eripere. Nos enim omni spe & cõsilio dissoluti ad tua solius subsidia cõuolamus & quicquid ex tua prouidentia nobis accesserit quod nos ab egyptiorũ ira liberare nũc possit inspicimus velociterq; tuã nobis ostendere virtutẽ & populum desperatione ruentem in peius: ad securitatem dignare & ad fiduciam pietatis erigere. Nõ enim extranei sumus: sed tuum quidem mare: tuus & mons est qui nos circundat: ita vt & hic aperiri te p̃cipiente & pelagus conuerti possit in terrã. Valebimus ei effugere per desertum: si tue placet virtuti: hac etiam nos parte saluare. ¶ Talia siquidem cum orasset percussit virga mare. Quod repẽte percussione inscisum & in se diuisum terrã reliquit nudam: vt hebreis esset via & fuga. Moyses autem vidẽs ad destinationem dei & pelagus cessisse eis ppriam terrã: primus illic intrauit: & hebreos diuino itinere facto periculo p̃sentium hostium se sequi precipit. Qui delectabantur in hoc agebantq; gratias pter salutem que per eum vltra modum rationis accesserat. Quos etiã nequaq̃ tardantes: sed cũ festinatione pergentes velut sibi presente deo: vesanos quidẽ egi-

Marginalia (left): Quãto ipsi fuerunt in egypto. Etas moysi in exitu & Aarõ: Portabant ossa Ioseph vt ipse precepat. Pœnitet Egyptios dimisisse hebreos in sequẽtes cum armis. Palestina hebreis molesta. Numerus egyptiorum persequentium hebreos et eorũ appatus. Hebrei timore turbati contra moysẽ murmurabant. Cõsolatur Moyses hebreos. In quibus diuina manifestat prouidentia. Oratio moysi ad deum p populi liberatiõe. Diuisũ mare rubrum percussione virge via eis facta quam p̃mus moyses intrauit sequẽtibus alijs.

Marginalia (right): D. Ex. c. 3. Exo. c. 14. Exo. c. 3. 8. 14. E. Exo. c. 14. F.

A ptij primitus iudicabant tanq̄ & ad intentionem manifeste mortis intentos. ¶ Cum vero viderent eos illesos abire nullumq; impedimentum eis nec difficultatis aliquid obuiare: persequi eos aggressi sūt tā q̄ & illis pelagus ita quietum existeret. Preordinātes ergo equos ingrediebanť in mare. Hebrei vero illis se armātibus atq; tardātibus ad terrā cōtra positā puenerť sine aliqua passione illos fugiētes quapropter illi audaciores effecti psequebanť tanq̄ nec ipsi aliquid essent passuri, cū nescirēt hebręis ꝓprie factā & nō esse cōmunē viā quę vtiq; ꝓ salute periculū patientiū fuisset offensa & nō ꝓpter eos quid ad perditionē illorū accedere festinabāt. ¶ Dū ergo egyptiorꝫ exercitus oīs intrasset in mare rursus effusū est mare: & descēdēs vētorꝫ ꝓcella oēs cōprehēdit egyptios imbresq; simul celo pariter descenderunt & tonitrua valde grauissima coruscationesq; labtes & fulmina nichilq; fuit rerū euenientiū p iram dei ad perditionē hoīm quod eis minime tūc non accessit. nox eos caliginose & fluctuose apprehendit. Et isti quidē ita sūt pditi vt nemo egyptius relinquereť ipsorū. ¶ Hebrei vero neq; se tenere poterāt gaudio iopinabili sue salutis & hostiū pditione firmissime liberati: qñ defecerāt q eos seruire coegerāt deū q; sic apte suum adiutorē inspiciebāt. Et illi quidē ita periculū effugientes insup & inimicos punitos sic esse respiciētes vt nulli vnq̄ priorū hoīm poterāt reminisci hymnū tota nocte dixerūt. Moyses aūt cāticū in deū & laudē & gratiarū actionē ꝓpiciatiōis eius hexametro cōposuit. ¶ Ego siquidē inueni i sacris libris hęc singula queq; vt tradidit. Nullus vero discredat verbi miraculū si antiqs hoībus & malitia priuatis via salutis licet p mare sit facta siue volūtate dei siue spōte reuelata: dū & eis q cū Alexādro rege Macedonie fuerūt olim & antiquitus a resistētibus Pāphilicū mare diuisū sit: & cū aliud nō esset iter trāsitū pbuit eis nolēte deo p eū destruere Persarū principatū. Et hoc cōfitentur oēs qui actus Alexādri cōscripserunt. De his itaq; sicut cuilibet placuerit existimet. ¶ Postea vero armis egyptiorū per fluctus & violentia ventorum allatis exercitibus hebreorū moyses & hoc arbitratus dei permissione factum vt neq; armis egerent: cum exeunt colligētes his hebreos muniens eos eduxit per desertū ad mōtem Syna illic immolaturus deo & pro salute multitudinis hebreorū (sicut edictum fuerat) munera redditurus in pace.

B.

Egyptij hebreos persequentes mare ingressi oēs submergūtur saluis hebręis.

Procellę ventorum fulgurū tonitruorū & oīꝫ p irā dei ad hominū pditionē euenientū sup egyptios irrue runt.

Gaudiū hebręorū hymnū canentium.

Moyses metrū hexametrū cōposuit.

Confirmat iosephꝰ pdicta auctoritate sacrorum librorū & p locū a maiori Hebręi submersorū arma egyptiorum collegerunt.

Exo. 15.

¶ Explicit liber Secundus.

¶ Incipit liber Tertus qui cōtinet tempus annorum viginti.

¶ Moyses hebreos duxit in desertū p Mar qui & Marad dr̄ vbi ꝓ aque amaritudine murmurantibus cōtra Moysen diuinitus dulcorat: a qua deinde in Helim transeūtes ꝓpter terre sterilitatē iterum Moysen culpantes eumq; lapidare volentes orante Moyse in cibo ortigine diuinitus & māna quod eis quadraginta durauit annis de celo recipiunt.

¶ Capitulum primum

IGitur inopinabiliter hebreos tali saluti donatos grauiter iterum cōtristabāt dū Syna ducerenť in montē essetq; regio valde deserta: & necessarijs alimētis egena & aqua difficilis quę non solum vt preberent aliquid hoībus indigebat sꝫ etiā nec aliqua animalia vt aleret erat idonea. Est enim sterilis: nullusq; nouus fructus ex ea valet oriri Per huiusmodi siquidem regionē necessaria pperabant: qñ vnde irēt ad alia non habebant Portabať aqua ex locis iā transactis duce iubente & ea expensa: ad effodiendos puteos cū labore propter terre duritiam accedebāt. Et cū inueniretur: erat non potabilis sed amara simul & parua. ¶ Hoc itaq; modo facientes iter circa meridiana vespere venerunt ad locū quē pp aquę maliciā Mar nominauerť. Amaritudo enim hebraica lingua sic dr̄. Ibiq; fatigati itineris violentia indigentiaq; ciborū qui eis defecerāt omnino manserunt. Erat enim illic puteus valde dirus qui nec sufficere quidē tanto exercitui poterat: paruā tñ eis consolationem prebebat q in illis fuisset locis inuētus. Audierāt enī ab exploratoribus quia nihil ābulātes vlterius inuenirēt. Illa siquidem aqua amara grauiter non solū hoībus sed etiā subiugalibus existebat. ¶ Videns itaq; Moyses populum in angustia cōstitutū & simul cām cui resultate non poterat neq; enim inimicus erat hostis: quatenus vim inferēti necessitare potuisset & sua fortitudine resistere: sed dū isto mō eorū deficeret virtus infantumq; & mulierū multitudo debilior nihilq; pdesset doctrina verborū calamitatem omniū suā Moyses ppriā faciebat in vnū deniq; cōcurrebant: mulieres quidē ꝓ paruulis viri autem pro semetipsis. ne eorū vtilitatē sperneret sed eorum saluti quocūq; ordine puideret. Ad hoc ergo cōuersus est vt deo solūmodo supplicaret: vt aquā ex malicia p̄senti cōuerteret eāq; illis potabilē donaret. Et cōcedente deo tantē gratie: sumēs summitatē virge quā in presenti gerebat: diuisit p mediū & in longitudinem ipsam incisionē faciens deinceps iactauit in puteum satisfaciens hebręis eo q deus eius orationes audisset & ꝓmisisset aquā se eis qualem concupiscerent p̄biturum si tamen iussis eius non segniter sed promptissime ministrarēt. Illis vero dicētibus q vellent se facturos si aqua cōuerteretur in melius iussit eos q iuuētute valebāt haurire dicēs ꝓ prius effusa plurima: que vltia remaneret aqua possit eis eē

C.

Exo. 15.

Sterilitas deserti, Sur.

Hebreorum in Marlocū qui i biblia Marad dicit posttres dies applicatō & pp aqꝫ amaritudinē cōtra Moysen murmuratio.

Orō Moysi ad deum pro dulcoratiōe aque. Dulcorata aq̄ potabilis efficiť

Hebrei in Heli castrametati sunt malicia loci & sterilitas palmarum.

Illi qdẽ laudauerẽt dictũ. Aqua vero frequẽtibus cõcussionibus exercitata purgataq; est facta potabilis ¶ Hinc itaq; castrametati venerũt in helimque procul quidembona videbat aspectu. Habebat ei palmarum arbores de ,pximo autẽ maligna comprobatur. Nã palme illic septuaginta nõ ãplius erãt increscibiles: nec multũ eminentes a terra propter inopiã aque dum esset locus oĩs arenosus neq; eis ex duodecim fontibus humectatio quedam aut ad rigandum spes vtilis habebat: sʒ dũ germinare nõ possent steriles erant indubitater & pauce. Cũq; per arenã discurrerẽt: nihil eis penitus occurrebat vel si paucũ aque manibus sumerent inutile atq; cenosum. Fructũ vero ferre erant ille arbores nimis inualide ,ppter aque vt dixi sterilitatẽ.

Murmuratio populi contra Moysẽ cũ lapidare volẽtis qa ei victualia defecerunt hec facta sũt in deserto Sin inter Helim & Syna vt dr̃ in biblia. ca. xvi. Exodi.

¶ Pro hac ergo causa culpabant ducẽ: clamabãtq; suã ei miseriã experimẽtũq; malorũ p eum se pati dicebãt: triginta dierũ ambulãtes viã. Quecũq; eñi portabãt: cuncta cõsumpserãt & nihil penitus inueniẽtes erãt i rerũ desperatione cũctarũ. In presenti vero nãq; malo habẽtes animũ & nõ recordantes quãta eis fuissent a deo & Moyseos virute sapiẽtiaq; collata: irascebanť aduersus ducem & lapidare eũ simul aggressi sunt: quasi ipse causa tãte calamitatis existeret.

Moyses populum suasibilib⁹ verbis mitigare nitiť dei beneficia pterita commemorans.

¶ Ille vero ita multitudine ,puocãte & cõtra eũ amare cõmota: de deo cõfidẽs & cõsciẽtia pura ,uidẽtie sue quã gerebat cõtra contribules suos semetipsũ dedit in mediũ. Et cũ clamãtibus atq; ad lapides manus habentibus cũ esset ille aspectu gratissimus & ad loquendũ multitudini suasibilis: mitigare cepit iras eoꝝ neq; eos malorum p̃sentiũ recordantes: obliuionẽ priorũ beneficioꝝ habere poscebat nec quia nũc laborarẽt iõ deberẽt ppetue dei munera donaq; ,pijcere: quorũ iã magna & inopinabilia meruissẽt sed sperare potius etiã de p̃senti anxietate sed dei ,uidentia liberãdos: q eorũ virtutẽ ,pbare vellet si haberẽt tolerãtiã & bono aĩo p̃cedentia illa retinerent: quasi alias quia si nõ ad illa bona ,ppter p̃sentia mala respicerẽt exercerenť i malis & arguerenť nõ esse boni. Neq; circa patiẽtiã neq; circa beneficiorũ priscorũ memoriã cũ ita deũ eiusq; volũtatẽ cõtemnerẽt p quã egyptũ reliquissẽt & ita circa eũdẽ ministrũ eius affecti esse viderenť cũ eis vtiq; fuisset i nullo mẽtitus: de qbus dicẽdi aut faciẽdi dei mãdata h̃ret.

Recapitulat moyses dei beneficia facta hebreis.

¶ Enumerebat igiť oĩa queadmodũ perẽpti fuisset egyptij q eos cõtra dñi cõpresserant voluntatẽ & quẽ admodũ idem fluuius illis quidẽ sanguineus esset ipsis vero potabilis atq; dulcis: & quomõ p mare ne lõgius fugiẽtes nouã viã aggressi: ipsi qdẽ ex illo saluati sunt inimici aũt illorũ ,prsus absorpti. Et quia dũ arma nõ haberẽt ẽt hoc eis deus abũde p̃buerit & alia quecũq; ad pdẽdos inimicos & istos saluandos necessaria fuissenť eis vltra spẽ virtutis sue more cõtulerit. Nõ ergo debetis inqt etiã in p̃nti de eius ,uidẽtia despare sʒ sine iracũdia sustinere & cogitare eius auxiliũ nõ qdẽ tardũ eẽ s iõ nũc differri vt vos hac difficultate ,pbet vtiq; credẽtes deũ nõ p defectũ esse segnẽ sed ,p experimẽto virtutis vestre & desiderio libertatis vt cognoscat vtrũ & ciborũ inopiã & sterilitatẽ aque ,p eo fortiť ferre possitis: an seruire potius eligatis sicut iumẽta dominãtibus sibi: & eis q ,ppter ministeriũ suũ hec piguissime nutrire cõsueuerũt.

Quare differt deus quãdo q; dare auxiliũ.

Adijciẽs sup hec dicebat nõ se tm̃ de sua salute metuere qñ vtiq; nihil mali pateret si moreret iniuste: sʒ potius ,p istis cogitare: ne p lapides quos mitterẽt sup eũ deũ cõtẽnere iudicareť. ¶ Sic itaq; mitigauit illos & ab ĩpetu qdẽ lapidatiõis abstinuit alias abstinere fecit & ad penitẽtiã ab sceleris actione cõuertit: dicẽs eos nõ hoc rõnabiliť: sʒ necessitate fecisse. Cogitauitq; ꝙ oporteret vt ad diuinã supplicationẽ p̃cesq; venirẽt.

Orõ moysi ad deũ ,p cibo populo tribuendo et pc̃õ di mittẽdo exaudita vñ exhylarescente Moyse popul' letatur.

¶ Et ascẽdẽs i quẽdã scoopulũ deposcebat vt questũ aliquẽ deus populo tribueret & eos ab inopia liberaret: in ipso eñi esse salutẽ suã & in alio nullo: vtq; cõcederet veniã his qui in p̃nti fuerãt necessitate populi gesta cũ generi hoĩm res fortuite ,ueniẽtes & difficile placeãt & eis accusatio sit amica. Deus aũt & ,uisurũ se cõpromisit & occasionẽ eorũ desiderijs p̃biturũ Moyses vero a deo hec audiẽs descẽdit ad plebẽ. Illi vero cũ viderent eum ,pmissionibus letum a mesticia ad hylaritatẽ cõuersi sunt. Stetitq; ille in medio: venisse se dicẽs a deo & portare eis prohesitationibus presentibus libertatẽ.

Cibi hebreis exhibitio diuinitus scʒ ortigiarũ que cortunices i biblia dicuntur.

¶ Et post paululũ ortigiarum alias ortigi metarum multitudo quas p̃cipue nutrit sinus arabicus trãscenso medio mari superuolauit: & post laborem volatus quasi ad terrenam requiẽ descẽdit inter hebreos. Illi vero tãq̃ alimẽtũ sibi a deo collatũ cõprehẽderunt eas. Tunc Moyses ad oratiões dei cõuersus est repẽte qui ,pmissionis sue cõpleuit auxiliũ. Mox autẽ post occasionẽ cibi prioris etiam deus secundum eis emisit. Extendente namq; Moyse manus ad orationẽ: ros descẽdit ex aere. Cumq; fuisset eius manibus illinitus Moyses arbitratus est etiã hoc ad cibũ eorũ a deo fuisse collatũ gustauitq; & letus effectus est.

Gustãs moyses mãna docet hebreis cibos plu isse. Simile mãna coriandro.

Ignorãte aũt multitudine & ibremesse credente & tẽporis esse pluuiarũ qd agebať ille docebat eos ꝙ nõ secũdũ illorũ opinionẽ ros de celo descẽderet: sʒ ad salutẽ eoꝝ cibũq; venisset. Et cũ gustaret: fidẽ credẽdi p̃bebat eis. Illi vero imitãtes ducẽ delectabanť in cibo: mellis enim dulcedinẽ & delectationẽ habebat valde suauẽ. Simile autẽ erat aromatibus p̃cipuis: & magnitudo eius seminis coriandri. Festinabantq; singuli colligere vehementer.

Preceptum de colligẽdo mãna Assarius genus est põderis qd in biblia Gomor dicitur

Quibus precipiebatur vt omnes ex equo per dies singulos assarij mensuram colligerẽt: nec esset relinquendus ille cibus in crastinum. Hocq; fiebat ne debilibus colligendi difficultas existeret virtute valentium & ex hoc ad necem accederent. Qui tamen a precepta mensura cum plus colligissent: nihil amplius q̃ labores habebant cum maius nihil il-

D. Exo. c. 16.

E

F.

D. lic q̃ assatiũ iueniret & quod remaneret in crastinũ nulli vtilitati proficeret quãdo vermes illd & amaritudo cõsumeret. Sic ergo erat cibus ille diuinus & inopinabilis: & hmõi vltio fiebat ipsarum rerum preuaricationes seruãtibus. Hactenus autẽ sic rigatur imbribus locus ille: sicut etiam nunc a moyse pstãdũ diuinitus misit hunc cibum. Vocant autẽ hebrei hũc cibum manna. Manna itaq; interrogatio est in nostra lingua dicẽtis: quid est, hoc. Illi siquidẽ gaudiũ i his quę illis celitus fuerãt missa celebrabãt. ¶ Quo cibo quadraginta annis vsi sunt quanto tẽpore i deserto fuerunt.

Manna quid significat.

Quadraginta annis Manna hebreis cibus fuit.

¶ Hebrei in Raphidin pp aquarum penuriã in Moysen irascentes ex petra abũdantissimã diuinitus receptũt aquã quiq; ibidẽ pugnãtibus cõtra eos Amalechitis victoriã manus eleuãte in celũ Moyse Iosue belli constituto duce habuerunt. ¶ Capitulum secundum

.c17 CVmvero inde migrassent venerunt in Baphidin passi nouissimas p intolerabili siti miserias. Nã cũ pcedentibus diebus paucam aquę difficultatem habuissent tũc oĩno cõpatiẽtes terrã inaquosã in malis erãt. Rursusq; irascebant in ducẽ. Ille vero paululũ multitudinis ipetũ deuitãs dei conuertebat ad pces: rogãs vt sicut eis cibũ indigentibus pbuit: sic etiam potum daret cũ periret apud eos etiam cibi gratia non existente potu. Qui donum non diu distulit: sed Moysi pbiturum se terram & aquę multitudinem vnde non possit sperare promisit. Iussitq; vt virga percuteret petrã quę ibidem erat posita: & ex ea sumeret abundantiã rerum quibus egerent. Curabat enim vt neq; cũ labore potus eis adesset. Hoc ergo Moyses a deo sumens veniebat ad populũ sustinentem & in eo conspicientẽ. Viderunt namq; iam eum de monte descendere. Cum vero venisset: liberaturũ eos de hac necessitate dicebat deum donatãq; salutem non speratã & de petra eis fluuium manare pmissum.

Hebrei i raphidim vehementem sitim patiẽtes rursus cõtra moysẽ murmurant.

Oratio moysi ad deum pro potu hñdo.

E Quibus obstupescẽtibus hũc auditum sic eis siti & itinere fatigatis: necessitas ad hęc fieret vt petrã inciderẽt Moyses virga pcussit petrã eaq; scissa: aqua manauit copiosa & valde pspicua. Illi vero inopinabile factũ mirati sũt. Quod cũ viderẽt: iã eis etiã sitis ipsa cupiditas est ablata: bibẽtibusq; dulcis & suauissimus erat potus: vt q̃le donũ eẽt: deo donãte videret. Tũc ergo Moysẽ mirati sũt q a deo sic fuerat honoratus: & sacrificia p dei puidẽtia collata sibimet ipẽdebãt. Declarat aũt scriptura i tẽplo reposita q deus pdixerit moysi aquã hoc mõ de petra manaturã. ¶ Cũ vero hebręorum nomen iã valde vbiq; diuulgaret & de his sermo cresceret: i timore nõ paruo puinciales erãt: & mittẽtes legatos ad inuicẽ solatia deposcebãt vt simul viros illos interimere niterent. Erãt aũt in hoc istãtes q Gebothalias Gobothe & petrã ihabitãt q vocant q̃dẽ Amalechite pugnatores aũt maximi illarũ tũc gẽtiũ existebãt. Quorũ qninq; reges inuicẽ semetipsos & circũhitãtes ad bellũ cõtra. Hebręos rogabãt dicẽtes exercitũ alienigenã & egyptiorũ seruitia fugiẽtẽ sibi inuasiones inferre nec bonũ sibi fore factũ tale despicerẽt: sed vt anteq̃ eorum fortitudo ad maiorẽ tẽderet ptãtẽ: & ipsi pugnare magis inciperẽt cõfidẽtes eo q eis nullus resisteret destruẽdos eos eẽ cautissimũ atq; sapiẽtissimũ edicebãt & penas ẽt de deserto & actib9 quos illic gesserãt exigẽdas q nõ ita possit euenire cũ ciuitatibus atq; bonis eorum manus imitterẽt. Illi aũt inchoãtẽ inimicorũ virtutẽ mollire & deijcere optimũ esse magis q iã pficiẽtẽ phibere credebãt alij vero hoc supfluũ putabãt alij nullã eis occasionẽ aduersus se fieri pmittebãt. Hec & his similia p multas puincias adinuicẽ legationibus agitãtes deliberauerũt aduersus hebręos bella suscipere.

Aq abũdanter fluit de petra virga percussa.

Pugne amalech cõtra hebreos cã & apperatus in Raphidim.

Quinq; reges cõtra hebreos.

F. Moyses itaq; cũ nihil belli speraret: hesitationẽ & turbã habuit repẽte puincialiũ: & ad cõgregationẽ iã pteritorũ subitaq; picula hebreorum multitudinẽ pturbãt quia licet oĩm rerum haberẽt inopiã potiorem tñ necessitatẽ pugnãdi cũ hoibus qui licet rebus omnibus bene conditi putabant. Moyses autem consolare cepit eosq; cõfidere deposcebat decretoq; dei credere: quo fuerãt sepe liberati: & q debellarent eos ẽt q eorũ hostes existerẽt. Arbitrati aũt exercitũ q̃dẽ multũ & oĩbus armis instructũ pecunias/alimẽta aliasq; res in quibus solent hoĩs cõfisi pugnare: in auxilio diuino cõsisteret/ & sibi p deũ oĩa hęc adesse. Inimicorũ vero manũ paruã: mercẽ debilẽ tãq̃ nõ fruerent quę istos hrẽ cõstaret deo volẽte facile superari. Scire autem eos oportere dicebat qualis eorũ auxiliator fuisset iã in multis experimẽtis & grauioribus & q in psenti q̃dẽ bello haberent laborem aduersus hoĩes: cũ vero fuerit eis sitis & famis inopia & in mõtibus atq; mari periculũ vbi fugã inuenire nõ poterãt. Hęc oĩa diuino solatio deuicisset. Ergo rogabãt eos esse promptiores tanq̃ oĩm rerũ eis facultas esset ita vt hostibus pualerẽt. ¶ Et moyses quidẽ populũ hmõi verbis exacuebat ad pliũ cõuocans tribuũ pricipes. Et postea singulos adinuicẽ. Iuuenes quidẽ exhortabat senioribus obedire: illos aũt vt verba ducis audirẽt. Erãt aũt eorũ anime piculo cõstitute & ad pñtia pparate: spabãtq; aliqñ a malis hmõi liberari: iubebãtq; moysen vt ad bella piret neq; tardaret ne dilatio eorũ fiduciã ipediret. ¶ Ille vero ex multitudine pugnacẽ eligẽs iuuẽtutẽ: sup eos istituit Iesũ naue filiũ de tribu Effrain valde robustũ & labores tolerare fortissimũ, ad cogitãdũ simul & loquẽdum nimis idoneũ: q nosset decẽter deũ & Moysen doctorẽ colere pietate: essetq; apd Hebręos aptus. ¶ Paucos vero circa aquam constituit: plurimos aũt exercitus circa insantũ mulierũq; custodiam. Et tota quidem nocte erant preparati quecumq; fecerant arma sumentes: tanq̃ prelium aggressuri dum eis preciperent.

Moyses cõsolatur hebreos eos ad bellũ incitãdo cũ spe diuini auxilij.

Exortatio moysi ad tribuũ pricipes.

Iosue istituitur dux belli p moysen pter suas virtutes.

Ordiatio exercitus hebreorũ

Inuigilabat aūt & Moyses docēdo Iesum quamadmodū exercitū collocaret. Incipiente vero die iā pa di rursus poscebat iesum ne minus inueniretur in opere q̄ circa eū esset spes vniuersorū gloriaꝫ p̄sentis militie in futuris nationibus possessurus. Hebręorum vero nobilissimos seorsum rogabat cunctamq; pa riter multitudinē exhortabatur armatā. ¶ Et ille quidē cum ita constituisset exercitum sermonibus dis cessit ad montem deoq; simul & iesu credidit expeditum. Miscebantur itaq; hostes & in manibus erat bellum fiduciaq; & viribus vtebantur in inuicē. Donec itaq; moyses ad celū extēderet manus Hebręi cō primebant Amalechitas. Cūq; laborem ex defectu manuū Moyses ferre non posset: quia quotiens eas deponebat totiēs hebręos perire cōtingebat: iussit fratrem Aaron & sororis Marie virū noīe Hur sibi as sistere eiusq; manus ex vtroq; latere cōtinere: vt adiuuantes eū nō pmitterent laborare. Quo facto he brei Amalechitas fortiter deuicebāt. Et omnes vtiq; interissent: nisi nocte superueniēte populus reces sisset a cede. Victoriāq; optimā atq; pfectam nostri habuere maiores inferentesq; sibi bellum vicerunt & circūhabitantes terruerunt. Abundantiā potiti sunt magnorū clarorū bonorū: quę suis laboribus ha buerunt. Deuincentes nāq; exercitū hostiū: maximas diuitias & publice & priuatim possederunt om nes: cum primitus etiā alimētis necessarijs indigerent. Fuit autē eis non solum in presenti sed etiā in fu turo bonorum causa huius quam p̄diximus pugne perfectio. Non enim tantummodo corpora hostiū seruitio subdiderunt: sed etiā mentes & cunctis circūhabitātibus post illorum deuictionē fuere terribi les eisq; diuitiarū maximū culmen adiectū est. Nā fugientes inimici magnam copiam argenti simul & auri dereliquerunt in castris: & vasa erea: quibus ad vescendū vtebanť: multāq; & insignē abundan ciam vtrarūq; rerū id est ornamentorum textilium pariter & armorum & aliorū quę parabātur ad pre lium diuersaq; iumenta et quecunq; moris est sequi iter agentem exercitum. Prudentiaq; repleti sunt hebręi opere fortitudinis & multū desideriū virtutis erat in eis. Semper enim laboribus insistebāt oīa se capere iudicā tes. Huius ergo belli hic extitit finis. ¶ Postea vero Moyses exuebat mortuos hostiū & arma fugientiū colligebat & hęc viris pugnatoribus exhibebat: ducēq; militie Iesum p̄conijs attol lebat exercitu testificante cuncta quę gesserat. Mortuus est autem hebręorum nemo hostiū vero tanti quātos neq; numero cōprehēdi possibile est. ¶ Pro gratiarū vero actione Moyses sacrificās altare cō stituit quod dei victoriā nominauit ꝓphetauitq; omnes perituros fore Amalechitas nihil q; eorum in futuro relinquendū: eo q̄ cōtra hebręos dimicassent in solitudine & nequaq̄ positis i calamitatibus pepercissent. Tūc exercitū fessum cōuiuiorū opulētia reparauit. Hoc ergo bello cōtra hostes suos post egressum ex Egypto primitus ita pugnauerūt. Cū vero pacificas post victoriam Moyses hostias obtu lisset fecissetq; nō paucis diebus hebręos cessare post pugnam produxit ordinatum exercitum. Multa nāq; eis iam copia erat armorum. ¶ Et p̄cedens paulisper tribus mēsibus postq̄ mouit ex egypto ve nit ad montem Syna: vbi ei circa rubum multas visiones factas fuisse prediximus.

D. E.

Moyses ordiato exercitu ascēdit in mōtē cū Aarō frē & Hur sororis suę viro deū oraturus. Moyses manus in celū tēdēte vincebant hebrei & ipso deprimente vincebantur. Victoria hebręorum maximā contra Amalechitas qua maximas diuitias possederunt. Preda hostium maxima. Laudabat moyses iesuꝫ militie ducem. Nemo hebręorū mortuus est hostiū infiniti. Moyses altare edificās deo sacrificauit grās ꝓ victoria agēs Moyses tribus mensibus post exitum de egypto veīt ad mōtem Syna.

¶ Raguel qui & Ietro in biblia dr̄ Moysi vxorē & filios adducens occurrit. Cui consiliū de onere iudi candi sapientibus distribuendo dedit quod obseruari Moyses fecit.

¶ Capitulum tertium

Cum autē Raguel socer eius audiens felicitatē eius libēter occurrit. Et Moyses excipiēs cū eo Rephorā vxorem suam & filios: delectatus est in eius aduentu. Et facto sacrificio epulas copiosissimas populo ministrabat iuxta rubū q̄ flammā ignis emiserat Et multi tudo quidē per cognationem epulis vescebatur. Aaron aūt sumens raguel: & qui cū eo erāt hymnos canebāt in deū: q eis salutis & libertatis & egressionis sue auctor extiterat Simulq; laudabant ducem: quasi eius virtute cuncta eis ꝓspera contigissent. Et raguel quidem multa p̄conia plebis apud Moysen de eorū fortitudine dixit: quia ꝓ cūctorū salute sic laborauerūt vniuersi Deinde Raguel videns Moysen in rerū multitudine constitutū cunctis aduentibus eum vtlites discin deret postulantium alias postulantibus & tantūmodo se iustitiam impetrare credentium alias creden tibus si ille eis arbiter iudicaret: eis nāq; qui vincebātur leuius esse pdere videbatur per iusticiam moy seos: q̄ victores sentētiā cuiuslibet auaritia sustinere tūc equidē tacuit nolēs ipedire volētibus ducis vti virtu te. ¶ Cū vero quieuisset a turba sumens eū solū seorsū docebat que eū oporteret facere cōsiliūq; dabat quatenus minorē qdē rerū curā alijs cōmitteret: de maioribus auteꝫ & salute plebis ipe tantūmō ꝓuideret. Nā ad vindicādum etiam alios hebreorū dignos inueniri dicebat: cogitare vero ꝓ salute tāto rum nō quemq̄ alium nisi Mosen posse solummodo. Sciens inquit virtutē tuam & qualis fueris in mi nisterio dei ad saluandum populum rerum arbitrium committe alijs examinandum tu vero ad solum dei ministeriū retine temetipsum cogitando & requirendo quemadmodum populum ab hac possis inopia liberare. Meis ergo cōsilijs vtere de rebus humanis & exercitū perfecte dispone per dena milia viros deidepmille. Ita post hęc diuides eos p quīgenos & rursus i cētū deidei qnquagenos & iudices cō stitues sup eos q p trigīta rursū diuisi & p vicenos & denos hēbūt ꝓprios iudices eoꝝ negocia finiētes

Exo c.18. F.

Raguelis moysi soceri q in biblia Ietro sacerdos madian appellať ad moysen occursus cū Sephora eius vxore & filijs. Cōsilium Ietro datū moysi de onere iudicādi viris sapiētibus distribuēdo. Ietro moysi seorsū dat consiliū. De exercitu diuidendo consiliuꝫ Ietro.

A Si autẽ aliquis sup istos vnus: vocabulũ a ꝑcipuo numero sumẽs. Et hij quidẽ sint approbati ex oĩ plebe boni & iusti q de diuersis rebus iudicẽt eos. Et si quid est maius: ad potiores veniãt dignitates. Q đ vero etiã apđ eos difficile fuerit deducat ad te. Sic ei fiet vtrũq; quatenus & hebrei iusticiã ĩpetrare meteãtur: & tu ministrãdo soli deo facias eũ exercitũ esse ꝓpiciũ. Hęc ergo Raguel monente Moyses libenter excepit: & secum huiusmodi dictum fecit nõ celãs cõsilium eius nec suam faciens illius suasionem: sed inuentorem huius rei omni populo manifestans. Nam & in libris suis Raguelẽ cõscripsit iuẽtorẽ ꝑdicte rei optimũ esse credens vt omnibus notã faceret veritatem: licet ei soli prebere potuisset gloriam que ab alio sũt inuenta. Factum est itaq; quatenus virtus moysi potuisset etiã ex hac volũtate cognosci. Sed de his quidem oportune in scriptura alia declarabimus.

¶ Moyses montẽ Syna ascẽdẽs purgatis hebreis nubes eos opuit tonitrua fulmina coruscatiõesq; dei presẽtiam indicantes super eos ferunt quibus decẽ dei ꝑcepta ĩ duabus tabulis manu dei inscripta bona predicens adimplentibus manifestat. Cap. quartum.

Exo. c xix. Moyses autẽ cõuocata multitudine ipse quidẽ ad mõtẽ Syna iturũ se esse dicebat tanq̃ cum deo mãsurus & aliud quidem ab eo vtile ꝑcipiẽs ad eos sit remeaturus. Illis vero ꝑcepit iuxta montẽ tabernacula sua ponere & vicinitatẽ dei tenere. Hęc cũ dixisset ascẽdebat in mõtẽ Syna qui excellẽtissimus est in illis regionibus & ꝓpter altitudinẽ magnitudinis sue & scopulorũ ꝓceritatẽ non solum hoĩbus inaccessibilis sed etiam qui videri sine aspectus labore non possit. Et cũ sermo esset circa eũ deũ habitare terribilis oĩbus & inaudibilis erat vniuersis hebreis. ¶ Siquidẽ secũdũ moysi mãdata tabernacula mutauerũt & radicẽ mõtis apprehenderũt eleuãtes manus suas ad deũ tanq̃ cũ ꝓmissione bonorum quã eis ꝓmiserat moyses cũ reuerteret a deo. ¶ Et festiuitatem celebrantes sustinebant ducẽ purgantes semetipsos alia purgatione necnon & a coitu mulierũ tribus diebus sicut eis ipse ꝑdixerat abstinentes rogantesq; deũ vt placide susciperet moysen & dona ꝑpararet q̃bus bene viuere & de cetero possent. Vtebantur enim cõuiuijs opulentis & ornati decenter cũ coniugibus & filijs abstinebãt & duobus quidẽ diebus erant in epulis cõstituti. Tertia vero die anq̃ sol oriret nubes operuit cũctũ hebreorũ exercitũ: & locũ vbi tabernacula fixerant oẽs circundedit & fulgura facta ventiq; vehemẽtes pluuiam nimiã concitantes vndiq; ferebantur & chorusca tiones erãt vidẽtibus

B. valde terribiles: & fulmina crebro demissa dei ꝑsentiam omnibus indicabant. ¶ Et de his quidẽ vnusquisq; legentium sapiat vt voluerit mihi vero necessitas est referre hec sicut in sacris libris scripta sunt. ¶ Hebreos itaq; ea quę visa fuerant & clangor auribus redditus valde terrebat etiam sermo quo referebatur ꝙ deus habitaret in mõte: retinebãtq; semetipsos in tabernaculis suis afflicti. Sed & Moysen ira dei perisse putabant: & de seipsis sustinebant similia. ¶ Cũ ita consisterent apparuit Moyses letus & nimis exultans: q & formidinem eius abstulit: & de futuro meliora ꝓmisit: serenusq; repente & purus aer q ante paululum fuerat cõturbatus Moyse adueniẽte reuersus est Igitur inter hęc conuocabat populũ in ecclesia: vt audirẽt quę eis dixisset deus. Quibus collectis: stans in excellẽtiori loco vnde eũ omnes audirent: ait ad hebreos. Deus quidem sicut & prius propitius me suscepit vitamq; vobis felicẽ ꝓmittẽs & conuersationis ornatum: etiam nunc ipse assistit in exercitu. Cum siquidẽ & opera quę propter illũ nobis sunt facta cõsiderantes: non despiciatis ea quę nũc dicunt: in me q hęc dico respicientes

C. Ex. xx nec qđ per me lingua humana deus vobis loquit attendatis: sed virtutẽ eius cõsiderate & magnitudinem eius excellentie quoq; cognoscatis: & quoniã pro vtilitate cunctorum ad me loqui dignatus est. ¶ Non enim me respiciatis Moysen filium Amarami & Iochabel: sed eũ qui nilũ pro vobis conuerti fecit in sanguinẽ: varijsq; domuit plagis Egyptiorum astutias qui mare iter vobis ostendit quiq; cibum de celo fecit esitantibus aduenire qui potum de terra estuantibus manare concessit per quem Adam de fructibus terre marisq; comedit p quẽ Noe ex imbribus est ereptus per quẽ Abraham ꝓgenitor noster terrã obtinuit chananeã p quẽ Isaac de senioribus est parẽtibus editus p quẽ Iacob duodeci filiorũ virtutibus est ornatus p quẽ Ioseph ptãtis. Egyptiorum dominus est effectus: ille vobis me interprete

Le. xvi hęc verba dignat ꝓferre. Fiãt itaq; vobis amabiliora q̃ filij vel vxores. Felicẽ nãq; habebitis vitã ista seruãtes: terraq; eritis potituri fructifera & sine fluctibus maris & ꝓle filiorũ naturaliter nasciturorũ eritis etiã hostibus valde terribiles. Ad dei nãq; ego veniens vultũ: incorrupte vocis auditor effectus sum. Ille enim ꝓ vestro genere semp sua eternitate est sollicitus. ¶ Cũ hęc dixisset eduxit populũ cũ mulieribus & infãtibus vt deũ ipsũ sibi loquẽtẽ de rebus agendis audirẽt: ne vilior videret dictorũ virtus ad eorum aures humana lingua pueniens. Oẽsq; audiebant vocẽ ex alto venientẽ ad vniuersos ita vt nullũ effugeret. ¶ Et verba quidẽ quę Moyses in duabus tabulis scripta dereliq̃t fas nobis nõ est secundũ vnũquemq; sermonem aperte depromere virtutes autem eorum insinuabimus. ¶ Docet itaq; nos primus sermo ꝙ deus est vnus & hic solũmodo est colẽdus. ¶ Secũdus aũt iubet nullius aĩalis factã imaginẽ penitus adorãdam. ¶ Tertius aũt vt p deũ in nulle debeat aliq̃s frustra iurare. Quartus seruan-

Vide ĩ biblia in hoc passu cõditiones boni iudicis. Moyses acqeuit cõsilio Ietro in oĩbus ĩpm ꝑdicte rei inuẽtorẽ in suo libro scribens. Moyses poplo dicit se ad mõtẽ Sina iturũ & cũ deo aliquãdiu mãsurũ. Synay descriptio. Hebrei scđz Moysi mãdatũ tabernaculũ ĩ radice mõtis posuerũt ĩ biblia describit tps huius. Purgatio hebreorũ infesto pẽthe. Nubes opuit hebreos tonitrua q; & vẽti choruscatiões & fulmina audiũtur dei ꝑsentiam significantes. Iosephus predicta cõfirmat sacre scripture testimonio. Timor s[illegible] hebreorũ. Moysẽ pisse existimãtes. Moyses ab hebreis formidinẽ expellens dĩna verba populo ꝓponit Rememorat dei bñficia. Bona adiplentibus ꝑcepta cõmẽorat moyses Ordias moyses populũ ad legẽ recipiendam. Oẽs audiebant vocẽ ex alto venientẽ Primũ ꝑceptum. Scđm preceptum. Tercium. Quartum.

das septimanas. & ab oi opere cessandū. ¶ Quintus vero: parentes honorandos. ¶ Sextus abstinēdū a cede. ¶ Septimus non adulterandum. ¶ Octauus autē furtum non faciendum. ¶ Nonus est falsum testimoniū nō dicendū. ¶ Decimus autē nullius aliene rei habendam esse concupiscentiam. Et plebs quidem cū audisset pcipientē ipsum de rebus quibus Moyses fuerat locutus gaudens in his que predicta sunt a cōgregatioē discessit. Succedētibus vero diebus aduenietes ad tabernaculū poscebāt ab eo etiā sibi a deo debere proferri. Ille vero & istas posuit & de oibus quocūq; modo gerenda forent reliquis tēporibus singula desigurauit quorū memoriā oportuno tempore eo facturus. Plurimas autem leges in alia scriptura disponens: seorsum de ipsis expositurus.

¶ Moyses secundo montē Syna ascēdens vbi quadraginta diebus totidēq; noctibus cū deo sine cibo pmansit quo descēdente tabernaculum pdixit construendū cuius materiā maxima cum deuotione & liberalitate hebrei ministrant quod quidē tabernaculum eiusq; ornatum archā quoq; mensam candelabrum aureum & altaria describit.

Capitulum quintum.

IGitur dum circa eos ita res agereť. Moyses iterū in montē Syna conscēdit: pdicens hebreis: eisq; vidētibus ascēdebat. Cūq; illic tardaret qm̄ quadragita diebus ab eis abfuerat timor inuasit hebreos ne Moyses aliqd ptulisset. Et inter mala diuersa nihil nos sic affligebat q̄ q̄ putarēt se pdidisse ducē. Erat ei tumultus iter oēs: alijs qdē dicētibus eū pisse in bestijs incidentē: & maxime illi hec dicebāt q circa eū odiū habere videbanť alij vero ad deū eū recessisse narrabāt. Prudētes aūt & nihil horū que dicebanť a populo p sua delectatione alias dilectione suscipiētes: sed & bestijs incidētē perisse humanū putantes: aut certe a deo trāslatū ppter virtutē ppriam verisimile iudicātes. Mitius quidē hec ratio ferre faciebat: sed psule se desolatos arbitrati atq; tutore qualē aliū habere non possent: vehemēter affligebanť. Et neq; opinari poterāt in tāta mora illius q̄ viro bonū aliquid accidisset: neq; sine tristitia aut deiectione degere pualebant. Exercitū nāq; pmouere nequaq̄ confidebāt: cū Moyses predixisset eo ibidē sustinere. ¶ Cūq; iā quadraginta trāsisset dies totidemq; noctes: astitit nullo cibo hoibus cōsuetudo participatus & gaudio apparēs totū cōpleuit exercitū puidētiāq; dei quā circa eos hr̄et exposuit similiť & ordinē scd̄m quā viuētes essent habituri se dicēs ostēsū sibi p hos dies & tabernaculū quale sibi deus fieri vellet in quo descēdēs ad eos ipse veniret vt etiā migrātes exinde eū portarēt & nequaq̄ ad mōtē Syna egerent ascēdere qn̄ ad eos ipse descēderet deus: vt eorū adesset orationibus. ¶ Fiat inquit tabernaculū mēsuris & operibus que ipse mōstrauit nobis: vtiq; a hoc opus insegniter accedentibus. ¶ Et dum hec dixisset duas tabulas eis ostēdit: habentes scripta illa decem verba in vtraq; quina. Erat in ea scriptio manus dei. Illi vero gaudētes in his que videbāt & audiebāt ad pricipe quo possent eū laudare studij sui munificētia nō cessabāt. Sed & deferebāt argentum: simul & aurum & es: lignaq;: & magnam valde materiam qua nequaq̄ potuisset putredine violari: caprarūq; pilos & ouiumpelles alias quidem hiacintho alias vero coccino alias purpureo flore tinctas alias vero alium coloremprebētes lanasq; predictis fucata s coloribus & linum bissinum: lapidesq; insertos auro: quibus homines ornamenti gratia solēt vti pecudumq; multitudinē pariter offerebāt. Ex tali namq; materia tabernaculum fabricatum est quod migratum & p loca diuersa deuectum: nihil diferebat a templo. ¶ His namq; cum magno studio a singulis oblatis supra modum vniuscuiusq; virtutis atq; donatis: architecti mandato dei in his constituunť operibus quos populus elegerat sibi potestate collata quorumq; noia hec sunt que sacris inscripta libris iueniunť Beseleel. Hur filius de tribu Iuda & Marie sororis Moyseos & Helimaphas Isamath filius de tribu Dā.

¶ Et populus quidē tāto studio cunctis rebus obediebant vt etiam moyses suspenderet eos dicēs sufficere ea que data fuissent: hoc enim etiā artifices iā predixerant abundare. Accedebant ergo ad opus tabernaculi faciendū & moyses eos singulam quamq; mēsuram secundum ostensionem dei simul magnitudine in quāta oportet fieri vasa sacrifici js ministratura diuinis edocebat. Mulieres autē largitatē suā circa sacra velamina & circa alia quecūq; hmōi opibus erāt necessaria pp deū in ornamēto & pciosis lapidibus offerebāt. Omnibus itaq; in pparatiōe iam cōstitutis auro & argēto ere textilibus rebus pdicens festiuitatē Moyses & sacrificia p vniuscuiusq; virtute facienda ad instituendum opus accessit & atrium prius mensus est ita. ¶ Latitudinem quidem quinquaginta cubitorum centum vero longitudinem tabulasq; instar columnarum statuit ereas quinq; cubitorum habentes altitudinem in vtroq; latere tabernaculi viginti p lōgum: per latū vero decē. Annuli aūt tabulis singulis inerāt & capita tabularū argētea. Bases āt deaurate & celate per circuitum & in terra cōfixe ptīgebātq; fines ab ānulis vsq; ad capita clauorū encorū q erāt magnitudine cubiti p singulas tabulas in tra valde positi vt ex violētia vētorū tabernaculū imobile custodirēt. Cortina vero mollissima ex bisso p oēs vndiq; pēdebat a capite tabularū descēdēs ad basē vsq; diffusa & cōcludēs oēs p circuitū locū vt nihil a pariete differre videreť Sic itaq;

Sextum
Septimum
Octauum
Nouum
Decimum
Precepta iudicialia multa ponunť in biblia.

Moyses iterum mō tē Syna ascēdit quo tardāte timuerūt hebrei eū perisse.
Opinio d̄ moyse absente.
Moyses q̄dragita diebus totidēq; noctibus sine cibo in mōte cū deo pmanēs tādē ad hebreos gaudens tabernaculū pdicens deo edificandum.
Preceptū de cōstruēdo tabernaculo & de ptinētibus ad ipm
Tabule pceptorū dei manu cōscripte quelibet quiq; verba cōtinebat. Materie ad cōstruendū tabernaculū preparatio.
Archiectorum nomina.
In biblia hr̄ q̄ iste Beseleel fuit filius Huri filij Hur. Populi deuotio & liberalitas p tabernaculo edificādo. Mulierū diligētia circa tabernaculū cōstruēdum. Tabernaculi dimēsio secūdū latitudinē & longitudinē ornatus illius.

D.
Exo. c.xxi xxij & .xxiij
Eo. x
E
Exo. .xxv. xxvi. xxvij. xxxvi .xxix. xxx. .xxxj. Et execution ops. c xxxv xxvij
F.
Exo. c.xiij.

A habuerunt tria latera atrij per circuitum. Quartumvero latus fuit ita. Quinquagita cubitorũ quod frõs erat totius operis vbi viginti quidẽ cubiti erãt aperti quatuor habentes tabulas in modũ portarũ. omnesq; opere argẽti factas: prȩter bases Erãt em̃ creȩ Ex vtroq; latere. terne erãt tabulȩ cõstitute, & propter portarũ fortitudinẽ incastratȩ: & per eas cortina bissina circumbat. Et cum essent portȩ viginti cubitorũ longitudine: altitudine quiq;: velum in eis erat ex purpura & cocco & hyacintho & bisso factu3 multis floribus & varijs exceptis animaliũ figuris ornatũ. ¶ Inter ianuas autẽ aspersoriũ erat eneum similẽ habens basem. ex quo sacerdotibus manus diluere & perfundere pedes moris erat. Et ãbitus quidem atrij erat ornatus hoc modo. Tabernaculum autẽ statuit in medio eius loco conuersum ad orientẽ vt mox cũ oriretur sol in eum radios suos emitteret. Cuius longitudo quidẽ triginta cubitorum erat. latitudo vero decem cubitorum habebat spacium. Et alter quidem paries erat australis: alter vero conuersus ad aquilonẽ post tergũ vero eius relinquebatur occasus. cuius altitudinẽ tantum oportebat ascẽdere quantum latitudinem esse constabat. ¶ Erantq; tabulȩ ex ligno ex vtroq; latere vigiti schemate quadrangulo factȩ. latitudine quidem vnius & dimidij cubiti altitudine vero quatuor cubitorum. ¶ Laminȩ autem erant ex auro factȩ per interiorem & exteriorem partem quibus singulis tabulis erant cardines bini immissi per duas bases quȩ erant argenteȩ & suis foraminibus tabularũ cardines suscipiebãt. Parietes vero occidentis tabulȩ quidem sex erant alterutris oẽs perfectissime copulatȩ: vt aptissime his compaginatis vnus paries esse videretur intrinsecus & extrinsecus deauratȩ. Ex lateribus autem erant tabulȩ numero viginti quarũ habebat latitudo mẽsuram vnius & dimidij cubiti. altitudinem tertiã partem palmȩ: & ita triginta cubitos adimplebant. Posterioris vtero partis (alias parietis) nouem cubitus sex tabulȩ faciebant quibus coniuncte sunt alie duȩ tabulȩ ex medio cubito factȩ. quas angulares posuerũt instar maiorũ tabularũ. Siugulȩ vero tabulȩ ãnulos habebãt aureos per exteriores frõtes eminẽtes: velut qbusdã radicibus cõfixos. per ordinẽ adinuicẽ p circuitũ respiciẽtes: & p eos deaurati vectes immissi vnoquoq; habente magnitudinẽ cubitorũ qñq; erãtq; ad cõiunctiones tabularum. Intrabatq; caput vectis vniuscuiusq; in alio vectis capite veluti in modũ conche. & post tergum parietum in longitudine positorum vnus erat ordo per tabulas oẽs vadens quo per vncinos vtriusq; parietis latera cõtinebãtur in castra cõibus factis & immissis adinuicem. Quod ꝓpterea sic exquisitũ est: vt neq; a vẽtis moueret neq; alia causa tabernaculũ cõturbaret sed imobilis secura seruaret quiete. Intrĩsecus aũt lõgitudinẽ triptite diuisit id est decẽ cubitos ad interiorẽ partẽ ꝓfuturos distribuit. Quibus dimensis in medio quattuor tabulas similiter operatas statuit paululũ ab inuicẽ distinctas ab alterutris quȩ separẽt dece3 cubitos a reliquis viginti. Et quod interius erat eoꝝ aditũ vocat: reliquũ vero tabernaculum sacerdotũ erat. Hãc itaq; tabernaculi dimẽsionem: instar rerũ constituit. Tertia siquidẽ pars eius quȩ erat iter quattuor tabulas quȩ sacerdotibus ĩtrãsgressibilis videbat: velut celũ dei erat. Reliqui vero viginti cubiti sicut terra & mare gressibilis hoĩbus est ita solis sacerdotibus adiacebant. Per frõtẽ vero egressus erat factus: colũnȩ stabant ex auro facte. ȩreis basibus superposite numero quinq;. ¶ Tegebatur aũt tabernaculũ cortina ex bissino & purpureo & hyacĩthino & coccineo coloribus facta. Et prima quide3 cortina cubitorũ erat decẽ: & vndiq; eas tabulas obtegebat. quȩ diuidẽtes tẽplum aditum habebãt interius: &

B

C. hoc erat qđ faciebat vt a nullo videret. Et oẽ quidem templum sanctum vocabatur: quod vero erat interius & inaccessibile vltra quatuor tabulas. sanctũ sctĩ. Corona aũt erat speciosa quasi floribus vniuersis de terra germinãtibus variata alijsq; oĩbus intexta: & quȩcũq; prȩter aĩalium formas poterant exornare pictores. Alia vero huc & magnitudine & textu & colore vicina quinq; columnas in ingressu positas obtegebat ab angulo summitatis vniuscuiusq; colũnȩ cortina ãnulis cõtinẽtibus vsq; ad medietatẽ colũnȩ depositã. Reliquus vero ĩgressus erat sacerdotibus accedẽtibus. Super quã lineã erat alia cortina eiusdẽ magnitudinis: funibus eã per annulos ducentibus ac retrahentibus vt tegeret oĩa & ĩpediret aspectum sacrificia cõtuendi: & maxime in diebus insignibus. Nã & in reliquis diebus: & prȩcipue quã do videretur nubilum. textus eius tegminis fortis erat: vt laborem facile sustineret. Vnde permansit ista consuetudo etiã edificantibus templum: quatenus velũ huiusmodi in ingressibus appendat. Decẽ vero aliȩ cortinȩ erant singulȩ cubitorũ latitudine quatuor. lõgitudine vero octo & viginti: aureos habentes vncinos ad copulãdũ alterutris vncinis & ãnulis. vt cõiuncte simul vnam viderent efficere. Quȩ extensȩ tẽplum & quod erat de super obtegebant. & parietes a lateribus & a tergo stãtes a terra vno pede suspẽsȩ. Eiusdẽ vero latitudinis & aliȩ cortinȩ vna plus nũero id est vndeci erãt. lõgitudine tñ excellẽtes. Erãt em̃ iste triginta pedũ textȩ vero de pellibus sicut ille de lana similes oẽs singillata varietate cõtexte erãtq; vsq; ad terrã tegmine sue diffusȩ instar Thalami culmẽ velaminis exhibẽtes vna cortina añ frontẽ pendẽte. Vndecima nãq; cortina ad hoc erat assumpta aliȩ vero sup has expellibus facte pro tegmine & adiutorio de sup erãt imposite propter estum aut imbriũ certe diffusionẽ. Multos itaq; stupor habebat inspicientes a longe. Nã colorẽ eius in nullo differre putabãt celo Hȩc vero ex pilis & pelli

Lauatorium.
Tabernaculi situs.
Tabulȩ ligneȩ.
Laminȩ aureȩ.
Cortinȩ tabernaculi.
Tẽplũ sãctũ vocabat in quo erat sanctũ sãcti.
Corona.
Alia cortina.
Decem aliȩ cortinȩ.
Aliȩ cortinȩ vndecim.

Archę constru ctio ex lignis fortissimis et eius dimensio.

bus factę pendebant sicut illud velum portarũ & ęstuũ pariter & imbriũ iniurijs repugnãtes. Hoc ergo modo tabernaculum cõstitutũ est. ¶ Facta est autẽ & archa deo ex lignis natura fortissimis & quę nequaq̃ putredinẽ sustinerent quę lingua hebraica vocabat̃ Heroę: Cuius constructio erat huiusmodi Lõgitudinis quinq; palmarum Latitudinis trium ex auro purissimo. Intrinsecus autem & extrĩsecus sic tegebat̃: vt eius ligna celarent̃. Et aureis cardinibus. Tegmẽ cõpaginatũ habuit valde mirabile & vndiq; simul ęquale, nullaq; pars eius cõpaginationẽ poterat violare. per vtrũq; vero latus lõgitudinis eius annuli erãt aurei bini totũ lignum penetrantes. & per eos vectes deaurati immissiles per vtrũq; latus. vt quotiẽs opus esset per eos archa moueret̃. ¶ Non enĩ in vehiculo: sed a sacerdotibus portabat̃. ¶ Super tegmen vero eius erãt figurationes duę: quas hebręi cherubin appellant. ¶ Sunt enim aĩalia volatilia habentia figurã, quę a nullo hominũ est inspecta. Hęc dixit Moyses in dei se conspexisse sede figurata. ¶ In hac igit̃ archa duas tabulas recondidit. in quibus decẽ fuerãt verba cõscripta, quina quidẽ per singulas tabulas. bina semis autẽ per vnãquãq; paginulam: & has ĩ adyto collocauit. ¶ In tẽplo vero mensam posuit proxime velut delphicam longitudine q̃dem habentẽ duos cubitos: latitudine vero vnum: & altitudinem triũ palmarũ. Erant pedes eius ex medietate inferioris partis facti: per circuitũ rotũdi & tornatiles. Quod vero ad superiora tẽdebat quadrãguli operis erat: habebatq; p̃ circuitũ vniuscuiusq; lateris labium exornatũ velut quatuor digitis alto ligno circũeunte superiorẽ & inferiorẽ eius corporis ptẽ. Et p̃ singulos eius pedes superius labio erãt annuli p̃ quos vectes deaurati mittebat̃ in ligno quod eminebat. Sinum enĩ habebat vbi ãnuli erãt cõmissi: & his p̃ viã portabat̃. Ponebat̃ autẽ in templo ad aquilonem cõuersa non lõge ab aditu & duodecĩ panes azimos in eo ponebãt senos per partẽ mundos valde ex farina duorũ assariorum quę mensura Hebraica septem cotilas atticas habet. ¶ Super panes autẽ ponebat̃ duę Phialę aureę thure plenę. Post dies autẽ septẽ iterũ panes alij portabãt̃: die, qui a nobis sabbatum appellat̃: septimanã siquidem nostri sabbatũ vocant. Causam vero huius rei in alijs edicemus. ¶ Contra faciẽ vero mensę respicientis ad parietẽ meridianum: cõstitutum erat candelabrum ex auro factum fuisse: pondus habens minas centum quod hebręi dicũt cinthares. greca lingua interpretatũ talẽtum nuncupat̃. Fecit autẽ & sperulas & lilia cum calamis & ciphis. Erãtq; hęc oĩa septuaginta. ex quibus in vna base cõpositum erat oẽ candelabrum in altitudine & in tantas constitutum partes ĩ quãtas distribuunt planetas & solem. Cõsumabat̃q; in septem capita alterutra per ordinẽ constituta in quibus lucernę imponuntur septẽ imitantes singulos planetarũ: respiciuntq; ad orientẽ & meridiẽ candelabro obliquo posito. ¶ Inter q̃d candelabrum & mẽsam interiorem sic dixi thuribulum erat & altare de ligno quidẽ vnde & priora sunt fabricata imputribili & forti: ex vno latere cubitum latitudinis habens altitudinem vero duplicem. ¶ Eratq; craticula aurea: in ea facta. habebatq; per angulos singulos coronas purissimas sex & annuli & vectes ĩnerant quibus p̃ iter a sacerdotibus portabatur. ¶ Erat autem & altare ante tabernaculum cõstitutum & ipsum quoq; de ligno mẽsura vniuscuiusq; lateris quinq; cubitorum altitudine vero trium similiter exornatũ: & ex laminis ęreis adopertum: cui suberat craticula ĩ modum retiaculorum facta. Suscipiebat enim terra ignẽ qui de craticula ferebat̃: quia bases non erant ei subiectę. Diuerso autẽ ponebãtur fuscinulę: & phialę forcipes & ciphi: & quecũq; alia vasa ad sacrificiũ fuerãt facta: omnia erant ęnea. Et tabernaculum quidem erat huiusmodi necnon & eius vasa.

A sacerdotibus archa portabatur. Cherubĩ super archam In archa cõtẽta decẽ pręcepta.

Mẽsę p̃positionis descriptio.

Duodecĩ panes azimi in mensa Phialę aureę duę. Candelabri aurei descriptio.

Thuribulum & altare ligneum interius. Craticula aurea Altare ligneum exterius

D. Ex. 37

E.

¶ Vestium sacerdotum principis ceterorum minorũ descriptio Tabernaculi diuisio ĩ tres p̃tes mystica illius significatio. Quidq; duodecĩ panes ĩ mẽsa p̃positionis: quidq; cãdelabrũ & cortinę significãt lineę tunicę: & hyacinthinę superhumeralis rationalis zonę Gẽmarũ & pilęi declaratio. Capitulum. vj

F. Ex. 2 & 39.

Vestium sacerdotum descriptio. Cinctorium

Zona.

Factę sunt etiam sacerdotibus vestes oĩbus alijs quos chaneos vocant pariter & principi sacerdotum quẽ arabarchim vocãt: quod significat principem sacerdotum. Quotiens autẽ sacrificia sacerdos adiret purificabat̃: lex enim purgationem fieri iussit. Et aliorum quidẽ sacerdotũ erãt vestes huiusmodi. Primũ quidẽ induebantur nanachasim quod cõstrictoriũ poterat dici. Est autẽ cinctorium subtile circa femora ex bisso contorto cõtextum: ingredientibus per eum pedibus velut de vastrapis. Scinditur autẽ vltra medietatẽ deorsum & vsq; ad lumbos astringitur. Super hoc aũt lineo idumẽto duplicis sidonis bissinę vestit̃. q̃d chitomenę q̃dẽ vocat̃ hebraica lĩgua: significat autem lineum. Nos enĩ linũ chiton appellamus. Est autẽ hęc vestis tunica vsq; ad talos corpus oẽ complectẽs: & manicis brachia cõstringens. Accinguntur & circa pectus modice super titulum: zonam circundutẽs latã quasi digitis quattuor: ita varie cõtextam vt videatur pellis esse viperea ĩ qua flores intexte sunt coccinei: purpurei cũ hyacintho & bisso cõmixti. Stama (alias Stamen) aũt eius zonę est solũ modo bissus. Et sumẽs ĩitiũ cincturę a pectore: & circũdare dicit̃ iterũ añ pectus & vsq; ad crura dimittit̃. donec sacerdos nihil operiat̃ Pro decore namq; videntiũ est ita cõposita. Cum vero ad studia sacrificiorũ & ministeriũ pręparatur. ne impediatur opus: ĩ leuum humerum eũ portat. Quod moyses quidem Arabeneth appellauit: nos autẽ a Babylonijs discentes: Hemsaneam vocamus. sic enim hęc apud

A. eos tunica nuncupaẽ. Sinum veronusq̃ habet hęc vestis. sed larga ẽ ad collum eius aptura. & nastali ex vtraq; parte oram eiusdem vestimenti a pte pectoris & scapularũ astringunt. Hoc etiã Masapazã vocaẽ ¶ Sup caput autẽ gestat pileũ in modum puuli calamaci aut cassidis quod extendiẽ supra summitatẽ capitis. & modice verticis medietatẽ excedit vocaturq; mansuaemphtis & tale est vt videaẽ ex lini textura confectum habens vittas quę inuolute sepius contexunẽ. ne facile dilabaẽ. Deinde aliud velamen vnum desup circundaẽ descendens vsq; ad inferiora barbe. celãs pillei illius ligaturas & totã capitis superficiẽ aptaẽq; pfecte ne laborante sacerdote circa sacrificia corruat. Quales autẽ sint ceterorum sacerdotum vestes declarabimus. Priceps vero sacerdotum ornaẽ quidẽ ex istis nihil expredictis vestibus relinquens. ¶ Sup induiẽ autem tunica de hyacintho facta quę & ipsa talaris est: vocaẽq; Methir secũdũ linguã nostrã. Quę Zona constringiẽ coloribus prędictis & floribus exornata auroq; contexto variata Ornatusq; in fimbrijs eius inest velut malogranatorum & titinnabulorũ aureorũ multo decore factorũ ita vt iter duo tintinabula malũgranatũ habeaẽ: iterũ titinabulũ iter duo malagranata. Est autẽ hæc tunica ex duabus iscisionibus suta vt sit sup hũeros & p latera. sed vno modo i lõgũ vndiq; circũtexta: ad collũ habẽs tm̃modo sectionẽ nõ ex latere sed in lõgũ. fissaꝫ a pectore ad medias scapulas. vittus aũt ei cõsuta est ne possit eius aptio turpiter appere. Similiter & vnde manus egrediũtur aptũ est. ¶ Ad hæc aũt tercio induiẽ vestimẽto: quod diciẽ Ephot. Simile autẽ est suphumerali grecorum. Fit eni hoc modo: vt sit textus eius magnitudine cubiti de cũctis coloribus auroq; variatis: amplectens omnem pectoris locũ. & ad manus eijciẽdas aptũ est. & oĩ schemate tunicę simile ẽ huic vestimẽto locus vacuus i medio pectore magnitudie palmi dimittiẽ vbi inseriẽ Essyn. qđ greca ligua logion. latina rationale significat. Et cõplet totũ Ephot hoc est illũ locũ quẽ ꝑpterea reliquerat vacuũ. Vniẽq; Ephot cũ rõnali annulis aureis p ãgulos singulos sub eq̃litatę cõmissis p vittã hyacithinã quę imittiẽ ꝑ ligaturis & cõsertionibus alterutri ãnuloꝝ. Ne autẽ vacua esset medietas ãnulorũ & rõnalis. fili hyacinthini adiuẽtum est: vt ea loca cõseruẽt. Superhumerale vero duo sardonici lapides infibulãt p singulos humeros auro clausi

B. habẽtes p extremitatẽ circellos aureos in quibus excipiunt rationalis ligaturas. His lapidibus inscripta sunt nomia filiorum iacob ꝑuicialibus litteris lingua nostra sena per lapidem: seniores autẽ in humero dextro. Inserti sunt autẽ in esin id est in rõnale duodecim lapides magnitudine & decore pręcipui. hoc ornamentum propter ęminentiã eius honoris ab hoibus possideri nõ potest Siquidem lapides p quattuor ordines. terni per singulos ordines cõstituti sũt habentes aureas p circuitum coronas quibus inclusi consertiq; sunt. ne possint quocunq; modo textura corrupta defluere. Et in primo quidem ordine triũ lapidũ est sardonix. Topazius. smaragdus. In scđo aũt carbũculum habet & iaspidẽ & saphirum. In tercio ligurius ichoat deide ametistus: achates est tertius qui ẽ nonus post alias. In quarto ordie tenet crisolitus pricipatũ. postquẽ onix. deide. qui est vltimus omniũ. ¶ Litterę autẽ i oibus istis sculpte sunt noim filiorũ Iacob: quos pricipes tribuum arbitramur singulis vtiq; lapidibus eorum noia referentibus scđm ordinem nati esse noscuntur. Cum ergo per se illi quos diximus ãnuli sunt infirmi. nec possint pondus lapidum sustinere: alios duos maiores i extremitatẽ rõnalis quę recipit ad collũ eminẽtis ipsam texturã faciunt qui suscipiunt cathenas aureas opere plectili venientes p fistulas quasdã ab extremitatibus humerorum quarũ cathenarum summitas ascẽdẽs pduciẽ post tergũ: & in circulo qui est ad dorsum: in

C. suphumerali cõseriẽ: et hoc est rõnalis munimẽ eximium ne possit aliqua pte dirumpi. ¶ Zona vero rationalis consuiẽ de coloribus prędictis auro conserta. Quę ex vtroq; latere circunducta & iterum reuoluta ante pectus ex ambabus summitatibus pẽdere dimittiẽ. & habet quasdã fimbrias ex aureis fistulis miro decore cõpositas i vtrãq; zonę summitatẽ pendẽtes. ¶ Pilleum autẽ prioribus alias priori similiter operatum habet põtifex sicut reliqui sacerdotes: & alium cõsutum ex hyacintho variatum. Circundaẽ autẽ ei & aurea corona tribus versibus facta supra quã surgit i media fronte quasi caliculus quidã aureus similis herbę quę apud nos achoro nuncupaẽ: quã gręci hioscoamos dicunt. ¶ Ne quis autẽ cũ nõ viderit hãc herbã per ignorãtiam naturã eius ignoret: aut vocabulum sciẽs ipsam ignoret: significo huiusmodi hoibus eius modum. Hæc herba frequẽter vltra tres palmos oboritur radicem vero rotundã habet & quasi rape similem: folia vero mentę ꝑpinqua de ramis vero eius oriuntur caliculi rotundi & in circuitu habet oculos vnde fructus egreditur. Caliculuꝫ ergo quẽ diximus supra coronã aureã positum habet magnitudinẽ digiti minoris cuius cauatio rotunda est quasi crateris: quẽ tamen latius con discipulis explanabo. Est eni quasi spera diuisa & circa fundum habet aliã insciſionem a radice rotundã. Deinde paulatim cauatura colligitur: & ad superiora denuo decenter aperitur: & in labio ita colligitur: vt proprie videaẽ hemisperium mira rotunditate ornatum. Super hanc iterum oriuntur insciſiones quasi extremitates malogranatorum spinosę & in acutissimum deficiẽtes cacumẽ. sempq; seruat & fructum huius caliculi suppositio seminis de reditis vicinum. habet autẽ florẽ similem plãtagini: & per circuitum tota corona his floribus est celata ab occipiti vsq; ad vtrũq; tempus. ¶ Frontem vero hoc qui

Pilleus sacerdotis.

Vestis talaris.

Superhumerale quod Ephot dicitur.

Rationale

Ornatus rationalis.

Gemmæ rationalis.

Noia filiorum Iacob sculpta.

Descriptio predictę herbę.

dem nõ habet:sed lamina est aurea quę sacris litteris dei nomẽ habet iscriptũ:Hoc ẽ igif põtificis orna mẽtũ. Mirari siquidẽ quilibet poterit odiũ hominũ qđ circa nos habere nõ desinunt. Qui a nobis hoc modo diuinitatẽ coli derident quã ipsi colere nõ quiescunt. Si quis enim tabernaculi positionem consi/deret & sacerdotalẽ inspiciat vestem: & vasa quibus vtimur ad sacrificia celebranda: & legislatorẽ viꝝ sacrum agnoscet & frustra nos ab alijs blasphemari pcipiet. Nam singula queq; horum ad similitudinẽ & formam rerum facta repperiret:si absq; inuidia velit hęc sapienter considerare. ¶ Tabernaculũ nãq; triginta cubitorũ trine diuisum in quo duas partes sacerdotibus cunctis distribuit:quia prophanũ quẽ dam cõmuneq; locum terra & mare significat. Hæc vtiq; gressibilia cunctis sunt. Tertiam vero partem soli dicauit deo: eo ꝙ celum ingressibile sit hoibus. ¶ Super mẽsam vero duodecim panes positi signi ficant annũ ita mensiũ tanta quãtitate diuisum. ¶ Per candelabrum vero de partibus septuaginta cõ/positum septẽ planetarũ decamonia tegit: & super illud septem lucernis ipsarũ planetarũ cursum ostẽ/dit. Tantę nãq; sunt numero. ¶ Cortinę ex quatuor tinctę coloribus elementorum designant naturã. Bissus enim terram declarat eo ꝙ linum oriatur ab ea. Purpura vero mare eo ꝙ piscium sanguine colo ratur. Aerem voluit significare per hyacinthũ. Coccum vero est ignis indiciũ. ¶ Significat autem & põ tificis linea tunica totã terrã. Hyacithina vero vestis polũ/qui per malogranata coruscationes: per tin/tinabulorũ sonitũ tonitru (alias tonitrua) indicare dinoscif. ¶ Suphumerale etiã ad similitudinẽ naturę totius est qñ deo placuit vt quatuor coloribus fieret/auro cõtextis propter splendorẽ reor qui mũdo dif funditur. Rationale vero in medio superhumerali in modum terrę constituit. Hæc vndiq; medium te/net locum. ¶ Zonę circulus significat occeanum qui vtiq; cuncta suo limbo circũdat. ¶ Indicat autem solem & lunã vterq; sardonix:quos pontifex portat in humeris. ¶ Duodecim namq; lapides seu mẽses quis intelligere potest seu numerum stellarum quẽ zodiacũ circulum gręci vocant. ¶ Pilleum vero vi/detur mihi cœlũ imitari:cũ sit ex hyacintho. Non eñ aliter poterat supponi ei nomẽ dei & i corona scꝫ designatum & in lamina aurea propter splendorem quo diuinitas pręcipue gaudet. Et hęc quidem tã tummodo declarata sufficiant cum sępius & in multis virtus legislatoris oportune possit exponi.

¶ Deus sacerdotium dari Aaron propter merita pręcepit cui quatuor erãt filij de modo quoq; quo sacerdotes & tabernaculũ (in quo sponte negligens accẽsus est) fuerunt purificati & tẽpore quo pdicta fuerunt facta/et quomodo Nadab & Abiud fratres alienum ignem offerẽtes concremati sunt. Cap. vij

IGitur dũ prędictarũ reꝝ terminus euenisset nõdũ ministris sacris mũeribus dedicatus astitit deus moysi. & sacerdotiũ Aarõ fratri eius dari pcepit q ꝓpter virtutis opus oĩbus honore iustior haberef. Tũ ille colligẽs i ecclesiã multitudinẽ/virtutẽ eius & studiũ eius edicebat & ꝓpter eos passurũ esse picula. Cũq; i oĩbus ei populus testaretur & eius stu diũ valde laudaret: Moyses ait. Viri israhelite fabrica quidẽ iã perfecta est:sicut ipsi deo gratũ fuit: nobisq; possibile. Et quia oportet tabernaculũ iã dicari:decet primũ futuruꝫ sacerdotẽ ministraturũq; sacrificijs. & facturũ ꝓ nobis orationes agnoscere. Ego quidẽ hac deliberatio ne mihi cõcessa meipsum dignũ hoc honore iudicabã eo ꝙ natura omnes sui potius amatores existãt & maxime ꝙ multum mihi sum cõscius pro vestra salute laborasse. Nũc autẽ ipse Aaron dignum hoc esse honore decreuit. & hunc sacerdotẽ nobis credidit iustiorẽ. sciens ꝙ dignus indueref stola deo de/uota & curã habebit altaris & ad hostias offerendas. & ad orationes faciẽdas ꝓ nobis libẽter auditurus qui curã hꝫ gñis nñi. virũ quẽ ipse magis elegisse agnoscif. Hebręis itaq; placuere quę dicta sũt: & ordi/nationi dei pbuere cõsensũ. Erat eñ Aarõ ꝓpter genus et ꝓphetiã & virtutẽ frĩs honore hoc dignior vniuersis:habebatq; filios tpe q̃tuor Nadab. Abiud. Eleasar. Ychamar. Quecũq; vero ad fabricã taber naculi pparata supauerãt: iussit hęc ad tegmẽ cortinę ipius tabernaculi & lucernę & turibuli aliorũq; va sorũ expẽdi: quatenus hæc pariter neq; pluuia neq; puluere vexaref. Et populũ denuo colligens: singu los ad oblationẽ iussit offerre dimidiũ sicli. Siclus aũt hebręorũ nũmisma: quatuor dragmas atticas ha bet. Illi vero libẽter iplebãt quę iusserat Moyses. Eratq; offerẽtiũ multitudo secẽtorũ quiq; miliũ & qui gẽtorũ quadragita offerebãtq; argenti librã a viginti annorũ ętate vsq; ad quiquaginta cõstituti: obla/tũq; circa tabernaculi opus expẽdebaf. ¶ Purificauit autẽ & tabernaculũ & sacerdotes hoc modo. Mir re ęlecte siclos quingẽtos/& totidem cinnamomi & calami. hæc autem species suauis odoris: prioris mẽ surę medietatẽ: hæc iussit cõtusa misceri oleiq; aliuarum pondus: mensurę prouicię qđ dicif Hin duos cados atticos capiẽs. Quibus pmixtis & coctis facta est arte vnguẽtanorũ vnctio suauissima. Deiceps hoc sumẽs ipsos sacerdotes & oẽ tabernaculum vnguẽs purificauit: offerens hostias multas & varias i tabernaculo. Deĩde thuribulũ quod erat oneris & reliqua quorũ ptereo narrare naturã ne multiloquiũ legẽtibus fiat. Secundo autẽ in die. id est añ solis ortũ & occasum insensum fieri oportebat oinoq; oleũ purgãtes ad luminaria cõseruabãt. Quorũ tres quidem lucernę supra sacrum cãdelabrum lucebãt deo tota dia reliquę vero accendebanf ad vesperã. Omnium vero quę facta sũt optimi opifices Beseleel &

Lamina aurea in q̃ dei nomen inscriptum est.

¶ Laudat iosephus Iudeoruꝫ ritũ ex tabernaculi positiõe & sacerdotum vestis ac ceterorũ preciositate.

¶ Tabernaculi diuisio i tres ptes & mystica significatio.

Duodeci panes quid significãt.

Cãdelabruꝫ qd significat

Cortinarum significatio.

Tunicę lineę significatio & hyacintine.

Super humeralis mystica declaratio.

Rationale quid designat

Zona quid significat.

Gemmaruꝫ declaratio.

Pillei significatio.

Deus pcipit sacerdotium dari Aaron propter virtutes suas.

Aaron a deo sacerdos eligitur.

Filij Aaron. iiij.

Siclus quid sit.

Offerẽtium numerus.

Purificatiõis tabernaculi & sacerdotũ modus

Opti opifices oim pdictoruꝫ;

Hęc prędicta facta fuerunt anno prio exitus de Egypto

D.

E.

F.

Exo. c 28. 29 & 30.

A Elyab fuerūt. Nā & prioribus artificibus ipsi prepositi ad meliorē operationē erāt iugiter exercendam: & intelligētiā rerū quarū instructionē primitus ignorabāt. horū itaq; Beseleel meliorē contigit iudicari. Igitur oē tēpus ad opus faciendū transijt in mensem septimū. & post hæc ex quo egyptū reliquerant: primus eis annus impletus est. ¶ Inchoante vero secundo mēse Xandico scdm macedones/nisan vero secundū hebręos: in nouo mense tabernaculum consecrarat & oia vasa eius quę iā declarata sunt. Ostēdit autem se deus gauisum i operibus hebręorū & nō frustra eos laborasse in pulchritudine illius edificij sed accessit & habitauit in eo tēplo. ¶ Pręsentiā nāq; suā hoc modo fecit. Cœlu3 siquidē mūdū erat: sup tabernaculum vero solūmodo caligo facta est. non alta nube satis aut dēsa circundās illud vt putaretur esse tēpestas. neq; rursus ita subtilis fuit vt valeret p eā aspectus aliqd cōtueri: gratusq; ros exide defluebat: pādebatq; dei presentiā his qui & volebāt: hoc pariter & credebāt. ¶ Moyses aūt cū artifices qui talia fuerāt opati dignis muneribus honorassent sacrificauit i tabernaculi vestibulo scdm mādatum dei taurū & arietē & hędū pro peccatis. Dicturus eni de his quę ad sacrificia pertinēt: etiā de his quę circa sacrificia celebrantur indicaturus sum: simul & de quibus iussit holocausta fieri: & quæ comedenda tāq cibū laxauit. Mactatis igit aialibus quæ predixi/ex eorū sanguine vestē Aaron ipsumq; cū filijs aspergebat: purgās eos fontiū aquis. & vnguēto: vt dei fierent sacerdotes. Septē itaq; diebus hoc modo ipsos & eorū vestes curabat. tabernaculū simul & eius vasa: & oleo prælibato sicut iam dixi & sanguine hyrcorū & taurorū imolatorum per singulos dies: id est vnoquoq; scdm genus. Octauā vero festiuitatē denunciauit populo: & quēq; scdm virtutem immolare præcepit. Illi vero alterutros emulati. & superare sacrificijs semetipsos singuli festinātes dictis obediebant impositis aūt hostijs sup altare repente ex eis spōtaneus ignis accensus est & similis flāma fulguri choruscationis emicuit: & oia quæ erant super altare cōsumpsit. ¶ Cōtigit autē post hæc & Aaron calamitas quædā: vt tanq homo simul & pater de ea cogitaret quā tn fortiter tolerauit qn & circa casus aio fortis erat: & hoc voluntate dei prouenisse iudicabat. Ex quattuor nāq; eius filijs quos iā dixi duo seniores Nadab & Abiud portantes super arā hostias nō quas prędixerat Moyses sed quibus primitus vtebant. subito cōcremati sunt igne sup eos magno impetu veniente & pecora faciesq; eorū inflāmante ita vt nullus eū valuisset extinguere. & illi quidē ita defuncti sunt. Moyses aūt iussit patrē eorum & fratres portare corpora extra castra & deducētes honore cōgruo sepelire. Luxitq; eos plebs nimis amare propter mortem quæ sic eis inopinabiliter accidisset. solos autē fratres eorū & patrē nō cogitare ex hac tribulatiōe Moyses exorauit cū deberēt pręponere dei honorem suę tristicię. Iā em Aaron & stola sacerdotij videbatur idutus. ¶ Itaq; Moyses omnem honorē respuens quē sibi omnē multitudinem videbat offerre: solū deo ministerium celebrabat. Et aliqn quidem ad montem Syna ibat: aliqn vero in tabernaculum ingrediens responsa poscebat. de quibus seorsum rogabat deū. vt stola priuatus & alijs se cūctis publicum demonstrabat in nullo ab alijs differre studebat nisi tm vt eorū curā prouidere videret. Insuper & cōuersationē eorū scribebat in leges secūdum quas deo grati viuerent & i nullo alterutros accusarēt: quas tamē dei pręcepto constituit

¶ Virtus gemmarum sacerdotalis vestis a deo in sacrificijs assistente: & fulgor gemmarum rationalis victoriam diuinam pugnaturis promittens quę longo tempore ante Iosephum cessauerunt. Modus quo vehebatur tabernaculum.

Capitulum octauum.

C. Nunc igitur de conuersatione & legibus eorum exponā. Quod autem de veste pontificis prętermisi: volo proferre. Nullo modo enim malignitatibus prophanorū reliqui occasionem. Si qui tn tales sunt vt dignitatem dei tentent cognoscere: omnipotentem deum legentibus scire dereliquit siue ad sacra veniat: siue adesse nolit. Et hoc non solum hebręis voluit esse manifestu3: sed etiam peregrinis ista legentibus. ¶ Lapides autem quos ferre super humerū prædixi pōtificem: erant oēs sardonices: eorum puto naturam amplius omnium ad humanam noticiā veniētiū effulgere. Dum ergo sacrificijs deus adesset: alter qui i dextro humero portabat: micabat. & ex eo ita splēdor exiliebat vt etiā procul appareret cū prius hoc lapidi nō inesset. Et hoc itaq; mirabile est. His tamē qui sapientiā non abiectionem diuinorū operū nācīscūtur. ¶ Quod vero mirabilius est dicā. Per duodecim enim lapides quos supra pectus pontifex sutos in Essyn. idest ratiōale portat/ victoriā pugnaturis deus pręnūciabat. Tantus eni splendor fulgebat in eis: cū nondum exercitus moueretur. vt omni fieret multitudini manifestū eorū auxilijs adesse deum. Vnde græci qui nostras solēnitates honorant: eo q nihil in his cōtradicere valeāt: Essyn rationale vocāt. ¶ Cessauit itaq; & Essyn & sardonix splendescere annis ducētis anteq hæc ego cōscriberē: cū deus moleste ferret trāsgressiones legum. de quibus sub opportunitate dicemus. Nunc aūt ad consequentia verba conuertar. ¶ Tabernaculo sc3 iam dicato & exornatis sacerdotum rebus: populus deū apud se esse cū tabernaculo iudicauit & ad sacrificia simul ad requiē est conuersus quasi omnē iam molestiā respuisset: & de futuris meliora desiderātes: munera deo alia quidem communiter alia vero seorsum se singulis tribubus offerebant. principes eni tribuum bini conuenietes:

Left margin: Exo.c 16.&. ...e.c 8 — ...e.c.8 — ...e.c.x — B. — ...i.c.

Right margin:
Hec predicta facta fuerunt anno prio exitus de Egypto.
Presentiā deus in tabernaculo manifestauit.
Sacrificiū moysi pfecto tabernaculo.
Festiuitas tabernaculi.
Spontaneus ignis i tabernaculo accensus est.
¶ Nadab & Abiud qui i biblia dicitur Abius.
Iosephus nō sequit diuisiones biblię quę quinq; libros Moysi ordinauit distinctos qm ipe pmixtas pentatheuci tradit historias. Neq; ēt Moyses qui pētatheucū cōposuit p libros distinxit imo totū opus qsi in vnū volumen(vt dicit magister historiaꝝ) redegit Esdras vero qui totā bibliā a babylōijs cōbustā reparauit hoc opus i quiq; ptitiōes siue i quinq; libros diuisit
Fulgor gemmarū rōnalis victoriā adeo pugnaturis nūciabat.
Modus quo vehebatur tabernaculum.

vehiculum & duos boues offerebant. Erantq; vehicula sex: & ita tabernaculum in itineribus deuehe- D.
bant. ¶ Ad hæc autem vnusquisq; eorum phialam turibulumq; portabat/ & capsam capiētem daricos
decem plenam thymiamatibus: turibula vero & phiala argentea erant vtraq; siclos ducentos habētia.

Vasa ad taber- culi deco rē por tata daricos

In phiala tamen septuaginta solummodo sunt expensi. Hęc erat plena farina oleo conspersa qbus vtū
tur ad sacrificia. Super illas autem oblationes vitulum & arietem cum agno anniculo ad holocaustum
id est totum incēdendum. Et cum his hyrcum pro oblatione peccatorum offerebant singuli principiū
Sed & alia sacrificia quę salutares appellantur: per singulos dies boues duos: & arietes quinq; cū agnis

Moyses deū in tabernaculo cō sulebat.

anniculis & hędis. Isti enim sacrificabant per duodecim dies. vnus ī toto die. ¶ Moyses autem nequa-
q̄ ascendebat in montem Syna: sed ingrediens tabernaculum consulebat deum de actuum legumq; dis
positione. quas humana sapiētia pręcellentes oporteret firmissime omni tempore custodire. Et domū
alias donum dei esse cunctis ostendit talesq; fore leges vt eas hebręi nec in pace per ępulas nec in belli
ca necessitate transcenderent. Sed de his quidem legibus dicere suppono: aliā conscriptionē facturus.

¶ HISTORIA LIBRI LEVITICI INCIPIT.

¶ De legibus sacrificiorum & purgationum deq; modo holocaustum immolandi de hostijs pro gratia
rū actione pro peccatis/ de sacrificijs pro pauperibus/ de sacrificio per ignorantiam peccantis/ & sciēter
secrete tamen/ de sacrificio principum/ & modo immiscendę farinę sacrificijs. Capitulum nonum.

Le.c.1. 2.3.4. E

De legibus sa- crificiorum & purgationis. Duo sacrificio- rum genera Modus imolā- di holocaustuȝ priuato viro

NVnc tamen quarundam memorabo paucarū de purgatione & sacrificijs
positarum: ¶ Etenim sermo mihi de sacrificijs faciēdus est. Duo sunt enī
sacrificia quorum aliud quidem ab vnoquoq; proprie. Aliud vero cele-
bratur a plebe. Et hęc quidem duobus modis efficiuntur. Aliud quidem
quando tantum quod immolatur inceditur. & propterea nomen holo-
caustomatis habet: id est totum incensum: aliud vero quod pro gratiarum
actione persoluitur. & ad epulas immolationum exhibetur. ¶ De priori
nāq; narrabo. Vir priuatus holocaustum faciens immolabat quidem bo-
uem & agnum & hędum: hæc quidem annicula. Boues autem permittū-
tur immolare: etiam iam maiores. Sed hæc omnia masculini generis ho-
locausta sunt. His autem cęsis limbum altaris sanguine perfundūt sacer-

Modus hostias imolādi .p gra- tiarum actione

dotes deinde purgantes ea membratim incidunt. et omnia super altare imponunt lignis instructum &
subiecto igne flammatum. Pedes autem cum iecore purgantes & inter pinguedinem vna cum alijs of
ferunt. Pelles autem sacerdotes accipiunt. Et holocaustomatis quidem iste modus est. ¶ Pro gratiarū
vero actione hostias celebrantes: hæc animalia sacrificant. Matura quidem & anniculis grādiora mas

Le.c. 3.&.7

Hostię .p pc̄tis. Sacrificia, pro pauperibus Sacrificiū p ig- norātiā peccātis

culina tantū fœminis combinata. Immolātesq; hæc: fundunt quidem sanguinem super aram: renes au-
tem & adipem & omnem pinguedinem cum reticulis iecorum: & cum his caudas agni superponunt a-
rę. Pectora autem & crura dextra sacerdotibus prębent & duobus diebus de reliquis carnibus ępulan
tur. Quæcunq; vero remanserint concremātur. ¶ Similiter autem pędicto modo sacrificij: etiā pro
peccatis hostię cœlebrantur. Qui vero maiora sacrificia non habent offerūt colūbas aut turtures duas
quarum alia quidem fit in holocaustum deo. alia sacerdotibus datur ad cibum. ¶ Tertius autem de sa-
crificijs horum animalium in sacrificiorum sermone dicemus. ¶ Qui enim per ignorantiam in pecca-

Sacrificiū scien ter peccantis se crete tamen Sacrificium prī cipum. Modus immis- cendę farinę sa crificijs.

Le.c.5. 6.

tum inciderit agnam & hędum fœminam eorumdem annorum offert. Et sanguinem quidem fundit sa
cerdos super aram non sicut prius: sed angulorum tāgit extremitates: & renes aliamq; adipem cum re-
ticulo iecoris super altare imponit. Sacerdotes autē tollunt pelles & carnes ea die consumendas in tem
plo. Lex enim in cras relinqui non sinit. ¶ Qui vero peccat sibiq; conscius est & nullum habet qui eum
possit arguere arietem immolat lege pręcipiente cuius carnes in templo similiter sacerdotes comedent
ea die. ¶ Principes autem in quibus peccant: sacrificantes ea quidem offerunt quæ priuati: placant au
tem deum offerendo ad sacrificia thaurum & hędum masculum alias masculos. ¶ Lex autem præcipit
in priuatis publicisq; sacrificijs etiam farinam mundissimam adijci. In agno quidem assarij mensuram
in ariete vero duorum: in thauro trium: & hoc sanctificant super altare oleo mixtum. Nam & oleum of-
fertur ab immolantibus. In boue quidem hyn medietatem. In ariete autē huius mensurę tertiā ptem: &

le.c.6. F.

Hyn mensura.

quartam in agno. ¶ Hyn aūt mensura hebręorum antiqua fert cados atticos duos secundum quā mē-
surā oleum offerebāt. ¶ Si quis aūt sacrificium non celebrans pro voto similę primitias offerat vnam
dragmā super arā mittit relinquam vero ad vescendū sacerdotes accipiūt aut ad coquēdū. Nā & oleo
fermētat aut certe ad faciendos panes sacerdote tollente quodcūq; ex ea ad holocaustū necessariū est

¶ Prohibitio de non imolando fœtum cum matre neq; ante octauum diem: de sacrificijs publicis
& quotidianis sabbato duplicandis: de sacrificijs septimi mensis: & primis de festis eorum. Sanctifica-
ta tribu Leui aīalia in hebręorum cibum determinat. Expellitq; a ciuitate leprosos. Capitulū decimum

A PRohibet autē lex immolari alia die natū vna cū genitrice sed nec aliter imolari pmittit nisi cū octaua dies nati trāsierit. ¶ Fiūt aūt & alia sacrificia ꝓ lāguoribus euitādis aut ꝓ alijs causis & equalia libamina cū hostijs expendūť quorū in crastinū aliquid remanere lex ꝓhibet. sacerdotibus scilicet propriam sumentibus partē. ¶ Ex publico sumpto autem lex est agnum anniculum singulis diebus occidi. inchoāte die & termināte. Septima vero die quæ sabbatū nuncupať duas occidūt: eodem sacrificātes modo. ¶ In initio aūt mēsis: & quotidiana sacrificia & duos boues cū agnabus anniculis septē & ariete mactāt. hedum vero pro declinatiōe peccatorū. si forte p casum obliuionis eueniat ¶ Septimo vero mensis quē macedones yperueretheum vocāt adijciētes his quæ prędicta sūt thaurū & arietem & septē agnas imolabāt & hedum pro peccatis: offerunt autē super hæc duos hedos quorū alter quidē vnus vltra terminos deserti dimittiť futurus pro toto populo expiatio & declinatio peccatorum alterū vero in suburbanis in locū purissimū deducentes cū ipsa pelle totū incēdunt nihil oino purgātes. cōcremať aūt simul thaurus nō oblatus a populo sed ex ꝓprio sumptu pōtificis prępatus Quo interfecto & allato in tēplum sanguinē eius simul & hyrci aspergit digito cōtra mēsam species. Eodem aūt numero & pauimētū totiensq; tēplum & aureā aram: & quod reliquū est circa maius vestibulū portās super hæc extremitates & renes & adipem cū reticulo iecoris superiponūt altari. Prębet aūt & arietem deo pontifex ad holocaustū. ¶ Quinta vero eiusdē mensis & decima tempore ad hyemē iam vergente tabernacula frigere iussit singulos per familias: metuētes frigus ꝓ anni custodie. Dūq; priam peruenirent in illa ciuitate quā propter templum metropolim haberēt festiuitatē eos octo diebus agere: & holocausta facere & sacrificia deo: & pacificas offerre hostias pcepit: vtq; in manibus portarēt ramos myrre & salicis. summitatesq; palmarū & virgulā mali pfic. ¶ Prima itaq; dierum holocaustū sit hostiarum ex tribus & decē bobus & agno vno aut pluribus & arietibus duobus adiecto hyrco ꝓ declinatiōe

Sumēs igitur exinde moyses exercitum venit ad fluuium arnon: qui de montibus arabie descendens & per totū desertum flueus in stagnū asphaltyden erumpit diuidens moabythidē & amonithidē. Hęc aūt terra est fructifera & hominum multitudine nobilis alere bonis ibi. nascentibus copiosa. Ad Seon itaq; regē eius regionis moyses misit populo viā petēs vt federibus (quibus vellet ille cederet) factis in nullo lederentur: neq; terra neq; q sub eo constituti esse videbantur sed etiam ventalia populo sub precio fore vēdenda sicut illorū ꝓcuraret vtilitas & aquam peregrinis vt vellent eis venundare deposcens. Seon autē hęc negans: ꝓprium armauit exercitum: vt hebręos arnō fluuium trāsire ꝓhiberet. Tūc moyses videns hostiliter amorreum insistere: nō passus vt hebręis per inertiā ꝓueniret inopia primitus ad eos accessit. Et cum esset difficile vt preualeret contra seon: cōsuluit deum si eum pugnare pmitteret. Cum deus victoriam promisisset: fiducialiter ipse ad certamen aduenit: & exercitum totum exacuit: dicēs eos bellandi nūc desiderio potituros quo al's quod diuinitas vti iubebat illi vero vt desiderabant potestate percepta sumētes arma ad p̄liū repente profecti sunt. ¶ Amorreus itaq; insistentibus populis cum iam nō esset equalis: ipse quidem hebręos obstupuit exercitum aūt eorum fortem esse non opere: sed timore respondit. Prima ergo congressione nō tolerantes resistere & sustinere Hebręos ī fugā cōuersi sūt hoc sibi potius ꝓ salute q̄ pugnare vtile iudicātes. Cōfidebāt ei ī ciuitatibus valde mūitis: i qbus cū reclusi fuissēt nihil ꝓfuit eis. Hebręi nāq; dū eos fuga declinare respicerēt insistebāt & irrūpētes eorū aciē eos insecutione pterruerūt. Illi siquidē dirrupti fugerūt alias fugiebāt hebrei vero psequētes nequaq̄ fatigabāt: qñ & ad labores p̄parati & vti fūdibulis expti & in oibus iaculis

Moyses ad regē Idumee legatos mittit viā sibi concedi rogans quod sibi negatum est.

Mors marie sororis moysi & splendida sepultura.

Modus purgationis populi a fletu ꝓ mortuo

Moyses pp'lmp arabiā ducēs venitin Archim.

Mons iste in biblia vocaī Hor.

Exutus Aaron sacerdotali vesteq̄ Eleazarus filius eius iduiī moritur ipse Aaron anno rū etatis centū triginta trium.

Arnō fluuius arabie.

Moyses mittit ad Seon regem vt viaȝ populo donet quod negauit re.

Seon exercitus armatus contra hebręos contra quem consulto deo moyses arma parat.

Amorrei fugiētes occiduntur

Nūe. .xx. Nūe. .xx. Nūe. c .ix. Nūe xx. Nūe. xx.

Maxima amorreorum cedes.

Seon rex occiditur. Preda hebreorum super Amorreos.

Descriptio & situs terre Amorreorum.

Og rex contra hebreos vadẽs occiditur. Galadeus & Galanithidis Preda hebreorum sup regnum Og.

Magntiudo & virtus Og regis Descriptio lecti Og regis. possessio regni og iditione hebreorũ

D.

ꝓpter facilitatem armorum ad persequẽdũ videbatur aptissimi: ita vt cũ hostes longius essent fũdibulis & iaculis sternerentur vt ꝓximi. Multa ergo cedes effecta tunc noscitur quando etiam fugiẽtes vulneribus vexabantur laborantq; potius propter sitim q̃ propter pugnam. Erat enim tempus estatis. Et cum desiderio sitis plurimi ad fluuiũ concurrerunt fugiẽtes: circundantes eos hebrei percutiebãt omnesq; illos iaculatos fatigatosq; peremerunt ita vt etiã Seon rex eorum simul extingueretur. Hebrei vero mortuos spoliabãt predãq; sumebant. Multamq; copiam habuerunt ex illa terra cum esset adhuc fructibus plena. Tunc igitur exercitus sine terrore iã captis hostibus egrediebantur ad epulas. Nullũ ẽni eis erat impedimentum pugne cũ oẽs pariter deperissent. Amorreos siquidem huiusmodi peremptio cõprehendit: qui nec prudentia videbantur astuti nec opere necessario boni. Quorum hebrei terrã late ceperunt. ¶ Est autẽ hic locus inter tria flumina positus quasi naturã insule tenẽs. Quẽ locum aruus quidẽ a meridiana parte circũdat. Iaboch autem septẽtrionis circuit latus qui in ordinẽ: alias iordanis fluuiũ descẽdens illi etiam nomen tradidit. Occidentalẽ vero partẽ eius regionis iordanis ripa cõcludit. ¶ Cũ ergo res ille ita consisterent: israhelitis instabat og rex ducens exercitũ copiosum & festinãs q̃dem tanquam solatium amico se ꝓbiturũ. Cũ vero iam eum cognouisset extinctum: etiam tũc deliberauit cõgredi cũ hebreis: putãs se preualere eorum virtutem experimẽto cognoscere. Cumq; fuisset spe sua deceptus: & ipse bello mortuus: & omnis eius exercitus est perẽptus. ¶ Moyses aũt Iaboch fluuiũ trãsiens: regnum og regis perãbulabat ciuitates destruens & oẽs inhabitatores occidẽs: qui & diuitijs omnibus in illa terra et virtutibus & opulentie multitudine precellebãt. ¶ Og autem regis magnitudo & pulchritudo fuit vehemens: qualis ẽ paucorũ. Erat autẽ manu vir fortis: vt operibus virtutis magnitudo & pulchritudo corporis videretur equalis. Fortitudinis vero eius & magnitudinis sunt experti q lectum eius viderũt in ciuitate rabbatha regni amanitidum factum quidem ex ferro: quattuor vero cubitorum latitudinem habentem longitudinem vero duplicem & vno cubito fortiorem. ¶ Hoc igitur cadente: non ad pñs solummodo hebreis rerũ fiducia est cõcessa: sed etiam in futuro causa eis bonorũ moriens est effectus. Nam quadraginta vrbes clare nimis munitas: illiq; subditas tenuerũt predãq; copiosam & seorsum singuli & communiter omnes adepti sunt.

Nũe. c xxj.

Deu. c ii. j

E

Nũe xxi j.

¶ Adueniẽte moyse cum hebreis ad iordanẽ cõtra hierico exercitus partẽ poneret ad Madianitarum expoliendum mittit qui cũ legatis Balach regis ad ꝓphetã Balaam veniunt rogantes vt ad maledicẽdum israelitis vellet ꝓcedere qd primo facere (deo ꝓhibẽte recusat deinde secundo rogatus & ꝑmittente deo cum legatis venit. Qui turbatus asina (qua insidebat) viã declinante ipsũq; hũnana voce de iniusta ꝑcussione accusante ab angelo sibi appente increpatur. Capitulum. vij.

Moyses exercitũ ducit ꝑ desertũ ad iordanem cõtra hierico.

Moyses exercitus ptem in terram madianitarum expoliãdã causa belli.

Mitũt madianite cũ legatis Balach ad balaam ꝓphetã vt veniat ad maledicendũ hebreis quod facere ꝓhibente deo recusat.

Iterum mittitur ad balaam ꝓ eadem causa.

Moyses itaq; castrametatus: deduxit exercitum per desertum ad iordanem circa magna cãpestria contra hierico ciuitatem opulentissimam & palmas atq; balsamũ que ferre solet cupiose. ¶ Ceperunt tuti esse israelite & desideriũ habere bellã di Porro moyses cum paucis diebus deo pacificas hostias immolasset: populumq; epulari fecisset: partem quandam armatorum misit qui terram madianitarum expoliarent & eorum patrias obsiderent. ¶ Causa vero bellandi aduersus eos huiusmodi fuit. Balach Moabitarũ rex dũ amicitias paternas haberet atq; societatẽ circa madianitas & israhelitas videret tanto cremento ꝓficere: etiã de suis rebus nimis erat in formidine cõstitutus. Deniq; dum non credebat terram aliã hebreos querere nisi suam cum ꝑmisisset vtiq; deus chananeã illos fore possessuros: velociterq; studuit amicos de hac re suis tẽptare sermonibus. Et pugnare qdẽ ipse infelicitate cõstituus contra illos qui obstringerent erumnis non iudicauit: sed ꝓhibere magis eos ne potiores efficerentur Deliberauitq; legationem ꝓ eis ad Madianitas protinus destinare. At illi (dum esset quidã ab eufrate ꝓpheta preclarus illorum temporum eisq; nimis amicus) miserunt ad eum cum legatis balach: viros de suis fide dignissimos rogãtes vt veniret ille ꝓpheta quatenus pro perditione israhelitarum maledictiones efficeret. Qui venientes legatos suscepit: & largitatẽ hospitalitatis exhibuit. Cũq; cenasset dei consuluit voluntatem qui forent: de quibus Madianite rogarent. Cumq; deus impedimentum eorum voluntati fecisset ad legatos redijt: desiderium quidem suum & studium eis ostendens circa ea que ab eo requirerent: sed deum resistere sue voluntati dicens qui eum ad tantã gloriã ꝓpter veritatis eloquium perduxisset exercitũq; pro quo maledicendo eum venire rogabant esse deo nimis amabilem: suadebatq; simul vt propter hanc causã inimicitias suas ab israhelitarum gente suspẽderẽt. Cumq; dixisset hec legatos dimisit. ¶ Madianite vero (balach vehementer insistente & ꝑces maximas offerente) miserunt iterum ad balaam. Tunc ille studens aliquid viris illis prestare denuo cõsuluit deũ Qui volens eum rem experimẽto probare: iussit ne legatis in aliquo cõtradiceret, sed cum eis iret. Qui arbitratus deum hec ei nõ pro deceptione iussisse: cum legatis mox ibat. Angelo autem sancto ei occurrente per viam in quodam angustissimo loco: qui erat accinctus gladio bis acuto asina in qua balaam sedebat intelligens diuinum eius spiritum. Declinauit balaam ad vnam maceriam non sentiens

F

A plagas quas ei Balaā inferebat. dū percussus ad maceriā vexaretur. Cum vero insisteret angelus·asina percussa voluntate dei·vocē loquētis emisit.accusans Balaā velut iniustū quia dū pro prioribus ministeriis nihil de ea quereretur haberet: tūc ei plagas inferret:nō intelligēs qm̄ voluntate dei prohiberetur ab his quę festinaret implere. ¶ Cūq; Balaam(humani asina loquēte)pturbaretur. palā etiā angelus apparuit:eūq; increpare de plagis asinę cepit tanq̄ nō esset hęc culpa iumēti.sed q̄ eius iter contra dei voluntatē fieri prohiberetur. Metuens autē Balaam studuit remeare:sed deus eū confortauit vt iret. pcipiēs vt quicqd eius i mēte poneret hoc ille manifestaret Et ille quidē dū hoc deus iussisset venit ad balach.

Asina humana voce loquitur. Angelus Balaā increpat de plagis asinę

¶ Balach rex Balaam decenter suscipiens ipsū in mōtem ducit hebręorum visurū exercitū vbi cōstructis septē aris sacrificiisq; patis e diuerso cepit populo bn̄dicere multa de eorū prosperitate pdicendo quiq; increpāte Balach ait nihil se posse cōtra dei volūtatē. Sed & secūdo aliis paratis aris pro maledictione bn̄dicit hebręis eorūq; hostibus futuras passiones & calamitates prophetauit. Capitulum. viii

.c.23·

Rege vero decēter eū valde suscipiēte petebat vt ductus ad quēdā montiū cōsideraret quēadmodum hebręorū constitutus esset exercitus. Balach autem ipse per se deduxit prophetā cū regio ministerio in montē:qui supra eorum caput videbatur existere. Aberat eni3 ab hebręorū exercitu stadiis sexaginta. vidensq; eos ille precepit vt septem aras rex constitueret:& totidem tauros & arietes adduci iuberet. Cūq; rex celeberrime ministrasset: ille hęc immolauit holocausta. Quo facto:cepit ediuerso benedicere dicens. Hic populus felix cui dabit deus multorum possessionē bonorū:eritq; auxiliator eius in omnibus:& pręsulē prouidentia sua ei cōcedit ita vt nullū humanū genus sit quod nō virtutē eius & studia iudicet optima. & omni malicia segregata. Hęc itaq; & vos(inquit)habebitis & melioribus filiis relinquetis. Deo quippe vos solos hoīes intendente & vbicunq; fueritis in omni terra sub sole posita feliciores habente. Terram vero in quā vos ipse misit obtinebitis seruiturā semper filiis vestris. quorūq; gloria implebitur oīs terra simul & mare:& sic abundabitis i orbe terrarum vt omni terrę habitatores ex vr̄o genere prębeatis. O ammirandū te atq; beatū exercitū qui tantus ex vno patre es creatus. Sed nunc quidem vos adhuc paucos chananeorū terra suscipiet scituri orbē terrarū vestrū fore habitaculum ineternum. Nā multitudo vestra ita & i insulas dilatabitur & in omnes terras:sicuti nec celi numerus est astrorum alias stellarū. Et cū tanti fueritis nec vbertatē vobis negabit deus in pace bona oīa ministrando:& victoria3 atq; potentiā in bello largietur:& filios inimicorum qui cōtra vos aliqua pręsumptione cōtenderint subiugabit. Non enim vltra reuertetur aduersarius vester victor qui filios suos lętari faciat aut vxores. Tāta vobis fortitudo prouidentia dei pręstabit cui grādia minuere virtus est & latius augeri quę parua sunt. ¶ Talia siquidē ille sua sacratione pręferebat cū non esset in semetipso sed dei potius spiritu vinceret. Balach autē cōtristato & proclamāte: eo q̄ pacta trāscēderet. quibus fuisset a suis amicis magnis muneribus inuitatus & cū venisset pro maledictione hostiū ditaret eos & cunctorū hoīm beatiores ostenderet. Ait ad eum balaā. O Balach de cunctis rebus cogitare putas i nobis esse. & de talibus quicquā dicere seu tacere. qn̄ dū nos spiritus dei pręceperit voces & verba quę ipse vult nihil sentiētibus alias sciētibus nobis emittit:ego vero recordor qm̄ tu & Madianite supplicātes me huc desiderabiliter adduxistis & propterea veni. Fuit mihi votiuū in nullo tuū desiderium violare sed melior deus est horū q̄ quę ego tibi pręstare credebar. Annis eni isani sunt qui penitentiam humanarum rerum apud semetipsos ita suscipiunt. quatenus nō ea(quę diuinitas dictat)edicant quo magis illius violentiam faciant voluntas. Ego siquidem hunc exercitum neq; laudare proposui:nec in quibus bonis genus eorum deus habiturus sit aperire. Sed deus propicius eis existēs & festinans eis felicem vitam et gloriam prębere perpetuā:hęc mihi verba promissionum talium ministrauit. ¶ Nūc aute3 qn̄ alias quomodo votū mihi est tibi pręstare & madianitis quorum me preces repellere nimis est indecens: veni rursus aras alias erigamus & sacrificia permaxima prioribus celebremus: si forte flectere potuero deum vt me permittat hos omēs maledictionibus obligare. Cunq; Balach fieri permisisset & secundo sacrificanti nequāq̄ diuinitas(vt israhelitis malediceret)annuisset cadens i terram ipse dicebat passiones regibus affuturas & quęcunq; ciuitatibus erāt euentura eximiis quarum aliquas quidē nec habitari cōtingeret. Quę etiā facta sunt:dum hęc tēporibus priscis per terrā siue p mare vsq; ad memoriā meam hoībus euenissent. Et cū hęc oīa talē terminum exceperint qualem ille prędixit. quis libenter coniicere pōt. quoniam & in futuro sic erit quemadmodum ille pręfatus est.

.c.23·

B

C

Balaam in mōtem ducitur hebręoru3 visurus exercitū quē vidēns septē aras cōstrui iubet sacrificiaq; parari Balaam benedicit hebręis deo ipsū ad hoc mouente.

Prophetia Balaam de futura hebręorum prosperitate.

Balach Balaam icrepat quia cōtraria facit iussioni.

Excusat se Balaā nihil se posse cōtra dei voluntatem.

Balaam iterum aras alias iubet erigi & sacrificia celebrari.

Balaam pro maledictiōe benedicit hebręis futura mala regibus & ciuitatibus prędicens.

¶ Balaam(eum sine honore rege remittente)futura mala hebręis propter eorum peccata prędixit eosq; ad peccandum prouocare docuit quo consilio Madianite & moabite vtentes filias suas pulcherrimas ad hebręorum exercitum mittunt quarum pluchritudine decepti sunt paternas leges trāsgrediūtur eorumq; deos adorantes cibis vetitis vescuntur. Samarias quoq; tribus Symeon princeps Madianitidem duxit vxorem. Quem Moysi iniuriose respōdentem phinees zelo dei accensus cū Madianitide suo gladio transfodit multiq; tunc Madianitidarum occisi sunt. Capitulum nonum.

Prędixit Balaā pauca mala futura hebręis,ꝑpter eoꝝ peccata & dat consiliū moabitis & madianitis de ꝑuocādo eos ad peccatum.

Hebręi pulchritudine filiarum Moab & madiam decepti.

Verba deceptoria filiaꝝ moab & Madiam ad hebręos

Balach autem īdignatus eo q̄ maledicti non fuerāt israhelite: remisit balaā nullo honore remuneratū. Ille vero iam descendens & circa transitū eufratem veniens: & Balach pricipibusq; valedicēs ait. O Balach & Madianite presentes oportet me hęc pręter dei volūtatē prestare vobis. Hebręorū quidem genus nulla pestis penitus appręhēdit: nec bella nec aliqua necessitas: nec sterilitas fructuū terrenorū nec alia quęlibet eos causa corrūpit. Est enim cura deo liberare eos ab oī malo nullamq; permittere sup eos venire huiusmodi passionē: quatenus omnes debeant deperire. Euenient autē eis pauca & ad modicū tempus: ex quibus humiliari videātur. sed deinde intelligent q̄ pro timore eis fuerit illata talis vexatio. Vos autē quandā victoram ad breue tēpus aduersus eos lucrari desideratis: quod impetrabitis si hęc quę moneo feceritis. Filiarū vestrarum speciosas pręcipue virgines quibus subdi & deludi castitas possit inspicientiū propter pulchritudinis hōestatē: circa eorū exercitū proxime destinate: supplicantibus eorū iuuenibus vt earū amplexibus misceātur pręcipite quatenus dum eos cōcupiscentia viderint obligatos deserant, rogitātibus & manere eas non primitus annuāt: q̄ eos leges patrias relinquere iubeant simul & honorē dei qui eas posuit eis. & madianitarum atq; moabitaꝝ colere ritū cogant. Sic enī illis indignabitur deus. Cūq; hęc ille dixisset: abscessit. Madianite vero dū misissent filias suas sicut ille monuerat. hebręorū iuuenes decepti sunt pulchritudine puellarū: & ad earū colloquia venientes: rogabant quatenus earū pulchritudine fruerētur cōsuetudinis nec ꝓximitate residerent. At illę hęc verba libēter suscipientes cōsenserūt eis obligātes eos amore suo. Quibus dū cōcupiscentia creuisset: eos ille cepere deserere: dūq; illos angustia de mulierum discessione crudeliter inuasisset vberrimis fletibus exorabant ne eos ille desererent. & futuras vxores & dominas omnium substātiarum suarū manere poscebāt. Hęc aūt cum iurisiurandi religione firmabant deumq; mediatorem in promissione faciebāt. flētes & vndiq; semetipsos misericordia dignos mulieribus ostendentes. Ille vero dum eos seruitute iam captos esse cognoscerent. & oī vinculo fidei cōsuetudinis obligatos eis talia cęperūt edicere. Nobis o fortissimi iuuenes domus paternę sūt & bonorū magna possessio. parentumq; & domesticorū fauor atq; dilectio. Nihilq; horū egētes venimus ad vestrū alloquium: nec questū speciosi corporis requirentes vestram nobilitatem adiuimus. Sed viros bonos & iustos existimantes. honorare vos exenijs quibus indigebatis aduenimus. Nūc vero quādo dicitis circa nos habere dilectionē & nostro cōtristari discessu: neq; nos vestras preces abijcimus. sed tm̄modo fidē fauoris vestri volumus ꝑcipere: per quā nos credere dignissimum iudicamus vt vestram conuersationem diligentes vxores esse possimus. Formidamus etenī ne dū fueritis satietate nostrę cōsuetudinis adipleti: deiceps contumelijs affectas ad parentes nos proprios remittatis. ¶ Rogantibus autē illis: & vt vellent fidē daturos se pollicētibus: & vt amorē ī nullo cōtradicentibus: dixerūt ille. Quoniam hęc quidē vobis placēt cū moribus & vita ab oībus alienati sitis: ita vt etiā cibos ꝓprios habeatis: & pocula cū nullo cōmunia necesse erit volētibus vobis habitare nobiscū etiā deos colere nostros. nec erit iudiciū aliud circa nos vestri fauoris nisi eosdē deos (quos nos) adoretis Nullusq; culpabit vos si terrę ad quam venistis eius colatis & numina: vtiq; dū nostri dij cōmunes sint oībus/vester vero in nullo sit talis. Dicebantq; eis vt aut quę essent oībus ea facerent aut aliā quererēt terrā in qua possent legibus proprijs cōuersari. ¶ Illi aūt earū amore deuicti optime illas dicere iudicātes & semetipsos tradētes voluptatibus earū patria iura trāsgressi sunt deosq; plurimos iam putantes & immolare eis lege prouincię proponētes cibis etiā extraneis congaudebāt: & oēs ad libidinem mulierum cōtra leges proprias insurgebāt. ita vt iam per omnem exercitum iuuenes agerent cōtra legē. & seditio multo peior priore icēderet alias incideret. ¶ Cū oino iā solēnitates proprie deperirēt. Nam dū semel iuuenes mores attigissēt extraneos eos vberius appetebāt. Sed & si qui priorum virorū propter virtutes patrū nobiles erant cum eis vicio subiacebant. ¶ Deniq; Samarias (alias zamarias) princeps tribus symeon dū haberet Chora Madianitidē mulierē ducis cuiusdā filiā viri iter illos valde potētis vxore iubēte ante solēnitates mosaycas q̄ illa magis delectaret effecit. Non immolando lege prima & alienigenę nuptias eligēdo ¶ Et dū ista gererentur moyses metuēs ne quid peius acciperet. congregans populū in ecclesia nullum equidem culpauit nominatim. nolens quēquā desperatione deijcere quia (dū laterent) poterant penitere. dicebat autem qm̄ alias quomodo nō agerent digna se aut suis patribus oportuna dū libidinē deo pręponerent & ei placentia violarent. Oportere tamē vt dū adhuc eis bene esset reuerterētur ad formidinē arbitrantes non vim inferendā leges esse positas. sed ad cōcupiscentiā repellendā. Super hęc aūt adijciebat nō esse rationabile vt qui casti fuissēt in heremo nūc cōstituti iter bona tāta peccarēt: & res quas dū adepti fuerāt per indigētiā tēpore vbertatis amitterēt. Et ille quidē hęc dicēs conabat emēdare iuuēculos: & ad penitētiā eorū quę gesserāt reuocare. Post quē surgēs Samarias ait. Tu quidē o Moyses vtere legibus quas ipe posuisti. ex ipsa cōsuetudine eis firmitatē attribuēs. Et qm̄ iā castigasti: frequēter hebręos q̄ nō bn̄ seducūt: me ī his quę tyrānice iperas nō habebis obnoxiū. Nō em̄ aliud quicq̄ hactenus sub figmēto legū dei q̄ iugū seruitutis no

Hebręi primas leges dimittunt voluptatibus moabitidum se tradētes omnino vt earū deos adorantes cibisq; vetitis vescātur.

Samarias madianitidē duxit vxorē gratia cuius patriam legem dereliquit in biblia nomē viri ponitur zābri & mulier vocatur cozbri.

Prudētia Moysi in generali reprehensione.

Samarię principis cōtumeliosa responsio

D.

N.c.15

E

F

A bis inferre machinaris: & tibimet defendere principatum, auferendo nobis desiderium et proprium vi uendi arbitrium. quod est liberorum & dominum non habētium. Crudelior itaq; circa hebręos & tu so lus eris ęgyptios castigare volens. & secundum leges tibi placitas singulorum volūtates astringere. Sed multo iustius est vt tu potius puniaris quando ea quę oĩbus indubitanter bene habere videntur solus exterminare cōtendis & contra oĩm placita tuam valere sententiam. Mulierem atq; perigrinam sicut ais duxisse me fateor. A me enim audies meos actus sicut a libero. non enĩ latere proposui nec propter me alter delator erit. Et sacrificaui dijs quibus sacrificandum non iudicatis: iustū estimans per multos me debere acquirere veritatē & non velut sub tyranno viuere & per oēm spem semper ex vnius cōuer satione perdere. ¶ Dū hęc autem Samarias de his quę & ipse & alij male gesserant edixisset. populus equidē quiescebat formidine futurorum legislatorē intendens nolentem illius superbiā ex aduerso li tigio prouocare. Metuebat enim ne multi propter luxuriā verborū eius imitatores facti: multitudinem perturbarent. Et in his quidē dimisere cōuentum. sed causa mali potius augebatur. ¶ Cūq; Samarias ex tali causa mortuus non fuisset. Phinees vero vir & in alijs quidem rebus melior existens. multorum iuuenū & dignitate patris transcendēs coetaneos vniuersos Eleazari sacerdotis filios & frēs Moyseos nepos: dolēs in his quę gesserat Samarias & anteq̃ per licentiā fortior efficeretur iniuria. opere volens vltionem inferre & iniquitatem (ne cresceret amplius) prohibere dum adhuc qui hęc arripuerant mi nime punirentur animi simul & corporis sic audacia confortatus est vt non prius decertare quiesceret: q̃ victoriam in eo facto perciperet. Tū (alias tūc) ad tabernaculum Samarię veniēs: ipsumq; euaginato gladio & chorāi simul extinxit: Iuuenes autem oēs quibus virtutis amor & Phinees imitatores esse vi debantur perimebāt eos qui in culpa Samarię similes existebant. Multi siquidē iniquę gerētiū horū vir tute perempti sunt. omnesq; pestilentia perierūt: deo post hęc illis immittente languorem. Tamē quicū B. q; eorum cognati fuerant (& cum prohibere deberent magis ad iniuriam dei exacuerūt) pariter sunt ex tincti. ¶ Perempti itaq; sunt ex eorum cœtibus non minus q̃ quatuordecim milia virorum.

Zelus Phinees et virtutis laus.

¶ Phinees zelo dei accessus. Samariā & Chorami madianitidē occidit quiq; ad vindicandū dei iniuriam alios minauit.

¶ Animatus Moyses ad Madianitarum iteritum ad terram eorum exercitū mittit Ballaam prophe tam probans Phinees ducem constituens. Qui (victis & interfectis Madianitis et eorum quinq; regi bus) predam ipsorum diuidens sacerdotibus et leuitis partem assignat. Capitulum. x.

HAc itaq; causa exaggeratus Moyses ad interitum madianitarum direxit excercitum de quorum prelio post paululum edicemus narrantes primitus quod reliquimus. Iustum namq; est legislatoris voluntatem nequaq̃ in hoc sine laude trāsire. Balaam enim (qui petitus fuerat a madianitis vt malediceret hebręis. & hoc quidē complere diuina proui dentia non pręualuit: sed consilium dedit quo hostes vtentes hebręorum populum pe ne consumerent) Moyses magnifice nimis honorauit eius diuinationis verba probans alias describens cum posset huius gloriam propriā facere quando nullus qui mendacium probans ar gueret testis extaret. Illi namq; testimonium reddidit: & eum memoria dignum fecit: Et hęc quidem si cut alias si voluerint quicunq; considerent. ¶ Moyses itaq; pro quibus pręd ixi rebus ad terram madia nitarum misit exercitum: ex vnaquaq; tribu duodecim milia viros eligens quorum ducem statuit Phi nees: ducem cuius fecimus paulo ante memoriam qui leges custodiuit hebręas & Samariam transgre dientem eas ipse percussit. Madianitę vero videntes exercitum contra se venire & quantus nunquam aduersus eos accesserat: congregantes prouincię multitudinem expectabant hostes. & vndiq; muniti excipiebant eos. ¶ Venientibus autem eis congressione facta madianitarum cecidit multitudo quę cō putari non posset numerumq; transcenderet. Sed et reges eorum quinq; pariter sunt perempti quorum C nomina erant: Och: & sur Robech alias Obeth & huir. Quintus vero regum est Arach de cuius cogno mine ciuitas in terra arabum constituta hactenus ab omnibus de nomine regis edificantis arachen vo catur. quę apud grecos dicitur patras. ¶ Hostibus igitur fugatis alias effugatis hebrei eorū tenuere pro uinciam. multamq; sumentes prędam & possessores cum mulieribus perimētes solas virgines relique runt. Hoc enim moyses duci Phinees iusserat. Qui reuersus incolumē reduxit exercitum: & prędā val de copiosam id est boues quinquaginta duo milia sexaginta. Asinos autem sexaginta milia. Auri vero & argenti vasa innumere multitudinis: quibus vtebantur in domo. Nam per longam felicitatem. orna tu erāt valde locupletes: Deductę sunt autem & virgines quasi triginta duo milia. ¶ Moyses itaq; (diui sa in duas partes pręda) alterius quidē quingesimam partem Eleazaro dedit & sacerdotibus: leuitis au tem alterius quinquagesimam reliquam vero vniuerso populo distribuit. Viuebantq; decetero valde feliciter. Eratq; eis per virtutem oĩm bonorum copia. nullaq; tristitia eorum voluptates impediebat

Moyses pphetiā Balaam ap pbauit quę ad longum hētur.

Moyses ad terram madianitarum exercitum mittit & Phinees constituit.

Reges madianitarum cum innumerabili multitudine ceciderunt in prelio.

Pręda hebręorum super madianitas

Moyses prędā in duas partes diuidit & partē sacerdotibus & leuitis donat.

¶ Iosue successore Moysi instituto Tribus Gad & Ruben cum dimidia Manasse Amorream terrā petunt pro sua sorte quos Moyses crimine licit postea tamen (eorum iustificata petitione) concedit ciui tates refugij assignando. Capitulum vndecimum.

Iosue moysi successor deo iubẽte instituitur.
Tribus Gad & Ruben cũ dimidia tribu Manasse terram petunt Amorreorũ sibi dari quos moyses criminat
Iustificata petitiõe tribus Gad & dimidia tribus manasse accipiũt amorreã
Ciuitates refugij tres vltra iordanem.
Nomina ciuitatum refugij & situs earum.
Tres alię ciuitates refugij transiordanem.
Quomodo ad filias trãsibat hereditas p̃rna.
❡Biblia vocat Salphaad.

D. N.27 — Nũe.c xxxij.

Moyses igitur cum esset senex Ihesum successorem sibi constituit. ad prophetias & ad militię pricipatũ sicubi necessarium foret (iubente deo) vt rerũ teneret imperiũ Ihesus autem omni doctrina legum diuinisq; misterijs (Moyse docente) erat instructus ❡Inter hęc etenim duę tribus Gad & Ruben & Manasse dimidia: quadrupedum multitudine & omnibus alijs valde dites. habentes commune consilium rogabant Moysen vt eis pręcipue amorream concederet quę pascuis optima videbat. Ille vero existimãs eos timuisse chananeorũ pugnã & occasionẽ honestã quasi ꝓ pascuorũ diligẽtia requisisse: malignos eos appellabat: & turpẽ occasionẽ timoris adinuenisse ipsosq; velle sine labore deliciari: dum omnes adhuc ĩ erũna cõsisterẽt & terrã ideo quã peterẽt obtinere. ne decetero cũ ceteris laborarẽt quibus terrã traditurã se deus promiserat trãsiordanẽ. & aduersas gẽtes interẽpturũ. Illi vero cõspicientes iratum ducem & contra se iustissime prouocatum respondentes satisfaciebant non pro timore periculorum neq; propter laboris defectũ hoc petere. sed vt prędam in oportunis constituentes locis expediti ad certamẽ & ad bella venire possent. Dicebãtq; se pręparatos vt dum possiderent ciuitates ad custodiam filiorum & vxorum & facultatis suę: vbiq; cũ exercitu properarent. ❡Porro moyses dum iste sermo placuisset: vocans Eleazarum sacerdotem. & Ihesum & ad vltimum vniuersos: concessit eis amorream ita vt auxilia conferrent cognatis suis donec omnia complerentur: Accipientes itaq; ista conditione prouincias & ciuitates fortissimas possidentes: filios & coniuges & alia quęcunq; poterant circumeuntibus impedimentum facere in eis apte constituerunt.

Nũe.c xxxv.

❡Edificauit autem & moyses decem ciuitates quę in numero quadraginta & octo forent. quarũ tres distribuit vt ad eas (qui nolentes facerent homicidium) confugerent: & tempus fuge constituit habentium scilicet potestatem perempti cognati occidere homicidam si eum extra terminos ciuitatis (ad quẽ fugerant) inuenissent. quod nullo alio permissũ est perpetrare. Heę siquidẽ ciuitates fugacibus distributę sunt Bosor quidem in arabię finibus Arimam (alias Arimam) autem in terra Gaiaditorum Galalin vero in batalide regione. ❡Cumq; etiam chananeorum terram obtinerent: tres alias ciuitates inter vrbes leuitarum moyses fabricandas ad habitaculum fagacium delegauit. ❡Moyses autem adeuntibus eũ maioribus natu tribus manasse & dicẽtibus virum insignẽ tribuũ fuisse defunctum nomie Orophatim: & filios quidem masculos non reliquisse sed filias & cõsulentibus si earum fuisset hereditas ait siquidem aliquos de sua tribu ducerent cũ hereditate ad eos irent si vero ex alia tribu alicubi nuberent hereditatẽ in paterna tribu relinquerẽt: & tũc manere vniuscuiusq; hereditatẽ in propria tribu cõstituit

E — Nũe. xxxv.

❡HISTORIA LIBRI DEVTERONOMII INCIPIT.

❡Moyses populum ante mortem alloquens ad dei mandatorum custodiam exhortatur & suis pricipibus obedire monet: pericula (quę passus est vt in futurum caueant) commemorando prędicitq; eorum obprobriosam a terra promissionis fine, spe futuri reditus (si a dei mandatis deuient) dispersionem necandosq; iubet hostes & aras eorum destruere: sicq; scriptum legis librum (dictante deo ne per ignorantiam declinarent, populo donauit.

Capitulum xij.

Orõ moysi ad populum iuxta Iordanem cui mortẽ suã p̃dixit & iordanem transire sibi esse a deo ꝓhibitũ
Senes cũ veritatis itegritate debent loqui.
Moyses exhortatur populum ad dei mũdata custodienda.

D.3.8 4.5.9 7.8.

Cum vero iam quadraginta anni minus triginta dies implerẽtur. Moyses cõgregãs ad Iordanẽ vbi nunc ciuitas est Abila. locusq; palmarum: conueniẽte vniuerso populo ita locutus est. O viri cõmilitones & sicut deo placuit calamitatis longe participes cẽtum viginti annis senectute cõfectum oportet me ab hac vita discedere. In his vero quę gerenda sunt trãsiordanẽ iã nõ ero vester adiutor: neq; pugnabo vobiscũ a deo prohibitus. Iustum tamẽ credidi neq; nũc meam deponere pro vestra felicitate curam. sed indicare ꝓpriã: vestre vbertatis adeptionem. Et memoriam meã in abudãtia bonorũ vestrorũ referre. Nũc igitur explanans queadmodum vos felices eritis vestris filijs bonorum vestrorũ relicturi possessionem. ab hac vita discedo. Dignusq; sum vt mihi fides habeat & propter pristinas virtutes: & eo ꝙ aię ad vite huius terminum venientes: cũ omni loquentur integritate. O filij israhel. cunctis hoibus causa bonę possessiõis ꝓpicius deus est. Hic eni solus dignis hoc tribuere: & auferre in se delinquẽtibus pater cui vos exhibere quales ipse vos vult esse simul & ego volũtatẽ eius sciẽs aperte vos moneo Non enim eritis beatissimi: & in omnibus imutabiles. aut felices. si ex illius mandatis aliquando cessaueritis. Possessio nãq; bonorum quam nunc tenetis firma manebit & pręsentiũ rerũ celerrimã securitatem habebitis si solummodo quę deus vos seq vult his obediatis. & neq; legum alienarum ordinẽ pręponatis. neq; pietatem quam nunc circa deum geritis spernẽtes ad modũ alienũ conuertamini. Hęc autẽ agẽtes fortissimi cunctorũ eritis bella ferre & inimicorum nulli succũbere. Deo enim vobis auxiliatore pręsente cũctos vos post ponere rationis est. Pręmia siquidẽ magna virtutis vobis sunt posita quę oĩ vita possideatis. Virtus etenim p̃mitus bonarum causarũ est pręmium deinceps etiam alienarũ rerũ pręstat augmentũ. ita vt dũ inter vos ea vsi fueritis. magnam vobis conferat vitã & inter alienigenas gloriosos efficiat. & apud posteros eminentes ostendat. Hęc itaq; poteritis

F

A ad pisci: si legibus quas (dictāte mihi deo) cōstitui obediatis, easq; custodiatis & earū sapiētiā meditemi ni. Ego aūt discedo gaudēs in vestris bonis commēdās vos castitati, legis & bonę cōuersationis ornatui, virtutibusq; ducū qui prouidētiā vestrę vtilitatis exhibebūt. Deus autē qui hactenus vestri pręsul exstitit, ꝑ cuius volūtate & ego vobis vtilis fui non vsq; ad pręsens stare faciet prouidētiā suā: sed quanto tpe ipsi volueritis eū habere patrocinātē in virtutis studijs permanentes tanto pręsidiū eius habebitis. ℂ Cōsilia nāq; vobis prębebunt optima: quę sequentes felices eritis. pontifex Eleazarus: & ihesus nec non & seniores & principes tribuum quos audire vos conuenit: scientes qm̄ omnes qui bene sub principe consistunt: & principatum tenere & liberati pręesse pn̄t. Nec idignemini i his quę vos agere duces vestri poposcerint. Nunc eteni vt benefacientibus iniuriā faciatis in hoc fiduciam ponetis: ꝙ decetero declinantes meliores causas habebitis. Nec huiusmodi irā aliquando sumatis quali circa me vti sepius pręsūpsistis. Nostis em̄ ꝙ frequēter potiora alias peiora a vobis q̄ ab hostibus mortis picula sustinui & hęc improperia non ferens: vobis edico. Nō eni in exitu vitę dolētes cōtra me reliquere volēs hæc ad memoriā reuoco quādo nec tēpore quo hęc patiebar iratus agnoscor. sed vt de futuro a talibus tēperetis & in nullo vestris pręsulibus iniuriā ꝓpter diuitias faciatis. q vobis iordanē transeuntibus & chananeā obtinētibus affluenter aduenient. Nā si p eas fueritis contēptores effecti: & virtutē deuotionemq; perdideritis quā circa deū geritis: eum primitus habebitis inimicū: & terrā quam armis obtinuistis: iterum cū magnis obprobrijs amittetis. totūq; dispersi per orbem vestro seruitio omnē terrā & mare complebitis. Eritq; vobis dū horum omniū experti fueritis inutilis iam penitentia. & memoria legum non seruatarum. Vnde si vultis hęc apud vos permanere. dum hostibus preualueritis nullū reliquatis ex eis sed omnes perire decernite ne viuentibus eis illorū studia degustantes. a cōuersatione paterna recedatis.

B Sed & aras & lucos & tēpla quecunq; habuerint destruenda cōmoneo & genus & memoriā eorum igne cōsumi. Sic eteni vobis bonorū vestrorū erit firma securitas. ℂ Ne vero per ignorantiā melioris rei natura vestra ad peiora declinet: & leges vobis (dictante michi deo) composui. & ordinem bonę cōuersationis institui. Cuius seruātes ornatū felicissimi eritis oīm rerum. Hęc dicens dedit eis in libro leges & conuersationis modum eis cōscriptum. ℂ Illi vero flebāt & multum querebantur ducē: memoriam periculorum eius habentes: & quanta pro eorū salute gessisset. desperātes etiā de futuris quasi nullus eis princeps similis foret: minusq; iam deū sui prouidere credētes eo ꝙ Moyses eum potius exorasset. Tunc illi qui in deserto ei cum ira locuti fuerant penitentiā agentes ingemiscebāt: ita vt omnis populus i lachrimas prorumperet & plus q̄ sermone dici potest. gemitus cū dolore proferret. Moyses aūt cōsolabatur eos & licet dignus mult s lachrimis esse videtur. tm̄ admonebat eos a fletu: vtq; magna vteretur cōuersatione poscebat. Tūc ergo cōuentus ita dimissus est. ℂ Volo autē cōuersationem moyseos dicere primitus eiusq; dignitatis virtutes exponere. vt per hęc legētes agnoscant qualia initia nostri habuere maiores. & sic ad aliarum rerum venire narrationem. Scripta sunt autem hęc omnia sicut ille reliquit nihil nobis adijcientibus ad ornatum: quod a Moyse relictum non est. Hoc tantum placuit nobis modo nouitatis inducere vt secundum genus nobis singula disponant̄ quę ab illo in scriptis disperse relicta sunt & queadmodum deum in singulis quibusq; cōsuluit. Propterea namq; necessarium iudicaui hęc prædicere ne aliqua nobis a contribulibus hanc scripturam legentibus quęstio generetur. Hic autem ordo

C est legum in nostra conuersatione competētium. Quas autem nobis communiter ad alterutros dereliquit: has de moribus & causis explanare referre distuli. quod adiuuante deo post hoc opus nobis insinuare propositū est. Ait eni. Dū chananeorum terram possederitis & ad vsum bonorum vacaueritis: & ciuitates iā ędificare ceperitis ea faciētes quę deo placita sunt firmissimum pignus felicitatis habebitis.

ℂ Prędixit Moyses vnam sacram ciuitatem fore construendam et in ea templum ad quam omnes hebręi ter in anno sacrificaturi conueniant. ex mercede meretricis fieri prohibet sacrificium et leges in festo tabernaculorum summo sacerdoti iubet omnibus publicare & pueros primo in lege dei erudiri secundo in gratiarum redditione deo pro beneficijs. Capitulum.xiij.

Sit vobis vna ciuitas sacra in terra chananeorum in loco optimo: & virtute pręclaro quācūq; deus sibi per prophetā elegerit: tēplum vnum in ea sit. & vnuȝ altare ex lapidibus nō manu dolatis sed passim iacentibus. qui dealbati erunt decore & ad videndū valde purissimi. Accessus autem ad eum sit non per gradus In alia vero ciuitate: nec altare nec templuȝ sit. Deus eni vnus & genus hebręorum est vnum. ℂ Qui vero blasphemauerit deū: lapidatus suspendatur per diem. & sine honore turpiterq; sepeliatur. ℂ Conueniant aūt in ciuitatem in qua tēplum construunt ter in anno a finibus terre quā hebręi tenuerint quatenus deo & pro his quę possident gratias referant et de futuris preces effundant. & cōuenientes adinuicē tūc epulantes amici sint. Bonū est enim vt semetipsos alterutrum contribules non ignorent. sed sua studia sibi communicēt. Hoc autē ex hac societate proueniet vt & aspectu & loquela memoriā sui semper obtineant. Si enim alterutris impermixti sunt extranei si-

Marginalia: .c.7 — .c.12 — .c.16

Moyses monet hebręos obedire eleazaro & iosue et ceteris tribuū pricipibus. ℂ Rememorat Moyses pericula quæ passus ē a populo vt caueant in futurū similia ducibus irrogare. Prędixit Moyses Iudeorū obprobriosam dispersionem atet ra promissionis sine spe futuri reditus. Dedit eis libruȝ legis scriptum. Flebant omnes loquēte moyse Iosephus nihil ad Moysi scripta adiecit sed tātum dispersa collegisse dicit. Prędixit Moyses vnam sacrā ciuitatē fore cōstruendam quę dicta est hierusalē & tēplum i ea ędificanduȝ Pena blasphemij. Ter i anno obligabantur iudei venire ad tēplū

Ex quo debet fieri oblatio & sacrificium.

Ex mercede meretricis, phibitū ē fieri sacrificiū nota causā

Leges in festo tabernaculoruꝫ a summo sacerdote pręcipit oībus legendas.

Vtilitas legum cōtra peccātes.

Pueri primo debēt erudiri i lege dei & secūdo i grārū actione pro donis dei.

D.c.12 14.16 &.24 D.

bimet putabuntur. ¶ Sit autē & decima exceptio frugum vobis pręter eā quam distribuit dominus sacerdotibus & leuitis dari quę vendatur quidē per prouīcias & ad epulas ministretur & hostias quę i sacra vrbe sunt celebrandę. Iustum est enī ex his quę terra nascunť quā deus vos possidere cōcesserit: vt ad honorē eius qui hęc tribuit paranť (alias pfruanť. ¶ Ex mercede mulieris fornicarię non sunt sacrificia celebranda. Nunq̄ enī ex his quę de contumelia procedūt diuinitas delectatur. Nihil enim confusione corporum peius est. Similiter autem si quis pro coitu carnis aut venaticij aut custodijs gręgū mercedem acceperit: nunq̄ exinde deo sacrificandū est. Nullus blasphemet eos quos pricipes alię ciuitates esse putant. Sacra peregrina nō sunt curāda neq; ęs (alias vas) denominatum alicui deo est sumendum Nullus vestrum texta ex lana linoq; tunica vestiatur. Hęc enim solummodo sacerdotibus est concessa. ¶ Conueniente vero multitudine in vrbe sacra ad immolandum post septem annos: instante festiuitate quę vocatur xenophegia: id est tabernaculorum defixio: summus sacerdos stans in excelso tribunali vnde possit audiri legat omnibus leges & neq; vxor neq; filij audire prohibeantur: sed neq; serui. Bonum est enim vt animabus inscripte leges etiam memoria cōseruentur qua nunq̄ deleri possint. Sic em̄ neq; peccabunt non valentes dicere ꝙ decreta legum ignorare videantur. ¶ Leges enim multam habebunt contra peccantes audaciam: vtiq; prędicens eis quę sunt passuri delinquentes & animabus eorum inscribentes quę pręcipiunt per auditum quatenus omnino in interioribus eorum consistat volūtas legum: in qua cū deficiunt auctores i psius lesionis existunt. ¶ Discant etiam pueri primum legem quę est doctrina optima & causa felicitatis eximia. Secundo autem per singulos dies mane & vespere testificanda sunt dona dei. quę liberatis de terra ęgyptiaca concessit. Iusta enī est naturaliter actio gratiarum: quę refertur & pro compensatione rerum iam factarum & pro inuitatione futurorum. Inscribenda vero in ianuis ea in quibus eis deus benefecerit: & brachijs singula queq; declaranda quę virtutem dei valeant designare & fauorem eius circa eos ostēdere quatenus vndiq; circa eos illuceat dei fauor.

De.c.1

Septē prīcipes i vnaquaq; ciuitate pro iustitię exercitio: cuilibet duo viri leuitarū adiūgātur.

Iudex (q probatur pecuniā pro iuditio accepisse) ab officio expellendus est.

Q̄n̄ remittendę erant causæ ad sacrā vrbem

Oportet ad minus duos testes esse bonæ famę

Mulieruꝫ testimoniū nō recipiendum: neq; seruorum.

Pena falsi testis

De homicidio cum diligentia quęrendo.

Modus quo vtebantur circa homicidium incognitum

Lauant manus in signum ignoscentiæ.

¶ Moyses in vnaquaq; ciuitate septem principes esse īstituit & iudices qui (pecunias accepisse pro iustitia conuincantur (excellenti sunt ab officio aliquando etiam causę ad sacram vrbem dimittebātur/ oportet insuper duos esse testes ad minus. neq; mulieris aut serui validum est testimoniū/ falsusq; testis talionis pena est puniendus. Cum diligentia homicida quęrendus. Qualēq; debeant eligere regem (si eis regis fuerit amor) edocet cui prohibetur terrę mutare terminos. Capitulum. xiiij.

E

PRincipes autem sint in vnaquaq; ciuitate viri septem. qui & virtute & iustitię studio sint exempti vnicuiq; vero principatum: duo viri ministri prębeantur ex tribu leuitarum. In omni autem honore qui in vrbibus iudicare constituti fuerint habeātur ita vt illis pręsentibus neq; blasphemare neq; aspere agere liceat aliquibus. sic vtiq; respicientibus pudorem dignorum hominum tanq̄ sibi deum in illis contēnere videātur. ¶ Iudices autem puri ptātem habeant pronunciādi quodcunq; videtur eis. nisi forte pecunias eos quilibet accepisse p iudicij diuersitate demonstret: aut aliam proferat per quā eos nō bene iudicasse conuincat. Nō enim lucrū attendentes aut dignitatē cōuenit iudicare: sꝫ iustitiam rebus oībus pręponentes. Nam hoc non agens deum quilibet contemnere putatur: eumq; infirmiorem credere q̄ illos quibus contra iustitiam timore potestatis sententia propria præstare contendit. Dei enī virtus iustitia est. Quisquis enī pręstat eis qui aut non iuste quærūt aliquid aut non iuste in dignitate sunt constituti: illos potius deo potiores facit. ¶ Si vero iudices non intelligunt de rebus sibi creditis iudicare: quando multa talia solent hoībus prouenire: in te gratia causam in vrbe sacra remittāt & conuenientes pontifex & propheta & seniores quæ eis videntur iusta pronuncient. Vni testi non credatur sed tribus aut ad vltimum duobus: quorum testimonio verum faciat vita prior. ¶ Mulierū testimoniū nequaq̄ recipiendū. propter leuitatē & procacitatē generis earū. Sed neq; serui testimoniū perhibeant propter ignobilitatē animi: quos autem propter lucrum aut propter timoreꝫ verissime pōt credi non vere posse testari ¶ Si quis autē false testatus: cōuictus ea patiatur quæ passurus esset is contra quē testimoniū dixit. ¶ Si homicidio facto i aliqua vrbe: nō iueniať is qui fecit: ne in suspitione sit aliquis quasi per odium ppetrauerit quærať equidem homicida cum multo studio: de eoq; nūcianda pro ponantur edicta. Cum vero eum nullus nunciauerit. principes ciuitatum vicinarum regionis illius in qua cedes facta est & seniores cōuenientes metianť (a loco vbi iacet mortuus) regionē. & pars quę fuerit vicinior ciuitati populi eius emētes vitulam & deferētes eam in conuallem: & in locum inutilem aratro & plantationibus: incidant ceruicem bouis. & sumentes aquam lauent manus suas supra caput bouis sacerdotes & leuitę simul & seniores illius ciuitatis: exclamāt ab homicidio mundas se manus habere & neq; gessisse neq; factori communicare & inuocent deum propicium sibi fore. & nunq̄ tā malā passionem in illa terra contingere. Optima inquit est huiusmodi dispositio: & conuersatio talis. Nec vobis alterius reipublicę sit affectus: sed hāc diligite dinas leges habētes & secundum eas oīa facietes. Sat est enī vt deus sit vester princeps. ¶ Si autē fuerit alias adheserit vobis regis amor sit quidē iste cōtribulis:

D.c.16

Deu.c xvj. & xix

D.cxxi

F

sitq; ei iusticiæ prouidētia sēp & virtutis alterius magnitudo. Sciat autē is legibus atq; deo inesse plurimā sapiētiā nihilq; gerat pręter pōtificis seniorūq; sententiā. nec multas nuptias vsurpet neq; abūdantiā sectetur pecuniarū. nec ornatus ęquorū quibus rebus collatis vltra leges superbus erit Prohibeatur autē etiā si quis horū studium habuerit fieri vltra modū vtilitatis vestræ potētior. Terminos terrę mouери non liceat nec proprie nec alienę p quos vobis seruabitur pax: sed habeātur firmi in eternum positi sicut diuina sententia tanq̄ prelijs ex hoc & seditionibus mūdus vexatur dū accedere vltra terminos auari voluerit/alias voluerūt. Nāq; non procul est vt transcēdat leges qui terminos voluerit permutare.

A. De.c.17. De.c.17.

De rege hebręis hūdo si voluerit habere cū illē debēt ffā re nota cōditiōes. Prohibetur rex terminos terræ mutare.

¶ De terrę nascentibus ante quartum annum aliquid colligere prohibet Moyses: terrāq; vineis plātatā seminari: bobus quoq; in aranda terra aliud aial iūgi & semia mūda esse iubet & impmixta: atq; iumēta: metentes insuper manipulos alendis egentibus relinquere: pmittitq; trāseuntes fructibus satiari: triturātiūq; boum ora dicit non alligenda penam assignans transgressoribus. Capitulum.xv.

QVi i terra plātauerit: si ante quartū annū folia fructūq; attulerit: neq; deo ex hoc primitias offerat: nec ipse comedat: nō eni scdm tps hoc illatū est dū naturę pręter tps vim fecisse videat. vnde neq; deo neq; pprio dño cōpetit ad vtēdū. Quarto vero anno vindemiet ome quod inde nascit tūc em maturū est colligēsq; ad sacrā deportet vrbē. Et cū decimis aliarū frugū expēdat. cū amicis proprijs epulādo & cū pupillis & viduis. Quinto autē anno: fit dñi sui quæ fuerit nata. ¶ Qui terrā in vineis plātat nō seminet eam. Sat est em hāc hoc enutrire germē. & laboribus aratri esse priuatā. ¶ Bobus terra aranda est: & nulla cū eis altera aialia sunt iūgēda sed propriū hoc genus sit ad arandū ¶ Semina vero sint munda & impermixta & nō duobus aut tribus generibus seminet. Nō eni cōmuniōe dissimiliū natura lętat. neq; iumēta permisceantur quæcūq; cognata non sunt. ¶ Metuebat eni tūc legislator ne per hoc iniuria trāsiret ad hoies initium a minoribus & turpibus primo sumens. Nihil eni huiusmodi debet esse licitum: ex quo per similitudinem conuersio quędam in communibus rebus habere possit accessu3. Qua propter de rebus vilibus leges negligentiam non habuerunt: scientes omnibus puidere ne in aliquo viderentur esse culpabiles. ¶ Metentes inquit & manipulos colligētes: non omnē messem decet excutere: sed relinquere aliquos manipulos qui sint egentibus alimentū. ¶ Similiter autem & de vinea ramusculos pauperibus relinquendos & oliuarum quendā fructum reseruandum colligentibus & escam propriam non habentibus. Non eni tanta abundantia ex nimia colligendi diligentia domino vtilis erit: quāta gratia ex indigentium satietate proueniet. Tunc diuinitas terrā ad illationem fructuum promorem efficiet eorū qui nō suę tantummodo vtilitati prospiciunt: sed etiam pro aliorum cibo cogitare noscuntur. Sed neq; boum ora dū spicas terunt in area sunt liganda. Non enim iustum est vt qui simul laborauerūt i fructu & circa natiuitatē eius fatigati sunt: participari phibeantur. ¶ Neq; poma matura contingere iter agētes arcendi sunt. sed tanq̄ de proprijs eos debent pmittere satiari siue prouiciales siue sint peregrini & cum gaudio prebendum eis ad comedendū Portare vero nihil eis liceat ¶ Neq; vindemiātes ex his quę ad torcular portant gustare prohibeant sibimet occurrentes. Iniustū est enim bona quę dei volūtate ad viuendū data sunt inuidere desiderantibus ea comedere dum pomum sit i maturitate sicut deo placuit. & mox abire festinet. ¶ Et licet per verecundiā aliqui contingere non presumant: rogātes eos cum sint quidem israhelitę tanq̄ socij & propter cognationem pariter dñi & ex alio loco veniētes & vt munera suscipiant deprecandi sunt. quę deus eis videre concessit. Dāna siquidem iudicanda non sunt quęcunq; per benignitatē transeuntibus cōferuntur. Quando deus vbertatē bonorum prestat hominibus nō vt vtantur soli sed etiā alijs largiantur volens hoc modo fauorem suum circa israheliticū populum & felicitatis eorum administrationem alijs apparere cum eos suam abundantiam alijs participare precepit. ¶ Qui vero præter hæc fecerit: quadraginta minus vna plagas habena publica accipere voluit: & liberum penam hanc turpissimam sustinere quia dum lucro seruit: fecit iniuriam dignitati.

e.25 c.22 B. 24 c.25 C. c25

De terrę nascētibus āte quartū annū in visu nō cōcessis sed bene quarto āno. Plātata terra vineis prohibetur seminari. Bobus altera animalia nō sunt iungenda i arādo terram. Semia nō sūt pmixta neq; iumēta nota causam. Metētes manipulos iubet aliquos reliquere egētibus alimētū similiter in vinea & oliuis Non sunt aligāda triturantium boum ora. Permitēdi sunt trāseūtes fructibus satiari s3 nihil portare dñt Rogādi sunt verecundi. Pena transgressorum.

sus est & plus solito creuit: palã est p scripturas quę sunt in tēplo reposite. Sic igit exterminatis regibus q deduxerant cõtra gabaonitas exercitũ reuersus est rursũ ad chananeę montana Iesus: & multa cede facta sumens p̄dam venit ad exercitum galgalis constitutum. ¶ Et cum de hebręorum virtute per circuitum habitantes sermo discurreret & stupor haberet omnes audiētes multitudinē perēptorũ: castra metati sũt sup eos reges chananei q circa libanũ mõtē habitabãt & chananei q in cãpestribus erãt: palestinos secũ ducētes veneruntq; ad ciuitatē Byroi alias berothi galileę superioris & deiersi qui locus nõ est ꝓcul a galileis. Totus aũt exercitus armatorũ erat trecēta milia & duo milia curruum. Turbabat itaq; hęc multitudo & ipsum ihesum & israhelitas & sperare meliora propter timoris excellentiã dubitabant. Deo autē arguente timorē eorũ & si magis solatiũ ab eo (quererent) vt deuincerent inimicos) ꝓmittente: & iubēte equos hostiũ subneruare: currus incendit. Dux in promissionibus dei factus fidēs perrexit: ad inimicos & quinta die veniēs cõtra eos egressus pugnaq; fortis effecta & cedes potior (cre di poterit vel audiri. Persequēs aũt eos multũ perãbulauit omnem exercitum hostium pręter paucos omnes extinguens regesq; ceciderunt vniuersi. Deficiētibus aũt hominibus ad interficiendos equos Iesus eos occidit & currus incendit. Quo facto ꝓuinciam licentius possidebat: nullo p̄sumēte bellum eis inferre. Sed & ciuitates obsessione capiebat & quicquid potuisset sumere deuastabat. ¶ Quĩtus iã annus transierat: & nullus remãserat chananeorũ nisi qui munitione murorũ effugerant. Iesus autem de galgalis denuo castra metatus: sacrũ tabernaculũ cõstituit circa ciuitatē sylon alias sylo. Locus eni oportunus pulchritudine videbatur donec edificare tēplũ quietis causa pmitteret. Et inde ꝓcedēs ad Sichimã cũ omni populo: deo altare constituit vbi moyses quoq; p̄dixit. Et distribuens exercitum in monte quidē garrizi constituit mediũ & in bael dimidiũ inquo altare edificauit necnon & leuitas sacerdotesq; diuisit sacrificantes autē & maledicta faciētes & ea in ara cõscripta relinquentes ad syloam denuo sunt reuersi.

¶ Iosue in Sylo populo congregato dei beneficia commemorat qui (triginta & vno debellatis regibus) terram ꝓmissam veraciter iubet mensurari & estimari quam cũ principibus tribuũ nouē tribubus & dimidie p sortē diuidit prius Amorrea per moysen alijs duabus tribubus & dimidie distributa.

Maxim⁹ appatus aliorũ regũ Chananeorum cõtra hebreos.
Victoria iosueq percussit oēs reges et vastauit chananeos vsq; ad equos quos occidit currus.
Quinto omnes chananei ferre extincti.
Tabernaculũ i sylo & deide ad sychimam ꝓcedens altare construxit.
Epilogantur reges a iosue & hebreis victi.

Io.c.i (margin)
Ioc c (margin)

¶ Capitulum sextum.

IEsus autē cum esset senex & chananeorũ ciuitatē non facile capi videret tam propter locorum munitionē in quibus erant quãpropter fortitudinē murorũ quos pro naturali ciuitatum custodia circumduxerant & credebãt hostes desperatione tētationis ab obsidione recedere: nam propter interitum suum chananei cognoscentes israhelitas egressuros ab egypto omni illo tempore erant ad faciēdas ciuitates fortissimas occupati: cõgregari ergo iesus tunc populum in ecclesia siloe p̄cepit. Quibus summo studio concurrētibus cõmēorabat eis & de quibus fuerant iã potiti & actus quos gesserant: quam essent optimi & deo p̄bente digni: & ꝙ virtute legum quas sequebat: triginta & vnum reges p̄sumentes ei bellum inferre deuicerant: vt & omnē exercitũ quicunq; superauerat contra eorum fortitudinē se dimicare ita necauerant vt nec eorum generatio relinqueretur. Cũ vero ciuitates alie quidē iam capte viderentur apud alias autē longo tēpore magna p̄ssione adhuc opus esse propter murorum munitionē & habitantiũ in eis audaciam: petebat eos qui transiordanem erãt vt laborantes cum eis & in periculo adiuuãtes fratres suos sortibus ꝓprijs fruerētur: grates vti q; eis ꝓ labore restituendas. ¶ Tunc etiam singulos (ait ꝓ tribubus de quibus testimonium daretur eo ꝙ virtute p̄cellerēt dirigendos: qui terram metientes fideliter & in nullo malignantes: eius magnitudinem sine dolo renunciarēt. Et iesus quidem hęc verba faciens populum habuit sibi fauentem: & viros qui terram eorum deberēt metiri direxit dãs eis aliquos terre mensores doctos: quos propter artem veritas non lateret: mãdans eis vt in ea mensura estimarent & felicem terrã (& quę minus esset idonea. ¶ Natura namq; chananeorum terre huiusmo (di est vt (& planiciē magnam habeat & fructus ferre sit copiosa. Quę cõparata quidē alie terre creditur esse felix: cũ locis autē Hierichontis & hierosolymitarum estimata: putatur valde vtilissima licet omnino ex spacio parua & eorum multa mõtana sint. Magnitudine vero fructuũ & ad cibos aptorũ & pulchritudine: alia similis nõ est. Et ꝓpterea estimãdas potius q̃ metiēdas decreuit has sorte dum sepius vnum iugerũ pro mille sit dignum. ¶ Viri autem qui missi fuerant cum essent decem circueuntes (& estimantes terram septimo ad eum mense reuersi sunt ad ciuitatem sylon: vbi tabernaculum constituerunt. Tunc iesus Eleazarum et seniores cum principibus tribuum sumens diuisit hęc nouē tribubus & dimidie manasse scdz magnitudinē singularũ tribuũ mēsurarũ efficiēs. ¶ Cũq; misisset sorte: iude qdē tribus sorte cadēte elegit supiorē Idumeã que i lõgũ qdē extēdit vsq; ad hierosolymã: latitudine vero vsq; ad paludē sodome cõstituta est in hac sorte: ciuitates erãt schalon Gaza. ¶ Symeõ vero in secũda sorte ꝓuenit idumea quę circa egyptũ ē & arabie montē. ¶ Beniamitę vero sortiti sũt a iordane quidē flumine vsq; ad mare lõgitudinē, latitudine que hierosolymis berhelisq; tminat

Iosue senex populum in Syloe cõgregari iussit quibus beneficia commēorat dina. Reges debellauit.
Terrã ꝓmissam istituit Iosue mēsurãdã per doctos & veraces mēsores
Natura tre chananeorum & cõparatio ad alias terras.
Potius estimanda ē terra q̃ metienda.
Diuisio terre nouē tribub⁹ didie pro sortē. &c.
Sors iude idumea superior & eius ciuitates.

Io.c. / Io.c. / Io.c.i / Io.c.i (margin)

A Hęc autem sors angustissima fuit propter terre felicitatem. hierichon enim & hierosolymitarum tulerūt vrbes. ❡ Effrem autem tribus a iordane flumine vsq; ad gasaram. longitudinem habuit. latitudinē vero quęcūq; habuit helys vsq; ad campum maximum terminatur. ❡ Manasses vero medietas a iordane quidem vsq; ad ciuitatem doron: latitudinē autē habet ab bitisanos quę nūc scitopolis appellaᵗ. ❡ Post hos autem ysachar carmelū montē & fluuium in longitudinem habuit. Tabirium vero montem in latitudinē. ❡ Zabulonite vero vsq; ad Genesar descēdentē circa carmelū & mare sortiti sunt & conualleȝ quę carmelū nuncupatur eo q͛ etiam huiusmodi sit. ❡ Aserite vero omnem terram quę ad sydonē conuersa est: habuerunt. Ciuitas autem Arce in eorum parte fuit: quę etiā Hactipos nuncupatur. ❡ Partes vero ad orientem conuersas vsq; ad damascū ciuitatem & galileam superiorem Neptalitę sumpserunt vsq; ad montem libanum fontesq; iordanis: quorū fluctus de montibus est collectus. ❡ Danite vero loca conuallis ad occasum solis posite tenuerunt. Azoto & doris: determinationemq; Iamniā & geth. ab Etheron. vsq; ad montem ex quo tribus iuda pendebat ❡ Sic itaq; diuisit Iesus terram. nouem atq; dimidie tribui eam tradidit possidendam. Nam Amorreā quę & ipsa ab vno chananei filio sic vocata est Moyses dudum capiens tribubus duabus dimidieq; distribuit. Hoc autem & primitus indicaui. Loca vero circa sydonem: & artheos: & amatheos: & aritheos: inculta tunc erant.

(Margin: c.16, c.7, c.19, c.19, c.19, c.19. Sors effraim. iiij. Sors manasse. v. Sors ysachar. vj. Sors zabulō. vij. Sors Aser. viij. Sors neptali. ix. Sors dan. x. Amorrea prius distributa per Moysen.)

❡ Iosue senio confectus (leuitis triginta & octo ciuitatibus quarum tres erant pro fugacibus distributis diuisaq; omnino pręda) nullum chananeorum inter hebręos iubet reliqui sed omnes interimi (& exercitum in Amorrea constitutum ad dei pręcepta exhortatur. gratias ipsis agendo quos remittens ad sortem admonet vt vnanimes semper permaneant. Capitulum septimum

B. IEsus autē cū eū iam senectus impediret vt posset ea quę cogitabat efficere & dū q͛ post eū erāt principatū sumpturi negligēter in cōmuni vtilitate cōuersarētur: pręcepit singulis tribubus vt nullus de chananeorū gn̄e in terra quā sunt sortiti relinqueretur. hāc enī cautelā eis atq; custodiā paternarū solēnitatum fore. hanc etiā Moysen pręd ixisse commemorās. & hoc ei credēdū esse dicēs. ❡ Sed & leuitis octo & trigita ciuitates esse restituēdas qui iā prius acceperāt ī Amorrea decē. quarū tres distribuit fugacibus. habitandas: id est de tribu iuda Hebron: Sichē vero ex effrē. & Cades de neptalim. Est autē hic locus supra galileā. ❡ Diuisit autē & cūctas predæ reliquias. Erat nāq; terra ampla & magnas diuitias obtinebat. habūdabāt enī & cōmuniter oēs & eorum singuli auro & vestibus & alijs vasis & quadrupedū copia. quorū nūerus comprehendi nō poterat. ❡ Post hęc autē exercitu ī ecclesia cōuocato: eis qui supra iordanē in Amorrea cōstituti erāt. quorū exercitus quinquagita milium armatorum esse videbatur ita locutus est Quoniam deus & pater & dn̄s generis hebręorum hanc terram possidere cōcessit & possessam semper se nobis seruare promisit: pro cuius mādato cognatis indigētibus promptissime vos obtulistis ad omnia iustū est nulla vos difficultate vlterius detinere quiete iā frui. securis vtiq; vobis de voluntate vr̄a. quia si rursus opus fuerit eā ad necessaria insegniter offeretis neq; post hos labores eritis aliquādo tardiores.

C Gr̄as ago vobis pro periculis in quibus iuuistis nonmodo solū: sed etiam semper acturi sumus: & q͛ cū sitis boni memoriā habeatis omnium: & mente retinetis quęcūq; per vos prouenerunt nobis & quoniā vsum bonorum vestrorū propter nos distulistis. & laborantes primitus in quibus nunc dei fauore consistimus. postea vestra sorte frui vtile iudicastis. Accesserūt aūt super bona vestra ex laboribus quos nobiscum habuistis multę diuitię prędā potiorem augentes & aurum & argentum: super hęc omnia quod maius est vester fauor. Ob quā rem ita & nos ad quodcumq; volueritis in repensatione paratos habebitis q͛ nequaq̄ horū quę Moyses prędixit estis obliti illo etiam ab hominibus abeūte: nec est quicq̄ in quo vobis gratiarum debita non soluamus. Gaudentes ergo vos ad sortes vr̄as dimittimus & rogamus vt nullum esse terminū nostrę cognationis existimetis. nec q͛ inter nos iste fluuius est alteros nos & nō hebręos esse credatis. Omnes enim sumus ex abrahā qui hic & illic habitamus: vnusq; deus qui & vestros maiores & nostros ad illorum perduxit vitam. Cuius religionis habere curaȝ. & cōuersationis quā per Moysen semper constituit. Perdurantes enim in istis dei fauorem & eius solatium semper habebitis. Conuersis vero vobis ad imitationem gentium externarum. aduersabitur vestrum genus. Hęc cum dixisset singulos maiorum & communiter multitudinem eorum salutans: ipse quidem restitit. ❡ Deduxit autem eos populus non tamen sine lachrimis & vix semetipsos ab inuincem dimiserunt.

(Margin: c.21, c.20, c.22. Iosue sigulis tribubus præcipit nullū chananeū in terra hebręorum relinqui. Sors leuitarum triginta octo ciuitates. Decē ciuitates ī Amorrea pro leuitis quarū tres erant refugij. Iosue ad exercitum supra iordanem in Amorrea habitantem exhortatio. Gratias agit Iosue pp̄lo & exercitui. Exhortaᵗ Iosue hebręos oēs taȝ illos qui sunt vltra iordanem q̄ illos qui sunt citra vt vnanimes permanerent.)

❡ Redeuntes Rubenitę (& Gadditę cum dimidia tribu Manasse ad locum suę sortis altare super iordanis ripam ędificauerunt vnde ab alijs de idolatria accusantur (sed missis legatis eorum audita excusatione legitima) pacificantur. & iosue (phinees fratrum purgationem referente) pacificasq; immolauit hostias. qui populum in dei voluntate permanere admonens. decimo super cētesimum anno maxime dignus moritur. & in tribu Effraim ciuitate Thamua quo etiam tempore mortuus est Eleazarus sacerdos phinees filio sacerdotium suscipiente. Capitulum octauum.

TRansiens autē fluuiū tribus ruben & gad & quicūq; de manasse pariter sequebāť. altare super ripā collocauere iordanis: vt memorabile signū generationi future cognatiōis eorū qui ītra iordanē habitare videbāť existeret. Audiētes autē qui intra iordanē erāt eo ꝙ dimissi ab eis altare constituissent & nesciētes qua hoc volūtate fecissent: ꝓ nouitate tñ culture deorū peregrinorū hoc celebratū credētes. & sacre religioni derogatuꝫ verisimile iudicātes: erāt armati ad vltionē eorū qui locauerāt altare fluuiū trāsituri & punituri eos quasi pro paternarū destructione solēnitatū. Non enī videbāť eis iustū vt cognationē respicerēt aut dignitatē eorū qui auctores fuerāt harū rerum: sed dei cōplectebantur mandata & quomodo honorari cōgaudeat. Et illi quidē armati sunt per furorem. Retinuit autē eos Iesus & pōtifex eleazarus & pariter seniores. sermonibus suadentes: vt prius experimenta eorū volūtatis acciperent. deide si male voluntatis agnoscerent eorū mentes: tunc armis super eos incederent. Miserunt itaq; ad eos legatos phinees filiū eleazari: & decem alios apud hebreos honoratos. cognituros sapiēter vt quid altare transeuntes super ripā fluminis statu issent. Cūq; illis transeuntibus & ad eos venientibus fuisset ecclesia cōgregata. stās phinees hæc dicebat. Magis equidem deliquistis q̄ possitis correcti de futuro sermonibus emendari. Verumtamē non secundum magnitudinē iniquitatis nos reddituri vobis ad arma repēte vltionēq; descendimus. cognatos namq; verbis prius corripere vos volentes hanc celebrauimus legationē quatenus agnosceremus causā pro qua accessistis vt altare fabricaretis ne petulanter armis vos adire videremur vtrū voluntate bona fecistis hoc an reuera culpa conuincitur. vnde in vobis iustius vlciscamur. Nō enim credimus vos ipsius experimento dei voluntatem sepius agnoscentes. & auditores legum quas ipse vobis contulit existentes diuisos a nobis & in propriā sortē veniētes quam dei gratia & ipsius circa vos prouidētia meruistis eius obliuionē habere & tabernaculum archamq; deferentes & altari (quod nobis est propriū) peregrinos ītroducere deos / chananeorum mala sectātes. Sed nihil inique fecisse optamus agentes penitentiā: & nequaq̄ vereri timentes alias vesaniētes vlterius / legumq; paternarum pudorem / memoriāq; sumētes. Si vero in delicto consistitis: nequaq̄ laborem pro legibus refutamus. sed transeuntes iordanē defendimus eas & ante omnia deum. Nihil vos a chananeis differre credentes: sed sicut ipsos vos quoq; similiter perimentes. Non enim putetis ꝙ transistis fluuium: etiam a dei virtute estis extranei. Vbiq; enī in his que sunt ipsius estis. & fugere potestatem eius atq; iudicium nullo modo poteritis. Si vero creditis hunc locum vbi nunc estis positi impedimentū esse correctionis. nihil prohibet terrā denuo diuidere: eāq; ad pecudum pascua deputare. Sed agite tēperāter: & a nouo delicto recedite. Rogamus ergo per filios. & vxores ne nobis faciatis necessitatem huius defensionis ꝙ nec vestre nec ipsorum saluti aut causis expedit sic cogitare. vt nō verbis vinci potius q̄ experimētū velitis sustinere preliorum. Hec phinees dicente: presules ecclesie & oīs multitudo cœperunt de querimonijs satisfacere. & profiteri neq; ab eorū se cognatione recessisse. neq; pro nouitate altare condidisse. sed & deum vnum nosse qui hebreis est oībus communis & illud altare positum ante tabernaculuꝫ ad sacrificia faciēda. Hoc aūt altare ꝑpter qđ & suspecti estis facti. dicebāt nō pro religiōe collocatum sed vt signum fieret & indicium in futuro vestre familiaritatis & necesse est nobis temperare & ī patrijs legibus permanere. non autē transgressionis initium sicut suspicatum est facere. Testis autem nobis sit deus: ꝙ istud altare non pro tali causa construximus. Vnde meliorē habentes de his opinionem / nihil culpetis vlterius neq; eos extra sortē iudicandos esse credatis: nec eorum similes qui cum generis abraham sint ad nouas solēnitates accedunt. ¶ Hæc dicentes laudans phinees reuersus est ad Iesum: & eorum verba populo nunciabat. Ille vero gaudens ꝙ neq; vlla foret pugnādi necessitas: nec ad sāguinē bellūq; deducerentur cōtra cognatos: pacificas deo pro his hostias immolauit. Et dimittens post hæc multitudinē in proprias sortes Iesus ipse in sichē cōmoratus est. ¶ Post hec autem anno vicesimo senior iam existens conuocauit honoratos maxime ciuitatum & pricipes & seniores. & multitudinē quantumcumq; erat cōgregari possibile. Quibus in vnum conueniētibus cuncta beneficia dei commemorabat. erāt autē multa per que ab humili forma ad hanc gloriam & substantiam peruenissent: & seruare dei voluntatē quia talis circa eos esset orabat: & pie cunctos poscebat agere: per quod soluꝫ eis grata diuinitas permaneret. Hoc enī bene se habere dicebat vt transiturus a vita: huiusmodi eis monita derelinqueret poscebatq; ab illis vt que diceret memoria retinerent. ¶ Et ille quidem talia presentibus loquens defunctus est: cum vixisset annis centum & decem. Quorum cū Moyse quidem pro doctrina vtilium rerum cōmoratus est quadragita. dux autem post illius mortem sex & viginti fuit annis: vir nec sapientia indignus nec eorū que cogitabat vt multa sapienter ediceret inexpertus. sed vbiq; summus & ad opera periculaq; magnanimus audax: bella disponere: & in pace dexter: & in omni tempore precipua virtute cōueniens. Sepultus est autem in ciuitate Ihamna: in tribu effraim. ¶ Eodem vero tēpore mortuus est & eleazar pontifex. phinees filio sacerdotium derelinquens cuius sepultura facta est in gabatha ciuitate.

Redeūtes rubenite & Gaddite & dimidia tribꝫ Manasse altare sup ripā Iordāis edificauerūt vñ ab alijs accusantur idolatria q̄ arma sumentes dei iniuriam vlcisci parantur.

Mittuntur legati ad Rubenitas &c. pro inquisitiōe edificati altaris.

Verba phinees legati Rubēitas &c. īcrepatoria & monitoria ad penitentiam.

Terrā iterum diuidēdam offert

Excusant se Rubenite &c. legatis satisfaciētes.

Reuersus phinees ad iosue q̄ audita legatiōe pacificas immolat hostias.

Iosue pp̄lo diuina bñficia commemorās ipsos in dei voluntate poscebat ꝑmanere.

Mors Iosue etatis. cx. annoruꝫ.

Epilogus annorū iosue qui cuꝫ Moyse quadraginta annis fuit & populi dux sex & viginti.

D

E

Io. c. 22

F

Io. c. 23 & 24

I. c. 24 & iu. ij

¶HISTORIA LIBRI IVDICVM INCIPIT

A Mortuo iosuę ducatus/ deo reuelante/ tribui iuda datur cū qua ad pugnandum assumpta est tribus Symeon qui chananeorum exercitus regem Adonybezech capiētes qui/ amputatis manuum & pedū summitatibus/ vsq; hierosolymā captiuū duxerūt vbi mortuus est Q uiq; plurimas vastātes ciuitates/ terra hebron data caleph.& filijs ietro/ iuda & Symeon tribus ciuitates chananeas in montana & campestribus cœperunt multumq; belloq; locupletatę recesserunt arma deponentes/ Beniamitę quoq; ciues hierusalem contra dei pręceptum secum & alię tribus tributarios receperunt. Capitulum nonum.

1.c.1. D Ost horum itaq; transitum phinees prophetauit secundū dei voluntatē ad delendum chananeorū genus.tribui Iudę prebēdū esse principatum. Erat enim studium in populo cognoscere:quid etiam deo placeret.Tunc assumpta est etiā tribus Symeon ad pugnandū. quatenus exterminatis hostibus sub ditione etiā eos qui in ipsa sorte cōsistebant efficerent. Chananeis autē viuētibus apud se illo tēpore:cū magno exercitu eos i bezedin alias bezidin expectabāt regi bezedinorū Adonibezech.principatū credentes quod nomen significat dominus bezedinorum. Adoni ei hebręa lingua dominus indicatur.Sperabant enī vicere israhelitas mortuo iesu.Cōgressi vero israhelitę duabus tribubus quas prędixi.magnifice pugnauerūt.& occiderumt quidē eoruʒ

1.c.1. decem milia. fugantes autem reliquos & insequentes: Adonibezech quoq; ceperunt. Cuius dum manuum ac pedum inciderent summitates:dixit non semper latere deū:illa patiēs quę cōtra vos & septuaginta reges facere non erubuit.Et viuū quidē hunc tulerunt vsq; ad, hierosolymam: mortuum vero sepelierunt.Et egrediebantur vastantes ciuitates & plurimas capientes. ¶Inter hæc obsederunt hierosolymam.

B sed hanc quidē longo post tempore capiētes,omnes in ea habitantes interemerunt.Erat enī eis valde grauis de super munitio murorum & loci natura resistendo.¶Vnde castrametati sunt in hebron & hanc capientes omnes interfecerunt.¶Relinquebatur autē adhuc genus gygantium quorum propter magnitudines atq; formas in nullo alij hoībus proximas vltra moduʒ mirabiles hactenus ossa monstrantur:in nullo his de quibus fides habetur equalia. quorum genus leuitis pręcipue dedere munus etiam cum duobus milibus cubitis.¶Terrā quoq; caleph dono dederunt mandato moyseos.Hic enim fuit vnus exploratorum quos misit moyses in chananeam. Dederunt autem & filijs iethrim alias Ietro madianite qui fuit gener Moyseos terram ad possidendum.Nam patriam reliquentes secuti sunt eos & fuerunt in deserto cum eis.¶Tribus autem iuda & symeon ciuitates quidem chananeas in mōtana ceperunt/ in campestribus vero & ad mare positas & Aschalonem & Azotum.Euasit autem Gaza

c.1. & Accharon.Nam dum esset in campestribus & copiosam haberent curruum habūdantiā.irruentes sibimet potius affligebant. Et iste quidem tribus maxime bellando locupletatę :ad ciuitates proprias recesserunt & arma deposuerunt.¶Beniamin vero quorum erat hierosolyma habitatores suos concesserunt tributa persoluere

C & ita quiescentes omnes alios quidē interficere alios vero pericula sustinere ad terrarum se tradidere culturam.Hoc autem & reliquę tribus imitantes.beniamitas faciebant:& eorum tributa percipientes.permittebant chananeos sine periculis & prelijs esse.¶Tribus autem effrem cum obedisset Bethelam:finem dignum tempore & magna laborum obsessione inuenire non potuit quando illi licet affecti in obsessione omnimodo perdurabāt. Deinde efframitę sapientes quendā in ciuitate cōtemplantes necessaria deferentem:fidem ei dederunt vt si ciuitatem traderent.saluarent eum & cognatos eius eriperent.Et ille quidem in his iurabat ciuitatem se traditurū.Q ui tradēs vrbem:cum suis hoc modo saluatus est Illi autem interimentes cunctos inhabitantes ibi:tenuerunt de cetero ciuitatem.

¶Auaricię & ocio vacantibus hebręis & lucrorum libidini hostesq; contra dei pręceptum inter se permittentibus indignata est diuinitas . Seditione namq; inter eos orta ratione vxoris leuitę a Beniamitis raptę & violatę quam mortuam in duodecim partes maritus diuisit misitq; ad singulas tribus partem vindictam petens tanti facinoris. Capitulum decimum

c.2 I Gitur post hęc circa hostes quidē molliores erāt israhelitę:circa terrā vero & eius operā diligētiā potius exhibebāt.Q ui ad diuitias se tradētes p ępulas & libidinē iā virtute deficiebāt & i cōuersatione legū integri nō erāt.In his idignata diuinitas suscitauit primū quidem vt ita dicā sua volūtate chananeos qui postea scdʒ, eorū actus multa cōtra eos crudelitate sunt vsi.Hebręi nāq; & circa ea quę dei sunt negligētes erāt:& circa bella difficiles:cū multa chananeis abstulerit & ad labores iā essēt propter ępulas dissoluti.age-

19 baturq; vt eorū optima cōuersatio deperiret:& seniores non audiebāt.nec aliorū pręceptum: nec priorū v:lla solēnia cōseruabāt.Erant autē magis libidini lucrorū intenti:& propter multam requiem seditio

c.2 eos crudelis iterum compręhēdit:& ad hoc vsq; perducti sunt vt ad inuicē huiusmodi causa pugnarent pro qua deleta est tribus beniamin.pręter sexcētos viros.¶Vir leuita de populo qui erat fortis effreʒ & ibidem habitabat. de bethleem duxit vxorē.Hic autem locus est tribus iudę:Cumq; vehementer amaret coniugem & eius pulchritudine deuictus afficeretur:quādo ab illa nō similiter amabatur. & ille pro

Mortuo Iosue effraita ducatus (deo reuelante) daī tribui iudę cū qua etiā assū pta est tribus sy meō ad pugnādum.

Adonybezech rex chananeorum exercitum ducēs cōtra hebręos.

Obsederunt hebręi hierosolymam cōtra ipsā tamē tunc non preualuerūt. capta hebron oībus iteremptis.

Ossa gygantiuʒ mire magnitudinis.

Tribus Iuda & Symeon ciuitates chananeas i montana cœperunt & i campestribus multumq; bello locupletate recesserunt arma deponentes.

Effrāitę bethelā ciuitatē obsidentes lōgo tēpore tādem medio cuiusdam ciuis eam obtinuerunt

Auaricie & ocio hebręi vacātes hostesq; suos iter se contra dei p̄ceptū permittētes īdignatā sibi sēserūt diuinitatē Seditione iter eos orta insurgentibusq; i eos chananeis Seditio inter israhelitas p̄pter peccata sua.

Mulier virũ relinquẽs abiјt ad parẽtes quã vir secutus reduxit

D

pterea passione amoris eius potius vreretur: lites frequẽter inter eos veniebant. Ad vltimum vero mulier his grauata, relinquens virum ad parentes abiјt mense quarto. Vehemẽter aũt ferens vir per amorẽ venit ad soceros, solutisq; litibus placatus est circa eã. Et quidem diebus quattuor ibidem cõmoratus ẽ prębentibus ei hospilitatatẽ puellę parentibus. Quinta die placuit vt abirent. & circa meridiem sunt egressi. Tardius autem dimittebant parentes filiam. & diei iam tarditas accedebat. Vnus autẽ famulus sequebatur: & asinus erat eis in quo mulier vehebatur: Cũq; venissent circa hierosolymã ambulantibus stadiјs triginta. persuasit famulus vt manerẽt ne & propter noctẽ ambulantes difficultas aliqua cõprehenderet: dũ nec procul hostes existerent & tempus frequenter incautum faciat suspecta: etiã quę putãtur esse tutissima. Illis autẽ nõ placuit apud alienigenas viros succedere/ eratq; ciuitas chananeorũ/ sed accedẽtes viginti adhuc stadiјs optabãt ad propriam descendere ciuitatem. Cumq; hæc sentẽtia valuisset: venit in gabaa tribus beniamin iam vespere. Et cũ nullus ciuium eum in mãsione susciperet: senior quidã ex agro descendẽs qui de tribu quidẽ erat effrem: in gabaa vero cõmorabatur videns eum iterrogabat quis esset & propter quas causas mittẽs cũ iam esset tenebrę necessaria cenę requireret. Ille vero leuitã quidẽ se dixit esse mulierẽ autẽ a parentibus reducere. & ad propria remeare. Habitationẽ vero significat habere se in sorte effrẽ. Quẽ senior & pro cognatione & eo ꝙ eãdem possederat tribũ: & propter colloquiũ ad suum duxit hospitium. Quidam vero iuuẽculi gabaonitarum mulierem in platea videntes: & pulchritudinem stupescentes: dum apud illum senem eam successisse cognoscerent cõtẽnentes eorum infirmitatem & paucitatem venerunt ad ianuas eius. Et cũ eis senior (vt abscederent) supplicaret & vt nec violentiã inferrent hospiti nec iniuriã. Illi petebant vt data sibi muliere a rerũ inuasioue recederẽt. Seniore vero dicẽte quia & cognata esset leuitis: & ꝑ libidinẽ in lege iniquę delinquerẽt. Deficientes circa iustitiã deridebant minabanturq; se eum interficere eo ꝙ eorũ cõcupiscentiam impediret. ¶ Cũq; in necessitatem venisset: nolens hospites in contumelia magna relinquere. suã eis filiam cõcessit. dicens eis minus esse peccatum si concupiscentiam suã in ea complerent q̃ si iniuriam peregrinis inferrent: & iniuriã non perferre quos susceperet. hoc modo putabat. Cum vero illi nequaq̃ a suo feruore pro peregrina recederẽt sed imminerent vt eã acciperent: ille quidem supplicabat vt nihil iniquę prę sumerẽt ¶ At illi rapiẽtes & adiјciẽtes pro libidine violẽtiã. ad semetipsos mulierẽ deduxerunt & per totam noctem vsq; ad principium diei in eius corpore ludibria sunt extenti. Illa vero defecta ĩ his quę prouenerãt ad hospitẽ rediјt. & contristata in his quę pertulerat. per verecũdiam ad faciem mariti minime presumebat accedere eumq; circa se. pro his quę contingerent incurabilem putabat lectuloq; decũbens aĩam dereliquit. Vir autẽ eius arbitratus sopore graui mulierem detineri. nihil mali metuens/ excitare eam temptabat & consolari: quia raptorum nõ spontanea voluntate se prębuisset iniuriјs. ¶ Cum vero recte defunctã cognouisset: ad malorum magnitudinẽ imponens iumento: mortuam ad se portabat vxorem. Et diuidens eam per mẽbra in partes duodecim per tribus singulas destinauit. mãdatum dans portantibus vt proderẽt actores mortis eius. & eiusmodi crudelitatem cũctis tribubus indicarẽt.

¶ Iuuẽculi Gabaonitę ad sẽis ianuas pro vxore leuitę rapienda accedentes vim fecerunt. Senex propriaʒ filiam pro peregrini vxore liberanda obtulit. Rapta vxore leuitę ꝑ totam noctẽ ĩ eius corpore ludibria exercuerunt vnde & mortua est. Mortuã vxoreʒ leuita in duodecim partes diuidens ad singulas tribus partẽ mittit vindictã petẽs facinoris.

E

Iu. c. 1

¶ Tanti facinoris aspectu afflicti & visu hebręi itaq; concitati repente arma sumentes cõtra Gabaonitas volebant irruere sed a senioribus impediti mittunt legatos. qui vbi Gabaonitas superbos & contumaces inuenisse denunciant: hebręorum omnium exercitus mittitur contra eos qui & si in primo & secundo conflictu fuerunt victores) demum tamen simulata hebręorum fuga a ciuitate exeuntes omis (prętersexcentos viros) occisi sunt cum iabitis paucis iabitarum reseruatis virginibus/ quę postea superstitibus bẽiamitis (contribulibus hoc permittentibus) nupserant vnde & aliјs virginibus per matrimonium beniamin reparata est tribus.

Capitulum. xj.

ILli autem & aspectu & auditu grauissimorum malorum affecti nullum primitus huiusmodi sumentes exemplum ira itemperata & iustissima concitati in Sylo ante tabernaculum sunt congregati & in arma repente procedere tentabãt & insilire gabaonitis vt hostibus. Retinuerunt autem eos seniores. suadentes non apertere sic cito contribulis ĩferre bellum: anteq̃ verbis agerent de criminibus quando lex nec circa extraneos permetteret pręter legationem Israhelitas bella tractare: si forte penitẽtiam agerent qui iniuste aliquid assumpsissent. Bonum ergo esse: vt legi obedientes ad gabaonitas mitterent & mali auctores expeterent quibus prębitis eos punirent. contemnentes autem armis adirent. ¶ Miserunt ergo ad gabaonitas accusantes iuuenes de muliere: & eos dari ad supplicia deposcentes qui legitime non egissent. quasi esset iustum: vt pro omnibus illi potius morerentur. Gabaonitę vero neq; iuuenes tradiderũt & crudele iudicauerunt timore belli alienis obedire pręceptis in nullo se putantes minores armis: neq; multitudine nec bellandi prę sumptione. Erant enim nimis instructi & super alias tribus industriј. Despexeruntq; illos & indignati e diuerso: tanq̃ compressuri violentiam facientes. ¶ Cumq; talia fuissent Israhelitis enunciata: iusiurandum fecerunt nullam suorum viro Beniamitę dare nuptiјs filiam. sed armari super eos & amplius eis q̃ aduersus Chananeos insistere quos hebręi sępius expugnassent. ¶ Re

Iu. c. 9

F

Iu. c. 2

Iu. c. 2

Repente arma contra Gabaonitas assumere voluerunt sed a senioribus licet impeditis miserunt legatos Cõtumax & superba Gabaonitarum respõsio Iuramentũ aliarũ tribuũ de nõ dãda filia viro.

pente ergo eduxerunt super eos exercitum quadraginta milia virorum. Beniamitę vero habuerunt viginti quinq; milia armatorum. & alios septingentos qui sinistris manibus ad fundibulas videbantur experti. ¶ Et in ipso prelio circa gabaa fugauerunt Israhelitas beniamitę viri: occideruntq; ex eis viginti duo milia: fuissentq; plurimi forte necati nisi nox eos retinuisset & a pugna soluisset. Et beniamitę gaudentes abibant in ciuitate: Israhelite vero obstupescentes se ita victos ad exercitum remeabāt. ¶ Altera vero die rursum congressi beniamitę vicerunt: & mortui sunt decem & octo milia Israhelitarum. merentesq; exercitum reliquerunt. ¶ Venientes autem in Sylo ciuitatem proxime constitutā & ieiunantes altera die deprecabantur deum per phinees sacerdotem. vt eius ira quiesceret/eiq; in duabus eoruʒ deuictionibus satisfieret. daretq; eis potentiam contra hostes atq; victoriam. Deus autem hęc fieri phinees prophetante promisit. Duabus itaq; partibus diuidentes exercitum· mediā quidē partē in insidijs circa vrbem nocte collocauerant: medij vero beniamitis congressi. paulatim eis imminentibus recedebant & beniamitę psequebantur hebręis paulatim refugientibus & omnino volentibus omnes eos ab vrbe protrahere. Quos quasi fugientes insequebātur. itavt etiam seniores & iuniores i ciuitate propter infirmitatem relicti discurrerēt adire volētes hostes. Cum vero multū a ciuitate recessissent fugere quidem hebręi cessauerunt cōuersi aūt steterunt ad pugnā & illis qui in insidijs erant dederunt signū. Qui surgentes cū clamore hostes aggressi sunt. ¶ Illi vero vt sensere se esse deceptos in angustia cōstituti in quadam valle coacti & cōcauo loco collecti sunt & iaculis sauciati ita vt oēs interirent pręter sexcētos viros. Quiq; conuersi & constipati: & per medios hostes transeuntes effugerūt ad vicinos mōtes. quos tenentes ibidem cōmorati. Ibi vero viginti quinq; milia & centum: sunt extincti. ¶ Igitur israhelitę & gabaa ciuitatē igne cōcremauerunt. & mulieres & infantulos masculos peremerūt: alijs beniamitarū ciuitatibus similia facientes. ¶ Sicq; erant contra eos infesti. vt etiam Iabitas qui erāt galaditidis regionis eo q̄ eis auxilium non prębuissent contra beniamitas. mittentes duodecim milia de suis armatis iuberent eos interimi. Occideruntq; hi qui fuerant missi omēs pugnaces ciuitatis cū filijs & vxoribus pter quadringētas virgines. Tanta ira succensi sunt propter passionem corruptę mulieris: & armorum ab eis electa cōditione. ¶ Post hæc autem Israhelite pro calamitate beniamitarū penitentes & super hoc ieiunare proposuerunt: licet iusta passi essent eo q̄ in legem peccauerint. Tunc sexcentos qui fugerēt euocauere legationibus: erant eni supra quandam petrā quę Assuas Suas appellatur. Legati vero non illis tm̄modo calamitatem prouenisse. sed etiā sibi cognatis pereuntibus ingemiscētes: suadebant eis vt patienter ferrent: & ad illorum cetum concurrerent ne omnino quantum ad se beniamitarum tribum exterminari decernerent. Dicebantq;. Concedimus vobis terram & prędam. quantamcūq; tollere potueritis. Illi vero his contra se dei decreto gestis: quando suam iniquitatē scientes pugnauerāt ad tribū patriam: obediētes vocātibus venerunt. ¶ Israhelite vero vxores eas quadringentas virgines Iabitas dederunt & de ducēdis reliquis cogitabant quomodo & illi haberent vxores & filios pcrearent cum vtiq; iurassent ante bellū vt suas filias nulli beniamitę coniungerent. Et alij quidem suadebāt illud iusiurādum non debere seruari: quod per irā non voluntate nec iudicio prouenisset nihilq; foret deo molestuʒ si tribum perituram saluare possent: adijcientes periurium non q̄n necessitati fit) esse pessimum. sed q̄n fuerit malignitate commissum. ¶ Cumq; seniores periurij nomen valde metuerent quidam ait. hoc cōsilio & isti vxores habebunt: & religio iusiurandi seruabitur. Ter in anno in sylo ad mercimonium fit cōuentus sequunturq; mulieres & virgines. Sinantur ergo beniamitę vt raptu ducant vxores qualscumq; potuerint nobis neq; inuitantibus neq; prohibentibus: & dum patres earum questi fuerint vindictāq; poposcerint. dicemus eos potius esse culpabiles qui custodiā non habuerint filiarum. Oportet enim bēiamitis iram cedere. quacirca eos vsi sumus immensa. His itaq; consentientibus: decreuerunt Beniamitas raptu nuptias celebrare. Instante vero festiuitate: illi quidē ducēti viri & terminante ciuitate per vineas & loca in quibus se latere credebant positi insidiabantur virginibus veniētibus. Ille autem cuʒ lusu nihilq; metuentes sine custodia properabant. Tunc illi surgētes. tenuerunt dispersas. ¶ Eo modo deducentes vxores ad opera se terre dederunt studentes vt ad secundum felicitatem denuo remearent. Hoc itaq; modo tribus beniamin cum pene tota perisset Israhelitarum sapientia reparata est. floruit itaq; repente & opulentię magnitudine alijsq; rebus ditata est. Hoc ergo bellum ita sedatum dinoscitur.

¶ Chananei contra hebręos desides arma parant Danitas fugere compellentes qui vrbem Dan edificauerunt multasq; perpessi afflictiones hebrei primo ab Assiriorū rege annis octo per Othomelem ducem liberantur secundo. per Aioth iudicem ab Eglon Moabitarum rege liberantur. Capitulum. xij

Horum vero similia etiam tribum dan ex huiusmodi causa contigit sustinere. Cum Israhelitæ bellorum studium reliquissēt & ad opera se terre dedissent chananei contemnentes eos: nec aliquid se ab eis pati credentes suum collegerunt exercitum. firmam habentes spem quasi Hebreos affligerent & de cetero ciuitates licenter inhabitarēt currusq; faciebāt & exercebāt armis & vt

---

¶ Exercitus hebręoruʒ contra Beniamī exercitum et vtriusq; descriptio.

Vicūt primo bēiamitę Israhelitas duobus milibus eorum occisis.

Israelitis ad deuʒ ieiunijs & oratiōibus victoria promittitur.

Examinata penę tribus beniamin quia solum sexcentum viri euaserunt.

Perēptis infantulis & mulieribus Gabaa cuʒ alijs bēiamī cōcrematur occidūtur & iabitę.

Israhelitę bēiamitarum desolationē deflētes sexcentos viros qui fugiēdo remāserāt illesi legatis reuocant.

Virgies Iabitas quadrīgētas/israhelitis permittentibus) Beniamitę viri vxores capiūt & pro reliquis ducendis vt vxores habeant cōsiliū queritur.

Consilium vt reliqui beniamitę habeāt vxores.

Repatio tribus beniamin p matrimoniū cum alijs tribubus

Chananei bellum parant contra hebręos desides & vrbes multas accipiūt

Danite ãte chananeos fugiunt & fiunt exules.

bes adinuicem sibi consentiebant. Et de tribu quidem iuda Aschalonem ciuitatem & accharon abstulerunt: & multas alias in campestribus constitutas. ℭ Sed ipsos danitas in montana fugere compulerunt. nec paululum eis locum in campestribus relinquentes. Et dum illi nec ad bellandum essent idonei: nec terram sibi sufficientem haberent: miserunt de suis quinq; viros ad loca mediterranea qui terrã inspicerent in qua habitare decetero potuissent. Illi autem non procul a monte libano & iuxta iordanis fontes circa maximum campum sydonis ciuitatis viam triumdierum perambulantes contemplantesq; terram bonam & nimis vberrimam significauerunt eis. Quo cum exercitu procedentes edificauerunt illic vrbem dan cognominatam ab vno filiorum iacob ex quo & ipsa tribus appellata videbatur.

Dan vrbs ędificatur a fugientibus danitis.

ℭ Cã aduersitatis Israhelitarũ. Prima afflictio a rege assiriorũ octo annis.

ℭ Israhelitis autem & cum essent in labore difficiles & ꝙ in diuinitatis cultu deficerent: aduersa proueniebãt Nam dum fuissent a sua conuersatione transgressi ferebantur ad libidinem. vt pro sua voluntate viuerẽt ita vt imminentibus chananeis: malis omnibus implerentur. ℭ Iratus est igitur eis dominus. & felicitatem quam innumeris laboribus acquisiuerant propter epulas amiserunt. Castra siquidem contra eos agente cusarto alias cusosarcho rege assyriorum multi a pugnantibus perierunt. & oppressi fortiter capti sunt. Quidam vero propter timorem sponte se ei tradiderunt. & maiora q̃ possent tributa imposita sibimet exoluebant: & diuersas iniurias perferebant per octo annos. Post quos: hoc modo liberati sunt. Cęnem quidam de tribu Iuda vir industrius prudẽtiaq; fortissimus responso sibi dato ne despiceret hebręos in necessitate huiusmodi constitutos: sed potius reducere eos ad ius libertatis auderet alias adiret paucos quosdam in his laboribus pręceptis diuinis adhibens sibi: quibus tunc in illis rebus positis aut pudor esset. aut quos spes confidentię nimis acueret primum quidem Cusocharchi castra diripuit Cumq; plurimi hebręorum ad certamen accederent eo ꝙ ei bene prior confidentia processisset: cuꝫ assyrijs congressi sunt eosq; valde persecuti eufratem transmeare coegerunt. Cęneꝫ autem cum ipso opere fortitudinis suę prębuisset effectum. principatus accepit honorem. vt populum iudicaret in quo scilicet quadraginta annis conuersatus est. ℭ Hoc autem moriente. denuo res israhelitarum sine principe vexabatur. Et dum honorem deo non ferrent nec legibus obedirent magis ac magis afflictionibus subiacebant: ita vt ęglon rex moabitarum despiciens inhonestam conuersationem eorum bellum eis inferre pręsumeret: & multis eos pręlijs ob[t]ineret. ac subderet & omnem potestatem eorum prorsus humiliaret eosq; iuberet tributa persoluere. Constituens autem sibimet regnum in Hierico: nihil mali reliquit quod populo non imposuit. eosq; ad inopiam vsq; perduxit annis octo et decem. ℭ Misertus autem & deus in his quę patiebantur & eorum supplicationibus inclinatus: ab iniuria moabitarum eos eripuit hoc modo. Quidam iuuenculus nomine Aioth de tribu Beniamin ex patre Gera: audaciaq; fortissimus & corpore ad opera exercenda robustus. in leua manu maximaꝫ fortitudinem habens. cũ in Hierico habitaret Eglon regi factus est notus muneribus eum placans ita vt per hoc etiam cæteris qui erãt circa regem carus existeret. Aliquando cum duobus famulis munera regi ferens. latenter gladio in dextro femore ligato. introibat ad eum. Erat autem estatis tempus. Et cum iam dies medius esset. regiæ quiescebant custodię: & propter estum & cunctis ad prandia recedentibus. Cum ergo iuuenculus egloni munera prębuisset commoranti in quodam loco caloris temporibus oportuno: eius secretum petijt. Aderant autem soli famuli regis. Cumq; rex famulos abire iussisset: & cum aioth loqueretur: & sederet super solium suum: & aioth terror ingressus fuisset nec eum fortissime percutere non valeret. relaturum se ei ex dei precepto somnium dixit. Cumq; ille lętus pro somnij recitatione de solio surrexisset: aioth eũ corde percussit. & gladium relinquens egressus & clausam ianuam derelinquens. Ministri vero quiescebant: credentes regem in soporem conuersum. ℭ Aioth vero Hierichontinis latenter hoc indicans exhortabatur eos vt suam defenderent libertatem. At illi gratissime hoc audientes tubis vtebantur. Mos enim est patrius his populum conuocari. ℭ Ministri quidem eglon diu quę ei contigerant ignorantes. cum iam aduesperasceret. metuentes ne quid ei inopinate accidisset in eius cubiculum sunt ingressi eumq; mortuum comperientes in stuporem conuersi sunt. Et anteq̃ sua castra colligerent Israhelitarũ super eos irruit multitudo. Et alij quidem repente perempti sunt: alij vero in fugam versi tanq̃ in terra moabitida liberandi. Erãt autem peremptorum vltra decem milia viri: Israhelitę vero preoccupantes iordanis transitum multos eorum interfecerunt. & nullus eorum manus euasit. Et hebręi quidem hoc modo ab istorum seruitute liberati sunt. Aioth vero ob hanc causam principatu honoratus a plebę defunctus est dum hanc potestatem per tempus octoginta tenuisset annorum. Virtutumq; etiam pręter hanc causam maxima laude dignus existens. ℭ Et post hunc Sanagar filius Anath electus ad principatum primo anno vitam expleuit.

In biblia vocatꝰ Othomel filius Ceneꝫ. Iste fuit primus iudex q liberauit israel ab afflictiõe prima.

Iudicauit quadraginta annis & mortuus est.

Regnum i hierico.

Aioth secundo iudex.

Aioth de tribu Beniamĩ regi eglõ notus iudeos liberauit occidẽdo ipꝫ regẽ Moabitarum.

ℭ Aioth Regis mortem nũciat hebręis eos animãs ad libertatis defensioneꝫ

ℭ Occisio moabitarum ab hebręis.

Aioth octoginta annis israhelitis iudicans mortuus est

In biblia dicitꝰ Sangar

A. — Iud.c. — B. Iud.c — C

ℭ Iabin chananeorum rege (cuius exercitus duxerat Sysara quem occidit Ialys alias Iahel aber vxor) liberãtur miraculose hebręi per debboram prophetissam & Barach iudicem qui postq̃ annis quadraginta iudicauerat obijt.

Capitulum tridecimum.

D. 40

IGitur Israhelitę calamitates quas passi fuerant non colendo deũ:nec legibus obediẽdo correptionẽ nõ assignãtes dei anteq̃ moabitarũ seruitio respirarẽt a rege chananeorum Iabin noīe subiugati sunt.Hic autẽ ortus videbaẽ qdẽ de ciuitate Asorthę alias Aseroth quę posita est sup paludẽ Samachonitidẽ:habebatq; armatorũ trecẽta milia:& curruũ tria milia possidebat.In hac itaq; militia dux erat Sysara apud regẽ honore primus.qui cõueniẽs ad Israhelitas vehemẽter afflixit ita vt tributa eis iponeret.Qui vigiti quidẽ annis soluere hęc passi sunt:cũ nec ipsi per infelicitatẽ suã saperẽt:& deus maiore tẽpore eos dñari vellet propter eorũ iniurias & ingratitudines nimis iniustas. ¶ Decetero autẽ temperantes a malis suis & agnoscẽtes has calamitates pro legũ contẽptu venisse quandã prophetissam noīe Debboram quod nomen hebraica lingua significat apem:rogauerũt vt deprecaret ad deũ:quatenus misericordiam haberet eorũ. nec despiceret eos a chananeis oppressos.Deus autẽ annuit eorũ saluti & ducẽ elegit de tribu neptalim barach.quod nomen choruscationẽ hebręa lingua significat. Euocãs igitur debbora barach cum iussisset eum eligere decẽ milia & ad hostes procedere.Presumebat eni(prędicẽte deo & victoriã promittente,cum barach dixisset nõ se exercitũ fore ducturuꝫ nisi & illa quoq; vna procederet irata dixit.Tu quidem cedis mulieri dignitatem quã tibi cõtulit deus.Ego vero non refutabo.Et congregantes decem milia viros:castrametati sunt apud Thabor montem.Quibus Sysara rege pręcipiẽte obuiã venit & non procul ab eis castra fixit.Israhelitę & barach obstupescẽtes multitudinẽ hostium cũ de fuga iam cogitarent:debbora retinebat eos:& ipsa die dimicare pręcipiebat.victores nãq; eos deo auxiliante pollicebatur. ¶ Cõgressis ergo atq; permixtis.imber magnus influxit:& aqua nimia simul & grãdo & pluuia in facie chananeorũ versa:& ventus aspectibus eorum imminebat:ita vt arcus eorũ & fundibulę inutiles fierent & armati prę frigore vti gladijs nõ valerent. Israhelitas vero tempestas immissa post terga minus nocebat qui auxilio dei sumebant valde fiduciam.& hostes in medium circundãtes multos eorum interfecerunt. Et alij quidem ab Israhelitis exterriti sunt.Alij vero equis excussi proprijs ceciderũt.ita vt etiam multi eorũ conculcati curribus morerentur. ¶ Sysara vero exiliens de curru cum videret fugam exercitus sui factam fugiens venit ad quandã mulierem Cenidelarum nomine Ialys:quã rogantem vt celaret eum suscepit.& petenti paululum dedit lactis.Erat enim fatigatus. Et cum nimie bibisset.conuersus in somnium est Illa vero dormienti ferreum clauum per tempus immisit & eum malleo percussit & ad terram vsq; deposuit:& hominibus barach post populum venientibus eum ostendit terra confossum . Sic ergo victoria constituit secundum ea quę a debbora dicta sunt vt per mulierem hic triumphus accederet.Barach autẽ agens exercitum super asor.& obuiã veniẽtẽ interemit Iabin:& cadente principe ciuitatem vsq; ad fundamenta deijciẽs:princeps fuit per quadragita annos hebręorũ

E

Tercia tribulatio iflicta per iabin regem chananeorum. In biblia vocaẽ Asor.

Debbora,pphetissa orat ꝑ populi liberatione quę exauditur.

Debbora cũ barach exercitum ducit.

Miraculosa victoria hebręorum contra chananeos.

Fuga & occisio Sysarę.

Hęc mulier ĩ biblia vocatur Iahel vxor aber cynei.c.iiij.

Barach h' occiso rege ; iudicauit Israel quadragita annis.

¶ Gedeon hebręorum iudex ipsos a Madianitis liberat signo sibi diuinitus dato ad cognoscenduꝫ animosos et timidos qui Effraytas contra se insurgentes mitigauit. Capitulum.xiiij.

F. 6

EOdem itaq; tempore moriente barach & debbora.post hęc madianitę rogantes amalechitas & Arabes castrametati sũt super israhelitas & cõgressos sibimet viri pugnaces interemerunt.eos manibus alligãtes cuncta depręddabãtur.Hoc autem faciẽtibus illis per annos septẽ Israhelitarũ populus per montana collectus est & cãpestria dereliquit foueas quasdam & speluncas facientes.vt fugiẽtes ab illis potuissent quodammodo liberari.Nam Madianitę estatis tẽpore agentes exercitum.per hyemem Israhelitas terram colere permittebant vt laborantes comprimere facillime possent. ¶ Erat igitur fames:& ciborum maxima difficultas. Tunc ergo conuersi ad dei preces hebręi vt eos eriperet exorabant.Gedeon autẽ Iasi filius de tribu manasse paucos manipulos spicarum ferens latenter eos terebat in torculari.cum metueret hoc publice in area facere propter hostes. Tunc visio apparuit ei in forma iuuenculi:dixitq; euꝫ felicem & carum deo & hoc esse maximum eius propitiationis inditium:eo ꝙ tunc vteretur proprio torculari.Cumq; eum pręciperet fiduciam habere & festinare quatenus defenderet libertatem ille hoc impossibile sibi esse dicebat quando & tribus ex qua esset.multitudine priuaretur:& puer esset ad tantarũ rerum opus infirmior.Deus autem quod deerat se impleturum esse dicebat eoq; duce israhelitis se victoriam prębiturum.Et cum hoc gedeon quibusdam iuuenibus enarrasset creditumq; fuisset ei & repẽte ad certamina decem milia virorum videretur pręparatus exercitus:astitit gedeoni per somniũ deus & ibellẽ alias ĩbecilẽ naturã hoĩm sibi placere declarauit.& q̃ eẽnt fortitudie pcipua recitauit alias refutauit vt victoriã nõ sibi sed deo propriã reputarent:tanq̃ si multo hoc dignoq; gereretur exercitu: crederẽtq; eius auxilio victorię opus fuisse impletum. ¶ Pręcepitq; vt circa medium diem in solis ardore ad fluuium faceret venire exercitum.& eos quidem qui inclinati biberent magnanimos estimaret qui vero cum festinatione turbaq; biberent eos crederet hostiũ formidine detineri . Et cum gedeon secundum dei iussionẽ hoc adiplesset:trecẽti viri reperti sunt qui aquam manibus cũ timore & turba lãberent. Di-

Quarta tribulatio p reges Madiam iflicta per annos septem oĩa depręddãtes

Fames apud hebręos.

Visio diuina facta Gedeoni vt properet ad liberationem hebręorum.

Deus apparet Gedeoni.

Signũ datũ Gedeõi ad cognoscẽdũ aĩosos & timidos.

xitq; deus vt istos ducens: hostes adiret. Posuerūt itaq; castra super iordanē die altera transituri. Et cū gedeon cū timore cōsisteret. qm̄ ei prędictum fuerat vt nocte hostes inuaderet volens eum deus a formidine reuocare pręcepit vt sumens vnum militē iuxta tabernacula madianitaru; accederet ab eis cōsilium belli confidentiāq; sumpturus. Obediens autem & sumens proprium famulum noīe phara. accedens ad quoddam tabernaculum inuenit vigilantes in eo & iuuenculum aliquem suo commilitōi somniū recitantē ita vt & gedeon audiret. ¶ Erat enim huiusmodi visio quam dicebat: quasi vidisset panem ordeaceum qui pro vilitate sua incōmestibilis esset hoībus per exercitum reuolutum regis apprehendisse tabernaculū: necnō & cetera deiecisse. Ille vero visionē interitum exercitus significare prenūciauit dicens etiā vnde hoc videreť ei. Omne inquit semē quod vocatur ordeaceum videtur esse vilissimum: & inter oēm populum Israhelitę videntur abiecti veluti genus ordei: & apud Israhelitas nūc gedeon exultat & eius exercitus. Quod vero panē te videre dixisti qui tabernacula nostra vastauit. metuo ne deus cōtra nos gedeon victoria condonarit. Gedeon autē somnium audiens. spem magnam habuit & fiduciam iussitq; suos armari. narrans eis etiā hostium visionem. Illi vero in his quę dicta fuerant pręparati sunt. Et circa primā vigiliā gedeon suum ducebat excercitum tripartite diuisum. portabātq; cuncti vacuas pharetras & lāpades ardētes. quatenus grauis hostibus videretur iuasio & in dextra manu ferebāt cornua quibus pro tubis vtebanť. Multum itaq; locum hostiū tenebat exercitus. habebatq; multitudinem camelorum: & secundum gentium morem pascentes in vno circuitu erant omnes. Hebręis itaq; prędictum fuerat vt dū venissent ad hostiū castra signo dato tubis canerent. pharetrasq; cōcutientes cum lapidibus impetum facerent. cum laudibus iubilantes ꝙ victoriam gedeon deus cōferret. Quod dum fecissent. turba compręhendit hoīes adhuc dormiētes. Erat enim nox: & hoc deus fieri ita preceperat. ¶ Suntq; perempti pauci quidem ab hostibus plurimi vero a semetipsis. eo ꝙ linguis proprijs discordarent. Nam dum fuissent in turba redacti. vnusquisq; perimebat proximum. dum eum crederet inimicū. Et facta est magna cedes. ¶ Fama vero victorię gedeonis ad Israhelitas perueniēte. cuncti simul armati sunt ꝑsequentes hostes: & compręhenderūt eos in quadam conualle scopulis valde circundata quā trāsire nō possent. Et circunstantes oēs occiderūt: duosq; simul reges oreb & zeb Reliqui vero duces Reliqui vero milites colligentes qui erāt quasi octo & decem milia: castrametati sunt multo procul ab israhęlitis Gedeon autem non fessus labore. sed persequēs cum omni exercitu: eisq; cōgrediens. fortes vniuersos funditus interemit & reliquos duces zebin & zarnon appręhēdens captiuos duxit. ¶ Mortui sunt in ea pugna madianitarum & arabum qui eis solatia prębuerunt quasi centu; & viginti milia multaq; pręda auri & argenti & vestiū & camelоru; hebreę collata est victorię. ¶ Gedeō autem vadens in effrem propriam regionem: occidit quosq; madianitarum reges Tribus autem effrem ex qua erat gedeon cum grauiter ferret ꝙ cum eo minime dimicasset exercitum super eum festinabat inducere: cur eis nō indicasset quando hostes inuaserat. Gedeon vero cum esset humilis animo & omni virtute summus dicebat non se auctoritatis suę consilio pręter eos contra hostes (sed deo iubente) pugnasse: victoriam vero non minus eorum q̄ sui laboris esse fatebatur. ¶ His ergo sermonibus eorum mitigans iram. plus hebreis profuit q̄ hostiū pręda: eosq; a precipitio intestinę seditionis eripuit. iniurię tamen huius penam illa tribus excepit: quam scilicet oportuno tempore declarabimus.

Recitatio visionis ꝑ sōniū audite a Gedeone

Gedeō dux exercitū parat cōtra Madianitas

Victoria diuina Hedeonis contra hostes q se ipsos interimebant.

Israhęlite omēs contra hostes.

Gedeō animosus hostes congreditur fortes occidendo.

Numerus occisorū Madianitarū & arabum

Humilis Gedeon responsio effraydas mitigauit.

A

B

Iu. c.

¶ Gedeon postq̄ annis quadraginta coactus principatus tenuit mortuus est relictis septuaginta liberis & naturali vno nomine Abimelech qui omnes fratres (dempto Ionata) occidit principatum tyrannice occupans sed tandem turpi morte obijt.

Capitulum quindecimum

Gedeon itaq; principatum ponere volens. coactus retinuit illu; annis iugiter quadraginta populi iura disponēs. & diuersis ad eius iuditia concurrentibus quęcūq; dixisset firmissime omnia seruabantur. ¶ Qui cum senex defunctus fuisset i effrem regione sepultus est. Habuitq; filios quidē liberos septuaginta. Plures eni habebat vxores. Naturalē vero vnum qui ex concubina erat Droma nomine Abimelech ¶ Qui post mortem patris pergēs in sichem ad cognatos suę matris vnde fuerat orta & sumens ab eis pecunias quoniā iniquitatum magnitudine videbať insignis cū eis ad paterna quoq; tecta regressus est. & omnes fratres occidit absq; solo Ioatha;. Hic eni fugit bñficio liberatus Abimelech autē sumpta tyrannide dat animum se pro legittimis filijs i his quę vellet facere declarauit ꝙ vehemēter iusticię pręsulibus erat acerbū. ¶ Igitur dum quodam tempore publica in sichē festiuitas esset cunctaq; illic multitudo consisteret frater eius Ioathan quē fugisse prędiximus ascēdens in montem garrizim qui sichimorū supereminet ciuitati clamauit Et multitudine prebente silentium. petijt vt quod diceret libenter audiret. Factoq; silentio: dixit ꝙ arbores facto sui consilio hūana voce petissent ficū vt super eas regnaret. Qua denegāte ea ꝙ honore functus ꝓprio frueref. nec aliū deberet quęrere extraneum. arbores rursum cogitationē regni non reliquerunt Visumq; est eis vt honorē viti pręberent Sed & vitis reiectis hisdē verbis quibus ficus vsa. respuit regnum Hoc ipsum facientibus

¶ Gedeon coactus retinuit pricipatum annis quadraginta.

Malitia Abimelech nothi qui omnes fratres liberos occidit dēpto Ioathan Jn biblia vocať Ionatas.

Iu. c.

C

Iu. c.

Iu. c.

& oliuis .rhannus quem arbores petierant vt regnum sumeret super eas. Hoc enim genus inter ligna quod habet ignem proferendi naturam: promisit regnum se suscipere & insigniter imperare: ita tamē vt sub vmbra eius requiescerent. Si vero ei contraria forent: eius igne concremarentur. Hęc autem in quit non risus causa dico: sed multorum bonorum experti gedeon: quod nunc gerunt videntem Abimelech in principem hi qui cum eo fratres interemerunt: qui cum vtiq; nichil ab eis differret. ¶ Cumq; talia dixisset: abscessit: & habitauit latenter in montibus annis tribus timens Abimelech. ¶ Post non multum itaq; tempus sichimite penitentes pro nece filiorum gedeon expulerunt abimelech ab vrbe pariter & a tribu. Ille vero cogitabat affligere ciuitatem. tempore autem superueniente vidēmie: metuebant colligere fructum ne quid eis abimelech faceret mali veniēte vero ad eos quodā pricipe Gaal nomine cū armatis cognatis suis: sichimite opus querūt sibi ab eo pberi munitionē donec videmias congregarēt. Quo eorū faciēte petitionē, pcedebāt ad opus suū: & cū eis gaal suos ducēs armatos. Cūq; fructus fuisset cū securitate collectus & p singulos choros abimelech āpte iam psumerēt blasphemare: se & principes insidijs loca circa ciuitatem apphendentes. multos abimelech latenter interfecisset: zebul quidā princeps sichimitarū cum esset extraneus abimelech eis quibus populū gaal exacuebat: abimelech missis nuncijs indicauit: & monuit vt insidias poneret ante vrbem seq; suasurum gaal vt egrederetur de ciuitate quo facto ruere super eum deberet abimelech & agere vt se in eos defenderet: & deinceps populi sibimet amicitias colligeret. Cumq; abimelech insidijs recedisset: & gaal incaute commoraretur in suburbano: & cum eo zebul: videns paulatim ordinatos accedere: gaal ad zebul ait insectari sibimet viros armatos. Quo respondente vmbraculum esse petrarum: cum magis appropinquarent: verius hoc aspectu considerans: non vmbrarum sed virorum dixit esse insidias: dixitq; ad eum zebul. Nonne tu maliciam abimelech accusabas. Cur itaq; tue virtutis magnitudinem non ostendis & cum eo pugnare congrederis: Gaal vero turbatus congressus est cum abimelech: & ceciderunt quidem aliqui de eius armatis. Ipse vero fugit in ciuitatem vt alios euocaret. Et denuo zebul egit vt gaal expelleretur ex vrbe accusans eum quasi contra milites: abimelech melior extitisset. Abimelech vero cognoscens egressuros ad vindemiā denuo sichimitas: loca circa vrbē insidijs occupauit. Quibus procedentibus iam quidem pars exercitus apprehēdit portas vt ciuibus auferret ingressum. Alij vero dispersos interemerūt: & vbiq; cedes effecta est: & ciuitatem ad fundamentum vsq; subuertens salq; super eius ruinas seminans victor abscessit. ¶ Omnes itaq; sichimite hoc modo perempti sunt. Quicumq; vero per prouinciam dispersi pericula fugerunt super quandam petram munitissimam congregati morabant. Cumq; eam mutare niterentur: voluntatem eorum prenoscens abimelech super eos cum exercitu venit collectisq; de silua lignis: iussit vt hęc etiam exercitus faceret vniuersus. Velociter autem saxo circundato lignis subiectus est ignis pro flamma surgente nullus ex eo saxo diffugit: sed vna cum vxoribus & filijs sunt extincti viri quidem circa mille & quingenti: reliqua vero omnis multitudo. Et sichimitas quidē huiusmodi calamitas interemit. Quibus hęc afflictio nata est eo q sperauerūt sibimet vtilem eū cuius malicia talia pertulissent. Abimelech autem israhelitas malis sichem quorum proferens presumebat etiam maiora terre nequaq violentie sue modum imponere donec perderet vniuersos. Veniebat ergo ad terras & ciuitatem quidem facto discursu cepit. Cum esset in ea maxima turris in quam vniuersi confugerant obsidere hanc volens dum pxime venisset a murum sumens mulier quedam fragmentum molę caput eius repente percussit Qui dum cecidisset saucius armigerum rogauit vt eum occideret ne mors eius opus mulieris esse videretur. Et ille quidē preceptum fecit. Abimelech autem huiusmodi penam pro fraterna morte & his quę in sichimitas presumpsisse putabatur exoluit. Hęc ergo calamitas secundum diuinationem ionathan videtur impleta. Exercitus vero qui cum abimelech fuit eo cadente dispersus: discessit ad propria.

¶ Iair iudex hebręorū principatū viginti & duobus annis tenuit quos ab Ammonitis Iepte dux premisso voto p futura victoria liberauit. Quo mortuo anno principatus sexto iudicauit Absanis annis septem post quē Chilon & post Abdon iudicarunt.

Rhanni natura

Ionathas tribus annis in montibus latenter habitauit timens.

Abimelech Sichimite contra Abimelech.

Abimelech Sichimitas superat eorum vrbē destruens & sal ibi seminat.

Occisio Abimelech turpis per mulierem.

Post abimelech in biblia ponitur Thola post quē Iair.

Iair iudex viginti et duobus annis principatū tenuit in pace.

¶ Capitulum. xvi

Israhelitarum vero principatum post eum Iayr galadinus ex tribu manasse percepit vir in alijs felix & filios bonos habens triginta numero: & in equitate pclaros & principatū ciuitatū galaditarū hn̄tes. Hic duobus & vigiti annis obtinēs principatū: senex defūctus est & sepultu rā i gamō galadiorū ciuitate pmeruit. ¶ Res equidē hebreorū ad inhonestā vitā & iniuriā dei legūq; ferebatur. Quos āmonite despiciētes & palestini magno exercitu puinciam deuastabant. omnemq; regionē transiordanē detinētes reliqua cōprimere psumebāt. Hebręi vero mal afflicti ad supplicationes dei cōuersi sūt & sacrificia celebrabāt: rogātes eū vt placatus eorū pctibus ab ira qesceret. Deus vero placatus eis suū cōcessit auxiliū. In terra āmonitis castrametātibus i terrā galadiorū: puinciales occurrerāt

Filij israhel in manus. Ammonitarum (qui in biblia philistim dicuntur) exigentibus demeritis inciderunt.

ad montē egētes duce. ¶ Erat autē quidā nomine Iepte: vir nomine paterno: potens ad dispensandū exercitum quē sub mercede poscebāt. Ad hunc ergo mittētes rogabant vt cū eis pugnaret, pmittentes vt ei cūcto tempore principatum exercitus sui concederent. Ille vero nequaq̄ precibus obediuit culpās eos q ei non prebuissent auxilium dum iniusticiam fuisset aperte perpessus a fratribus. Non enim cōsanguineus eis erat: sed peregrinus cuius vtiq; matrem propter amoris ardorem filijs superinduxerat pater. Ergo fratres expulerunt eum despicientes eius infirmitatem & ob hoc in prouincia galaditina morabatur & omnes de longe ad se venientes sub mercede propria retinebat. ¶ Illis vero supplicantibus atq; iurantibus omnē se principatum eidem fore prebituros: tandem aliqnando consensit. & velociter diligentia rerum habita in vrbe maspha exercitu constituto: legationem misit ad regem ammonitarum causam eius inuasionis accusans. Ille remittens Israhelitarum potius accusabat egressum ex egypto: petebatq; vt ab amorrea recederent quasi patrum eius a tempore antiquo fuisset. Cui Iepte respondens, ait q irrationabiliter priores progenitores israhelitarum de amorrea culparet: sed potius eis gratias agere deberet pro amonitide terra sibi concessa: quod dum possibile fuisset secundum moyseos iussionē vt eam tollerent isti eos illic degere pmisissent: quā post ānos trecentos dei auxilio reparauerāt ob quā rē pugnaturum se fore dixit. Et hec quidem affatus, legatos abire dimisit. Ipse vero dum pro victoria deprecatus & sacrificium promittens vt si viuus reuerteretur quicquid ei prius occurreret: immolaret et congressus copiose vicit. Et occidens hostes persecutus est vsq; ad āmanitam ciuitatem: & inde digressus in amanitem: multas vastabat vrbes: predamq; collegit: & a seruitute domesticos liberauit quam decem & octo sustinuerant annis. ¶ Reuersus autem calamitatē incurrit: nullomō prisce felicitati equalem. Nam ei filia vnigenita tunc ei primitus cum venerat occurrit. Qui grauiter ingemiscens magnitudine tanti doloris afflictus filiam sibi obuiam venisse culpabat quā sacrificandā deo deuouerat. Que tamen in illo casu non doluit pro patris victoria & ciuium libertate moritura. Petijt autem duos menses sibi concedi: vt iuuentutem suam cum ciuibus lamentaret: & tunc vota perferret. Quo tempore transeunte filiam pater immolauit, nec legitimum faciens hoc holocaustum nec deo carum: non vtiq; deliberans apud animum suum qualis apud ceteros huius facti causa videretur. ¶ Igitur cū tribus effrem super eum exercitum niteretur inducere eo q bellum ammonitarum eis non indicasset: sed absq; ipsis voluisset & predam habere & gloriam hocmodo satisfaciebat: dicens eo q primo quidē non eos latuisset cognatorum oppressio: sed etiam vocati ad auxilium non venissent: cū oportuisset eos ante preces occurrere. Dicebat deinde q hostibus quidem iniuste pugnantibus non p̄sumerēt resistere postea vero cognatis inferre bella tētassent. Et interminatus est vt si non temperarent a talibus: deo auxiliāte penas ab eis exigeret. Quibus dū satisfieri non potuisset sed cōtra eū cū exercitu a galaditide alias galadina terra veniētes pugnarent āplius eorū dilatauit interitū. Et psequēs fugientes p̄occupans exercitu p̄misso vada iordanis: pene quadraginta duo milia virorū occidit. ¶ Ipse vero dū principatū tenuisset sex annis defunctus est & sepultus in sebechi al's Sebasti patria sua que est in terra galadina ¶ Moriēte vero iepte tenuit principatū absonys al's Absanis de tribu iuda ciuitatis bethleem. Hic filios habuit sexaginta, triginta masculos: & reliquos virgines quos oēs dimisit viuos filias viris tradēs & filijs dās vxores. Qui dū nihil gessisset in septē annis sermone & memoria dignum in senectute defunctus est & sepulturam in patria sua pmeruit. ¶ Igitur Absani moriente: neq; is qui post eum decem annis habuit principatum nomine chilon de tribu zabulon aliquid egit virtute precipuum. ¶ Post hunc aūt Abdon hylonis filius de tribu effraim ciuitate phartinorū alias pharathenitorū existens principatū hūit qui pro sola eruditione poterit habere memoriam nullumq; opus propter pacem rerūq; licentiam nec ipse clarū exercuit. Hic autem filios hūit quadraginta: & alios ex eorū semine descendentes triginta erantq; simul omnes septuaginta equis exerciti. Quos omnes superstites derelinquens: in senectute defunctus est: & inopinabilem in pharatym promeruit sepulturam.

¶ Palestinis hebrei tribulātur quos Sāson (cuius natiuitas & cōditio ab angelo nūciat matri) liberauit Qui vxore ex philisteis accepta propositoq; problemate & illius dolose a muliere cognita expositione palestinorum vulpibus agros vastat milleq; philisteos max illa asini occidit vrbisq; gaze portas humeris in montem portat (fonte prius circa petrā diuinitus pducto) Tandē tū per dalidā meretricē infatuatus vires admisit abrasis crinibus Cuiq; philistei illudentes oculos eruerunt. Sed crescente coma cum ad faui columnas reclinasset edificium omne destruxit multis secū exinctis hominibus.

¶ Capitulum. xvij.

Ocaūt mortuo: israhelitis palesti p̄ualuerūt: ita vt ab his p quadragita ānos tributa pciperēt A qua seruitute hoc mō litterati sūt. Quidā Māne de tribu dā iter paucos egregi⁹ & patrie sine dubio primus: habuit vxorē pulcherrimā & que iter cetū cōprouinciales feminas eminebat. Et cum filios non haberet grauiter ferens deum p cura successionis rogare cepit in suburbano suo

Margin notes:

Iepte dux eligit p liberando populo q vix ducatū acceptauit

Iepte ad regem Ammonitarū legatum mittit.

Votum Iepte p victoria habenda contra filios Amō. Vnica Iepte filia sibi obuiam venit. An eā corporaliter sacrificauerit vide Nico. de lyra

Seditio orta inter Iepte & effraim.

Victoria Iepte cōtra effraim. Mors Iepte anno principatus sexto. Absanis Iudex (qui dicit i biblia Abessā) sexaginta filios hūit & iudicauit. vij. annis.

Abdon Iudex.

Tribulatio Israhelitarum a palestinis. Parentes Sansonis.

D. Iu. c. xi. E. Iu. c. F. Iu. c.

A in campo maximo frequenter adueniens cum vxore. Erat autem & nimius in vxoris amore: & ob hoc sine temperatione zelus ipsius. Et dum quodam die mulier esset sola: apparuit ei angelus dei pulchro iuueni similis & procero eiq; masculum filium futurum dei prouidentia nunciauit. qui foret optimus & fortitudine precipua clarus & quo crescente palestinos comprimendos asseruit monuitq; vt eius come minime tonderentur: nullumq; potum nisi aquę deo pręcipiente bibiturum. Et cum hęc dixisset: abscessit. ¶ Illa vero marito venienti indicauit angeli visionem ammirando iuuenis pulchritudinem atq; proceritatem: ita vt ille zelatus in eius laudibus obstupesceret: & suspitionem quasi de extranei eius amore conciperet. At illa volens irrationabilem eius tristiciam mitigare: rogauit deum vt angelumdenuo destinaret: quatenus maritus inspiceret. ¶ Et iterum per gratiam dei angelus venit in suburbanum illorum: & apparuit mulieri viro remoto. Quę rogabat vt sustineret donec maritum adduceret. Permittente angelo: Manne vocatus venit. Qui cum vidisset nec tunc a suspitione cessauit: rogauit vt quecumq; vxori eius dixerat: illi pariter declararet. Cumq; dixisset angelus sufficere vt nosset illa que dixerat: rogabat eum vt ei manifestaret quis esset: quatenus filio nato gratias ei & munus offerret. Illo autem dicente q̄ nihil horum egeret nec ob hanc causam futurum eis filium nunciaret dum primitus non annuisset postea eo precibus insistente concessit vt aliquid ei dono daret. Tunc Manne occidens hedum eumq; coquendum vxori prębens: dum gestum hoc fuisset: pręcepit vt poneret supra saxum & panes & carnes absq; vasis. Quo facto virga quam tenebat angelus tetigit carnes igne protinus emicāte carnes cū panibus sunt absūpte. Tunc āgelus super fumū quasi in curru eis celū ascendere videbatur. cūq; Manne metueret ne quid ei propter visionē dei proueniret aduersum eum vxor vt cōsideret confortabat: & pro sua vtilitate deum se vidisse fatebatur. ¶ Cum ergo concepisset custodiam habuit mandatorum natumq; puerum appellauerunt sanson: quod nomē significat robustum. Crescebatq; velociter: & tam pro continentia ciborum q̄ capillorum remissione propheta iam futurus agnoscebatur. ¶ Hic itaq; veniens cum parentibus thanina palestinorum ciuitatem dum celebraretur ibi festiuitas: virginem prouīcialium concupiuit rogauitq; parentes vt ei puellam peterent in vxorem. Quibus negantibus eo q̄ esset de alienigena gente progenita. Deumq; dicentibus ei nuptias ei hebręis congruas prębiturum vicit eius petitio: vt ei virgo desponsaretur. ¶ Dumq; frequenter ad eius parentes iret: occurrit leoni. Et cum esset inermis tenens eum manibus suffocauit: & in silua interiore extra viam proiecit. ¶ Rursumq; dum iret ad puellam: inuenit agmen apum fauum mellis in leonis illius ore fecisse. Et tollens exinde tres fauos mellis cum donis reliquis quę portabat: puellę contradidit. ¶ Cumq; thamnitę omnes essent in epulis nuptiarum: metuentes fortitudinem iuuenis triginta circa eum pubertate pręcelsos constituerunt: sermone quidem velut socios futuros opere vero custodes: ne quod vellet forte committere conuiuiorum satietate crescente. Cumq; in lusu alias ludo consisteret: quales solent tali tempore prouenire: sanson ait. Proponam vobis parabolam & si solueritis septem diebus propositam questionem: lineas singulas & totidem stolas propter honorem sapientię vestrę me dante percipietis: & cum hac largitate gloriam quoq; & lucrum sapientię possidebitis. Illisq; petentibus vt diceret: ait. Qui cuncta vorat cibum genuit ex semetipso suauē licet ipse nimis sit insuauis. Illis autem per tres dies questionem non valentibus inuenire & dicentibus puellę vt a viro cognoscens eis annunciaret: cui etiam minati sunt incendium nisi hoc studeret implere: sanson rogante puella vt diceret primum quidem restitit. Cumq; illa nimis insisteret & ad lachrimas peruenisset & indiciū hoc esse quereretur q̄ eam sanson minus amaret: indicauit ei quemadmodum leonem interemisset & quomō apes in ore eius inueniens tres fauos mellis portasset ei. Et ille quidem nichil dolosum metuēs omnia declarauit. Illa vero sermonem hunc petentibus rursus exposuit. Septima vero die post cum tēpus esset vt propositam exsoluerent questionem: anteq̄ sol occumberet: conuenientes dixerunt neq; a leone compręhensis quicq̄ insuauius esse neq; dulcius vtentibus melle. Quibus sanson respondit. Nec C quicq̄ aliud muliere dolosius quę vobis id exposuit verbum. Et illis quidem dedit quęcumq; promiserat facta pręda aschalonitarum qui ei pariter occurrerunt Nam & isti palestini sunt. Ille vero nuptias refutauit. Et puella quidem quę eum prouocauit ad iracūdiam: duxit eius amicum. ¶ Pro qua iniuria exasperatus sāson deliberauit vt omnes cū ea palestinos affligeret. Cumq; tēpus estatis & fructus messium pparatus appropinquaret & comprehendens trecentas vulpes: & caudis earum ligans ardentes lampades dimisit in messes palestinorum & hoc modo depopulatus est fructus eorum. Palestini vero scientes opus esse sanson & causam ꝑ qua talia perpetrasset: miserūt principes in thamnam vxoremq; eius cum parentibus suis interemerunt tanq̄ qui mali huius auctores extitissent. ¶ Sanson autem cum multos in palestinoruȝ campestribus occidisset: habitabat in ethan. est enim saxum valde munitum in tribu Iuda. Palestini siquidem contra tribum iuda castrametati sunt. Illis vero dicentibus iniuste eis inferri suppliciū propter delicta sanson dū vtiq; tributa persoluerent: dixerunt vt si nolent hęc pati: sāson

Predicitur matri ab angelo sāsōis natiuitatis & p euȝ populi liberatio futura

Mulier āgeli visionē marito nūciatq extranei amoris suspitionē concepit

Secundo angelus appuit muli eri.

Sacrificiū Mane datū angelo

Natiuitas Sāsonis q̄ futurus cognoscebat̄ propheta ex vite modo.

Sāsō ex philiste is vxorē duxit.

Sanson iermis leonem occidit

Fauus melis in ore suffocati leonis.

Problema Sansonis ꝓponitur in conuiuio.

Exponit Sāson problema puelle quę postea alijs exposuit.

Sāson agros palestinorū vulpibus vastat qui eius vxorem & parētes occiderunt.

contraderent alligatum. Qui volentes euadere: venerunt ad secessum alias saxum vbi sanson habitabat cum tribus milibus armatorum. Et culpãtes eum pro his quę contra palestinos ageret viros qui possent omni generi hebreorum calamitates inferre: rogabant vt descenderet: quatenus cum ditioni eorum contraderent: poscebantq; vt hoc sponte perferret. Qui cum iusiurandum accepisset eo ꝙ nihil ei plus fieret q̃ ꝙ hostibus traderetur: descendens de secessu alias de saxo semetipsum contribulorum suorum potestati contradidit: ibiq; eum duobus funibus alligantes ducebant vt traderent palestinis. Et cum in quendam locum venissent qui nunc maxilla nuncupatur: pro fortitudine quę in sanson fuerat effecta cum nomen primitus non haberet: non procul a palestinis castrametati sunt: & occurrẽtibus cum gaudio & clamore tanq̃ ea quę cupiebant desiderabiliter adimplessent: dirumpens vincula sanson & arripiens maxillam asini quę in presenti iacebat: in hostes inuectus est. Et percutiens eos cum maxilla quasi mille quidem peremit alios vero turbatos in fugam vertit. ❡ Sanson igitur plus quam oportebat exultans non dei cooperatione credebat hoc factum: sed suis virtutibus ascribebat eo ꝙ per maxillam alij quidem hostium ceciderunt: alij vero in fugam sunt versi. Quem dum sitis fortissima tenuisset: considerans ꝙ nihil est virtus humana dei esse cuncta testatur. Rogabat ergo ne propter hęc irascens eum traderet inimicis: sed vt potius illi auxilium in necessitate conferret. & a malis eriperet. Cuius precibus misertus deus fontem circa quandam petram de asini maxilla suauem copiosumq; produxit. Inde sanson ipsum locum vocauit maxillam: & hactenus hoc nomine nuncupatur. ❡ Post hanc pugnam sanson despiciens palestinos venit in gazam: & in quodam diuersorio morabatur. Agnoscentes vero gaze principes eius pręsentiam: fecerunt: insidias ante portas: vt egrediens non lateret. Sanson vero dum hoc cognouisset circa mediam noctem surgens eripiut portas: ipsasq; simul clausuras & vectes & alia earum ligna super humerum tollens: eas super montem hebron deferens collocauit. ❡ His ita gestis: trãscendebat iam leges patrias: & vindictã propriam requirebat: mores imitando peregrinorum. concupiscens enim mulierem meretricem nomine dalidam apud palestinos habitãtem: cum ea degebat. Vnde tunc iudices palestinorum ad eam venientes: promissionibus astrinxerunt vt a sanson disceret: quę causa fortitudinis eius esset per quam vinci non posset. Illa vero cum circa potum & huiusmodi consuetudinem esset constituta: dum miraretur actus eius: artius agebat vt agnosceret quemadmodum tanta virtute precelleret. Sanson autem dum adhuc sapientia fortis esset: fallebat eã dicẽs. Si septem vinearum palmitibus qui adhuc flecti possunt vinctus fuero cunctis infirmior ero. Illa vero tunc quidem tacuit. Postea vero indicans principibus palestinorũ: celabat aliquos militum intra domum: & dormientem hebręum artissime palmitibus alligauit. Deinde excitans eum dixit insistere aliquos super eum. Ille corruptis palmitibus tanq̃ contra inimicos nitebatur surgere. ❡ Tunc mulier eo sibi loquente grauiter se ferre dicebat: si propter incredulitatem fauoris sui & tanq̃ non celature ꝙ ei ꝑderet: nollet edicere veritatem. Cumq; rogantem rursus fallaret. septem sese funibus alligatum perdere fortitudinem: dum & hoc quoq; faciens nihil gessisset tertio alligari comas suas dixit. Cũq; neq; hoc facto verax inueniretur nimium supplicanti ad vltimum cum iam ei calamitas immineret: volens placere dalide ait. Mei curam habet deus & eius prouidentia natus hanc nutrio comam iubente deo ne tondeatur. Mea siquidem fortitudo: huius augmentum est. Hoc ita cognoscens: abrasis eius crinibus eum tradidit palestinis: cum iam non valeret ab eorum se inuasione defendere. Qui auferentes eius oculos ligatum circunduci vbiq; fecerunt. ❡ Procedente vero tempore: coma sanson creuit vt dum esset festiuitas publica & palestini principes atq; nobiles epularẽtur simul in phano cuius edificium due columnę portabant adductus est ibi sanson ad conuiuium vt omnes illuderent. Ille autem crudelius esse arbitrabatur alias arbitratus hoc eo ꝙ ab iniurijs defendere se nequiuerit: puero ducenti se persuasit vt duceret eum quo post laborem requiesceret: & post abiret. Cum ad columnas reclinasset. Vbi dum aduenisset commouit eas simulq; cuncta destruxit. Subuersisq; cum phano columnis: tria milia hominum sunt extincti. Inter quos & sanson vna defunctus est: cum tenuisset principatum israhelitarum annis viginti. ❡ Dignum est igitur laudare virtutem & fortitudinem & magnanimitatem huius viri etiã circa mortem: & iram quam vsq; ad sui finem cõtra hostes exercuit. Nam ꝙ a muliere captus est humane nature oportet ascribere: quę est ad vitia facilis. Virtutis vero eius coronam memorabilia necesse est habere pręconia. Cuius cognati sumentes corpus: sepelierunt in sarasa regione cum cognatis eius.

Locus qui nũc maxilla appellatur. Ligatus sanson vincula rũpit & maxilla asini mille philisteos occidit aliis fugiẽtibus turbatis.

Exultatio sansonis nimia.

Sitienti Sansoni deus dedit fontem de asini maxilla.

Sãson gaze citatis portas hũeris portauit i mõtem. Sansonis ꝑuertũtur mores q̃ meretricẽ dalidã adamauit a qua deceptus ẽ

Interrogat dalida Sãsonẽ quę causa sit tãte fortitudinis.

In biblia si septẽ neruiceis funib⁹

Fallatia mulieris. Sãson meretrici secretũ manifestat Abrasis crinibus Sãson tradit philisteis qui eius oculos eruerunt illudẽtes.

Sãsõ seipsũ occidit & secũ tria milia hominũ ãno principatus sui vigesimo.

Laudat Ioseph⁹ Sãsonẽ eiusq; defectus nature imponit.

Iu.c Iu.c B i.R F. i.R

❡ Heli post Sãsonem iudicante fames Israhelitarum prouintiã inuasit quam Elimelech ferre non valens vna cum Noemy vxore in terram moabitarum migrauit vbi pro filijs acceptis vxoribus morta

A us est filij q; mortui sunt. Sed Noemy ad patriam redeuntem sequuta est Ruth Moabitidis nurus quę ipsius Noemi consilio nupta est boos qui ex ea genuit obeth patrē iesse patris dauid.

¶ Capitulum.xviij.

¶ Historia libri Ruth incipit.

Post mortem vero sanson p̄fuit israhelitis sacerdos Hely. Sub hoc prouintiā eorum apprehendente fame. Elimelech quidam de bethleem ciuitate tribus iuda famem ferre non valens: vxorē suam Noemy & filios ex ea natos Celion & Maalon sumens migrauit in terrā moabitarum. Dumq; ei cuncta bene procederent: filijs suis moabitidas duxit vxores Celyon quidem orphon: alias Orphan. Maaloni autem Ruth. ¶ Transactis annis decem & octo. Helymelech & eius filij in breui sunt: Noemy autem amare ferens quod ei prouenerat & desolationem carorum non sustinens filiorum propter quos & de patria sua videbatur egressa. rursus veniebat ad eam. Audierat enim ꝙ iam prospera de ipsa regione nunciarentur. Cuius nurus diuidi alias deseri ab ea non tolerabat: sed nec ipsa refutanda eas secum proficisci poterat euitare. Et cum insisterent exoptās feliciores eis nuptias q̄ quibus fuerant iam priuate & filios aliaq; bona conferri eas illuc remanere poscebat nec cum ea debere proficisci in rebus incertis: & terram propriam deserentes. Et orpha quidem mansit Ruth autem (cum ei a se recedere persuadere non potuisset) sociam sibi duxit in omne quicquid emergeret. ¶ Veniente siquidem ruth cum socru in bethleem boos Elimelech cognatus suscepit eas. Et cum noemy nomine suo vocarent: ait illa. Iustius maram me vocate. Significat autem lingua hebraica Noemy quidem felicitatem. Mara vero dolorem. ¶ Ruth itaq; tempore messis egressa est. Noemy permittente post metentes spicas colligere vt alimentum haberent: venitq; in agrum boos. Veniens autem post paululum boos. Vidēsq; puellam: agri prępositum de ea requirebat. Ille vero duꝫ iam ab ea primitus agnouisset: domino declarauit. Qui de fauore socrus atq; memoria mariti sibi met copulati gratias agens & ei experimenta rerum bonarum exoptans: spicas quidem eā colligere noluit: sed metere quicquid posset: & sibi portare permisit pręcipiens villico vt nihil eam tollere prohiberet. Prandiūq; ei & potū p̄buit dum messores hora cōpetente comederēt. Ruth aūt tollens ab eo alpheta socrui cōseruauit & vespere cū spicis ad eā venit. Seuauerat autē & ei noemy partes ciborū quos ei vicini eius prebuerant. Narrauitq; ei ruth ea que illi dixerat boos. Cumq; illa indicasset ꝙ cognatus esset: & propter pietatē ei suā prouidētiā exhiberet: rursus sequētibus diebus egressa est ad colligēdas spicas: cum ancillis boos. ¶ Veniens autē nō post multos dies boos: cū iam esset messis ordeacea maturata ad aream ꝑpriā dormiebat. Hoc cū audisset Noemy cogitabat quemadmodum cum eo ruth collocare posset. Iudicabat autē vtile sit boos ruth haberet vxorē Aitq; puelle: vt circa pedes eius dormiret Illa, vero dum nephas esse iudicaret vt socrus sue iussioni resisteret festinans ad aream tum quidem latuit boos profundissime dormientem. Excitatus autem circa mediam noctem: requirebat quę esset. Illa vero suum nomen dicente: & petente vt tanq̄ dominus copulare permittteret: tunc equidem quieuit diluculo vero anteq̄ ad opus famuli mouerentur excitās eā iussit vt tollēs ordei quātū posset ꝑperaret ad socrum anteq̄ ibi dormisse videretur ab aliquibus: dicens castitatē talibus derogationibus esse seruādam: & maxime quando nichil perpetraretur aduersum. De reliquis vero sic ait. Est michi proximior genere qui te ducere possit vxorem: & si voluerit te necessario sequeris illum. Quo te repudiante: coniugem te ego secundū leges habeo. Hęc illa socrui referente securitas tenuit eas: spem habentes quod pro eis boos de cetero cogitaret. ¶ Illa vero iam media die veniens in ciuitatem & seniores colligens mittens etiam vocauit ruth atq; cognatum. Quo veniente. Elimelech inquit & filiorum eius hereditatem tenes. Illo vero confitente hanc sibi proximitatis lege competere boos ait. Ergo non ex media parte oportet legum habere memoriam sed vt secundum eas vniuersa faciatis. Maalon enim vxor hic venit: & sui partem agri obtinere oportet: & vxorem eius secundum leges accipere. At ille boos & hereditatem & vxorem cessit: cum cognatus esset & ipse defuncti: qui & vxorem habere dixisset & filios boos testificans seniores: iussit mulieri vt eius calciamentum solueret secundum legem: & in faciem expueret. ¶ Quo facto boos duxit ruth vxorem: eisq; post annum masculus filius est procreatus. Quem noemy sumens consilio mulierum vocauit obeth eo ꝙ in eius senectute nutriretur. Obeth enim hebrea lingua significat seruiens. Porro obeth habuit filium esse ex quo dauid: qui regnauit & pricipatum suis filijs per viginti & vnam generationes virorum lōgo tempore dereliquit. ¶ Hęc quidem necessaria quę de ruth gesta sunt explanaui ostendere volens potentiam dei: q; ei possibile est a i dignitatis maximū culmen euehere quoscumq; voluerit: & ad quale perduxerit etiam dauid: huiusmodi ortum inimicis.

¶ Hebrei siquidem rebus eorum afflictione pregrauatis bellum rursum ab huiusmodi causa habuerūt cum palestinis.

Margin notes: c.1 Heli iudex post Sāsonē sub quo fames. Elimelech cum vxore & filijs ꝑegrinat in terrā Moab q filijs suis vxores dedit Moabitidas. Noemy mariti & filiorum mortem deflens patriam petit. c.2 Noemy vocat se Maram. B. Ruth i agro boos spicas colligit grāmq; coram eo inuenit. c.3 Cōsilium Noemy ruth vt ad pedes boos dormiat. 4 C Boos ruth vxorē duxit ex qua obeth genuit patrem iesse patris dauid. Nota diuinā potestatem.

¶ Enarrata filiorum heli malitia Samuelis perentes nominantur eiusq; ponitur natiuitas Cui deus futuram israhelitarum cladem indicauit sacerdotiumq; a domo heli predixit auferendum. bellumq; fit a palestinis contra israhelitas, vbi archa capta, heli filij occiduntur cum hebreorum maxima multitudine Quod cognoscens heli de sede ruens mortuus est. ¶ Capitulum. xix. D.

¶ Historia librorum regum incipit & .i. Historia primi libri.

Malitia ophni & phinees filiorū heli sacerdotis.

Ely sacerdoti erant filij duo ophny & phinees circa homines iniuriosi & circa diuinitatem impij nulliq; parcebant iniquitati. Et alia quidem munera ab oblaturis propter honorem sibimet sequestrabant: alia vero rapine modo tollebant & mulieribus religionis causa venientibus contumelias inferebant: alijs quidem violentiam facientes: alijs vero persuadentes donis nihilq; eorum vita a tyranide pessima differebat. Quorum pater grauiter hęc ferebat. Populus autem quando non sperabat venturum dei super eos fore supplicium. tanto vehementius gemiscebat. Cumq; futuram cladem filiorum eius deus exposuisset hely & samuel qui illo tpe puer erat tūc palam super filijs habuit luctum. ¶ Volo siquidem primitus de propheta loqui & postea de hely enarrarare necnon & infelicitatis casum quē habuit populus hebreorum. ¶ Helcana vir leuita inter medios ciues effrem fortis existens: & ramath inhabitans ciuitatem: duas duxit vxores. Annam & fenēnam ex qua etiam ei filij sunt progeniti. Qui tamen ānā cum esset sine filijs diligebat. Veniente vero cum suis coniugibus helchana in ciuitatę sylo vbi erat tabernaculum dei constitutum sicut prediximus: dum earum vir per epulas vxoribus & filij s distribueret partes āna respiciens alterius mulieris filios circa matrem suam descendit ad lachrimas. & eo ꝙ non haberet filios ea solitudine gemiscebat. Dumq; consolatione viri cōtristari ꝓhiberet venit ad tabernaculum rogās deū vt ei sobolē cōcederet: filijq; faceret esse matrē: votū vouēs vt primogenitū suū ministraturū deo dicaret: nec eum similem cum priuatis hominibus victum habere permitteret. Et dū in orationibus multo tpe moraret̃ hely sacerdos sedens añ tabernaculū velut ebriā abire precepit. At illa cum nusq̄ se bibisse fateretur nec ebriā esse: sed propter sterilitatem filiorū afflicta rogasset deū fidutiā eā exhortabatur habere deum filiū donaturū esse ꝓmittens Cū bona siquidē spe veniens ad maritum: cibū leta ꝑcepit. ¶ Et reuertentibus eis in patriā: cōcepit & peperit filium quē appellauerunt oēs samuel quasi a deo postulatū. Quibus veniētibus vt ꝓ natiuitate filij hostias immolarēt: & decimas offerrēt: recordata mulier orōnis sue & ꝓmissionis quā de filio vouerat deo: tradidit eū hely dicatū deo prophetā. Crescebatq; eius coma & potus eius erat aqua & samuel quidē nutritus in tēplo commorabatur. ¶ Helchana autem ex anna alij filij: tresq; filie progenite sunt. ¶ Porro samuel pleno iā anno duodecimo prophetauit. Quem quodam tēpore dormientem vocauit deus nominatim. Ille vero putās se a sacerdote vocatum venit ad eum. Sacerdote vero dicente eum se non vocasse: tertio deus hoc fecit. Quod dum hely cognouisset dixit ad eum. Primo quidem samuel silui: nunc autē dico tibi deū esse q vocat & nota quę dicat. Cūq; deus iterū locutus fuisset audiens petijt vt quę vellet preciperet: in nullo eius ministerium dilaturus. Cui deus Quando inquit ades cognosce cladem futuram israhelitis omni narratione & credulitate maiorem & hely filios vna die morituros & sacerdotium a domo hely esse migrandum. Hely namq; plus suos filios etiam contra eorum vtilitatē elegit diligere q̄ michi placere. ¶ Cumq; iureiurando cogeret hely ꝓphetā samuelem vt hoc ei indicaret: nolebat ei eū cōtristare samuel tali sermone: tñ eo dicēte certiorē magis habuit expectationē de eorū ꝑditione. Samuel aūt gloria magis ac magis augebat̃: dū vtiq; quecūq; ꝓphetabat ꝓbarent̃ eē vera cia. ¶ Eo siquidē tpe palestini castra mouerunt sup Israhelitas circa ciuitatē aphcolenitis. Hoc israhelitis ferētibus ad potiora venerunt vicerunt palestini: & occiderūt hebreorū vsq; ad tria milia: reliquā vero multitudinem vsq; ad castra ꝓpria ꝑsecuti sunt. ¶ De sūma vero ꝑditione formidantes hebrei miserunt ad seniores pōtifices vt archā dei deferrent: qua pñte congressi hostibus p̄ualerent ignorātes q̄to eēt maior ab archa q eis calamitatem inferre decreuerat. Aderat itaq; archa circa pariter & pōtificis filij Quibus p̄ceperat pr̃ vt si capta archa viuere voluissēt ad eius faciē nō venirēt: phinees eni iā sacerdotij fūgebat̃ officio: pr̃e hoc ꝓpter senectutē sibi pmittente. Quo facto securitas data ē multa nimis hebręis tāq̄ p aduentū arce possēt hostibus p̄ualere. Inimici vero stupebant israhelitas: metuētes arche pñtiā s; vtriq; pti nō sicut putabant accessit. Facta nāq; cōgressione victoria quā hebręi sepabant palestinis allata est: & ꝑditionē quam illi metuebant suscipientes hebręi cognouerunt frustra se habuisse in arca fiduciam. ¶ Repente nāq; in manibus hostium deuenerūt: & amiserūt vsq; ad triginta milia virorum. Inter quos ceciderūt quoq; filij sacerdotis & arca ab hoste est ablata. Nūciata vero ꝑditione in sylo & arche captiuitate per quendam iuuenculum beniamitē qui interfuerat bello: cuncta ciuitas luctu repleta est Porro hely sacerdos sedebat ad portā in altiori sede. Et audiens ciuitatis plāctū: atq; putās aliquid nouit circa suos effectum: euocato iuuene dū cognouisset ea quę in bello fuerant gesta de filijs & alijs quę de exercitu pariter dicebantur: leuiter habuit tanq̄ per deum prescius futurorum: quoniam valde cum

Parētes Samuel

Votū anne matris Samuelis. Cōceptio & natiuitas Samuel Nazareus Samuel Ca. ij. ꝓ pte omittitur s; pria pars i qua cōtinetur canticū Anne: secunda pars in pricipio huius capituli.

Prophetia samuelis anno. xij.

Bellū palestinorū cōtra israhelitas vbi hebręorū tria milia ceciderūt i biblia vocatur ciuitas Asech.

Adducit̃ archa in bello.

Ablata archa ab hostibus & occisio filiorum hely cū maxia hebreoru; multitudine.

Nunciata arce captiuitate hely de sede ruens mortuus est.

i. R. c.

E

i. R.

i. R. 4

F.

i. R. 4

mala confundunt que preter spem repente proueniunt. Cum vero etiam archan audisset ab hostibus captam dolore turbatus: eo q ei preter spem tantum onus accesserat: ruens de sede defunctus est dum octo & nonaginta vixisset annos: quorum quadraginta tenuerat principatum. ¶ Ea siquidem die defuncta est coniunx phinees eius filij: dum post occasum mariti nequaq̃ viuere tolerasset. Cui pregnanti quidem nunciatus est luctus viri. Peperit aũt filiũ septem mensiũ: quẽ Icabot appellauerunt. Quod nomen significat inglorium: eo q illo tẽpore exercitui huiusmodi deformitas accessisset. ¶ Habuit autem principatum primus hely ex domo Ithamar: qui fuit vnus filiorum aaron. Nam primus de domo eleazari sacerdotes erãt: ex quo honorẽ fili9 a patre pcipiebat: & hely phinees filio suo tradidit. Post quẽ abiezer eius filius hunc honorẽ accepit: quẽ birri al's bozi filio suo derelinquit. Cui rursum ozi filius successit suus. Et post hunc hely tenuit sacerdotiũ de quo nunc nobis sermo est| hitus: cuius genus vsq; ad tpa iperij salomonis hoc hũit. Tũc eni sacerdotiũ ex domo eleazari denuo receperunt.

Mors heli ãno etatis nonagesimo octauo quorũ quadragita iudicauit israel

Icabot quid significat.

Epilogatio sacerdotum.

¶ Explicit.li.v.

¶ Incipit liber sextus: q cõtinet tps ãnorũ triginta duorũ sub samuel duodeci ãni: sub dauid viginti

¶ Captiua archa deducit in Azotũ, & iuxta dagõ idolũ collocat qd ipsã archã adorans iacebat vbi peste iualescẽte aschalonite illã receperunt sed ipsis siles passiones pcipientibus ad vicinas ciuitates miserũt demũ principes quinq; citatũ palestinorũ turbati concilio inito ad hebreos remittũt quã prio beth samite indecenter recipientes a deo percussi sunt. Quod cognoscentes reportauerunt eam in Chariathiarim in domo Aminadab collocantes. ¶ Capitulum primũ

Enentes igitur palestini captiuam suorum hostium archã sicut dudum prediximus: in ciuitatem azotum portauerũt eã & apud deũ suũ qui vocatur dagon quasi tropheum aliquid posuerunt. Sequẽti vero diluculo tẽplũ egressi vt eũ solẽniter adorarẽt inuenerunt deum suum circa archã hoc facientem. Iacebat eni euulsus de base sua in qua statutus esse videbatur. Quã denuo eleuãtes statuerũt: grauiter de eius casu dolẽtes. Cũq; frequenter venientes dagon inuenirent iacentẽ: & archam similiter adorantẽ in angustia & cõfusione grauissima cõstituti sũt. ¶ Nouissime vero azatorũ ciuitatẽ atq; puinciaз diuinitus pestis inuasit. Moriebantur ei crudeli passione dissenterie: & anteq̃ velox eis interius pueniret anteq̃ aia bona morte solueretur corpore intestina eorum corrupta corporis putredine ferebantur. Prouinciã vero consurgens morborum multitudo deuastabat: ita vt neq; arboribus neq; fructibus abstineret. Dũq; in his malis azoti tenerent & resistere calamitati nõ possent intellexerũt hanc sibi cladẽ propter archã dei peruenisse victoriãq; eius nõ sibi pro bono fuisse. Miserunt ergo aschalonitas: petentes vt archã ipsi susciperẽt. Quibus azotorum supplicatio erat tam grata & eis quodãmodo grãs retulerũt. Archã vero pcipientes in malis similibus cõstituti sunt. Secũdũ nãq; passiones azotorũ passiões aschalonitis archa deuexit. Quã denuo ad alios aschalonite miserũt: sed neq; apud illos mãsit. Nã & cũ ipsi hisdẽ passionibus turbarẽt: eã vicinis ciuitatibus tradiderũt. ¶ Isto mõ archa ciuitates palestinorũ quiq; trãsiuit quosi pdã quãdã exigẽs passionibus p singulas ciuitates. Despati vero mal'hi q iã videbant expti & dũ audiẽtibus hec nota fieret nec archã aliq vlterius suscipere vellẽt hmõi habẽtes mercẽdẽ ad vltimũ cogitabãt queadmodũ ea carere possent. ¶ Cõueniẽtesq; qnq; vrbiũ pricipes geth & accaon & aschalõ nec nõ & gaze & azoni: tractabãt qd fieri cõueniret. Et pimũ quidẽ placuit vt archa remitteret ad suos cũ deus eã ppitius vindicaret & ob hoc pestes eis inferret vrbesq; vastaret. Erãt aũt qui dicerent hoc qdẽ fieri non debere: nec falli vt arche passionum causas ascriberent cum ei potestas huiusmodi aut fortitudo non esset quando si habuisset deus curam eius nequaq̃ tradita fuisset hominibus: sed quiescendum & causam harum passionum dicebant leuiter tolerandam quod vtiq; non deberent nisi solummodo reputare nature que corporibus & terre & arboribus & oĩbus que ex ea consistunt per temporũ cursũ huiusmodi mutationes ingenerant: Predictas consilium virorum qui priscis temporibus intellectu precellebant atq; prudentia superauit: & maxime quando in rebus presentibus euadere congrua videbantur & neq; remittendam archam neq; retinendã esse dicebant: sed quãdoq; simulacra aurea p vnaqq; ciuitate dedicãda deo p grãrũ actione qñ earum saluti puiderit eosq; viuere fecerit & passionibus quibus pualere nõ poterãt liberari totidẽq; anulos alias anos aureos & mures q eorũ regionẽ dpasti fuerãt atq; curuum: & hec in loca eorum esse mittenda & super archam ponenda faciendumq; vehiculum nouum: & boues que nuper genuerant esse iungendas qnarum partus claudendos ac retinendos esse ne sequentes matres impedirent sed eorum desiderio celerrimum potius iter facerent tunc illas depulsas portantesq; archã in triuio deserẽdas: eisq; quodãmõ cõmittẽdũ quã vellẽt agere viam. Et si quidẽ ad hebreos irent & eorum regionem ascenderent: archam arbitrandum causam fuisse passionum. Si vero alibi fortuitu properarent reuocandam esse dicebant: cognoscentes eo q archa nullam videretur habere virtutem. Hec itaq; recte se habere iudicantes: repente fieri decreuerunt. Agentes autem ea que sũt

Captiua archa deducitur in Azotũ & iuxta dagõ palestinorũ deuз collocatur qui ipsaз archã adorabat.

Pestis in Azoto p ablatione arche a palestinis

Aschalonite recipientes archã similes morbo. Azotorum receperunt. &c.

Cõsiliũ principum.v.ciuitatũ de reditione arche hebreis & eorз varia sententia.

Modus quo reducit̃ archa que prio alplicuit in vico quidicitur Bethsamis vbi septuaginta viri propter i dignitaté mortui sũt.

In biblia dicitur qnquaginta milia plebis.

Archa i chariathiari in domo Aminadab ponitur & fuit ibi. xx. annis.

In biblia & scolastica historia habetur septem mensibus.

Oratio Samuelis ad populum & monitio eius valde notanda.

Cõsolatio diuina samuelis.

predicta vehiculum cum bobus deduxerunt in triuium: eamq; relinquentes ibi secesserunt. Bobus aũt recta via velut quodam duce eas precedente pergentibus palestinorum principes sequebãtur quo starent aut quo venirent volentes agnoscere. Est autem quidam vicus in tribu iuda nomine bethsamis: in quo venerunt boues. Cumq; in campo maximo deuenissent vlterius accedere cessauerunt. Et statuentes illic vehiculum gratum miraculum habitatoribus vici illius prebuerunt. Estatis namq; tpe dũ oẽs in agris ꝑ colligendis frugibus essent: cũ vidisset archã delectationis passi sũt & delectatione rapti & opus manuũ relinquẽtes: repẽte cucurrerunt ad eã: & deponẽtes archã & vas i quo erãt recõdita simulacra simul & mures: posuerunt sup quandã petram quę erat in cãpo. Et mox immolãtes deo & vehiculum simul & boues: holocaustum offerentes pariter epulati sunt Hęc videntes palestinorum iudices ad propria sunt reuersi. Ira vero atq; indignatio dei septuaginta bethsamitas eo ꝙ non fuissent digni archam contingere: quia nec sacerdotes erant qui ad eam accesserant: interemit. Quos talia patientes fleuerunt sui prouinciales: & luctum in eis eleuauerunt qualez potuissent habere pro malo diuinitus missu: suumq; mortuum vnusquisq; lugebat. Et indignos se iudicantes vt apud eos archa consisteret mittentes ad omnes hebreos indicauerunt a palestinis archam fuisse reuocatam. ¶ Qui cognoscẽtes hoc reportauerunt eam in Chariathiarim proximam ciuitatem bethsamitarum. Vbi in domo cuiusdam leuite aminadab nomine qui videbatur esse iustus & vita religiosus: archam introduxerunt velut in locũ deo dignum in quo habitaret vir iustus. Ministrabant enim arche eius filij & huic cure ãnis viginti ꝑfuerunt. Tantis enim temporibus fuit in chariathiarim dum apud palestinos mensibus quattuor habitasset. ¶ Cumq; omnis populus illo tempore quo ciuitas chariathiarim habuerat archam i orationibus & sacrificijs deditus esse videretur: & maximum circa eam religionis exhiberet officium: samuel ꝓpheta videns fidutiam eorum quasi oportunum esset vt talibus loqueretur deliberate & bonis eius fecit alloquium secundum ꝙ credebat eorum mentibus esse gratum & ait. O viri quibus adhuc hostes sunt grauissimi palestini & deus iam incipiens esse propicius & amicus: non solum concupiscenda libertas ẽ sed etiam facienda per que nobis eius bona ꝓueniant. Nõ enim optare debetis ab homine liberari & agere pro quibus potius seruiatis: sed estote iusti & maliciã depellentes ab animabus vestris: easq; purgantes totis membris inuocate deũ: eũq; bonis actibus honorate. Hoc eni vobis facientibus bona ꝓuenient seruitusq; fugabitur & de hostibus repẽte triũphus auferet̃: quẽ ꝓmereri nõ armis poterũt nõ robore corporum: non multitudine populorum. Non enim malis deus ꝓmittit se talia ꝓbiturũ: sed bonis existentibus atq; iustis. Ego aũt vobis digna gerentibus huiusmodi ꝓmissum me alti pulaturũ assero. ¶ Cumq; hęc dixisset vniuersus populus ei fauit: & eius exhortatione gauisus est simul & annuerunt omnes obedire se deo. Quo facto congregauit omnes samuel i quadã ciuitate que vocatur masphat: qd nomen deorsũ inspicere hebraica lingua significat. Hic haurientes aquã immolauerunt deo & tota die ieiunantes in orationibus cõuersati. Qui tamen ibidẽ congregati palestinos minime latuerunt.

i.Re. 7.

D.

E.

¶ Vincunt hebręi palestinos miracula samuele eis promittẽte & signis pluribus probante qui senectute grauatus filijs pricipatum tradidit quibus male officium exercentibus conqueritur populus regẽ petens cui deus concedit regis iura prenuncians. ¶ Capitulum. ij.

Samuel diuinũ auxiliũ ꝓmittebat deo sacrificiũ offerens.

Victoria hebreorum contra palestinos miraculosa.

Terre motus ad palestinorũ terrorem.

Nam cognoscentes conuẽtum eorum magno exercitu atq; virtute vt non suspicantibus bellum & in preparatis inferrent agressi sunt. Illos autem hoc valde terruit ad tumultum fortitudinemq; ꝑduxit: & recurrẽtes ad samuel animos suos corruisse: & morte proxima perditionẽ dicebãt & propterea quiescendum nec virtutem hostium commouendam: quando nobis te duce ad orationes & sacrificia & iuramenta venientibus super nudos & inermes castrametati sunt inimici. Spes ergo nulla nobis alia salutis est nisi per te exoratus deus euadere nobis cõcesserit palestinos. At ille & fiduciam habendam dixit & deum allaturum eis adiutorium promisit. Et sumens lactentem agnum sacrificauit pro populo rogauitq; deum vt eos contra palestinorum bellum sua dextera tueretur nec eos perituros despiceret: qui secundo iam videbantur afflicti. ¶ Exaudiuit itaq; deus orationes hostiamq; placitam & auxiliatrici mente suscipiens annuit eis victoriam & potentiam conferendam. Dumq; adhuc esset super altare dei sacrificium positum: & nondum sacra fuisset flamma consumptum processit e castris hostium multitudo & aciem constituit ad pugnandum tanq̃ multa spe victorie: dum vtiq; iudei in angustia viderentur inclusi quando nec arma haberent nec ad pugnandum ibidem concurrissent. Inciderant enim inopinate in rebus talibus: quę etiam si predicte fuissent: non facile crederentur. ¶ Palestinis igitur primitus deus terram mouit eamq; tremere fecit: & eis dubiam demonstrauit ita vt eis basis subtrahi videretur & scissa in diuersis apertionibus sorberetur ¶ Deinde tonitruis concrepantibus & ignis chorus cationibus longe micantibus velut incendens eorum vultus nimis eos affecit: & ex eorum manibus arma diripiens nudos in fugam conuertit. Quo facto samuel eos cum multitudine persecutus est & plurimos interfecit persecutusq; vsq; ad locum quendã qui vocatur

i.Re. 7

F.

A corrcon.ibiq; lapidem fixit velut terminum victorię & hostium fuge.eumq; lapidem fortitudinem appellauit: quasi signum esset diuini solatij contra hostes adhibiti. ¶ Inimici vero post illam plagā nequaq̄ super israhelitas egressi sunt sed timore & memoria rerum quę super eos accesserant quiescebant. Fidutia siquidem quę dudum fuerat palestinis aduersus hebręos.post hanc victoriam facta est hebræorum. ¶ Porro samuel super eos castra ducens peremit multos.eorumq; superbiam ad nichilum deduxit. Abstulit regionem illam quam primitus victis iudeis rapuerunt. Igitur illo tempore inter israhelitas & reliquos chananeos propheta verus Samuel disposito populo eisq; reddita ciuitate:in eam eos conuenire pręcepit.vt de diuersis actibus adinuicem disceptarent. Ipse vero semel in anno circuiens ciuitates iudicabat.& multo tempore sub equitate omia expleuit. ¶ Deinde senectute grauatus.& agere solennia prępeditus filijs suis populi tribuit principatum. quorum senior quidem dicebatur Iohel iunior autem Abia. Pręposuit autem alium quidem in bethleem ciuitate vt illic sederet & iudicaret.alium in bersabee diuidens populum qui eorum iudicijs optime de parentibus suis existerent:sed & boni & moderati quidem ex malis.& praui producerentur ex bonis. Nam et patris sui studium recordantes:& viam contrariam ambulantes & muneribus turpibusq; lucris iustitiam comprimebant & iuditia non vera sed secundum pręmia proferebant: & ad ępulas preciosaq; conuiuia declinantes primum quidem quę erant inimica deo gerebant:secundo etiam patri videbantur auersi. qui multo studio ac prouidentia gesserat vt etiam plebs sciret seruare iusticiam. ¶ Populus itaq; dum contumeliam priori conuersationi prophetę filij facerent grauiter hoc ferens ad patrem denuo remeauit:qui in ramatha ciuitate cōmorabatur eiq; iniusticias filiorum omnes exposuit. Et quia cum senex esset & tempore iam defectus rebus preesse non poterat:supplicabantq; ei atq; rogabant vt eis aliquem eorum regem eligeret qui & principatum gentis haberet & palestinos affligeret qui eis erant prioris iniustitię debitores. ¶ Hæc ergo verba grauiter concusserunt Samuel: propter insertam ei iustitiam: & odium circa reges. Optimam enim illius tunc conuersationis electionem valde diligebat quę dū esset sancta:beatos etiam ciues vtentes se faciebat. Nimiaq; cogitatione his dictis afflictus:neq; cibi memoriam habuit:neq; somni. Sed facta nocte rerum cogitationes euoluens sine sopore permansit. ¶ Cumq; talia cogitaret apparuit ei diuinitas.eumq; consolata est dicēs:nō pro petitione populi debere affligi:quasi non in illum superbi fuerint sed magis in se.ne solus super eos ipse regnaret. Et hęc opera ei ex quo ęgressi sunt ab ęgypto molitos:non tamen post multum tempus eos esse grauissimam penitentiam habituros per quam mihi equidem quod gestum fuerit in effectum erit. Arguentur autem vt contemptores: & consilia non pacifica circa me & circa tuam prophetiam habuisse. Pręcipio autem tibi vt eis ordines quem cumq; monstrauero regem. Prædices tamen eis quales erunt:& quę sub rege passuri sunt: & protestans qualem munitionem habere festinant. ¶ Hæc samuel cum audisset mox die facta conuocatis iudeis ait daturum se eis regem sed primitus quidem narrare debere eis quę illis futura essent per reges . & quibus forent afflictionibus atterendi. Scitote inquit q̄ primum quidem filios vestros auferent: & alios quidem curruum agitatores esse iubebunt.alios vero equites & armigeros & pręcursores:alios millenarios & centenarios facient. Alios armorum artifices & opifices curruum & instrumentorum fabros:& agrorum suorum cultores vinearumq; fossores: & nihil erit in quo non obediant his quę iubentur seruientes ad similitudinem eorum qui precio comparantur. Sed & filias vestras vnguentarias habebunt: & coquæstrias & molarias:efficientq; omne opus sub necessitate quod famulę plagas metuentes & verbera.sed & vestras possessiones auferent & eas eunuchis suis & armigeris condonabunt. & iumentorum græges eis distribuent. Et vt breuiter sit dicendum seruietis cum omnibus vestris regi: similes seruorum eius effecti. Horumq; sermonum memoriam tunc habebitis quando hæc passi fueritis.& penitentia ducti rogaueritis deum vt vestri misereatur:& donet a regali honore velocissimā libertatem. Qui vestras non suscipiet preces: sed eas respuens vosmet vt malorum consiliorum tormenta substineatis. ¶ Erat autem populus in hac prouidentia futurarum rerum valde fatuus:& difficilis vt consilium quod semel in mente collocarat expleret. Nam neq; audientes talia sunt conuersi.neq; eisdem sermonibus propheta perterruit.sed magis vehementes instabant:& regem sibi ordinari postulabant:nec cogitandum esse de venturo censebant: sed fore necessarium secum pro afflictione inimicorum habere pugnaturum regem.quando nulla prouinciarum in tali conuersatione & sine rege consisteret. ¶ Videns autem eos samuel nec in his quę fuerāt prędicta conuersos. sed potius immanentes:ait. Nunc equidem ad propria singuli quiq; recedite. Oportune vero vos euocabo dum quē vobis daturus sum regē a deo cognouero.

Margin notes: c.7 — Samuel ad nichilum redegit palestinos. — Samuel senectute grauatus filijs principatū tradidit. — Malitia filiorum Samuelis pricipū super israelē — Cōqueritur populus de filijs samuelis regē petēs sibi cōstitui. — c.8 — B. Consolatio diuina Samuelis. — c.9 — Iura regis prędixit Samuel. — C Fatuitas populi pertinacis in petitione regis audita tyrannide

¶ Saul filius Cis patris asinas querens rex constituitur quem eas querēdo Samuel diuinitus cognouit & inunxit sibi in conuiuio regali apposita portione & prędicto ei signo multiplici quod cognouit sed & sorte electus abscondit se publicata tamen eius fuit electio licet eum multi contempserunt.

Capitulum tertium.

Pater Saul Cis de tribu Beniami. Saul quęrēs asinas pr̄is Rex constituitur.

Erat igitur quidam de tribu beniamin vir nobilis moribusq; laudabilis: nomine Cis huius erat filius iam iuuenculus formaq; pulcherrimus & corpore valde ꝓcerus quiq; multos mente ac prudentia pręcedebat: vocabaturq; saul. Is vero Cis du3 asinę pręcipue de grege eius errassent: in quibus nimis & sicut in nullo alio iumento delectabatur. filium suum ad requirendas eas cum vno famulo destinauit. Qui dum tribū paternam requirendo asinas circuisset venit ad alias. Et dum neq; in eis inuenisset: discedere cogitabat ne pater de se molestiam cogitationis inferret. Dumq; in ramatha ciuitatem venisset & puer qui cum eo erat dixisset ei esse in ea prophetā verum. dedissetq; ei consiliū vt ad eum irent & per eū de asinis quas quęrebant agnoscerent respondit nihil habere pro muneribus quod euntes deberent offerre prophetę quoniam vię pecunia iam fuisset expensa. Tunc famulus dicit esse sibi quandam alias quartam partem sicli. & hoc ei datum posse sufficere. Errabant autem ignorantes eo ꝙ non acciperet propheta mercedem. Cumq; venissent ante portas virgines ad aquas euntes interrogauerunt eas de domo prophetę. Que cum indicassent: adijciebant vt festinarent anteq̄ ad comedēdum acccederet. Multos enim eum illa die dicebant pascere: & cum his qui vocati fuerāt eum primum discumbere. Samuel autem propterea multos tunc ad conuiuium vocauerat. Nam dum pręcedenti die deprecaretur deum vt ei prędiceret quem constituret regem indicauerat ea hora altera die missurum se aliquem iuueuem de tribu beniamin. Porro samuel in domo sedens tempus quod ei promissum fuerat expectabat. Quo adimpleto descendens ibat ad mensas occurritq; saul ei. Cui deus protinus indicauit hunc esse regnaturū hebręis. Saul autem accessit ad samuel eumq; salutans supplicauit vt ei domum prophetę mostraret: quam scilicet vt peregrinus se ignorare dicebat. Cumq; samuel se esse dixisset eumq; duceret ad conuiuium incolumes esse pro quibus quęrendis missus fuerat asinas indicauit: & omnia ei bona regni esse conferēda promisit. Cui saul. Minimus inquit sum domine mi hac spe & de vltima tribu quę regibus apta non est & ex inferiore patria vrbium ceterarum. Sed tu magis illudis & pro periculo me fatigare contendis: de tribu maiori q̄ vt mihi conuenit nunc loquendo. Quem propheta deducens ad conuiuium recumbere fecit simul & sequentem puerum super eos qui fuerant inuitati. Erant autem numero septuaginta. Pręcepitq; vt pars ei regalis apponeretur. Et dum hora dormiendi venisset aliorum quidem singuli ad propria discesserunt saul autem apud prophetam cum famulo suo soporatus est. Die vero facto samuel eu3 excitans duxit foras. Et cum extra ciuitatem venissent famulum quidem pręcedere iussit: illum vero remanere quasi aliquid ei nullo alio pręsente dicturus. ¶ Dumq; saul puerum pręmisisset sumens propheta vas olei super iuuenis caput effudit eumq; complexus ait. Esto rex a deo constitutus: & contra palestinos vindicaturus hebręos. ¶ Hoc autem erit tibi signum quod te volo pręscire. Cum profectus fueris inuenies tres viros in via euntes in bethleem (alias bethel) adorare deum. Quorum primum quidem tres panes offerre videbis secundum vero hedum. & tertium vtrem vini. Iuuenes isti te salutabunt: & libenter suscipient & dabunt tibi duos panes Tu autem accipiens exinde venies ad sepulchrum Rachel vbi cognosces eo ꝙ inuentę sunt asinę. Post hęc venies in gabatha & ecclesiam inuenies prophetarum & diuinitus inspiratus prophetabis cum eis ita vt omnes habentes sensum cum viderint obstupescant atq; mirentur dicentes vnde ad hanc felicitatem peruenit filius Cis vt possit etiam prophetare. Cumq; hęc omnia signa fuerint facta scito deum esse tecum. & salutabis patrem tuum atq; cognatos veniésq; post hęc vocatus a me in galgala. vt pro his deo pacificas hostias immolemus. Hęc autem pręcedens dimisit eum. ¶ Porro Sauli omnia secundum prophetiam Samuel euenerunt. Cumq; venisset in domum cognati sui abner quem pręomnibus parentibus diligebat interroganti de profectu eius et quid accidisset aliarum quidem rerum nihil abscondit neq; ꝙ apud samuelem prophetam fuisset neq; ꝙ ei asinas inuentas esse dixisset. De regno autem & eius euentibus quę etiam si audirentur & inuidiam & incredulitatem parerent tacendum esse decreuit. Quod neq; amico & amplius sanguinis in ciuitate coniuncto cautum aut sapiens credidit indicare dubitās vt reor de humana natura: quippe cū verum sit ꝙ perfecte nemo deuotus est: neq; amicus: neq; cognatus: neq; vsq; in donis dei purum aliqui seruant affectum sublimius maliuoli & inuidiosi esse noscuntur. ¶ Samuel autem conuocauit populum ad ciuitatem Masphat: & apud eum diuino mandato verba disposuit dicens. ¶ Quoniam cum eis deus pręstiterit libertatem & subdiderit hostes beneficiorum eius sint immemores. Et deum quidem regno priuauerint nescientes quoniam nimis vtilissimum est ab omniū rerum excelso iuuaricum deus vtiq; omnium sit solus excelsus: elegerint autem habere se hominem regem qui eis velut iumentis subditi consilio & desiderio suo alijsq; voluntatibus sit vsurus & potestatem suam sine aliqua parcitate omnibus collaturus quiq; non ita sicut Deus proprium opus atq; facturam tueri genus hominum festinabit quod deum solum semper constat efficere. Sed quoniam vobis inquit placuit & hęc iniuria pręualuit contra deum. ordinamini omnes per tribus & sceptra: & mittite sortes vestras. ¶ Quod

Sicius valet viginti obolos

1. r. c. 9. D

Saul veniētē cognouit Samuel hebręis regnaturum.

Hūilis Saul responsio.

E

Sauli in conuiuio regalis pars apponitur.

1. r. c. 9.

Saul a Samuele rex secrete vngitur signum sibi prędicitur.

F

Iste qui hic dicitur cognatus i biblia vacatur patruus.

Regressus saul.

1. r. c. 1

Samuel ad populum.

A dum hebrei fecissent sors cecidit super tribum beniamin. Et dum fuisset denuo sors missa per gn̄s exijt progenies matharis. Cumq; per viros ipsius generis sors missa fuisset: ad saul filium Cis sors regni perducta est. Quod dum iuuenis agnouisset semetipsum abscondit nolens videri vt arbitror sponte suscipere principatum sed tantam sui abstinentiam & temperantiam demonstrauit. vt dum multi nec in parua felicitate gaudium valeant retinere. sed omnino conspicui esse desiderent: ille non solum semetipsum pro tali regno & tantarum gentium futurus dominus non ostendit: sed etiam e conspectu eorum quibus erat regnaturus eripuit & querendum se non sine eoru; fatigatione fecit. Quibus difficultatem patientibus & cogitantibus eo q᷑ non adesset: rogauit propheta deum vt ei vbi esset ostenderet. & iuuenē manifestum efficeret. Dumq; cognouisset a deo locum in quo erat celatus saul iussit eum adducere. Et cum inuenisset eum in medio populi collocauit. Is enim omnibus eminebat & ipse proceritate regius erat. Dicitq; propheta. Hunc deus vobis dedit regem. videtis q᷑ & melior cunctis est & imperio dignus. Cum optasset populus regi salutem: ea que illis erant futura propheta conscribens rege audiente legit: & librū in tabernaculo dei reuoluit ob testimoniū eorū que predixerat venturis generationibus afferēdum. ℂ Dum hec itaq; samuel celebrasset dimisit populū propheta. Et ipsum quidē in amathim ciuitatem patrie sue secuti sunt honorē regi debitū exhibentes. Plurimi vero maligni & illum contemnebant & alijs irridebant & neq; munera offerebant. neq; studio aut sermone saul sibi placere monstrabant.

ℂ Saul rex sorte electus abscōdit se.

Publicata saulis electio.

Aliqui contempserunt saulem

ℂ Saul contra Naas Ammonitarum regem bellum incepit crudelem nimis Hebreorum dextrum oculum euellentem & contra eum gloriosam victoriam obtinuit et Iude manifeste rex iniungitur.

Capitulum quartum.

c.II. Post modum vero honoris eius causa initium belli contigit contra Naas regem ammonitarum. Hic enim multa mala iudeis habitantibus transiordanem intulit. & cum multo & pugnaci exercitu eos afflixit. vrbesq; eorum seruituti subegit: quorum fortitudinem in propria ad presens sue subdidit ditioni. Sapientia vero atq; tractatu sic infirmos reddebat ne quomodo rursum iugum potuissent euadere seruitutis eorum. ℂ Nam etiam qui ad eum aut fide data venissent aut quos lege bellica cepisset: dextros oculos euellebat. Quod ideo faciebat vt sinistram partem vultus sui scutis celantes ad bellandum forent nimis inutiles. Et hec quidem rex ammonitarum cum fecisset habitantibus transiordanem: super galadinos castra ponens circa ciuitatem Iabes. legatos ad eos misit precipiens vt se ei traderent quatenus eoru; oculos dextros auferret. Quod si nollent per obsessionem eorum ciuitates se interminabatur euertere. Electione; vero in ipsis esse vtrū vellent partem corporis amittere: an certe vniuersi perire. ℂ Galadini vero merentes in talibus: neutrū eorum promittere presumpserunt neq; semetipsos tradere neq; pugnare. Septem vero dierum poposcerunt indutias vt ad contribulos legationem mittentes solatium ab eis poscerent. Et si quidem auxi-

Bellu; saulis cōtra naas regem ammonitarum.

Crudelitas naas contra hebreos

B. lium eis veniret pugnarent. Si vero huius rei foret inopia tradere se dixerunt passuri quodcunq; placeret hosti. ℂ Naas autem spernens multitudinem galadinorum eorumq; responsum. dedit eis indutias & solatia a quibuscumq; vellent postulare permisit. Illi vero repente per ciuitates israhelitarum miserunt indicantes que eis faceret Naas & in qua tenerentur angustia. Qui vsq; ad lachrimas magnamq; tristitiam hoc audito venerunt. Timor autem eis aliud quicq facere non permisit. ℂ Cumq; legati in regis Saul ciuitatem venissent: & in quibus essent iabite periculis nunciassent. populus quidem idem fecit quod illi priores. Flebant enim omnes calamitates. Saul ab opere agri reuersus in opidum venit inuenitq; flentes proprios ciues. Et dum causā tristitie & confusionis inquireret. agnouit quod contige-

Galadinorū lamentū pro crudelitate naas.

C rat a legatis. Et diuinitus inspiratus iabitas quidem remisit promittens se in auxilium eis venturum die tertia: & ante solis ascensum portis eius esse venturum: ita vt victores eos & timore liberos ortus solis inspiceret. Iussitq; eorum aliquos pro ducatu itineris substinere. ℂ Volens autem populum ad ammo-

c.II. nitarum bellum damni timore conuertere & eis quantotius subuenire incidens boum suorum neruos. Hec facere cunctis interminatus est si non armati die altera concurrerent ad Iordanem eumq; sequerentur et samuelem vbicumq; eos ducerent. Illis autem propter timorem imminentis damni definito tempore currentibus in ciuitatem Balam dinumerata multitudine inuenit eorum numerum preter tribum Iuda septingenta milia fuisse collectos. Illius autem tribus septuaginta milia fuerunt. ℂ Transiens ergo Iordanem & decem finium tota nocte faciens iter: oriente sole exercitu in tribus partibus constituto repente & inopinabiliter irruit super hostes: factaq; pugna et alios multos ammonitarum peremit simul & regem ℂ Hoc igitur opus clarum valde fecit Saul: & apud omnes Hebraeos eum laudabilem demonstrauit magnamq; fecit gloriam fortitudinis adipisci. Nam si qui primitus fuerant qui spreuerant eum tunc conuersi sunt vt honorarent. & meliorem cunctorum principatu iudicarent. ℂ Non enim sufficit illi solummodo iabessenos eripuisse sed etiam cunctam studuit pugnando ammonitarum subuertere regionem. predamq; sumens exinde copiosam clarus ad propria remeauit. ℂ Popu-

Saul iabitas iuuare promittit.

In biblia sic. fueruntq; filiorum israhel trecenta milia virorū autem iuda triginta milia.

Gloria saulis apd oēs hebreos

lus autem pro rebus quę gestę fuerant a saul. magna delectatione gaudebant: & q regem talem ordinauerant exultabant. Contra autem qui eum nihil de rebus prodesse dixerant exclamabāt vt solet vulgus felicitate detentus euomere. & contra illos qui iu principijs huiusmodi rerum videntur esse auctores. Saul autem horum quidem circa se fauorem amplectebatur volentem. iurauit autem nullum noscere contribulorum nec illa die necare permitteret: cum esset nimis incongruū. si data a deo victoria proprij generis sanguine fedaretur sed deceret vt gratiam habentes ad inuicem festiuitatem eius celebrarent. D

Confirmatio secunda electiōis Saul et vnctio manifesta.

Epilogatio regiminis hebręorum.

¶ Cumq; samuel dixisset secundam ordinationem in confirmatione regni saul oportere fieri: omnes congregati sunt in galgala ciuitate. Illic enim eos venire preceperat: & rursus populo vidēte propheta vnxit saul oleo sancto: & secundo denunciauit regem. Itaq; isto modo hebręorum respublica ad regū iura conuersa est. Nam tēpore moyseos & iesu eius discipuli qui post eum dux fuit optima ducis cōuersatione gerebantur. Post illorum vero mortem annis decem & octo populus eorum sine principe fuit. Postea ad conuersationem pristinā sunt reuersi: ei quippe qui bello & fortitudine cunctos excellerēt tribuentes iudicij potestatem. & propterea tempus conuersationis huiusmodi nimis eximium vocatur.

¶ Samuel se innocentem ostendens coram populo deum grauiter ferre regem petitum diuino miraculo ostendit populum ad dei obseruanda mandata admonens. Capitulum quintum.

¶ Innocens samuel se purgat coraȝ omnibus.

Samuel autē propheta cōgregatis hebreis ait. ¶ Cōiuro vos per maximuȝ deū qui fratres illos optimos moysen & aaron deduxit ad vitā & pr̄es vr̄os ex ęgypto de domo seruitutis eripuit: vt neq; aut verecūdię aliquid cōferētes neq; timore perterriti: neq; alia qualibet passione detēti: dicatis si quid a me prauum aut iniustū aut lucri gratia aut auaritię causa gestū est arguite me si cuius aliquid accepi aut vitulū aut ouē aut cibū recepi. aut si cuius iumentū ad vtilitatē meā tollens aliquē cōtristaui. Et his ergo oībus si quid abstuli dicite corā rege. Illi vero clamabāt nihil horū ab eo factū: sed sancte et iuste eū prefuisse populis hebręorū. Samuel autē cunctorum huiusmodi testimonium fuisse de eo prolatū audiēs ait. Quoniā indicastis mihi q nihil incōgruū dicere de me valeatis corā rege. nunc audite cū fidutia me dicente. Q m̄ quippe nimis egistis in deū petentes regē: cum vos oportuisset habere memoriā quod cū septuagita solūmodo nostri gn̄is auus iacob propter famē venit in ęgyptum & illic multis milibus procreatis: quę ad pessimum seruitium ęgyptij perduxerunt. oratione patrū absq; rege tantam multitudinem ex necessitate deus eripuit mittens eis moysen & aaron fratres. qui vos eduxerunt in terrā hanc quam nunc vtiq; possidetis. Et his adeptis per deū bonis didicistis pietatem atq; religionē dei quos ille hostibus subditis liberauit: & primum quidē assyriorum & eorum fortitudine potiores effecit: deinde prębuit victoriā ammonitarum. nouissime vero palestinorum & oīa hęc concessa sunt in habentibus regem. sed cū Iepte & gedeon duces existerent. Quę vos ergo stultitia tenuit vt fugeretis a deo & hoīs velitis esse sub regno. Sed ego quidem hūc vobis instituí quem deus eligit vt tadem vobis manifestum sit deum irasci & ingrate ferre petitionem vestram: in extremo vt eadē deus ipse hęc vobis ostendat apertis indicijs. nullus enim vestrum aliquando hoc vidit factum messis tēpore imbrem deū deprecemur effundere. Cumq; hęc samuel dixisset ad populū tonitrua subito choruscationes: & grandinis impetus diuinitatis infusione prorupit: veritatem prophetę apud cunctos ostendens ita vt obstupescentibus & in formidine constitutis: peccasse se cuncti profiterentur. & in hoc per ignorantiam incidisse vtq; deum propheta velut optimus pater & mittis rogaret vt propitius esset eisq; peccatum quod per iniuriam & iniquitatem commiserant dimitteret exorabāt. At ille promisit se deum rogaturum vt eis veniam concederet meritorum. ¶ Monuit tamen eos vt iusti forent & boni & haberent semper memoriam eorum in quibus pręuaricatione virtutis inciderant & signorum dei & legislationis moyseos: sic eis cum felicitate regia salutis esset effectus quia si hęc negligerent. venturam eis eorumq; regi plagam maximam prophetauit. Igitur samuel cum hæc dixisset hebreis confirmando senunto saulis regno populum remeare permisit ad propria.

1.r.c.12

E

Arguit Samuel populū pro petitione regis.

Samuel miraculo ostendit deū grauiter ferre petitionē regis.

Monitio samuelis ad populū.

F

¶ Saul cōtra palestinos (qui arma a iudeis abstulerant eos omnino ferro vti interdicentes) arma parat qui sacrificando peccat vnde & accusatus a samuele q a sobole regnum recederet. ionathas tamen eius filius latēter cū armigero ei signū denotās hostes aggreditur quos miraculose vicit. Capitulum. vj.

Saul contra philisteos & exercitus sui numerus

Palestini arma a iudeis auferētes ipis ferro vti interdixerunt.

Saul igitur eligens quasi tria milia virorum ex omni plebe duo quidem milia ipse recipiens morabatur in ciuitate Bethleem: Ionathę vero filio suo mille dedit armigeros: eumq; misit in gabatha. Ille autem obsidebat castra palestinorum non procul a galgalis. ¶ Palestini nāq; qui in Gabaa morabantur arma iudeis abstulerant & munitissima loca suisq; castra oportuna detinebant interdicentes hebręis vti ferro propter quam causam agricolæ si quod instrumentum eis esset

1.r.c.13

necessarium ad cultum eam: venientes ad palestinos fabricabantur illud. ℂ Cum ergo palestini cognouissent castra sua ab hebręis: obsessa indignati & contemptum hebræorum magnam iniuriam iudicantes iudeis pręlium intulerunt ducentes pedestrium quidem trecenta milia curruum vero triginta milia et equitum milia sexaginta. castraq; posuerunt circa ciuitatem magnam. Quod cum cognouisset saul rex hebręorum descendit in galgalam ciuitatem: & in omni prouintia misit populum propter libertatem ad bellum contra palestinos inuitans. eorumq; potentiam vilissimam esse declarans & nimis indignu; vt per timorem pericula sustinerent. ℂ Dumq; populi qui erant cum Saul multitudinem palestinorum inspicerent: valde territi sunt. Et alij quidem in speluncis & cauernis & cloacis semetipsos celauerunt: plurimi vero transiordanem iugulati lapsi sunt qui erant precipue ex tribu gad & ruben. ℂ Misit Saul ad prophetam vocans eum vt cum eo de bello & rebus prȩsentibus cogitaret. Ille autem substinere ibi eum precepit & hostias prępararc. Post septem vero dies venturus ad eum. vt septima die sacrificantes ita congrederentur ad bellum. Qui sustinuit quidem sicut propheta mandauit. mādatum vero nequaq̄ cum perfectione seruauit. sed cum videret prophetam quidem morari se autem a militibus derelinqui celebratis hostijs. cum audisset Samuel venientem: ei in occursum festinanter egressus est. Ille vero non recte cum eis fecisse dixit eo q̄ orationes & sacrificia quę voluntate dei erant facienda populo offerre petulanter ipse prȩcesserit. Saul vero satisfaciente & dicēte sustinuisse se quidem prȩfinitos dies sed pro necessitate & discessu militum & propter hunc timorem & inimicorum aduentum in magna tristitia: eo q̄ auditi fuissent in galgala descendisse ad offerenda sacrificia se fuisse compulsum respondēs Samuel ait. Sed tu quidem si iustus esses & mihi non inobediens nunq̄ in his quę pro prȩsentibus prȩcepit deus primitus defecisses quam in rebus necessarijs expediret vt et tibi tueq; soboli regnare plurimo tempore licuisset. ℂ Hęc samuel quidem grauiter ferens in his quę fuerāt facta discessit ad propria Saul autem in gabaa ciuitatem habens secum sexcentos solummodo viros: cum Ionatha filio venit. Quorum plurimi arma nequaq̄ habebāt dum ferrum vtiq; in prouintia minus esset: & quia arma facere non potuissent. Non enim sinebant eos palestini sicut dudum iam declarauimus hæc habere. ℂ Igitur diuidentes tribus agminibus exercitum palestini. & per totidem itinera discurrentes hebręoru; prouintiam deuastabant. videntibus scilicet Saul rege & filio eius ionatha: & terram defendere cum essent sexcenti solummodo non valentibus. ℂ Dumq; resideret ipse & eius filius & sacerdos achias qui erat de prole hely sacerdotis super collem excelsum terramq; populari respicerent eis in maxima angustia constitutis: Saul filius cum suo armigero constituit vt latenter ad hostium tabernacula properarent turbatisq; eis & quendam modum commotionis inferrent. ℂ Dumq; armiger eius pronius se eum secuturum assereret: licet mors immineret: sumens solatium iuuenis et de colle descendens ad hostes pariter ibant. ℂ Erant igitur castra hostium super scopulum habentem subtilissimam lōgitudinem tribus verticibus accutissimis prominentem: scopulis per circuitum euntibus & quasi propugnaculis inuasiones pugnantium prohibentibus vnde contingebat vt custodes minorem haberent sollicitudinem castrorum q̄ natura locus ille omnibus videbatur esse munitus & ad capiendum valde difficillis: eo q̄ non solum ascendere illic. sed etiam accedere difficille videretur. ℂ Dum venisset ad castra Ionathas: armigerum confortabat exacuens vt ad hostes accederent signumq; hoc victorie indicarent. Si vero nihil eloquerentur tanq̄ non vocantibus reuerti deberent. Accedentibus illis ad exercitum hostium apparente iam die: videntes palestini eos alterutros edicebant. Ecce de cauernis & de speluncis ęgrediuntur hebręi. Et ad ionatham eiusq; armigerum dicebant. venite ad nos: vt vos digne pro vestris prȩsumptionibus puniamus. Quam vocem grate suscipiens filius Saul: tanq̄ ei victoriam designantē. tunc equidem ab illo loco in quo hostibus visi fuerant recessit. mutansq; locum venit ad petram quę erat propter munitionem locorum desolata custodibus & exinde quasi repentes & trahentes semetipsos cum multo labore naturam loci vicerunt. vt ad inimicorum castra conscenderent. Irruentesq; eis dormiētibus occiderunt quidem quasi viginti turbatos vero pauore eos vehementius impleuerunt ita vt alij quidem effugerent arma omnia relinquentes. alij vero semetipsos non agnoscentes eo q̄ congregati ex multis gentibus essent credentesq; inimicos & irruisse super se Israhelitas putantes & non hoc duorum hominum prȩsumptione commissum ad alterna bella conuersi sunt. Quorum alij quidem perempti moriebantur alij vero fugientes per saxa prȩcipites conuolabant. ℂ Dumq; exploratores Saul dicerent regi palestinorum castra valde turbari: requirens Saul nequis suorum deesset audiuit suu; esse filium & eius armigerum. Iussitq; vt pontifex sumpta veste sacerdotali de futuris rebus ei prophetaret. ℂ Cumq; ille eum conuincere & hostibus fortiter prȩualere dixisset palestinos iuasit & turbatos aggressus est: qui se potius inuicem peremerunt. Refugerunt autem ad eum etiam qui primitus se per cauernas & speluncas petrasq; celauerant audientes Saul esse victorem. Congregatis autem quasi decem milibus hebręorum. persecutus est inimicos cuncta regione dispersos.

Exercitus palestinoru; nūerus contra hebręos

Fuga israelante palestinos.

Mittit Saul ad samuelem.

Trāsgressio saulis in sacrificando per seipsum

Quomodo saul peccauit offerēdo vide Nicolaum de lira.

Prȩdixit samuel sauli sobole recessurū regnu;.

In biblia cu; venisset dies prȩlij non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi.

Ionathas cū armigero latenter ad hostes properant.

Descriptio obsessionis hostiū

Ionathas signū victorię dat armigero.

ℂ Mirabilis pugna Ionathę & victoria contra philisteos.

Saul contra philisteos victoria.

¶ Saul temere iurante mellis fauum guſtat. ionathas qui (ſorte ſuper eum cadente) iuramenti transgreſſor inuentus per populum liberatus eſt a morte quam eius pater ei infligere propter iuſiurandũ voluit. D

Capitulum ſeptimum.

I.r.c.14.

Saulis iuramentum temerariuꝫ quod ignorans ionathas tranſgreſſus eſt.

Mel guſtat Ionathas.

IGitur ſiue propter inopinatę victorię gaudium (dum ſepe felices contingat extolli) ſiue ignorantia faciente palmę illius decus peſſima lamentatio fedatum eſt. volente etenim ſaul funditus interimere paleſtinos & penam eos exſoluere maledixit hebręis vt ſi quis a cede ſe retinẽs inimicorum anteq̃ nox futura veniret aliquid comederet & ab interfectione hoſtium aut a perſecutione ceſſaret: maledictus eſſet. Cumq; hoc dixiſſet: veniẽs ad quendam quercum excelſam in ſorte effrem conſtitutam. Ionathas filius eius dum illic apum contigiſſet eum inuenire cubilia: & maledictum patris ignorans nec populi ſuper eo profeſſionem agnoſcens expreſſo mellis fauo comedit. Inter hęc autem cognoſcens quoniam cum nimio maledicto eius pater interdixiſſet aliquem guſtare cibum ante ſolis occaſum. comedere quidem ceſſauit nõ autem recte patrem prohibuiſſe dixit: quando cum maiori potius fortitudine atq; fidutia perſequentes cibo ſumpto plurimos inimicorum & capere & interficere potuiſſent. Multa ſiquidem interficientes milia paleſtinorum circa veſperam ad ſpolia hoſtium ſunt conuerſi. magnamq; prędam & pecora ſumentes occidebant. Hoc autem a ſcribis nũciatum eſt regi: quoniam populus in deum peccaret: & occiſis pecudibus anteq̃ ſanguis bene dilueretur nondum purgatis carnibus veſcerentur. Iuſſitq; Saul volui lapidem magnum in medio et prędicari in populo vt ſuper eum interficerent et carnem cum ſanguine nõ comederent quoniam hoc nequaq̃ deo placeret. Cunctis hoc regis pręcepto facientibus ſtatuit illic altare Saul. & holocauſtum ſuper eum deo celebrauit. Hoc autem altare cõſtituit primum. Mox itaq; volens ad hoſtium procedere caſtra: vt quę in eis videbantur eſſe diriperet ante diem: militibus inſigniter eum ſequentibus et cum multa fidutia eius pręceptis obediẽtibus vocauit rex achitob ſacerdotem iuſſitq; vt conſuleret ſi deus annueret vt euntes ad inimicorum caſtra hoſtibus denuo pręualerent dicẽte vero ſacerdote deum reſponſa non dare Saul dixit. Non ſine cauſa conſultus deus vocem nobis nõ reddidit. qui primitus anteq̃ interrogaretur omnia nunciauit. Sed taciturnitas alicuius eſt latentis cauſa peccati. Vnde iuro per eundem ipſum deum: licet filius meus Ionathas peccaſſe reperiatur interficiã eum & deum ita placabo. Quanto magis ſi in extraneum et nihil mihi competentem perſonam ſupplicium inferre cognoſcar. Cumq; hoc fieri populus exclamaſſet repente cunctos in vno loco conſtituit ſtetitq; ipſe in alia parte cum filio. & eum qui dereliquerat inſtanti ſorte requirebat. Inuẽtuſq; Ionathas peccaſſe interrogatus a patre eſt quid feciſſet & quid in ſua vita non recte nec ſancte peccaſſet. Cui dixit Pater nihil aliud ſcio: niſi quia ignorans heſterno die maledictum ac iuſiurãdum a te prolatum perſequens inimicos fauum guſtaui mellis. Quem ſaul occidere ſe repente iurauit. quatenus & generi & naturę ſimul amori hoc modo pręponeret iuſiurandum. Qui nequaq̃ mortis interminatione perterritus ſed animam ingenue nimis magnanimiterq; componens: nec ego ſupplicio inquit pater parcendũ mors mihi ſuauis eſt: quę pro tua geritur pietate. & populi magna victoria. Maxima ſiquidem mihi cõſolatio eſt hebręos de paleſtinis reliquiſſe victores. ¶ In his itaq; omnis populus doluit: & nimis ingemuit: iurauit non ſe mori permittere ionatham victorię huius auctorem. Et ipſi quidem abripuerunt eum a maledicto patris orationes pro eo facientes vt ei peccatum quoq; dimitteret deus. Saul autem reuerſus ad propriam ciuitatem vſq; ad ſexaginta milia hoſtium interfecit. ¶ Regnauitq; feliciter & vicinas prouincias genteſq; belli iure ſubegit: id eſt amonitarum & moabitarum & paleſtinorum: dum eorum & regem & eos tributarios fecit. Fuerunt autem & filij maſculi quidem tres: ionathas & iheſus & melchis. Filię vero duę merobin & micol. Habuitq; militię principem patrui filiũ abner filium ner. Ner autem & cis pater Saul fuerunt fratres filij abyel. Habebatq; ſaul curruum multitudinem & ęqueſtrium. & cum quibuſcumq; pugnaret cum victoria remeabat. Hebreoſq; ad excelſam multitudinem felicitatis euexerat. & aliarum gentium potentiſſimos demonſtrabat. Iuuenes autem proceritate & pulchritudine pręcellentes elegit eoſq; armigeros ſuos effecit.

Holocauſtuꝫ ꝓ victoria celebrauit Saul.

Deus conſultus reſpõſa dare recuſat. E

Iuramẽtũ de iq̃rẽdo & occidendo trãſgreſſore. I.r.c.14.

Sors ſuper ionatham quem pater eius voluit occidere.

Obedientia Ionathę.

Ionathã a morte, populus liberat.

Debellatoruꝫ ꝑ ſaul epilogus.

Filij Saul Ionathas & Ieſus qui in biblia ieſui & melchis qui melchiſna appellaẽ filię merobĩque in biblia merob & micol. F

¶ Saul contra pręceptum Agag Amalichitarum regem (victoria contra eos habita) captiuum recipit & iuuentã ſibi & ſuis reſeruauit contra Samuelis monitionem qui neq; ſexui neq; etati parcendum deum velle ſignificauerat vnde iratus deus dixit ſe penituiſſe feciſſe ſaulem regẽ. Cuiq; prędixit ſamuel regnum a ſe auferenduꝫ quod in eius veſte (trahente ſaule) ſignificatum eſt. Occiditq; ſamuel Agag regem Amalechitarum quem poſtea non vidit Saul.

Capitulum octauum

I.r.c.15.

Samuel ſaulẽ ãmonet vt debellet Amelech & nulli ꝑcat ſexui neq; etati nomẽq; Amalech delendum.

VEniens igitur Samuel ad Saul miſſum ſe dixit adeo vt eum commemoraret obedientię quãdo ipſe quidem haberet gentium principatum: deus vero & ipſius eſſet & rerum omnium dominator. Adijciebat dixiſſe eum quoniam multa mala Amalechitæ Hebręis in deſerto fecerunt quando ęgredientes ex Egypto veniebant in regionem quę nũc eſt eorum ideoq;

A

bello perimendos amalechitas. Quibus subditis: nullumq; eorum debere viuum penitus relinqui. Sed omnem necandam etatem incipientes a mulieribus: pariter & infantibus: & hoc supplicium (eo quod maiores nostros afflixerunt) sustinere. Sed neq; iumentis nec alijs pecudibus ob vtilitatem propriam possessionem ait esse parcendum sed cuncta dicanda deo & nomen Amalech secundum Moyseos mandata delendum. Saul vero professus est se precepta complere & obedientiam non solum in hoc credidit vt contra amalechitas pugnaret. Sed vt etiam velociter properaturum se esse monstraret. Congregansq; cunctum exercitum. eumq; dinumerans in galgalis inuenit Israhelitarum absq; tribu Iuda circa quadraginta milia virorum. Illa namq; tribus sola triginta milia habebat armatos. Tunc vero saul amalechitarum regionem ingressus insidias occultas circa torrentem fecit vt non solu ab arce pugnans eos affligeret: sed etiam inopinate super eos per incertas vias irrueret. & circundatos deuastaret. Igitur congressus in pugnam fugauit hostes: multosq; peremit & reliquos persecutus est fugientes. Cumq; illud opus propicia diuinitate compleuisset amalechitaru3 vrbes obsedit & alias quidem molitionibus alias suffossionibus cloacarum & muris extrinsecus ediuerso edificatis: alias autem fame & siti alias vero modis alijs obsidens & fortiter capiens. ad necem cunctorum infantium & mulierum simul: nichil crudele nec vltra humanam naturam se facere credens. primum quod in hostes hec agebat. deide quia precepto diuino cui non obedire foret grande periculum ministrabat. ¶ Cepitq; regem hostium agag captiuum cuius corporis pulchritudinem magnitudinemq; miratus decreuit esse saluandum non hoc diuina volūtate faciens. sed iudicium proprium sequens & sine causa cedēs vitam quasi misericorditer: vnde illi potestas sine suo periculo miserendi non esset. Deus namq; sic odiuit amalechitarum genus vt neq; infantibus parceretur: quibus potius misereri natura est. Saul itaq; regem Agag & malorum que contra hebreos gesta videbantur auctorem a morte seruauit. & hostis pulchritudinem preceptis dei preposuit. ¶ Peccauit quoq; simul cum eo & populus. Nam & illi iumentis & pecudibus pepercerunt: eaq; sibi diripuerunt: iubente deo non esse seruanda sed & alias res diuitiasq; collegerūt. Si quid vero dignum possidere non erat consumpserunt. ¶ Cumq; vicisset saul vniuersos a pelusio egypti vsq; ad rubrum mare residentes hostes sichimitarum gentem solummodo dereliquit. Isti namq; in regione madia3 in medio habitabant. Quibus ante pugnam denunciauit vt abscederent ne forte amalechitarum calamitati communicarent. Nam dum essent cognati raguel soceri moyseos credidit esse saluandos. ¶ Saul igitur tanq̄ in nullo prophete mandata preuaricās que acceperat dum contra Amalechitas pugnaturus exiret. se velut omnibus integre seruatis: deuictis hostibus cum leticia referebat ad propria. Deus autem pro amalechitarum vita & pecudum rapina quam populus gesserat contristatus est quoniam hæc fuerant (eo prohibente) cōmissa. dirum namq; iudicabat vt cuius fortitudine fuerant adepti victoriā eum spernerent & nec tanq̄ humani regis preceptionibus obediret: dicebatq; prophete penitere se eo quod saul ordinauerat regem quando eius iussa non faceret: sed vteretur propria voluntate. ¶ Hec audiens samuel valde confusus est & deum cepit tota nocte rogare vt esset propitius saul seq; ab indignatione suspenderet. Qui veniam se dare saul etiam propheta poscente non annuit iniustum esse decernens se tantis peccatis indulgentiam condonare non ob aliam causam asserens mala generari nisi cum aliqui iniustitiam passi ad vindictam negligentiores extiterint: aucupantur enim inquit gloriā benignitatis & patientie: & latenter hec pariunt. Dum ergo deus prophete precibus denegasset nec parceret die facta samuel ad saul venit in galgala vidensq; eum rex cucurrit & osculatus est dicēs. Gratias ago deo qui dedit mihi victoriam & quod omnia pro eius voluntate sunt gesta. Cui respondēs samuel ait. Vnde ergo audio clamorem iumentorum & ouium in exercitu. Cui respondit populum hec ad sacrificia reseruasse: genus autem amalechitarum mandato diuino omne delesse. nullumq; fuisse relictum nisi tantummodo regē de quo quid oporteret fieri dicebat adinuicem cogitandum. Cui propheta dixit non super sacrificia delectari sed bonos & iustos huiusmodi esse illos qui eius consilium mandataq; sequuntur: & nihil aliud bene se iudicant agere nisi quod pro dei fecerint voluntate. Is enim contemnitur non quādo ei non sacrificatur. sed quando spiritus inobediētie adhibetur. Ab his enim qui ei subditi non sunt nec eū vera religione colunt. neq; dum multas hostias & magnas obtulerint neq; dum ornamenta ex auro & argento facta dicauerint suscipit hec sed potius auersatur. & magis studium hoc nequitie iudicat non esse pietatem. Ad illos autem qui solummodo quod precipit diuinitas recordātur & mori potius eligunt q̄ preuaricari aliquid quod iubetur semper conuertitur. & neq; sacrificium ab eis exquirit. Sed & dum sacrificauerint siue simplex aliquid siue vilissimum gratanter eorum parua munera q̄ ditissimorum maximā suscipit opulentiam. Tu siquidem scito tibi deum iratum. Spreuisti ea & neglexisti que tibi mandauit. Quomodo igitur arbitraris eum sacrificia respicere ex his rebus quas decreuit ille perire. Nisi forte similia iudicas illa peccata & que vis deo offerre sacrificia. Expecta igitur regnum tibimet auferendum et potentiam quam a deo tibi neglexisti fuisse collatam. ¶ Porro Saul fatebatur quidem inique fecisse

15

B.

C

15

Numeratus hebreorum exercitus. In biblia recensuit eos quasi agnos, ducenta milia peditū et decem milia virorū de Iuda.

Saul cōtra amalechitas victoria. Saul contra dei preceptū Agag regem captiuu3 cepit & iumenta sibi et suis reseruauit.

Saul sichimitis pepercit.

Deus contristatus contra Hebreos dicens se penitere fecisse Saulem regem.

Samuel ad saulem venit.

Melior est obediētia q̄ victime

Samuel saul p̄dixit regnū sibi auferendum.

et peccatum se negare non posse. trangressumq; se mandata prophetę dicebat: sed pro timore ac metu exercitum non prohibuisse prędam diripientem: nec tantam multitudinem retinere potuisse. Sed igno sce inquit et esto nunc mittis. de cetero obseruabo ne peccem. Rogabatq; prophetam vt reuertens deo hostias pacificas immolaret. ille vero cum deum illi parcere nō videret. remeauit ad propriam. ¶ Saul autem volens retinere samuel apprehendit eius pallium violenterq; tractum eo ꝙ samuel impetu facto descendit. et vestem eius dirupit. Cui propheta dixit. Sic tuum scidetur imperium & accipiet illud vir bonus & iustus quonia; deus permanet in suo decreto nec mutatur atq; conuertitur. Nam mutare sententiam passionis humane: non fortitudinis est diuine. Saul autem impie se egisse fatebatur: infecta vero facere quę facta fuerāt nō posse: rogabatq; eū vt se cora; multitudine honoraret & deum veniens adoraret. Quod dum cessisset samuel. veniens adorauit deum. Deductusq; ad eum est rex amalechitarū agag. et dicens q̄ amara esset mors audiuit. Sicut tu multas hebręorum matres pro filijs ingemiscere lugereq; fecisti. sic ingemiscet in tua morte genitrix tua. iussitq; repente eū in galgalis mori. ipse vero in ramathim ciuitatē abijt. Rex vero saul sentiens quę mala passurus esset qui sibi in regno deū fecerat inimicū: ascendit in gabaa quod nomē interpretatū significat collem & post illam diem non vidit samuel.

Vestis samuelis tenente saulerū pitur quod regni saulis diuisionem significauit.

Occidit samuel agag regē amalechitarum nec post ea eum vidit saul.

D. i.r.

¶ Pręceptum samueli (vt filium iesse inungat in regem) datur. sed omnibus iesse filijs perquisitis solus dauid fratrum minimus rex eligitur ad quem spiritussanctus (relicto saule qui a maligno spiritu affligebatur) accessit qui & propheta factus est qui et cythara Saulis armiger factus vexationē eius leniebat

Capitulum nonum.

Cumq; propheta propterea tristis esset: iussit deus vt a cogitatione quiesceret. & sumens vas olei in bethleem ciuitatem iret ad iesse filium obed: & eius vngeret natum quem ipse monstraret in rege. ¶ Cumq; metueret ire ne cognoscens saul aut latenter aut palam eum occideret dicente deo & dante securitatis viam prędictam venit ad ciuitatem. Quem cuncti salutauerunt: causam eius inquirentes aduentus. Quibus dicebat venisse se vt deo sacrificaret. Tunc sacrificio celebrato vocauit iesse cum filijs suis ad altare: & inspiciens eius filium seniorē procerum & optimum: credidit propter pulchritudinem hūc esse futurum regem. sed prouidētia diuina frustratus est. dum enim consuluisset deum ratus fuerat & dignum imperio iudicabat si iuuenem vngeret quem ipse admiratus fuerat respondit non ea videre homines quę deus intendit. Sed tu inquit pulchritudinem iuuenis respiciens: hunc arbitraris regno placere: ego autem non corporis pulchritudinem ac speciem; apicem facio esse regalem: sed animi sine dubitatione virtutem. Ille siquidem perfecte pulcher est qui pietate simul & iustitia & fortitudine necnon & obedientia splendet: & omnibus ex quibus anime pulchritudo consistit. Cumq; dixisset hæc deus: pręcepit samuel iesse vt omnes ei suos filios demonstraret. At ille alios quinq; venire fecit. Quorum senior quidem helyas vocabatur secundus vero aminadab. sammaa tertius. quartus vero nathanael alias natham. quintus autem rahel: sextus asam. videns autem propheta & istos in nullo minores pulchritudine seniori. cōsuluit deum quem horum eligeret fore regem. Quo dicente nullum: denuo requisiuit iesse si pręter istos alios haberet filios. Qui dixit esse alium nomine dauid pastorum ouium curam habentem. Iussitq; eum samuel velociter vocari. impossibile dicens eos esse comesturos anteq̄ ille veniret. ¶ Cumq; venisset dauid vocatus a patre puer colore quidem rubeus & pulcher aspectu tacite samuel dixit ad eum. Hic est qui deo placuit ad regnandum. Tunc & ipse discubuit: fecitq; iuuenem sub se discumbere: & iesse cum reliquis filijs. Deinde vidēte dauid sumens oleum vnxit eum eiq; adhuc tacite dixit atq; significauit. Quoniam eum regnare eligeret monuitq; eum iustum esse debere: & eius obedire pręceptis. Sic etenim ei regnum multo tempore fore mansurum: domumq; claram ac formosam habiturum vastaturumq; pariter palestinos. Sed et cum quibuscumq; gentibus congrederetur vinceret: & ingentem gloriam possideret quod et ipsum habere & posteris relinquere promittebat. Samuel quidem dum hęc monuisset abscessit Diuinitas autem ad dauid Saul relicto migrauit. Et ille quidem prophetare cepit spiritu sancto super se veniente. Saul vero quedam passiones & demonia repente comprehenderunt: suffocationes ei & angustias inferētes ita vt medici nullum ei salutis remedium inuenirent. Si quis tamen esset cantare peritus & in cythara psallere doctus hunc adduci iusserunt: vt cum eum demonia inuaderent & turbarent. super eius caput astans psalleret & hymnos ediceret. Ille vero hoc nō dissimulauit efficere: sed queri huiusmodi hominem protinus imperauit. cumq; ei quidam suorum dixisset vidisse se in ciuitate Bethleem quendam Iesse filium adhuc etate iuuenculum pulchrum atq; decorum & alijs studijs valde dignum: necnon psallere vt hymnos cantare doctum insuper eximium pugnatorem: mittens Saul ad Iesse Dauid sublatum a gregibus ad se venire præcepit. Mandans ei velle se iuuenculum videre de cuius pulchritudine & fortitudine commonuissent. Iesse vero misit filium dans ei munera Saul portare. ¶ Quo veni-

Pręceptū dei samueli vt filiū iesse vngat in regē

Homo videt ea quę patent dn̄s autē ītuetur cor Pulcher apd deum quis dicitur Nomina filiorū ięsse.

Dauid inter fratres rex inungitur ad quē spūs dn̄i saule relicto migrauit & propheta factus est

¶ Saula spiritu maligno affligitur quem dauid cythara refocillabat.

i.r.c E. i.r.c F.

A ente:gauisus est. Fecitq; eum armigerum & bonis omnibus honorauit. Delectabatur enim in eo maxime in inuasione demoniorum qui cum ad eum accederet solus erat medicus hymnos dicendo & psallendo rursus in cithara & saul a mentis oppressione reuocando. Misit igitur saul ad patrem pueri iesse petens vt apud eum dauid maneret: eo q; eius presentia delectaretur. Quod acceptans iesse non contradicendo concessit.

Dauid cithara leniebat saul factusq; eius armiger.

¶ Bello contra philisteos inito goliath cuius statura & arma describuntur, hebreos ad duellum inuitat quem deum blasphemantē dauid iuuenis contra omniū estimationem sine armis diuino confisus adiutorio aggreditur eumq; funda in terram prostrauit & suo gladio caput amputauit vnde a populo laudem maximam a virginibus super saul reportauit factusq; est tunc millenarius.

¶ Capitulum..x.

Post non multa siquidem tempora palestini denuo congregati & maximum super omnes Israhelitas exercitum colligētes inter sochot & azecha castrametati sunt. Contra quos denuo saul produxit exercitum & super quendam montem castra ponens coegit palestinos priora quidem castra relinquere & ex aduerso montis quem saul apprehēderat aduenire diuisitq; eorum exercitus medius mons qui erat positus inter eos. Igitur descendit quidam de exercitu palestinorum nomine goliath de ciuitate ieth vir valde procerus cuius altitudo erat sex cubitorum & palme vnius accinctus armis: quę pro magnitudine sua natura eius corporis exigebat: indutusq; lorica quę erat quinq; milium siclorum eris. Galeam vero & tibialia habebat erea: quę talis viri & magnitudinem & inopinabilia potuissent membra protegere. Hasta vero eius erat non leuis dextre portatio sed quam ipse gestabat in humeris: cuius ferrum secentorum siclorum fuit sequebāturq; eum multi arma portantes. ¶ Hic igitur goliath stans inter medias acies: vocem emisit grandem contra saul & hebreos dicens: A pugna nunc & periculis vos absoluo. Qui enim necessitas est nostrorum exercitus deperire: Sed date aliquem vestrum contra me pugnaturum: & totum bellum vnius victoria terminetur: seruiatq; pars altera eis quorum fuerit ille qui vicerit. Est enim multo melius & temperantius vnius piculo promereri q̄ potestate adesse multorum. Hęc cum dixisset ad propria remeauit. Altera die rursum veniens eadem verba fecit: & similiter vsq; ad diem quadragesimum hostes ad predictas conditiones prouocare non destitit. Ita exterius & ipse saul et exercitus constituebant quidem acies q̄ pugnari: ad congressionem vero minime veniebant. ¶ Bello quidem consistente inter hebreos & palestinos saul remisit dauid ad patrem suum iesse: cum eis tres eius alij ad solatium & periculum pugne sufficerent. Ille vero tunc quidem ad ouilia & pasturas pecudum remeauit. Non multum post ad castra reuersus est hebreorum missus a patre: vt necessaria fratribus deportaret: & quid ageretur cognosceret: cumq; goliath denuo reuertens & prouocans exprobraret: quasi nullus inter eos vir esset qui contra eum pugnare presumeret: cum fratribus loquens dauid ea quę mandauerat pater audiens illum blasphemantem exercitum & pariter affligentem indignatus est & fratribus ait paratum se esse solum cum hoste pugnare. Cui senior frater heliab interminatus & presumptionem; habere eum preter etatem dicēs expertem huius officij iussit ad patrem & ad pascua remeare. Qui reueritus quidem fratrē discessit & apud quosdam militum est locutus q; vellet cum palestino prouocante pugnare. Illius autem repente saul iuuenis indicantibus volūtatem: rex eū vocauit. Et dū quereret vt qd' vellet ediceret dixit. Non deficiat mens tua rex nec metuas. Ego superbiam hostis huius pugnando prosterno & ita procerum sublimemq; subdam: & sic quidem iste irridebitur tuus vero exercitus gloriosus inuenietur si neq; a viro bellatore aut in acie perito: sed vocatus a puerili etate moriatur. Saul autem eius presumptionem atq; magnanimitatem valde mirante. Non tamen in eo habente fiduciam propter etatem sed infirmum esse vt contra peritum hostem bellum suscipere edicente: dauid ait. Polliceor hoc confidēs in deo qui mecū est cuius etiā adiutorij fūgor expimēto. Nam dū aliqn̄ leo ouiculas meas inuasisset & arripuisset agnū sequēs apphēdi eū & agnū quidē ex ore eius abripui ipsū vero dū contra me ipetū fecisset a cauda cōprehēsū & pcussū in terrā pemi. Idē & vrso faciente in vltus sum. Putet ergo ille hostis vnum hmōi se esse bestiarū diu exprobratus exercitui: & nostrū blasphemās deū: qui cū mihi faciet subiectū. Saul igit volūtati pueri atq; p̄sumptioni similem orās deo terminum dari dixit vade ad pugnā. Et accingens eū sua lorica sil' & gladio & apponēs ei galeā: destinauit. Dauid aūt oneratus his armis cū nō esset exercitatus in eis ait. Ista siquidem rex tua sint ornamenta: cui fortitudo est hęc gestare p̄cipua: mihi vero tanq̄ seruo tuo cōcede sicut ego volo pugnare. Ergo positis armis sūptoq; bacculo pastorali & quinq; lapidibus de torrente in pastorali pera: & fundā in dextera portans ibat ad goliath: videns autē eum goliath sic venientem spreuit: & iniuriā ei fecit: quasi arma non gerens hominum pugnaturus veniret: sed quibus canes repelli solent dicens. Num me canem existimasti? Ille autem non canem sed deterius aliquid eum esse se putare respōdit. Cōmouitq; goliath ad irandū vt ei maledictum apponere ex vocabulo de

Bellum philisteorum cōtra hebreos.

Goliath describit statura & armorū appatus.

Goliath ad exercitū hebreorum

Missus dauid a patre ad fratres in bello necessaria ipsius deportans.

Indignatus dauid audiens holiath blasphemantem fratris dicit se solū cū hoste pugnare.

Fortitudinē suā dauid memorat qui leonem occidit & visū.

Dauid depositis armis sūpto baculo & quiq; lapidibus petra cōfunda hostē aggreditur.

siu & interminatus est daturum se carnes eius terrenis bestijs:& celi volatilibus deuorandas. Cui respō dit dauid. Tu quidem venis contra me cum gladio & hasta & lorica ego autē ad te venio armatus deo

Victoria dauid contra goliath.

qui & te & omnem exercitum vestrum nostris manibus perditurus est. Hodie namq; tuum caput absci demus:& reliquum corpus similibus tui canibus apponemus. Scientq; cuncti quoniam deus presul est hebreorum & arma nostra ipse ē semper & fortitudo. Nam omnis exercitus & reliquus apparatus inuti lis est absente deo. ¶ Palestinus autem armorum pondere cum currere non valeret paulatim venit ad dauid contemnens eum & se confidēs nudum simplici adhuc etate puerum sine labore perimere.

Fuga palestinorū & occisio.

D

Occurrit autem ei iuuenis cum deo auxiliatore suo:q ab hoste non videbatur:& sumens de pera vnum lapidem quos de torrente collegerat:& emittens eum de fondibula pecussit repente goliath in fronte & vsq; ad cerebrum pertransiuit ita vt mox confracto capite goliath caderet pronus in terram. Tūc ste tit dauid super eum & caput eius inscidit. ¶ Cadente vero goliath facta est palestinis occasio maxime fuge. Nam dum peritissimum suorum cecidisse conspexerunt de rebus omnibus desperātes resistere no luerunt sed viuere se turpiq; fuge tradentes conabātur liberare. Saul autem & cunctus exercitus hebre orum clamore facto super eos exilierunt & multos interemerūt & persecuti sunt vsq; ad terminos geth & portas ascalonis. Mortui sunt quidem palestinorum triginta milia: & totidem vulnerati. Porro saul reuersus ad exercitum eorum castra diripuit:& simul incedit. Caput autem golie dauid ad tabernacu lum proprium deportauit:& hastam dicauit deo. ¶ Porro circa dauid inuidiam atq; odium saul re gis virgines mulieresq; prouocauerunt. Occurrentes enim victrici militie cū cimbalis & tympanis dele ctabantur omni leticia milites:mulieres quidem canentes quia multa milia saul palestinorum intere misset:virgines autem quia multa dena milia interemisset dauid & ceperit. Nec audiens rex q milena riū numerū testimonium ipse perciperet & dena milia multitudo iuuenculo faueret & cogitans quia ni hil post hunc tam clarum fauorem nisi regnum minus esset dauid cepit eum timere & nimis habere sus pectum & a priori quidem officio quo vtiq; armigerum fecerat: eum amouit ne dum nimis proximus esset eum posset occidere. Constituit eum milenarium dans ei locum quidem meliorem sed optabat si bimet cautiorem volebatq; eum ad hostes & prelia mittere vt in his pericula sustinendo perisset.

2.r.c.i

Laus virginum in dauid vnde saul inuidiā sūpsit cōtra dauid Biblia percussit saul mille & dauid decē millia.

E

¶ Saul dauid filiam dolose in vxorem dare ꝑmittens:si palestinorum sexcenta abscidens capita apportet cui illud facienti desponsatur michol regis filia ipsum tamē saul occidere cogitat ionathas ma nifestat quē ionathas apud eum laudibus extollit vt ad clementiam possit prouocare & ipsi dauid vt ca ueat malā patris voluntatem secreto manifestat.

Capitulum. xi.

Amatus dauid a populo & a regis filia quā saul vxorē dare dolose promisit.

In biblia si cētū palestinorū preputia apportaret.

Dolus saulis cō tra dauid.

Dauid autem deum habens vbiq; ducem quocūq; venisset preualebat & optime agere vide batur ita vt propter excellentiam fortitudinis & populus eū & regis filia virgo cōcupisceret amore detenta ita vt cunctis fieret manifesta:vt hoc eius perduceretur ad patrem. Ille vero quasi percepta occasione in mortem dauid:hoc libenter audiuit daturumq; se virginem eius nuptijs respondit hęc sibi nunciantibus:eo scilicet pacto vt ducenta ei capita hostium adueheret necatorum. At ille honore sic claro ei proposito volebat ex opere periculoso & incredibili quasi ad gloriam magis inuitantiesse perimendū & decenter sua vota complere:si per alios & non eo faciente moreretur iussit q; suis famulis vt voluntatem experirentur dauid qualis circa puelle nuptias esset. Illi vero ceperunt cum eo loqui quia diligeret eum rex saul vna cum populo & vellet ei etiam suam filiam copulare. Qui dixit non modicum putetis videri generum esse regis. Mihi vero nihil tale subsistit precipue cum sim abiectus & a gloria vel honore segregatus. Saul autem dum famuli dauid responsa dixissent ait. Dicite ei non me pecunijs egere nec honoribus quibus rebus rebus vendūtur filie potius q̄ nuptijs collocant sed eligere generum habentem fortitudinē aliasq; virtutes quas te habere manifestū est & velle me ab eo percipere pro nuptijs filie non aurum nec argentū neq; vt hęc de domibus paternis eijciat:sed pro supplicio hostium capita ducenta palestinorum. Et mihi enim ipsi nullum potius q̄ hoc clarius munus erit:sed & mee filie multo solennius honoribus est precipuum:viro tali:& tanto testimonio de hostium triūphis decorato posse coniungi. ¶ His verbis delatis ad se dauid gauisus q saul studeret eum sibi co gnatione coniungere neq; cōsilium expectauit:nec si possibile aut difficile esset presens animo cogita uit:sed repēte cum socijs ad hostes pro nuptiarum pollicitatione profectus est. Deus enim erat qui cun cta facilia dauid & possibilia faciebat. Cumq; multos interemisset abscidens sexcenta capita venit ad re gem & harum rerum predicatione facta nuptias exigebat. Saul autem cum non haberet vnde pro missa refugeret:& mentiri pessimum videret aut per insidias eum occidere:cum forsitan etiam in hoc frustrari suo cōsilio posset:dedit ei suam filiam nomine micol. ¶ Cumq; saul non esset recta volun tate māsurus vidēs dauid ēt vt apud deū & apud hoīes approbari expauit eū. Et metū celare nō valēs timore magnarū rerū idest regni sil & reḡ:cogitauit cū crudeli calamitate perimere eiusq; mortē iōathe

F

In biblia pcussit ex philisteoru; ducentos viros & attulit ꝑputia

1.r.c.i

Persecutio dauid a saule qui eū cogitat occi dere.

A & reliquis familiaribus delegauit. ¶Filius autem amniratus permutationem patris circa dauid cum post multam eius deuotionem non mediocriter in eum sed ad mortem vsq; seruiret & cum iuuenẽ di geret eiusq; virtutem dixit ei secreto voluntatem patris sui: & vt die futuro se custodiret. Ipse vero salu turum se patrem dixit: eiq; ꝑ eo oportuno tempore locuturum causamq; cogniturum & ei exprobrare ꝙ occidere vellet iniuste: qui tanta bona fuerat operatus: qui etiam si peccasset veniam posset promere ri dixitq; se ei post hec patris indicare sententiam. Dauid autem consilio benigno obediens egressus est a rege. ¶Altera vero die ionathas venit ad saul Et dum eum letum & exultantem inspiceret cepit de dauid proferre sermonem dicens. In qua maiori vel minori iniquitate ieuniẽs culpabilem dauid pre cepisti eum pater interemi vtrum qui tibi magne salutis causa fuisset probatus est. Palestinis autem val de supplicium ab illusione & iniurijs simul eripiens populum hebreorum quas diebus quadraginta sustinuit nullo vtiq; presumente prouocationis crimina sustinere. & qui post hec iussione tua deferens hostium capita sororem meam pro premio accepit vxorem: cuius mors ipsi grauior erit non propter so lam virtutem: sed etiam propter ipsam cognationem: quando eius morte etiam filia tua vexabitur pe ne ante gaudium coniungij veniens ad viduitatis opprobrium hec ergo cogitans pater ad clementiã conuertere: & nihil committens in virum. Primum quidem: quod nobis magnum beneficium prestitit tue salutis: quando malo spiritu & demonibus intersidentibus illos expulit: pacem vero tue anime con donauit: secundo autem quando & in tuis hostibus vltus est. Hec etenim obliuisci turpissimum est. His ergo sermonibus mitigatus saul iurauit filio nihil dauid iniuste fore passurum. Sermo enim iustus: & ira cundiam regis subiecit & metum. ¶Ionathas autẽ euocato dauid indicauit ei de sua salute quã impe trauerat a patre eumq; deduxit ad regem. & erat in conspectu eius sicut & prius.

Ionathas patris voluntatem da uid manifesta se creto vt se custo diat.

Laudat iõathas patri virtutes da uid eum ad cle mentiam ꝓuo care cogitans.

¶Habita dauid philisteorum victoria in eum creuit saul odium quem maligno agitatus spiritu voluit configere sed & in domum tuam fugientem sequẽti nocte occidere procura qui (micol patris volunta tem ipsi indicante eũq; per fenestram deponente) fugit ad samuelem indicans regis insidias quod au diens saul armatos trina vice mittit vt dauid adducant qui cum venissent ad samuelem prophetarum

B. ecclesiam inuenientes ceperunt prophetare sed & saul in propria veniens prophetauit.

¶Capitulum.xij.

EO vero tempore palestinis bella gerẽtibus denuo super hebreos: saul contra hostes dauid cũ exercitu destinauit: & congressus aduersus eos multos eorum prostrauit: victorq; reuersus est ad regem. Quem saul non sicut sperabat post bella suscepit: sed potius eius felicitate contri status est: tanq̃ illius bonis actibus videretur ipse deceptus. ¶Cumq; regem pueris astantibus demon ageret spiritusq; turbaret vocans dauid in domum in qua iacebat: tenens lanceam eum psallere & him nos cantare precepit. Quo iussa faciente insurgens in eum lanceam iaculatus est eamq; dauid preui dens declinauit: fugitq; in domum suam & in ea tota die permansit. ¶Nocte vero mittens iussit eum vsq; ad diluculum custodire ne latenter effugeret rex quatenus mane deductus ad publicum traheret ad mortem Micol autem dauid coniunx filia regis (cognita voluntate patris) dauid indicauit: dubiam spem eius vite conspiciens & de anima pariter suadesiens. Neq; enim se credebat posse habere vitã: si fuisset illius amore priuata. Eiq; dixit. Non te hic coniunx inueniat solis ortus. Nam te vlterius non videbo: sed fuge citius dum tibi prebetur fuge presidium: faciatq; hanc tibi dominus longiorem. Scito enim te a patre meo si inuentus fueris occidendum Quo dicto eum per fenestram deposuit & dimisit:

C deinde constituit lectulum quasi egrotantis: & sub saga iecur spirãs capre supposuit. ¶De vero facto: mi sit pater vt dauid duceretur ad eũ: illa vero nunciãs eũ ꝙ nocte fuisset factus infirmus ostendit eis etiã lectulum coopertũ. Dumq; iecur quid sub saga iacuerat palpitaret, egrotũ vere & dormire dauid q mis si fuerant crediderunt. Renũciãtibus autẽ illis infirmum factum esse nocte: iussit sic eũ adduci: eũ se vel le pimere dicẽs. Qui veniẽtes & lectulũ discooperiẽtes & deceptionẽ inueniẽtes factã ab eius vxore: re nunciauerunt regi. Quã eũ culparet pr̃ eo ꝙ eius qdẽ liberaue it inimicũ illũ vero deceperit satisfecit ei verisimile loquẽs quasi eã ad hec nõ cõsentientẽ dauid occidere voluisset: & hoc ꝑ salutis sue timore fe cisset ꝑ quo ei deberet ignoscere ꝙ hoc necessitatis cã & nõ voluntatis effecerit adijciensq; dixit. Arbi tror ego pr̃ quia ita illũ voluisti pimere: sicut me potius liberare. Et saul qdẽ puelle veniam dedit. ¶Da uid aũt declinauit a piculo & venit ad samuel ꝓphetã in ramatha eiq; regis insidias idicauit & ꝙ iacu lo eius pene fuisset extinctus: dũ neq; circa eum extiterit inimicus: neq; circa hostiũ certamen infirmus: sed potius ĩ oĩbus & ꝓnus & felix: que magis cã dauid iuidiã generauit. Cognoscẽs itaq; ꝓpheta regis iniustitiã ramathã ciuitatẽ reliqt & deducens dauid ad quendã locũ noĩe galboa: cõmorabat̃ illic cũ eo ¶Cũq; nũciatũ fuisse saul eo ꝙ dauid esset apud ꝓphetã: misit armatos: eumq; cõphensũ ad se iussit adduci. Qui cum venissent ad samuel inueniẽtes ecclesiam prophetarũ participare spiritu sancto cepe runt Saul autẽ hoc audiens super dauid alios destinauit & idem illis facientibus denuo misit alijs. Pro

Victoria dauid contra palesti nos vnde odiũ saul ĩ eũ creuit. Saul malo agi tatus spũ dauid lancea voluit configere.

Liberat̃ dauid ꝑ micol vxore que eum per fe nestrã deposuit

Dauid saulẽ fu giens venit ad samuelẽ ei regis ĩsidias iudicãs.

Prophetat saul

phetantibus etiam qui tertio fuerant missi: ad vltimum iratus ipse perrexit. Cum vero iam erat in proximo: anteq eum videret samuel: prophetare cepit veniente sancto spiritu vehementer. Tunc ille securus quia auxilium fuisset adiectum: respondente dauid cum pulsu: amens factus est. Et exutus veste: tota die canebat & nocte: dauid & samuele videntibus.

Conquerente dauid de saulis persecutione ipsi ionathe regis filio fit inter eos fedus & amicitia signūq; dat ionathas ꝓ patris cognoscenda quē etiā ionathā dauid excusante post iniurias saul lācea voluit occidere quo facto manifestam regis inimicitiam ionathas (vt promiserat) dauid manifestat flentibus ambobus futuram separationem. Capitulum. xiij

Cōqueritur dauid ionathe de ꝑsecutione saulis.

Ionathas vero filius saul occurrentem sibi dauid & de patris eius insidijs ingemiscentem atq; dicētem quia dum nihil inique gessisset neq; peccasset: eū pater eius occidere festinaret rogabat vt nihil tale suspicaretur: neq; derogantibus (si qui forte huiusmodi essent) crederet: sed vt ad se respiceret: & securus esset: nihil tale in eum cogitante patre. Nam ei si cogitasset sine dubio pandidisset dum pater eius vtiq; consilio omnia celebraret. Porro dauid iurauit ita esse: & supplicabat vt credens prouidentiam eius haberet potius q̄ eum sperneret quasi mēdaciter ei renunciaret: quicquid aut cognosceret aut videret. Dicebatq; ad eum non ei de se dixisse patrem: ꝙ sciret illum circa se amicitias & affectum habere. Contristatusq; ionathas eo ꝙ dauid huiusmodi patris eius saul esse circa se crediderit voluntatem interrogauit eum quid vellet vt faceret: ille autem noui inquit omnia te mihi conferre & prestare velle. Crastina die initium mensis est & habeo consuetudinem sedens comedēdi cum rege. Si tibi videtur a ciuitate egredior & maneo in campo latenter tu vero saul querenti responde me profectum esse in regionem bethleem in tribum meam ad festiuitatē ibidem celebrandam adijciens etiā vt tu me ire ꝑmiseris. Et siquidem vt assolet dici de amicis proficiscētibus cum bono vadat aut aliquid simile dixerit: scito nihil in eo circa me fore dolosū nec inimicū. Si vero aliter respōderit hoc erit tibi indicium ꝙ aduersum me querat cogitatum vt renunciabis mihi voluntatem patris misericordie hoc & affectum communi tribuens per quem fidem a me accipere & idem tu domine famulo dare voluisti. Si vero inuenis in me aliquid malignum ipse me perime: vt sic ꝓficiscaris ad patrē. Que verba nouissima dauid ionathas non egre suscipiens promisit se ea que prius poposcit: esse factum & si quidem triste aliquid: aut qđ eius odium panderet pater responderet ei renunciaret & vt eum potius securum redderet egressus sub diuo nihil se preter missurum ꝓ dauid salute iurauit dicens. Nunc eundem quē magnum esse vides & vbiq; presentem eum communi pacto testem promissionis adiuro quoniam non cessabo frequenter temptans patris animum cognoscere donec mihi eius animi secreta pandantur. Quem cum didicero nō cessabo sed tibi protinus nunciabo siue mitis circa te sit siue valde crudelis. Nouit autē hic deus qualem eum circa te semper esse exoro: qui & nunc tecum est nec te dereliquit facietq; te inimicorum tuorum: siue pater meus est siue ego esse meliorem. Tu tamen horum esto memor licet me vitam finire contingat: filios meos serua & pro rebus presentibus illis tuam tribue benignitatem. Cumq; iurasset illud dimisit dauid. & ad quendam campi locum ire precepit: in quo erat solitus exercere. Quecumq; vero cognouisset a patre nunciaturum se ei promittens hoc modo vt deducens puerum dimitteret sagittas tres & si iuberet puero sagittas afferre que an eum iacerent cognosceret nihil esse apud patrem malitie. Si diuersa aliqua audiret illo dicente a rege contraria similiter expectaret. Securitatem se ei prebiturum dicens ne quid sustineret incongruum vtq; felicitatis tempore memor esset: & vtilitatem eius filijs exhiberet. Dauid itaq; a ionatha hanc fidem accipiens: ad locum proximum est profectus.

Amicitia & fedus inter dauid & ionatham.

Petitio dauid ionathe vt manifestet patris voluntatem.

Iuramētū inter dauid & ionatham & vtriusq; domus cōfederatio.

Signū quod dedit ionathas dauid ꝓ cognoscēda patris volūtate.

Altera vero die cum esset mensis initium purificatus solenniter rex ad conuiuium venit & sedentibus circa eum filio ionatha a dextris & principe militie abner a sinistris videns esse locum dauid vacuum tacuit: suspicatus eum non esse a coitu mundum. Cumq; secūda die noui mensis non affuisset requisiuit a filio ionatha vbi esset & cur trāsacto presenti cōuiuio iesse filius nō affuisset. Ille vero ait abisse eū se ꝑmittēte secūdū solēnitatē ad ꝓpriā regionē ꝙ tribus eius festiuitatē ageret & rogatū se pariter ēt vt ipe cū eo ad sacrificia celebrāda concurreret. Et si ꝑcipis inqt pr̄ & ego post eū vado. Nosti ei q̄m illi deuotus sū

Tūc igit̄ ionathas saul iniqtatē circa dauid agnouit: & apte volūtatē eius aspexit. Non enī retinuit irā saul sed blasphemauit eūq; natū de muliere virū vltro appetēte & ꝓpriū hostē dixit & sociū dđ & cooperatorē eius & nec ipm erubescere nec eius matrē talia faciētē: nec volētē intelligere ꝙ donec dauid viueret regnū eorū esset incautū. Dixitq; vt eū vocaret q̄tenus penas exsolueret. Respōdēte vero ionatha qđ iniquū fecit vt puniatur: nō ad verba iā & ad blasphemias irāq; saul accessit sed arrepta lācea sup eū: vt respōdētē interficeret insiluit. Et hoc qdē nō ipleuit ꝓhibitus ab amicis. Manifestus aūt appuit inimicus eē dauid. Et ꝙ eū desiderasset occidere ita vt ꝓpter illū pene manu ꝓpria filiū iterficere voluisset. Tūc ergo regis filius declinato periculo: & nihil aliud pre tristitia facere valēs sed deflens eo ꝙ & ipse ideo pene mortuus fuerat & dauid necem definitam esse cognouerat matutino facto perexit & quasi exer-

Interrogat saul ionathā de absentia dauid.

Iratus saul contra ionathā dauid excusātem quē post iiurias lanceavoluit occidere.

Manifestā saul inimiciam ionathas dauid vt ꝓmiserat ostēdit.

A exiuit in campum: vt amico (sicut constituerat) regis proderet voluntatem. Fecit ergo ionathas sicut pollicitus est: & sequentem puerum in ciuitatem dimisit vt dauid in deserto loco ad faciem loqueretur Quod viso: dauid cecidit ad pedes ionathe cumq; adorans saluatorem anime sue vocabat. Quem ionathas eleuauit a terra & alterutros amplexantes valde semetipsos osculabantur & flebant etatem suam inuidie malignitate consumptam: & futura separationem que nihil a morte differret. Deinde quiescentes a gemitu & memoriam iusiurandi apud alterutros constare poscentes diuisi sunt.

Osculātursemutuo dauid & ionathas flentes.

¶ Dauid fugiens saul venit in ciuitatem Nobe ad sacerdotem Abimelech & panes ppōis sumpsit & arma qui ad tribum iuda veniens precipiēte sibi Gad propheta sup quadringentos fugituos factus princeps contra quē saul arma parat abimelechq; sacerdotem cū sua progenie accusante eū doech interimi iubet quē ipse doech alijs recusantibus oī pgenie interficit solo abiathar fugiente qui postea ad dauid reuertitur. ¶ Capitulum.xiiij.

Dauid fugiēs saul venit in ciuitatē nobe ad abimelech sacerdotē a quo panes ppōis sumpsit & arma.

Et dauid quidem fugiens saulem & imminentem ab eo mortem venit in ciuitatem nobe ad Abimelech sacerdotem. Qui dum eum solum venire vidisset: & nec amicum nec famulum cum eo esse presentem miratus est & causam cur nemo esset cum eo quesiuit. Ille vero ait causam sibi secretam iussu regis iniunctam ad quam non eum habere multos comites oporteret dicens ꝙ constituisset ad quendam locum sibi famulos occursuros: petebatq; vt ei itineris necessaria non negaret: per quę opus amici faceret: & presentibus necessitatibus subueniret. Quibus adeptis etiam sibi arma dari si qua erant pre manibus postulauit. Aderat autem illic seruus genere quidem sirus nomine doech: qui mulas pascebat regis. Tunc ad dauid sacerdos ait nihil equidem se tale habere: sed esse lanceam golye quam ipse illo perempto deuouerat deo. Eamq; sumens dauid: ex omni hebreorum regione fugit in geth quę est regio palestinorum: vbi regnauit achis. Cumq; cognitus fuisset a famulis regis eis eiq; manifestus illis indicantibus ꝙ dauid esset qui multa milia palestinorum peremisset metuens dauid ne ab eo necaretur & periculum quod declinauerat a saul. ab illo susciperet. simulauit se furiosum esse et rabidum ita vt spumam exore proijciens: & alia quę furiosi sunt faciens fidem regi vere passionis ostenderet. Qui famulis indignatus eo ꝙ vesanum hominem ad eum introduxissent velociter dauid a se iussit expellit. ¶ Et ita liberatus de terra geth: venit in tribum iuda: & habitans in spelunca circa ciuitatem odolla misit ad fratres suos eisq; vbi esset ipse mandauit. Illi vero cum omni cognatione venerunt ad eum. Sed & alij quibus ait odium aut timor erat regis saul: ad eum pariter cucurrerunt: facturosq; se quecumq; placerent illi dicebant. Fueruntq; omnes simul quadringenti. Surgensq; inde venit ad regem moabitarum rogauitq; eum vt parentes eius donec ipse de suo fine cognosceret: in regione sua susceptos haberet. Quo annuente parentes eius omni tempore quo apud eum fuerunt dignis muneribus honorati sunt. ¶ Precipiente vero propheta vt desertum quidē dauid relinqueret & ad tribum iuda pergens ibidem habitaret: de nemore iuit venitq; in ciuitatem sarmuth: & in ea moratus est

In biblia dicitur Dauid coram achis rege demētiam simulat.

Dauid venit in tribum iuda ad quē omnis cognatio venit & factus est princeps super quadringentos viros fugituros parentes regi moabitarū commēdans.

¶ Saul aūt audiēs dauid visū cū multitudine sciēs viri prudētiā atq; presūptionē ꝙ nō ex eo paruus sibi timoris sonus exurgeret quia & dolū & labores ei iferret cōuocās amicos & principes & tribū ex qua ipse erat in collē vbi regnū habebat & sedens in segete (sic ei locus ille vocabatur) dū circa eū esset ordo ciuilis pariter & armigeri cūctis ait: viri cōtribuli noui qdē ꝙ meorū beneficiorū nō estis immēores: qñ & agrorū quosdā dominos feci: & hōres populares & officia pbui. Interrogo ergo vos si maiora his dona & ampliora iesse filium vobis dare cōfiditis. Noui enim qm̄ oēs illi potius cōsentitis: qñ etiā meus filius ionathas ita sapit: et vos ad talia psuasit. Non ei ignoro quia iusiurādum dauid & federa celebrauit nec ꝙ cōtra me ionathas tractator eius & cooperator existit nulliq; vestrū cure est: sed tacentes rei exitū sustinetis. ¶ Cūq; rex tacuisset: alius quidē pñtiū nemo respondit: doech vero syrus pastor mularum eius ait ꝙ vidisset dauid in nobe ciuitatē venisse ad abimelech sacerdotē: futura sibi eo pphetāte cognosceret: pceptisq; ab eo sūptibus & hasta golie: ad quos ire volebat ab eo fuisse deductū. Tūc vocās sacerdotē & cunctā eius generationē saul ait. Quid mali passus a me seruū inutilem iesse filium suscepisti eiq; dedisti sumptus & arma cum mei regni nimius inimicus existat? Cur etiā futurorū responsa pbuisti? Non enim te latuit ꝙ me fugeret & odio meam domum haberet. Sacerdos autem ea que facta fuerant non negauit: sed cum fidutia hęc se prebuisse confessus est: nec se dauid prestitisse sed regi dicens. Non enim eum inquit tuum nouimus inimicum: sed fidelem socium & principum seruum & millenarium & quod horum maius est generum pariter & cognatum. Et hec non inimicis hominibus prestiti: sed ei qui circa te opus sue deuotionis exhibuit. Prophetauit autē ei non modo solum: sed sepius. Dicente namq; cum magna festinatione se fuisse directum: si ei quibus egebat minime prebuissem: non illi putarer sed potius tibi resistere. Quapropter nihil dolūl aduersum me cogitare debes neq; i his que nūc audisti meā fuisse tunc debes credere voluntatē. Amico nāq; & regis genero & millenario hec impēdi: nō hosti. Hęc dicēs sacerdos: nequaq̄ fatisfecit saul. Qui cū esset in magno terrore neq; confessionē vestram credens iussit armatis circunstantibus vt eum cum sua cognatione perimerent. Cumq; illum presume-

Saul contra dauid bellum parat timens.

Doech accusauit abimelech sacerdotem, recepisse dauid q̄re saul ipsum interimi iussit.

Excusatio Abimelech sauli increpanti.

Doech alijs recusantibus abymelech eiusq; progeniem occidit & abiathar eius filius solus euasit.

rent contingere sacerdotem sed diuinitatem formidarent potius q̃ vellent regi parere tunc syro doech rex sacerdotis imperauit interitum. Qui sumēs suemalitie similes occidit abimelech eiusq; progeniem Erant autem omnes quasi trecenti quinq; Quo facto: misit quoq; saul in ciuitatem sacerdotum nobã & omnes occidit non mulieri non infanti non alij pepercit etati eamq; succendit: vnde filius abimelech tantummodo abiathar nomine liberatus est. ¶ Hęc siquidem contigerunt sicut deus sacerdoti hely prophetauit propter iniquitates duorum filiorum eius dicens prolem eius radicitus euellendã. ¶ Porro saul rex crudele sic opus efficiens & totam generationem sacerdotalem interimens & neq; infantibus misericordiam: nec senibus reuerentiam habens: sed & ciuitatem disperdens: quam patriam prophetarum sacerdotemq; nutricem diuinitas elegerat: & solam tales viros habere decreuerat: hoc actu omnes fecit agnoscere & humano modo considerare: q̄ donec fuerint aliqui simplices & humiles: nec fuerit abusi natura nec volũtatē suã implere presumptuerint mansueti atq; mittes sunt sectanturq; solam iusticiam: & circa eam omnes student habere deuotionem. Tunc etiam in diuinitate confidunt quia omnibus que sunt in hac vita presens est & nõ solum opera sed etiã mentē vnde procedunt hęc anteq̃ fiant aperte considerat. Cum vero ad potestatē veniunt & superbie cumulo dilatantur: tunc omnibus illis exuti & velut in scena vultus & mores & moderationem actuum reponentes: suscipiunt audaciam superbiam: & contemptum rerum humanarũ & diuinarum. Et dũ precipue pietatem iusticiamq; dei spernunt: & in omnibus que cogitant aut agunt sibimet arrogauerint tũc quasi nõ videat eos deus aut certe potestatem eorum non habeat pessime grassantur in actibus. Et quicquid aut audire metuunt: aut odio habēt respuũt. que aũt irrationabiliter diligunt hęc firma: vera & hominibus placita simul & deo credunt. De futuris vero rebus nullus eis fit sermo: sed eos qui pertulerunt multas laborum miserias exhonorant: & eos habentes odio simul inuidiam his conflant ducentesq; eos ad mediũ nõ solũ adeptos honores eis auferũt: sed per calumniã etiã vita eos priuare nituntur puniuntq; non propter opera digna supplicio: sed derogationibus & accusationibus nequaq̃ examinatis extingunt: non quos oportet hęc pati: sed in quibus iniuste nituntur vlcisci. Hoc igitur nobis saul filius cis qui primus post illã optimam ducum rempublicam regnauit in israhel manifestum esse monstrauit occidens trecentos sacerdotes atq; prophetas pro suspitione quã habuit abimelech deijciens etiã eorũ ciuitatē & studens quodãmodo deum sacerdotibus p̄phetisq; priuare: dũ tantos simul occideret: & neq; patriã eorum manere permitteret: vt post illos potuissent oboriri. ¶ Abiathar itaq; abimelech filius qui solus fuerat de sacerdotibus a saul interfectis ereptus fugiēs ad dauid erumnam suorum omnium & patris interitum declarauit. Qui ait non se hęc eis ignorasse futura: sed videns doech suspicatũ fuisse quē sacerdotē regi declararet: seq; dolebat quasi huius calamitatis auctorem: & poscebat vt apud eũ de cetero cõmaneret: tanq̃ qui in alio loco latere non posset.

Nota insolētiã principum.

Abiathar ad dd̃ recurrit fugiēs.

¶ Vicit daui i philisteos ceilanos liberans vbi a saule obsidetur sed eum fugientem in desertũ ziphin p̄sequitur quē accusauerunt ziphei quorũ maliciam deuitãs fugit ad desertũ maon. deide declinato periculo venit i angustias engadi vbi dauid saulē p̄secutorē suũ misericorditer tractauit cuius soluz vestis sũmitatē abscidit cũ eũ potuisset occidere quē verbis pacificis iniuste eũ persequi arguens quibus saul victus hoc ipsum fatetur ipsum predicens futurum hebreorum regem.

D E F

Capitulum. xv.

1. r. c

Vicit dauid philisteos & liberauit ceilanos vbi obsidet a saule.

EO siquidem tempore audiens dauid palestinos ceilanorum prouinciam deuastare consultus est deum per prophetam si eum pugnare p̄ciperet. Quo dicēte q̄ diuinitas vistoriã p̄misisset cũ suis sociis palestinos hostes inuasit multãq; eorum cedē effudit & p̄dã tulit. ¶ Cumq; apud ceilanos esset donec areas suas fructusq; sine timore colligerent regi saul nunciatũ est q̄ apud eos habitaret. Opus enim illud & magnus effectus apud quos gestum est celari nõ potuit: sed fama etiam ad extraneorum auditus aduenit & apud regem vsq; delatus est Gauisusq; est saul cum audisset dauid in ceila commorari dicens deum illum eius manibus tradidisse quando coactus sit venire in ciuitatē murum & portas & seras abentē omni populo vt ad ceilam vnanimiter conuenirent: & obsidentes eã capientesq; dauid interimerent. ¶ Hęc itaq; sentiens dauid & agnoscens a deo q̃m eum forent saul traditurĩ ceiltie sumēs quadringentos qui cum eo erant de ciuitate profectus est i desertũ ziph. Et rex quidē cũ audisset eũ fugisse de ceila ab eius persecutione cessauit. Dauid autem surgens exide venit in quēdã locum ziphin qui vocatur noua: vbi ionathas filius saul veniens ad eum & osculatus securũ eum esse dixit & spē bonã habere futurorũ nec p̄setib⁹ rebus eũ debere deficere q̃m regnaturũ fore & habiturũ sub se hebreorum omnium potestatem q̃m gratiosa essent quecumq; magnis laboribus euenirent. Et rursus iusiurandum celebratum est inter alterutros pro deuotione vite totius & fidei & deum vocans testem ionathas: maledixit sibi si transcenderet constitutũ: & in contraria mutaretur. Tunc dauid ibidem relinquens paululum a timore & solicitudine releuatum ad saul ipse reuersus est. ¶ Ziphei vero volētes gratiam prestare saul indicauerunt ei apud se commorari dauid promiseruntq; vt si veniret illum

Fugit dauid in desertũ vbi p̄sequitur eum saul & visitat a ionatha qui iterũ fedus inierunt.

1. r. c

Ziphei accusauerunt dauid.

A ei contraderent: quod scilicet dum angustias ziphinorum apprehendisset:non posset vlterius alibi de uiare. Quos laudauit rex & gratias egit indicantibus inimicum eisq; pollicitus est non tarde se eorum compensare deuotionem. Misitq; qui quererent dauid & desertum omne perscrutarētur dicens etiam se cōtinuo secuturum. Et illi quidem qui directi fuerant pro inuestigando & capiendo dauid precedebant regem studentes fauore suo non solum nunciare inimicum sed etiam manifestatum in regia potestate contradere. Hi tamen iniusta. & malignissima voluntate frustrati sūt. Qui cum nihil male sustinere potuissent si non hunc indicassent:sed propter blādimenta virum religiosum & ad mortē iniuste quesitum & qui latere poterat prodiderunt:& se contradere promiserunt. ¶ Cognoscens autem dauid malitiam ziphinorum & regis inuasionem angustias quidem illius reliquit fugit autem ad petram maximam in deserto maon constitutam. ¶ Cumq; saul eum ibi persequeretur: cognouit in itinere dauid illis angustijs discessisse qui ad aliam petre partē Et cum saul ex alia parte consisteret vt eum pene iam capere potuisset audiens palestinos hebreorū regionē valde vastare a dauid persecutione discessit:& cōtra eos qui naturaliter hostes erant dimicandu; magis necessariū iudicauit q̄ inimicum proprium persequendo vastationē sue terre despicere. ¶ Sic igitur dauid inopinabiliter declinato periculo. venit ī angustias engadi:Cum vero saul expulisset alienigenas:venerunt qui nūciarent ei dauid ī engadi mōtibus habitare. Qui sumēs tria milia armatorū abijt super eū. Et cū nō esset procul a locis illis vidit circa iter speluncam profundā atq; rotūdam multa lōgitudine & latitudine nimis apertam in qua dauid cum trecentis erat absconsus. Dumq; saul naturaliter vētris purgandi necessitate cogeretur: ingressus est in eam solus. Quē dū vidisset quidā hominum dauid:& dixisset in eius inimicum tēpus a deo datū & suaderet vt vltionis causa saul caput absciderent quatenus graui psecutiōe & miseria priuaretur surgēs dauid abscidit quidē sūmitatē vestis solūmodo qua saul erat indutus & repente penitentia tactus ait nō esse iustum vt suum occideret dominū:& qui scilicet a deo fuerat regnare pceptus. Nā licet iste ī quit circa nos malignus existat:me tamē apud eum non decet esse talē. ¶ Cūq; saul de spelunca fuisset egressus accedens dauid exclamauit a longe petēs vt saul audiret. Conuerso autē rege adorauit eum secundū morē prostratus in terra:& ait. O rex non te oportet malignas & falsas derogationes confingentibus aures accomodantē illis quidē credere:& in suspitionē diligētes te ducere:sed testē verū habere: & magis operibus affectū cōsiderare cunctorū. Derogatio nāq; multorū est deuotionis vero clara probatio actuū veritate consistit. Et sermo quidē cu iuslibet in vtroq; habet similitudinē veritatis & falsitatis opera vero nundū habent veritatis intuitum. Cōsiderare igitur ex istis qualis ego circa te tuamq; domū sim:& q mihi oportet credi & non accusantibus & dicētibus ea quę neq; animo concepi neq; facere potuit. Cur apponis persequi animā meā:& nihil die noctuq; aliud cogitare nisi anime mee interitū quā iniuste psequeris. Quō enim nō falsam opinionem de me sūpsisti:quasi te occidere voluerim. Aut quō non impie agis in deū occidere concupiscens:& inimicū tuum credens hominē qui potestatē habuit hodie te punire & a te penas exigere noluit cū tēpore ad hęc vsus est oportuno. Quod si cōtra me tibi idē licuisset nequaq̄ sic abiēs preterisses. Quādo enī tue vestis inscidi partē:potui etiā capui aufferre Et ostendens pānum vestis eius rei fidem exhibuit. Et ego inquit iustam vltionem retinui:te vero in iustum cōtra me habere odium no ueris. Sed deus hęc iudicet ex nobis & vtriusq; nostrū arguat voluntatem. ¶ Saul autem vitam suam inopinabiliter ammiratus fuisse seruatam humilitatē iuuenis naturāq; eius obstupescens:ingemuit Cumq; & dauid hoc fecisset:respondit cum gemitu saul illum potius esse iustū. Tu inquit causa bonorū mihi fuisti ego tibi calamitatū:& vero iostendisti hodie priscorū te habere iustitiā. Quis enī inimicos suos in deserto cōprehensos saluādos esse duxerit. Confido namq; q deus regnū tibi cōstruet & oīm hebreorū potestas expectat s; da mihi iurisiurādi fidē ne meū gn̄s extermies & q nō habēs malorū memoriā studeas meum germē eradicare sed vt meā domū serues. Iurante vero dauid qd̄ poposcerat:saul qdē ad ꝓpriū ē reuersus iperiū dauid aūt cū suis abcessit in angustijs maspha ¶ Mortuo Samuele qui iuste solus hebreis .xij. annis pfuit & cum saul decem & octo misit dauid nuncios ad nabal abigail pulcherrime & honestissime mulieris virū inhonestum & ingratum vt eum salutarent optantes vt aliquid sua largitate pberet quibus inhumane respondes opprobria in dauid adijecit vnde iratus dauid ibat cōtra nabal ipsum & omnē eius possessionē exterminare ꝓponens sed prudēs abigail ipsi cum victualibus obuiam veniens pacificauit atq; paulopost nabal pre tristitia mortuo dauid ipse abigail vxorem sibi assumpsit.

Fugit dauid ad desertū maon.

Saul cōtra philisteos dimisso dauid iuit.

Iterū persequit saul dauid habitantem in montibus engadi.

Miseratio dauid erga saulem qui cū eum occidere potuit solum vestis sūmitatem absidit.

Dauid ad saulē verba pacifica.

Saul iniuste fatetur psecutum fuisse dauid ip; predicens futurum regem hebreorum.

¶ Capitulum.xvj.

Hoc itaq; tempore & samuel propheta defunctus est vir qui non fortuitum honorem apud hebręos habuerat cuius virtus apparuit etiam in hoc tempore quod pro eius deuotione populus multo tempore luctum duxit circa sepulturam eius :atq; solemnium largitarum studium magnum competēter exhibuit. Sepelierūt autem eum in patria sua ramatha in multisq; fluere diebus non inconuenienter hoc facientes velut extranei

Mors samuelis preciosa qui solus prefuit. xij. annis & cum saul.xviij.

mortem: sed tanq̃ proprium singuli lugentes. Fuit enim vir iustus & natura benignus & propterea magis amicus deo. Qui prefuit populo solus post mortem quidem sacerdotis hely annis duodecim cum saul vero rege annis decem & octo Et samuel quidem huiusmodi habuit finem. ¶ Erat igitur quidam ziphinorum de ciuitate maon diues & multa pecora possidens. Trium miliũ namq; ouiũ gregem habebat in pascuis: & mille caprarum: has ergo dauid illesas & sine vaxatione suos custodire precepit vt neq; desiderio neq; egestate perdere in loco deserto & abire potuisset & latenter aliquis eorũ vexare presumeret. Super hec autem illud seruandum dicens vt nihil iniustum fieret: & aliena tangere pessimum iudicarent neq; deum offenderent. Hec autem dicebat eos homini bono prestare se credens & dignũ eum esse beneficium huiusmodi promereri. Erat enim illi nomen nabal vir durus & studijs malignissimus habens vitam detestabilem. Cui erat vxor bona simul & casta & specie nimis eximia. Igitur ad hunc nabal tempore quo tondebat oues misit dauid viros decem vt cum salutarent & optabat vt hoc multis annis efficeret: & quod esset possibile sibi abeo preberi poposcit cognoscens scilicet a suis pastoribus q̃ nihil eos aliquando nocuerit: sed etiam custodes eorum gregumq; fuerint. dum multo tempore in deserto pariter habitassent: & q̃ eum non peniteret si quid dauid sua largitate preberet. Nabal autem his qui missi fuerant inhumane nimis: & dure respondit. Dum enim interrogasset eos quis esset dauid & respondissent filium iesse ait. Nunc video quia valde in semetipsis superbiũt fugitiui & gloriãtur suos dominos relinquẽtes. Quod cũ fuisset dauid renũciatũ iratus & quadringẽtos quidẽ armatos sequi se precipiens: ducentis ꝓ rerũ custodia derelictis ibat cõtra nabal iurans illa nocte domũ se & omnẽ possessionẽ eius exterminare. Non solũ enim ob hoc iratus est dauid effectus: quia ingratus nihil dedisset eis qui multam benignitatem circa eũ habuerant sed etiam quia blasphemasset & maledixisset eis a quibus in nullo fuerat contristatus. Interea seruus quidam custos ouium nabal domine quidem sue: illius vero coniugi dixit: quia miserit dauid ad virum eius et non solum nec aliquid vellet eum percipere: sed etiam iniuriam et pessimas in eum dixerit blasphemias dum omni prouidentia & custodia circa eos vsus fuerit in gregibus: affirmãs hoc in malo domini sui & ipsius profuturũ. ¶ Quo dicto: abigail vxor nabal eijciens asinos & oneranseos cunctis muneribus nihilq; marito dicens cum per ebrietatem ipse sensu careret. profecta est dauid. Cui descendenti montis angustias: dauid occurrit cũ quadrĩgentis viris veniens sup nabal. Quẽ cũ vidisset mulier de asina exiluit: & prostrata ĩ faciẽ adorauit supplicãs vt nequaq̃ verba nabal respiceret qui vtiq; nabal recte vocaretur: quod nomen dementem lingua significat hebrea. Satisfaciebat aũt dicẽs nõ se vidisse qui ab eo fuerãt missi & debere se veniã promereri vtiq; magis ipse ageret deo gratias qui eum a sanguinis humani pollutione ꝓhibuit exorabat. Nã cũ tu inquit benignus sis: ille vindicat in malignis. Quę enim inquit nabal mala sustineat: sup capita inimicorũ tuorũ euenient. Esto quidẽ mihi ꝓpitius & iudica me dignã per quã hec dona suscipias: irã ergo atq; furorem quem super maritum meum & eius habuisti domum mihi remitte. Hęc enim te decent cũ sis placidus atq; clemens dñs & q̃d maius est regnaturus. Susceptis aũt ille muneribus ait. O mulier propitius te ad nos hodie deus adduxit. Nam ne futurum videres. Nam cum iurassem domum nabal hac nocte disperdere vt nullus vestrum penitus remaneret: cum vtiq; vir ille ingratus & calidus sit circa me & socios meos: nunc autẽ venisti & meum curante deo mutasti furorem. Et nabal quidẽ licet modo propter te relinquatur inultus non tamen effugiet penas: sed alia causa quę eum competit eueniet: ei hęc dicens dimisit mulierem. ¶ Illa autem domum reuersa est & inueniens virum cum multis solutum & in ebrietate iacentem tunc quidem nihil horum quę gesta fuerant indicauit. Cui altera die cũcta significauit: & sic eum tristem reddidit vt ad solutionem membrorum & pene ad mortem vsq; deduceretur. Et non amplius q̃ decem dies postea viuens nabal: defunctus est. ¶ Dauid autem audiens mortem eius vltũ se quidem dixit. Nabal vero propria malignitate defunctum & dedisse deum illi penas seq; seruasse ab eis sanguine mundã habẽtem dexteram tunc etiam agnouit q̃ maligni diuinitus vrgeant & nullus inter hoĩes despiciatur a deo qui dat quidem bonis similia: malis vero refert digna supplicia. Et mittens ad eius vxorem petit quo eam sibimet copularet. Illa vero his qui missi fuerant dicẽs se non dignam fore vt illius vel pedes tangeret tamẽ cũ omni apparatu proprio venit eiq; cõiuncta est Que ad hunc honorem venire ꝓmeruit: tam pro modo castitatis atq; iusticie q̃ pro specie sue forme. ¶ Habuit autem dauid vxorem quam primitus duxerat de ciuitate bisar alias ehisar. Michol autẽ saul regis filiam quę fuit dauid vxor: pater eius phalti filio lais coniunxit: qui erat de ciuitate galim.

Conditio nabal & ihonestas & ingratitudo erga dauid.

Abigail nabal vxoris pulchritudo & hõestas

Responsio ꝑbriosa Nabal seruis dauid vnde iratus.

Prudentia abigail quę pacificauit irã dauid.

Nabal pre tristicia mortuus.

Dauid duxit abigail vxorem mortuo nabal & michol filiam saul alius duxit.

D E F i.r.c. i.r.c.

¶ Accusantibus zipheis dauid in eorum regione esse eũq; ꝑdere ꝓmittentibus saul contra eum venit cuius dormientis castra ingressus lanceã ad caput fixam & stratum pro signo assumens dauid neq; alios ipsum saul occidere pmittens secundo misertus est saul qui suam culpam cognoscẽs dauid gratias egit fugiensq; dauid venit ad Achi Geth regẽ qui ab eo cum suis honorifice est receptus moransq; in ceilla latenter cõtra palestinos insurgens de eorum preda veniebat.

¶ Capitulum. xvij.

A 16 Cumq; fuissent hęc gesta quidam ziphinorum venientes ad Saul indicauerunt ei q rursus in eorum regione Dauid esset: & possent volenti eum comprehendere sua prębere solatia. At ille cum tribus milibus armatorum super eum ęgressus est. Cumq; superuenisset nox: castra posuit in quodam loco qui dicitur Ceila. Audiens ergo Dauid contra se venire Saul: missis exploratoribus iussit sibimet nunciari ad quem locum iam venisset. Quibus dicentibus in Ceila eum esse. surgens nocte ita vt lateret suos venit ad castra Saul ducens secum Abisay natum sororis suę saruię. & abimelech getheum. Saul itaq; dormiente circa eum per circuitum armatis & Abner principe militię constitutis: Dauid ingressus castra eius nec ipse peremit eum inueniens stratum eius & lanceam quę erat fixa ad caput eius nec alijs permisit volentibus eum occidere & in hoc vehementer instantibus. sed dicens ordinatum a deo regem occidere esse nimis iniquum: licet ille malus sit vt nec formidet iram quę ei penam oportuno tempore collatura est ab eo qui ei prębuit regnum. retinuit impetum. eum nolens occidere: & pro signo q potuisset eum interimere. se potius abstinuerit. sumens eius lanceam & vrceolum aquę appositum: dormiente Saul: nullo sentiente in exercitu cūctisq; iacentibus latenter ęgressus est: cum omnia facere potuisset: quę & ipsum tempus offerret & contra regem digna pręsumptio suaderet. Transiens vero torrentem: & in verticem montis ascendens vnde potuisset audiri clamans voce magna militibus Saul & Abner principi militię/ excitauit eos a somno. Nunc enim vocabat & populum. Audiente vero principe militię. & requirentem quis eum vocasset. ait Dauid. Ego sum quidem filius iesse: vester vero fugitiuus. Cur inquit cum sis magnus & apud regem honore pręcipuus. corpus eius ita custodis: vt somnus sit tibi dulcior q̄ illius salutis effectus. Hęc quippe digna sunt morte atq; supplicio: Dudum enim ingressos quosdam in vestro exercitu super regem & super alios vniuersos non agnouisti. Quere lanceam regis & vrceum aquę: & cognosces, quantum malum vos latuit intrinsecus constitutos

Ziphei Dauid accusant sauli perdere promittentes contra quē Saul &c.

Secūda miseratio Dauid erga Saul qui nō permisit eū occidi sed pro signo lāceam accepit.

¶ Saul autem cognoscens Dauid vocem & videns q dum eum captum habuisset sopore cōfectum custodibus negligentibus non occidit: sed pepercit ei quē iuste perimere potuisset: pro salute sua gratias egit. & rogauit vt confidens nihilq; mali ab eo metuens iret ad propria affirmans credere q nec semet ipsum aliquis ita diligeret & sicut a Dauid Saul amaretur. & accusans semetipsum q eum quidem qui illum custodire posset & multa indicia circa eum sui fauoris ostenderet persequeretur, iniuste & tanto tēpore hesitantem de anima sua degere in fuga compelleret ab amicis & cognatis proprijs desolatum. ipse vero ab eo sepius liberatus non qui faceret: sed eius animam aperte desideraret auferre. Quo facto Dauid iussit vt aliquis veniens reciperet lanceam & vrceum aquę dicens. Deus vtriusq; nostrum & actuum iudex sit qui nouit q etiam presenti die cum te occidere potuissē tui misertus abstinui. Et saul quidem secundo Dauid manum refugiens ad proprium regnum remeauit. ¶ Metuens autem Dauid si permanens ibi aliquando in Saul manus incideret. decreuit in palestinos discedere. & illic habitare. Tunc cum secentis qui erant circa eum venit ad achim regem Geth. Erat autem hæc vna palestinarū vrbium. Cumq; eum rex suscepisset cum viris & habitaculum prębuisset habente eo simul & duas vxores achinoen & abigail morabatur in geth. Saul autem hęc audiens. vlterius voluntatis non fuit vt mitteret super eum: aut ipse forsitan properaret cum secundo pene tale periculum pertulerit. vt ab illo potuisset potius compręhendi. ¶ Porro Dauid non placuit vt in ciuitate Geth habitaret sed regem rogauit qui eum clementer exceperat vt ei locum aliquem in prouintia donaret: vbi cum suis degere potuisset pudori esse dicens vt in ciuitate maneret. & se ei onerosum existere. Cui dedit rex quendam vicum sicela (alias Sicelech) nuncupatum. Quem vicum ita dilexit vt cum regnasset Dauid. eum ipsi & pueri eius quasi possessionem propriam honorarent. Sed de his quidem in alio loco dicemus. ¶ Tempus itaq; quo commoratus est Dauid in sicela palestine fuit mensium quattuor & viginti dierum. Vnde latenter insurgens contra palestinos in vicina regione constitutos ferritas & amalechitas: eorum prouintiam deuastabat multamq; prędam iumentorum & camelorum sumens reuertebatur ad proprium. Ab hominibus abstinebat metuens ne eum indicarent ad regem: partem tamen prede ei domi mittebat. Cuꝫ vero requireret rex quos vastasset. predamq; tulisset dicendo eos q ad austrum iudei conuersantur. & in campestribus habitant esse se depopulatum satisfecit regi. Sperabat enim q Dauid odio haberet propriam gentem & seruus eius foret. donec apud eum consisteret.

Saul culpaꝫ suā cognoscens Dauid gratias agit

¶ Dauid fugiēs Saul venit ad achi regem geth q eū cū suis honorifice recepit Dat Achis Dauid sicelech vicū ad habitādū

In biblia tantuꝫ habetur quattuor mensium.

Modus viuendi Dauid iter infideles.

¶ Philisteis bellum contra hebręos parantibus; amicosq; ad auxilium incitantibus Dauid cum armatis suis (hoc procurante Archi regem) contra hebręos solatium prębere promittit. Saul autem (qui phitones & ventriloquos a regione expulerat) deo sibi non respondente phitonissam consulit/ quę animam suscitans Samuelis proximam mortem suam suorumq; filiorum prędicentis & regni sui finem ipsum super oraculo tristantem cibum gustare vituli carnibus preparatis, compulit. Cuius mulieris largitatem Saulisq; magnanimitatem & fortitudinem Author magnis extollit laudibus.

Capitulum decimumoctauum.

Apparatus belli philisteorũ cõtra hebręos.
Quomodo dauid promisit regi Achis euꝫ iuuare contra hebręos. Vide de lyra & additionẽ & correctionem.

D. 1.r c.

Odem vero tempore palestinis contra israhelitas pugnare volentibus & mitentibus ad omnes amicos vt eis adessent in bello in ceilla vbi congregati erant exituri sup hebręos amicum sibi achis rex geth Dauid rogauit vt cum armatis ei solatium contra Hebręos pręberet. Illo vero gratissime promittente & dicente inuenisse tempus in quo eius beneficijs responderet: & susceptionis munus exsolueret: promisit rex custodem corporis post victoriam & belli certamen eum se esse facturum honoris & fidei promissione studens voluntatem eius augeret. ¶ Saul itaq; rex hebręorum omnes diuinos & ventriloquos & omnem huiusmodi artem de sua expulerat regione absq; prophetis. Audiens autem palestinos iam esse pręsentes & iuxta summam ciuitatis in campo posita castra fixisse. ad eos cum omni exercitu profectus est. cũq; venisset ante montem quendam nomine gelboe: & vidisset ediuerso hostium multitudinem: timore fortuitu conturbatus est dum esset eorum exercitus potior & multo melior deumq; consuluit per ꝓphetas. vt ei de prelio & eius fine prędiceret. deo autem non respondente: saul magis expauit & animo corruit. malum sibi aperte imminere prospiciens cum vtiq; deum arbitraretur pręsentem sibi non esse: iussitq; sibi quęri mulierem ventriloquam habentem spiritum & vocantem animas defunctorum: vt valeret agnoscere si in rebus imminentibus pręualeret. ¶ Genus enim ventriloquorum euocando mortuorum animas per eas solet poscentibus futura prędicere. Cumq; fuisset a quodam famulo nunciatum esse huiusmodi mulierem in ciuitate endon (alias endor) latẽs omnẽ exercitum: exutus veste regali sumẽs duos famulos quos nouerat fidelissimos venit in endor ad mulierem rogauit eam vt diuinaret & animam suscitaret cuius ipse dixisset. Muliere vero repugnante atq; dicente non se posse regem spernere: qui genus hoc diuinantium expulisset. sed nec illum benefacere qui dum nihil per eaꝫ fuisset lesus: ei pararet insidias vt prohibita facientem penę contraderet: iurauit se nec cuiq̃ eius diuinantiam prodere nec periculum fore. Cumq; iureiurando satisfecisset non eam debere metuere. iussit vt ei animam Samuelis euocaret. Illa vero nesciens quis esset Samuel. eum ex inferno vocabat. Cumq; apparuisset. Videns mulier virum sanctum deo docibilem conturbata est. & tunc eius faciem obstupescens. nonne inquit tu es rex Saul? Hoc enim Samuel ei indicauerat. Quo confitente & perturbationem eius querente: ait vidisse se virum senem formatum. Eoq; iubente ad imaginem eius: formam & statum eius quem viderat explanasse significauit se senem iam & gloriosum & sacerdotali pallio vidisse circum amictum: ex quibus cognouit hunc Samuelem esse. & procidens in terra salutauit & adorauit. Anima vero Samuel inquirente cur eam amouisset: Saul necessitatem ingemiscebat incumbere & hostes sibi grauiter imminere: & esse in hesitatione rerum præsentium constitutum a Deo vtiq; derelictum / & neq; responsum promereri / neq; per prophetas / neq; per somnia. & propterea inquit ad te qui mihi pius semper extitisti confugi. Samuel autem videns eum fini vitę iam proximum: ait. Superflue a me aliquid vis agnoscere cum a deo sis derelictus. sed aut regnum tuum quidem a Dauid & in bello victurum te vero: tuumq; principatum cum vita esse finiendum quoniam inobediens fueris deo in Amalechitarum bello & eius nequaq̃ mandata seruaueris. sicut viuens tibi prophetaui. Igitur scito te subdendum & populum inimicis: & te cum filijs die crastina in bello cadentes: mecum esse mansuros. ¶ Hæc audiens saul tristicia faciente loquendi amisit officium & prostratus in terra tam propter dolorem qui ei fuerat indicatus q̃ propter abstinentiam. non enim præcedenti die ac nocte cibum susceperat non facile consurgere valebat. Cum surgeret vix recipientem spiritum coegit mulier vt gustaret. Hoc munus ab eo petens sibimet repensari pro diuinatione quã sub periculo ei pręparabat: cũ ei propter timorem ipsius non licuisset quę licet non ignorasset qui fuerit: tamen ei pręualuit vt concederet pro quibus rogauit appositum cibum sumere quatenus recepta virtute ad castra propria remearet. ¶ Cumq; ille refutaret & minis aduersaretur in angustia constitutum compulit & persuasit ei & habens vnum vitulum mansuetũ suę domui nutritum in quo solo requiescebat eum occidit & carnibus pręparatis: ei vt comederet eiusq; seruis apposuit. Quo facto Saul noctanter ad sua castra reuersus est. ¶ Iustum est autem laudare mulieris largitatem ꝙ licet eius ars fuisset a rege exerceri prohibita tamen dum aduenissent domũ eius quos nunq̃ viderat prius non habuit mali memoriam vituperandi euꝫ qui eius prohibuerit disciplinam: nec aduersata est peregrinum & eius consuetudinem nequaq̃ habuerat. sed condoluit & consolata est duꝫ eum cognouisset regem & circa quem potuit animis ingrata existere eum potius vt comederet inuitabat. & ꝙ ei solummodo in paupertate fuerat: hoc libenter hilariterq; conferebat aliquam retributioneꝫ eius expectans non munus aliquod occupans quem proxime moriturum agnouerat cum plerumq; sit natura hominum boni aliquid: aut repensaturis beneficium exhibere: aut a quibus se aliquid credunt accipere his mutuare & bonum est ergo illam imitari mulierem & benefacere cunctis egentibus. nichil arbitrari melius esse. nec amplius aliquid generi humano competere potius q̃ vt Deum propicium & boni largitorem semper habeamus. Igitur de illa muliere dixisse sufficiat. ¶ Sermonem vero nunc

¶ Saul cõsuluit phitonissaꝫ sibi deo nõ respondente.
Genus ventriloquorum.

1.r.c

Animã Samuelis suscitauit phitonissa vide de hoc Nico. de lyra.

E.

Aiã samuelis ad Saul ei prędicẽs ꝓxiam mortem regniq; finem.
Desolatio & tristitia Saulis.

Laudatur mulieris largitas.

F.

faciamus ciuitatibus & populis gentibusq; profuturum & bonis omnibus congruum. ex quo prouocen tur vniuersi dari virtutem vniuersę glorię. Qui sapientibus & regibus gentium & pincipibus populorum multum desiderium & studium rerum bonarum adijciat. & pro salute patrię ad pericula mortis libenter adducat. & cuncta quę videntur grauia doceat esse tenenda. Habeo namq; huius rei auctorem Saul regem hebręorum. Hic enim licet futura iam nosset & mortem sibi imminere propheta prędicente cognosceret: nec amore vite suum exercitum prodidit inimicis: nec regie contumeliam intulit dignitati. sed potius semetipsum cum omni domo tradens simul & filijs optimum iudicauit cum eis magis cadere pro subiectis pugnando & filijs & vna perire: licet boni ei fuissent: q̄ eos in incerto reliquere. quasi regni successionem & generis habituros. ❡ Is ergo iustus & castus & fortissimus mihi esse videtur. & si quis fuit talis aut fuerit. et cunctorum testimonio virtutis adeptione dignissimus. ❡ Nam eos qui sub spe victorię proficiscuntur ad bellum et incolumes se redire confidunt. quid gesserint clarum: Non mihi videntur benefacere qui eos fortes voluerint appellare. Quod et alibi in Hystorijs et alijs conscriptionibus inuenitur q̄uis & illi sint approbandi. Magnanimes autem & grandia presumentes et rerum terribilium contemptores soli dicendi sunt omnes qui Saul imitantur. Illi namq; qui nescientes quod in bello futurum est nequaq̄ animo deficiunt. sed incertum semetipsos emittunt: licet aliquid grande faciant non tamen valde mirandi sunt. Cum vero nihil vtile venturum animo cogitatur: sed etiam mors futura prescitur. & hoc solummodo passuri dimicant aliqui neq; terrentur neq; pro mortis periculis obstupescunt. huiusmodi perfecte fortitudinis esse decerno: hoc ergo fecit Saul ostendens quia cunctos glorię palmam desiderantes habere post mortem talia conuenit adimplere: & maxime reges quos propter cumulum principatus non solum malos non licet circa subiectos esse: sed neq; mediocriter esse bonos. Plurima quidem de Saul magnanimitate potui dicere. maximam michi hoc argumento prębente materiam: sed ne diu videar inherere: denuo ad ea reuertor vnde ęgressus esse agnoscor.

Laudat saulem qui sibi & suis, p populo suo nō pepercit.

Qui vere dicendi sunt magnanimi & fortes.

Nota bonitatē principibus req̄sitam.

❡ Dauid cum palestinorum exercitu veniens suspectus remittitur quo morante Amalechitarū gens Sicelech vrbem incendunt eam deprędantes duasq; vxores suas & eorum qui cum eo erant accipientes cum filijs in captiuitatem duxerunt. quo desolatus Dauid deum consuluit/victoriamq; cōtra Amalech obtinuit, eorum prędam & hijs qui ad sarcinas manserant sicut his qui ad bellum properauerant ęqualiter distribuit: distribuendę prędę legem statuens.

Capitulum decimum nonum.

Palestinis igitur castrametantibus per singulas generationes & tribus & satrapas exercitūq; disponentibus. ibat cum suo exercitu rex achis: & post eum dauid cum armatis sequebatur. Et dum duces palestinorum viderent inter eos hebręos quibus aduenissent tunc euocantibus percunctabantur a rege. Qui dixit dauid esse qui fugerat Saul dominum suum. quem ad se venientem ipse susceperat: & nunc velle sibi beneficia repensare: & Saul interficere: propterea in solatio ipsius aduenisse. Quo dicto culpatus est a ducibus palestinorum eo q̄ viruʒ inimicum ad solatium duxerit. eumq; redire suadebant. ne forte latenter mali aliquid circa eos efficeret. habendo tempus & causam per quam suum dominum placare posset. sed si vellet ei prospicere: remitteret eum cum suis ad locum quem dederat illi prius. Adijciebant autem: Nonne hic est Dauid de quo canebant virgines hebręorū: q̄ dena milia peremisset. Et cum audisset rex gethuri. vtiliter dicta cognoscens vocauit dauid & ait. Ego quidem cum sim testis studij tui circa me atq; deuotiōis. propterea te ad solatium meum adduxi. Principibus autem non placet sed facto die perge ad locum quem dedi tibi. & ibi meam custodi prouintiam. ne quis hostium ad eam accedat. Et enim animo hoc: pars magna solatij. ❡ Dauid itaq; iubente regem geth: tenuit sicela (alias sicelech) Nam eo tempore quo ęgressus ad solatium palestinorum gens amalechitarum aggrediēs sicela fortissime cœperat eam. Qua incēsa multaq; pręda ex ea & alijs palestinorum regionibus sumpta dicesserat. Inueniēs ergo dauid vastatam omnino prouintiam & omnia fuisse direpta. & duas vxores suas & eorum qui cum eo erant vna cum filijs in captiuitatem ductas continuo vestem scindens flens & gemens cum socijs & amicis ad hoc vsq; peruenit vt etiam dolentibus captiuitatem vxorum ac filioruʒ lachrimę nimię eorum fletu deficerent. sed & ipse periculum passus est ita vt a socijs dolentibus captiuitatem vxorum ac filiorum penę lapidaretur. ipsum enim solum rei principem vnusquisq; malorum dicebat auctorem. ❡ Igitur sternebat & mentem suam ad deum. rogauitq; abiathar sacerdotem vt indutus veste sacerdotali consuleret & prophetaret. si persequens Amalechitas comprehenderet & liberaret vxores & filios & vlcisceretur in hostibus. Sacerdote vero iubente vt eos persequeretur consurgēs cum armatis persecutus est hostes. Cumq; veniret ad torrentem bosor inuenit virum errantem ęgyptium genere ęthiopem & fame defectuʒ: qui tribus diebus in deserto sine cibo permanserat. Primum cibo eum potuq; confortans & reficere faciens. inquirebat cuius esset aut vnde. Tunc quidem ille se genere significauit ęgyptium & propter infirmita

Dauid cuʒ exercitu palestinoꝝ venit sed suspectus remittitur.

Amalech (incēsa Sicelech ciuitate) deṕdauit eā ablēte dauid

Dauid desolatus deuʒ cōsulit hostesq; amalechitas ṕsequit.

tem a suo domino derelictum eo q; non valuerit sequi. Pariter etiam indicauit se ex eis qui incendissent & diripuissent iudeam simul & siceclam. ¶ Hunc ergo dauid habens ducem super amalechitas apprehendit eos in terra iacentes & alios quidez prandentes: alios iam ebrios & vino solutos & de re acta & captiuitate vxorum ac filiorum Israhel preda gaudentibus & fruentibus deosq; suos laudantibus. irruens repente super eos & leticia qua gaudebant frustrauit. Nudi namq; & nihil huiusmodi suspicantes sed ad potum & ad epulum conuersi oēs remissiores erant: & alij quidem mensis adhuc appositis apprehensi super eas extincti sunt: & sanguis eorum cibo permixtus est: alios vero inuicez se ad pocula inuitantes occidit. multos etiam in soporem conuersos extinxit. Quicunq; vero occurrerunt: & armis inuolui. & ex aduerso consistere potuerunt. Hi etiam facilius q̄ illi qui iacebant in terra nudi perēpti sunt Quos ab hora prima interficientes vsq; ad vesperam permanserant. ita vt amalechitarum non remearent amplius q̄ quadringenti qui tamen in camelis curracibus ascendentes. vix euadere potuerūt. Eripuit vero Dauid omnia quę de sicela tulerant hostes: sed & vxores suas & sociorum. Cumq; reuertentes venissent ad locum. vbi ducentos qui eos sequi non potuerunt reliquerant ad castra custodienda: illi quidem quadringenti partem prędę eos accipere non censebant qui secum non fuerant: sed labore molliores extiterant: recipere autem vxores iudicabant. Dauid autem malignam hanc & iniustam dixit esse sententiam. cum essent digni deo prębente. vt & vlciscerentur in hostibus: & omnem prędam cum his qui vna ad persequendum ęgressi fuerant ex equo diuiderent quando ad vasorum custodiaz remansissent. Et ex eo ab eo lex ista permansit. vt tantum accipiant qui custodiunt castra q̄tum illi qui pugnant. ¶ Veniens ergo Dauid in sicela: omnibus in iudea amicis & necessarijs prędam direxit. Et vastatio quidem sicele & amalechitarum: huiusmodi fuit interitus.

Victoria dauid cōtra amalech. — *In biblia habetur Et percussit eos dauid a vesperavsq; ad vesperam alterius diei.* — *Equalis prædę diuisio & diuidēdę prędę lex* — D.

¶ Palestinis graui pugna dimicantibus contra hebręos Saul rex ab hostibus sauciatus ne viuus ab hostibus caperetur ab Amalechita quodam educto gladio (ipso regnante) interimitur in Gelboe monte filijq; eius cum innumera hebręorum multitudine occisi sunt reliquis fugiētibus hebręis. hostes vero Saul & filiorum mortua corpora exuentes capita quedam truncauerunt corporaq; super murum ciuitatis Bethsani suspenderunt viri autem Iabes cum omni populo flentes eorum corpora sepelierunt. — E

Capitulum vigesimum.

Palestinis igitur dimicantibus & pugna graui commissa: palestini quidem vlciscuntur: & multos suorum hostium peremerunt. Saul autem rex israhelitarum & eius filij fortiter decertantes & vtentes omni fiducia. tanq̄ gloria eorū in bona morte & in hostium dimicatione consisteret nihilq; hoc preciosius esse iudicantes: omnium inimicorum cohortem contra se conuertentes: vndiq; circundati pene sunt extincti. multos tamen palestinorum forti dimicatione perimentes. Erāt autem saul & ionathas & Aminadab & melchis. ¶ His ergo cadētibus hebręorum populus in fugam conuersus: & turpitudo & confusio facta est & interitus grauissimus hostibus vtiq; super eos reuertētibus. ¶ Saul aūt hoc modo peremptus. Dum esset hostium multitudine constipatus: palestinis crebro super eum iacula dirigentibus. omnes pene prostrauit. paucis exinde fugientibus. Ipse vero clarissime decertatus. & multa vulnera in se gerens. ita nequaq̄ possent tolerare. nec ferre plagas. semetipsum quidem perimere erat inualidus. Iussit autem armigero suo vt eū gladio educto perimeret. vt nequaq̄ viuum cōprehenderent hostes. Armigero vero non presumēte dn̄m suum occidere. Ipse gladium suum educens & in terra configens irruit in mucronem. ¶ Et cū nequiret sibi vi vltime mortis inferre cum nec ferrum eius membra transiret. conuersus & videns quendam iuuenem. requisiuit quis esset quem cū cognouisset amalechitam. rogauit vt educto gladio eum morte q̄li vellet occideret. Quod dum fecisset sublato auro ex eius brachijs: & corona regali fugit. Videns autem armiger eius saulem extinctum: occidit & semetipsum. Nullusq; de custodibus corporis est derelictus: sed omnes ceciderunt in monte qui dicitur gelboe. Audientes autem hebręi qui habitabant in conualle transiordanem & qui in campestribus ciuitates habebant q; Saul cecidisset & eius filij & omnis cum eo perisset exercitus: relinquentes proprias ciuitates: ad loca occultissima fugerunt. Palestini vero inuenientes vrbes derelictas atq; desertas habitauerunt in eis. Cumq; venissent hostes exuere: inuenerunt corpus Saul & filiorum eius. Quos expoliantes eoruz capita truncauerunt & in omnem prouintiam diuulgauerunt hostes suos cecidisse. Quorum arma qui dem consecrauerunt in templo astaroth: corpora vero suspenderunt super murū ciuitatis Bethsan quę nunc Scitopolis appellatur. ¶ Cum vero audissent habitatores ciuitatis Iabes galaad die tertio q; trūcassent Saul mortuum & eius filios palestini. crudele iudicantes eum insepultum despicere. egressi viri fortissimi & pręsumptione precipui: cum ipsa ciuitas & corporibus & animabus viros habuerit valde robustos. tota nocte iter agentes venerunt ad ciuitatem Bethsan. Et accedentes ad muros hostium & deponontes corpus Saul & filiorum eius detulerunt in Iabes hostibus propter fortitudinem eorum nequaq̄ prohibere valentibus aut præsumentibus. Viri autem Iabes cum omni populo flentes sepe-

Animosa saulis & filiorū fortitudo contra philisteos q̄ i illo bello mortui sunt. — i.r.c.
Fuga hebręorū & interitus. — i.r.c.
Modus mortis Saulis q seipsuz interemit ne viuus ab hostibus caperetur. — i.r.c.
i.r.c.3 — F
Gelboe mons.
Crudelitas philisteorū i mortuos Saul & filios
Sepulti saul & filij per iabitas q mortem eorum silentes ieiuniū septem dierum celebrauerunt.

lierunt eorum corpora in optimo loco prouintię quem segetem appellant: & ieiunium septem dierum cum mulieribus & infantibus super eos celebrauerunt tundentes pectora ac lugentes Regem & filios eius nec cibum desiderantes gustare nec potum. ¶ Hunc itaq; finem Saul prophetante samuel habuit ꝙ obediens deo non fuit propter mandata quę contra amalechitas acceperat & ꝙ Abimelech sacerdotis generationem & ipsum abimelech & sacerdotum vna peremit vrbem. ¶ Regnauitq; saul. samuel quidem viuente annis decem & octo: mortuo autem alijs duobus. qui huiusmodi habita conuersatione defunctus est.

Causæ mortis Saul.

Saul cū Samuele. xviij. annis & mortuo samuele secūdus annis regnauit.

¶ Explicit liber sextus.

¶ Incipit liber septimus qui continet tempus annorum quadraginta.

¶ Nunciata Saulis morte dauid nunciantem interfectorez iussit interfici qui dauid Sauli sepulchro & Ionathę cōscripsit Epitaphia (vngiturq; in regem a tribu iuda in Ebron iabitas (qui Saul inhumauerant) laudans. Contra quem Abner (Isbosech rege in Nonaim ordinantem ordinato) bellum parat cui Ioab & fratres ocurrentes (conuentione tamen inter eos duodecim pugnaturis viris vtroq; exercitu eligendis) vincunt Isbosech exercitum. Occiditur tamen Asahel velocissimus cursu Ioab frater ab Abner qui inducias petit & a ionatha obtinet. Capitulum primum.

¶ HISTORIA LIBRI SECVNDI REGVM INCIPIT.

DRedictum itaq; prelium gestum est die qua dauid victis amalechitis reuersus est in sicella. alias Sicelech Et cum iam ibi duos haberet dies: tertia venit quidē liberatus a pugna que contra palestinos fuerat gesta & qui saul interemerat scissa veste & operto capite cinere. qui cum adorasset dauid interrogatus vnde tali modo venerit ait. Ab israhelitaruz pugna. Qui bus infelicem terminum prouenisse dicebat. & multa quidem hebreorum milia fuisse necata. & regē pariter eorum saul cū filijs interemptum. Significabatq; vidisse se & hebreorum fugam & fugienti quoq; regi fuisse pñtem: quem etiam ne cōprehenderetur ab hostibus ipse rogatus ab eo se iugulasse fatebatur: qm̄ dum gladio suo incubuisset propter vulnerum magnitudines non se valebat occidere. Cū hec dixisset signa mortis eius ostendit. aurū brachiorū regis atq; coronaz quę cū expoliasset mortuū saul ei detulerat. ¶ Dauid itaq; cū iā discrederet sed aperte mortis eius signa inspiceret vestē quidem dirupit: deflens autē & legem sciens. cum suis totā diē in fletu & lamētatione protraxit. Cui maior tristitia nata est pro amore ionathę qui ei fidelissimus amicus fuerat. & ei causa salutis extiterat. Tātam em̄ virtutē sui dauid circa deuotionem saul ostendit: vt non solum finem eius luctuose satis habuerit. licet sepius per eum mortis pericula passus sit. sed etiam punierit eius interfectorem. Nam cuz dixisset ei ꝙ ipse sui accusator esset qui regem occiderat. & cognouisset quia de gñe amalechitarū esset. repēte eū precepit interimi. ¶ Conscripsit autē dauid epitaphiū sicut fieri assolet in sepulchris. qđ lamentationes cōtineret: & laudes saul & ionathę qđ etiam vsq; ad meū permansit tempus. ¶ Cum vero hoc modo regi exhibuisset exequias: finito luctu per prophetam consuluit deum quam ei ciuitatem daret ad habitandum de tribu iuda. Cumq; dixisset daturū se ei ebron derelicta sicella alias Sicelech venit ad eam deductis duabus vxoribus suis & qui erāt cū eo cūctis armatis. Ad quem conueniens oīs populus illius tribus: eum constituere regem. Qui cum audisset ꝙ saul & eius filios sepelissent viri iabes habitatores galadis misit ad eos laudans & approbans eorum virtutem & agens gratias pro studio quod circa defunctos habuerant: pariterq; dicens ꝙ tribus iuda eum constituisset regem. ¶ Abner itaq; princeps militię saul: filius autē abner vir efficax & optimus valde natura: cognoscēs cecidisse regē & ionatham & duos alios filios eius. veniens ad castra filium saul qui relictus fuerat nomine isbosech arripiens: regem super eos qui transiordanem erant & totius populi pariter ordinauit. preter tribū scilicet iuda statuitq; regnū eius in terra quę secundum patriam quidē linguam vocatur manaim secūdum grecos autem dicitur castra. ¶ Abner itaq; exinde permouit electum exercitum nimis vt congrederetur cum tribu iuda: irascebatur enim aduersus eos a quibus rex dauid fuerat ordinatus. Huic autē occurrit missus ad dauid ioab filius saruię sororis eius de patre Sar natus. Hic autem erat contra abner constitutus princeps militie: cum quo etiam fuerant & sui fratres abisay Asahel: & omnes armati dauid. Itaq; veniens ad quendam fontem in ciuitate gabaa: aciem constituit ad pugnandum. Dicente vero ad eum Abner velle se probare quis eorum robustiorem haberet exercitum: conuenit inter vtrosq;. vt duodecim viros pugnaturos mitterent: & procedentes inter medias acies. qui ex vtraq; parte ducum fuerant ad certamen electi eductisq; gladijs viri dauid & tenentes capita hostium eorum lumbos & latera suis gladijs perforarunt donec omnes quasi ex vno constituto perimerent. His autem cadentibus. etiam reliquus directus est exercitus. Et dimicatione fortissima procedente: Abner populus victus est. fugientesq; Ioab persequi non cessabant. precipiens armatis vt post eorum vestigia festinarent & nequaq̄ occidendo deficerent

Nūciatur mors Saulis dauid & alioruz quos defleuit amare.

Nota miseratione dauid ī morte inimici saulis qui īterfectorez iussit interfici.

Epitaphiū saul cōscripsit dauid

Vnctio dauid in regem in ebron a tribu iuda qui iabitis nuncios mittens laudauit eos &c.

Abner Isbosech filium saul regē sup israhel ordinauit in manaī.

Bellū parat abner cōtra dauid cui ocurrit ioab & fratres.

Conuentio īter Abner & Ioab de duodeciz viris pugnaturis eligendis &c.

Asahel veloci-tas commenda tur q velocius e-quis currebat.

D.

Cuius et iam fratres decertati sunt pronissime. Inter quos clarior pręcipue fuit iunior Asael qui tantam gloriam habuit in pedum velocitate vt non solum homines sed etiam equos ad currendi certamina su-superaret. Is igitur persequebatur principem abner recto gressu. in neutra parte declinans. Cumq; respe xisset Abner & considerasset impetum sequentis. & dixisset vt vnius militus arma sumens ab eius per-secutione quiesceret. & rursus illę nequaq̃ a quo conamine penitus abstineret: monente illo denuo vt recederet: ne coactus eum percuteret: & ante eius fratrem vlterius fidutiam non haberet. verba eius il lo despiciente. fugiens post tergum lanceam coactus emisit eumq; repēte mortali vulnere penetrauit. Hi vero qui cum eo persequebantur Abner cum venissent ad locum vbi iacebat Asael mortuus circun stantes. nequaq̃ persecuti sunt hostes. Ioab autem & frater eius Abisay pertranseuntes cadauer illius & maiorem ire fomitem contra Abner habentes pro morte fratris: magna vsi velocitate vsq; ad quen-dam locum nomine Gabaon persecuti sunt Abner. Et cum sol occumberet ascendens in quendam col lem cum tribu beniamin. expectabat hostes simul. Et abner quidem clamauit & dixit ad iacob: non eũ oportere viros contribulos tanto certamine pręlijs exacuere. sed etiam fratrem eius asael deliquisse: qđ dum eum moneret vt a persecutione cessaret. nec acquiesceret. propterea percussus occubuit. Sapien-tet ergo faciens ioab & hęc verba satisfactionem esse decernēs: missa tuba reuocauit exercitum & a ve hementi persecutione retinuit. Et ioab quidem in illo loco moratus est. Abner autem tota nocte iter fa ciens & transiens fluuium iordanem venit ad castra isbosech filij saul. ¶ Altera vero die ioab dinume-rans corpora defunctorum: sepeliuit vniuersos. Ceciderunt autem de exercitu Abner milites quasi tre-centi & sexaginta: de dauid vero decem & nouem & Asael. Cuius corpus reportantes ioab & abisay in bethleem & in monumento paterno sepelientes: ad dauid reuersi sunt in hebron.

Asahel occidi-tur ab Abner. Abner inducias petit quas ioab concedit.

2.r c.

Numerus mor-tuorum ex vtro q; exercitu & se pultura.

E

¶ Bellum in testinum fit inter hebręos dauidq; pręualescente exercitu & filij saul defluente Abner sapiens pro in eundo federe, fęderũt ad dauid nuncios mittens populum & tribum beniamin hortatur vt (Isbosech dimisso) transeat ad dauid quibus consentientibus vt promissam iurisiurandi religioneȝ fir maret venit ad Dauid quem splendidę opulentis & preciosis conuiuijs per multos dies refecit. Sed euȝ recedentem Ioab amicitię signo perdere timens principatum dolose interfecit. Cui Dauid grauissime flens maledixit, eumq; sepelierunt honorifice in Ebron apposito sepulturę epitaphio quo Abner ami ci consolati de dauid pacificantur qui etiam excusationem fecit coram populo. Capitulum secundum.

Bellum intesti-num fit inter he bręos p̄ualente exercitu dauid. Filij dauid i he bron sex geniti sunt.

Coepit igitur ex illo tempore bellum intestinum inter Hebræos fieri: & multo tempore per-mansit proficientibus semper eis qui cum dauid erant & amplius ad bella crescentibus. Fi-lij vero Saul exercitus pene quotidie defluxit. ¶ Quo tempore nati sunt Dauid filij nume-ro sex: ex totidem mulieribus quorum senior qui de achinoe matre progenitus est appella-tus est. Ammon. Secundus autem de vxore abigail, nomine cebal (alias Celeab) tertius absalon qui na-tus est de machamis (alias Maacha) filia ptholomei regis gessur. quartũ vero de muliere habuit aggith quem vocauit adoniam. Quintum habuit filium Saphatiā de abital: Sextum autem Gethiaan de egla natum denominauit. ¶ Cumq; intestina bella consisterent. Et sepius ad opera belli contra se venirent vtriusq; regis exercitus. Abner princeps militię filij Saul cum esset sapiens & valde a populo venerare-tur: valde deuote egit vt omnes cum Isbosech essent. Qui etiam cũ eo magna deuotione constricti mul to tempore permanserunt. Post hęc autem abner in quodam crimine comprehēsus. cuius causa fuit q̃ cum saul concubina occumberet nomine respha filia Achia. culpatur a rege. Qui dolens & grauiter in dignatus quod non iustam retributionem mereretur ab eo pro quo tanta instantia laborabat: intermi-natus est regnum se translaturum ad dauid. & ostensurum q̃ non sua fortitudine sapientiaq; regnaret super eos qui erant vltra iordanem. sed illius potius operibus atq; fide. Tunc mittens in Ebron petijt vt a dauid fidei iusiurandum acciperet & eum socium & amicum haberet. promittens se persuasurum po pulo vt a Saul filio recederet & ipsum regem totius prouintię constitueret. Dauid autem quę poscebat impleuit. ¶ Letus enim in his quę Abner apud eum egisset primum initium fœderis hoc petijt vt ei suam vxorem reduceret quam magnis laboribus & periculis comparasset: quippe pro qua secenta ca-pita palestinorum Saul optulerat regi. Et vxorem quidem eius Michol sublatam falthi cui tunc erat co pulata remisit Abner ad Dauid. vt vxorem suam. iuste reciperet. Conuocatis itaq; senioribus plębis & tribunis & millenarijs: hec verba retulit ad eos dicens. Sepius quidem paratos vt ab Isbosech recede-retis & pergeretis ad Dauid: ab hac vos ego voluntate retinui: nunc autem si vultis hoc implere promit to sciens quia Deus per Samuel prophetam Dauid promisit hebręorum omnium regnum. & prædixit q̃ palestinos ille vastaret: & subiectos efficeret. Hæc audientes seniores & principes q̃ & Abner princi pis militię voluntatem cum sua quam & primittus habuerant circa rerum effectus haberet: vnanimes consenserunt vt Dauid regno se traderent. ¶ Cumq; ad talia conspirassent: conuocauit Abner tribum Beniamin. Omnes enim custodes corporis erant Isbosech. Quibus etiam ista locutus est. Cumq; nul-

2.R.

Occasio federis abner cũ dauid

¶ Abner mittit ad dauid pro fe dere in eundo. Vxoreȝ Michol repetit Dauid quę ei redditur Abner exhorta tio ad populuȝ vt Isbosech di-misso transeant ad dauid.

F.

Abner ad tribũ Beniamin quę etiam cōsensit.

lum videret sibi resistere sed magis ad omnia que vellet ipse paratos haberet Sumens ex eis viginti venit ad dauid vt promissam iurisiurādi religionem firmaret. fideliora enim erunt quę per nosipsos gerimus: q̄ quę per alios pro nobis aguntur: vt & verba quę cum eo haberet principibus diceret & ad omnem tribum quę ipse per se gereret indicaret. Quem dum splendide suscepisset & per multos dies opulentis et preciosis conuiuijs refecisset: petijt vt dimissus ab eo deduceret ad eum populum. quo pręsente atq; vidente: ei traderet principatum. ¶ Cumq; dimisisset dauid abner adhuc eo ab Ebron non procul abeunte venit ioab qui erat pro eo militię princeps. Et agnoscens quia venisset ad regem abner. & ante paululum dimissus esset federibus celebratis pro regno dauid metuens ne illum quidem in honore primi ordinis constituetet aut haberet regni participem & cum in rebus alijs esset astutus & prouidus. Ille tertius proficeret temporibus: ipse vero decresceret & militię amitteret principatum viam pessimam & malignissimam cogitauit. Et primum quidem tentauit vt ei detraheret apud regem monens vt se custodiret & promissiones non respiceret abner quę faceret dicens: vt saul filio confirmaret imperium: & quia fallacijs & dolo venisset ad eum vt vellet spem & dispensationem regni eius agnoscere: & sic ad propria remeare. Cum vero his verbis non potuisset persuadere regi ne eū videret ex hac via deteriorem ruinam rursus aggressus est. Et cum deliberasset vt abner interimeret. misit qui persequerentur eum & comprehensum dauid nominis preceptione reuocarēt tanq̄ esset aliquod ei detecturus: quod ipso pręsente videbatur oblitus. Abner autem dum hæc audisset a nuncijs. apprehenderant eñ eum in quodam loco nomine Syra: qui aberat ab Ebron quasi stadijs viginti: nichil metuens futurorū reuersus est. Cui occurrens Ioab ante portam & suscipiens eum quasi maxime deuotus pariter & amicus. Sepe enim fingunt vere se esse bonos & malignę suspitionis extraneos qui aliquid iniquę temptare pręsumunt: segregauit quidem eum ab alijs hominibus tanq̄ secreto locuturus. & in locum portę desertiorem ductum cum esset ipse solus & abisai frater eius. euaginato gladio eius latus effodit. Et Abner quidem hoc modo a ioab dolo peremptus est. pro morte sicut ipse dicebat fratris Asael quē persequentem interemerat Abner in pugna facta gabaon: vt tamen veritas habuit pro metu proprij principatus & honoris quem habere poterat apud regem. ¶ Ex his itaq; habet considerare quilibet quāta & qualia presumunt homines propter auaritię zelum. & principatus affectum: cum nulli hęc cedere volunt. Nam concupiscentes hęc adipisci: per multa mala ad ea perueniunt. Quę rursus metuentes amittere: multo deterioribus actionibus vt ea retineant implicantur: tanq̄ non sit equale malum adipisci velle tā tummodo magnitudines potestatis. & dum successerit quilibet eius bonis vt iam rursus noluerit amittere cum in retinendo potius excelsior sit erumna & propterea crudeliora moliantur. & pręti more ne amittant quę adepti sunt committere grauiora pręsumant. Sed de his quidem breuiter indicasse sufficiat. ¶ Porro dauid audiens interitum Abner animo quidem grauissime doluit & coram omnibus testificatus est tendens ad deum dextram suam & clamans q̄ non fuisset in Abner interitu consentiens: nec eius mandato aut consilio fuisset extinctus: & maledicta posuit valde grauissima contra eum qui illum occiderat: & domum eius vniuersam. & eos qui hęc egerāt pro defuncto penis esse subiectos. Erat enim sollicitus ne contra fidem & iusiurandum ageret: quę exhibuerat Abner. Pręcepit autem deflere & lugere & lamentationem fieri super virum. & eius corpus solennibus honorari exequijs: cum ipse vestem is rumperet ingemiscens. & sacco videretur indutus. Hęc quidem facere pręcepit pręcedentes loculum. Ipse autem lugens & flens sequebatur cum senioribus atq; proceribus ostendens deuotionem circa viuos. & tristitiam circa defunctos & q̄ non eius consilio fuisset extinctus. Sepelierūt autem eum in hebron: ve dicentes & conscribentes lamentationes super eius sepulchrum. Stans ipse super monumentum fleuit primi. us: & alijs hoc celebrare contradidit. Sic autem mors Abner eum afflixit vt neq; cibum cogentibus amicis sumeret. sed iuraret nichil se gustaturum vsq; ad solis occasum. hoc itaq; factum deuotionem populi generauit. Nam amici Abner honorem collatum mortuo susceperunt: & dauid custodem fidei crediderunt: & q̄ omni dignitate & rebus solennibus eum tanq̄ parentem & amicum colere potuissent. cui non vt inimico contumeliam fecerat: nec turpi eū aut neglectę sepulturę tradiderat. Omnes ergo optima & mitissima regis natura letabantur. vnoquoq; credente talem futuram regis in se prouidentiam: qualem eum in Abner morte videbat. In his ergo gestis Dauid pręcipuam gloriam habere videbatur. Vnde factum est vt nullus suspicaretur Abner voluntate eius occisum. Locutusq; est & ad populum q̄ ipsi quidem tristitia nō fortuita prouenisset optimi viri sauciato morte nec parua detrimenta fore hebręis illius virtute priuatis: qui eos consilijs optimis & virtute manuum contra hostium fortitudinem defendere potuisset. Sed deus inquit cui cura est rerum omnium. non huius sanguinem deseret indefensum. Ego vero noui q̄ Ioab & Abisay saruię filijs nichil pręualeo facere cū sint me ipso potentiores: sed vicem eis reddat pro huiusmodi pręsūptione diuinitas. Igitur Abner hoc modo defunctus est.

Proditio ioab q̄ signo amicitię i terfecit Abner.

Dolositas Ioab in verbis.

Dolositas Ioab in facto.

Notanda verba contra cupidos pricipatus et pecunię.

Maledixit Dauid Ioab occisori Abner eū flēs grauissime.

Sepultus abner in Ebron.

Consolantur amici abner et pacificantur ex ingēti tristicia dauid et honore mortuo ipenso.

Dauid ad populū excusatio de morte Abner.

¶Isbosech mortuum Abner deflens paulopost a suis dolose interemptus caputq; eius ad dauid deportatur. Qui interfectores interfici iubet & interfecti caput inhumari quo facto omnes vltro ad dauid venientes seipsos illi tradunt quos grate suscipiens illis opulentissima conuiuia populo vndiq; conuocato preparauit. Conuiuarūq; in tertia vnctione dauid & regni confirmatione per singulas tribus assignatur numerus.

Capitulum tertium.

¶Isbosech mortuum Abner deflet qui paulopost a suis dolo interemptus est

Audiens autem mortem eius saul filius isbosech non leuiter est afflictus. cum fuisset cognato priuatus: & qui ei causam regnandi prebuerat: multumq; cōdoluit & mortem abner vehementer ingemuit. Sed nec ipse multo tempore super eum vixit: sed filijs Remmon id est Ban & Naa Rechab passus insidias interemptus est. Isti enim cum essent genere beniamitę in priori ordine cōstituti. cogitauerunt quia si perimerent isbosech. maxima a rege dauid dona & principatum militię aut aliud quoddaꝫ munus accipere mererentur. Solumq; reperientes eum meridie dormientem. & neq; presentes esse custodes neq; puellam quę ianuas erat obseruare solita vigilantem: sed & ipsam labore & opere consueto simul & estu in soporē esse conuersam. ingressi domum i qua saul filius dormiebat occiderunt eum/ eiusq; caput abscidentes tota die iter egerunt & velut fugientes eos quos leserant: & festinantes ad eum cui erant sua beneficia prębituri & accepturi securitatem: venerunt in hebron. Ostendentesq; dauid caput isbosech commendabant semetipsos quasi deuotos & iterfectores inimici eius imperij. Ad ille non sicut sperabant eorum scelere delectatus ait. O pessimi viri & vltionem repente suscepturi. nescitis ꝙ ego interfectorem saul peremi: qui mihi eius coronam auream deportauit: licet ille rogatus hoc fecisset ne saul comprehenderent hostes. An certe mutatū me & nequaq̄ huiusmodi esse credidistis: sed quasi letarer cum malignis hominibus & munus crederem pessimas actiones: interfectorū proprij domini & necantium in suo lecto virum iustum qui nihil operatus est mali & vos ipsos in multa prouidentia & honore glorificauit. q̄propter nunc illi quideꝫ debetis penas a me vero excipietis digna supplicia. qui putastis me libenter mortem illius habiturum. Non enim aliter gloriā meaꝫ fedare potuistis: q̄ vt me talia velle crederetis. Cūq; dixisset hęc omni eos tormēto puniri iussit. Caput vero isbosech in tumulo abner honore maximo sepeliuit. His igitur finitis: venerunt omnes maiores natu hebręoruꝫ ad dauid in hebron: & millenarij & duces eorū. tradideruntq; semetipsos deuotione quam circa eū adhuc viuente saul habuerant recordantes pariter & honorem quem eis cum esset millenarius præbuisset necnon & quomodo per samuel prophetam rex a deo fuerat ordinatus & quomodo Hebręorum prouintiam eius dimicatione contra palestinos habita deus liberari concessit. Ille vero hūc fauorem grate suscipiens. rogauit vt in hac voluntate persisterent. nec eos huius rei causa peniteret. His ergo conuiuijs opulentissime saginatis misit vt omnem populum vndiq; conuocarent. Et congregati sunt ex tribu quidem iuda quasi sex milia octingenti ferentes arma & scuta & lanceas. Isti namq; Saul filio ministrabāt. Quibus pretermissis: tribus iuda regem fecit dauid. Ex tribu autem symeon: septem milia centum. Ex tribu Leui: quattuor milia septingenti habentes principes iuda: cum quibus erat princeps sacerdotum sadoch. cum viginti & duobus cognatis & ducibus. De tribu autem beniamin: armati quattuor milia. ¶Hęc enim tribus adhuc sustinebat: credens quemq̄ de genere Saul regnaturum. De tribu autem effrem. viginti milia & octingenti potentissimi & summo robore pręcellentes. de dimidia vero tribu manasse. sexdecim & octo milia. De tribu autem ysachar: ducenti quidem futura pręnoscentes. armati vero viginti milia. De tribu autem Zabulon. armati electi quinquaginta milia. hęc enim tribus sola ad dauid tota conuenit. Isti siquidem eadem arma habuerant. quę & tribus gad. Ex tribu autem Neptalim: viri insignes & principes mille. armis vtentes scuto simul & lancea quos sequebatur tribus sua. quę numero comprehendi non poterat. Ex tribu autem dan: electi viginti septem milia quingenti. Ex tribu aser. quadraginta milia. Ex duabus autem tribubus & media Manasses quę transiordanem habitabāt armati scutis & lanceis & cassidibus & loricis & gladijs centum viginti milia. Sed & reliquę tribus gladijs vtebantur. Hęc itaq; multitudo congregata est ad Dauid in hebron. cum multo apparatu panis & vini & omnium quę ad cibum pertinere noscuntur & vno decreto Dauid confirmauerunt imperium. Cumq; tribus diebus festiuitatem populus celebrasset & in hebron epulas habuisset. exurgens inde dauid cum omnibus venit in hierosolymam.

Interfectores Isbosech caput eius dauid portauerunt.

Iustitia & virtus dauid.

Dauid iterfectores puniri iubet & interfecti caput in humari.

¶Tertia vnctio dauid in regē super oēm israelē.

Numerus conuiuarum in tertia vnctione dauid & regni cōfirmatione.

¶Venienti dauid hierusalem hiebusei irrident/ claudos cecos & leprosos super muros ciuitatis collocantes quos tamen vincit inferioremq; primo ciuitatem capiens commilitones(vt animosiores sint) munera promittit & honores/ Cunctisq; conscendere festinantibus Ioab omnes pręueniens arcem. Syon ascendens militię principatuꝫ obtinuit. Sicq; expulsis hiebuseis hierusalem reedificauit dauid eam hierosolymam appellans quę prius Solima vocata est ipsiq; confederatur hiram munera mittens & dona Quiq; deum consuluit per prophetā palestinis bellū ei parantibus quos victoriose superauit. Capi. iiij.

A ¶ Veniente dauid hierusalē Iebusei irrident claudos cecos & leprosos super muros ciuitatis collocantes quos tū vincit inferioreq; primo ciuitatem capiens comilitōes (vt aiosiores sint) munera promittit & hōres/ Cūctisq; cōscendere festinantibus Ioab oēs pueniēs arcē Syon ascendēs militię principatum obtinuit Sicq; expulsis iebuseis hierusalē reedificauit dauid eā hierosolymā appellās quę prius Solyma vocata est ipsiq; confederatur hirā munera mittens & dona Quiq; deum cōsuluit per prophetam palestinis bellum ei parantibus quos victoriose superauit. Capitulum.iiij.

Iebuseis aūt habitantibus ciuitatē q erāt ex genere chananeorū. & claudentibus eis portas. & cecos aspectu & claudos omnesq; leprosos ad derisionē regis cōstituentibus super muros & dicētibus q prohiberēt eū ceci ingredi ciuitatē: quę tñ agebāt despicientes eū pro maxima munitione murorū. iratus rex hierosolymā obsidere cœpit: & multo studio & labore conari vt eā caperet: quatenus in ipso pricipatus initio suam fortitudinē demōstraret. Interminatus itaq; rex & ipsis & a lijs si qui forte haberent aduersus eū resistendi conamē inferiorē ciuitatē magna virtute cœpit. ¶ Cūq; adhuc arcem obtinere non posset. cœpit honores & munera promittendo rex pronos ad opus belli cū cōmilitones ,puocare vt quicūq; p subiectos colles in arcem cōscēderet eaq; caperet: principatū militię totius populi possideret. ¶ Cūctis itaq; conscēdere festinantibus & nullo labore pro muneris promissi retributione tardantibus saruię filius Ioab preuenit vniuersos. & ascēdēs in cacumīe clamauit ad regem. exigēs militię principatū. Expulsis itaq; rex de summa arce iebuseis & reedificans ciuitatē. ea3 hierosolymā nuncupauit: & omni tempore in ea sui habitauit imperij. ¶ Tēpus aūt quo super tribū iuda habuit principatum in hebron. fuerunt anni septem & menses sex. Cumq; regnū suū constituisset in hierosolymis: rebus potius clarioribus vtebatur: deo sēp meliora ei prouidēte & gloriā eius latius āpliāte. ¶ Inter hęc autē misit ad eū hyram rex tyri. & amicitias cum eo societateq; firmauit. Misitq; ei etiā dona: id est ligna cedrina & artifices viros fabros lignarios & instructores: qui regiam domum in hierosolymis construxerunt: dauid autem superiorem muniens ciuitatem: eiq; copulans arcē vnū vndiq; corpus effecit & cunctā muro circundedit. super opus autem murorū constituit esse ioab. ¶ Primus itaq; dauid iebuseis expulsis. Hanc vrbem nuncupauit hierosolymā. Nam sub abraham nostro parēte solyma vocabatur Quidam vero dicunt q & homerus postea hierosolymam nominauit. Ieron enim hebraica lingua munitio est. ¶ Fuit autem omne tēpus quo Ihesus princeps israhelitarum contra chananeos pugnauit: eisq; deuictis terram eorum diuisit hebręis pręter hierosolymam: vnde israhelitę non potuerunt expellere chananeos vsq; dum eos dauid obsedisset: annorum quingentorum quindecim. ¶ Faciam vero memoriam cuiusdam nomine orphā Ophni viri quidē inter iebuseos valde locupletis qui tamen in obsessione hierosolymorum nō fuerit interfectus a dauid propter fauorē quem habuerat apud hebręos & quoddam beneficium vel studium quod etiam circa regē ipsum ostēdisse videbatur. quę tamē post paululum oportunius declarabo. ¶ Accepit autem dauid extra eas quas habuit alias vxores & concubinas. & filios genuit numero nouem. quos etiam nominauit. Amna alias Samna Acellon/ Natham/ Salomonem/ Iobar/ alias Iobaar/ Hellisel/ alias helieb phalnamna/ alias phalna Iuna/ alias Iuas/ Heliab alias heisalim necnō filiā thamar quorū nouem quidē ex generosis fœminis erāt nati· duo vero quos vltimos nominauimus de concubinis Porro thamar consanguinea fuit absalon. ¶ Agnoscentes itaq; palestini regem factum dauid ab hebręis. venerunt super eum in hierosolymam & apprehendētes conuallē quę vocatur gigantum est enim locus non procul ab vrbe. illic castra posuerūt. Rex autē iudeorum quoniam nihil asq; dei propheta deiq; iussione faciebat: volens agnoscere voluntatem & uelut astipulatorem eum habere. precepit principibus sacerdotum: vt quid deo placeret & qualis terminus foret in hoc loco belli eo consulto prędiceret. Quo prophetante victoriam contra palestinos eduxit exercitum & habita pugnę congressione. ipse post tergū irruēs sup hostes: alios robore magnę virtutis occidit: alios effugauit. Nemo tamen credat modicum fuisse palestinorū exercitū super hebręos: eo q ab hostibus fuerit sic facillime supati & vt nihil aut forte nō dignū aut aliqd mēoria fecerit s3 cūcti sciāt oēm syriā & vniuersos phœnices & sup hęc alias multas expugnatas gentes fuisse hac dimicatione communes. Cuius rei hoc maximum erit indicium. q cum sepius iam palestini deuicti fuissent & de exercitu multa milia perdidissent: sine dubio cum maiori veniebant virtute super hebræos. ¶ Deniq; & hoc pręlio victi denuo cum triplici manu sup dauid venerīt. & i eodē loco castra posuerunt Quo facto. rursus israhelitarū rex consuluit deū de prelij huius euentu. prophetauitq; sacerdos vt i silua quę vocatur planctus retineret exercitum. erant autē nō procul ab hostibus & nec primitus se moueret nec icipet. donec arbores vēto nō flēte mouerētur. Cū vero silua cōcussa fuisset & tps qđ ei predixerat deus aduenisset. i nullo moratus egressus ē q̄si iā ad ppatā certāq; victoriā. Cuius ipetū nō potuit hostiū multitudo sustinere. s3 ,pxia ac pria cōgressiōe i fugam cōuersos passi psequēdo prostrauit quos eqdē psecutus ē vsq; ad citatē gezachē/ alias Gazathenā Nāq; horū terminum & regionē vastauit: di

Dauid veniētes hierusalē irridēt Iebusei claudos cecos & lepsos sup muros ciuitatis collocātes. Dauid inferiorē ciuitatē capiens cōmilitonibus (vt aiosiores sit) munera promittit & honores.

Epilogus tēporis regni Dauid In hebrō Anni septem & menses sex in hierosolia āni. xxxvij vt infra habetur Vnde hierosolima nomiata sit quę prius vocabatur Solima.

Epylogus tēporis a Iosue vsq; ad Dauid. Orphā viri iebuseus Filij dauid Hierusale3 in biblia ponuntur vnde cim & etiam in scola. hy.

Dauid deū consulit per propheta3 palestinis ei bellū parātibus Victoria prima dauid cōtra palestinos.

Secunda victoria ipsius dauid cōtra palestinos dato ei diuinitus signo.

rupit autem eorum castra in quibus multas diuitias comperit: & deos eorum simul exterminauit

¶ Consilio inito de reducenda arche de domo Aminadab in domo Obededom reponitur cui propter eam benedixit dominus quam ad sua regalia fecit apportari fecit dauid quenq; ante eam saltantē plaudentem irrisit Michol quę ex dauid filios non habuit Deinde dauid indignum iudicans se domibus habitare cedrinis archa despecta in tabernaculo templū pro eo voluit ędificare Quod ei deus per Natham prohibuit Sed hoc filio reseruatum fore nunciat. D

Capitulum quintum

Cōsilium de reducenda archa de domo Aminadab in hierusalem.

Hoc igitur bello hmōi qualitate finito: placuit dauid habito cōsilio cum senioribus & pricipibus & millenarijs: vt ex oī prouītia & ex oībus tribubus cūctā pubertatē ad se faceret euocari dei de sacerdotes atq; leuitę exeūtes in cariathiarim: vt archā dei exide in hierosolymā deducerēt. & culturā dei dilectā exiberēt sacrificijs & honoribus quibus moris est placari diuinitatē. Quod si regnāte adhuc saul egissent. nichil mali potuerīt sustinere. Igitur oī populo cōgregato sicuti tractauerāt. venit etiā rex ad archā. quā portātes de domo aminadab. sacerdotes. & iponentes supra vehiculū nouū: eā deducere frēs suos ac filios cū bobus pmiserunt. Rex autem pręcedebat archā & cum eo populus vniuersus hymnū dicētes deo: & totius prouīcię modulatione canentes cū vario sono percussionū: & diuersę saltationis ingenio necnon & psalmis & tubis simul & simbalis archam deducētes in hierosolymam. Et cum venisset ad quendam locum qui vocatur area cedon accedens ad archam oza: repente ira dei percussus est. Nam cum boues declinassent archam extendens ille manum suam & volens eam retinere. cum sacer dos non esset quoniam attigere pręsumpsit extinctus est. & rex quidem & populus vniuersus affligebatur in morte oza. Locus autem in quo defunctus est. oze cōcisio hactenus appellatur. ¶ Metuens autem dauid & cogitans ne forte hoc pateretur ipse si apud se susciperet archam in ciuitatem quę pertulerit oza qui eo q solummodo manum ad eum pertenderat ita videbatur extinctus: archam quidem non suscepit ad semetipsum in ciuitatem sed pręcepit vt in agro viri cuiusdam iusti: nomine obededom genere leuitę reconderetur. tribus mensibus ibi mansit. domumq; obededom nimis ampliauit cui deus pro ea multa dona concessit. ¶ Audiens autem rex quoniam hęc prouenissent obededom & ex priori paupertate & humilitate. opulentię magna vbertate polleret. ita vt zelum circa eum omnes inspicientes haberent. securus q nihil mali pateretur. archam ad sua regalia deportauit. Quam sacerdotes quidem deferebant. septem vero chori quam rex constituerat præcedebant. Ipse autem ludebat incessu atq; plaudebat. ita vt etiam vxor eius melchol filia Saul regis primi videns eum facientem talia deriderat. Deferentes autem archam posuerunt in tabernacula quę ei dauid cōstituerat. Tunc immolauit hostias copiosas atq; pacificas: & omnem populum ad conuiuia conuocauit: ita vt & mulieribus & viris & paruulis distribueret & colliridam panis: & assaturam & agnum frixum & partem immolationis. Cunctisq; populis huiusmodi ępulas habens dimisit: ipse vero domum propriam venit. Cui dum astitisset filia saul melchol eius vxor pro alijs quidem rebus orauit deū vt ei bona pręberet quę ipse propicius conferre potuisset. culpauit vero illum eo q tantus rex ludendo saltationibus ante seruos & famulas fuisset turpiter nudatus. Cui dauid respōdit non vereri facere quę deo placerent: qui vtiq; eum pręposuisset & patri eius & ceteris & ludere sepius & saltare: & nihil quę famulis eius vel ei turpe videretur attendere. ¶ Hec itaq; mychol ex dauid quidem filios minime procreauit iuncta vero ei cui illam pater suus tradiderat a dauid abrepta quinq; filios generauit. de quibus loco proprio declarabimus. ¶ Videns autem rex pene quotidie dei voluntate sua negotia pręmuniri: delinquere se putauit si ipse quidem habitaret in domibus cedrinis & excelsis optima constructione decoratis. archam vero dei in tabernaculo despiceret commorari: ob quam rem voluit templum edificare deo sicut ipse dixerat moyses. De quibus rebus cum locutus fuisset natham prophetę ad faciendum opus aggressus est: tanq ei decus in nominibus cooperator existeret. Et cum iam haberet pręparatam ad fabricam templum materiam. illa nocte deus prophetam natham visitauit in somnis pręcepitq; vt dauid diceret quia voluntatem quidem eius & desiderium approbaret: cum nullus primitus cogitasset ei templum edificare. Et ipso quidem approbanti huiusmodi voluntatem non concedi construere tēplum eo q multis pręlijs decertando esset hostium sanguine maculatus. Post mortem vero eius longa senectute suscipienda faciendum templum a salomone eius filio qui ei foret successurus in regno: cui se ita prosperare sicut pater filio compromisit. & regnum quidem filiorum se nepotibus seruaturum & traditurum. ipsum vero si deliquerit: langore & sterilitate terrę puniēdum. ¶ Hęc vero audiens a propheta dauid. & letus effectus in eo q suis nepotibus regnum permansurum fore cognosceret & q firmissime eius domus clarior foret repente venit ad archam & prostratus in faciem suam adorauit deum. & ex omnibus gratias egit tam pro his quę ipse iam pręstiterat & ex humili ac paupertate tāta regni magnitudie subliarat. & ad glorię culmē euexerat: quā pro regno eius nepotibus pmisso necnon & propter puidētiā quā hebręis & eorū libertati contulerat. ¶ Hęc cum dixisset & deum laudasset abscessit.

Modus quę reducta est archa

Volens Oza tāgere archā obijt

Archa in domo leuitę Obededom recōditur cui benedixit deus.

Archam dauid apportari fecit ad sua regalia p sacerdotes quē āte eā plaudētē irrisit Michol.

Michol filios ex dauid nō hūit.

Dauid indignū iudicās se in cedrinis domibus hitare (archa despecta in tabernaculo, templū pro ea voluit ędificare.

Prohibuit deus per Natham pphetam dauid templum ędificare ipsius tamē voluntatem approbauit.

Gratias agit dauid deo de bona reuelatione.

A ¶ Palestiorũ hita victoria cõtra Moabitas bellũ pat dđ quos deuicẽs eis tributa imponit. Adrazarum q; Sophie regẽ Adadũ quoq; Sirie regẽ (a quo ineo Sirię reges Addadi appellati sũt. sic egyptij ptholomei appellãtur) vicit Sirię regionẽ faciẽs sibi tributariam/aureaq; arma tẽplo dõauit. Emathenu sq; victo, Adrazaro amicitiã dđ & confœderationem procurauit. Fitq; dauid Idumea tributaria. Capitulum. vi.

Ntermissio siquidẽ pauco tpe cogitauit: vt bellũ palestis iferret. & ne vllã pigritiã aut desidiaʒ generi suo ispiceret: vt sicut ei pdixerat subuersis hostibus. in pace de cetero reliqueret nepotibus suis iperiũ. Et cõuocato rursus exercitu. denũciãs vt eẽt patus ad bellũ: cũctis rite dispositis: surgens de hierosolymis venit ad palestinos. quos dũ bello vicisset & multã prouintiã tenuisset ad iecissetq; termis hebreorũ. bellũ cõuertit ad moabitas. Et duas quidẽ ptes eorꝝ exercitus victas dimicãdo cõsũpsit reliquos aũt captiuos accipiẽs: & ãnua eis tributa iponẽs. Rursus cõtra adrazarꝝ filiũ qdẽ arachi. regẽ vero sophie cõuertit exercitũ. de cuius acie hita cõgressiõe circa eufratẽ fluuiũ. pedestriũ quidẽ pemit q̃si vigiti milia. equestriũ quiq; milia: cœpitq; currus eius. quorꝝ plurios icedit: cẽtũ tñmõ reseruauit. ¶ Audiẽs aũt damasci rex syrie adadus q̄ dđ expugnasset adrazarũ. tãq̃ amicus ad eius solatia cũ maxio venit exercitu eũ sicut spabat ab obsessiõe liberaturus: & cõgressus denuo apud eufratem cõtra dđ. bello deuictus est. Ceciderũt ei ferietibus eos hebreis de exercitu adadi quasi vigiti milia virĩ: reliqui vero i fugã conuersi sunt. ¶ Meminit aũt huius regis & nicholaus in q̃rto historiarũ libro sic dicẽs. Post hec aũt trãsacto iã multo tpe quidã puicialiũ noĩe adatius valde fortissimus in damasco & alia syria pter phœnicẽ iperauit: & habuit bellũ contra dđ regẽ iudeę. Cũq; multis pliјs dimicasset nouissime circa eufratẽ victus ẽ: qui tũc optimus regũ robore & fortitudĩe videbaꝛ Ad hęc aũt ẽt eius libero dicit quia post illius mortẽ suscipiebãt ab alterutris & regnũ & nomẽ. his verbis. Illo siquidẽ moriẽte eius nepotes vsq; ad decimã gñationẽ regnauerunt singulis quibusq; a pẽmox in ipso principio r[illegible] ccipiẽtibus sicut i egypto ptholomei. Quorũ tercius vade potẽs & reparevolẽs aui pditionẽ bello [illegible] iudeis vastauit puitiã: quę modo samaria nuncupaꝛ. ¶ Non est aũt hystoriographus veritate priuatus. Hic ẽ vtiq; adatus q pugnauit i samaria regnãte achab aduersus hebreos: de quo post hęc loco suo narrabimus. Igiꝛ dđ castrametatus ad damascũ: oẽm reliquã syrię regiõe suę ditiõi subiecit & munitiões in vniuersa puitia cõstitués tributaq; eos iferre decernens reuersus est. aureasq; pharetras & arma diuersa quę custodes corpis adadi gerebãt deo dicauit i hierosolis: quę postea egiptiorꝝ rex Sesach dũ pugnaꝛet cõtra eius nepotẽ roboã cepit: & mltas alias ex hierosolis secũ diuitias ad ppria deportauit. Hęc siquidẽ dũ i loco pprio venerimus sigula quoq; narrabimus. ¶ Rex igiꝛ hebreorũ deo sibimet cooperãte & oĩa bella subdẽte. ẽt cõtra alias adrazari regis citates castra metatus ẽ id ẽ bachã & michoneas aľs Machoneas q̃s capiẽs magna virtute vastauit. ¶ Inuẽtũq; i eis est: aurũ multũ necnõ & argẽtũ. in sup & es quod auro melius eẽ dicebãt. ex quo etiã salomõ illđ magnũ vas quod mare magnũ vocabaꝛ effecit: & optios cãtaros cũ deo tẽplũ edificasset. ¶ Cũq; rex amascenus alias Emathenus audisset adrazaruʒ & eius exercitum fuisse vastatũ. metuens ne dauid super eũ veniret amiciciјs & fide eũ voluit obligare: misitq; ad eum adarã filiũ suum egitq; gracias q̄ inimicus eius adrazarus fuerit expugnatus vtq; societatem cum eo & amicitias faceret exorauit. cui etiam munera magna direxit. id est vasa antiqua o[illegible] e ratione facta aurea & argentea simul & erea dauid aũt fcõ fœdere cũ Thon regeamasceno. eiusq; dona suscipiẽs: filiũ ipsius cũ honore cõpetenti vtriusq; dimisit: ea vero quę ab illo fuerant destinata & auruʒ aliud & argẽtũ qđ de ciuitatibus diuersis & gẽtibus habuerat subiugatis secũ portãs dicauit deo. Nõ autem ipsi solũmodo dimicãti & exercitũ ducenti victoriã contulit deus sed ẽt misisset Abessa fratrẽ ioab cũ magna manu in idumeã p illã quoq; victoriã ei cõcessit idumeorũ decẽ & octo viros abessa dimicãdo pemit Tũc ei oẽm idumeã rex i sua ditione pcipiẽs: tributa p terra & p vniuscuiusq; capite ab eis accipiebat. ¶ Erat aũt vir naturaliter iustus & iuditiorũ cõtẽplatione verissimus. Pricipẽ vero totius exercitus hũit ioab: ad cõscriptiões gestorũ iosaphat filiũ achil alias Agilud. Instituit autem de domo phinees pricipem sacerdotũ abiathar qui eius aicus erat: scribã vero fecit Saraiã Hic etiam banaię filio ioiade custodũ corporis pbuit pricipatum: Seniores autẽ filiј eius circa corpus & eius custodiam erant.

> ¶ Davíd cõtra Adrazarum regem Sophine quem vincit.
> Victus rex Syrię per dauid.
> Nicholaus hystoriographus de Addado.
> Adadi reges syrię dicti sicut in egypto ptholomei.
> Adadus nepos huius Adadi cõtra Achab bellum habuit
> Syrię regionem dauid tributariã fecit armaq; aurea tẽplo dõauit
> Es auro melius ex quo Salomõ vas qđ mare magnum vocabatur fecit.
> Cõgratulatio regis Thon ipi dauid & confœderatio cum illo
> Officiariorũ dauid nomina.

¶ Recordatus dauid confœderationis & amicitię Ionathę Memphibolech Ionatę filiuʒ (cui & Micham filius erat) conuiuam suum facit paternamq; domum & omnem possessionem condonat eiq; gubernatorem. Sibam constituit & famulum. Capitulum septimum

Ecordatus ẽ aũt ẽt fœderis & iurisiurãdi qđ habuerat cũ ionathã filio saul & amicitiarum atq; studiј illius oblitus non ẽ. Nã iter alia bõa erat ẽt mẽor eorũ quiei pterito tpe bñficia pbuisset Precepit igiꝛ reqri si aliqs de saul gñe supesset: cui retributiõis debitũ p iõathę amiciciјs repẽsaret Et cũ qdã fuisset adductus de domo saul q potuisset scire si quis ex eius gñe adhuc supesset: iterrogauit si aliquẽ noscet viuere de cognatiõe ionathę. vt p bñficiјs illius ei sua mũera repẽsaret. Qui rñdit relictũ eius filiũ eẽ noie mẽphibolech vestigiјs claudicãtẽ. Is eni dũ pr̃ eius & auus nũciati fuissent i bello

> Recordatus dauid fœderis ionathę & amicitiarum quęrit si supersit quis de domo Saul.

cecidisse a nutrice sua raptus. & ea fugiẽte lapsus ex eius hũeris: gressus valde vexarat. Dũq; cognouisset apud quã nutriretur: misit ad amathir i ciuitatẽ Iodabar apd quã ionathę filius alebat. Quo facto. venit mẽphibosech ad regẽ: & ꝓstratus i faciẽ adorauit eũ. Dauid aũt iussit eũ habere fiduciã & sperare meliora. deditq; ei paternã domũ & oẽm substãtiã quã saul auus eius possederat. fecitq; eũ cõuiuã suũ. ꝑcipiens vt nullo die ab eius mẽsa recederet. Cumq; puer adorasset & retulisset gratias pro verbis pariter & pro donis, vocauit dauid siba/dicens paternam se domum & oẽm substantiam saul ionathę filio condonasse. Illi vero pręcepit vt operaretur terrã & collectos redditus vniuersos in hierosolymam deportaret: atq; quotidie ad mẽsam regis deduceret puer. ipsumq; sibã & filios eius quindecim numero & famulos numero viginti. mẽphibosech filio ionathę donauit. Hęc itaq; constituente rege. siba famulus adorans & cũcta se ꝓmittens facturũ esse decessit: ionathę vero filius i hierosolima habitauit: habẽs cum rege cõuiuiũ cui omnis diligentia veluti filio regis exhibebatur. ¶ Habuit & filiũ quẽ appellauit michã Ergo qui relicti fuerant de genere saul & ionathe: hunc honorem apud dauid habuisse noscuntur.

Syba gubernator & famulus cũ familia sua assignatur Mẽphibosech.

Micham filius memphibosech

¶ Dauid ad Ammonitarum regem (eius mortuo patre) pro innouãda amicitia nuncios mittit quos iniuria afficiens media barbę abscissa parte vestiumq; parte ad dauid remittit vnde iratus dauid contra ammonitas Ioab cum exercitu mittit quos vincit & Syrios qui ad eorum solatium aduenerãt Mesopotamitę quoq; cognita victoria sese dauid tradiderunt. Capitulum octauum

Dauid nuncios mittit ad ammonitarum regem patre eius mortuo pro innouanda amicitia.

Rex Ammonitarum dauid seruos iniuria afficiens barbę mediam partem radens & vestium partem abscindens quare contra eos bellũ paratur.

Ioab cõtra Ammonitas.

ILlo siquidem tempore naas amico dauid ammonitarum rege defuncto. eiq; filio in regno succedente. misit dauid vt eum consolaretur. mortem patris leuiter ferre monens: vtq; amicitię q̃s cum patre eius habuerat permanerent. Quod principes ammonitarum mala voluntate & nõ secundum Dauid consilium susceperunt & exacuerunt regem suum dicẽtes exploratores misisse dauid qui eorum prouintiam & exercitum clemẽtię occasione cognoscerẽt: & cauenda eorum colloquia sua serunt. ne incaute periculum alicuius calamitatis incurrerent. ¶ Hæc itaq; credens bene tractasse suos iudices ammonitarum rex. legatos qui a dauid missi fuerãt grauissimis affecit iniurijs. Radens enim medietatem barbę eorum & vestium medietatem abscidens. relaturos operibus & non verbis dira responsa dimisit. Rex autem israhelitarum hęc cognoscens indignatus est. & iniuriam factam sibi nequaq̃ despiciens contra ammonitas parauit bellum. vt contumeliam quę fuerat legatis suis imposita regis periculo vindicaret. ¶ Porro necessarij regis ammonitarum & principes videntes quia fœdera dirupissent: & pœnas pro tali pręsumptione deberent semetipsos ipsos ad pręlia pręparabãt. Tunc vero mittentes ad Syrũ mesopotamię regem mille talenta sociũ eũ sub hac mercede fieri poposcerunt. Habebant autẽ isti reges pedestrium viginti milia Conduxerunt autẽ & regem prouintię Maacha: & quartum nomine Abistoch sed & isti habebant duodecim milia armatorũ Dauid autem non expauit neq; horum solatiũ neq; ammonitarũ exercitum: securus de deo qui iuste contra eos erat pro eius iniuria pugnaturus. Et cum dedisset ioab principi militię florem totius exercitus. misit eum contra illos ad pręlium. Qui circa metropolim ammonitarum caramacham veniens: castra fixit. Hostibus igitur egredientibus & aciem non simul sed in duas partes disponentibus: quorum auxiliatorum quidem manus in campo curio cõstituta esse videbatur. ammonitarum autem exercitus circa portas aduersus hebręos videns hoc Ioab contraria molitione tractauit. & fortissimos quidem viros eligens: se opposuit syro & regibus qui cu3 eo erant: reliquam vero partem fratri suo tradidit Abisai vt contra ammonitarum aciem dimicaret: dicens vt si videret syros sibi & pręualere & fortiores esse. acie conuersa ferret ei solatia: si autem illum ammonitę opprimerent ipse eum similiter adiuuaret. Cumq; inuitasset fratrem atq; rogasset vt magnanimiter & fiducialiter ageret vniuersa: & grauem verecundiam metuens decertaret. illum quidem cum ammonitis pugnaturum dimisit: ipse autem syros aggressus est. Qui primo quidem fortiter restiterunt. Multos tunc eorum peremit ioab: omnes autem conuertit in fugam. Quod videntes ammonitę metuentes q; Abisai & eius exercitum non restiterunt sed suos socios imitati sunt & in ciuitatem repente fugerunt. ¶ Hostibus igitur ita deuictis: ioab ad regem claro triumpho in hierosolymã remeauit. Hęc igitur deuictio nõ persuasit ammonitis vt bello quiescerũt. neq; tũc cognoscerẽt victores & a pręlijs abstinerẽt. sed mittentes ad regẽ syrorũ Adadezer trans eufratẽ eũ ad solatia cõduxerũt: qui hẽbat quidecim principẽ militię Sobach pedestriũ vero octingẽta milia & equitũ mille. Cognoscens aũt hebręorũ rex rursus ammonitas tm̃ exercitũ cõgregasse. nõ aduersus eos perduces suos pugnare decreuit. sed ipse cũ oĩ virtute trãsiens iordanẽ fluuiũ eis occurrit. Et cõgressus in pugnã vicit egregie & iterfecit pedestrium milia quadragita: equitũ vero vsq; ad septigẽtos. Prostrauit autẽ in acie principẽ militię chadam nomine Sobach cũ quo vulnere mortuus esse dinoscitur. ¶ Mesopotamię vero dum pugna fuisset hoc modo determinata: tradiderum se dauid & dona miserunt ei: & ille quidem saluus est reuersus in hierosolyma3.

¶ Victoria ioab contra Syros.

Fuga ãmonitarũ

Mesopotamitę se tradũt dauid.

¶ Adulterante ocioso dauid cum bersabe vxore vrię ad occultandum adulterium ipsum vriam de pręlio reuocat vt vxori copuletur quod rennuit indignum iudicans cum vxore requiescere duce suo

& commilitonibus inter hostes commorantibus Quo facto contristatus Dauid ad Ionatham scribit vt vrias in belli periculo ponatur qui litteras portans in bello ab Ammonitis occiditur quo occisio Dauid bersabe accepit vxorem Cuius peccatum deus per Natham parabolice primo deinde manifeste redarguit Cuiq; penitenti & peccatum confitenti deus fecit misericordiã/ Languescenteq; bersabeę filio grauissime contristatus dauid & eo mortuo tristitiam deposuit postea quoq; ex bersabee. Natus est Salomon.

Capitulum nonum

Cum autem ver inchoasset misit dauid principem militię ioab: vt cum ammonitarũ gente pugnaret. Ille vero proficiscens omnem eorum depopulatus est regionem: & ipsos in metropoli Rabach clausos obsedit. Contigit igitur ea tempestate dauid pessimumvitium cum esset natura iustus atq; religiosus: & patrias leges magna virtute seruaret. Hic enim dum hora meridiana iam ad vesperam declinante in superiora regalia solito more deambularet vidit mulierculaʒ specie valde pulcherrimam: & cunctis fœminis pręponendam in domo propria aqua frigida se lauantem nomine bethsabeę. Cuius mulieris pulchritudine conspiratus concupiscentiam retinere non potuit. Quam dum vocari fecisset cum ea concubuit. Quę concipiens misit ad regem & vt cogitaret insinuauit quatenus comissum scelus potuisset abscondi. ne secundum leges patrias moreretur adultera. Dauid autem virum eius nomine vriam qui erat armiger ioab. de obsessione bellica fecit euocari. Quo veniente de exercitu hunc de obsessione requirebat. Illo autem referente omnia ei prospera prouenire tollens epulas de conuiuio dedit: iussitq; vt pergens ad suam cõiugem in eius recubaret amplexibus. Vrias autem hoc quidem non fecit dormiuit autem inter alios armigeros regis. Quod dum cognouisset rex requisiuit cur post tantum tempus propriam non venisset ad domum: nec ad vxorem dum omnes de peregrinatione remeantes hanc habebant voluntatem. Cui respondit. non esse iustum vt dum commilitones eius & dux inter castra & in hostium regione dormitarent: ipse cum vxore propria requiesceret: & epulis indulgeret. Et dum ille hęc dixisset pręcepit. vt illa die ibi maneret. altera vero die pergere dimitteretur ad ducem. Vocatusq; rursus ad cœnam vrias a rege & ad ebrietatem vsq; deductus. inuitante eum rege studio frequenti ad copulam. nichilominus iterum dormiuit ad ianuas regis: nullo desiderio concitatus vxoris ¶ Quo facto rex nimie contristatus. scripsit ioab de vria quasi in eo deliquerit. pręcipiens puniendum Significauit etiam vltionis modum ne fieret ipse in suo scelere manifestus. dicens vt in parte qua esset hostium grauis manus & posset pugnando periculum sustinere. ibi eum poneret. Et commisso prelio iuberet cunctos ab eo recedere: vt solus in mortis periculo remaneret. Et cum hoc scripsisset & suo signaculo munisset epistolam. ioab deferendam dedit vrię. Ioab autem litteras suscipiens & voluntatem regis agnoscens: ad locum vbi hostes nouerat fortiter imminere. vriam cõstituit. Dedit itaq; ei quosdam militum optimorum: seq; dixit omnium virtute solatia prębiturum. si forte possent partem muri deijcere & ad interna ciuitatis intrare. Quem petijt vt cum esset miles valde fortissimus: & apud regem gloriam & omnem exercitum haberet. ad hoc non dedignatus accedere: sed potius huiusmodi res agere congauderet. Cumq; vrias fiducialiter agere promisisset assumptis secum seorsum cum eo pugnaturis dixit vt eum solum facta incursione hostium desererent. Hebręis igitur ad ciuitatem accedentibus ammonitę metuentes ne in illo loco in quo vrias constitutus erat venientes inimici muros ciuitatis ascenderent. eligentesq; fortissimos viros: & repente portas aperientes: magno cursu & impetu inimicos aggressi sunt. Quod dum vidissent. omnes qui erant cum vria sicut predixerat eis Ioab recessere post tergum. Vrias autem dum confunderetur & fugere aciemq; deserere sustinuit hostes. & impetum eorum viuacitate sua suscipiens. peremit quidem non paucos. Circundatus autem & captus in medio: vulneratus interijt: cum quo etiam quidam alij de socijs sunt extincti. ¶ His ita gestis nuncios ioab misit ad regem: precipiens eis vt dicerent q̄ studuisset quidem capere ciuitatem & cum accessisset ad murum multis ibi cadentibus abcessisset: & si quidem irasceretur: vrię mortem pariter indicarent: Hęc audiente rege & grauiter ferente. & dicente eos incaute fecisse vt ad murum vrbis accederent: cum magis debuerint per cuniculos aut alias machinationes capere ciuitatem: dum vtiq; exemplum haberent filij gedeon abimelech: qui dum turrim Thebes expugnare vellet. violenter a sene muliere petra percussus probaretur extinctus & cum esset vir fortissimus propter difficultatem rei turpiter sic peremptus: q̄ memoria oportuisset eos muros hostium non adire: cum sit optimum apud omnes vt ea quę geruntur in prelijs seu bene seu male memoria teneantur quatenus alia quidẽ imitanda sint. alia fugienda. Cumq; hesitaret rex. & de casu bellico cogitaret. vrię morte a nuncijs indicata. repente ab indignatione cessauit iussitq; vt reuertentes ioab dicerent humanum esse quod contigit. & bella huiusmodi semper habere naturam mutabilem: vt aliquando quidem inimici superiores sint aliquando vero subiecti. De cetero in oppressione prouidendum ne denuo in aliquam partem delinquerent. sed vallis & diuersis molitionibus obsiderent & pręualentes ciuitatem quidem omnino subuerterent & habita-

Adulterium dd̄ occisi cum Bersabeę vxore vrię

Dauid vocat vriam ad occultãdum adulteriuʒ vt cum muliere copuletur.

Renuit vrias cũ vxore dormire duce suo & commilitonibus ĩter hostes morantibus

Scripsit dauid vt vrias ĩ belli piculo ponatur.

Vrias ab Ammonitis occidit̄ socijs fugientibus

Memoria pręteritorum necessaria in exercẽdis prelijs.

Bella naturã habẽt mutabilem.

Dau'd bersabeę occis vria accepit vxorem.
Deus Nathā p̄phetę apparuit regis peccatum culpans.
Parabolica Dauid per Nathan reprehensio.
Iudicium dauid in seipsum.
Exponit Nathā parabolem.

tores omnes pariter trucidarent. Nuncius itaq; Ioab ea quę fuerant a rege dicta portabat. ¶ Vxor autem bethsabeę mortem sui viri cognoscens multis eum diebus fleuit. Quiescente vero tristitia eius & lachrymis mox eam rex accepit vxorem. & filius masculus ex ea processit. Quas nuptias deus non libenter inspexit. sed iratus contra dauid. apparuit in somnis Nathan prophetę. regem culpans in his quę male commiserat. Nathan autem cum esset vir vrbanus & sapiens & cogitaret quia reges dum in iram incitantur amplius eam q̄ iustitię iura respiciunt. interminationes quidem dei tunc tacere decreuit. & alia viro verba vtilia loqui disposuit & dicens ei huiusmodi causam: quid de ea sentiret manifestum sibi fieri postulabat. Duo inquit homines in vna ciuitate degebant quorum idoneus vnus erat. & multos greges iumentorum boumq; & ouium possidebat. Alter pauperculus qui vnam tantummodo agnam habebat quam cum suis filijs enutriebat cum qua etiam cibis proprijs vescebatur & quam non aliter q̄ filiam diligebat. Cumq; hospes ad diuitem venisset nihil de suis pecudibus voluit occidere vt epulas amico daret: sed misit ad agnam pauperis & eam sublatam peregrino conuiuium ministrauit. Hic itaq; sermo vehementer commouit regem. malignumq; pronunciauit illum hominem coram nathan qui talia perpetrasset & quadruplum dixit pro agna iuste redditurum & super hoc morte multandum. nathan autem respondens ait ipsum esse quem ille pati talia decreuisset quia opus malum valde commiserat. Reuelauitq; ei & aperte manifestauit iram dei qui eum regem cunctorum fecerat hebræorum & omnium in circuitu gentium multarum atq; magnarum constituerat dominum & a manibus Saul antea liberauerat dederatq; ei coniuges quibus iuste & legaliter fuerat copulatus. sed quia deum spreuisset & impie conspexisset vxorem & virum eius necandum hostibus tradidisset ideo eum penas exsoluere: & vxores eius ab vno dicebat filios violentias sustinere. sed & ipsum fore eius insidijs expellendū. Et dum eius peccatum occulte fuisset gestum illud cunctis videntibus ageretur moriturumq; pariter & puerum qui ex ea esset procreatus. In his ergo rege turbato & valde confuso: & cum lachrymis & tristitia impie se egisse confesso: erat enim deicola vir qui nichil omnino in sua vita pręter in casu vxoris vrię deliquerat: miseratus est deus & reconsiliatus ei seruaturum se eius vitam regnumq; pollicitus est. agēti penitentiam de his quę fuerant male gesta. Cumq; regi Nathan hæc prophetasset. domum reuersus est. ¶ Puerum vero qui de vxore vrię fuerat generatus grauis diuinitus languor inuasit pro. quo rex nimis afflictus cum a cibo septem diebus abstinuisset adhortantibus sepe famulis non commedit. Sed & vestibus atris indutus: atq; prostratus in cilitio iacebat in pauimento: & deo pro salute pueri supplicabat: quia valde eius amabat matrem. Septimo vero die puero moriente non pręsumebant hoc famuli regi nunciare cogitantes quia si nosceret: a cibo & ab alia sui diligentia potius abstineret. tanq̄ in luctu mortui filij constitutus quippe cum eo languente talia pre tristitia pertulisset. Sentiens autem rex famulos pertubari & ea pati quę pręcipue solent aliquid celare volentibus prouenire intelligens mortuum puerum: & vocans vnum de famulis. ac veritatem audiens repente surrexit: & sumens candidam vestem venit ad tabernaculum dei. iussitq; sibi cibos apponi. Quo facto multus stupor eius cognatos & famulos apprehendit: quia cum nichil horum puero languente fecisset eo mortuo simul hęc omnia celebraret Cumq; ab eo huius facti causam requirerent: asserens eos nimis indoctos ait q̄ adhuc viuente puero dum spem salutis eius haberet omnia faciebat credens per hæc placare diuinitatem quo deficiente a vita tristitia nichil prodesset. Quod cum dixisset. regis sapientiam laudauerunt. ¶ Post hæc autem ingressus est ad mulierem bethsabeę Quę concipiens: masculum filium procreauit: quem iubente nathan propheta salomon appellauit.

Penitenti dauid deus dat miam.
Puero bersabeę languescente cōtristatus est rex dauid quo mortuo tristicias deposuit.
Causa tristicię depositionis dauid i morte pueri qui tantū tristabatur i lāgore
Natus salomon ex bersabeę.

D — 2. r. c. — E — 2. r. c. xij. — F — 2. F. xij.

¶ Dauid Ammonitas victoriosissime superante Rabach ciuitatē depopulauit coronāq; regis Ammonitarū pręciosissimā tulit quā sp decetero in capite gestabat Dauid. Quo reuertente in hierusalem Thamar filia sua Absalon soror ab Ammon fratre turpiter amata stupro & violentia defloratur quamq; statim odio Ammō persecutus obprobriose expulit. Quod vbi Absalon cognouit eam in domo recipiens tandē fratrē Ammon pro sororis stupro insidiose iussit occidi Dauidq; filij audita morte maxime tristatus est Absalon quoq; interempto fratre ad maternum auum fugit in Gessur. Capitulum. x.

Porro ioab ammonitas obsessione fortiter affligebat aquā eis auferens & rerum ceterarum vbertatem multumq; eos cogebat cibi & potus inopia laborare Ex modico namq; puteo bibebant cēs & licet illis forte esset auxiliū: ne tñ deficeret. nō eo largius vtebātur Quo facto scripsit hęc regi. significans & rogās eū vt veniret ad ciuitatē quatenus victoriā suo nomini designaret. Quod dū scripsisset ioab. approbās eius voluntatē rex & deuotionis fidē sūpto secū exercitu venit vt Rabach depopularet vrbē. Hāc dū bellica lege cœpisset milites eā vastare pmisit Ipse vero tulit coronā regis āmonitarū habētē pondus auri talētū & lapides pręciosos & i medio sardonicem quam semper dauid gestabat in capite. Multa siquidem & alia preciosa in ea comperit ciuitate. viros aūt eius tormentis affecit. Hoc itaq; modo etiā alias ammonitarum vrbes q̄s cœpit euertit.

¶ Dauid contra Ammonitas nūciāte Ioab venit quos victoriosissime supauit Rabach ciuitate depopulata. &c.

A ¶ Reuertente igitur in hierosolymam rege: domus eius turpi vitio maculata est. Erat enim illi filia virgo nomine thamar: pulchritudine valde precipua ita vt omnes speciosas euinceret. Huic autem frater erat Absalon ex vna genitrice procreatus. quam ammon filiorum Dauid senior concupiuit. Et cum neq; propter virginitatem neq; propter custodiam eius suo posset desiderio prævalere: crudeli percussus vulnere carpebatur. Cumq; eius corpus interiore languore tabesceret. & iam magis colorem permutaret: innotuit Ionathę cuidam cognato eius pariter & amico. Erat vir iste sapiens: & intellectu nimis acutus Videns ergo quotidie ammon non naturale corpus habentem. accedēs interrogauit vt ei causam huius rei ediceret: dicebat arbitrari se hæc illum amoris occasione perferre. Cumq; confessus fuisset ei Ammon passionem suam & quia sororem suam consanguineam concupisceret: consilium ei suum desiderium adipiscendi hoc modo dedit. monens vt egritudinem simularet & venientem ad se patrē peteret. vt ei sororem destinaret. vt competens egro tanti ministerium exhiberet. Quod si fieret: priuaretur citius a langore. Ammon ergo ponens semetipsum in lecto secundum ionathę consilium simulabat infirmitatem. Et dum ad eum visitandum venisset pater poposcit vt sororem ei dirigeret. Quam cum pater incunctanter iussisset adduci: ea veniente pręcipit vt ei manu sua faceret panes frixos suauiter sedicens ex eius manibus commessurum. Illa vero (vidente fratre, conspersa farina faciens collíridas easq; frigens obtulit fratri. Et ille quidem nequaq̄ gustauit sed iussit famulos vt omnes a domo repellerentur: vt quasi facta quiete dormiret. Cumq; famuli quod iusserat impleuissent. iussit sororem vt ei cibum ad interiorem locum domus afferret. Quod dum puella fecisset. Apprehendens eam vt cum eo concumberet suadere temptabat. Puella vero clamabat dicens. Noli violentiam facere: nec impietatem mihi frater inferre noli leges transcendere & te iniquissima confusione miscere. sed quiesce a tam iniusto & sceleratissimo desiderio ex quo obprobrium & turpitudo nostrę domui perpetua conferatur adijciens quia si de hac re loqueretur patri. coniugium eius non denegaret ei. Et hæc quidem dicebat volens ad pręsens impetum eius petulantem declinare: At ille nō acquieuit sed nimietate amoris eius inflammatus & robore eius passionis valde perplexus vim intulit ei. Quem repente odium post stuprū sororis inuasit & iniuria perpetrata: eam surgere & abire pręcepit. Cumq; illa in hoc deteriorem proclamaret iniuriam sibimet irrogatam. nec vsq; ad noctem eam manere permitteret: repente eam iussit inde recedere. vt etiam testimonium suę confusionis incurreret. Qua resistente: iussit famulo. vt eam prorsus expelleret. Illa vero dolens iniuriam simul & violentiam: dirupto collobio quibus antiquę virgines vtebantur: habente manicas: & ad talos vsq; perfuso: ne facile viderentur. & cinere asperso capite ibat per mediam ciuitatem clamans & ingemiscens violentiam sibimet irrogatam. Ad quam dum venisset frater Absalon: requisiuit qua causa pro veniente hoc ageret. Et cum sibi factam dixisset iniuriam. quiescere & mediocriter ait ferre germanam: & iniuriam non putare q̄ corrupta fuisset a fratre. Cui dum satisfactum fuisset: clamare & violentiam suam multis indicare cessauit: & multo tempore apud fratrem absalon vidua permansit. Quod dum cognouisset dauid doluit quidem sed cum ammon seniorem filium valde diligeret: eum noluit contristari. Quem absalon crudeliter abhorrebat & latenter opportunum tempus vltionis delicti illius expectabat. ¶ Igitur secūdus iam annus corruptionis sororis eius accesserat. & cum greges suos tonsurus ascenderet in ciuitatem Balasor: est autem hæc in sorte tribus efrem: rogauit patrem vt cum fratribus ad eius conuiuium conueniret. Quo recusante ne illi grauis videretur existere vel fratris dirigit supplicauit. Quibus destinatis. iussit abſalon famulis proprijs vt cum viderent ammon ebrietate dissolutum. nullo anuente interficerent eum nullumq; metuerent. Quo facto grauis terror cunctos fratres & tumultus inuasit & de se quoq; singuli formidantes: ascēdentesq; in eqs reuertebantur ad patrem. Quidam vero pręcedens nunciauit patri. quasi cunctos fratres interfecisse absalon. Tunc dauid (quasi omnibus vere simul extinctis & hoc a fratre) tristicia (que vsq; ad mortem fere videretur amara) nimis inuasit. Eo dolore neq; causam requisiuit nec aliud quicq̄ post hoc tāti mali facinus cognoscere voluit neq; sustinuit sed repente veste dirupta prostratus in terra iacebat lugens vniuersos filios & qui mortui nunciati fuerant & simul qui eos occiderant. Ionadab vero filius Samaa fratris Dauid consolabatur eum vt a tristicia tanta recederet: nec crederet alios filios interemptos. quia nec causa talis existeret. sed esse credibile quia hoc fecisset Absalon in solum Ammon propter Thamar sororis suę iniuriam. Inter hęc autem sonus equorum & tumultus quorundam venientium eos attentos fecit. Erant autem filij regis qui conuiuio fugiebant. His lugentibus tristis pater occurrit. & præter spem videns quos ante paulum perisse crediderat: amplexatus est eos. Erat itaq; cunctis luctus & gemitus. illis quidem super mortuo fratre. regi vero super filio interempto. ¶ Absalon autem fugiens in gessur ingressus est ad auum maternum. virum prouincię illius potentem. apud quem trium annorum tempore commoratus est.

Thamar Absalon soror ab ammō fratre turpiter amata.

Consilium Ionathę datū ammō

Stuprum & violētia āmon i thamar quā statim odio psecutus ē

Desolatio Thamar a fratre violatę.

Absalon ,ppter raptū sororis insidiosę occidi facit Ammon.

Maxima dauid tristicia audita morte filiorum.

Absalon intere pto fratre fugit ad māternū auū

¶ Ioab Absalon reuocare procurante mulierem etate prouectam ad regem destinauit quę sub pa-

rabola ipsius absalon a rege vt Absalon in hierusalem rediret (cuius cesaries octo diebus vix tōderi potuisset) impetrauit. Sed cum patris faciem videre prohiberetur Ioab negligētis perfectam cum patre reconsiliationem facere segetem incendi pręcepit Sicq; tandem reconciliatus est patri. Capitulum.xi.

Ioab dauid incitauit ad reuocādum Absalon. Parabola mulieris a Ioab edoctę pro reuocatione Absalon. Applicatio parabole.

D 21.c.

CVmq; dauid voluntatem haberet vt ad reuocandum absalon filium destinaret non ad vindictam quando erat ira longo tempore leuigata. ad hanc rem militię princeps ioab eum potius incitauit. Preparauit enim mulierem quandam iam etate prouectam: vt eum sub scemate luctus interpellaret: & huiusmodi verba proferret. Quę ait. Duo filij mei rex in agro fuerant in contentione conuersi: nulloq; pręsente qui eos placere potuisset: ab altero alter percussus interijt. Cognatis autem interfectorem petentibus & volentibus eum occidere supplico vt mihi salutem filij pręcipias condonari nec reliquam spem senectutis meę auferri. & prohibeas cunctos qui meum filium interficere moliuntur. Non enim aliud illi poterunt sequi. nisi q timor regis impetrauerit Rege siquidem mulieris pręcibus annuente. respondens mulier. denuo regi. gratias inquit ago tuę benignitati qui meam miseratus es senectutem & pene sine filijs desolatam filium habere fecisti. Sed vt firma mihi sint tua dona clementię. pręcor tuo filio esto propitius. eiq; remitte delictum. Quomodo enim creditura sum securitatis mihi in hoc prębuisse beneficium: cum te videam in causa simili cum tuo filio semper manere iratum. Fedum namq; est vt cum vnus contra voluntatem patris mortuus sit. sponte huic casui apponatur & alius. ¶ Intellexit itaq;. rex hoc consilium studio Ioab immissum: & interrogata muliercula: dum cognouisset hoc verum esse. reuocans ioab: ait impetrasse studij sui votum eumq; absalon reuocare præcepit. Non enim circa eum iam vlterius dixit se esse crudelem sed iram indignationemq; remittere. Ille vero cum adorasset regem. & eius sermonibus gratias retulisset. repente profectus est in gessur. & assumpto absalon in hierosolymam reuocauit. ¶ Pręmisit autem rex dum venire filium cognouisset. & pręcepit vt ad domum propriam remearet. Non enim iustum esse credidit: vt mox venientem susciperet aut videret Ille vero patre iubente eius declinauit aspectum cui tamen a familiaribus debitum exhibebatur officium. ¶ Huius itaq; pulchritudo licet in tristicia positi. diligentiam competentem regis filio non habentis nequaq deposita est. sed erat speciosus & splendebat omni decore. & corporis magna proceritate ita vt eos qui erant in epulis constituti transcenderet. Cuius capitis tanta erat cesaries vt vix octo diebus tonderi potuisset: & erat tonsura eius pondus ducentorum siclorum qui faciunt quinq; mnas. ¶ Habitauit autem in hierosolymis annis duobus habuit tres filios masculos: & vnam filiam nimis speciosam quam rex postea roboam salomonis filius accepit vxorem: ex qua natus est puer nomine Abias. ¶ Inter hęc itaq; mittens absalon ad ioab poposcit ab eo vt perfecte placaret patrem & peteret quatenus eum ad suum aspectum & colloquium reuocaret. Negligente vero ioab: & mittens aliquos suorum confinem eius segetem incendit. Quod cum ille cognouisset: ad absalon venit culpans eum: & ex eo causam huius rei inquirens. Cui respondens ait. Hoc consilium comperi vt te ad nos adducere potuissem. neglигentem verba quę tibi pro paterna recōsiliatione mandaueram. Quapropter pręsentem te deprecor vt mittiges genitorem meum. Ego namq; peius a fuga esse iudico huc me modo venisse patre michi hactenus irascente Ioab autem necessitatem eius agnoscens & miseratus mediator extitit apud regem eiq; locutus de filio: egit vt libenter eum repente susciperet. Quo veniente & in terram prostrato ac supplicante vt peccati veniam impetraret. porrecta dextera alleuiauit eum & gestorum obliuionem se habere pollicitus est.

Regressus absalon in hierusalē qui tamen faciē dd tūc non vidit. Pulchritudo absalon. Cesariei pōdus quę vix octo diebus tonderi potuisset. Filij absalō tres & filia vna. Neglīgētes ioab recōsiliationem. Absalon cū patre dauid seges a seruis Absalō incenditur. Perfecte reconsiliatus absalon dauid patri.

E. 21.c.

F

¶ Rreconsiliatus patri Absalon. dolose contra patrem coniurauit nitens paternum regnū vsurpare Cui Achitosel fauebat in malo Tunc quoq; audita Absalon regni vsurpationem fugit dauid de hierusalem relictis vxoribus quem fideles ministri secuti sunt inter quos Chrisi fidelissimus dauid amicus erat qui ipsius dauid pręcepto ad Absalon (vt eius secreta consideraret) redijt Siba quoq; Mēphibolech seruus silon magistrum suum seditionis contra dauid participem accusat sicq; domini sui hereditatem impetrauit Semei insuper ipsi dauid obprobria & iniurias inferebat quas dauid tulit patienter. Capit.xij.

Simulatoria absalon deceptio vt corda hominum ad se traheret & fauorez Cōiuratio Absalon cōtra dauid prem dolose nitētis paternum vsurpare regnū

21.c.

ABsalon autem dum hoc fuisset ei a patre concessum: in paruo tempore multos equos & currus instituit & armigeros quinquaginta. & diebus singulis surgens diluculo ad regalia veniebat: & qui causas habebant & minores inueniebantur in eis delectabiliter loquebatur: quasi non habente bonos consiliarios patre. sed iniustos in suis sentencijs existentes: quorum iuditio grauarentur. Pro qua re fauorem sibi omnium collocabat. addijciebatq; pariter dicens quia si haberet hanc potestatem ipse cuncta sub legum equitate disponeret. Hęc itaq; agēs populo sibi placato cū iam deuotionem cunctorum se obtinuisse consideret ¶ Post reconsiliationē patris annis quattuor iam transactis supplicauit vt ei pater in hebron ire permitteret. quatenus commissa deo sacrificia celebraret: quę fugiens deuouisset. ¶ Dauid ergo concedente profectus est. Ad quem multus populus eo inuitante confluxit. Aderat autem ei & consiliarius dauid achitophel Giloneus: & ducenti viri ex hierosolymis

A nescientes quidem huiusmodi conamen: se velut ad sacrificium euocati. Hoc itaq; cõsilio rex ab oĩbus est ordinatus. Quod dum fuisset nunciatum dauid & inopinabiliter hoc fecisse filium cognouisset metuẽs impietatem presumptionemq; eius miratus quia nec peccati veniam recordatus est sed super illa scelera potiora & iniquiora commiserat: primo quidem vt regnum a deo datum vellet auferre secundo vt patrem vita priuaret deliberauit vt fugeret transiordanem. Et vocatis amicis ac necessarijs & de filij superbia eis participato consilio cunctaq; cõmitttens deo decem concubinas custodes regaliũ derelinquens discessit ex hierosolimis & alia multitudine fiducialiter cum eo egrediente simul & secẽtis viris armatis qui saul viuente fuerant ei i fuga priori participes. Abiathar autem & sadoch sacerdotibus & omnibus leuitis volentibus simul egredi cum archa domini suasit magis vt in ciuitate consisterent: cum eum posset deus etiam archa non portata liberare mandauitq; vt ei latenter gesta queq; nunciarentur. Habuit autem fideles ad omnia ministros achiniam filum sadoch & ionatham filium abiathar. Etbai autem getheus cum eo profectus est licet dauid eum in ciuitate manere voluisset. Cui dum acquiescere noluisset ei puritatem potius suę deuotionis ostendit. ¶ Ascendente autem dauid per montem olimeti nudis pedibus & cunctis cum eo flẽtibus: nunciatum est achitophel esse cum absalon & eius parti fauere. Quod dum audisset tristitia eius magis accreuit: deumq; rogabat & eum supliciter orabat. vt alienaret mentem absalon a consilijs achitophel. Formidabat enim ne contra se ei 15 dando consilia pręualeret. Erat enim vir ille astutus & ad prospiciendam vtilitatem nimis acutus. Cumq; in montis verticem peruenisset ciuitate respecta cum multis lachrimis quasi amisso regno domino supplicabat. Occurrit autem equidem vir fidelis nomine chusi & ipse amicus. Qui cum eum vidisset scissa veste & asperso capite cinere flentem atq; lugentem: consolatus est eum & a tristitia cessare poscebat: & post hęc supplicabat vt iret ad absalon quasi ei consentiens & eius secreta consideraret 16 consilijsq; resisteret achitophel: quia si cum dauid pergeret tantum prodesse non posset. Obediens il-B le dauid eo relicto venit in hierosolimam: quo etiam non post multum venit absalon. ¶ Paululum itaq; exinde procedente dauid siba famulus memphibosech quem curatorem instituerat possessionũ quas donauerat filio ionathę occurrit cum duobus asinis oneratis rebus in itinere necessarijs ex quibus ipse & qui cum eo erant refici debuissent. Requirente vero dauid vbi reliquerit memphibosech ait in hierosolimis expectantem ordinari se regem in pręsenti seditione propter memoriam beneficiorum saul. In his autem indignatus dauid omnia quecumq; gesserat memphibosech: sibe donauit multo iustius esse credens vt hic q̃ ille potius hęc haberet. Et siba quidẽ hoc facto gauisus est. ¶ Igitur veniente dauid in locum choram progressus est quidẽ de cognatione saul noĩe semei filius gere & lapidabat eum ac pessimis sermonibus accusat circunstantibns aũt amicis adhuc amplius blasphemat: & sanguinarium multorumq; malorum dicebat auctorem: increpans eum quatenus ex illa terra velut pollutus excederet: deo gratias referendo qui eum priuasset reguo per proprium filium pro eo ꝙ peccasset in dominum et in eum rite penas exiget. Omnibus autem super eum mota iracundia prouocatis & pręcipue abisai volente interficere semei dauid eum ab ira retinuit dicens ne malis p̃sentibus opus nouę occasionis adijciamus. Non enim circa hunc rabidum canem michi respectus aut pudor est: sed ad deum intendo propter qnem iste super nos ita videtur inuectus: nec est ammirandum ab isto me talia sustinere: quando etiam filij videor expertus impietatem. Sed forsam aderit nobis misericordia dei & pręualebimus inimicis quo adiuuante securo itinere properemus. Semei autem per aliam montis partem currebat: & crebras faciebat iniurias. Cumq; venisset dauid ad iordanem: reficiebat ibidem C suos itinere fatigatos. ¶ Igitur cum venisset absalon & achitophel consiliarius in hierosolimam cum omni populo venit ad eum amicus dauid chusi. Et cum adorasset absalon optabat regnum eius incolume & omni tompore permanere. Illo vero dicente cur cum precipuus patris eius esset amicus: eiq; fidelis ad omnia videretur non cum eo tunc esset: sed illo derelicto transisset ad eum temperate se facere dixit se qui eum & populi vniuersi iudicium. Nis inquit domine tecum manentibus: recte & ego te sequor. Regnum enim tibi a deo collatum est. Quapropter eandem fidem atq; deuotionem tibi prębeo quã patri. Non enim ꝓ rebus p̃sentibus indignari fas est quãdo non in extraneam domum mutatũ est regnũ: sed permãsit in ea filius occidente patre. Hęc dicens satisfecit cũ prius videretur esse suspectus.

¶ Absalon ad patris cõcubinas (hoc achitophel consiliãte) accessit. Qui etiã vt dauid patrẽ interimeret dedit consilium contra quod chusi dauid fidelis amicus aliud dedit consilium quod (deo facien te) elegit absalon achitophel quoq; (suo dissipato consilio) seipsum suspendit mittunturq; per sacerdotes ad dauid nuncij quos persequi iubet absalon sed ipsi a via parum per diuertentes per mulierẽ in puteo absconsi salui ad dauid peruenerunt secretum absalon ipsi nunciatus qui iordanem transiens venit in castra ciuitatem munitissimã vbi est honorifice a berzelao & alijs ciuibus receptus.

Capitulo. xiij.

Audita absalõ regni vsurpatione & eius impietate relictis vxoribus fugit dauid d hierusalẽ

Fideles dauid ministri

Nudis pedibus dauid ambulãs per mõtẽ oliueti figura fuit iesuchristi passuri & achitophel inde ꝓditoris. Multa ĩ hoc capitulo inuenies passioni christi applicabilia

Mentit siba m ẽ phibosech seruus vt dñi sui hereditatẽ impetraret.

Semei opprobria dauid ĩfert quę ipse patienter suffert.

Chusi aĩci dauid ad absalon oratio.

Absalon ad cō cubinas patris consiliāte achitophel cōpulatur.

Vocato autem achitophel: quid oporteret agi tractabat absalon. Qui suasit ei ad concubinas patris accedere. Ex hoc enim populum sciturum crediturumq; dicebat quia circa patrē nulla ei iam reconciliatio superesset: & ob hoc multa fiducia aduersus eum omnis multitudo pugnaret. Hactenus autem apertas inimicitias eos habere metuere: credentes posse patrem cum filio quocumq; tempore concordare. Hoc etiam consilio flexus: iussit famulos vt tentoria in solario regio figerent et vidente populo accedens ad patris suis concubinas ingressus est. ¶ Hęc autem gesta sunt secundum natham prophetiam quam dauid olim de filij inuasione signauerat. Cum vero fecisset absalon que monuerat achithophel, rursus secundum consilium de prelio contra patrem eum proferre poscebat. Tuncq; ille decem millia electos sibi dari pecijt vt patrem eius interimeret & eos qui cum eo pergerent incolumes reuocaret & tunc firmum haberet imperium: cum pater eius extingueretur.

Consiliū achitophel de interimēdo dauid

2.r.c.

¶ Dum hęc sententia placuisset: vocauit chusi amicum sui patris antiquum. Sic enim ille eum vocabat. Cui dum sententia achitophel indicasset: quid etiam ipsi videretur de eadē causa requirebat. Ille vero cognoscens quia si fierent quę suadebat achitophel: dauid in mortis periculum peruenisset contrariam sententiam nitiebatur afferre. Non ignoras inquit o rex tui patris & eorum qui cum eo sunt fortitudinem: quia multis prelijs dimicauit: & superatis hostibus est reuersus. Nunc equidem credo illum in exercitu constitutum est enim sicut nosti bellicosus idoneus & omnia prouidere & dolos superuenientium hostium declinare certissimus: circa vesperam autem derelinquere suos aut in aliquam aulam se celare: aut circa petras insidias facere. Dumq; contingerit vt congrediantur ad prelium illius quidem viri vt estimo modicum se subducent: & dum securi fuerint de regis auxilio resistēt. Et inter hec illis pugnantibus repente cum alio exercitu tuus pater apparens: suis fortitudinem prębebit ad bellum tuos vero inopinato belli superuentu prosternet. Fac igitur comparationem mei consilij & cognoscens eius vtilitatem: achitophel quidem refuta sententiam. Mittens autem in omnem prouintiam hebreorum: precipe vt contra patrem tuum cunctus congregetur exercitus: & sumens ipsi prelij militiam vniuersam esto dux: & nulli alij committas hoc prelium. Facillime enim te credo fore victurum: si eum cum paucis comprehenderis: cum tu multa millia pugnantium habeas deuotionem suam tibi prębere volentium. At si pater tuus fuerit obsessione circundatus machinationibus aut cloacarum alias trochlearum effusionibus ciuitatem illam facillime capiemus. ¶ Hęc cum dixisset probabilior apparuit q̄ achitophel. Nam vltra illius consilium absalon potuis huius elegit. Deus enim erat qui in eius mente consilium chusi melius esse faciebat.

Consiliū chusi amici dauid antiqui & fidelissimi consilium achitophel dissipāsdatū absalō

2.r.c.

Acceptū (deo faciente) consilium chusi dissipato consilio achitodhel.

E.

Declarat chusi cōsilium suum sacerdotibus amicis dauid q dauid consiliū volūtatem manifestarunt.

¶ Quo facto festinabat chusi ad sacerdotes sadoch & abiathar consiliumq; achitophel nec non & suum & quia placuissent que ipse monuerat indicauit & exhortatus est repente vt mittentes hęc renūciarent dauid & quę ab aduersarijs structa videbantur aperirent adijcientes vt studerent velociter transire iordanem vt eum suus filius persequi festinaret: & anteq̄ illi monuissent posset a filio comprehendi. ¶ Sacerdotes autem oportune suos ad hoc officium extra vrbem celatos habebant. Quibus mādates per fidelem ancillam quę tractabat absalon preceperunt vt dauid hęc cum festinatione significarent. Illi vero nulla dilatione tardantes: sed mandata patrum seruantes: pij fidelesq; ministri & officij velocitatem & necessitatis instantiā cito indicātes implendā: festinabāt ad dauid. Cumq; duobus stadijs processissent a ciuitate vidētes eos quidā equites indicauerunt absalon ille cōtinuo vt cōprehenderetur misit. Quod cognoscentes filij sacerdotū: ab itinere declinantes in vicum quēdam non lōge a hierosolimis: cui nomen erat bochor alias bochom inuenientes quandam mulierculam rogauerunt vt eos celaret: & muniotionē metuentibus preberet. Illa vero iuuenes illos in puteum repente deposuit. & extēsis desuper pellibus os eius operuit. Cūq; persequentes eos venissent: & de eis mulierem requisissent: illa vidisse quidem non negauit: dicens apud se eos sumpsisse potum & continuo discessisse. Tamen si cum velocitate sequerentur: facille eos comprehendi posse dicebat. ¶ Cumq; diu secuti non comprehendissent: reuersi sunt. Mulier autem videns eos remeantes: & nullum iam periculum iuuenibus comprehensionis imminere conspiciens abstractos elacu emisit ad proprium itineris opus. Qui multo studio festinantes venerunt ad dauid: & cuncta quę tractabat absalon subtiliter indicauerunt.

2.r.c.

2.r.c.

Mulier nūcios p dauid in puteo abscondit p sequentibus seruis absalon

F

Reuelatur dauid absalon cō silium.

¶ Tunc ille licet iam nox esset precepit tamen suos iordanem transire cum festinatiore. ¶ Achitophel videns suam sententiam fuisse reprobatam ascendens iumentum suum venit ad regionem gilon. Conuocatisq; omnibus suis consilium (quod dederat absalon) exposuit: & quia q auditus ipse non fuerat: non eius tardaret interitus indicauit. Dicebat enim dauid post victoriam in regnum continuo reditūrum & melius sibi fore vt libere & magnanime ab rumperet vitam: q̄ se dauid reseruaret ad penas contra qnem absalon talia consilia prebuisset. Et cum hęc dixisset ascendens in locum domus suę secretiorem laqueo se suspendit. Igitur achitophel sepulture tradiderunt.

Achitophel quia eius consiliū fuit dissipatū se suspendit.

2.r.c.

¶ Dauid autem sicut prediximus transiens iordanem venit in castra opimam & munitissimam ciuitatem. Susceperuntq; eū libentissime cunctę altiores prouicie & fugam illius

Dauid in ciuitate castra honorifice recipitur.

temporis referentes: alias reuertentes & honorem ei felicitatis pristine conferentes. Erant autem berzeleus alias berzelai galadites & sipha potentissimus & amandias & mathir terre galaditis primus. Hij namq; rerum copiam dauid & qui cum eo erant opulentissime prebuerunt: ita vt neq; lectistrati deessent neq; panes aut vinũ sed etiam vbertatem pecudũ ministrarent: quatenus & quietatẽ laborãtibus & ciborum vtilium copiam eis ad sacietatem exhiberent. Et hi quidem hoc modo erant constituti.

¶ Absalon bellum contra patrem mouente (cuius exercitus militie priceps amasa cõstituitur) dauid; amicis eius exire in bellum non permittentibus, rogat milites vt puero absalon victo parcant sed conualescente dauid exercitu fugientem absalon arbori capillis suspensum ioab lancea transfodi cuius cadauer deponentes armigeri ipsum in foueam proiecerunt ponito pro sepulcro lapidum aceruo cõtra eius superbiam qui marmoream statua iuxta hierusalem erexerat quo mortuo. Achimas sacerdotis filius victoriam (tacens absalon mortem) dauid nunciauit. Capitulum.xiiij.

Absalon bellũ parat contra prẽ cuius amasa fuit princeps militie.

Exercitus dauid ordinatio i tres partes

18 Absalon aũt cõgregato magno hebreorum exercitu super patrem & trãsiens fluuium iordanẽ nõ longe a castris venit in galaditen regionẽ: constituit principẽ totius exercitus amasã in loco ioab cõsobrini sui: Erat enim de patre getõ & matre abigea progenitus Abigea vero & saruia mater ioab. sorores fuere dauid. Cũ recessisset ergo dauid eos q cũ eo erãt & inuenisset vsq; ad quatuor milia armatorũ noluit expectare qñ super eũ absalon veniret: sed cõstituens sup suos milenarios & centenarios diuiso exercitu tripatito: aliã quidẽ partẽ ioab principi militie dedit aliaꝫ vero fratri eius Abysai tertiam cõmisit etheo q erat eius amicus de ciuitate geth. ¶ Cumq; vellet ipse ad bellum simul exire amici non pmiserunt: cõsilio eũ sapientissimo retinentes. Dicebãt enim quia si cũ eo deuincerẽtur omnẽ spem vtilitatis amitterẽt. Si vero vna parte victa ad eũ reliqua remearet: possent denuo plium reparare: quando etiã hostes arbitrarentur alium exercitum remanere cum rege. Hoc consiliũ libenter accipiẽs dauid: ipse quidẽ in castris manere decreuit & duces & amicos ad prelium destinare & rogabat vt fortitudinem sui & fidẽ & memoriã haberẽt vtq; puero absalon deuicto parcerent ne illo moriẽte aliquid in se mali ipse cõmiteret: optansq; cunctis victoriã: dimisit exercitũ. Ioab itaq; aciẽ cõstituit cõtra hostes in campo: que inito habuit post tergum siluã. ¶ Eduxit autẽ ediuerso & absalon suum exercitũ & facta congressione belli: opera precipua manuũ & maxime presũptionis ex vtraq; parte gerebantur. Alij quidẽ vt regnum dauid reciperet elaborabant & omni magnitudine desudabant: alij vero ne eo priuaretur absalon & daret patri pro sua presumptione supplitiũ: in nullo segnes erãt aut facere aut pati quod cumq; belli casus afferret: insuper etiam metuebant ne ab ioab et eius paucis militibus tanta militudo subiugaretur. ¶ Inter hec igitur vicit dauid exercitus robore magnanimitate & exercitatione bellorum fugientesq; per siluas & colles persecuti sunt. & alios quidem cœperunt alios autem interfecerũt ita vt plurimi caderent fugientes q̃ in acie repugnantes. Et illa siquidem die quasi viginti milia virorum ceciderunt exercitus autem dauid accessit ad absalon. Frater enim cunctis proceritate & pulchritudine manifestus. Qui metuens ne eum comprehenderent hostes: ascendens in mula regia fugiebat ¶ Cumq; velociter veheretur et ipse in toto leuis existens: arbori maxime & ramis extense eius replexa cesarie inopinabiliter est appẽsus. Et iumentum quidem velocitate sua quasi dominum adhuc portaret abcessit: ille vero ramis comarum alligatione retinebatur astrictus. Quem dum vidisset quidam militum dauid. ioab indicauit. Quo dicente: quinquaginta siclos se ei dedisse si peremisset absalon: nec si mille siclos ei promitteret: occidere se illum filium domini sui dixit: dum omnibus audientibus pater ei parci rogauerit. ¶ At ille ostendit sibi precipiens vbi eum vidisset appẽsum: locum inueniens: in corde eum iaculans interemit. Armigeri vero ioab circunstantes arborem cadauer eius deposuerunt eumq; in foueam proicientes aceruũ super eum lapidum posuerunt. Nam vt figura sepulchri fieret ingentem tumulum locus ille seruauit. ¶ Ioab autem dato signo a persecutione reuocauit exercitum parcens contribulis suis. ¶ Igitur absalon constituerat sibi statuam marmoream in valle regia que duobus stadijs ab hierosolimis aberat quam appellauit suam manum dicens: quia etiam filijs eius morientibus nomen eius in statua permaneret. ¶ Erant enim & filij masculi quidem tres femina vero vna thamar. Que coniuncta salomonis filio roboam: peperit filium abiam qui patris successit in regnum. Et de his quidem postea declarabimus. ¶ Igitur post mortem absalon: populus quidam ad propria loca dispersus est. Achimas autem sadoch sacerdotis filius rogabat ioab vt ipse preueniens dauid victoriam nunciaret: & quia dei solatium & prouidentiam ipsius habuisset. Cui non concessit hoc ioab dicens quia cum semper boni nuncij homo fuisset modo non deberet regi mortem filij nunciare: vocansq; chusi, ei hoc opus iniungens ait: vt quod ipse vidisset etiam nunciaret regi cumq; iterum achimas rogaret vt eum nunciare permittere dicens quia rex circa solam victoriam attentus: nequaq̃ de absalon morte causaret concessit ei vt pergeret ad dauid. Tenensq; compendiosam viam quam ipse solus

Rogabat dauid vt puero absalõ victo parcant.

Congressus belli inter absalon et exertitum dauid ipso dauid absente.

18 Victoria exercitus dauid contra absalon.

Absalon arbori fugiens suspensus capillis.

8 C Ioab absalon suspensam lancea trãssodit cuius cadauer deponentes eum in foueam piecerunt lapidum aceruo super euꝫ posito

3 Filij absalõ tres et filia vna que nupta roboam peperit abiam.

Achimas victoriam dauid nunciat tacens absalon mortem

nouerat preuenit chusi. Cumq; sederet rex inter portas expectans quando ei aliquis gesta bellica nunciaret quidam exploratorum videns achiman currentem: & non quis esset agnoscens. ait dauid videre se aliquem venientem. Qui cum dixisset bonum nuncium fore post paululum alium quendam sequi pronunciauit. Cumq; & ipsum bonum nuncium assereret: explorator precurrere videns & iam vicinum esse achiman sadoch sacerdotis filium indicauit. Qui gauisus eum bonum nuncium dixit esse & aliquid optabile de prelio portaturum. Cumq; hec dicerentur a rege veniens achimas apparuit & interroganti de pugna regi victoriam nunciauit. Quo requirente de eius filio quid cognouisset: ait quia mox vt vidisset fugatos hostes ipse ad eum pergere festinasset et audisse se magnas voces persequentium absalon: & nichil amplius potuisse cognoscere eo q coger etur missus a ioab victoriã nunciare. D

¶ Nunciante Chusi victoriam & absalon mortem dauid amarissime fleuit quod ioab & exercitus cognoscentes non triumphali scemate sed dolentes quasi victi ciuitatem sunt ingressi sed ioab regem ingressus mortuum absalon flentem consolatus est publice vtilitatis causas adducens. Quo facto qui cum absalon fuerant (inito consilio) redire ad dauid procurabant mittentes vndiq; ad ipsum legatos: verecundantibusq; illis de tribu iuda redire vocauit eos per sadoch et abiathar sacerdotes. Amasamq; sub absalon militie principem reuocauit. Quos ad dauid imperium reuertentes omnes tribus iuda preuenit semeiq; & siba qui regi ad iordanis flumen occurrẽtes pontem fecerunt in iordane semei quoq; coram rege prostratus veniam obtinuit sed & dauid omnibus (qui eum offenderant) veniam dedit & abisai hoc impedire volẽtem increpauit. Capi. xv.

Chusi victoriam nũciãte & mortẽ absalon dauid amarissime fleuit.

Veniente autem chusi & adorante regem & victoriam nunciante de filio eum dauid continuo requisiuit. Tunc chusi hec inquit proueniam tuis inimicis: que recepit absalon. Quo verbo victorie gaudium nec apud ipsum manere rex exercitum permisit. Ascendens enim dauid in locum ciuitatis excellentissimum flebat filium tundens cerebro pectora capillos capitis sui dilacerans & omni se afflictione castigans clamabat dicens vtinam michi & non tibi o fili aduenisset interitus. Nam cum diligeret eum per naturam huiusmodi morti eius quam sibi potius condolebat. 2.r.c.15 2.r.c.18

¶ Exercitus autem & ioab audientes quia rex filium ita lugeret: reuersi sunt non triumphali scœmate querentes ingredi ciuitatem: sed dolentes & flentes & quasi victi potius intrauerunt. Cumq; rex velato capite resideret & filij interitum ingemisceret: introiuit ioab ad eum & consolatus est eum dicens. O domine rex aperte demonstras ex his que agis quia diligentes & pro te pericula sustinentes nec non & te & tuam generationem prorsus abhorres: & diligis inimicos & illos concupiscis potius qui iuste penas soluentes obierunt. Nam si absalon vicisset: & ipse regnum firmissimum tenuisset nullius nostrum cadauer remaneret: sed omnes a teipso & a tuis filijs incipientes fuissemus sine dubio prostrati: nullo nostrorũ hostium flente: sed cunctis potius gaudentibus insuper etiam punietibus eos si qui forte nostrorũ miserati fuissent. Tu vero hec agere super maximo non confunderis inimico. Qui cum tuus filius esset: nequaq̃ in te impia committere formidauit. Igitur recedens ab hac iniusta tristitia procede & militibus teipsum ostende: eisq; pro victoria & labore certaminis gratias age. 2.r.c.19 E

Ioab cõsolatur regem flentem absalõ mortuũ aducẽs reipublice vtilitatis causas.

¶ Ego namq; optime noui quia si in hoc actu permanseris hodie a te populus vniuersus abscedet & alij regnum tradet & tunc amarissimum & verum habebis luctum. Hec dicens ioab regem a tristitia reuocauit: & ad causas rei publice vtilitatis adduxit. Transformatus enim a fletu dauid & oportune compositus pro aspectu populi sedit ad portas ita vt audiens populus vniuersus concurreret: omnesq; eum libentissime salutarent. Hec itaq; tali modo gesta sunt. Porro qui cum absalon fuerant & de prelio fugerant reuertentes ad semetipsos singuli mittebant per cunctas ciuitates dauid beneficia commemorantes & libertatem quam eis resistendo cunctis hostibus prebuerant edicientes culpantesq; semetipsos quia eum expulisse niterentur a regno et alium ordinassent quo nunc defuncto principe qui ab eis fuerat ordinatus rogare debent dauid vt ab indignatione quiesceret eisq; faueret & recepto regno eis suam euidentiam non negaret. Hec itaq; dauid crebro nunciabantur. ¶ Sed etiam ille nichilominus misit ad sadoch & abiathar sacerdotes vt principibus tribus iude loquerẽtur: quia turpe fuerit vt alia tribus ante illam dauid constitueret regem: cum illi & cognati essent & sanguinis eius participatione gauderent. ¶ Hec eadem et ad amasam principem militie eius precepit edicere: quia cum filius eius sororis esset non suaderet populo vt dauid daretur imperium: pro qua re non solum regi reconsiliari posset: sed & totius militie principatum sicut absalon ei prebuerat optineret. Et sacerdotes quidem ad principes tribus iuda locuti sunt: & amasan deflexerunt promissiones regias edicentes vt in eius precipibus consistere. ¶ Hoc itaq; facto: tribus iuda misit ad regem legatos: rogantes vt ad proprium remearet imperium. Hoc autem & omnes israhelite fecerunt ad hortante eos amasa. Igitur accedentibus legatis ad eum venit in hierosolimam omnes tamen preuenit tribus iuda vt regi ad iordanis flumen occurrerent. ¶ Et gera filius semei cum mille viris quos de tribu beniamin ducebat. & si- 2Re. xix. 2.r.c.5 F

Cõsiliũ populi q fuerant cũ absalõ vt redeant ad dauid.

Verecũdãtibus illis de tribu iuda ad dauid redire vocauit eos per sadoch & abiathar sacerdotes.

Reuocauit etiã amasam principẽ militie absalon.

balu ertus saul & filij eius quindecim: & viginti serui. Isti namq; cum tribu iuda pontem fluminis effecerunt: vt facile eum rex cum suo exercitu transiret. Cūq; venisset ad iordanē iuda eū libentissime salutauit. ¶ Qui dum pontem ascenderet: prostratus est ante eum semei: & detinens pedes eius veniam postulauit quę in his peccauerat rogans vt non circa eum esset acerbus nec potestate recepta eum iuberet dari supplitio sed potius considerat et quia gesta penitentia in his que prius deliquisset primus ei occurrere festinasset. Cumq; in his supplicaret atq; deposceret tunc abisai frater ioab ait. Numquid non propterea morieris: quia constitutum a deo regem nequaq̄ blasphemare metuisti. ¶ Tunc dauid conuersus ad deum. Non cessatis saruie filij has cōmouere denuo nobis superiores turbas & seditiōes instantes. An ignoratis quia initium mei regni sit hodie. Quapropter omnibus in me impie agentibus iuro dimitti eis supplitia: & nulli sua delicta seruari. Nunc inquit o semei securus esto nullum mortis habeas metum. Eumq; mox adorans cum ceteris recedebat.

Semei ꝓstatus corā rege veniā obtinuit.

Condonās dauid oībus (q̄ eū offenderāt) veniā & abisai hoc impedire volētem increpat.

¶ Memphibosech in lugubri habitu pro tribulatione habitu tristis (quē iniuste siba eius famulus regi accusauerat) obiam venit se purgās cui medietatem substantie reddi pręcepit dauid & ipsum berezel antiquum in recompensationem bonorum secum manere in hierusalem exorat quo recusante & excusante eius filium achimam secum retinuit.

Capi.xvi.

Nter hęc autem occurrit & mēphibosech de cognatione saul sordida veste circumamictus comamq; gerens profusam & hispidam barbam. Nam post fugam dauid neq; tonsus fuerat prę tristitia nec vestem suā deposuerat: seq; ī hac afflictione deuouerat permanere donec regiam conuerti videret calamitatem. Hunc autem accusauerat siba seruus apud dauid iniuste. Quem dum salutasset eiq; prostratus esset cepit interrogare dauid cur non fuisset egressus & eius fuge particiPās. Ille autem sibam fuisse sibi obstaculo dicebat: cui dum iussisset vt ei itineris necessaria prępararet curare neglexit: sed velut quendam seruulum contempsisset. Qui si gressus habuisset incolumes non ab eo aliquo modo recessisset cum posset etiam pedibus vti fuga. Adijciebat pariter non solum in his inquit domine nocuit michi: sed etiam apud tuam circa me pietatem de rogare & mētiri maligna voluntate presumpsit. Sed noui quia nihil horum tuam ēs recipit cū sit iusta & veritatē diligat quam vult vbiq; semp valere diuinitas. Nā cū a meo auo passus fuisses magna pericula: & oī mea generatio ꝓ illis debuisset sceleribus deperire tu humilis & benignus existens & quod ꝑcipuum est illorū malorū obliuionē agens quādo potestate sumpta priora vindicare potueras emicū me tuū esse iudicasti & in mensa quotidie regia posuisti: nihilq; mihi defuit quod honorato parēti debuit exhiberi. ¶ Cumq; hęc dixisset ille neq; mēphibosech rex voluit castigare nec siban tanquā fallacem abijcere sed cum oīa iam donasset sibe q̄ cū illo mēphibosech regi nō occurrisset: & veniā mēphibosēph dedit & medietatē substātie reddi ꝑcepit. Cui mēphibosech cuncta inquit siba habeat o rex mihi vero īperiū te recepisse sufficiat. ¶ Berezel autē galaditanū virū precipuū atq; bonū & qui in castris ei multa prebuerat: & regem vsq; ad iordanem deduxerat rogabat dauid vt cum eo veniret ad hierosolimā: promittens eius senectutem omni re decorandam: & eius tanq̄ patris habere prouidentiam. Qui desiderio suorum cum eo se posse degere refutabat: dicens: senectutem sibi sic imminere vt etiam in rebus suauibus delectari nō posset: cum vtiq; octoginta esset annorum & de sepulchri termino cogitaret. Qui magis ediuerso rogabat vt si ei prestare vellet concederet eum ad propria remeare quando temporis longeuitate nec conuiuiorum epulas discerneret & auditus iam obturatos haberet: nec sonum clamorum aut modulationum aut aliorū instrumentorum quę reges solent inter conuiuia mulcere sentiret. Quo nimiū supplicāte dauid ait. Te equidem dimitto tuum vero filium achiman michi concede vt ei omnium rerum bonarum debeam munus impedere. Tunc berezel dimisso filio adorans regem & optans ei vtilia prouenire sicut desiderabat domum reuersus est.

Mēphibosech ī lugubri habitu tristis ꝓ tribulatione dauid ei occurrit obuiā: quem iniuste siba accusauerat corā rege se purgans.

Dauid medietatē sustātie reddi precepit mēphibosech

Gratitudo dauid erga berezel antiquū & bonum.

Achimam (q̄ in biblia chamaā dicitur) berezel filiū secum retinuit dauid vt ei ꝓ patre faciat.

¶ Dauid in galgala cū media populi parte iam reconsiliata veniente seditio mouetur in populo pro reducto rege omnibus tribum iuda conuinciantibus regem cognatum appellantē sed & populi contra dauid seditioso siba procurante fit rebellio dauid quoq; vxores quas absalon polluerat in aliā domum transmigrauit eis necessaria ministrari precipiens qui amasan loco ioab militie principem fecit quem postea ipse ioab inuidus dolose interfecit siba etiam tunc in belmacha obsidetur cuius sapiēs mulier abscisum caput per murum proijciens ciuitatem liberauit.

Capitulum.xvij.

Auid autē venit in galgala habēs secum iam mediam partem populi: et pariter tribum iuda veruntq; ad eū in galgala primi ꝓuintie cū grandi pariter multitudine. Et tribum iuda culpabant eo q̄ latenter occurrerit: cum omnes ad eum debuissent vna voluntate cōcurrere. Principes autem tribu iuda hoc modo satisfaciebant dicentes ne ferrent

Cōceratio populi & iuidia ꝓ reducto rege cōtra tribū iuda.

grauiter eo q illi precessissent: qui tanq eius cognati et propterea eum potius diligentes preuenirent & nō quasi munera percepturi hoc fecerunt: ne illi qui venerant postea mouerentur. Hęc autem dicē tibus: tribus iuda principibus nequaq aliarum tribuum principes cessauerunt: sed dixerunt. Ammiramur nos equidem fratres q vos soli regem cognatum vestrum esse dicatis. Nam qui omnium nostrū potestatem a deo percepit omnium nostrum iudicatur esse cognatus quapropter populus equidem noster vndecim partes habet vos autem vnam et seniores nos sumus. Non enim bene fecistis occulte et latenter venientes ad regem. ¶ Cum hęc igitur inter se tribuum principes loquerentur vir quidam iniquus seditione precipuus: cui nomen erat syba filius bochri de tribu beniamin stans in medio populi cum magno clamore dixit neq; habet aliquis nostrum partem apud dauid: nec sorte apud filiū iesse. Et post hęc tuba canens bellum significauit contra regem omnesq; secuti sunt eum relinquentes dauid sola tantummodo tribu iuda cum eo remansit eumq; in hierosolymis regem esse constituerunt. ¶ Qui concubinas quidem suas aquas filius eius absalon ingressus fuerat in domum aliam transmigrauit: eisq; omnia precepit necessaria ministrari ipse vero nequaq copulatus est illis. ¶ Constituit quoq; amasam principem militie et locum ei in quo fuerat ioab dedit: iussitq; vt congregaretur quantum posset exercitus colligi ex tribu iuda: & post tres dies veniret quatenus ei militiam daret vniuersam eumq; pugnaturum contra sibam bochri filium dadi filium destinare. Egrediente vero amasa et circa congregationem exercitus remorante: dum die tertia non rediret dixit rex ad ioab. Non est vtile dilationem dare sibe ne longo tempore possit exercitum congregare et deterioris cladis q absalon auctor existere. Nolit inquit tardare sed presentem sumens exercitum pariter et secentos viros cum abisai germano tuo hostes persequi festinato: et vbicumq; tepereris ei congredere: et festina comprehendere ne capiens munitissimas ciuitates certamina nobis et multos possit sudores inferre Ioab autem in nullo morans: sed sumens fratrem pariter et secentos viros et omnem exercitum qui erat in hierosolimis: secutus est cū omni festinatione sybā. ¶ Cumq; in gabaon vicū ꝓcul ab hierosolymis stadijs quadraginta venisset occurit ei amasa vt salutaret eum non multo adhuc exercitu congregato. Ioab autem accinctus gladio et lorica vestitus: veniente ad se amasa vt salutaret eum: arte quadam quasi caderet gladius de vagina finxit eumq; se de terra colligere et altera manu veniente proxime amasa quasi ei osculum daturus / a barba comprehensum improuido gladium iunxit in vtero / eūq; peremit impium nimis: et scelestissimum opus efficiens in bono iuuenculo pariter te cognato et qui nichil ei nocuerat: sed habens pro principatu militie et equalitate honoris inuidiā. Pro hac enim causa et abner interemit sed in illo scelere occasione dictante: pro victa fratris asael veniam habere videbatur. ¶ Perēpto autē amasa nullum formitem excusationis potuit impetrare. Tanto igitur perempto patrie duce persequebatur sybam derelinquens vnum ad eius corpus qui clamaret exercitui quoniam amasa iuste peremptus esset: qui vero regi fauerant sequerentur ducem ioab et abisai fratrem eius. Cumq; cadauer illius iaceret in via: et omnis populus super eum cōflueret: et cum quada misericordia defuncti morarentur et ioab sequi tardarent tollens inde cadauer illius custos eius portauit in quendam locum ab itinere segregatum: et illic eum positum veste cooperuit. Quo facto ioab vniuersus populus est secutus. ¶ Cumq; persequerentur sybam per omnem israhelitarum prouintiam: quidam indicauit eum in ciuitate munitissima belmacha nomine residere. Quo dum venisset ioab obsidebat vrbem vallis vndiq; circunductis iussitq; militibus vt eius muros omni virtute deponerent. Nam dum eum ciues loci illius suscipere noluissent. et super eum crudeliter: insisterent: tunc quadam mulier casta simul et sapiens videns patriam in nouissimo periculo constitutam / ascendens in murum vocauit inter armigeros ioab Quo veniente / cepit ad eum huiusmodi verba proferre. Quia cum deus reges et principes fecisset vt vt hebreorum hostibus resisterent / et israhelitis pacis iura preberent. Tu inquit festinas metropolim israhelitarum que nihil deliquit euertere atq; vastare. Tunc ioab orauit propitium sibi deum fore et quia non haberet huiusmodi voluntatem / nec vllum de populo vellet occidere quanto magis tantam perde ciuitatem. Sed acciperet ab eis rebellem regis ad penam id est sybam filium bochri dadi / ab obsidione exercitum continuo reuocaret. ¶ Quod cum audisset mulier ab ioab paruulas indutias postulabat / vt hostis caput de muro repente proijceret. Quo facto / descendit ad ciues eisq; locuta est dicēs cur vellent pessime cum filijs et vxoribus deperire propter malignum hominem nec cognitum vnde esset quem regem vellent habere pro dauid qui eis tanta beneficia contulisset vnam ciuitatem studeret tanto exercitui resultare hoc dicto: suasit eis vt sybe caput abscisum in ioab proijceretur exercitu Quo facto: ioab missa tuba obsessionem repente dissoluit et reuersus in hierololymam totius postuli princeps militie constitus est. Ordinauit autem rex etiam banaiam super corporis custodes et super secentos exercentes. Adoran durā autem fecit super tributa sybacha et bachilam super gestorum cōscriptores. Susan vero scribam sadoch autem et abiathar sacerdotes instituit.

Cōuitantur populi tribum iuda dicentem regē esse suum cognatum.

Rebellio populi contra dauid ad instinctum sybe et contra eum belli significatio.

Constituit dauid amasam loco ioab militie principem

Ioab dolose occidit amasam.

Nota contra inuidos.

Obsidetur syba in ciuitate belmacha a ioab quem mulier ꝑ liberat iōe ciuitatis allocuta ē puulas idutias obtinuit

Sapiētis mulieris consiliū quę caput sybe abscisum ioab per murum proiecit & ciuitatem liberauit.

D.

2 R 20.

2 R 20.

E.

2 R 20.

F.

¶ Hebreis fame afflictis dauid deum orat cui cām sciscitanti dixerunt pphete mortem esse gabaonitarum a saule occisorum gabaonitis itaq; septem viros de genere saul ad supplitiū petentibus cōcessit dauid cessauitq; fames rursū dauid cōtra philisteos bellū iniente achimon gigas contra eum fatigatum fecit impetum aquo per abisai intēplo hoste liboratur. Tunc quoq; ipsū dauid senio factum de cetero ad bellum nō accedere ordinatum est deīn in secundo bello contra palestinos auctor victorie fuit saboch vnus fortissimorū dauid et in tertio bello contra eosdem ephā alius fortissimorū in quarto autē semma filius ioeb victor fuit qui gigantē seuosdigitos inquolibet pede et tot in qualibet manu habentem occidet vnde expeditus dauid a prelijs cantica metrica composuit decantādaq; pro gratiarum actione cum diuersis organis instituit describuntur fortissimorum dauid nomina quorum tres cum maximo periculo inter hostes aquā de bethleem portauerunt.

Capi.xviij.

Fame afflictis hebreis tribus ānis dauid deū rogat cui cām sciscitāti dixerunt pphete mortē esse gabaonitarū a saule occisorum.

Igitur post hęc cum fames prouintiam inuaderet: rogauit deum dauid vt populi misereretur: et causam ei pariter et medelam pestis illius indicaret. Cui prophete dixerunt velle deum vt gabaonite vidicarentur quos rex saul impie interficerant & conculcauerat iusiurādum quod eis iesus princeps militię prębuerat senioresq; firmauerant. Et si vltio quā: gabaonite septē prodefunctis eis exhiberetur: posset propiciari deus et populum a peste liberare. ¶ Dauid autem audiens a prophetis hęc velle deū vocauit gabaonitas eosq; quid vellēt fieri requisiuit. Illis aūt peterēt de genere saul filios ad supplitium postulantibus: requirens rex dedit eis atq; tradidit parcēs tantūmodo mēphibosech filio ionathe. Sumentes autē gabaonite viros quo voluerūt: punierūt eos. Quo facto cepit deus repēte pluere: & terrā ad fructū germina reuocare liberauitq; a priori peste: & ad vbertatē hebreorū prouintiā hoc facto restituit. ¶ Igitur nō post multo tēpore rex dauid castrametatus est contra palestinos & cōmisso prelio cū eos in fugā vertisset: solus persequēdo repertus est. Cūq; esset fatigatus qdā hostiū noie achimon filius asaphat: qui erat de ple gygantū habebatq; hastā cuius pōdus erat trecētorū siclorum et loricā cathenathā: & gladium: fecit impetum quasi regem suorū hostium perempturus. Erat enim iam labore dissolutus. Tunc subito exorsus abisai frater ioab et regem a repentina morte protexit: et hostem pariter trucidauit. ¶ Quo facto periculum regis pene mortem grauiter tulit exercitus eiusq; principes coniurauerunt vt nequaq̄ cum eis exiret ad bellum: ne propter fortitudinem atq; fidutiam suam aliquid mali passo: et bonis quę propter eum fuerant sœpius pbira: priuarentur: & quę eo viuente adhuc poterāt adipisci. ¶ Conuenientibus itaq; in gazam ciuitatem palestinis audiens hoc rex misit super eos exercitum inter quos tunc debellator optimus extitit & probatissime dimicauit sabuch alias saboch etheus qui erat vnus fortissimorum dauid. Hic enim multos hostium inclitos interemit ex prole gygantum nimis audatia suę fortitudinis exultantiū: fuitq; victorie huius auctor apud hebreos ¶ Post hanc vero compressionem palestini denuo pugnauerunt super quos exercitum mittente dauid: fortis apparuit effan cognatus eius. Nam contra singulos fortissimos palestinorum solus pugnando peremit eos: et alios conuertit ad fugam quorum etiam multi in prelio ceciderunt. ¶ Paulo si quidem tempore palestini quiescentes: denuo castra posuęrunt circa ciuitatem quę erat non longe a finibus hebreorum. Eratq; inter eos vir proceritate quidem sex cubitorum etiam digitos habens in vtroq; pede necnon & in manu vnum plusq̄ solet natura concessisse hoc est senos: quem contra vnus de exercitu dauid sammae filius ioab pugnans: eo deuicto totius victorie auctor effectus est maximę glorię nomen accepit. Nam et ille palestinus gloriabatur sed de prole gigantum existere. Postq̄ pugnam nequaq̄ contra hisrahelitas habuere certamina. ¶ Expeditus itaq; dauid a prelijs et periculis cum pace iam altissima frueretur cantica in deum hymnosq; vario metro composuit: alios quidem trimetros alios quidem quinquemetros diuersaq; cōficiens organa: docuit vt leuitę secundum ea deo hymnos edicerent per sabbatorum diem aliasq; sollemnitates. ¶ Organorum autem species huiusmodi est. Canora quidem est cithara: decem cordis coaptata. Hęc cum plecto percutitur. Nabla vero duodecim sonos habens: digitis tangitur. Erant enim & grandia & lata. Et de his quę dicta sunt sufficiant: ne omnino horum organorum natura nesciatur. ¶ Circa regem erant omnes valde fortissimi quorum insigniores & actionibus clari octo & triginta fuerunt. Horum enim quinq; opera narrabo per quos etiam virtutes aliorum poterunt indicari. Erant enim sic validi vt prouintiam regerēt: & gentibus preualerent. Primus quidem eusebius filius achime qui aciem hostium frequenter irrumpens nequaq̄ pugnando cessauit donec ex eis nongentos occideret. ¶ Post hunc eleazar filius dodi qui cum rege fuerat in sarpha. Hic aliquando israhelitis et formidantibus palestinorum exercitum: & ob hoc fugientibus solus restitit: irruensq; super hostes occidit eorum multos ita vt sanguine occisorum gladius eius hereret in dextera. Et cum israhelite tunc palestinos viderunt in fugam esse conuersos descēdentes de montibus persecuti sunt eos: & mirabilis & famosissima victoria tunc prouenit: cum eleazar

Dauid iterū bellū contra philisteos.

Achimon (q̄ in biblia vocat ie. bibēdo) gygas impetū contra dauid fatigatū fecit a quo liberātur p abisai in terēpto hoste.

Tertium bellum cōtra philisteos cuius victorię auctor ephan vnus fortissimorum dauid.

Cantica dauid vario metro cōposuit p gratiarum actione de cantādaq; deo ordinauit cum organis diuersis in sabbatis.

Cathalogus fortissimorū dauid

Eleazar secundus inter fortissimos dauid.

tantos interemisset eosq; israhelitę persequerentur & sumerent spolia peremptorum. ¶ Tertius autē fuit filius hely nomine semeas alias semeias vel semma. Et hic enim in palestinorum certaminibus dū in locum qui dicitur maxilla aciem posuisset et rursus hebręi metuentes eorum exercitum refugerent Solus eorum aciem exercitumq; portauit. Quorū alios quidem prostrauit: alio autem non ferentes eius vim et fortitudinem persecutus est conuersos in fugam. Hęc igitur opera manuum ac pręliorum: tres isti demonstrauerunt. ¶ Quo tempore cum rex esset in hierosolymis: palestinorum ad bellandum superuenit exercitus. Tunc dauid quidem in arcem ciuitatis ascendit sicut prediximus vt de bello consuleret deum. Castra vero inimicorum erant in valle fixa vsq; ad ciuitatem bethleem: quę ab hiesosolimis procul est stadijs viginti. Dauid itaq; sociis ait. Bonam aquam habemus in regione mea. Et pręcipue laudabat eam quę erat in puteo iuxta portam mirabaturq; si esset qui ex eo poculum ei pręberet: quod magis optaret quam si quis ei magnā pecuniam ad tempus offerret. Et hęc cum audissent isti tres viri mox occurrentes et per medium hostium iter faciēdum iuerunt ad bethleem: & haurientes aquam denuo ad regem per eorum castra reuersi sunt ita vt palestini eorum fiduciā & magnanimitatem obstupescentes quia sic pauci eos contemnerēt et a dimicatione cessarent. Delata siquidē aqua noluit bibere rex quasi de periculo et sanguine hominum sibi fuisset adducta: et propterea non esset bibenda libauitq; eam deo: pro salute virorum gratias egit. ¶ Post istos autem fuit ioab frater abessa. Is enim vna die hostium nongentos occidit. ¶ Quintus fuit banaias genere sacerdos qui prouocatus a viris insignibus in moabitide regione: sua eos virtute interfecit. Rursus autem cum vir ęgyptius genere proceritate mirabilis eum prouocasset: nudus armatum ipsius iaculo prostrauit: ac perdidit. Nam auferens eius iaculum: et viuum adhuc pugnantemq; spolians armis enm proprijs ac interemit. Annumeretur autem et hoc predictis eius actionibus aut tanq̄ primum magnanimorum eius operum: aut quasi non dispar. Quadam tempestate cum ningeret in puteum lapsus incidit leo: & cum os putei angustum esset latebat absconsus: nec apparebat. Erat enim ipsum orificium niue damnatū Nullum ergo egressum leo videns nec salutis exitum rugiebat. Banaias autem audiens bestiam proclamantem dum iter tunc ageret accedens ad puteum in eo descēdit et baculo quem portabat in manu bestiam repente prostrauit. ¶ Tales igitur virtute fuerunt et reliqui numero triginta tres.

Semeias tertius fortissimorū dauid.

Apportatio aquę periculosa de bethleem p medios hostes danid eā appetente qua delata noluit bibere rex

2 Re c xxi

2 Re xxiij

Banaias leonē baculo prostrauit. Aliorū fortissimorū noīa ponuntur in biblia inter quos tamen nō noīatur ioab nota causam in glo. nico. de lyra.

¶ Numerari populum mandat dauid mosaici mādati oblitus qui sibi iratum deum (declarantibus prophetis) cognoscens orat veniam postulans qui per gad prophetam trium suppliciorum optio conceditur famis scilicet belli vel pestis quorū communē regibus & plebeis passionem dauid elegit stem qua seuiēte ab hora matutina vsq; ad horam prādij hebreorum septuaginta milia peremit quo dauid angelum euaginato gladio vidente super hierusalem petit deum vt ipse qui peccauit puniatur et cesset dei furor per se gregem qui nihil deliquerat. Exauditus itaq; dauid altare edificauit (altaris loco ab orna quinquaginta siclis cōparato) vbi prius Abrahā filium voluit sacrificare ibiq; templum postea fore construendum prophetice p filium suum dauid prędixit. Capi. xix.

Rex autem dauid volens agnoscere quod essēt milia populi totius est oblitus mandatio mosaici quod prędictum fuerat vt si dinumeraretur populus pro vniuscuiusq; capite deo siclus pręberetur: pręcepit ergo ioab principi militię vt pergens in vniuersum dinumeraret exercitum quo dicente non esse necesse hoc: non acquieuit sed iussit numerum hebreorum insegniter adimplere. Ioab autem sumens tribunos et scribas & peragrans israhelitarum prouintiam considerata multitudine quanta esset hierosolima remeauit ad regem post menses nouem & viginti dies obtulitq; numerum regi absq; tribu beiamin. Hanc enim dinumerare non potuit neq; tribum leui. ¶ Penitiuit ergo dauid q̄ dinumerasset: eo q̄ deliquisset in deum. Fuit ergo aliorum israhelitarum numerus nongenta milia virorum arma ferentium et militiam exercete valentium. Iuda vero tribus per se solā habuit quadraginta milia. ¶ Prophetis itaq; declarātibus dauid quia ei deus irasceretur supplicare cepit eumq; rogare vt propitius esset et veniam pecccati concederet. Tunc gad prophetam misit ad eū deus: tres supplitij conditiones portantem vt earum quam probaret eligeret vtrum vellet famem in prouintia generari annis septem an tribus mensibus pugnando vinceretur ab hostibus an certe morbus & langor accederet tribus diebus hebręi. Ille vero in anxietate huius electionis omnium rerum pessimarum incurrens tribulabatur: & vehementer animo videbatur esse confusus. ¶ Cumq; propheta diceret hoc omnimodis iminere & responsum velociter exigeret: vt electam ab eo conditionem deo renunciare cogitans rex quia si famen eligeret contra alios facere videretur: quando ipse quidem habens multa frumenta non pateretur inopiam: reliquis vero esset angustia: iterum si eligeret trium mensium victoriam hostium ipse quidem habens circa se viros fortissimos et custodes nichil omnino metueret: neci vero exercitus subiaceret: inter hęc autem communem potius passionem et regum subiectorum elegit in qua timor omnibus est equalis: dicens qui q̄ multo melius est in dei magis q̄

Numerari populum mandat dauid mosaici mādati oblitus Numerū filiorū israel dedit ioab absq; tribu beniamin quā non potuit numerare neq; tribum leui.

2 R xx

2 R xx

in hostium manus incidere. ¶ Hec audiens propheta renunciauit deo. Qui morbum misit & interitū in exercitum hebreorum. Moriebantur enim non vno modo vt facile languor potuisset agnosci/ sed mors quidem inerat multis lāguorum occasionibus & quę non possent cognosci facile peribāt. Alius enim super alium moriebatur. & latenter imminēs malum velociter ferebat interitum. Alij siquidem repente cum vehementibus doloribus & amaro gemitu animam relinquebant. Alij vero ipsis passionibus marcescebant: ita vt neq; curam exhibere corporibus preualerent/ sed pro labore deficerent. Alij autem repentinis tenebris abripientibus suffocati protinus expirabant. Alij autem super mortuos quos sepeliebant/ ipsi quoq; moriebantur: imperfectas pariter relinquentes sepulturas. ¶ Incipiente vero pestifero languore eos ab hora matutina perimere vsq; horam prandij: cōsummata sunt milia septuaginta. Extenditq; angelus manum suam ad hierosolymā/ vt etiam illi pestem languoris inferret. ¶ Rex autem sacco indutus sedebat interrogans deum & supplicans vt morientium leuigaretur interitus. Tunc rex respiciens inter ea & videns angelum euaginato gladio in hierosolymā ꝓphetante clamauit ad deum dicens iustū esse vt ipse puniretur qui pastor erat: & greges qui nichil deliquerāt seruarent. Et in se poscebat iram dei conuerti/ & in generationem propriam peruenire supplicium: vt innoxio populo parceret. ¶ Exaudiens vero deus eius preces/ cessare fecit interitum: & mittens Gad ꝓphetam pręcepit vt ad aream Iebusei ornei alias orna repente conscenderet: edificans illic altare deo vt hostias immolaret. Audiens hoc dauid non siluit: sed mox in loco vbi pręceptum fuerat libauit. Orna vero terebat frumentum. Cūq; vidisset regem/ & eius pueros omnes venientes: cucurrit ad eum & adorauit. Erat enim quidam genere Iebuseus: Dauid autem pręcipuus amicus. & propterea ei nichil mali fecit quando ciuitatem sicut prediximus deuastauit. Cumq; orna interrogaret cur dominus venisset ad famulū suum/ dixit vt aream compararet ab eo quatenus altare in ea constituens domino hostias immolaret. Qui & aream dixit & aratri boues ad holocaustum se prębiturum & deum oraturum vt sacrificium grate susciperet. Rex autem eius quidem simplicitatem & magnanimitatem diligere se professus/ munusq; suscipere. precium vero eum rerum omniū accipere postulabat: dicens non esse iustum gratis sacrificia celebrare. Dicente autem orna vt quod vellet efficeret quinquaginta siclis ab eo comparauit. Et edificato altari sacrificia fecit/ & holocaustum celebrauit/ & hostias pacificas immolauit: quibus deum placuit. & denuo propicius est effectus. ¶ In illo siquidem loco aliquando contigerat abraham offerre filium suum ysaac: quādo cum iā paratus esset occidere filium & in holocaustum exhibere iprouiso aries apparuit & altare circūstetit. quē abrahā pro filio suo sicut ṗdiximus imolauit. ¶ Vidēs autē rex orationē suā exauditā a deo/ & sacrificiū grate susceptū: decreuit vt ille locus area totius ppl'i vocaret. Quā vocē nimirū oportune iam tunc ꝓ tēplo illic deo edificādo permāsit. Deus enī misit ad eū ꝓphetā & dixit tēplū illic eius filiū suū esse facturū qui esset ei successurus in regnū.

Varia pestis species sup hebreos.

Nūerus mortuorū a mane vsq; prandium.

Exauditus dauid altare edificauit ṗcipiente gad ꝓpheta & libauit.

Orna Iebuseus dauid amicus qui i biblia vocatus est area.

Dauid locū altaris ab orna quīqginta siclis sibi cōparauit.

Impositio nois loco illi vbi post ea tēplū p filiuz fore cōstruēduz dauid ṗdixit ꝓphetice

HYSTORIA TERTII LIBRI REGVM INCIPIT.

¶ Pręparata p dauid ad tēplū cōstruēdū materia ordinatisq; artificibus & nūeratis salo. filiū regni successorē ad virtutes amplexādas exhortat: & vt tēplū deo edificet/ ṗcepitq; ppl'i pricipibus in hmōi cōstructiōe filiū iuuare cōstructoq; tēplo archā & sacra vasa illic mādauit recōdere.

Ca xx.

Post hanc itaq; prophetiā iussit rex dinumerare colonos. & inuenti sunt centū octoginta milia Ex his enī instituit lapidū cesores octoginta milia. aliam vero multitudinē vt lapides veherēt deputauit: ex qbus tria milia quingentos laborātibus preposuit. ¶ Preparauit autem ferrum & es ad opera: & ligna cedrina valde procera. hęc mittentibus sydonibus quibus mandauerat vt ei hanc materiam ministrarent. amicis vero suis hęc dicebat se tunc gerere: vt regnaturo post se filio pręparatam materiam ad opus fabricę derelinqueret. & non tunc cum esset nouus & inexpertus propter etatem circa talia laboraret. sed habens hęc pręparata citius opus impleret. ¶ Vocans autem filiū salomonē ṗcepit ej vt succedens in regnū templū edificaret deo/ dicens quia cū volentē hoc facere prohibuisset deus bellis & humano sanguine sordidatuz. & prędixisset quia salomon iunior filius edificaret tēplū. & quia vt hoc noīe vocaretur nō ipse tanq̄ ꝓspexisset: sz deus ei ꝓmisisset ꝓuinciā hebreorū eius tpe fore fœlicē. & alijs bonis & pace quod est omniū valde pręcipuū: sed & bellorū atq; seditionū intestinarū futuram maximam libertatem. Tu igitur inquit quando & ante natiuitatem a deo rex fore monstratus es. enitere etiam in alijs prouidentia eius dignus esse & pius existere simul & iustus & fortis. Mandata quoq; eius & leges quas nobis per Moysen tradidit & tu conserua: et alios nequaq̄ pręuaricari permittas. Templū autem qđ te regnante sibi fieri ipse pręcepit deo reddere festinato. Nō pauescas magnitudine opis nec labore terrearis. Cūcta nāq; tibi an̄ meū obitū ṗparabo. Scito siqdē auri talenta iā collecta decē milia: argēti vero cētū milia talētoꝝ. Ferri vero & eris pōdus qđ & numerū post

Colonoꝝ nūerus quoꝝ partē lapidū cesores istituit partē aliam vectores deputauit.

Dauid ad salomonē regni successorē exhortatio vt templum deo edificet.

Exhortat dauid salomonē filiū suū ad virtutes āplexandas

set excedere preparari: lignorum & lapidum maximā copiam. habes autem & super hec & qui lapides possint cedere & fabricas instruere multa milia virorū: et si quid his defuerit adijcere non moreris. Esto igitur optimus gubernator deum habendo patronum. ¶ Precepit ergo principibus populi quos fabricare preceperat filium adiuuare & bonis omnibus abundantes circa dei vacare religionē dicens pro his fruituros pace simul & quiete que deus iustis & pijs omnibus cōsuetus est repensare. Edificato siquidem templo archam precepit illic & sancta vasa recondere. dicens q ante multum tēpus hoc templum habere debuerant nisi patres nostri deo inobedientes fuissent. cum deus vtiq; sibi templum postq̄ hanc terram obtinuerunt edificare p̄cepit. Hec itaq; ad principes suos dauid et ad filium locutus est. D

Precepit edificato tēplo intus archā ponere.

¶ Dauid senio confectum (concilio inito) abisach virgo dormiēs secum calefaciebat que integra permansit: adonias itaq; quartus filius dauid regnū ambiens paternum (ioab & abiathar sibi fauentibus) fratres suos cum suis fautoribus ad cōuiuium vocat: spretisq; salomone fratre & sadoch sacerdote & natham propheta. quo cognito bersabee regem (consiliante nathā) pro regno salomoni īpetrando agreditur. ad quem etiam propheta nathā accedit de futuro rege sermonē faciens quibus iurauit rex salomonem post se regnaturū: ipsumq; regio iumento impositum foras ciuitatem deduci & oleo sancto inungi in regem precepit. sicq; regio collocato salomone solio letati sunt populi magnam facientes festiuitatem.

Cap. xxj.

Dauid senio cōfectum cōcilio abisach virgo secū dormiēs calefaciebat manēs

Et cū esset iam senex & corpore frigidus: ita vt propter etatem sic algeret vt neq; multis pellibus adopertus calefieri posset. congregati medici & conciliū facientes tentauerūt vt ex omni regione hebreorum speciosa virgo eligeretur que cum eo dormiret. Hoc enim contra frigus fore remediū vt cum puella virgo foueret. Ad quam rem adolescentula in ciuitate reperta est que mulieres pulchritudīe sua cūctas excelleret / nomine abisach: que dormiens solūmodo cum rege calefaciebat eum. Rex autem ad causas venereas (que iam senectute defecerāt) ad coitum mulieris nōvalebat. ¶ Quartus igit̄ filius dauid iuuenis speciosus atq; p̄cerus ex muliere agith natus noīe adonias q̄ post absalon fuerat procreatus habens regnandi superbiā dicebat amicis quia ipsum oporteret in regnum succedere: fecitq; sibi currus multos & equites / & quinquaginta viros procurrentes instituit. Que cum videret pater non corripuit eum / neq; impetū voluntatis eius abstinuit donec agnosceret pro qua causa talia cogitaret. Habuit autem adonias huius rei cooperatores principem militie Ioab & abiathar sacerdotem / cui solummodo resistebat sacerdos sadoch / & natham propheta & banaias qui supra corporis custodes fuerāt: & simas amicus dauid: & omnes viri fortissimi. ¶ Cumq; preparasset adonias cenam extra ciuitatem circa fontem qui erat in orto regali: & omnes fratres preter salomonem illic vocasset: necnon & principem militie Ioab et abiathar: & principes tribus iuda sadoch solūmodo sacerdotem & natham prophetam & banaiam & omnes diuerse voluntatis ad conuiuium non vocauit. ¶ Hec autem matris salomonis bersabee nathā propheta / nūciauit dicens. Adonias rex est: & dauid hoc ignorat. Deditq; illi conciliū vt saluaret se & filium suū salomonē / & ingressa ad dauid diceret ei sola / quia ipse quidem iurasset post se regnaturū salomonē. & quia adonias iam teneret imperiū. Qua iegi loquente p̄pheta se asseruit ingressurū & eius verba sub testimonio firmaturū. Credens autē verbis prophete bersabee introiuit ad regem. Et cum solēniter adorasset silentio ei omnia que propheta monuerat explicauit conuiuiū Adonie. & vocatos ab eo Abiathar sacerdotē / & Ioab principē militie & eius filios absq; salomone / & necessarios eius amicos non vocatos insinuans: dicebat ei quia omnis populus sustineret quē rex ordinare vellet / rogans vt haberet in animo quia post mortē eius ille regnans eam & filium eius vna perimeret. ¶ Cumq; adhuc loqueretur mulier cū rege: nūciauerunt ei quia nathā eum videre vellet rege iubente vt veniret. Ingressus natham interrogauit si ea die regem fecisset adoniam & ei principatū populi tradidisset: dicens eum splendidū valde fecisse conuiuium. & omēs regis filios preter salomonem ibidem inuitasse. & principem militie Ioab qui cum plausu nimio epulari / & lusu alias luso eternum eius optabant efficere principatum: adijciens. neq; me inquit neq; sacerdotē sadoch vocauit: nec banaiam qui supra corporis custodes erant positi: & iustum esse vt omnes agnoscerent si eius factum fuerat voluntate. ¶ Hec dicente Natham precepit vocari bersabee. Paulum namq; e cubiculo discesserat ingrediente propheta. Cumq; venisset mulier: rex ad eam. Iuro te inquit tibi per deum nostrum excelsum: filium tuum Salomonem esse regnaturum sicut & primitus iuraui: & hunc super meum solium fore sessurum: & hoc hodie celebrandum. Cumq; mulier adorasset eum / & longeuam ei optasset vitam: sadoch sacerdotē & et banaiam vocari precepit. Quibus veniētibus iussit vt sūpto nathā p̄pheta & armatis q circa aulam regiam residebant: imponētes eius filium salomonem in iumento regio foras ciuitatem ducerent: ad fōtem qui dicitur geon: & eum oleo sancto vngentes cōstituerunt regem. Sadoch sacerdotem & Natham prophetam hoc celebrare pre-

3.R E. F 3.R

Adōias fratres p̄ter salomonē ad conuiuiū vocat.

Cōciliū nathan p̄phete datum bersabee pro regno salomoni īpetranda.

Nathā ad dauid īgressus de futuro rege sermonē facit.

Iuramentū dauid de salo. regnaturo.

Iubet dauid salomonem regio iumēto īpositū īungi in regem.

cepit:sequentesq; per mediam ciuitatem tuba canerent clamantes ĩeternum viuere regẽ salomonẽ & A eum sedere in solio regio constituerent:vt agnosceret omnis populus q ei traditum a patre suisset imperium. Salomoni vero mandauit de regno:vt pie ac iuste circa hebream gentem & tribum iuda viueret. Cumq; banaias optasset vt esset deus propitius salomoni:repente insigniter & nullam habẽtes moram imposuerũt salomonem in regia mula/educentesq; eum extra vrbem ad fontem & oleo vngẽtes introduxerunt rursus in ciuitatẽ fauentes et longeuũ fieri regnum eius deprecãtes. Deinde veniẽtes ad domum regiam eum sedere fecerunt in solio regis. Tunc omnis populus mox cõuersus ad epulas & magnam festiuitatem: letatus est in calamis alijsq; musicis organis delectabatur exultans ita vt diuersitate organorum et melodia musica omnis terra & aer vndiq; echo resonaret.

Salomon in regio solio collocatus letãte populo.

¶ Audita salomonis vnctione adonias & qui cum eo erant turbati sunt et fugerunt:sed salomon (cognito q adonias timens altaris cornu teneret)vocauit eum sibi peccatum cõdonans cõuocatis insuper omnibus populi principibus sacerdotibus & leuitis manifestauit dauid se Salomonem filium suum regem effecisse: ordinauitq; circa templi fabricã officiarios iudices ianitores et cantores et ex domo eleazar sacerdotis sexdecim.ex domo autem ithamar octo ebdomadarios instituit: & eos(qui de germine moysi erant) eminentes prẽcepit honorare.diuisit quoq; exercitum per duodecim cohortes vnicuiq; cohorti iudicem instituens.

Capi.xxii.

c.i. CVmq; sensisset clamorẽ adonias & qui conuiuio eius prẽsentes erant turbati sunt. Dicebatq; ioab non sibi placere sonum tubẽ quem audiebat. Dumq; de cunctis in conuiuio constitutis nullus gustaret cibũ. sed omnes diuersis cogitationibus ĩhererent: cucurrit ad eos sacerdotis abiathar puer nomine ionathas. Cumq; vidisset adonias iuuenẽ & dixisset boni eum nũcij fore/ille eis pandit vniuersa de salomone & volũtatem regis dauid aperuit. Exilientesq; mox e conuiuio adonias & omnes qui vocati fuerãt a sede regali fugerunt. Metuens autem adonias regem B pro his quẽ fuerant gesta:supplex factus est. ¶ Et dum cornu altaris teneret hoc fecisse eum nũciatũ est Salomoni:& quia rogaret vt ab eo acciperet iusiurandum:& quia non haberet rex circa eum huius facti memoriam:nec mali aliquid sustineret. Ille vero mansuete misit temperanter egens:et ab illo quidem cum dimisit illesum. dicens q si caperetur aliquid denuo nouitatis perferre: ipse punitionis auctor existeret. et mittens iureiurando prẽbito euocauit eum. Qui dum venisset & adorasset/iussit eum ad domum propriam remeare nichil de cetero metuentẽ vt tamen bonum pro sua maxima vtilitate exhiberet admonuit. c.2. ¶ Volens autem dauid ostendere totius populi se filium regem effecisse/cõuocauit principes vniuersos in hierosolyma & sacerdotes et leuitas:& dinumerans eos primum inuenit ab anno tricesimo vsq; in quinquagesimũ existentes triginta octo milia. Ex quibus instituit curatores fabricẽ templi/viginti tria milia:iudices autem populi & scribas eorum sex milia. ianitores autem domus dei quattuor milia:totidẽ qui hymnos dicerent deo cantantes in organis quẽ dauid sicut prẽdiximus instituit. Diuisit autem eos etiam per generationes: & segregans ex tribu sacerdotes/inuenit eorum generationes viginti quatuor.ex domo quidem eleazar sexdecim & de ithamar octo & prẽcepit vt vnaquẽq; generatio ministraret deo per dies octo/a sabbato vsq; ad sabbatum omniũ. et ita generationes sortem acceperunt prẽsente dauid & sadoch et abiathar sacerdotibus & principibus vniuersis. Et prima quidem generatio conscendens scripta est/prima & secunda pariter & tertia. et consequenter vsq; ad vicesimam quartam: & hẽc diuisio permansit vsq; ad prẽsentem diem.

Audita salomonis vnctione timuit adonias & qui cũ eo erant. Ionatha Abiathar sacerdotis filio que fctã sũt cõtra salomonẽ nunciante fugit adonias & qui cũ eo erant.

Dauid(omibus cõuocatis principibus & sacerdotibus & leuitis) manifestauit se filiũ regẽ effecisse.

C ¶ Fecit autem & de tribu leuitarum partes viginti & quattuor.et sortiti eodem modo cõscenderunt/vt secundum sacerdotium octo diebus ipsi quoq; ministrarent. Instituit autem eos qui erant ex germine moyseos eminentius honorare. & fecit eos custodes thesaurorũ dei atq;vasorum quẽ reges deo dicare contingeret: Iussitq; omnibus de tribu leui simul & sacerdotibus vt ipsi die noctuq; deo seruirent sicut eis prẽceperat moyses. ¶ Post hẽc autem diuisit exercitum in cohortes duodecim cum ducibus suis & centenariis et tribunis. habebat autẽ vnaqueq; cohors viginti quatuor milia virorũ quos obseruari prẽcepit per trecentos dies a prima hora vsq; ad nouissimam salomonẽ regem cum centenarijs & millenarijs. ¶ Constituit autem iudicem vniuscuiusq; cohortis quem bonum iudicauit & iustum:& tutores thesaurorum & vicum &. agrorum:alios autem iumentorũ quorum nomina non credidi necessarium reminisci.

Diuisa tribu leuitarũ secundũ sortẽ eos qui ex germĩe moyseos erant pcepit dauid magis honorare. Vnicuiq; cohorti iudicẽ ĩstituit

¶ Conuocatis in ecclesias principibus populi & ducibus de templo edificando verba facit: monetq; filios suos vt non grauiter q salomonẽ fecerit regem sed eum tanq electum vt dominũ honorarent:hortaturq; salomonem mandata dei custodire: cui omnibus videntibus descriptionẽ templi & cõstitutionẽ tradidit quãq; edificationem omnes magno studio amplexati sunt oblationes maximas condonantes prostratiq; in terra gratias ipsi dauid referunt. secundo quoq; & salomonem in regem vnxerunt.

Capitulum.xxiij.

Dauid ad omes officiarios de edificando teplo verba facit.

Cumq; hęc singula prędicto modo distribuisset: conuocans in ecclesiam iudices hebreorum & principes tribuum & duces cohortum & qui in vnoquoq; actu aut qui super possessionē regiam fuerat constitutus: stansq; in excelsiore solio rex ait. Fratres nosse vos volo quoniam templum deo edificare deliberans: aurum multum preparaui pariter & argentum centum milia talentorum. Deus autem prohibuit me per natham prophetam propter bella quę pro vobis gessi ex inimicorum cedibus pullutam habens dexteram / ei templum edificare sed filium michi successurum in regnum hoc implere pręcepit. Nūcio itaq; quoniam dum pater noster iacob duodecim filios habuisset in istis iudam fuisse regem. & meipsum cum sex fratres haberem prępositū et ab eo percepisse regnū et nullum meorum grauiter hoc tulisse. Et ego deposco meos filios vt non inter alterutros seditiones exerceant: salomone regnum suscipiēte: sed agnoscentes ꝙ eum deus elegit ferant eum libēter vt dominum. Non enim grauis debet esse dei voluntas quando nō extraneo seruiūt sed magis letentur in fratrem honorem imperiumq; possidentem: eiq; participantes. Oro itaq; vt promissiones dei perducantur ad finem: et fœlicitas in cuncta prouincia seminetur / omniq; tempore teneatur: sicut etiam sub rege salomone est ipse pollicitus prebiturū. Erunt autem hec firma & terminū bonum habitura. si piū & iustum et custodem paternarū legum temetipsum o fili prebueris. Si vero has non custodieris / mala scito te esse passurum. Rex itaq; dum hęc complesset verba: cessauit. ¶ Descriptionē vero et constitutionem edificij templi omnibus videntibus salomoni tradidit quemadmodū fundamenta domus & superiora et quanta & qualis altitudo & latitudo fieret: necnon quanta vasa aurea & argentea: quorum pondus ipsa decreuit. Monuitq; eum sermonibus vt omni instātia immineret in opere vtq; principes & leuitarum tribus cum eo pariter laborarent propter eius etatem: & ꝙ cum deus illum eligeret qui & fabrice templi & presul esset imperij / facile illis & non valde laboriosum edificium fore dicebat. cum ipse auri multa talenta plurima vero argenti & ligna: dum & fabrorum multitudinem & lapides cedentium pręparasset: necnon smaragdos & alios lapides preciosos. sed & nunc oblationis primitias faciens. alia tria milia talentorum auri purissimi se prębiturū esse dicebat: ad aditum & currum dei faciēdum de quo cherubin essent: sub quibus cōstituerent archam. ¶ Cumq; tacuisset dauid principibus & sacerdotibus atq; leuitis multum studium oblationis habentibus & ꝓmissiones claras & magnificas exhibētibus / quę etiam sunt implete oblata ab eis sunt auri quidem talēta quinq; milia & stateres decem: argenti vero talenta decem milia / ferri talenta multa milia. Sed & quicunq; preciosos lapides habuit / obtulit. et inter thesauros dedit cōseruādos quorū agebat curam pronepos moyseos lahis. In his itaq; omnis populus exultabat / sed & dauid videns studium & munificentiā procerū ac sacerdotum & simul vniuersorū deum benedicebat magna voce patrem eum & genitorem omniū esse proclamans. sed & opificem rerum humanarū & diuinarum & quibus eum ipse pręposuisse pręsulem simul & curatorem fecisset generis hebreorū & fœlicitatis eorum quorum ei prębuerat principatum. Inter hec autem orans & omni populo bona semper optans & salomoni filio mētem sanam & iustam et in cunctis partibus virtutem incolumitatē iussit: vt etiam populus benediceret deum. Illi vero prostrati in terra / adorauerunt & egerunt gratias dauid pro omnibus quę eo regnante potiti sunt.

Monet filios vt non grauiter ferāt ꝓ salomonē fecerit regē sed eum vt dnm honorent.

Descriptionē tępli dauid salomoni oībus videntibus tradidit.

Oblatiões principū sacerdotū & leuitarū & aliorū ꝓ tēpli edificio.

¶ Altera vero die deo hostias celebrauit: vitulos mille / & totidem arietes: et agnos mille. quos in holocaustis obtulerunt. Sacrificauerūt pariter & pacificas multa milia ouium occidentes: & tota die rex festiuitatem habuit cum omni populo. Sed et salomonē secundo vnxerunt oleo regem fecerunt & sadoch pontificem vniuersę plebis: deducentes ad regalia salomonē et sedere facientes in solio patris. Ab illo namq; tempore ei cunctus populus seruiebat.

Populi gr̄as dauid in terra prostrati agunt.

Secūda vnctio salomonis in regem.

¶ Monet moriens dauid salomonem iustum esse circa proximos & pium erga deum sed & iniquitatem ioab punire cōmendatq; berzelai filios in recompensationē patris et semei blasphemiā decenter pręcipit vlcisci. Sicq; mortuus dauid anno etatis septuagesimo laude dignissimus & a principibus imitandus sepultusq; in hierusalem diuitias tantas reliquit q̄tas nullis neq; hebreorum neq; gentilium rex habuisse dignoscitur: quarum diuitiarum tempore hircani & tempore herodis manifestum habitum est testimonium.

Cap xxiiii.

Post paulolum vero tempus & dauid egritudine et senectute cōfectus sciens se moriturum. vocauit filium salomonem & hęc ei locutus ē. Ego quidem o fili iam ad vniuersorū debitum ad pr̄es procedam meos cōmune gradiens iter oīm q nūc sunt qq; futuri sunt: illic pgens vn̄ nō licet vlterius remeare. & quę in hac vita gerūt agnoscere. Quapropter adhuc viuēs iuxta mortē cōstitutus ea te moneo quę dudū edixi suadēs tibi vt sis qdē iustus circa subiectos: pius aūt circa deū / q tibi dedit iperiū: atq; mādata serues & leges q̄s ad nos p moysen ipse trāsmisit: et neq; gr̄a neq; inimicitijs neq; cōcupiscētia neq; alia passione cōstrictus: has forte cōtemnas. Dei namq; fauorē amittis si legis preuaricator fueris. et e diuerso eius prouidentiam in te conuertis si talis fueris qualem oportet esse

Monitio dauid morientis ad filiū salomonē.

Iustū circa proximos eē & piū circa deum monet filium.

rectorem imperij. Sed etiam ego deum exoro vt genus nostrum regnum tēpore vniuerso possideat nec altera domus habeat hebreorum principatū: sed vt nosipsi per secula eterna regnemus. ¶ Esto autem memor iniquitatis ioab: qui per zelum occidit duos militię principes iustos et bonos abner filium ner et amasam filium iethra: quorum mortem vt fuerit visum tibi defende: quoniā potior atq; potentior existens ioab penam hactenus declinauit. ¶ Commendo autem tibi et filios berzellei galaditis quos in omni honore et prouidentia conseruabis: hoc munus prestando michi. Non enim initium benefaciendi conferimus sed potius repensamus: quia pater eorum michi in fugę tempore ministrauit. ¶ Sed & semei filium gera de tribu beniamin qui multum mihi in fuga posito blasphemauit proficiscenti et postea remeanti recurrit ad fluuium iordanis et fidem accepit q̄ nihil mali tunc pateretur: nūc causam rationabilem requirens decenter vlcisceret. ¶ Dumq; hęc filium monuisset de omnibus & amicis & his quos nouerat pena dignos: defunctus est cum vixisset annis septuaginta ex quibus regnauit septem annis in hebron super tribum iuda & menses sex: hierosolymis autem regnauit super prouinciam vniuersam annis triginta & tribus. ¶ Hic enim vir fuit optimus et omni virtute plenus quas esse oportet in regibus quibus tantarum gentium committitur salus fortis qualis non fuit alius. Nam in certaminibus quę propter subiectos habuit primus ad pericula properabat laborare et pugnare milites inuitans: ipse operando potius nō sicut dominus imperando. Ad intelligendum et considerandum de futuris et dispensationem pręsentium nimis idoneus castus: mansuetus benignus circa eos qui calamitatibus erant iustus et nimis humanus. In his autem quę regibus pręcipue conueniunt in nullo penitus nisi q̄ circa vxorē vrię magnitudine potestatis deliquit. ¶ Reliquit autem & diuitias quantas nullus alius regum: neq; hebreorum neq; gentium aliarum. ¶ Sepeliuit aūt eum filius salomon in hierosolymis decenter nimis et alias res quę solent circa exequias regias ministrari: et multas diuitias cum eo recondidit. Magnitudinem ex his quę dicturus sum poterit quilibet agnoscere. ¶ Post tempus enim annorum mille trecentorum hyrcanus pontifex dum ciuitas obsideretur ab anthiocho rege qui pius cognominatus est filio demetrij volens dare ei pecunias: vt ab obsessione recederet et exercitum suum auferret: non habens vnde hoc adimpleret aperuit vnum locum sepulchrorum dauid: et sublatis tribus milibus talentorum partem dedit anthiocho: et ita nimitatem obsessionis amouit: sicut etiam in alijs indicabimus. ¶ Post hęc autem multo annorū tempore iā transacto: rursus herodes rex alium locū aperiens plurimas exinde pecunias tulit nullus autem eorum loculos regum inuenit. Erant enim sub terra mechanico modo reconditi: vt ingredientibus in monumentum nullatenus possent esse manifesti. Sed et his quidē hęc non indicasse sufficiat.

Dauid salomonē iniquitatem ioab punire admonet

Cōmēdat filios Berzelai recōpensationē bonorum recepto rum ab illa.

Oblitus dauid anno etatis suę septuagesimo et regni eius epilogus.

Laudes dauid valde notande et a pricipibus imitande.

Diuitie dauid

Sepultura dd in hierusalem.

Diuitiarūq; dauid testimoniū tēpore hircani pontificis aperiētis dauid sepulchrum

¶ Explicit liber septimus

¶ Incipit liber octauus antiquitatum

¶ Salomoni regi (mortuo patre) omnibus fauentibus adonias (bersabee mediatricę) Abisach petit vxorem quem iniuste petentem iracūdia motus rex iubet occidi (matri sue prius constituto iuxta regnum solio) abiathar quoq; sacerdotem in exilium mittit domo ithamar priuata sacerdotio ioab quoq; (audita adonie morte) perterritus fugit ad altare vbi banaia (iubente rege) occiditur qui (occiso ioab) princeps militie constituitur et sadoch solus sacerdos semei quoq; (cui pręceptum est in domo manere nec torrentem cedron transire) pręcepti transgressor occisus est.

Capitulum primum.

DAuid itaq; regis virtutem: quantorumq; bonorum auctor extiterit contribulibus suis quantaq; pugnans gesserit: q̄ longeuus sit mortuus: in pręcedente declarauimus libro. Salomone vero eius filio adhuc etate iuuenculo suscipienti regnum quem viuens adhuc pater dominum populi vniuersi voluntate dei constituit sedente videlicet eo in solio patris omnis equidem populus: sollemniter fauit. vt assolet in regis initio quatenus eius res optime gerētur: et vsq; ad senectutē fœliciter permaneret in regno. ¶ Adonias autē qui etiā patre adhuc viuēte tēperauerat regni culmē iuadere ingressus ad regis mrēm berzabee eaq; hūiliter salutata requisitus ab ea si p aliqua petitiōe venisset ediceret pmittēte se ei tota volūtate cōferre. Adonias ita locutus est nosti qdē: & ipa regnū: & pter etatē & pter populi volūtatē fuisse meū sed decreto dei ad salomonē tuū filiū peruenisse: me tn̄ cōplecti profiteor: & gratis seruire. et libēter agere que gesta sunt. Hijs dictis pariter postulauit vt apud filiū eius fratrē suum intercederet: eiq; suaderet dari sibi abisach quę cum patre eius dormierat vxorē dicēs quia pro senectute non eam pater agnouisset sed adhuc virgo consisteret. Berzabeę vero et ministraturam se in hoc negotio studio promisit: & nuptias promereri: propter vtrumq;: quia & rex vellet ei prestare aliqb: & illa p eo pna voluntate deposcere. Adonias autem spe nuptiarum letus abcessit Salomonis

Salomōi regiones pre mortuo fauerunt.

Adonias bersabee mediatricē procurans abisach petit vxorem.

Salomon matri solium iuxta regnum iussit apponi.

autem mater repēte perexit ad filium locutura de quibus adonie supplicāti promiserat: & occurrēte filio sibi eāq; complectente cum deduxisset eam ad locum vbi solium erat regiū cōstitutum rex aliud soliū a dextris matri iussit apponi. Cumq; sedisset bersabee: vnum inquit o fili munus petendi michi D. cōcedere ne velis q̄si difficille denegare tristēq; discedere. Cui salomō vt ipleret quod vellet ait: quia sanctū esset matrimonia p̄bere. Culpabat tamē eius petitionis initiū: quia tanq̄ non habēs firmissimā adeptionis spē: huiusmodi verba ꝓferret: et adhuc quicq̄ sibi negare metueret: Tunc illa rogabat vt virginē abisach adonie fratri donaret vxorē. Hoc verbum rex iracunde suscipiēs: dimisit matrē dicēs quoniam adonias causas nimis eminētes appeteret & mirari se quomodo nō posceret etiā regnum que quasi seniori abisach dandam rogaret vxorē: qui potētes haberent amicos Ioab principem militię: et abiathar sacerdotem. ¶ Mittens itaq; Banaiam q erat supra corporis custodes: fratrē adoniā precepit occidi. ¶ Vocans aūt et abiathat sacerdotem dixit. Dignum quidē mori hoc te liberat quia et cum patre meo sepius laborasti et archam cum eo in hac regione vexisti. Hoc aūt tibi ꝓpono supplicium eo ꝙ fueris cum Adonia cōductus & consenseris: vt neq; hic moreris neq; ad faciē meā igrediaris: sed pergens in tuā patriā in agris digito. et hanc conuersationem donec viuis exercet o quoniā peccasti: et non est iustū habere te sacerdotium. ¶ Sic igitur domus Ithamar sacerdotij honore priuata est ꝓpter p̄dictā causam sicut deus antea He!y p̄dixerat: trāsiuitq; ad genus phinees. i. ad sadoch ¶ De genere vero phinees: tēpore quod ad domū Ithamar sacerdotium trāsmigrauit: hely primo pōtificatum accipiēte: isti descendisse noscuntur: qui a sacerdotio sunt priuati Vachar filius ioseph sūmi sacerdotis huius autē filius ioathan autem. Ioathan autē marioth Marioth vero asaphi. Asaphi vero achitob. Achitob autē sadoch q primus a rege sacerdos est effectus. ¶ Igitur ioab militie priceps per emptū audiēs adoniā valde perterritus est: erat enī eius amicus potius q̄ salomonis & hoc periculum propter eius fauorē non irrationabiliter suspiscatus: fugit ad altare credens sibi cautelam religionis interuentu pietatem regiā profuturam. Quod dum fuisset regi nunciatum mittēs baniam iussit eum adduci: vt in eius iudicio satisfaceret. Ioab autē ait non se relicturum esse sacrarium: sed ibi potius q̄ in alio loco moriturum. Quod cum banaias renūciasset regi: p̄cepit salomō ibi sicut vellet caput absciди E & hanc eum recipere penā pro duobus militie pricipibus quos indecēter occiderat & eius cadauer sepelire vt peccata que gessit eius nunq̄ desererēt genus: et ioab morte ipse paterq; eius esset inoxius Quod cū fecisset banias: princeps ipse militie totius constitutus est exercitus. Sadoch autē solū sacerdotē fecit: in loco abyathar quē remouit. ¶ Semei vero precepit vt domū sibi edificaret in hierusalem ibiq; maneret. et torrentem cedron transgredi non auderet Quod si trāscederet vltionē mortis incurreret. Super hāc minationē iurisiurādi eum religione constrinxit. Semei autē hoc precepto salomonis gaudere se dicēs atq; seruare: insuper adijciēs iusiurandū: relicta patria in ierosolimis habitabat. Transactis autē annis tribus audiens duos seruos qui ei fugerāt in geth cōmorari perrexit vt quereret eos Quo cū eis reuertēte. cognoscens rex quia & mandatū eius & iusiurādum spreuisset: grauiter hoc tulit eoq; vocato tu inquit iurasti: nō te me esse relicturū neq; ab hac ciuitate aliquatenus ad aliā recessurū. Nō ergo iurisiurādi effugies vltionē: sed etiā pro quibus patrē meū fugientē iiurijs affecisti dabis nuuc penas: vt cognoscas quia non lucrantur qui non repente pro sua iniusticia puniuntur: sed omni tempore quo se putant nihil patiendos in timore consistere crescit eorum pena: et causa maiore perficitur qua peccasse noscuntur. Tunc semei banaias iussu regis occidit.

Petitio bersabeę pro adonia quam salomon iniustam iudicauit

Iubet salomon adoniam occidi banaię

Salomon abiathar in exilium mittit ipsum a morte p̄seruās.

Domus ithamar sacerdotio priuatur.

Ioab (audita adonie morte) p̄territus fugit ad altare

Iubet salomon caput iob absci di in sacrario.

Banaias princeps militię occiso ioab constituitur & sadoch solus sacerdos.

3.r.c.

¶ Salamone muris potioribus iherusalem edificāte egiptiorum regis filiam duxit vxorē Cuiq; in mōte hebron sacrificanti deus per somnū apparuit promittēs quicquid vtiliter vellet peteret optineret cuius petitio exaudita est & maiora sibi promissa sunt Cuius vtiq; approbata est sapientia prolata. inter mulieres meretrices indicio eius gloria in expensarum magnitudine manifestatur et sapientia in conscriptis canticis & parabolis Necnon scientia ipsius in omniū arborū iumētorū aquatiliū aialiū volatiliū & terrestriū naturali cognitione Sed etiā incātationū contra demones ad hominum vtilitatē noticia et institutione coniurationum ostensa est.

3.F

Capitulum secundum.

Cumq; salomon iam regnum haberet firmum punitis omnibus inimicis duxit vxorem filiam pharaonis regis egiptiorum edificatis muris ierosolimorum multum potioribus atq; munitioribus: q̄ primitus extiterunt. De cetero maxima pace gubernabat imperium in nullo per iuuentutem circa iusticiam: legumq; custodiam aut paternorum mandatorum memoriam minor existens: sed cuncta quacumq; etate prouecti: sapientia perfecti faciunt: & in tegritate precipua celebrabat. ¶ Placuit ei vt veniens in hebron in altari ereo quod fecerat moyses sacrificaret deo. Tunc ille mille oues obtulit in holocaustum Quod dum fecisset precipue deum visus est honorasse apparuit que ei ea nocte per somnium precipiens vt quedam sibi ꝓ cultu pie

Salomon regis egiptio⁊ filiam duxit vxorē muris q; hierusale⁊ potioribus edificauit

A tātis peteret confiteri. Salomon autē optima et eximia postulabat: quę deus grate pręberet & viriliter homo perciperet. Non igitur aurū non argentum: non alias diuitias vt hō iuuenis sibi dari deprecatus est hęc enim apud multos sola putantur magna: et dei esse dona pręcipua. ¶ Redde michi domine mētem sanā: & prudentiam bonam vt circa populum iustum possim verumq; proferre iudiciū Hijs petitionibus placata diuinitas gloriam de inimicis & victoriam: prę omnibus intellectum ac sapientiam quale nullus alter hominum habuit: nec regum nec priuatorum seruaturumq; se etiam nepotibus eius imperium multo tempore esse promisit si iuste viueret: et ei obediret: patrisq; sui in optimis actionibus imitator existeret. Hęc audiens salomon dicta repente exiliuit a somno: et adorans eū i hierosolimā remeauit et ante tabernaculū sacrificijs celebratis epulas vniuersis exhibuit. ¶ Hijs itaq; diebus iudicium apud eū deductum est cuius terminum erat inuenire difficile. Causā vero vñ iudicium salomon prouenerat necessarium iudico proferre: vt legētibus iurgij nota sit difficultas Et si talia quidem inserātur: quasi ex imagine egregij decreti cito possint huiusmodi [illegible] proferre sentētiā: ¶ Due ad eū mulieres socia cōuersatiōe venerūt quarū quę lesa videbatur prima cœpit hęc verba pferre habitabamus inquit o rex ego et hęc mulier in vna domo. Contigit autē ābabus vt vna die eadem hora pareremus transacta iam tertia die dormiēs hęc super suum filium incubuit & eū violēter occiderit. Tollensq; meū ad se cōtulit: et mortuū in vlnas meas dormientis apposuit. Mane facto dū vbera porrigerem filio meū quidē nō repperi huius aūt mortuū michi adiacere cognoui. Et misera certius hoc turbataq; considerans: factum scelus ispexi vnde repetens meum filium et non recipiens: ad tuum domine remediū cōuolaui. Dum enim sole simus et nullum qui nos arguat metuamus contēpnens hęc denegare persistit. Hijs dictis: requisiuit rex quid allegare vellet et altera. Qua negāte q̄ hoc fecisset: et dicente suū viuere filium: et aduersarie sue fuisse defunctum. Cū nullum posses inuenire huius rei iudicium: sed in eius descriptione omnium mens cohereret solus rex huiusmodi quęstionem inopinanter exoluit iussitq; deferre et mortuum & viuum infantem locauitq; quendam

B armigerum pręcipiens vt euaginato gladio ambo diuiderentur infātes: vt vtreq; medietatē: et eius qui mortuus erat & qui viuebat acciperet. In hoc autē iudicio omnis quidam populus ignorans sententiam deridebat quasi ab adolescente rege prolatā. Inter hęc autē vera matre proclamāte ne hoc fieret: sed potius vt infantulus eius socie traderetur: sibiq; sufficere dicente vt tantum viueret eumq; videret: licet alterius esse putaretur: et ediuerso altera preparata vt diuisum videret infantē: insuper veram matrem tormentis affici postulante: cognoscens rex vtriusq; voces de vero cordis fonte prolatas. reclamante quidem ne perimeretur infantulus iussit filium redonari. veram matrem eam esse cognoscēs. Alterius vero maliciā accusauit: quę necato proprio filio etiā suę amice natum videre cupiebat extinctum. ¶ Hoc itaq; magnum exemplū & pręcipuum sapiētie & prudentię eius iudicium populus credidit vniuersus: & ex illo tanq̄ diuinum habētem sensum omnis inspiciebat. ¶ Isti siquidem principes militie & duces erant in omni prouincia. In tribu quidem effraim vrias in regione autem bethleem dochis. Dorosen autē & maritimorum regionē abiā. Asaph habuit sub potestate sua duces: duxitq; filiam salomonis vxorem. Campus autē maximus erat sub banaia filio bachi cui adiecta est terra ad iordanem vsq; protēsa. Galaditē vero & gauladiten vsq; ad montem libanū & censum sexaginta ciuitates maximas atq; munitas habēs sub se gabiar gubernabat eas. Achinadab aūt totius galileę vsq; ad sydonem curam habebat: & ipse duxit filiam salomonis nomine basina. Mariti

C ma vero quę circa arcē ciuitatis sunt posita habuit banach. fabath aūt montē tabir alias tabirū & carmelum et inferiorem galileam. Regionē autem vsq; ad iordanem fluuium constitutā basan dispone bat. Semei autē sors beniamidis erat munita. Gabar autē habuit regionem positam transiordanem Et super omnes hos vnus positus erat princeps. Mirabile siquidem incrementū habuit & populus hebręorum & tribus iuda: conuersi ad terre culturam. Nam pace potiti. & ad bella atq; tumultus vlterius non abstracti insuper & desiderata libertatem adepti intemperantes erant circa substātias cōgregatas & eas potius semper extendētes. ¶ Erant autē regi & alij duces qui syriorum terras & alienigenarū a fluuio eufrate distētas vsq; ad ęgiptū gubernabāt tributa colligētes ex gentibus. ¶ Inferebāt aūt & eius mēse quotidiane ad regale cōuiuiū simile choros trigīta: farine sexagīta boues saginatos decē: & de pascuis vigīti. agnos sagiatos cētū. Hec oīa p̄ter illa que de vēationibus capiebāt. id est ceruos & bubalos & volatilia: sed & pisces quotidie ab alienigenis portabanẗ. ¶ Tātā vero multitudinē curruū habuit salomō vt q̄dragīta milia p̄sepia equoꝝ subiugaliū essent & p̄ter hos duodeci milia eqtes quorū medietates regi ī hierosolymis obseruabat reliq vero p vicos regios dispsi mācbāt Idē vero dux cui cōmissa erat mēse regal: expēsa etiā eqs necessaria mistrabat deuehēs hęc ad locū vbi rex ipe morabaẗ. ¶ Tātā itaq; deus p̄buit salomoni prudentiā ac sapiētiā vt etiā hoīes antiquos excelleret & nec egiptijs q sapiētia oībus differri dicunẗ cōpatus vl' dicunẗ cōpatus vl' modicū minus

Petitio salomonis a deo exaudita & vltra maxima p̄missio.

Iudiciū salomonis inter mulieres meretrices.

Iubet salomon ābos infātes et mortuū & viuū diuidi

Salomōis iudicio vera mater cognita

Alij pricipes salomonis super alienigenas.

Gloria salomonis magnitudine expēsarum.

Cātica salomonis & parabole Omniū arborū iumētorū terrenorū aquatiliū & agri aialium omniumq; rerū naturā sciuit.
Vidisse se iosephus testat quēdā iudeū corā vespasiāo curās se demoniacu3 & coniurasse.

esset. Cuius vtiq; multū nimis sapiētia pcedebat. Trāscēdit aūt sapiētia eius ēt eos q apd hebreos tūc scentia clarere videbātur: quę oīa non pteribo. ¶ Erāt autē ethā & themā & chalgal & dardanus filij madanis. ¶ Cōposuit aūt & libros de cāticis & modulationibus quinq; mile parabolarū atq; similitudinum fecit libros tria milia. ¶ Per vnumqdq; enim arboris genus parabolam dixit ab ysopo vsq; ad cedrū. Eodem modo de iumentis & de reliquis terrenis necnon aquatilibus & agri aīalibus disputauit. Nullā namq; naturā ignorabat: inexaminatamq; preterijt: sed de omnibus philosophatus est & disciplinam proprietatum eorum eminenter exposuit. ¶ Prēstitit autem ei deus vt etiā contra demones ad vtilitatem hominum & eorum curas ediscerct. Et incantationes instituit quibus egritudines soleāt mitigari. Modos etiā coniurationum quibus obstricti demones: ne denuo redeāt effugantur inuenit. ¶ Et hęc cura hactenus apud nos multum pręualere dinoscitur: vidi etenim quendam eleazarum de gente nostra presente vespasiano & eius filijs et tribunis alioq; simul exercitu curātem eos qui a demonibus vexabantur. Modus autē medicine fuit huiusmodi. intulit naribus eorum qui a demonio vexabātur annulum habentem subter signaculum radicem a salomone monstratā. Deinde demoniū per nares odorantis abstraxit: & repēte cecidit homo. Postea coniurauit eum iuramentum obijciēs salomonis ne ad eum denuo remearet: id est cātica quę ille composuit super eū edicēs. Volens autem satisfacere atq; probare psentibus eleazarus hāc se habere virtutē ponebat ante eos aut calicē aquę plenum aut peluim: & demoni impetrabat vt hęc ab homine egressus verteret & videntibus prębercet iudicium q hominem reliquisset. Quo facto sapiētia salomonis cunctis innotuit: propter quam & omnes magnitudinis eius naturam cognoscerent atq; religionem: & vt nullum regis virtus de omni genere sub sole lateret hęc dicere sum compulsus.

¶ Hyarā solomoni nuncios mittenti scripsit salomon vt pro templi edificio mitteret artifices: cui rescripsit hyram sibi in omnibus obsequiū ministraturum promittēs cuius volūtatē & fauorem salomon valde laudās in donis & muneribus recōpēsauit. vnde inter eos hac largitate creuerūt amicitię & salomonis prudentia in multitudine operariorum & ordine quorum adoriam magister erat apparuit. Capi. iij.

Hyram ad salomonē nuncios mittit.
Salomon hyrā regi scribens vt artifices p tēpli edificio mittat rogitans.

Rescriptio hyrā salomoni in omnibus libentissime se ministraturum promittētis
Veritatis historie huius testimonium.
Salomon misit singulis ānis tritici & ordei copiam regi hyrā & vini.
Prudenti a salomonis in multitudine operariorum & eorū diuisione.

AVdiens autē hyras rex tyri quia salomon dauid patri successisset in regno: & valde letatus quoniā dauid fuerat amicus: misit ad eū salutās & pter pręsentia bona gaudens. Destinauitq; ad eū salomon denuo litteras hęc habentes: rex salomon hyrā regi. Scito patrem meum voluisse deo edificare templū & bellis frequentibus fuisse prohibitum: Nō ei primū desijt inimicos extiguere: donec eos tributarios sibimet subiugaret. Ego vero gratias ago deo p pace psenti pter cuius vacationē non dubito edificare tēplum. Ipse namq; patri meo dixit a me hoc esse edificandum. Quapropter rogo vt aliquos mitti iubeas cum meis ad montem libani: qui ligna secare possunt. Ad sectionem namq; siluarū sydonij sunt doctiores nostris. Mercedes vero quas decreueris ego incidentibus ligna prębebo. ¶ Legens aūt hyram hanc epistolā & in his quę scripta fuerant delectatus salomoni ita rescripsit rex hyrā regi salomoni. Dignum est equidē vt benedicatur deus: qd tibi paternū prebuit principatum: sapienti viro & omni virtute pollēti. Ego autē in hijs omnibus delectatus: quęcūq; mandasti libentissime ministrabo: Incidēs eni ligna procera cedrina pariter & cipressina per meos ad mare destinabo pcipiēs vt factis ratibus: nauigantes ad locū quēcūq; volueris ea deponāt: vt tui hęc ad hierosolimā deferāt: Sed & tu p hijs pbe nobis frumēta: eo q horum nobis videatur esse inopia. Quapropter supplicamus in hoc te esse solicitū. ¶ Harū igitur epistolarū hactenus rescripta seruātur nō in nostris solūmodo libris sed ēt apd tyrios. Et si quis hęc voluerit integre cognoscere. rogans custodē monumētorū publicorū tyri ciuitatis: inueniet ea consona horum quę a nobis dicta sunt. ¶ Hęc itaq; dixi volēs lecturos agnoscere q nihil amplius extra veritatē pferimus: neq; ex versimilibus quibusdā aut fallacibus aut delectabilibus rebus hanc historiā componētes examinationē quidē fieri declinamus. & vt nobis credatur exigimus immo i nullo potius hęc recipi depcamur nisi adhibita pbatiōe & manifestis iudicijs: virtutē ipsius veritatis habeamus. ¶ Rex itaq; salomon: dū ei fuissēt littere tyri regis allatę voluntatē & fauorē valde laudauit: & ei quę poposcerat repensauit. Mittitq; singulis annis tritici triginta milia choros & totidem olei batos. Beatus autem capit sextarios septuagita duos. Eandem vero mensuram etiam vini prębeat. Amicitię siquidem hyram & salomonis potius largitate creuerunt: & iurauerunt has esse iugiter permansuras. ¶ Rex autē induxit omni pplo tributū triginta miliū operariorū quatenus opus p multitudine sine labore cōstaret: diuisitq; eos valde prudēter. Decē milia ei fecit icidere vno mēse in libano mōte vt duobus mēsibus remanētes ad ppria requescerēt donec iterū vigiti milia de finito tpe suū opus iplerēt. Ita cōtigebat qrto iā mēse pores ac laborē denuo remear. Sup hos ei laboratores scrutator istitutus ē adorā. Erāt aūt ex hijs quos reliqrat dd ad portādos lapides aliaq; matiā viri septua

A ginta milia & eorum qui lapides incidebāt octoginta milia: & eorū prepositi tria milia trecēti. Velociterq; secabant lapides eximios ad fundamenta templi quos primitus poliebant & copulabant in montibus: & ad ciuitatem deferebant. Fiebantq; hec non solum a prouincialibus structoribus sed etiam ab artificibus quos miserat rex hyram.

¶ Tempore quo edificare templum cœpit Salomon descripto fundamentorum ipsius descriptionem altitudinem/latitudinem & longitudinem inuenies circa quod triginta parue domus fuerunt constructe Quodq; templum diuisit Salomon in duas partes duobusq; cerubin ibidem collocatis in medio eorum archā collocari precepit. Capitulum.iiij.

.9 Cepit autem salomon edificare templū anno quarto regni sui mense secundo. quē macedones arthemisyn vocāt: hebrei autem hyaro alias zio anno quingentesimo secundo filiorum israel profectionis ex egipto. ¶ Post mille autē & viginti annos aduentus abraham ad chananeam: de mesopotanea. ¶ A tēpore vero diluuij anno millesimo quadringentesimo. ¶ Ab adam autem protoplasto vsq; ad edificationem templi salomonis preterierunt anni simul tria milia centum & duo Qua tempestate cœpit edificare templum. ¶ Tunc siquidem vndecimum iam in regno tyri hyram annum habebat. A tyri vero conditione vsq; ad edificium templi: fuit tempus annorum quadraginta & ducentorum. ¶ Deposuit itaq; rex fundamenta templi in nimia terre profunditate de lapidibus valde fortissimis: & qui possent longo tempore permanere. quieq; constipati sibi & conserti terre pauimentum & fortitudo super edificati operis essent. & propter inferiorem sui fortitudinem sine defectu impositam magnitudinem: & preciosam vna pulchritudinem sustinerent. Que vtiq; fundamenta non minus pondus erant habitura q̄ alia que erant tanta celsitudine et fastigio quasi instar mundi. & ad magnificentiam fabricanda. Eleuauit itaq; templum vsq; ad came-

.6 ram ex lapide albo constructum. ¶ Altitudo fuit sexaginta cubitorum & longitudo tantūdem: latitudo autem viginti. ¶ Super hoc autem aliud erat edificium equa mensura ita vt esset omnis altitudo templi cubitorum centum viginti: eratq; conuersum ad orientem. Cuius vestibulum habebat longitudinem cubitorum viginti q̄tum & latitudo templi: latitudinem vero cubitorum decem in altitudinem surgens cubitis centum & viginti. ¶ Edificauit autem in circuitu templi triginta paruulas domus que sua compilatione totum templi spacium extrinsecus ambiebant. Nam & ingressus earum ita fecit adinuicem: vt ex alia intraretur ad aliam. Harum namq; singule domus latitudinem habe-

B bant quinq;. cubitorum & tantumdem longitudinis: altitudinis vero viginti Erant autem supra edificate hijs alie & rursus alie super eas equales & mensuris & numero. ita vt omnem altitudinem haberent proxime sicut domus inferior. Superior namq; circum edificata non erat: operiebatq; eas camera cedrina. Et domibus quidem singulis erat hoc proprium & imputribile tegumentum. Aliorū vero erat tectum commune longissimis trabibus adopertum: & cuncta tegentibus ita vt medij parietes ab eis trabibus constipati firmiores existerent Cameram vero que sub trabibus erat de lignis eisdē fecit. celatis opere laqueario auroq; vestitis. Parietes autem cedrinis tabulis exornauit easq; pariter deaurauit vt omne templū nimis effulgeret & vultus ingredientium faceret auri lumine resplendere. Fabrica vero totius templi multa arte confecta est de lapidibus pollitis arteq; compositis & nimis limpide constitutis ita vt neq; mallei neq; alterius instrumenti fabrilis aliquod considerantibus appareret indicium. sed propter hunc vsum omnis materia congruenter explicata videretur: vt naturali armonia potius q̄ ferramentorum crederetur: necessitate confecta. ¶ Excogitauit autem rex ascensum superioris domus per latitudinem parietis efficere. non enim habuit ianuam grandem ad orientem sicut domus inferior: sed a lateribus erant ingressus ianuarum valde paruarum. ¶ Vestijt autem templum intrinsecus de lignis cedrinis vncinis fortibus colligatis quatenus hoc pro munimine & fortitudine magna constaret. ¶ Diuisitq; templum in duas partes: vt interior quidem domus viginti cubitorum aditum esset: quadraginta vero cubitis quo a templo secernentur. In pariete vero diuidente aditum a reliquo templo ianuas de cedro statuit auro multo & diuersis hystoriarum celaturis ornatas suspenditq; ante eas vela ex magnis colorum floribus: id est hiacinthi & purpure & cocci

C ni & bissi mollissimi splendidissimiq; contexta Recondidit autem in aditu qui erat in latitudine viginti cubitorum & totidem longitudine duo cherubin ex auro purissimo: habebantq; vtraq; altitudinem cubitorum quinq;. Due ale vni cherubin qnis cubitis extense. Quapropter non procul a semetipsis aberant ita vt alis suis vna tangeret parietem australem: alia vero positum ad aquilonem. Alie vero ale semetipsas contingentes: archam quē in medio posita erat operiebant. Hec vero duo cherubin nullus qualia fuerunt dicere neq; conijcere potest. ¶ Strauit autem pauimentum templi petalis aureis. ¶ Posuitq; in porta templi ianuas secundum altitudinē parietis mensuratas habentes latitudinē cubitorū viginti easq; pulcherrime deaurauit. Et breuiter dicam nullā partē tēpli reliquit extrinsecus

Quādo salomō incepit edificare templum.
Anno egressionis de egypto quīgētesimo secundo (ī biblia habet quadrīgētesimo & octogesimo.
Epilogus ānorum
Fūdamenta tē.
Altitudo tēpli & lōgitudo & latitudo vsq; ad cameram.
Altitudo omīa & situs
Triginta parue domus & templum.
Descriptio templi.
Ascensus superioris domus.
Diuisio templi ī duas partes.
Ianue īteriores
Duo cherubin.
Archa ī medio cherubin.
Panimētū tēpli
Ianue exteriores.

& intrinsecus que non esset deaurata. Operuitq; similiter etiam has ianuas sicut interiores velis varie decoratis Porta vero vestibuli nihil habuit horum

D

¶ Aurifabrum chirā nomine misit ad Salomonem rex hyram qui pro ornatu templi duas colūnas ereas/mare eneū/ chātaros & altare eneū fecit in templo quoq; mēsarū decem milia cum vna aurea obtulit rex candelabra decem milia/aureū altare: vasa vini fusilia octoginta milia/phialas aureas decem milia & argenteas duplici numero/charateres aureos sexaginta milia argenteos duplici numero/Afferones aureas viginti milia argenteas duplici numero/Thuribula aurea viginti milia commnia autem quinquaginta milia/ Scolas sacerdotales pro pontificibus cum gemmis mile Scolas alias pro sacerdotibus decem milia/Scolas leuitis ducenta milia/Coronam vnā/ Tubas ducenta milia/Instrumenta musicalia quadraginta milia/& maceriā circa ambitū templi construxit ornatissimam.

Ornatus tēpli.
Chirā aurifaber missus ad hyrā.
Colūnę ereę.

Capitulum quintum.

M Isit ergo rex salomon ad hyram & ab eo cœpit artificem nomine Chiram habentem matrem ex genere neptalim. & patrem vriam generis israelitici Totius quidem operis erat edoctus. pręcipuę tamen artifex ad operandum aurum & argentum & es per que scilicet vniuersa pro voluntate regis in templo sunt diuersis machinationibus adimpleta Fecit autem is artifex chiram etiam duas columnas ereas cum canalibus cauatione quattuor digitorum quarū erat proceritas decem & octo cubitorum & ambitus in circuitu duodecim cubitorum & supposuit vtriq; colūpnę capitella fusilia liliata altitudine cubitorū quinq;. super quas erant erea rectia facta quę operiebant lilia capitū colūpnarum de quibus retibus pendebant bini ordines malagranatorum ducentorum. Harum siquidem columpnarum: aliam constituit in parte dextra ante portā in vestibulo tēpli vocauitq; eā thalamū iachin. al's Ioachin aliā vero in parte sinistra. quā noīauit boz. Fudit autem & mare ęneum in scemate hemisperij. quod opus ereum propter sui magnitudinem mare vocatum est Erat enim velut cantarus ingens. habebatq; eius diametrum: id est ab angulo vsq; ad alium angulū cubitos decem. & grossitudo eius erat fusilis digitorum quattuor. Habebatq; fundum in medio aluei sui loco opere rotundū decem coronis explicitum Huius diametrum erat cubiti vnius. Circūstabant autem in hoc mari vituli duodecim respicientes singuli ad quattuor regiones ventorum hoc est tres vituli per vnāquāq; regionem quorum terga intus respiciebant & super eos hemisperiū incumbebat cuius hemisperij rotunditas ad interiora tendebat. Capiebatq; hoc mare batos tria milia. ¶ Fecit autem decem chantaris bases ereas quadrangulas. & vnuscuiusq; fuit lōgitudo cubitorum quinq; latitudo quattuor: altitudo sex: cōclusumq; est opus particulariter. Ita vero ordinatum erat Quattuor columnellę quadrangulę per angulos stantes latera basis ex vtraq; parte in se habētes inserta Erātq; trinę diuisa. & singulus eorum locus habebat celaturas suas alibi erat eo& alibi thaurus. alibi aquila. Et in columnellis similiter per latera erant huiusmodi celaturę quasi crispātibus plectulis factę: quarum altitudo fuit cubiti vnius & dimidij. Erat mirum videre orbes rotarum queādmodum erant celatę: & basium iuncte lateribus Angulos vero superiores concludebant humeris expansis vtiq; manibus animalium super duas sedebat fundus cantari reclinatus id est incumbens super manus aquilę & leonis qui erat ita sibimet coaptatus vt naturaliter insertus. quodāmodo videretur. Inter hęc aūt erant & arbores celate palmarū Huiusmodi sibi erant decem bases effecte. ¶ Fecit autem ad hęc & decem cantaros rotundos ereos quorum singuli ferebant quadragenos choros. Eratq; altitudo eorū quattuor cubitorum & tantūdem ab alterius eorum labia recedebant Posuit hos decem cātaros super decem bases quę vocabantur melchonoch. quos cātaros statuit a parte sinistra tēpli quę erat ad aquilonem & totidem a latere dextro ad australem partē respicientes ad orientem. Quo etiam mare constituit aqua plenum disposuitq; mare vt ingredientes sacerdotes templum in eo lauarēt manus & pedes ascensuri scilicet ad altare. Cātaros autem ad animalium intranea diluenda simul & pedes eorū que erant holocaustis imponenda. ¶ Fecit autem & altare ęreum cubitorum viginti longitudine & totidem latitudine. altitudine vero decem ad holocausta celebranda. ¶ Fecitq; eius vasa omnia ęrea. insuper & ollas & caldarias & trullas & harpagones. & omnia operatus est ex ęre cuius splendor & pulchritudo similis erat auro. ¶ Obtulitq; rex multitudinem mensarum. Et vnam quidem valde precipuam auream super quam ponebant panes dei & huic proximas decem milia altero modo factas super quas vasa iacebant id est phiale & patere auree quidem decem milia argenteę quadraginta milia. ¶ Fecitq; candelabra decem milia secundum pręceptum moysi. ex quibus vnum in templum recondidit vt per diem luceret secundum legem. Et mensam vnā super quā positi erāt panes: ad templi partem respicientem ad aquilonem ediuerso positam candelabri quod in australi parte cōstituit. ¶ Aureum vero altare inter hęc medium erat. Hęc enim omnia domus habuit quadraginta cubitorū ante velū. vbi erat archa recondita. ¶ Fecit itaq; rex vasa vini fusilia octoginta milia & phia

Lilia.
Nomina colūnarū Talamus Iachi boz.
Marę eneum eiusq; descriptio.
Cōtinentia maris ęnei.
chātarorū bases
Chātari rotūdi decem.
Altare ęreum.
Multitudo mēsarū templi decē milia cū vna.
Candelabra decem milia.
Aureum altare

3.r.c.
E
3.r.c
E
3.r.c

las aureas decem milia:argenteas vero duplici numero.❡ Pateras auteas ad offerendum in eis simi lam cōspersam ad altare octoginta milia:et argēteas duplici numero.❡ Crateras autem in quibus si milam cum oleo fermentabant aureas quidem sexaginta milia argenteas vero dupliciter. ❡ Mensuras autem similes eis quę mosaycę vocanbantur assarones:aureas quidem viginti milia et argenteas dupliciter.❡ Turibula vero aureas quidē offertur incensum viginti milia.Similiter et alia turibula in quibus portabant a maiore altari ignem ad minus altare quod erat in templo: quinquaginta milia.❡ Stolas autem sacerdotales pontificibus cum his quę pendebant ad pedes et super humerales et rationales cū gēmis mille.❡ Corona vero in qua deum moyses inscripserat vna fuit et ad hunc diem vsq; permansit.❡ Sacerdotales autem stolas ex bisso cōtextas et zonas purpureas singulis decem mila.❡ Et turbas secundum pręceptum moysi ducenta milia.❡ Item stolas leuitarum hymnos dicentium ex bisso ducenta milia.❡ Et instrumenta musica et ad hymnos dicendos adinuenta quę q; vocantur Nabla et cythara ex electo constituit quadraginta milia.❡ Hęc omnia ad honorem dei salomon copiose & magnifice fabricatus est:in nullo parcus existens:sed circa tēpli ornamenta vsus est pręcipua largitate.quę etiam in thesauris dei recondidit.❡ Circundedit autem templum p ambitum vniuersum quod ꝓpria quidem lingua gyson latine autem maceria seu cancellus nūcupatur tribus cubitis eius erigens altitudinem vt ab ingressu templi ceteros prohiberent:et solis sacerdotibus hoc licere significaret. ❡ Extrinsecus huius templi aliam edificauit aulam quadranguli scemate facta:erigens maximas porticus atq; latas portas excelsas et amplas per quatuor mundi partes in eo constituens quarum singulę ad vnum quemq; ventum quattuor angulis accendebant vbi ianuas aureas collocauit.In hoc sacrario omnis populus/quibus purgatio et obseruatio legitimorum inerat/introtbant.Siquidem mirabilis et omni sermone precipua fuit : et si dici oportet etiam contemplationē visionis ipsius excedebat aula quę foris erat: magnas enim effodiens profunditates quas propter infinitam celsitudinem non poterat aliquis sine terrore conspicere:& erigēs fabricas in quadringētis cubitis earum altitudinē equales eas verticī montis in quo templo edificabatur effecit :& propterea aula quę erat exterius sub diuo facta:erat equalis cum templo. Circundedit autem porticibus hanc aulam duplicibus columnis eas ex lapide naturali portantibus quarū camera erat de cedro et laquearibus sculptis.Bases autem in his omnibus fecit argenteas.

Octogita milia vasa vini fusilia & phiale aureę decē milia/argēteę ī duplici numero

Thuribula aurea vigiti milia & alia cōia quīquaginta milia

Tubę ducenta milia.

Instrumēta musicalia quadraginta milia.

Maceria in circuitu templi

Descriptio atrij exterioris.

❡ Salomon postq̄ septem annis templum edificauerit ipsumq; ornauerit archam introduci fecit supra quā nebula diuine pręsentie signum apparuit.Quo facto Salomon templum deo dedicans orationem fecit sacrificiumq; immolauit instituitq; Cenophagiam id est dedicationis festum:ipsi quoq; deus secundo apparuit exauditas eius orationes denuncians prędicensq; templi & ciuitatis propter hebręorum peccata futuram destructionem.

Capitu.Vi.

Cum hęc igitur opera & magnitudines & decores edificatorū atq; sacrariorum tēpli in ministerio eum rex salomon septem annis expleslet:diuitiarummagnam faciens et velocitatis ostensionem:vt quilibet inspiciens omni tempore putaret expleri vix potuisse: que sic breuiter visus est q̄tum ad operis templi magnitudinē terminasse scripsit pricipibus:& senioribus:hebreorum iubens omnem populum ad hierosolimam conuenire visurum simul et templum et dei archam ibidem portaturum.❡ Cumq; nunciaturum fuisset omnibus vt ad hierosolymam properarent vix conuenerunt septimo mense qui lingua patria Theseri a macedonibus autem hipuere theus appellatur. Eodem namq; tempore:etiam festiuitas concurrit cenophegye:id est positionis tabernaculorum quę satis apud hebręos excelsa atq;pręcipua est.❡ Portantes itaq; archam et tabernaculum quod fixerat moyses & om̄ia vasa ad ministerium dei constructa: introduxerunt in templum Pręcedebat autem eam cum hostijs et ipse rex et populus vniuersus & leuite libaminibus et multo sacrificiorum sanguine tantum iter implentes & incensum infinitum & hostiarum multitudinem portantes ita vt omnis aer vndiq; impleretur & etiam longe consistentibus odor suauitatis occurreret: & agnoscentes aduentum dei & habitaculum secundum humanam opinionem crederent in nouam domum ei nuper dicatā esse faciendum.Nam neq; hymnos dicentes neq; choros agentes:donec peruenirent ad templum aliquo modo quieuerunt.Hoc itaq; modo archa migrata est. Cumq; eam in aditum iam oporteret ī duci.aliā quidem plebs recessit soli vero sacerdotes qui portauerunt inter cherubin eam collcauerunt:quę eam suis alis amplexa sunt.Sic enim erant ab artifice fabricata:vt archā velut quoddam tabernaculum aut camerationem protegerent.❡ Habuit autem archa nichil aliud q̄ duas tabulas lapideas quę decem verba a deo moysi ędita in monte syna scripta retinebant.
❡ Candelabrum vero et mensam et altare aureum statuerunt in templum ante additum:in hisdem locis in quibus et olim in tabernaculo posita erant: quotidiana sacrificia ministrabant. Altare vero ereum statuit ante templum contra ianuas:ita vt eis apertis ad faciem esset videntium sacrificia & ho

Hęc oīa Salomō septē annis compleuit.

In biblia in mense bethanim.

Arche et tabernaculi portatio ad templum et introductio & modus quo introducitur.

Cōtēta in archa et quę posita sunt circa eam.

Nebula sup archam in signū diuinę p̄sentię.

stiarum maximas opulentias. Reliqua vero vasa congregans intus in templo recondidit. ¶ Cumq; omnia sacerdotes circa archā cōstituissent: ęgressi sunt. Et repente nonquidem metuenda neq; qualis hiemali tempore ymbri plena solet nubes assistere sed diffusa. & temperata effulsit. & templū omne compleuit. & facies quidem sacerdotum obumbrauit: ita vt seinuicem videre non possent. Mentibus autem omniū fantasiam quandam & opinionem prębuit q̄si deus descendisset in templum & libenter habitaret in eo. Tandem quidem hanc habuerunt omnes opinionem. ¶ Rex autem salomon de loco vbi sedebat surgens fecit ad deum verba q̄ diuinę naturę creddit esse dicenda. Tibi inquit domine perpetuam domum quam ipse fabricatus esse nouimus cœlum & terram simul & mare & cum tibi nequaq̄ hęc vniuersa sufficiant. hoc tuo nomini constitui templnm. vt ex eo orationes ad te sacrificantes & imolantes emittamus in aera. & confidamus quod tu nobis pręsens sis: neq; a tuis sedibus procul abes. Vbi enim omnia videas & audias vniuersa. neq; a loco vbi nūc habitas recedens omnibus vicinus. & vnicuiq; noctu dieq; cogitanti semper assistis. Cumq; hęc ad deum verba dixisset & conuertente se ad populum manifestans eis dei potentiam & prouidentiam eius. quod dauid eius pater omnia futura sicut iam multa prouenerant & forent ventura reliqua prędixisset. quod ipse quoq; nondum nato imposuit ei nomen. & quod templum ipse edificaturus esset primus post patris obitum regnaturus. Et cum omnia secundum illius fierent prophetiam. supplicabat vt deo benedicerent vniuersi & in nullo de eius promissiōibus desperarēt quas pro eorū fœlicitate prędixerat. sed crederet hęc implenda ex his quę fuerant iam transacta. Cumq; hęc dixisset ad populum: expansis manibus ait. Operibus quidem īpossibile est vt valeant homines ꝑ his quę meruerint deo debita munera compensare: diuinitas enim nullius eget & omnium rerum compēsatione superior est. In quo em̄ aliis animalibus: per te domine meliores sumus effecti in eo tuā benedicimus maiestatē. Et pro his q̄ stirpi eorum prębuisti pius: necessarium est gratias agere populum hebręorum. Nullum enim alium magis optamus habere propitium & in ea circa nos deuotione permanere q̄ te. Est nobis vox quam ex aere hēmus: & per eum iterum nouimus ascendentē. Per hanc ergo gratias tibi referimus primū de hoc templo quod ex inuisibili ad tantam gloriam prouexisti. deinde pro meipso cui omnia vsq; ad pręsentem diem sicut a te prędicta sunt condonasti. ¶ Supplico ergo de cetero vt michi ministres quęcumq; deo & hominibus honoratis prębere possibile est nostramq; domum oībus bonis augeas: sicut dauid patri meo & viuenti & circa obitum promisisti. Et q̄m apud nos manebit regnum & genus illius infinitis regum successionibus honorabis: hęc ergo largire sufficienter in eisq; filiis virtutem quę tibi sit grata concede. Super hęc autem exoro vt pars aliquā tui spiritus hoc templum inhabitet: quatenus & in terra circa nos esse videaris. tibi siquidem habitatio paruula est omne cœlum: & alueus qui sub eo est oīm existentium: non dicam hoc paruissimum templum: quod pręcor vt custodias ab omni vastatione bellorum & tanq̄ proprie possessioni feras auxilium. ¶ Supplico pariter vt si peccauerit populus aliquando deinde plaga quedā pessima peccato digna a te terris illata fuerit: sterilitas: aut corruptio aut fames aut huiusmodi passio quas tu iuste transgressoribus soles inferre prouenerit: & congregatus ad hoc confugerit templum rogando se vt a peste saluetur: exaudibilis ei effectus velnt intus habitans misericordiam prębeas. & a malo suę calamitatis euellas. ¶ Hoc autem auxilium non hebręis solummodo, a te rogo conferri peccantibus: sed etiam totius terrę finibus: qui dum aduenerint aut de quolibet loco & pro aliquo bono pręces effunderint. exaudi clemēs & postulata concede. Sic etenim omnes agnoscent ꝙ tu quidem ipse a nobis tibi domum fieri voluisti. Nos autem non inhumani naturaliter sumus. q̄n non eos qui contribules non sunt extraneos iudicamus sed communiter omnibus tuum adiutorium & bonorum effectū adesse suppliciter oxoramus. ¶ Hec dicens prostatus in terram & deuotius adorans deum: post ista surrexit & in templum hostias obtulit. Et replens illud sacrificiis manifeste deum vidit sacrificium grate suscipientem. Ignis enim ex aere descendens omnibus videntibus ad altare: hostias totas abripuit & absumpsit. ¶ Hac igitur apparitione monstrata populus quidem manifestationem hāc esse diuine habitationis in templum coniiciens. procidens adorauit in terram. ¶ Rex autem cœpit benedicere & cunctos vt hoc facerent adhortari habentes iam circa se diuini fauoris indicium. vt quę orarenr semper sibi ab illo talia prouenirent. & vt mentem suam puram ab omni malitia conseruarent ad iusticiam diuinamq; culturam ad seruanda mandata quę per moysen eis clemētia diuina contulerat. quia sic foret fœlix gens hebręorum & humani totius generis beatior. Rogabatq; pariter vt memoriam haberent quemadmodum bona pręsentia conquisissent: eaq; firmiter obtinerent. & maiora & āpliora de cetero sustinerētNō em̄ pręcepta hęc solummodo propter pietatem atq; iustitiam. sed ēt obtinenda per hęc curarent ꝙ esset apud homines pręcipuum non tantum aliquid conquirere: q̄tum alio quid ita seruare. & nihil ꝑ eorum amissione delinquere. ¶ Hęc ergo locutus ad populum dimisit ecclesiā cum sacrificia celebrasset

Verba Salomonis deo dedicātis templum.

Gratias agit Salomon deo pro pręteritis.

Oratio Salomonis ad deum in dedicatiōe templi continens septem petitiōes quas specialius vide in glosa Nico. de. lv. ca. viij iij. re.

Petit Salomō ꝑ gentilibus eorū orationē in templo exaudiēdā.

Hostias imolāte Salomōe deus sacrificiū acceptauit.

Salomon populo b̄ndicēs eos ad dei mādatorum obseruationem instruit.

Epilogus oblatorū a Salomōe

3. r. c. 8 D

3. R.

3. R viii. E

F

pro se & vniuersis hebreis id est vitulos quidem viginti duo milia oues autem centum viginti milia. ¶ Tunc enim prius in templo sacrificia celebrata sunt et in eo epulati sunt omnes hebrei cum vxoribus suis et filijs:insuper etiam et festiuitatem que vocatur cenophegia faciens ante templum nimis clare & magnifice diebus quattuordecim rex cum omni populo pariter epulatus est.

Institutio Cenophegie id est dedicationis templi

A ¶ Cumq; hec fuissent sufficienter exhibita nihilq; deesset circa pietatis diuine culturam dimittente rege singuli ad propria remearunt agentes gratias regi propter prouidentiam quam habuisset: & opera que fecisset. Et orantes deum vt eis regem preberet longeuo tempore salomonem iter agebant reuertentes cum gaudio suum iter & cum delectatione hymnos decantantes:ita vt ea iocunditate sine labore ad propria remearent. Sic itaq; dum archam induxissent in templum eiusq; magnitudinem vidissent:sacrificijs maximis festiuitatibus impartiti ad ciuitates suas singuli sunt regressi. ¶ Apparuit igitur regi per somnium deus significans quod eius exaudisset orationes. et quia conseruaret templum: & in eo semper habitaret. Ne potibus scilicet eius omni multitudine faciente iusticiam: ipsi nq; primum si in patris sui monitis permaneret ad excellentiam & foelicitatis infinitum cum plurima securitate asseruit vehendum & regnaturos semper in ea prouincia ex eius genere principes & de tribu iuda. Si vero mandata contemneret obliuioniq; mandaret: & peregrinus mutatus coleret deos esset radicitus abscindendus & neq; reliquias ex eius genere remansuras:sed neq; in israel vlterius nominandas populumq; terram quam patribus eorum dederat multis afflictionibus esse priuandum:multisq; bellis & malis exterminatos & a terra quam eorum patribus prebuit eiectos:incolas aliene terre esse preciperet. Templum edificatum incendendum diripiendumq; contraderet inimicis. Sed et ciuitatem hostium manibus subuertendam & eorum erumnas faceret fabularum relatione dignissimas & propter multitudinem nimie insoelicitatis incredulas vt vicini eorum audientes mirarentur calamitates & causas iniquirendas pro quibus hebrei odio haberentur a deo qui primitus ab eo fuerant ad tante glorie atq; diuitiarum culmen euecti:ab his qui relinquerentur audirent:quia pro peccatis et preuaricationibus legum paternarum talia pertulissent Hec enim ei per somnium deum dixisse conscriptum est.

Secundo deus in somno Salomoni apparens exauditas eius orationes declarauit &c.

Predixit deus destructionem templi et ciuitatis &c.

¶ Edificato templo/regales domos Salomon edificare coepit non tamen tanto feruore. Et in omnibus rex hiram maximum illi prebuit auxilium cui etiam magnam dedit recompensationem viginti ciuitates rex in galilea donans quas tamen non acceptauit/sed ab eo quarundem parabolarum petit expositionem hiram Cuius & Salomonis memorantur in suis hystorijs Menander & dyon.

B

Capitulum.vij.

Post templi vero fabricam quam septem annis prediximus esse perfectam: edificium domorum regalium constituere coepit quod tredecim annis vix impleuit Non enim huiusmodi erat feruens studium sicut in templum. Sed illud quidem licet esset grande & operatione mirabile & cunctis simul inopinabile cooperante deo cui fiebat terminum predictis annis accepit. Regie vero domus multum templi dignitate minores erant cum neq; materia tanto tempore aut largitatis fuisset opulentia preparata & eo quod regum habitatio & non dei futura tardius esset effecta ¶ Hec quidem secundum foelicitatem hebraice religionis ac merito regis edificata sunt quorum totam expositionem & ordinem dicere necessarium est vt ex hoc omnes conijciant magnitudinem cum legentes viderint huius rei descriptionem. ¶ Erat magna basilica:nimis pulchra. Hec innumera columnarum multitudine portabatur:quam ad iudicia rerumq; cognitiones distribuit: vt posset capere populi multitudinem ad iudicia venientem Cuius longitudinis magnitudo erat cubitorum centum latitudinis quinquaginta altitudinis vero triginta. Columnasq; quadrangulatas omnes habebat tegebantur cedro ope corithio phialis equalibus et scutulis mira arte celatis:eratq; robusta et varijs decoribus exornata. ¶ Item alia basilica in medio totius ambitus constituta habens latitudinem cubitorum triginta & econtra templum validis columnis extensum eratq; in ea solium valde decorum in quo sedens rex iudicia proferebat. ¶ Huic quoq; erat iuncta alia e regione basilica & habitacula & sedilia vbi post causas explicitas residebat:strata omnia tabulis cedrinis. Et alia quidem edificauit ex marmoribus decem cubitorum:alia vero tabulis vestita sectilibus & preciosissimis exornauit secundum decus templorum & miraculum habitationum regalium cuius pulchritudo tribus ordinibus opere intexta Assirio. Quarta vero pars celaturis ornata miraculum artis videntibus offerebat. Erantq; illic sculpte arbores & vniuersa poma quasi in ramis & et ex eis pendentibus folijs obumbrata erat:ita vt propter miraculum subtilitatis agitari quodammodo putarentur. Alia vero pars dealbata erat. & varijs picta coloribus. ¶ Edificauit autem super hec domos altas. Fecit omino preclara ad regum conuiuia necessaria & vndiq; deaurata:necnon & alia vasa quecunq; sunt epulis oportuna omnia fecit ex auro. Difficille namq; est enumerare magnitudinem & varietatem domorum aularumq; regalium quanta erant maxima & quanta horum inferiora. & quanta sub terra que videri non poterant:necnon & pulchritudinem solariorum & viridiariorum que erant facta delectabiliter ad aspe

Edificatio domorum regalium non tanto feruore quanto templi constructio perfecta est.

Descriptio domorum regiarum primo illius vbi populus ad iudicia veniens congregabatur.

Alia basilica siue domus in qua solum vbi rex sedens iudicabat erat.

Tertia basilica siue domus

Alie domus edificate a Salomone pro epulis et vasa epulis oportuna aurea

Ornatus camerarum.
Solium ex marmore

ctum:quo exusta corpora possent ab estus ardore refugere. Et vt breuiter dicam:totam regiã domũ ex albo lapide et cedro et auro & argento splendide nimis et opulentissime instruxit. Cameras et parietes vestiuit auro quomodo dei templum resplendentes exhibuit. ❡ Fecit etiã ex ebore solium magnitudine eximium atq; celatum scemate tribunalis:habebatq; sex gradus:& in singulis eorum ex vtraq; parte duo leones stabant:& in superioribus gradibus alij totidem in reclinatione vero manus erant portantes regem eratq; ipsa reclinatio in vitulo respiciente post tergum:& omni parte tribunal auro circundatum.

Auxilium regis hyram in edificijs cui maximã dedit recompẽsationem.
Dedit ciuitates galileę viginti numero hyrã quas non acceptauit

❡ Hęc salomon viginti annis edificauit. Cui multum aurum & argentum tyri rex hyram ad edificium contulit:insuper ligna cedrina & cipressina. Quem salomon quoq; magnis compensationibns redonauit mittens ei per singulos annos triticum:vinum & oleum :quibus maxime rebus eo q' habitaret in insula sicut prediximus indigebat. Ad hęc autem et ciuitates galileę regionis viginti numero:non procul a cyro positas condonauit. Quas dum circuisset atq; considerasset displicuissetq; ei donum: mittens ad salomonem dixit se ciuitatibus nõ egere:& ex tunc heę apelate sunt terra gabolon. Etenim interpretatum lingua phenica displicere significat. ❡ Misit itaq; prędictus rex hyram ad regem salomonem rogans eum vt quedam sophismata & verba parabolarum quę ei dixerat aperiret:& questionum difficultates absolueret Qui cum esset astutior & intelligens nihil horum ignorans sed in omnibus ratione pręualens:& eorum causas agnoscens: omnes obscuritates eorum perduxit ad lumen.

Menandri hystoripgraphi varba de Salomone & hyraȝ regibus.

❡ Meminit autem horum duorum regum & menander qui ex phenica lingua antiquitates syrorum in vocem conuertit helladicam ita dicens. Moriente autem abybalo successit in eius regnum filius eius hyram. Qui dum vixisset annis quinquaginta tribus: regnauit triginta quattuor hic effodit amplum terre spacium & auream columnam quę est in tẽplo iouis edificauit:insuper & lignorum materiam a monte libani incidit ad tecta templorum. Et destruens antiqua sacraria templum edificauit herculis & astarse. Et primũ herculi hoc erexit mense pytichio:& cõtra eucheos tributa non reddentes egit exercitum:eisq; sibi subditis denuo remeauit. Huius temporibus erat Abdemon alias Salomon filius iuuenculus qui semp propositionibus quas imperasset hierosolymorum rex regi hyram soluebat

Dyon hystoriographus de pridem regibus.

❡ Meminit autem etiam dyon hystoriographus ita dicens Abybalo moriẽte:filius eius hyram regnauit. Hic partem ciuitatis positam ad orientem diruit & maiorem vrbem effecit:olimpij iouis templum destruens medium locum ciuitatis coniunxit & aureis anathematibus exornauit. Ascendensq; in montem libanum siluam maximam ad sacrorum secuit edificia. Adiecit ad hęc regem hierosolymorum salomonem misisse ad hyram regem tyri figuras quasdam:& petijsse ab eo solutionem:ita vt si non posset discernere:soluenti pecunias daret. Cumq; fateretur hyram non posse se illa dissoluere multaq; foret pecuniarum detrimenta passurus p Abdimũ quẽdam tyrium quę erant proposita sunt soluta:et alia ab eo proposita:quę si salomon non solueret hyrã regis pecunias daret. Et hęc quidem dyon sic dixit. Cũq; rex salomon videret muros pro munimine turribus indigere aliaq; tuitione:nam secundum ciuitatis meritum oportebat esse etiam copiam murorum:hęc effecit:& turribus ciuitatem pręcipuis valde circundedit.

Verba dyon.

❡ Salomon muniuit ciuitates inter quas gazer(quã pharao rex filie suę salomonis vxori dedit)erat Nota vnde egypti reges pharaones sunt appellati. Salomon quoq; chananeos(quos prius non poterant exterminare hebręi)tributarios fecit principesq; super eos instituit/multasq; naues habuit

Capitulum octauum.

Pharao dotem dat filię vxori Salomonis.
Maxia ciuitas duorum dierũ itineris.

Construxit autem & ciuitates inter pręcipuas vrbes annumerãdas asor :magedon & tertiã gazaram:alias gazer. Quę cum fuisset ĩ regione palestiorũ pharao rex egypti castra metatus & obsidens eã cœpit & omnes eius habitatores occidit:eãq; subuertit: deditq; eam postea dono suę filię:salomonis vxori. Quapropter edificauit eam rex cum esset natura munita & ad bella temporumq; motus vtiliter oportuna non procul ab hac duas alias edificauit vrbes q̃rum altera bethora: altera vero vocabatur balech. Vltra has autem fecit & alias ad voluptatẽ & epulas oportunas & rerum temperamẽtis pomorumq; fertilitate & aquarum frigidissimarũ poculis abundantes. ❡ Pergens enim & in desertum superioris syrię:eamq; capiens constituit ibi maximam ciuitatem duorum itinere dierum a syria superiore distantem: ab eufratre vero vnius /et maxima babilone sex mansionibus procul extantẽ. Vt autem hęc ciuitas a ptibus habitabilibus syrie ita destitit: hęc cã est eo quod in inferiori terra aqua nusq̃ inueniatur:in illo autem loco solummodo fontes & putei nimis abundarent. Hanc itaq; edificans ciuitatem & muris eminentibus eã circumtegens thadamur appellauit. hactenus apud syrios ita dicebatur:quam greci palmiran vocant: hęc itaq; salomon illo tempore rex agebat.

Egiptiorum reges pharaones a quodam pharaone appellati sunt.

❡ Propter eos autem qui querunt quando omnes egytiorum reges a Mineo qui Memphis edificauit et ante multos annos fuit quam noster progenitor abraham interdum hęc vsq; ad salomonem mille et triginta anni transierunt:pharaones vocati sũt a quodã rege pharaone q

post priores his temporibus impetrauit pharaonum vocabulum assumentes explanare hoc necessa-
A rium iudicaui:vt & caliginem eorum ignorationis auferam·& causam huius nominis declarare con-
tendam. Pharaonis nomen:secundum ęgyptios significat regem. Reor autem eos ab infantia qui-
dem alijs nominibus appellatos. venientes autem ad regnum hoc quod lingua patria significaret im-
perium:eos fuisse participatos. ¶ Nam alexandrię reges cum primitus alijs nominibus vocarentur ve
nientes ad regnum nuncupati sunt ptholomei. Et romanorum imperatores a natiuitate alijs vocati
nominibus cesares appellantur:cum potestas & principatus nomen eis imponat:& non in eisdem
permaneant appellationibus quas a genitoribus susceperint. Puto siquidem & herodotum alicarna
seum propter ea post Mneum qui memphim edificauit dixisse & trecentos triginta fuisse reges egy-
ptiorum:& nequaq̃ eorum nomina declarasse·quia pharao communiter omnes vocabãtur. Nam post
horum obitum regnantis mulieris vocabulum posuit. Vicaulam eam vocitatam fuisse declarans: quia
masculi quidem reges pharao appellationem habere poterant:fœmine vero nequaq̃. & propter ea na
turale huius nomen dixit. ¶ Ego autem & in libris nostre prouincie repperi quia post pharao socerum
salomonis nullus rex egyptiorum hoc vocabulo nuncupatus est:& quia postea venit ad salomonem
mulier quam predixi egipti ethiopięq; regina de qua non post multum denuo referemus. Horum ve-
ro ideo nunc memini vt ostenderem:quia nostri libri & egyptiorum de multis rebus concordare noscũ
9 tur. ¶ Rex itaq; salomon chananeos qui in montelibano morabantur vsq; ad ciuitatem amachi non
obedientes subdidit:& tributa eis imposuit: & vt ei ministrarent ac seruile opus efficerent/agriculturam
exhiberent:ex his quosdam annis singulis eligebat:quia nullus tunc seruiebat hębreorum. Non enim
erat rationabile vt cum deus eis multa milia gentium subdidisset:& ex his oporteret eos habere serui-
tia:ipsi in hoc scemate permanerent: quando omnes armati equis & curribus militabant potius quam
seruitia peragebant. ¶ Chananeis autem quos ad sua ministeria tulerat constituit principes quigen-
tos & quinquaginta qui super eos omnes a rege potestatem perceperant:vt eos docerent opera seu ne
gotia in quibus necessarij esse viderentur. ¶ Fecit autẽ rex etiam multas naues in sinu egyptiaco ma-
ris rubri in quodam loco qui asiongaber appellatur non procul a ciuitate hellana: quę nunc beronica
vocatur. Hęc enim regio fuit primitus iudeorum. ¶ Habuit autem ad edificãdas naues beneficias re-
gis hyram. Ipse namq; & multos viros gubernatores & in marinis rebus edoctos misit quos iussit naui
gare cũ dispensatoribus suis ad locum qui olim quidem ophira. Ophira nũc autẽ terra aurea nuncupa
tur:est autẽ in india:vt aurũ deferrent. Et colligẽtes quadringenta talẽta adiregem denuo sunt regressi.

Pharaonis nomen significat regem
Alexandrię reges vocantur ptholomei & Romanorũ imperatores. Cęsares.
Nullus rex egyptiorũ Pharao post socerum. Salomonis est appellatus.
Salomõ chananeos quos non potuerunt filij israel extermi-nare fecit tributarios & seruos quia tũc nullus hębreorum seruiebat.
Naues Salomonis multe.
Nautas misit rex hyrã ad Sa.

¶ Audita Salomonis fama regina egypti ad salomonẽ venit quę ab eo honorifice recepta eius sapien
tiam & magnificentiam admirans munera ei maxima donauit & ab eo alia recepit: allataq; sunt tunc
regi pręciosa munera de terra aurea:ligna pinea p̃ręciosissima/auriq; talenta sexcenta sexaginta sex ex
quo ducentas lanceas conflauit & trecenta scuta posita quę sunt in domo saltus. Munera quoq; innu
mera vndiq; ad Salomonem apportabãtur fama cuius vbiq; promulgata eius nota ornatũ in equis/&
mulis in argento(quod hierosolymis abundabat sicut lapides,& in curribus.

Capi.ix.

IGitur regina ethiopie sapiẽtia plena & alijs valde miranda:audiens crebro salomonis virtu-
tem atq; prudentiam & habens desiderium eius multum & eorũ quę illi de rege quotidie di-
cebãtur ad semetipsum adduxit:vt experimento & nõ auditu potius satisfacere potuisset: qm̃
opinio mendax sepius inuenitur:& p̃referẽtis narratione suscipitur. Cũ ergo ad eũ venire voluisset vt
in p̃senti sapientie eius experimenta pciperet :studuit etiã questiones proferre & eorũ solutiones exige
re. Venit ergo hierosolymã cũ magna gloria & apparatu multo diuitiarum:cũ auro & aromatibus p̃cio
sis eãq; rex grate suscepit & circa eã in oĩbus extititvalde largissimus:& ꝓpositiones sophismatũ intel-
lectu suo cito concipiẽs:velocius quã sperare poterat exoluebat. Cuius illa sapientiam ita se trãscendẽ
tẽ. & potiorem q̃ audierat agnoscẽs vehementer obstupescebat & maxime culmina regaliũ mirabatur:
eorũq; multitudine mira & maguitudine delectabatur egregia nichilominus & dispositione varia fabri
carum:in qua multam regis prudẽtiam astutiamq; cernebat. Plus tamen eam obstupescere faciebat
domus quę silua libani vocabatur & quotidianarum opulentia cenarum & apparatus eius & ministe
rium & vestes ministrantiumq; decens circa suum officium disciplina:pręcipue tamen sacrificia quę
quotidie deo celebrabantur:& sacerdotium circa hęc:necnon & maxima diligentia leuitarum Hęc vi
dens diebus omnibus:nimis ammirabatur. ¶ Et cum non posset tacere miracula quę videbat:ver-
bis voluntatem sui cordis aperuit dicens ad regemquibus suam mentem victam monstrabat. Cun-
cta inquit o rex quę per auditum veniunt ad noticiam: cum quadam incredulitate seu dubitatione

Regina Egipti (que in biblia dicitur Sabba) audita salomõnis fama venit ad eum.
Regia ęgypti a Salomõe honorifice recepta q etiã eius ꝓpositiones sophismatũ dissoluit laudauit sapiẽtiam &c.
Verba regie admiratiua ad Salomonem.

suscipiuntur. Tuorum vero bonorum quę & ipse in te possides: hoc est sapientiam & prudentiam & quę tibi pręstantur ex regno. non est mendax fama/ sed vera. licet multo minor q̃ in pręsenti conspicio. ¶ Nam opinio auribus quidem aliquid suadere nititur/ dignitas vero rerum non ita fieri nota sicut aspectu & ipsa pręsentia comprobatur. ¶ Ego siquidem neq; his quę nunciabantur propter multitudinem & magnitudinem credens/ multo potiora conspexi. o Et beatum dico populum hębreorum seruosq; tuos pariter & amicos qui quotidie tuo vultu fruuntur/ & sapientiam audire promerentur Quis etiam non benedicat deo si hanc diligenti prouinciam & eius habitatores/ vt te ad regni culmen eueheret. ¶ Ostendens autem post hęc verba queadmodum eius regis habuisset affectum etiam muneribus aperuit suę mentis indicium. Viginti namq; talenta auri regi dedit: & aromatum innumeram multitudinem: & lapides preciosos. ¶ Dicunt autem quod & radicem balsami quam hactenus fert nostra prouincia: ipsa dederat regi. Cui etiam ediuerso salomon bona multa donanit: & maxime quę ipsa desideranter eligeret. Nihilq; fuit quod postulanti non pręberet proniusq; dabat quę illa peteret: q̃ quę ipsi magis offerret: eamq; suę largitatis munere pręcurrebat. ¶ Regina siquidem egiptiorum & ethiophie dans dona rursumq; recipiens quę prędiximus: ad propria remeauit. ¶ Eodem vero tempore delati sunt regi a terra quę vocatur aurea lapides pręciosi: & ligna pinea quibus vsus est ad fortitudinem templi domorumq; regalium: & ad instrumenta musicorũ fecitq; ex eis citharas & phialas & nablas vt dicerent hymnum deo leuite. Omnium vero rerum quę fuerant quocumq; tempore regi delate: ea quę illo die deuecta sunt magnitudinem & pulchritudinem pręcellebant. Nullus igitur arbitretur ꝙ ligna pinea quę nunc propter precia vendentium sic appellantur illis vicina sint. Illa siquidem visione rotunda quasi pinea sunt sed & multo candidiora & valde fulgentia. ¶ Hoc autem dixi vt nullus naturam verę pignus ignoret. ¶ Quod vero propter vtilitatem regis eius memoriam fecimus: oportunum etiam iudicamus significare allati auri illo tempore quantitatem: quod fuit pondere talenta secenta sexaginta sex: non reputatis eis quę negociatores emerant neq; quod dono arabie toparchę regesq; mittebant. ¶ Conflauit ergo aurum vt ducentas lanceas faceret: quę siclos secentos haberent. Fecitq; & scuta trecenta vnoquoq; habente auri minas tres. posuitq; ea ĩ domum quę silua libani vocabatur. necnon & coopercula ex auro & lapidibus pręciosis ad conuiuia necessaria pręparauit. ¶ Dumq; vno pręcipuo artifice hęc fecisset: alia vasorum opera largitate auri vt faceret exquisiuit. ¶ Non enim argentum aut aurum vendebatur aut emebatur sed multe fuere naues quas rex in mari tharsico constituerat vt interiora gentium penetrarent. comparatum aurum argentumq; regi deferrent: necon & elephantes & ethiopas: simeas nauigium vero euntes et redeuntes tribus annis implebant. ¶ Tunc enim regis illustris opinio omnes in circuitu prouincias circuibat virtutemq; eius & sapientiam vbiq; diuulgans: ita vt omes vndiq; reges desiderarent eius aspectu propter incredulitatem rerum quę de eo referebatur: magnisq; muneribus suum circa eum studium demonstrabant.

¶ Mittebãtq; ei vasa argẽtea & aurea vestesq; purpureas & aromatũ genera multa: & currus & equos oneri geras mulas quę virtute & pulchritudine regi placerent: ita vt curribus & eqs pristinis ex his quę dirigebãtur accresceret numerus currũũ quadringentorũ. ¶ Erãt enim primitus mille & itẽ equi duo milia cũ primitus fuissẽt viginti milia. Nutriebãtur autẽ cum essent pulchri pariter & curraces: & cõparatione facta nec decentiores alij nec velociores inueniretur. Exornabãtur autẽ & ascensores eorũ primum decora iuuẽtute florentes: habentesq; magnã proceritatem: & satis alios excedentes: longamq; diffundentes in equorum sessione cesariem: ex pur pura tyria veste circumamicti auri quę tincturam quotidie in suis comis adijcientes: vt eorum capita percusso sole auro radiante fulgerẽt. His circa eum armatis existentibus arcusq; ferentibus rex vectus in curru: & alba veste circumamictus solitus erat exire ad quendam locum qui ab hierosolimis duobus suniculis abest qui vocatur hortus: & aquarũ rigationibus gratus est locuples huic ergo causa delectationis egrediebatur maxima circa res omnes prouidẽtia & studio semper vtens & vbiq; cultus & decorus existẽs. ¶ Neq; viarum desidiam habuit: sed regias quę ad hierosolimã ducerẽt nigro lapide strauit: vt etiam ambulantibus nõ possent esse difficiles: & ostẽderent diuitiarum & imperij dignitatem. Diuidẽs aũt currus & disponẽs vt singulis ciuitatibus certus eorũ numerus esset paucos circa se quidem retinuit. Vrbes autẽ vbi dispersi sunt ciuitates curuũ nominauit. ¶ Argenti vero tãtam multitudinẽ fecit rex in hierosolimis abundare: quãti erãt & lapides Sed & lignis cedrinis quę primo non fuerant: sicut arboribus campos iudeę ita compleuit. Iussit autẽ & negociatoribus commertia ex egypto deferentibus vt venderent ei currum cũ duobus equis dragmis argentis secentis quos ipse regibus syrię & trans eufraten habentibus destinabat.

¶ Infatuatus Salomon per mulieres (quas contra moysi leges duxerat vxores) coluit earum ydola cui predicitur post eius mortem in peccati punitionem regni diuisio. Atq; contra eum Adam Idumeorum rex iuncto sibi Raam cum multitudine latronum bellum mouit. Insuper & hieroboam (quem Salo-

Mũera quę dedit regina Salomoni inter quę radicẽ balsami donauit.

Munera Salomonis reginę oblata.

Dona data regi de terra aurea.

Ligna pinea pciosissima a cõibus dissimilia.

Nota vere pinꝰ naturam

Ducẽtas lãceas conflauit ex auro & trecenta scuta que oia posuit in domo saltus.

Aurũ & argẽtũ nõ emebatur ʒ missis nauibus in mari tarsico copiose rex habuit elephãtes simeas &c.

Equorũ & mularũ multitudo & ornatus ascẽsorum

Quomõ Salomon põpose incedebat. &c.

Salomõ diligẽs circa viarũ ornatum regiarum.

Abũdãtia argẽti hierosolymis sicut lapidum.

Currus cũ duobus eqs sexcẽtis draginis emit.

D 3.r.ci

E 3.r.c

F

super tribum Ioseph principem constituunt) in eum surrexit Cui Achia propheta occurrens palium in duodecim partes diuidens significauit regni salomonis in duodecim partes diuisionem quarum decem esset accepturus vnde elatus populo sausit vt Salomone relicto regnum cõtraderet quod cognoscente Salomon coegit eum fugere in egyptum. Capitulum decimum.

Qui dum fuisset oim regum alias rerũ gloriosissimus atq; religiosissimus & prudentia & diuitijs excelleret vniuersos qui añ eũ hebreorũ tenuerunt principatũ non in his vsq; terminũ vite sue permãsit. qñ relinquens solennitatũ custodiã paternarũ. non secũdũ similes actus rerum quas dauid prediximus cõuersatus est: sed circa mulieres & venereã intemperantiam turpiter exardescẽs. non prouincialium solũmodo delectationẽ habuit fœminarũ: sed etiã multas ex alienis gentibus duxit vxores. sydonias. & tyrias. & ãmonitides. & idumeas. & leges est preuaricatus mosaycas quibus ille contradixit alienigenis mulieribus hebreos non misceri debere: & deos illarũ cœpit colere vt mulieribus earumq; amori placuisset cum legislator predixisset ne hebreus aliene regionis vxores duceret ne forte illarum solemnitatibus mixtus: & deos earum coleret & a veneratione proprij dei pariter abstineret. ℂ Sed hec quidem despexerit salomon irrationabili amore cõstrictus: & ducens vxores principũ isignium virorum filias numero septuaginta. & trecẽtas concubinas: super has autem & filiam regis egyptiorum. Et repente captus est ab eis ita vt earum sectaretur quoq; culturas: & ideo cogebatur fauoris sui eis pbere & delectationis indicia: vt more earum patrio viueret: & que essent illis grata cõpleret. ℂ Etate siquidem procedente & ratione propter tempus pariter infirmante: cũ iam nõ posset studia patria retinere deũ quidem proprium non solum illicitis vxoribus iugiter inhonorabat. Sed etiam ante hoc peccauerat: & circa custodiam legum fuerat iam deceptus: qñ boũ in eorum similitudines fecit quos in mare subiecit: & leonũ quos in solio suo regali decoris cã disposuit. Nõ enim hec facere phas erat dum optimũ & familiare paterne glorie & virtutis habuisset exẽplum: quod ei propter dei pietatem fuerat relictũ. Hoc ergo non est imitatus. cum secundo eum deus per somniũ patrem monuisset sequi in gloria huius rei expers effectus est. ℂ Venit ergo propheta missus a deo dicens quia neq; iniquitas eius lateret eum neq; diu in his esset letaturus interminatus simul quia ei quidem non auferret imperium quoniã dauid patri eius fuerat promissum: moriente vero eo citius filium hoc amittere non tamen omnẽ ab eo populum recessurum: sed decem quidem tribus eius traderet seruo: duas autem nepoti dauid huius filio reseruaret. & propter illum quidem dilexit deum & propter hierosolymorum vrbem: in qua tẽplum habere decreuit. ℂ Hec audiens salomon contremuit & valde turbatus est. Ex omnibus pene bonis in quibus erat repente mutatus. ℂ Non multo tempore transeunte ex quo hec ei ipsa prouenire que predicta fuerant a propheta. ℂ Mox suscitauit super eum deus inimicum Adad nomine. Quarum inimicitiarum causa fuit huiusmodi. Hic adab puer erat genere idumeus de semine regio natus. Qui dum ioab princeps militie dauid idumeam vastasset. & omnes qui armis vti poterant sex mensibus peremisset: fugiens venit ad pharaonem egyptiorum regem. Quem magna largitate suscepit dedit eiq; domum & prouinciam ad habitandum. Et cum creuisset dilexit eum. ita vt ei vxoris sue sororem nomine raphim alias talphim daret vxorem ex qua natus est ei filius & inter filios regis nutritus est. Audiens ergo in egypto dauid mortem pariter & ioab. accedens ad pharaonem rogabat vt eũ ad propria remeare permitteret. Cumq; requireret rex cur hoc peteret. aut quid passus eum relinquere festinaret. cum sepius ei importune & nimis insisteret atq; rogaret. tunc quidem dimissus non est: sed tempore quo iam salomon in malis erat propter preuaricationes predictas. & dei pariter iram dimissus adab a pharaone venit in idumeam. Et cum iam non posset eam a salomone exercitu retollere quia multis presidijs reseruabatur: nec esset facilis eius inuasio: surgensq; inde venit in syram. Iunctus autem illic cuidam Raam nomine qui regem sophene adrazarum dominũ suam fugerat & prouinciam latricinijs deuastabat eiusq; amicitijs copulatus. cum haberet circa se latronum maximam multitudinem ascendens & tenens syriam rex eius effectus est. Tunc quoq; discurrens israelitarum prouinciam affligebat: & adhuc salomonem vastabat. Et hec quidem hebreis prouenerunt per adab ℂ Inter hec autem hieroboam filius nabath surrexit contra salomonem & quosdam cõtribules suos secundum prophetiam olim sibimet dictam. Is cum esset puer a patre derelictus & erudiretur a matre videns salomon robustum & nimis strẽnuum eum super edificium murorum esse constituit: quando munitionem propugnaculorum in hierosolymis fecit. Qui ita in hoc opere laborauit vt rex eum approbaret eiq; principatum militie super tribum ioseph conferret. ℂ Illo siquidem tẽpore oũ hieroboã venisset hierosolymis occurit ei propheta de ciuitate sylo noie achia. Quẽ dũ salutaret deflexit cũ paululũ ex itinere ad quẽdã locũ vbi nullus alius iteresset. & diuidẽs suũ paliũ quo erat idutus i duodecim ptes: iussit vt hieroboã decẽ ex his sumeret predicens ꝙ deus hec vellet vt scisso principatu salomo-

Transgressio Salomõis & itẽperantia circa mulieres quas contra leges Moysi duxit vxores vnde & ydolatra factus est.

In biblia habet Fueruntq; ei vxores quasi regine septingẽte & cõcubine trecẽte.

Predicitur Salomoni i punitionẽ peccatorũ regni post suam mortem diuisio Turbatus Salomon audita reuelatione.

Adab idumeus contra Salomonem isurgit nota iimicitiarum causam.

Adab iũcto sibi Raã q i biblia dr Razõ cũ multitudine latronũ Syriã ascendẽs factus est eius prouincie.

nis filio quidem eius propter promissionem dauid duas relinqueret tribus & illi decem quoniam salomon in eo peccasset ex mulieribus earumq; dijs quibus se improuise subbidisset. Sciēs inquit causam pro qua deus suam dilectionem a salomone subtraxit. esto iustus & eius custodi pręcepta propositā D habens palmam de pietate & honore dei pręcipuam talis vtiq; futurus qualem nosti fuisse Dauid. ¶ Elatus itaq; hieroboam prophetę sermonibus cum esset natura iuuenis fortissimus & rerum grandium appetitor immensas non quiescebat sed cum venisset ad exercitum habens memoriam eorum 3.r.c.11 quę ei dixerat achias. repente visus est populo suadere vt a salomone recederet & regnum ei contraderet. ¶ Cognoscens salomon eius voluntatem & dolum: querebat vt eum comprehēdens interimeret. Quod dum cognouisset hieroboam: fugit ad Sesach ęgyptiorū regem. & vsq; ad salomonis obitum ibi moratus est ne quid pateretur lucratus est futuro seruandus imperio.

Elatus hieroboam ex ꝓphetę sermonibus suasit populo vt relicto salomōe regnū ei cōtraderet.

¶ Mortuo Salomone annorum nonaginta quatuor/qui octogita regnauit annis/Roboam eius filius successit in regno quo regnante (reuocato ab egypto hieroboam) seditio in populo fuit/ ipso Roboam spręto paternorum amicorum consilio & sequente iuuenum sentenciam/dura respondente & ab illo E recedit populus. Adoramq; a Roboam missus pro populi reuocatione lapidibus iteremptus est. Et in hierusalem fugiens a tribu Iuda & beniamin rex cōstituitur reliqua populi parte hieroboam dominū suū acceptāte. Bellūq; mouere Roboā contra hieroboā prohibitus est a deo per prophetam. Capi. xj.

Mortuus est itaq; salomō valde lōgeuus q̄ regnauit quidē annis octoginta. vixit aūt quatuor & nonaginta & sepultus est i hierosolymis cūctos fœlicitate & prudētia & diuitijs reges excellēs. pręter illa in quibus circa senectutē deceptus mulierū ardore p̄uaricatus est. De quibus & de malis quę ꝓpterea prouenerunt hebręis oportunius explanabo. ¶ Post mortem vero salomonis in eius regno filio succedente Roboā ex muliere āmanitidę noomas noīe procreato repēte miserūt in egyptū principes populi & euocauerūt hieroboā. Qui dū venisset ad eos in ciuitatē sichimorū: etiam roboam venit in eam. Placuerat enim vt illic venientes Israelitę eū constituerent regē. ¶ Adeūtes ergo eū principes populi simul & hieroboā rogabāt dicētes vt aliquid ei de seruitio relaxaret & melior esset patre cuius iugo fuerant pręgrauati vt ipsi deuotiores essent & propter mansuetudinem potius q̄ timorem ei seruire diligerent. Qui dū post tres dies respōsurum se eorū petitionibus dixisset mox quidē eos suspectos fecit. cur non repēte quę petebantur annuerit: non rem bonam & humanā esse iudicabant. & magis in iuuene. tamen & in eo quod cogitare se dixerat & nō repente negauerat spem aliquā faciebat. Qui conuocatis paternis amicis: tractabat cū eis quale deberet populo prębere responsum. Illi vero quę deuoti facerēt naturā vtiq; vulgi scientes. monebant vt māsuete loqueretur ad populum: & cōmunius q̄ regius exigeret fastus: vt ita fauorem sibimet obligaret. dum naturaliter diligebant subiecti mansuetudinem regumq̄ cōminationem. ¶ Tunc eñi ille optimum consiliū/forsitam deo volente 'despiciens vocans adolescentulos secum nutritos eisq; pandēs seniorū consilium quod oporteret fieri iuuenes exquisiuit. Illi vero cum neq; iuuentus neq; deus meliora tractare ꝑmitteret. monuerunt vt asperius responderet ad populū: & inferiorem suum digitum lumbis paternis diceret vastiorem. & seueritatem quam fuerant in illo comperti. in se multo potiorem agnoscerēt. ¶ In his delectatus rex & credens suę dignitati regię conuenire responsum: dum die tertia plebs auditura venisset & omnis populus videretur esse suspensus vt verba regis audiret: credens aliquid fore clementius. relinquens ille consilium seniorum respondit adolescentium. ¶ Hęc autem voluntate dei gerebātur: 3.r. vt quę prędixerat achias perducerentur ad terminū. Tunc ergo cuncti eius sermonibus velut opere percussi. & dolentes quasi iam experimento ipsarum rerum quę dicebantur afficerentur. indignati sūt & omnes pariter voce magna clamauerunt nichil sibi post illum diem esse commune ad genus dauid vel qui erant ex illo progeniti sed solum templum ei credere quod pater eius ędificasset. Eumq; se in terminati sunt relicturos. & sic amare iracūdiam seruauerūt vt dum misisset rex roboam quēdam nomine. Adoram super tributa cōstitutū qui eos aliquo mō mitigaret. & sermones qui petulāter ab etate iuuenili fuerant prolati ad cōcordiam reuocaret. passi nō sūt. sed eū lapidātes iteremerūt. ¶ Quod dum vidisset roboam. credens quoq; se lapidandū: metuēs ne & ipse tale aliquid sustineret: ascendēs in currū fugiēsq; mox venit in hierosolymā. Et tribus quidē iuda simul & beniamin eū constituerūt regē: reliqua vero plebs ab illa die recedens a filijs dauid: dñm sibi hieroboam cōstituit. ¶ Roboā vero filius salomonis cōuētu facto duarū tribuū i quibus regnabat sumēs ex eis electos milites cētū & octogita milia virorū cōtra hieroboā & cōtra populū'eius dimicare cogitabat: q̄tenus eū subderet sibi bello seruiturū ꝓhibitusq; est a deo ꝑ prophetam rāmeū vt bellū non inferret eiq; dicebat nō eē iustū vt aduersus cōtribules dimicaret. cū ab eo dei volūtate populus recessisset. Quo facto nequaq̄ ęgressus est ad pręliū. Diuiso itaq; regno prius narrabo quęcunq; hieroboam hierosolymitarū rex egit. deinde quę roboam duarum tribuum rege gesta sunt explanabo. Sic etenim totius historię ordo seruabitur.

Mors salomōis qui nonagita q̄tuor annorū regnauerat octogita. In biblia solū ponūtur quadragita quia sacra scriptura eos tm̄ annos exprimit q̄bus regnauit ante pręuaricationem.

Consilium Roboam petit a paternis amicis q̄d tñ non sequitur

Dura rñdēte roboā recedit populus ab ipsius regno pro maiori parte.

Adoram a Roboam missus vt populum ad cōcordiam reuocaret lapidibus interemptus est.

Bella Roboam mouere contra hieroboā ꝓhibitus est a deo ꝑ prophetam.

¶ Hieroboā rex israel ire i hierusalē timēs neq; illuc populū adoratiōis causa ascēdere pmittēs contra deū puaricatus ē duas aureas vitulas totidēq; tēpla faciēs populūq; ad ydolatriā icitauit & sacerdotes ex oi tribu istituit altareq; cōstructo ipse pōtifex factus sacrificiū imolauit quē Iadam propheta de ydolatria reprēhendit futurā prędicens penam dato pro rei certitudine signo ipsiusq; indignātis cōtra prophetam aruit manus quę tamen postea ad prophetę preces sanata est Capitulum.xij.

A

Igitur hieroboā constitutus rex in sichimorū ciuitate nō multo post dum Scenophegię festiuitas immineret cogitans hieroboam quia si permitteret populo vt dominū in hierosolymis adorare pergeret. & festiuitatē illic solemniter ageret penitentia duceretur & propter templum & propter dei religionem. forsitam & metuens ne eum quidem relinqueret. ad regem vero pristinū remearet: & ob hoc mortis pericula sibi imminerent: opus & malignum sua cogitatione molitus ē. Fecitq; duas vitulas aureas & totidem templa construxit. Vnum quidem in ciuitate betel: alium vero circa dan. quę ad fontes iordanis minoris videtur existere. Posuitq; vitulas in templis quas prędiximus ciuitatum. ¶ Et inuocans decem tribus quibus ipse regnabat. verbis cōtionem fecit ad populum: Viri cōtribuli nosse vos puto q̄ omnis locus habebat deum: & non ostenditur locus in quo pprie presens est: sed vbiq; semper exaudit & cultores suos intendit Vnde non mihi videtur necessitatem vos pati ad hierosolymā pperandi. ad hostiū vtiq; ciuitatem: & vt adoretis deum longo itinere fatigati homo quidem illic ędificauit tēplum & ego feci duas vitulas aureas deo equiuocās. quarū vnam quidem in betel ciuitatem dedicaui aliam vero in dan vrbē cōstitui. quatenus quicūq; vestrū eis vrbibus sūt vicini adorent in eis deum. ¶ Cōstituāq; ex vobisipsis sacerdotes earum atq; leuitas: vt tribu leui nequaq̄ neq; aaron filijs egeatis. sed qui voluerit vester esse sacerdos. offerat vitulū deo & arietē vnū: qd̄ & primū pontificē aaron fecisse dicūt Quod dū dixisset seduxit populū vt a patria religiōe recedēs puaricaretur leges ¶ Hoc itaq; hebręis malorū fuit initiū. Et qui cuncta sibi subiecerant defecerunt pręlijs & in alienigenarū sunt dictione subiecti. Sed hęc quidē oportune narrabimus. ¶ Igitur dum instaret septimo mense festiuitas volens ipse etiā i bethel agere sicut due tribus i hierosolymis celebrabāt an̄ vitulum quidē ędificauit altare & ipse pontifex factus cū sacerdotibus ad altare cōscendit. ¶ Cūq; esset hostias & holocausta corā omnibus populis oblaturus. venit ad eū ex hierosolymis propheta nomine Iadan missus a deo. Qui stans in media multitudine suadente etiam rege faciens ad altare sermones. Deus inquit futurum quēdam esse pdicit ex genere dauid nomine Iosiam qui temporis illius sup te falsos pimat sacerdotes: sed & etiam ossa horum populorum seducētium & erroneorum & impiorum sup te tunc simul exurat. Vt vero credant isti hoc futurum: signum eis hoc pdico faciendum. subito enim rūpetur hoc altare. & omnis pinguedo sacrificiorum super eum posita fundetur in terram. ¶ Hęc dicente propheta. indignatus hieroboam manum extendit pręcipiens eum cōtinuo comprehendi. Cuius magnus mox effecta est arida nec valuit eā ad se denuo reuocare. sed habuit eā marcidam & solutam. Ruptūq; est repente sacrarium. & sicut propheta prędixerat cūcta diffusa sūt. ¶ Cumq; videret veracē hominē & prętentiam diuinam habere cognosceret: rogauit vt supplicaret deo quatenus eius dextera curaretur. Quo rogante deum manum sibi naturaliter restitutam gaudebat. prophetamq; rogabat obnixe vt eius conuiuijs interesset. Iadan vero dixit non se pati vt ingrederetur ad eum. nec panem aut aquam in ciuitate gustaret hoc sibi pręceptū a deo: dicens vt etiam & alio q̄ vnde venerat itinere remearet. Huius igitur abstinentiam rex miratus: erat in timore positus: & per mutationem rerum ex his quę dicta fuerant non prospera sibi imminere credebat.

Hieroboā israel rex timēs ire in hierusalē neq; populū illuc adorationis cā ire permittens puaricatus est cōtra deū duas vitulas aureas totidemq; templa fecit.

Instituit sacerdotes de oi tribu quia tribus leui noluit consētire ei. Initiū malorū hebreis

Iadā propheta quē quidē dn̄t abdo a deo missus hieroboam de ydolatria reprēhendit futurā ei pœnā prędicēs dato pro rei certitudinē signo.

Hieroboam indignatus cōtra prophetā aruit eius manusque postea ad pces prophetę sanata est.

¶ Malignus senex falsusq; propheta timens regio honore priuari Iadam dei prophetam mendose decipiens redire secumq; prandere coegit. Quibus pariter epulantibus deus iadan apparuit futura supplicia sibi prędicens peneq; qualitatē declarauit cuiq; remeanti in hierusalem occurrit leo & deijciens eum de asino peremit cuius corpus fa sus propheta sepeliuit filijs pręcipiēs vt cum eo sepelirent. Et regi hieroboam adulatoria verba contra boni prophetę monitionem confixit. Capitu.xiij.

Erat autem quidem in ciuitate senior malignus homo falsusq; propheta quem hieroboam malignis studijs honorabat cum eo dicente quę illi grata forent crebro deciperetur. Iste quoq; tunc erat in lectulo propter senectutis infirmitatem. Filijs autem indicantibus ei prophetam qui de hierosolymis illic venerat & de signis effectis & quomodo arefacta manus dextera hieroboam illo orante fuerat restituta. metuens ne peregrinus esset melior apud regem & potiori honore ftueretur: pręcepit filijs vt ei repente ad iter asinum prępararent Quibus pręceptum festinanter implentibus: ascendens prosecutus est prophetam. & inueniens eum sub alta & vmbrosa ilicis arbore quiescentem. salutauit primum deinde culpauit cur apud eum non intrasset & esset eius hospilitate participatus. Quo dicen-

Falsus propheta timens ne regio honore priuaretur dei prophetam mēdose decipiēs redire secū coegit.

te se a deo vt prohibitum apud quemq̄ in illa ciuitate gustaret. nō inquit prohibuit diuinitas vt meam mensulam deuitares. Nam et ego propheta sum: & in ea tecū religione communis. & assum nūc missus a deo: quatenus te commessurum ad me deducam. Ille vero credens mentienti reuersus est. D Quibus adhuc prandentibus & pariter epulantibus deus apparuit Iadan. eiusq; mandata preuaricantem dixit supplitia sustinere: & qualitatem penę continuo declarauit: leonem ei occursurum in itinere quo laceraretur fatus eo: quod sepultura patria priuaretur dixit. ¶ Hęc autem facta reor voluntate diuina vt hieroboam nequaq̄ iadan verba metueret: quasi fallacis & ita defuncti. ¶ Rememanti siquidem Iadan rursus in hierosolymam occurrit leo. & deijciens eum de asino peremit. Et asinum quidem in nullo nocuit sed cum eo sedens & illum & corpus prophetę magna tuitione seruauit donec aliqui iter agentium videntes hoc venientesq; in ciuitatem falso prophetę nunciarent. ¶ Qui missis filijs eius corpus deuexit in ciuitatem splendidaq; pompa eius celebrauit exequias. pręcipiēs filijs vt ipsum mortuum cum illo sepelirent dicens ꝙ omnia quidem vera essent quęcunq; ille prophetasset aduersus illam vrbem & altare & sacerdotes. necnon & contra falsos prophetas. & ꝙ ipse E post mortem non pateretur iniuriam si cum eo sepultus & eius ossibus copulatus propter societatē ossium non posset agnosci. ¶ Sepeliens ergo prophetam & filijs ista pręcipiens. cum esset malignus & impius: accessit ad hieroboam eiq; dixit. Quare turbatus es verbis fatui viri. Cumq; illi rex de sacrario & manu sua narraret sanctę & verum prophetam egregiū eum vocans: cœpit destruere eius opinionē: & veri similibus vtēs rerum gestarum creditam imminuit veritatem. ¶ Nitebatur enim suadere ei quia pro labore portandi multa sacrificia eius manus obstupuisset & deinde cum requieuisset ad naturam propriam denuo remeasset. Altare autem cum prius fuisset vacuum susceptis multis hostijs & ingentibus propter onus impositorum fuisse ruptum: & cecidisse diceba. Significauitq; ei simul ita mortem eius qui hęc signa prędixerat: eo ꝙ fuisset a leone discerptus: & nichil quod esset ꝓpheta locutus. ¶ Hęc ergo dicens. regi satisfecit. eiusq; mentem penitus auertit a deo & a sanctis operibus: & ad actus impios euocauit. Qui rex tantam contumeliam diuinitati fecit. & ita contra leges atrociter insiluit: vt nihil aliud quotidie quereret q̄ vt aliquid noui super ea quę iam perpetrauerat scelera cumularet. Igitur de hieroboam hęc in pręsenti dixisse sufficiat.

Prophetę dei cū filio ꝓpheta prādentis deus apparēs supplicia ei futura pe nęq; qualitatē declarauit. Falsus propheta dei prophetā sepeliuit secū eligēs sepulturā eiusq; cōfirmās ꝓphetiam

3. r. c. 13

¶ Roboam Salomonis filius in sorte iuda & beniamin communitissimas ciuitates construxit ad quem sacerdotes & leuitę & quicunq; erant iusti de populo proprias ciuitates relinquentes in hierusalem pro adorando deo venerunt. Cui vxores decem & octo (inter quas Macham absalon filia ex qua Abiam filium habuit) & concubinę triginta/ filijq;. xxviij. & filie. lx. Quinq; ex rerum abundantia depriuatus obsidetur in hierusalem a Sesach egypti rege. Quam captam ęgypti rex fœdera non seruans templumq; expoliauit vbi pro lanceis aureis & clipeis ereis in eodem modo Roboam ipse restaurauit. Quo mortuo etatis sue anno quinquagesimo (quorum decem & octo regnauit) filius eius Abias in regno successit.

3. r. c.

Capitulum. xiiij.

Filius autem salomonis roboam qui sicut prędixi super duas regnauit tribus ędificauit munitissimas ciuitates & magnas bethleē & ichā & Thelos & bethsuram. & socho & odollaꝫ & hippam & Meream & zipha. & adoram: lachis. & zecheram. & elon hebron. Has quidē in sorte iuda primas ędificauit. Fecitq; & alias pręcipuas in sorte beniamin murosq; circundans custodes instituit vniuersis & principes: multumq; frumentum simul & vinum & oleum. & alia quę singulis ciuitatibus pro cibarijs essent necessaria largissima libertate contradidit: īsuper autem & scuta & iacula nimis innumera. ¶ Conuenerunt autem ex omnibus Israelitis sacerdotes ad eū in hierosolymam pariter & leuitę. & quicunq; alij de populo erant boni vel iusti relinquentes proprias ciuitates vt culturam dei in hierosolymis exhiberent. Minime libenter audiebant dum compelleren tur vitulas adorare quas fecerat hieroboam & auxerunt roboam per tres annos imperium. ¶ Qui cū cognatam quandam duxisset vxorem. & tres ex ea suscepisset filios: postea quoq; duxit nomine macham natam de thamar filia absalon quę & ipsa videbatur esse cognata de qua natus est ei filius masculus q̄ē abiam appellauit. Habuitq; filios & ex alijs coniugibus sed super oēs potius diligebat macham. ¶ Habuit autē lege sibi coniunctas vxores decem & octo. cōcubinas triginta. Et filij quidem sunt ei nati octo & viginti: filię vero sexaginta. ¶ Successorē sui regni cōstituit abiaꝫ & macha ꝑcreatū cui & thesaurū & munitissimas tradidit ciuitates. ¶ Reor em̄ quia sepius causa malorū & iniquitatis existat hoībus magnitudo rerū: eorūq; ad priora cōuersio. Vidēs nāq; roboā regnū suū his crementis augeri: ad ipias & iiustas cōuersus ē actiōes & spuit dei religionē: ita vt populus eius miraretur iniquitatē. Cū moribus nāq; pricipū: corrūpitur cōuersatio subiectorū. Et cū viderint illorū luxurias suę castitatis merita respuētes: quasi virtutē eorū imitari nitūtur illecebras. Nō em̄ opera principum approbari viderentur nisi etiam similia agerent. Hoc igitur accidit subiectis roboam. Nam cum ille

Roboam filius Salomonis munitissimas ciuitates in sorte iuda & beniamin ędificauit. Sacerdotes & leuitę & quicūq; boni & iusti de populo proprias ciuitates relinquente. ad Roboam ī hierusalem ꝓ deo adorādo venerunt. Successor Roboam Abia cui thesaurum tradidit, &c.

3. r. c. — F — 3. r. — 3 r

ageret impie & iniq; studebant & illi non esse iusti:ne rex videret offēdi. ¶ Quapropter vidicē sup hebręos misit deus regem egyptiorum nomine Sesach quinto anno regni Roboam cum multis milibus exercitum castrametatus ē. Sequebātur em̄ eū currus mille & ducēti. equitū vero sexaginta milia:& quadragita peditū:quorū plurimas habebat lybios & ethiopes ¶ Inuadēs itaq; hebreorū regionē munitissimas roboam ciuitates sine dimicatione detinuit. & nouissime armatus ad hierosolymā venit vbi roboam & eius exercitus propter miliciā Sesach tenebatur inclusus: deūq; rogabat vt eius victoriam salutemq; conferret. Quos tñ non exaudiuit deus. nec eis pugnaturis spem victorię ꝓmisit. Propheta em̄ semeias ait deū eis interminari eos relicturū sicut ipsi eius videbatur deseruisse cultura hęc audientes:animo sunt soluti. Et dum nullam viderent in se salutem confitebantur omēs quod eos iuste despexerit.cum ipsi circa eum impie crudeliterq; gessissent:& eius legitima confudisset. ¶ Quos vidēs deus ita deiectos & ad patientiam esse deductos.non se perditurum eos per prophetā dixit.sed egyptijs tamē fore subdendos vt agnoscerent vtrum hominibus seruire esset ifatigabilius:an certe deo. ¶ Capiens ergo Sesach non lege bellica ciuitatem:sed pactis precedentibus roboā eum suscipiente ꝓpter timorē.igressus fœdera nō seruauit.sed templum expoliauit. & thesauros dominicos & regios exhauriuit.auri & argenti multa milia & inumerabilia secū deuehens ornamenta:& nihil oīno illic derelinquēs. ¶ Abstulit aūt & aureas lāceas & scuta que rex fecerat salomō. sed neq; pharetras aureas dimisit.quas dauid sūptas a rege sophenę deo dicauerat. Qđ cū idē Sesach fecisset:ad ꝓpria remeauit. ¶ Meminit & huius ꝑlij & herodotus halicarnaseus:q solūmō circa regis nomē errauit. Sꝫ quia gētes alias multas iuasit. & palestinā syriā subiugauit:capiēs sine ꝑlio cūctos in ea regione degētes.qđ nostrā gentē subditā egyptijs indicare vult. Ait em̄ quomodo & statuas aureas qui se sine ꝑlio tradiderūt reliquerit. & mulierū geitalia in eis celauerit. ¶ Roboā etem̄ rex noster ei tradidit sine prelio ciuitatē. Dixit aūt & ethiopas ab egyptijs didicisse genita iū circūcisionē phœnices aūt & Syri i palestina fatētur hoc se ab egyptijs didicisse & palā ē.qñ alij nulli circūcidātur syriorū i palestina habitātiū ꝑter nostros. Sꝫ de hijs sentiat quisq; vt voluerit. ¶ Igitur discedēte Sesach: roboā rex pro aureis lāceis & clipeis erea eiusdē numeri fecit. & custodibus regalibus seruāda tradidit. Et qui cū splēdido pricipatu & claritate rerū debuerat iperare:sub multo silētio & timore regnauit. Fuitq; hieroboā regi cūctis tēporibus inimicus. ¶ Mortuus: aūt cū vixisset ānis quiquagita & septē:i qbus regnauit annis decē & octo. Vir supbus & fatuus & nolēs paternis amicis credere. ꝑdiderat pricipatū. sepultusq; ē i hierosolimis i tumulis regū. ¶ Roboā itaq; successit i regnum filius abias: cū hieroboā octauū & decimū annū haberet in regno. Et hęc quidē huiusmodi fine cōsumpta sunt

¶ Crescentibus hieroboam iniquitabus Abimen filius eius egrotauit Achias quoq; propheta ipsius vxori(quę mutata veste se peregrinam fingebat)futuram super maritum calamitatē regniq; sui exterminationem prędixit mandans vt ei denunciet. Qui nichil horum cogitans bellū contra Abiā filium Roboam/ maximo pręparato exercitu/mouit vbi maxima hebreorum cedes nunq̄ similes cognita fuit & belli victoriam Abia obtinuit Qui paruo tempore post hanc victoriam superuiuēs anno regni tertio obijt/relictis duobus & viginti filijs filiabus autem decem & septem ex viginti septem vxoribus. Cui in regno filius eius Asa successit.

Capitulum.xv.

Consequēs est nūc de hiroboā dicamus queadmodū & ipse fuerit conuersatus. Is em̄ non quieuit iniquitates facere corā deo: sed quotidie in excelsis mōtibus erigebat aras. & sacerdotes de populo faciebat. Cōtra quas ipietates supplicia nō post multū tp̄s i eius caput & totius gn̄atiōis ipsius erat relatura diuinitas. ¶ Illa siquidē tēpestate cū eius filius noīe Abimē egrotaret dixit vxori suę vt mutata veste priuatū scema suscipiēs iret ad achiā ꝓphetā. asserēs eū virū esse mirabilē & futura ꝑdicere. q etiā de regno ei significasset. & ab eo quasi pegrina reqreret. si puer lāguorē posset euadere. Que mutata veste sicut maritus ei ꝑceperat: venit i sylo ciuitatē vbi morabat achias. Cūq; foret domū illius ingressura. cū iā esset. ꝓphetę visus senectute grauatus apparuit deus vtrūq; denūciās: & quia hieroboā regis ad eū veniret vxor. & quid deberet ꝓ quibus aderat respōdere. Qua i eius domo veniēte veluti priuata simul & peregrina: ille clamauit. Ingredere vxor hieroboā. Quare te celas? Deū latere non potes. qui mihi & te venturā esse denūciauit. & imperauit quę dicā tibi. Reuertere igitur ad maritū & dic ei hęc prę cepisse deū. Qm̄ te magnū ex paruulo & nihil existēte cōstitui regē & scindens regnū a genere dauid tibi contradidi tuq; horū nō recordatus meāq; religionē deserens fusilesq; deos efficiēs. illos potius honorasti: deijciā te denuo & omē genus tuū exterminabo. & canū voracitati volatiliūq; ꝑbebo. Et quidam a me suscitabitur rex totius populi qui de gente hieroboā nullū penitus remanere permittat. Participabitur autem isto supplicio etiam populus & hac terra copiosa priuabitur & trans eufratem vlterius dispergetur: quando cuncti regis impietates secuti deos ab eo factos adorauerunt & meam religionem venerabilem reliquerunt. Tu

Sesach egypti rex cōtra roboā Exercitus Sesach numerus cōtra roboam. Roboam obsidetur in hierusalē qui ad deū recurrens non est exauditus.

Herodotus meminit huius belli.

Pro aureis lanceis & clipeis erea i eodem numero fecit Roboam. &c.

Mors roboam anno etatis sue quiquagesimo quoruꝫ decē & octo regnauit.

Iniquitates hieroboam quotidie augmentabantur.

Abimen q̄ i biblia Abiā hieroboā filio egrotante vxorē ad prophetam Achiā mittit. &c.

Achias ꝓpheta ad vxorē hieroboam/ipsa se priuatā & peregrinā segētē/ futura ꝑdixit mādās ei vt marito denūciet &c.

vero mulier hęc marito festina renunciare. Filium vero tuum inuenies esse deffunctum: namq; igrediente te ciuitatem spiritum mox amittet. Sepelieturq; plāctu populi cōmuniter honoratus. Hic nāq; solus ex genere Hieroboam bonus fuisse videbatur. ¶ Hoc ergo propheta dicente. exiliens turbata mulier de morte filij lamentās per viam festinanter ibat lugens & ingemiscens. filium vtiq; quē in spe reliquerat viuum vlterius non visura. quem cōtinuo moriturum esse crederet Quę dum venisset in ciuitatem. filium quidem sicut propheta dixerat inuenit extinctum. regi vero cuncta narrauit.

D
3 R. ca 14.
3. r. c. 15

Bellum hieroboā cōtra Abiā filiū Roboam.

¶ Hieroboā itaq; nihil horum cogitans. multo exercitu congregato contra Abiam filium Roboam qui in duabus tribubus patri successerat castrametatus est despiciebat em̄ illū, ꝓpter etatē. Qui dum hieroboā īuasionē audisset: obstupefactus est. Verūtamē vltra prudētiā iuuētutis spe bellandi roboratus. electo ex tribubus duabus exercitu occurrit hieroboā ad quendam locum qui vocabatur mōs amorreorum & castra circūfigēs bello necessaria ꝑparabat. Erat em̄ exercitus eius quadragita milia virorum. Hieroboam vero manus duplex erat. ¶ Cūq; exercitus ex vtroq; ad opus bellicum & certamina committēda esset iā in acie cōstitutus instās in loco excelsiore rex abias manu silētiū imperauit & hieroboā petit vt cū quiete prius audiret. Factoq; silētio: cœpit hęc dicere. Nec vos eqdē ignoratis principatū deus dauid & eius soboli in tempore vniuerso cōcesserit. Miror quomodo recedentes a meo patre seruo hieroboam indecenter adheseritis & cū eo nūc pugnaturi contra eos quia deo regnare decreti sunt aduenistis. vt eorū regnum his pręlijs auferatis. Hactenus itaq; regnum hieroboam: iniuste detinuit: quod non reor maiore eū tempore possessurum. Qui deo pœnas etiam de ꝑterito nunc soluens ab iniquitatibus iniurijsq; cessabit. quas ei hactenus īferre presumpsit. Sed & vos talia perpetrare coegit qui nullam a meo patre passi contumeliam sed tantū quia non quę vobis placerent in cœtu locutus est malignis hominibus credens: illum quidem vt putatis ira faciente reliquistis. Quod autem verius est. a deo nos & eius legibus abstraxistis cum potius ignoscendum fuerat non verbis solummodo durioribus viri iuuenculi & contentionis ignari sed etiam qui ad aliquā difficultatem operis per iuuentutem fuisset & insipientiam perducēdus propter salomonis patris illius beneficia sepe vobis collata quia venia danda vtiq; est: peccatis filiorū pro beneficijs & affectu parentum. Vos autem nihil eorum cogitastis neq; tunc neq; modo sed venit super nos tantus exercitus Vel in quo de victoria confiditis? An in vitulis aureis & aris in nemoribus alias in montibus constitutis: quę vestrę sunt impietatis & non religionis indicia. An certe spem vobis multitudo prębuit: qa castra nostra transcendit. Sed nulla virtus illic est. vbi licet cum mūltis milibus aliquis pugnat iniuste Solummodo enim iusticia & pietate diuina spes victorię consistit immota quę scilicet apud nos seruantes a principio leges & deum proprium venerātes quē nō manus de putrescibili silua fecerūt nec excogitatio mali regis pro populi seductione construxit: sed cuius est opus principiumq; finisq; cunctorum. Vnde suadeo cito eorum nunc vobis vt penitentiam pręteritorum habeatis & meliora cogitantes dimicare cessetis paternasq; leges recolatis: & quicquid ad magnitudinē tante fœlicitatis euexit. Hęc equidem abias locutus est ad populum. ¶ Adhuc eo loquēte quosdam militum hieroboā latenter immisit vt abiam ex aliquibus partibus circundarent quas exercitus non videret. Qui cum inter hostes apparuissent: exercitus quidem eius turbatus expauit. Abias autem confortabat eos. & in domino spem habere poscebat. Tunc illic pariter inuocantes dei solatiū sacerdotibus tubis canētibus clamore hostes aggressi sunt. Etenim audaciam ac iuuentem dissoluit deus exercitum aūt abia fecit excelsiorem. Nam quanta in nullo bello refertur cedes fuisse commissa. & neq; grecorum neq; barbarorum referunt historię Abia autem & filij Iuda & Beniamin de exercitu hieroboam mirabilē & famosissimam perceperunt deo conferente victoriam. Quinquaginta enī milia hostium bello prostrata sunt. eorumq; munitissimas ciuitates dirupuerunt insuper Bethuliam eiusq; regionem forti dimicatione tenuerunt. Hieroboā itaq; hac perditione fatigatus: nequaq̄ virtutes habuit q̄tocumq; tēpore post hęc abias vixit. Qui tamen post hāc victoriam paruo tempore superuiuens obijt cum regnasset annis tribus & sepultus est in paternis monumentis. Reliquit autem filios quidem duos & viginti. filias autem decem & septem. quos om̄es de vxoribus viginti & septem procreauit. ¶ Huic successit in regnum filius asa. cuius iuuēculi fuit mater nomine Maacha. Quo regnante omnis prouincia Israelitarum pace potita est annis decem. Hoc ergo abiaꝫ filij roboam nobis gesta sunt tradita.

Exercitus abię numerus.

E

Nota vbi requirēda est spes victorię in bello.

F

Victoria Asię cōtra hieroboā

Maxima hebreorum cedes nūq̄ similis cognita.

Mors abię āno regni tercio.

Filij Abię duo & viginti. filię autem decē & septem ex vigiti & septē vxoribus.

3. r. c

3. r. c

¶ Mortuo hieroboam rege Israel anno regni sui vigesimo secūdo regnauit filius eius Nadab solum duobus annis quo mortuo Baasa Mechili filius oē hieroboa genus secūdū prophetę dictum interemit. Tūc quoq; rex hierosolymorū Asa moribus egregius & virtutibus ꝑclarissimus Ethiopes debellauit (sibi deo victorię signum ꝑbente) quibus deuictis ipsi in hierusalē cum pręda redeunti. Azarias propheta obuiam venit futura prędicens quod audiēs rex & populus gauisi sunt pręcepitq; rex per omnem prouintiam diuina mandata summo studio obseruari.

Capitulum. xvj.

Mortuus est autem hieroboam rex decē tribuum.cum viginti & duobus annis tenuisset imperium:successitq; eius filius nadab. ¶ Secūdo iam anno regis asa transacto regnauit hieroboam filius annis duobus patris impietate maliciēq; concordans.In his autem duobus annis castrametatus est contra gabathon alias Gebethō ciuitatem palestinorum.Cumq; eam foret obsessione capturus: dolum passus a quodam amico nomie baasa.mechili filio:mortuus est.¶ Qui post obitum eius potius imperio.omne genus hieroboam interemit: & venit vt secundum prophetam dei alij quidē cognatorum hieroboam in ciuitate mortui lacerarentur a canibus atq; consumerentur:alij vero in agris a volatilibus deuorarentur.Et domus quidem hieroboam pro eius iniquitate atq; ipietate hac vice dignam pertulit vltionem.¶ Rex autem hierosolimorum asa.dum moribus esset ęgregius. semperq; ad diuina respexerit.nihilq; gereret neq; cogitaret quod nō esset pietati cō ueniens:aut ad legum custodiam pertineret:suum composuit regnum abscindens cunctam ab eo nequitiam.& ab omni macula mundans.¶ Habuit autem exercitum electorum virorum arma gerentium scuta & lanceas de tribu quidem iuda trecenta milia:de bēiamin aūt scuta arcusq; portātiū ducenta quinquaginta milia ¶ Cumq; iam decē regnasset annis.castra contra eum mouit cum magno nimis exercitu zara rex ethiopię ducens pedestrium nonaginta milia. equestrium vero decem milia:currusq; trecētos. Qui dum vsq; ad ciuitatē morisan quę est in tribum iuda cum exercitu suo venisset occurrit ei asa & castris contra eum positis in quadam conualle nomine sabata non procul a ciuitate.cum vidisset ethiopum multitudinem:poscebat a deo cum clamore victoriam. & vt tam multa milia hostiū ipse pimeret.neq; enim in alio confidendum esse dicebat q̄ in eo q̄ possit etiam paucos multorum potiores ostendere & facere infirmos fortissimis pręualere ¶ Hęc orante asa.signum victorię deus ostendit:& cum gaudio diuinitatis auxilio bello cōgressus.multos ethiopum percutit & conuersos in fugam persecutus est vsq; ad geraritiden regionem. Relinquentes autem occisionē hostiū ad direptionem ciuitatis gerareth quā cœperant eorumq; castrorum protinus accesserūt. ita vt tollerent aurum multumq; nimis argentum.prędāq; deueherent valde mirabilem.camelos & subiugalia:& pecudum greges innumeros.¶ Asa igitur & eius exercitus sumpta huiusmodi a deo victoria atq; pręda in hierosolymis remeauit.quibus venientibus occurrit in via azarias nomine propheta.& pręcipiens vt paululū itineris a gressu abstinerent.cœpit ad eos dicere quia illa victoria fuisset eis a deo concessa.eo q̄ iustos se sanctosq; seruassent & omnia dei voluntate fecissent.Quos in eius mādatis permanētes dixit semper hostibus pręualere.& habituros diuina virtute fœlicitatē.relinquētes autē eius religionē in cōtraria deuenire.futurūq; tēpus in quo nullus inueniretur verus propheta in eo populo neq; sacerdos qui iuste aliquid respōderet.Ob q̄ rem & ciuitates subuertādas.& gentē in omni terra disseminandā & vitam miserabilem & inopem habituros.Suasitq; eis vt dum hoc haberent bene agerent.& nequaq̄ a diuina deuotione recederent.¶ Hęc audiēs rex & populus sūt gauisi.multūq; studiū & oēs in cōmune.& singuli circa iusticiam exhibebant:misitq; rex i omnē prouiciā pręcipiēs vt legitima diligenter vbiq; seruarētur.Sic igitur asa regis duarū tribuū actio gerebatur.

¶ Baasa Israel regi Gymō propheta (qui in biblia hieu appellatur) a deo missus omē genus suum propter peccata sua exterminandum fore denunciauit.Qui obstinatus a malo nō quieuit sed exercitu sūpto Ramath obsidebat & regis Asa puiciā volens iuadere sed perēptus a Creone baasa non habuit tēpus pugnādi aduersus Asa.Quo mortuo successit filius eius hela quē zamarias (qui i biblia dicitur zambri) occidit & regnauit in Israel oīno deleta domo baasa.qua morte audita exercitus Amri regē cōstituit.Et fugiēs zamarias seipsum in regia domo concremauit regni die septimo & diuisio fuit populi in duas partes. sed occiso Themam solus regnauit Amri duodecim annis quo mortuo successit filius eius Acab.Sed & Asa propter iusticiam ac pietatem ad longuam fœlicemq; peruenit senectutē. quo mortuo āno regni sui quadragesimo secundo regnauit filius eius Iosaphat.Cap.xvij.

Euertar autem ad regē Baasam qui israelitico populo pręsidebat occideratq; filium hieroboam nadab & eius tenuerat principatum.Is enim in thersa ciuitate degens & habitaculum ibi constituens.regnauit quidem annis viginti & quatuor:sed fuit malignus & impius vltra hieroboam & filium eius & populum multis malis afflixit:& deo iniuriam fecit. ¶ Qui mittens ad eum gymon prophetam pędixit & se & omne eius genus exterminaturum.& eisdem malis quibus domum hieroboam perdiderat perditurum.qd rex ab eo constitutus beneficium non repensauit. vt iuste & pie populo pręsideret.quę primitus ipsis prodessent:deinde deo gratissima semper forēt sed magis imitatus est pessimum hieroboā.cuius dum perisset anima:viueret tamē eius in isto malignitas. Dicebatq; supplicium malorum illius hunc habiturum:qui ei simul extitisse videbatur. ¶ Baasa autem q̄uis per prophetam audisset futuram sibi suoq; generi pro cōmissis delictis vltionem tamen de reliquo non quieuit.neq; respexit q̄ male agendo deperiret nisi gloriose penitēdo p̄ malis pręte-

Laus Asa regis & virtutes.

Exercitus Asę numerus.

Exercitus regis ęthiopię cōtra Asa numerus.

Asa cui oranti deus victorię signum prębuit ęthiopes vincit

Asa rex per prouiciā omnē pręcepit diuia mādata obseruari.

De baasa rege isrł peiore hieroboam.&c.

Denūciatio punitiōis Baasa p Gymō qui i biblia vocaē hieu a deo missum.

ritis a deo veniam mereretur: sed tanq̃ illi quibus premium proponitur laborare non cessāt donec ad proposita veniant: sic & baasa propheta dicente sibi futura. tanq̃ si ad magna bona concurreret in perniciem sui generis & totius domus interitum peior fieri quotidie non cessabat. Nāq; velut athleta nequitię in his agebatur malis. ¶ Nouissime vero exercitu sūpto obsidebat ramath. quę quadraginta stadijs ab hierosolymis aberat. eamq; capiens cogitauit: vt in eam exercitū derelinqueret: quatenus exinde procedens terram asa regis inuaderet. ¶ Metuens etiam asa conamen hostis & cogitans quia posset exercitus qui ramath cœperat eius violare prouinciam: misit ad regem damascenorum legatos. simul & aurum & argentum petens ab eo solatium: commemorans quia amicitiam antiquitus habuissent Ille vero & pecuniarum opulentiam grate suscepit & solatia prębuit. soluens amicitiam quam habuerat cum baasa misitq; ad ciuitates quę baasa videbātur imperio subiacere vt eas affligeret. Qui alias quidem incenderunt alias depopulati sunt. id est eleom. & abelan & alias multas. ¶ Hęc audiens rex israelitarum. ędificare quidem ramatham atq; munire cessauit: enimuero cū studio festinauit vt proprijs ferret auxilium. Igitur asa apparatu edificiorum quem baasa congregauerat construxit in eo loco duas fortissimas ciuitates: quarum vna gabaa altera vero masphavocabatur. ¶ Et post hęc tempus non habuit iam baasa pugnandi aduersus asa. peremptus est enim a creone: & sepultus quidem in ciuitate thersa. Cui successit filius hela. ¶ Hic cum regnasset duobus ānis defunctus est quem occidit zamarias equorum ordinis dimidij princeps. Nam dum epularetur apud dispensatorem suum nomine osa alias Arsa suasit quibusdam equitibus vt subito discurrentes cum armigeris & principibus desolatum reperientes occiderent. Illi namq; cuncti circa obsidionem gabatheę ciuitatis in palestina positę occupati videbantur. Perimens itaq; hela regem princeps equorum zamarias: ipse regnauit. & omne baasa genus secundum prophetam gymon interemit. Eodem namq; modo eius domus propter impietatem radicitus est euulsa sicut genus hieroboam perisse descripsimus. ¶ Exercitus autem qui gabathon obsidebat audiens quod de rege contigerat: & q̄ zamarias occidens eam inuasisset imperium. & ipsi principem suum amari constituere regem. Qui gabathena vrbe mouens exercitum. venit in thersa. Et accedēs ad ciuitatem: manu bellica eam cœpit Zamarias autem videns ciuitatem fuisse detentam: fugit ad locum aulę regię secretiorem: & succendens eam semetipsum pariter concremauit cum regnasset diebus septem. ¶ Moxq; israelitarum diuisus est populus. & alij quidem theman regnare volebant alij autem amarin. cumq; vicisset pars amarin: interemptus est theman: & in toto exercitu regnauit amarin. Trecesimo autem āno regis asa: amarin suscepit imperium & tenuit annis duodecim. Quorum sex quidem annos in thersa fecit/ reliquos autem in ciuitate quę Marron appellatur a grecis vero Samaria. ¶ Hic autem nominauit eam samarion. a samaro quodam: qui ei montem venundauerat in quo constituerat ciuitatem. ¶ In nullo autem differebat priorum regum nisi quod peior erat. Oēs enim querebant quatenus suis impietatibus quotidie populum facerent a deo recedere: & propterea deleuit eos & nullum permisit eorum genere superesse. ¶ Et is ergo defunctus est in samaria: successitq; ei filius achabus. Ex his nāq; cognoscitur q̄tam prouidentiam humanarum rerum probatur habere diuinitas: & quomodo bonos q̄dem elegit malos autem abhorret & a radice dispersit. Israelitarum deniq; reges propter suam iniq̄tatem & iniusticiam alter super alium irruentes. multi paruo tempore perierunt & eorum genus exterminatum est Asa autem rex hierosolymorum qui duabus tribubus pręsidebat propter pietatem & iusticiam ad longam fœlicemq; perductus a deo est senectutem. Et cum regnasset quadraginta & vno alias duobus annis bona morte defunctus est. Quo moriente successit ei filius iosaphat. de abida matre procreatus. ¶ Hunc autem imitatorem pro aui sui dauid pietate & iusticia cūcti ipsis operibus crediderunt. Sed de hac re non est modo referendi necessitas.

Baasa sūpto exercitu Ramath obsidebat.

Asa ad damascenorū regē mittente ab eo contra baasa auxilium habuit.

Mors baasa regis cui successit filius eius Hela

Zamarias q̄ in biblia dicitur zābri occidit helā filium Baasa & regnauit i israel deleta omnino domo baasa.

Zamarias fugiens Amari q in biblia dicit amri seipsum concremauit die re gni septio in domo regia.

Samaria vnde dicta est.

¶ Mortuo Amri successit ei filius Achabus q in biblia dicitur Acab.

¶ Asa regni sui quadragesimo primo obijt cui successit eius filius iosaphath.

3.R.c. 16.

¶ Acab Israel rege & vxore hiezabel ydolatrantibus helias propheta futurā siccitatem prędicēs recessit cui: corui cibum deferebant deuenitq; in Sareptam ciuitatem vbi a quadam vidua receptus farinam & oleum sibi non deficere prędixit eiusq; paulopost mortuū filium suscitauit. Capitu. xviij.

Igitur. achab israelitarū rex habitauit ī samaria. tenuitq; pricipatū annis viginti & mensibus duobus. nihil amplius inouās q̃ prisci fecerūt reges nisi q̄ mali magnitudine tēderet ad peiora oēm eorū nequitiā & q̄d ad diuinā ptineret iniuriā viuaciter imitatus & pręcipue constructas adorauit vitulas & sup hęc alia peiora molitus ē. ¶ Duxit vxorē filiā ionabal regis tyri & sidonis noīe iesabel. p quā eius deos didicit adorare. Erat ei mulier nimis acerria sil' & audax. Quę ad tātā puenit luxuriā atq; vesaniā vt etiā tēplū deo tyri quē baal appellabāt ędificaret: & plātaret oīm arborū lucos: cōstituit aūt & sacerdotes falsosq; pphetas huic deo seruituros. S; & ipe rex ml'tos hmōi circa se fouebat stultitia atq; neqtia oēs priores suos excellēs. ¶ Quidā igit pppheta sūmi dei noīe helyas de ciuitate thesebō galaditis regionis veniēs ad achab dixit ei q̄a diceret deus neq; ymbrē neq;

Achab regis Israel impietas super alios & ydolatria Hiezabel vxor.

Achab pessima templū baal ędificauit & lucum plantauit. &c.

rorem illis annis in ea ꝓuincia se missurum nisi ipse rursus apparuisset. Et in his dictis cum iurasset/ abscessit ad partes australes & habitauit circa torrētem quēdam vndę poculi habebat auxiliū. Nam corui ei cibum quotidie deferebant ¶ Cūq; fluuius siccitate nimia defecisset in ciuitate Sarepta nō ꝓcul a sydone tyroq; deuenit:quę ciuitas in harum medio constituta est:deus enim pręceperat cuidam illic mulieri viduę vt cibum ei pręberet. Et cum non procul esset a porta: vidit mulierē viduam ligna sibimet colligentem cui cū deus significasset hanc esse quę ei cibum ministratura foret:accedēs salutauit eam & ad bibendū aquam sibi tribui postulauit.Quę dū pręcederet denuo vocās eam etiā panem sibi poposcit afferri.Illa cū iurasset nichil intus se habere nisi modicū farinę & paululum olei Et propterea prexisse ad colligenda ligna vt cōsperla farina faceret sibi suoq; filio panes cū aliud nichil superesset nisi vt fame morerentur ait propheta.Confidens perge & spe meliore consiste faciēs q; primitus michi pabulum defer.Pędico namq; ꝙ tibi non deficiet hydria farinę neq; vas olei: donec dei gratia ymbrem fundat in terras.Hęc ei dicente propheta.veniēs ea quę dixerat fecit & ipsa habuit pabulum & filio mistrauit & prophete.nichilq; horū defuit eis donec siccitas deficeret.¶ Meminit etiam huius siccitatis & menāder in gestis ithabali tyriorum regis ita dicens.Et siccitas super eos facta est mense yperberitheon:vsq; ad alium annum yperberithei. Qui dū deo supplicaret.multa flumina sunt emissa.Namq; ciuitatem botrā edificauit in phœnice:& aazan bliphsa.Et hęc quidē ait sub achab factam significans siccitatem.¶ Hoc enim tempore etiam Itabulus alias ithobulus cuius fecit menander mentionem regnauit in tiro.¶ Mulier itaq; quā pauloante diximus pabulū prębuisse prophetę cum cecidisset eius filius in languorē ita vt animam dimitteret & mortuus esse videretur deflens & manibus semetipsam valde discerpens vocesq; quas dictabat luctus emittens.accusabat apud se factam prophetę pręsentiam quasi ipse peccata eius arguerit.& ideo puer fuisset extinctus.Ille vero eam equo animo esse pręcipiens. Et sibi filium contradi dicens viuum se eum restituere promisit. Qua tradente.portans eum ad locum in quo degebat & in lectulo collocans/ clamabat ad deum dicens ꝙ nō fuisset mulieri bn̄ repensatū quę illum susceperat &nutrierat.cū filius eius esset ablatus.Rogabatq; vt denuo animam puer reciperet atq; viuendi copia pręberetur.Cumq; deus & matris habuisset misericordiā & vellet prophetę rogantis annuere ne videretur ad eam pro lesione venisse cōtinuo vltra omnem opinionem reuixit puer. Illa vero gratias prophetę referens tunc aperte se cognouisse dicebat ꝙ loqueretur ei viuere diuinitas.

Corui cibū deferebant helię.

Helyas in sarepta ciuitate apđ viduā receptus farinā & oleum nō deficere p̄dixit.

Menander meminit huius siccitatis.

Helias mortuū filium viduę suscitauit.

Orō helyę ad deum ꝓ suscitatione filij viduę.

¶ Helia reuertente Abdian(qui seruiente hiezabel in prophetias dei centū ocultans pauerat)sibi occurrit quem ad regem mittit nunciaturū se adesse.quo cognito Achab cōtra heliam iratus mox accessit sed constās helias populū in mōte carmeli omnesq; filios prophetas petit cōgregari signoq; ꝓ veritatis experimento dato altare ex duodecim lapidibus cōstruxit ad cuius preces ignis de celo scēdens suppositas hostias cōcremauit falsis prophetis inutiliter sacerdotibus quos omēs occidi pręcepit orationeq; sua pluuiam impetrauit.

Ca.xix.

T Ransacto siquidem paruo tēpore voluntare dei:pergebat ad regem achab futurūq; ei nūciaturus ymbrem.Erumna enim & necessarioꝝ inopia ꝓuinciam nimis inuaserat:ita vt non solū homines ꝓpter siccitatē sed etiam cetera animalia fames afficeret ¶ Rex igit̄ euocans quēdam abdiam qui erat super eius iumēta.dixit ei vt ad fōtes aquarū & torrentes ꝑgeret quatenus poscua aīalibus inueniret.Qui dum misisset in cūctum orbē terrarū ad querendum ꝓphetam helyam nec inuenisset.precepit vt eū etiam ipse requireret.Quod dū fieri placuisset & rex & abdiā ꝑ singula itinera prexerūt.¶ Contigerat itaq; tēpore quo hiezabel regina prophetas occiderat vt centū prophetas iste in speluncis abscōderet eosq; solūmodo pane & aqua nutriret.¶ Cum igitur abdias recessisset a rege ꝓpheta helyas occurrit a quo requisitus quis esset & agnoscens esse ꝓphetam protinus adorauit.Cui propheta perge inquit ad regē & dic ei qm̄ adsum:cui ille respondit. Quid male passus a me:illuc me dirigis.quo possim indubitāter occidi. An ignoras quoniā nullum reliquit locum quo nō dixerit:vt te repertum ad casum necis adducat.Putabat alias pręcauebat enim nedum regi nūciaret helia alibi discedēte mētiri viderētur ac morti succumberet.Commemorabatq; ei quēadmodū cum hiezabel prophetas occideret.centum ipse absconsos et multos alios in speleo liberasset. Cui propheta.Nichil inquit metuens ad regem festinans accede. Prębuitq; ei iureiurando religionem:quoniam illa die ad achab ipse quoq; veniret.¶ Dumq; regi nunciasset ꝙ vidisset heliam mox occurrit achab requirens cum grandi ira si ipse esset qui in populo hebreorum iopię auctor existeret.Tunc propheta in nullo formidās ait eum potius mala omnia ꝑpetrasse eiusq; genus in illa prouincia deos alienos introduxisse & deū qui solus est reliquisse. Sed nunc inquit omnem populum ad montem carmelū pręcipe congregari necnon prophetas tuos pariter & vxoris tuę sacerdotes quotcūq; sūt numero.ꝓphetasq; lucorū qua

Helias reuertit ad achab

Rex abdiā suę domus dispensatorē mittit vt fōtes aut torrentes iueniat.

Helias occurrit abdię quē mittit ad achab nūciaturū se adesse.

Nunciante abdia heliā adesse achab mox occurrit cū ira cōtra heliam.

si quadringentos qui dũ omnes ad prędictũ montem achab euocante venissent stans in medio helyas ait. Quousq; diuisam mentem & voluntates habentes: in hac conuersatione consistitis. Siquidẽ putatis nostrę prouincie verũ deum & solum eũ sequimi & eius mandata seruate. Si vero hoc nõ existimatis sed peregrinos creditis & illis exhibẽdam etiam putatis esse curam alias culturã eis nichilo minus obedite. ¶ Cumq; populus nichil ad talia responderet petit helyas pro experimento fortitudinis alienorum deorũ & sui cuius remãserat solus ipse propheta. cũ illorum essent numero quadringẽti: vt sumeret bouẽ & eum occisum super altare poneret nequaq̃ igne supposito similiter etiam eis facientibus inuocari proprios deos quatenus eorum hostias concremarent. Hoc inquit facto cognoscetis veram dei pręualere naturam. Quod dum placuisset: ait helyas vt eligentes bouem illi prius occiderent & deos proprios inuocarent. Quorũ dum non audiretur oratio deridens helyas magna voce eos deos suos clamare monebat: qui autem profecti aliquo fuissent: aut forte dormirent. Illis autem a matutino vsq; ad diem mediam hoc facientibus & semetipsos more patrio cultris & gladijs incidentibus & nichil agentibus cum ipse esset iam hostias oblaturus illos quidem abire pręcepit populum vero in proximo iussit accedere vt viderent & custodirent eum ne lignis ignem latenter immitteret. Cumq; populus accessisset sumens duodecim lapides secundum tribus hebraici populi constituit ex eis altare & circa eum fecit foueam valde profundam & imposuit ligna super altare / & in eis supposuit hostias pręcepitq; vt quatuor ydrię de fonte complete deferrent̃ super altare donec foueã illam quę aquã sparsam ex altari suscipiebat impleta manaret. Quo facto cepit orare deum atq; clamare vt erranti populo multo iam tempore suam manifestam faceret potestatẽ. ¶ Cumq; hęc dixisset. repente ignis de celo vidẽte populo cecidit super aram. & cõsumpsit hostias vniuersas ita vt etiã aqua ipsa cõcremaretur & locus hactenus vsq; perduret. Hoc videntes israelitę ceciderunt in terram & adorauerũt vnum deum solum maximum verumq; proclamantes alios vero fallaciter se & vana opinione coluisse. ¶ Tunc comprehendentes prophetas suos cunctos helya pręcipiente peremerũt. Dixitq; propheta regi. Perge ad conuiuium tuum nichil de cetero cogitans. Post paululum namq; a deo ymbrem largissimum videbis effundi. Igitur achab post hec verba discessit. ¶ Helyas autẽ in culmen carmeli montis ascendens. positis in terra genibus eisq; cõiungens caput orauit. Quo facto iussit vt eius minister pergens in quendam scopulum ad mare / respiceret si aliunde nubem suscitari videret. Tunc etenim aer erat valde purissimus: & serenitate perspicuus. Quo ascendente sepius: nichilq; videre se dicente. dum septies hoc fecisset ait se videre aerem aliquomõ non tamẽ amplius q̃ vnius hominis vestigo crescentem. Quod dum audisset helyas misit ad achab iubens vt ad ciuitatẽ citius abiret anteq̃ ymber dirumperet. Qui mox in vrbem hiezabel festinus aduenit. Tunc repente sidem aere subducto alias obducto caligine & nubibus adoperto spiritus vehemẽs ortus est & vberrimus ymber effectus.

Petitio helię pro experimẽto veritatis.

Sacrificiũ filiorũ sacerdotũ inutile.

Sacrificium helię q ex .xij. lapidibus cõstruxit altare & ad eius pręces ignis de celo descendit cõcremans hostiam.

Filij prophetę iubente helya occiduntur.

¶ Helyas (hiezabel eum occidere volente) timens (relicto ministro in bersabeę ciuitate (& orãs vt moreret̃ sub iunipero obdormiuit & excitatus inuento cibo comedit & virtute illius cibi venit ad montem syna vbi vox diuina eum non timere sed reuerti pręcepit iussitq; vt hieu regem super israel inungat & azael super syriam heliseumq; vngat prophetã quod audiens helyas ad regionem hebreorum est reuersus & inueniens heliseum arantem secum adduxit discipulum. Nabot agrum suum venundare recusantem hiezabel (filio contra eum adhibito testimõio (lapidari procurauit quo mortuo achab vineam rapuit ad quem helias, a deo missus futuram peccati prędixit punitionem sed ipso humiliter penitente dixit deus prophetię differendum fore supplicium.

Ca. xx.

Propheta vero diuinitus inspiratus. ante currum regis ad ciuitatem hiezabel vsq; perrexit. Audiens autem vxor achab hiezabel & signa quę fuerant ab helya celebrata & q̄ prophetas suos occidisset indignata misit ad eam nuncios. & per eos iterminata est se eum ita interfecturum. sicut prędixerat ille eius prophetas. Tunc formidans helias fugit in ciuitatẽ nomine berzabeę. hec autẽ est in vltimo sortis iudeę in terra idumeorũ. ¶ Quo relinquẽs suum ministrum abscessit in heremũ. & orauit vt moreretur. non enim meliorẽ se esse patrum dicens vt illis perditis ipse viuere aliquatenus exoptaret. Quo facto circa quandam arborem obdormiuit: & cum eum aliquis excitasset surgens inuenit cibum & aquam. Comedens autem & recipiens ex illius cibi refectione virtutẽ venit ad mõtẽ syna vbi moyses leges a deo dicit̃ accepisse inueniẽsq; in eo vnam speluncã ingressus in eam cõmorabatur. Cumq; eum vox quędam ex incerto requireret vt quid illic esset. & cur relinqueret ciuitatem aut quia eo q̄ occidisset prophetas alienigenarum deorum. & populo comprobasset quia vnus sit deus quem ab initio consuluissent: & ob hoc ad suppliciũ quereretur a regis vxore. ¶ Rursus autem audiens vt sub diuum procederet & quid oporteret fieri altera die cognosceret. ex spelunca digressus est. Et facto subito terrę motu: splendorẽ fulgentis ignis

Hiezabel indignata cõtra heliã & minãte ei mortẽ timẽs fugit ipse.

Dimittit mĩstrũ et fugit in desertũ oransvt moreret̃ obdormiuit.

Reuelatio helię vt redeat.

D

E

3.r.c

F.

3.r

3.r

inspexit factoq; silentio: vox diuina nequaq̃ eum timere precepit quem nullus posset detinere inimicus iussitq; vt domũ reuertens vngeret populi regem hieu nam si filium. in damasco vero syrie azael pro se autem constitueret heliseum de ciuitate abela vt totius imperij populi perimeret: alios quidem azabel alios aũt hieus. Hec audiens helyas ad regionẽ reuersus est hebreorum. Et inueniẽs helyseum filium saphat arantem: & cum eodem alios vsq; ad iuga duodecim accedens proiecit super eum palium suum. helyseus autẽ cepit cõtinuo prophetare. & relictis bobus secutus est eum rogans vt ei pmitteret quatenus parentes proprios salutaret. Quo iubente vt faceret: vale dicens eis secutus est & fuit helye cuncto tẽpore eius vite discipulus & minister. De hoc itaq; propheta hec dixisse sufficiat. ¶ Quidẽ igitur naboth de azari ciuitate regio agro vicinus rogatus est a rege vt ei vicinum agrum quolibet precio venũdaret quatenus eo conuicto possessionem feceret potiorem: qui si nollet pecunias accipere ex eius agris quẽ vellet eligeret. Naboth dicẽte se hoc facere nolle sed paternã sortem eligere possidere cõtristatus rex qui alienum precium non posset accipere neq; lauacris vsus est neq; cibis hiezabel autem vxore sua requirente cur ita tribularetur: cum neq; balneas neq; prãdium appeteret neq; cenam narrauit ei naboth superbiam & quia dum ipse mansuetis sermonibus & inferioribus a regia dignitate locutus ei fuisset nõ ĩpetrãdo q̃ poposcerat ptulisset iniuriã. Illa vero rogabat vt a pusillanimitate tristiciaq; recederet suoq; corpori solẽniter puideret dicens de naboth supplicio cogitare. Que misit repente lr̃as ad iudicẽ israelitarũ ex noie achab. iubẽs vt ieiunarent oẽs & habito conuentu naboth facerent presidere cũ vtiq; esset insignis genere & instruerẽt tres quosdã viros audaces qui cõtra eum testimoniũ dicerent: quasi deum blasphemasset & regem & hoc modo perimeret. ¶ Naboth itaq; secũdum scripta regine: testimonio contra se perhibito quasi deum blasphemasset & regem: lapidatus & mortuus est. Audiens autem hec hiezabel ad regem mox est ĩgressa: dixitq; ei vt vineam naboth gratis acquireret. Achab autem letatus est in his que acta sunt exiliẽs e lecto pergebat vineam naboth inspecturus. In hoc indignatus deus misit pphetam helyam ad agrum naboth. quatenus ad achab accederet eiq; de his que gesta fuerant loqueretur. & q̃ occidens verum dominũ agri ipse hereditatẽ illius possideret iniuste. Cumq; venisset ad eum dicente ad eũ rege quid vellet ait q̃ peccato pollutũ eum inuenisset in illo loco in quo naboth mortuus a canibus videbatur fuisse deuoratus: eiusq; sanguinẽ & vxoris fundendũ & omne genus eius esse periturũ: eo q̃ huiusmodi impietatẽ effecerunt. & contra leges patrias ciuem iniuste perimerint. ¶ Contristatus autem chab & penitentiam agens ingressus est & indutus sacco nudis pedibus ambulabat. non appetens cibum penitus & peccata sua confitens: & deum hoc modo placare contendens. Tunc deus pphete dixit achab quidem viuente eius generis differendum esse supplicium: sed eius filij tẽporibus inferendum. Et hec quidem helyas regi dixit.

Heliseus ppheta secutus est heliam.

Naboth agrum suum venũdare recusante cõtristat rex achab.

Hiezabel lr̃as ad iudicẽ mittit vt falsis testibus naboth conuictus occidat.

Penitentia Achab & hũilitate pacatus deus.

¶ Adadus syrie rex (qui in biblia benadab dicitur) ad achabin samaria obsessum trinam mittit legationem qua territus achab pro petitione eius paratus erat acquiescere si populus non contradixisset postea tamen consolatus (propheta victoriam sibi promittẽte) exercitum parauit & siros victoriosissime debellauit sed & secundo siros in campestribus exercitum contra hebreos ducentes in fugam conuertit quorum multitudo maxima suis curribus impedita extincta est & reliquos fugientes muri ciuitatis aphec corruentes occiderunt. victi itaq; siri veniam ab hebreis petentes obtinẽt & adadum regem muneribus donatum (parato inter eos fœdere) remisit achab ad quẽ micheas propheta cruentatus venit & parabolam proponens vt rex ignorans contra seipsum sententiã proferret sed & ipsam explicantem prophetam confusus achab clausum in carcere iussit seruari. Ca.xxj.

His itaq; temporibus adadus filius adadi regis syrie & damasci collecto puincie totius exercitu & solatio triginta duorum regum habitantiũ trans eufratem contra achab castrametatus est. Ille vero (cum par non esset exercitu) ad dimicandum non presumpsit accedere sed omnia necessaria in ciuitatibus munitis includẽs ipse mansit in samaria. Habebat enĩ hec muros valde fortissimos & erat inexpugnabilis obsidentibus. Rex vero syrie exercitu sumpto venit ad samariam & obsidens eam: preconem misit ad achab petens vt eius legatos susciperet: & quid vellet agnosceret Quod dum rex israelitarum fieri permisisset venientes legati ante regem diuitias dixerunt filias & vxores achab adado regi dandas. Et si promitteret hec ita facienda vt tolleret horũ quecũq; vellet. castra solueret: & ab obsessione cessaret. ¶ Achab autem legatis dixit. vt eũtes suo dicerent regi. quia & ipse & omnes illius: eius possessio forent & que displicerent sola relinqueret. ¶ Achab itaq; secunda legatione syriorum regis vehementer affectus collecto populo in ecclesiam dixit quia ipse quidem paratus fuerat pro salute & pace cunctorum & vxores suas & filios & omnem dare possessionem. & quia hec rex syriorum prima legatione iussisset: & nũc inquit denuo missa legatione petit perscrutandas domos vt quicquid in eis optimum inuenire possit auferat & occasionem

Adadus rex syrie (qui ĩ biblia dicit benadab) bello contra achab parato in samaria obsessũ pconẽ mittit.

Rñsio Achab territi nũcijs regis syrie petitioni eius acquiescentis.

Respõsio popu li ad resistendũ parati.
Tertia legatio adadi ad achab

hanc machinans ad pugnã: & sciens quia in eis rebus non pepercissem: ad vestras accessit Ego vero qđ vobis placuerit exhibeo. ¶ Populus autem respondit non ei obediendũ sed potius cõtemnendũ esse & ad pugnandum se preparatos existere legatis itaq; respondens vt abeuntes dicerent. quia pri mę quidem petitioni esset paratus obedire maneret autem pro ciuiũ securitate. sollicitus/ ne secundã petitionem posset implere: dimisit eos. ¶ Adadus autem audiens hęc potius indignatus tertiam le gationem misit ad achab interminãdo atq; dicendo q̃ altiorẽ terrę congeriem muris de quibus ille pręsumebat erigeret. si singulos terrę pugillos de exercitu eius vnusquisq; portaret. Et his eum inter minatiõibus deterrebat. Achab autem respõdente quia non deberet gloriari qui esset accinctus: sed qui bello superior demonstratus Legati venientes cũ triginta duobus regibus qui in eius solatio ve nerant inuenientes in epulis ei nũciauerunt responsum. At ille repente pręcepit circũdari ciuitatem & aggeres circa eam extolli & nullo modo obsessionem relinqui. Achab autem his gestis: erat cum omni populo in angustia cõstitutus. ¶ Tunc tamen securior factus est & a formidine releuatus dum ad eum quidam propheta venisset atq; dixisset. promisisse deum vt tanta hostium milia eius ditioni contraderet. Quo requirente: per quos hęc victoria proueniret: per filios inquit principum te scilicet eorum imperitiam pręcedente. Cõuocans autem filios principum rex inuenit quasi ducentos trigin ta & duos. Et agnoscens syrum ad conuiuiũ fuisse cõuersum: aperiens portas filios principum mox emisit. ¶ Exploratoribus autem renũciantibus adado quod gereretur destinauit qui eis occurrerẽt pręcipiens vt siquidem ad prelium venirent. eos ad se ligatos adducerent: si vero pauci essent: idem efficerent. Achab autem exercitum habuit alium intra murum in subsidijs. porro filij principum cõ gressi syriorum custodibus/ multos eorum interemerũt: & alios vsq; ad castra persecuti sunt. videns autem eos rex israelitarum vincentes: etiam alium exercitum dimisit exire. Qui repente in syrios ir ruentes pręualuerunt eis. Non enim syri sperabant eos super se sic inopinabiliter fuisse venturos quos propterea inuenientes nudos & ebrios ita persecuti sunt: vt illi etiam fugientes arma relinquerent. & vix in equo rex potuisset euadere. Achab autẽ multo itinere persecutus interfecit syros & eorum ca stra diripuit: & inueniens in eis diuitias auri & argenti non paruas & curruum adadi & equorum. in ciuitatem denuo remeauit. Dicẽte vero ꝓpheta vt prępararet exercitum quia futuro anno sup eum denuo syri reuerterentur/ achab in ciuitate hęc agebat. ¶ Adadus autem cum quanto potuit exer citu de prelio liberatus cum amicis proprijs/ cogitabat quemadmodũ cum israelitis denuo dimica ret. Qui in montibus equidem non pugnãdum esse dixerunt. quasi deus eorum in locis talibus non pręualeret & ꝓpterea tunc ab eis essent victi. sed si in campo gererent bella: deuincerent. Super hoc autem consilium dabant vt reges quidem qui venerãt in solatium ad propria remeare dimitteret. & eorum exercitum prelijs retinens satrapas ordinaret & in loco castrorum exercitũ de ꝓuincia eorum eligeret: & equos currusq; suppleret. ¶ Credẽs hęc bene sibi dicta fuisse rex syriorum disponebat ex ercitum/ verisq; tempore mouẽs castra accedebat supra hebreos: veniẽsq; in ciuitatem afecha/ in ma gno campo castra constituit. Achab ergo occurrens ei cum sua virtute e diuerso tabernacula sua fixit. Erat autem quantũ ad syrum paruus valde eius exercitus. ¶ Tunc rursus accessit ad eum propheta & victoriam dare promisit suamq; virtutem ostendere. qui non solum in montibus sed etiam in cam pis existeret: quod apud syrios non ita constaret. Igitur diebus septem castris positis: quiescebãt. Se ptima vero diluculo procedentibus hostibus aciemq; cõstituentibus ad pugnandum: e diuerso & A chab suũ dirigit exercitum. ¶ Tunc congressus robustissima dimicatione commissa hostes in fugam conuertit: & ad eorum interitum persequens imminebat. Illi vero suis: curribus impediti ad inuicem sunt extincti pauciq; diffugere valuerunt in ciuitate aphecath Sed ipsi sunt mortui. Muris enim sup eos cadentibus viginti septem milia defecerunt. In prelio autem centum milia sunt occisi. ¶ Rex au tem syriorum adadus fugiens cum quibusdam fidelissimis seruorum sub terraneo loco est celatus. Cui cum dixissent serui quia clementes essent & misericordes israelite: & possent modo consueto ro gati salutem ei conferre si euntes rogarent achab dimisit eos hoc agere. Tunc illi induti saccis & resti bus sua capita alligantes (sic enim olim captiui rogabãt syri) ad achab venerũt petentes eum vt ada dus rex mereretur salutem: quia gratia eius proprius foret seruus. Ille vero dicens se libenter eum su scipere si viueret nec in prelio defecisset honorem quoq; atq; deuotionẽ exhibiturum se ei vt fratri debitam promisit. Tunc illi accipientes iusiurandũ vt nichil pateretur aduersum: eduxerunt eum de loco in quo videbatur esse celatus & sedenti in curru achab obtulerunt. Qui cum adorasset eũ dans ei dexteram leuauit in curru & osculatus eum iussit eum esse securum dicẽs vt nichil mali deberet de cetero formidare. Adadus autem gratias egit & nullo se tempore obliuisci hęc beneficia promisit sed etiam ciuitates israelitarum quas tulerant reges ante eum redditurum se dixit & damascum. vt ita rex hebręorũ egrederetur ad suam sicut maiores eorum ad samariam. Celebratis itaq; fœderibus in

Cõsolat̃ achab prophetã sibi victoriam ꝓmittentem.
Numerus pueroꝝ armigeroꝝ principũ israel.
Victoria achab cõtra regẽ sirię.

Predixit ꝓpheta regi achab syros sequenti anno reuersuros.

Secũdo rex syriorũ cõtra hebręos exercitũ parat.
Propheta victoriam achab promittit.
Victoria achab cõtra syros.
Muris ciuitatis aphec sup fugiẽres cadẽtibus viginti septẽ milia iterempti sũt mortuis in ꝓlio centũ milibus.

D 3. r. c 20

E 3. R 22

3. R 20

F.

ter eos achab multis muneribus donatum ad proprium dimisit imperiũ. Igitur bellum adadi regis syriorum quod habuit aduersus achab & israelitas. hoc modo terminatum est. ¶ Interea quidam ꝓpheta nomine micheas accedens ad vnum israelitarum petijt vt eum in capite pro voluntate dei pcuteret. Quo nolẽte prędixit ei quia eo ꝙ inobediens esset deo: eiusq; pręcepto leone occurrẽte perireẽ. ¶ Quod dum illi homini cõtigisset accessit propheta rursus ad alium: & idem vt faceret ipꝑauit. Qui dum pcussisset eum et eius verticẽ cruentasset: alligato capite accessit ad regẽ dicens quia dum esset in exercitu cõstitutus accepisset a quodam tribuno seruandum captiuum sibiq; ab eo dictum vt si captiuus fugeret: ipse moreretur. Quo fugiente: is qui eum tradiderat mortem ei minareẽ inferre. Tunc respondente achab mortem ei imminere iustissimã: soluens caput agnitus est esse micheas propheta. Hac enim parabola vtebatur propter sermones quos erat ei dicturus. Ait nãq; quoniã cum deus ei concessisset vt supplicium hostis euaderet ipse inimicũ eius adadum qui deũ blasphemauerat dimisisset. & ꝓpterea deus decreuisset ipsum ab illo perimi: populũ vero ab eius exercitus inuasione consumi. Iratus vero achab prophetę. illum quidẽ clausum seruari iussit. cõfusus autem michee sermonibus ad suam domũ remeauit. Igitur de achab hęc dixisse sufficiat.

Micheas ꝓpheta ab vno petit ꝓ dei volũtate pcussi in capite cui nolẽti pcutere pdixit futurã mortẽ.

Explicatio parabole qua confusus achab ꝓpheta clausum iussit seruari.

¶ Iosaphat regis iuda virtutes qui mosaycas leges per ꝓuinciam mandauit custodiri: quiq; a vicinis valde amatus a palestinis & arabibus tributa recipiebat: cuius grandis erat exercitus & filio suo iorã vxor erat gotholia filia achab cui auxilium pręstare contra siros ꝓmittens petit dei prophetã consulere (Achab falsis ꝓphetis victoriam ꝓmittentibus) quo querẽte micheas de carcere educitur qui casum & mortem achab prędixit quẽ sedechias pseudo propheta iniurijs afficiens sed & eũ pcutiens confortauit achab qui vna cum iosaphat contra siros exercitum duxerunt vbi sagitta pcussus exanguis interijt cuius canes sanguinẽ secundũ helya & michee prophetiã linxerũt. Ca. xxij.

Reuertar autem ad regem Ierosolimorũ iosaphat. Is enim agens suum imperium & exercitum in ciuitatibus & subiectorum ꝓuinciam vniuersam constituens non minores q̃ auus eius abias tẽpore quo hieroboã super tribus decem regnauerat munitiões vbiq; collocauit. Habuit enim propitiam & cooperatricem sibi diuinitatẽ cum esset iustus & pius & quid boni coram deo faceret. singulis diebus inquireret. Honorabant enim eum reges in circuitu cõstituti conferẽtes dona. ita vt diuitias haberet amplissimas & gloriã valde pręclaram. ¶ Anno siquidẽ tertio regni sui cõuocans prouincie principes & sacerdotes iussit vt peragrantes vbiq; oẽm populum sub eo cõstitutũ docerẽt per singulas ciuitates moyseas leges vt eas sine pręuaricatione seruarent & circa eius religionem deuoti semper existerent. In his etenim cuncta multitudo ita gauisa est vt nullus aliud amplecteretur potius neq; diligeret q̃ seruare leges. ¶ Sed etiam confines nimis amabant iosaphat cum quo etiam pacis fœdera celebrabant eiq; palestini solita tributa reddebant. & arabes annis singulis ministrabant agnas trecentas sexaginta & totidem hyrcos. Minuitq; maximas ciuitates & fortissimas. & exercitus in eis contra hostes & arma pręparauit. ¶ Tunc enim erat ex tribu iuda armatorum exercitus trecenta milia virorum quorum principatum habebat edorus. Iohannes autem ducentorum milium princeps erat: hos ipse duxit. ¶ De tribu vero beniamin habuit acharius ducenta milia. Alter vero princeps militię nomine iozonat alias gozonath armatorũ habebat centum milia qui regi famulabantur quos direxit per munitissimas ciuitates. ¶ Is filio suo ioram accepit vxorem filiam achab qui decem tribubus imperabat nomine gotholiam. Cumq; post tempus ad samariam perrexisset opulenter eum suscepit achab. & populo qui eum secutus fuerat claram valde largitatem hospitalitatis exhibuit. id est tritici & vini & pecudũ vbertatem: rogauitq; vt contra regem syriorum ei solatia non negaret: quatenus ramoth alias ramath ciuitatem in galaad constitutam auferret. quia eius patris primo fuerat & a patre tunc regis syrię videretur ablata. ¶ Promisit vero Iosaphat solatia se daturum q̃tum non ab illius minor erat exercitus. & euocantes ex hierosolimis ad samariam suum populum: egressi foras ciuitatem ambo reges & in proprijs solijs vtriq; residentes suum exercitum disponebant. ¶ Iosaphat autem inter hec iussit: vt si quidam prophetarum adessent euocati cõsulerẽtur: si esset eo tempore prelium contra syrum agendum: fuerat nãq; tunc pax achab vna cum syro permanens annis tribus ex quo eum post captiuitatem dimiserat ad propria remeare: vsq; ad illum diem. Vocans autem achab prophetas suos quasi numero quadringẽtos: iussit consulere deum si ei victoriam aduersus adadum pugnandi concederet & captionem ciuitatis propter quã bellum pręparathat inferre. prophetis autem dicentibus: pugnare simul & vincere & syrum esse captiuandũ sicut & prius intelligens in eorũ sermonibus iosaphat ꝙ sunt falsi prophetę. requirebat achab regem si alter aliquis esset propheta dei vt certius de futuris agnosceret. Achab autẽ esse quidem dixit sed inuisum sibi hominem eo ꝙ mala prophetaret & eum prędixisset moriturum a syriorum rege deuictum. quapropter tunc in custodia teneretur cuius nomen micheas erat filius obedi

Iosaphat regis hierosolimorũ virtutes & laudes

Iosaphat mãdauit mosaicas leges per ꝓuinciã custodiri.

Iosaphat a vicinis valde amatus a palestinis tributa recipiebat.

gotholia achab filia vxor iorã filij iosaphat.

Promisit iosap. auxiliũ pręstare achab cõtra siros.

Educit micheas de carcere (hoc iosaphat petēte) q ꝓphetās casū & mortē achaz ꝑdixit

¶Cumq; petisset iosaphat eum vocari misit enuchum & eduxit eum. Et dum enuchus esset: indicauit ei omnes alios prophetas regi victoriam prędixisse. Ille vero dicens se nichil aliud de rege fore dicturum nisi quod deus in eius ore posuisset. ¶Cum venisset ad achab eumq; coniurasset vt quod verum esset ediceret. ait ostēdisse sibi deum fugientes israelitas et esse persecutione syriorum. & ab ei cūctos dispergi per mōtes sicut greges pastoribus desolatos. Dicebatq; significasse sibi quod alij quisdem reuerterēt ad propria. ipsum vero solummodo perimi in prelio. Cumq; micheas hęc dixisset ad iosaphat achab ait. Nōne paulo ante significauit tibi qualis sit circa me hominis huius affectus & ꝙ pessima prophetare. Et cum micheas dixerit ꝙ eum oportebat omnia quę a deo prędicabātur audiret. Et ꝙ falsi quidem ꝓphetę eum exacuerint vt spe victorie egrederetur ad bellum: immineret autem casus eius in prelio: erat achab tristicia remissus.

3. r. c. D

Sedechias falsus ꝓpheta iiurię verba dicit cōtra micheam

¶Interea sedechias quidam falsus propheta accedens ad regem ait non esse respiciendū micheam quia nichil diceret veritatis. Et inditio simul vtebatur helyam qui prophetasset in iezael ciuitate in agro nabuthei sanguinem eius a canibus lambēdum, sicut & nabuthei qui per eum a populo fuisset occisus. Quibus ab illo sic ꝓphetatis micheam dicebat esse mendacem: quando meliori prophetę dicere contraria videtetur & ꝙ rex tertia die moreretur. Cognoscetis inquit repente si vera sunt que dicit iste. aut si potest spiritus sancti habere virtutem.

Sedechia micheā ꝑcutiente & nichil passo cōfortat achab & falso ꝓphetę ꝓbuit consensū

¶Cesus enim palmis a me non nocebit meę mauui sicut iadam dexteram regis hieroboam aridam fecit dum eum comprehendere voluisset hoc enim omnibus notum est. ¶Cumq; ꝑcussisset micheam & nichil fuisset passus confortans achab & in semetipsum contra regem syriorum mouit exercitum. vincebat arbitror illud quod immiebat & falsi ꝓphetę verba plusq̄ erat veritas credibiliora faciebat vt ex occasione peruenirēt ad finem. Tūc exorans sedechias & faciens cornua ferrea dixit ad achab ꝙ vnum ei manifestaret deus: in illis omnem syriam subuertendā. Micheam vero dicētem ꝙ sedechias non post multos dies in cubiculo se celaret & quereret penam sui declinare mēdacij: iussit rex in custodiam duci apd̄ amon principem ciuitatis & apud ioas & nichil amplius ei pręter panem & aquam ministrari.

E

micheavero ꝓpheta inclusum carcere.

3. R 22

Exercitus Achab & iosaphat cōtra syriorꝫ regem.

¶Igitur achab & iosaphat hierosolimorꝫ rex sumentes exercitum: venerūt in ramoth galatiditis ciuitatem. Rex vero syriorum audiens eorum aduētum: suum eis obijcit exercitum & non procul a ramoth castra fixit. Constituerunt autem inter se achab & iosaphat: vt achab regium scema deponeret hierosolymorū rex propria stola vestitus astaret in acie. & tamen illi qui micheę dicta cōtempserant etiam pręter habitum regium & quod dicebatur euenit.

Pręcepit adadus rex vt nullū ꝑimerēt nisi regē israelitarū.

Adadus namq; syrie exercitui pręceperat vniuerso post principes suos vt nullum aliorum perimerent nisi tantūmodo israelitarum regem. Syri vero facta congressione videntes ante aciem regem iosaphat astantem. & eum esse credentes achab impetum fecerūt eumq; circūdederunt. Dumq; appropinquātes ipsum non esse cognoscerent, recessere post tergum. Ab ortu namq; diei vsq; ad vesperam pugnantes & pręualētes mādato regis neminem penitus occiderunt. querentes achab interficere solum & inuenire nequiuerūt.

Sagitta ꝑcussus achab factus exāguis interijt.

¶Quidam vero Adadi regis puer nomine Adan cum sagittasset inter hostes, regem achab per loricam in pulmone percussit. At ille casum suū exercitui manifestare non voluit ne timore cōuerteretur: sed aurige pręcepit vt cōuerso curru in prelio decliaret grauiter em̄ & mortaliter fuerat sagittatus & vsq; ad occasū solis factus exanguis interijt.

Mortuus achab in ramoth & ei sāguie linxerūt canes sc̄d̄m helię ꝓphetiam & micheę.

Igitur syriorum exercitus nocte superueniēte signum dāte pręcone discessit a castris: & cognoscentes cuncti mortuū achab ad propria sunt reuersi. corpus vero achab sui ad samariam referentes sepelierunt: currumq; eius abluerunt in fonte iezahel samarie regis sanguine cruētatum: & tunc cognouerunt helyę prophetiam fuisse veram. Canes namq; eius linxerunt sanguinem: meretrices ad fontem quod erat reliquum diluerūt. Mortuus est ergo in ramoth: michea hunc prędicēte casum.

F.

Cōtra adulatores qbus nō est credendum.

¶Dum autem hec achab regi a duobus prophetis prędicta videanē oportet magnā iudicare diuinitatē & honorari semper & coli: & quę vera sūt potius pręcipi q̄ ea quę pro cuiuspiam libidine dicuntur complecti: & arbitrandum ꝙ nichil vtilius est q̄ virorum talium pręsentia prębēte scilicet deo quod vnusquisq; debeat obseruare. & cogitandum ex his que regi ꝓuenerunt: quia quod debetur neq; dum prestitum fuerit euitatur. sed repit in animas hominū iutili spe blādiendo: & hoc modo seducēdo donec a deo debita passio compleatur.

Ochozias Achab filius successit in regno.

¶Hoc ergo modo videtur etiam achab deceptus. vt prędicētibus quidem perditionē suam nō crederet. prophetātibus autem ea quę delectabantur vt de se credendo moreretur. Cui ochozias successit iu regnum.

¶Explicit liber octauus.

¶Incipit liber nonus qui continet tempus annorum centum octoginta vnius.

¶ Iosaphat reuertentem a bello hieu propheta increpauit quia impio regi auxilium prębuit qui tamen a deo veniam obtinuit circuibat qu oq; omnē prouinciam docens leges moysi esse seruandas & in vnaquaq; ciuitate iudices constituens iusticiam illis sūmopere ministrare pręcepit ammonitis & moabitis aduersus iosaphat bellum parātibus ad deum pro obtinenda victoria orationem fecit que exaudita est. nam super hostes terrorem maximū & tumultū immisit deus vt sese mutuis mulieribus (nullo penitus euadente) occiderent. achab autem filius ochozias tunc regnauit in israel patri & hieroboam in impietate simillimus.

Cap. i.

Iosaphat itaq; rege ad hierosolymam remeante post bellum quo solarium prębuerat achab contra adadum regem syrorum sicut prędiximus occurrens hieu propheta culpauit eum cur achab solatia prebuisset homini impio pariter & maligno: deū dicens moleste quidem hoc pertulisse: sed ei licet valde paccasset tamen propter naturā eius optimam ab incursu hostium pepercisset. Et tunc equidem ad gratiarum actionem rex & sacrificia dei: cōuersus est. ¶ Post hec autem cepit omnē prouinciam circuire & populum edocere vt leges moyses a deo datas omnino seruarent/ & pietatem circa deum nichilominus exhiberent. Cōstituensq; iudices in vnaquaq; sui imperij ciuitate pręcepit vt pro nulla re ita agerent q̃ vt iusticiā populis exhiberent & neq; munera nec cuiuspiam dignitatem propter iudiciale factum aut diuitias aut genus cōsiderarent: sed omnibus equa iura tribuerent: scientes quia etiā quę occulte geruntur: a deo non ignorātur. Hęc autem cum docuisset in vnaquaq; ciuitate duarum tribuum in hierosolymā remeauit. ¶ Constituitq; etiam ei iudices a sacerdotibus & leuitis atq; primatibus monens vt diligenter & iuste iudicia cuncta disponerent. Si autem de rebus maioribus quidam cōtribulium ex alijs ciuitatibus eos cōsulerent. cum maximo studio eis & iustissime responderent quādo quidē rectum deberet esse iudicium in ciuitate constitutum vbi templum dei & habitaculum erat imperatoris. ¶ Horum autem principes constituit amasiam sacerdotem & Sabadiam qui erat de tribu iuda. Rex igitur hoc modo cuncta disposuit.

Circuibat iosa. oēm ꝓuinciam docēs leges moysi eē seruādas & in vnaquaq; ciuitate iudices cōstituēs qbus sūmope iusticiā oibus ministrare pręcepit.

¶ Eo namq; tempore castrametati sunt aduersus eum āmonitę & moabitę sumētesq; secum arabum maximam legionem castra posuerunt apud Gaddi ciuitatem quę est circa paludem asphaltidem trecentis stadijs procul ab hierosolymis: in qua nascitur palma pręcipua simul & opobalsamum.

Amonitę & moabitę aduersus iosaphat bellū parant.

¶ Audiens autem iosaphat quoniam hostes transeuntes paludem in eius prouinciam deuenissent: & metuens conuocauit in cetu populum hierosolimorū in diuino sacrario & stans contra faciem templi orabat et inuocabat deum vt suum auxiliū pręberet & robur quatenus hostibus preualerent: dum et is qui templum ipsum edificasset hoc rogasset vt ipse contra hostes dimicaret et presumentes contra eum manus inferre comprimeret. qui vtiq; ob hoc venerunt vt terram quam ipse eis prębuerat molirentur auferre. Hoc autem orauit deflens simul & populus vniuersus cum vxoribus & filijs supplicauerunt. Quo facto quidam iachel alias iezel propheta progressus in mediū cetum clamauit ad populum dicens ad regem q̃ deus eorum pręces exaudisset: & contra hostes sine dubio dimisisset dimicare. Pręcepitq; vt altero die electo exercitu occurrerent hostibus: eosq; inuenirent ab hierosolyma in assensu alias in accessu gaddi qui lucis culmen dicitur & contra eos equidē non dimicarent. sed tātummodo starent videntes quomodo diuinitas eos expugnaret. ¶ Hęc vero dicente propheta: rex equidem & populus in terra prostratus deo gratias retulerunt. Leuitę autem in organis solemnibus incessanter hymnos dicebant. ¶ Die siquidem facto procedens rex in deserto sub ciuitatem teocla alias thecuba dixit ad populum q̃ oporteret prophetę audire verba. & illa quidem non contradicere. pręponi debere sacerdotes cum tubis & leuitas vt hymnum dicentes sic deo gratias agerent quoniam hebreorum prouinciam ab hostibus liberasset. Placuit sententia regis: & quę pręceperat agebantur. ¶ Deus autem terrorem maximum & tumultum super ammonitas immisit & credentes inter se hostes mutuis vulneribus inter sese occiderunt ita vt ex tantis milibus nullus penitus euasisset. Iosaphat autem respiciens in conualle vbi hostium erat exercitus: & videns eam plenam corporibus mortuorum letatus est in dei solatio sic inopinabiliter euidenterq; allato vt neq; laboribus illis ipse victoriam contulisset. Iussitq; vt exercitus hostium castra diriperet & mortuos expoliaret. diebusq; tribus exuentes eos pene defecerunt: tanta erat vtiq; multitudo peremptorum. ¶ Quarta vero die omnis populus congregatus in quadam conualle: de virtute & solatijs benedixit deum. Pro qua re etiam locus ipse vocatur conuallis benedictionis. Exinde vero ducens exercitum ad hierosolimam rex multis diebus ad hostias est conuersus. ¶ Igitur post q̃ hanc ostium eius vastationem alienigene gentes audierunt. omnes valde sunt territi: deum eius auxiliatorem esse aperte videntes. Iosaphat itaq; ex illo tempore cum magna gloria & iusticia diuinęq; pietatis amore degebat. ¶ Fuit autem amicus achab filio israelitarum regis: cum quo communione facta in constructionem nauium

Oro iosaphat ad deum pro victoria obtinēda contra hostes q̃ exaudita est.

Audita ꝓphetę reuelatione ppl's in terra ꝓstratus deo gratias agit.

Terror mirabil' sup ammonitas q̃ se mutuis vulneribus occiderūt nullo penitus euadente.

Conuallis bñdictionis.

Ochozie filij impietas.

vt ad portum nauigaret in ophir Tharsis nequaq̃ animũ suum implere preualuit. quia naues pre magnitudine pierunt & ,ppterea naues vlterius non instruxit. circa iosaphat igitur hec sunt gesta. Achab autem filius regnauit in israel in samaria degens malignus homo & per om̃ia similis vtriq; parenti et hieroboam qui prius iniquitatem fecerat. & populũ decipere inchoauerat.

3. r. c D

¶HISTORIA QVARTI LIBRI REGVM HIC INCIPIT.

¶Languescens Ochozias rex israel (qui de solario ceciderat) deum acharõ consuluit cuius nũcijs occurrens helyas de ydolatria increpans eam hunc lãguorem predixit nõ euasurum ad quem rex tribunũ cum quinquaginta armatis misit quos ignis de celo descendens (iperante helia) cõsumpsit. scdo iratus rex aliũ tribunũ cũ quinq̃ginta misit q (orãte helya) cũ suis cõsũptus est. tertius aũt tribunus a rege missus humilitate et verborũ vrbanitate heliam fecit descendere. eumq; ad regem adduxit, cui propter peccata ,ppinquã mortem nũciauit. quo mortuo regnauit frater eius ioram in malicia sił's annis duodecim quo tempore helias in paradisũ cum enoch translatus est. Cap. ij.

Rex moabitarũ regi israel tributa negat soluere

4. 2.

CVmq; iam in regno secundum haberet annum, rex moabitarum rebellauit ei: & tributa que achab eius pater recipiebat ministrare cessauit. ¶Contigit autem vt ochozias cum descenderet de superioribus domus sue: caderet. Et cum langueret: misit ad deum accarõ muscam. hoc erat enim nomen illi deo & consuluit de salute sua. ¶Apparuitq; deus helye prophete precipiens vt missis a rege nuncijs occurreret: eosq; requireret si deum proprium israelitarum populus non haberet: et ideo misisset rex eorum ad alienum deum vt de salute sua cõsuleret. simul & vt faceret eos ad regem reuerti: eiq; diceret q̃ non euaderet hunc languorem. ¶Helia vero dei faciẽte precepta. adientes nuncij ad regem sunt continuo regressi: ammirantiq; reuersionis velocitatem & requirenti causam dixerunt occurrisse quendam hominem & prohibuisse quidem eos vlterius procedere: reuertentes nos autem tibi dicere ex mandato israelitarum dei: q̃ non possis ab hac egritudine liberari. ¶Rege vero precipiente vt ei hominem qui talia dixerat indicarent. dixerunt esse virum hyrsutum & pellicea zona circundatum. ¶Ille vero per hec agnoscens helyam esse quem nuncij designabant misit ad eum tribunum & quinquaginta armatos vt eum adducerent. Tribunus autem qui missus fuerat inueniens helyam in montis vertice residentem petebat vt descendens veniret ad regem. quoniam ille iussisset. Qui si nollet duceretur inuitus. Cui helyas vt agnoscas me prophetam verũ existere descendens ignis de celo consumat et milites tuos & te. Et continuo veniens ignis flamma consumpsit & tribunum et qui cum illo pariter erant. ¶Hac perditione regi denunciata nimis iratus ad helyam tribunũ alium cum totidem misit armatis. Qui cum venisset ad prophetam: credens se eum violenter adducere si noluisset sponte venire. orans iterum propheta: & eum sicut priorem fecit igne consumi. ¶Agnoscens hoc rex etiam tertium destinauit. Ille vero cum esset sapientia & moribus valde mitissimus veniens ad locum vbi erat helyas ei nimis blande locutus est dicens q̃ inuitus regie iussioni parens veniret ad eum & priores non voluntarie sed coacti necessitate venisset rogabatq; vt qui cum eo venerant armatorum haberet misericordiam & descendens veniret ad regem. Helyas autem suspiciens mansuetudinem & verborum eius vrbanitatem descendens secutus est eum. ¶Cumq; venisset ad regem ,pphetauit ei dicens hec sibi indicasse deum q̃ cum eum spreuisset quasi non esset deus & non vere de eius languore predicere valuisset: ac misisset ad eum acharon vt consuleret qualis ei terminus languoris accederet: ob hanc rem inquit cognosce te moriturum. ¶Et ille siquidem transacto tẽpore sicut predixerat helyas extinctus est. cui successit in regno frater ioram: nam ipse sine filio mortuus est. Hic vero ioram par fuit achab malignitate: regnauit annis duodecim. homo iniqtate circa deum & impietate plenus. Nam relinquens dei sui culturam: deos venerabatur extraneos. Erat enim in alijs nimis acerbus & pessimus. ¶Illo siquidem tempore helyas ab hominibus est ablatus: & vsq; ad hodiernam diem nullus finem eius agnouit. Discipulum vero sicut prediximus reliquit helisеum: De helya tantum & enoch qui fuit ante diluuium in libris sacris scriptum est quia sublati sunt: quorum mortem nemo cognouit.

E

Habitus Helye prophete.

Ochozias misit ad helyam iuuenem tribunum & quinquagita armatos quos ignis de celo descendens (helya imperante) consumpsit.

¶Tertius tribunus a rege missus humilitate & verborũ vrbanitate fecit helyã descẽdere & eũ duxit ad regem cui p̃dixit mortẽ propinquã ,p pter p̃ctã sua.

Sublatus helyas tẽpore ioram regis & translatus in paradisũ cum enoch.

4 & F

4 2

¶Ioram contra moabitas bellum parans iosaphat in auxilium vocat qui petitioni fauit secumq; regem idumee duxit. Quibus contra moabitas per desertum idumee tribus regibus ad bellum properãtibus aque quoq; penuriam patientibus ioram ad deum clamat in angustia constitutus quem confortans iosaphat deiq; prophetam per exercitum requirens, nunciatum est illi heliseum helye discipulum hic adesse qui (tribus regibus ad eum de futura milicia consulendum venientibus propter iosaphat iustum responsum dedit futuram contra moabitas predixit victoriam. moabite namq; aquam sanguini similem de ortu solis in torrente respicientes decepti, ipsos tres reges seinuicem peremisse estimati sunt. contra quos egressi predictos reges eorum ciuitates sunt populati & agros & de-

ſperatus eorum rex filium primogenitum eleuans ſuper murum deo obtinuit holocauſtum quo co‑gnito humana compaſſione cōpuncti reges miſericordiam habuerūt. Ioſaphat autem paulopoſt anno etatis ſexageſimo regni viceſimo quinto defunctus eſt cui ſucceſſit ioram filius eius. Capitulū.iij.

SVſcipiens itaq; regnum Ioram contra regem moabitarum mouit exercituȝ. qui ſicut ſupra diximus ab eius fratre receſſerat dum patri eorum achab tributa ſolueret: ouium cū lanis ſuis ducenta milia. ¶ Congregans ergo Ioram exercitum miſit etiam ad ioſaphat rogans eum olim eius patris amicum vt ſolatium contra ammonitas pugnaturo preberet: qui ab eius regni ceſſaſſent imperio. Tunc ille non ſolum ſe adiutorem eſſe cōpromiſit ſed etiam regem idumeę qui ſub eo erat compulſurum vt ei pugnaturus occurreret. Ioram autem talibus promiſſioibus ab ioſaphat rege perceptis: ſumpto exercitu venit in hieroſolymam & clare nimis ab hieroſolymorum rege ſuſceptus eſt. Placuitq; eis vt itinera ad hoſtes per deſerta facerent idumeę. non credentes inimicis quia ex inde fieri potuiſſet inuaſio. ¶ Tres ergo reges ab hieroſolymis properabant. Hoc eſt rex hieroſolymorum. & iſraelitarum. & idumeę. Et dum ſeptem diebus peragraſſent iter ad inopiam aquę exercitus & iumenta venerunt cum duces eorum ignorantia itineris oberraſſent: & omnes hic quidem erant in anguſtia conſtituti. pręcipue tamen ioram: qui nimia triſtitia faciente clamauit ad dominum quia malifacientes deduxiſti tres reges vt ſine bello tradantur regi moabitarū. Quē ioſaphat confortabat cum eſſet iuſtus. Qui mittens in omnem exercitum requirere pręcepit ſi quis in eo eſſet dei propheta: vt per eum voluntatem dei cognoſceret & quid faciendum eſſet audiret. Et dum quidam famulus ioram dixiſſet vidiſſe ſe illic helyę diſcipulum helyſeum filium ſaphat: tūc tres reges monente ioſaphat ad eum pariter venerunt. Dumq; ad prophetę veniſſent caſtra habebat autem habitaculum ſuum extra tabernaculum conſtitutum conſulebant eum de futura militia: pręcipue tamen ioram. Qui dum diceret vt illi moleſtus non eſſet ſed potius ad prophetas patris ſui matriſq; properaret quos illi venerarentur quaſi illi veri eſſent rex rogabat & ſupplicabat vt prophetaret & eos a periculo liberaret. Illo vero iurante per deum quia non reſponderet niſi propter ioſaphat ſanctum & iuſtū deducto ad mediū quodā hoie ſciēte pſallere diuinitus inſpiratus pręcepit regibus vt in torrente multos lacus effoderent dicens. Neq; nube neq; ſpiritu aliquo flante. neq; imbre diffuſo videbitis fluuium aqua plenum ita vt homines & iumenta vbertatis poculo ſatientur idq; vobis non ſolum deus donabit ſed etiam hoſtes ſuperabitis & vrbes moabitarum munitiſſimas capietis. & arbores quidem incidetis pomiferas & vaſtabitis prouinciam fontes autem fluuioſq; damnabitis. ¶ Hęc dicente propheta: altera die priuſq̄ ſol oriretur: torrens vehemēter influxit. Contigerat enim vt tribus diebus in idumea vehemens imber effunderetur. ita vt exercitus iumentaq; abundantia nimia irrigarentur. ¶ Cumq; audiſſent moabitę tres reges per deſertum contra ſe veniētes collecto exercitu rex eorum iuſſit vt montana exercitus eius aggrederetur ne latenter hoſtes prouīciam inuaderent. ¶ Et cum non eſſet hebręorum a moabitis procul exercitus reſpicientes moabite de ortu ſolis aqua in torrente ſanguini ſimilem ſuſpicati ſunt vt ſe tres reges inuicem peremiſſēt & fluuius eorum ſanguine redundaret. Quod cum arbitrati fuiſſent: petierunt a rege ſuo vt eos ad ſpolia hoſtium deſtinaret. Et impetu facto: quaſi ad diuitias pręparatas ad inimicorum caſtra tetenderūt alias venerūt & ſpe ſua decepti ſunt. Nam circūdantes iſraelitas: alij quidem eorum perēpti: alij vero per vniuerſā prouinciam ſunt diſperſi. Tres ergo reges ingredientes moabitarum ciuitates & eas ſubuerterunt: & agros eorū depopulati ſunt & vehementer exterminauerūt: replentes eos ex lapidibus torrentum & arbores optimas abſciderunt: & fontes aquarū pariter obſtruxerūt: ac muros vſq; ad fundamenta depoſuerunt. ¶ Rex autem moabitarum dū perſecutionē & obſeſſionem nimiā pateretur & videret ciuitatem capi poſſe: impetū fecit cum ſeptingētis viris vt inter hoſtiū caſtra quo poſſet effugeret. Qđ tamen implere nō potuit. Nā ad quendā locum veniens valde munitū dū fugere non valuiſſet reuerſus in ciuitatem opus deſperationis & crudelis neceſſitatis impleuit filiū namq; ſeniorem qui erat ei ſucceſſurus in regnum eleuans ſuper murum ita vt a cunctis hoſtibus videretur: deo obtulit holocauſtū. Reges autem videntes hoc factum eius neceſſitatis: habuerunt miſericordiā & humana compaſſione detenti obſeſſionem ſoluerunt. & ad propria remeauerunt. ¶ Ioſaphat autem reuerſus hieroſolymam in pace degebat. Et cum paucum temporis poſt illud pręlium vixiſſet defūctus eſt. Qui vixit quidem annis numero ſexaginta: imperauit quinq; & viginti magnificamq; meruit in hieroſolymis habere ſepulturā ſimiliſq; fuit magnorū operū dauid. Reliquit autem filios multos. ſucceſſorem vero ſeniorē filium ioram. Is autem nomen habebat fratris matris ſuę: regis iſraelitarum filij achab.

¶ Actus helyſei laudabiles primo de olei multiplicatione qua grauata vidua debitis creditoribus ſatiſfecit pręedixit quoq; ioram ſirorum regem contra ipſum moliri inſidias. Quos cognito Adaus rex contra prophetam exercitum mittit quod miniſtro ſibi nunciante hoſtes ſpernens ſeruo ſpē

Ioram bellū cōtra moabitas parans ioſaphat in auxilium vocat qui ſibi fauit ſecum regē idumeę ducens.

Tres reges contra moabitas aquę penuriam ī deſerto ab errātes perpeſſi ſūt. Ioram ad deum clamat.

Helyſeus noluit reſpondere niſi ꝑpter ioſaphat iuſtum.

Pophetia helyſei de futura victoria cōtra moabitas.

Cōgreſſus exercitus moabitarȝ contra hebreos Aq̄ ſanguini ſimili decepti moabite eſtimātes tres reges ſe inuicē peremiſſe.

Mors ioſaphat anno etatis. 60. & regni. 25. cui ſucceſſit ioram filius.

habere precepit & inter medios hostes helyseus veniens: eorum obcecatis aspectibus: quem quererent interrogauit ipsosq; ad ioram regem in samariam deducens clausis ciuitatis ianuis orante deo aperti sunt oculi eorum qui refecti salui remittuntur ad propria.

Capitulum. iiij.

Actus helisei prophetę & primo de multiplicatione olei q̄ vidua grauata debitis satisfecit creditoribus suis.

Veniens autem de regione moabitidę rex israelitarum in samariam habebat helyseum sicut prophetam: cuius actus volo narrare. Sunt enim valde pręcipui & historia digni: sicut ex libris sacris datur agnosci. Ad hunc enim cum accessisset vxor abdię dispensatoris achab eiq; dixisset ꝙ non ignoraret quando vir eius liberasset a morte prophetas. Dum requisiuit achab vxor hiesabel eos occidere: & contracto debito cētum ex eis occulte pauisset: & post eius mortem creditoribus vrgeretur atq; eius filij ad seruitium deducerentur: ob hanc rē rogabat vt eius mariti misereretur operibus & aliquod solatium ad necessitatem pręberet. Qui dum requisisset si quid haberet in domo aliud nihil esse respondit: nisi paruum vas olei. Tūc propheta pręcepit vt multa vasa sibimet a vicinis commodaret vacua & clausis ianuis domus suę ex illo oleo in omnia vasa diffunderet: quia ea deus cuncta repleret. quod dum mulier fecisset & eius filij vnumquodq; vas obtulissent: dum completa fuissent omnia & nullum vacuum remansisset veniens prophetam nunciauit hoc ei. Ille vero consilium dedit vt oleum venderet: & pręcium creditoribus daret: & ex ipso olei pręcio quod remaneret ad alimentum filiorum efficeret hoc ergo modo helyseus mulierem a debito liberauit. Inter hęc autem misit helyseus ad Ioram monens vt custodiret quendam locum in quo esse syrorum volentium eum occidere dicebat insidias. Tūc rex ad venationē pręparatam nequaq̄ egressus est. obediens verbo prophetę. Adadus autem syrorum rex dum se vidisset fuisse deceptum quasi aliquis hominum eius ioram regi sua prodidisset consilia indignatus velut proditores secretorum regis occidere minabatur: cum vtiq; hoc nulli alio nisi illis tantummodo credidisset. Et dum ei quidam pręsentium dixisset: ne falsa opinione teneretur nec crederet quem aliquis inimico eius consilium prodidisset sed helyseum prophetam omnes regi factas insidias prodidisse: misit requirens in qua ciuitate helyseus habitaret. illi vero qui missi fuerant reuertentes: indicauerunt eum in dothain vrbem commorari. Tunc itaq; adezer qui & adadus misit ad ciuitatem multum nimis exercitū equestrem simul ac curruum vt caperent helyseum. Qui tota nocte circumeuntes ciuitatem nihil egerūt

Prędixit heliseus iorā regis syrorū insidias vnde indignatus adadus rex contra prophetam exercitū mittit.

Nūciat helyseo minister suus hostes in eum irruere qui & hostes contemnens seruo spem habere pręcepit.

¶ Die siquidem facto cognoscens hoc prophetę minister quia hostes eum comprehendere niterētur prophetę quod agebatur indicauit. Ille vero de auxilio dei securus cōtemnebat hostes ministrūq; metuentem: crebro fidutiam habere pręcepit. sperans quoniam ostenderet deus virtutis suę potentięq; pręsentiam. Tunc deus prophetę orationes exaudiens multitudinem curruum & equorum & armatorum helyseum circunstantium vt minister videret ostendit ita vt ille (remoto timore) illa visione cōfortatus astaret. ¶ Post hęc autem helyseus rogabat dominum vt etiam aspectus hostium obcecaret & nebulam eis immitteret: per quam eum inspicere non valerent. Quo facto: veniens iter medios inimicos requisiuit quem quererent. Illis autem se ꝓphetam helyseum querere respondentibus promisit se eum taditurum. si ad ciuitatem: in qua esset ille: sequerentur. Qui pręcedentem prophetam: deo scilicet eorum mentes obcecante: cum festinatione sequebantur. ¶ Tunc helyseus deducens eos in samariā ad regē iorā: pręcepit vt clauderētur portę & regis exercitus circa syros staret. Quo facto rursus orauit dominum vt hostium oculos aperiret & caliginem ab eis auferret. Tunc repente ab illa cecitate reuocati inuenerunt se inter medios inimicos existere. Et obstupescētes siri in nimia angustia sunt constituti qualis vtiq; potuisset eis sic inopinabili & diuino opere prouenire. ¶ Tunc rege ioram consulente prophetam si eos iaculari pręcepisset hoc quidem prohibuit fieri helyseus dicens iniustum esse: qui lege bellica non capiuntur: occidi illos autem nihil mali fecisse in illius prouinciam sed nescientes ad eum venisse virtute diuina. Deditq; consilium vt & hospitalem eis pręberet: & mensa eius sine lesione fruerentur. Ioram vero obediens prophetę dū conuiuia prębuisset opulentissima syris: dimisit eos ad proprium remeare regnum.

Helyseus (hostium obcecatis aspectibus) veniens iter medios hostes quē quererēt requisiuit.

Helyseus: siris iter medios hostes astantibus: deum rogauit & illi apperti sunt oculi qui refecti salui dimittūtur

¶ Adezer syrorum rex miraculum pridem ammiratus metuēs helyseum iam non latenter sed palam ioram impugnare disponens exercitum contra eum mittit & ipsum in samaria clausum obsedit vbi maxima fames vrgente caput asini octoginta argenteis vendebatur. matresq; filios comedebant vnde iratus rex helyseum: quia deum complacaret: occidi mandauit vnde tamen postea penituit & veniens helyseus in breui ciborum copiam promittit incredulo quoq; cuidam principi penam prędixit. Terror itaq; diuinitus contra syros immissus qui confusi relictis in castris diuitijs extra fugerunt. Cumq; leprosi extra ciuitatem manentes & propter famis necessitatem ad hostium castra venientes ipsos fugisse cognoureunt obsessis in ciuitate nunciauerunt: qui missis exploratoribus: prophetę veritatem cognouerunt in ciborum abundantia & increduli pena qui conculcatus a turba mortuus est.

Capitulum quintum.

His vero redeuntibus & que prouenerant: indicātibus ammiratus adezer inopinabilem israelitarum dei presciētiā atq; virtutē pariter & prophetā cui sic adesset diuinitas: latēter iā nequaq̄ voluit contra regē israelitarum aliquid attentare metuens helyseum ioram vero palam impugnare disposuit multitudine militie & exercitus sui magnitudine se credēs hostibus preualere. Castra siquidem metatus est cū magna virtute cōtra iorā. Qui credens nō se sufficere ad resistendū syris semetipsum in samaria clausit: de murorū confisus munitione. adezer aūt cogitās quia & si nō posset machinationibus capere ciuitatem tamē inopia ciborum samaritas obstringeret ad ciuitatem accessit. ¶ Et tanta fuit apud ioram necessariorū inopia: vt propter magnitudinē famis in samaria octoginta argenteis numismatibus caput asini venderetur: quinq; vero argēteis numismatibus sextarium fimi columbarū pro sale cōpararent hebrei. Timebatq; ioram ne ꝓpter famē ciuitas traderetur inimicis & muros quotidie circuibat atq; custodes ne quis ab eis occultaretur intus: & actus ciuitatis hostibus indicaret. ¶ Quod dum faceret quadam die clamante aliqua muliere domine miserere putans eā aliquid cibi petere iratus maledixit ei per dominū dicens nec areā sibi esse nec torcular: vnde ei aliquid posset prestare. Cumq; nihil horū dignaretur audire: iussit vt loqueretur atq; diceret quecūq; vellet. Tūc fecisse se dixit cū altera muliere vicina & amica sua hāc pactionem vt quoniā fames talis esset & inopia: interficerent filios suos vtreq; masculos & singulis diebus comederēt eos. Et ego inquit meū occidi & preterito die ambe meū comedimus. Hec aūt non vult hoc facere sed pactū transcēdit & filiū suū ne comedatur abscōdit. ¶ Hec dum audisset ioram vehementer afflictus est: & scissa veste crudeli voce clamauit. deīde iratus helyseū prophetā occidere voluit quia non supplicaret deo. cum potuisset omnes hoc modo a malis presentibus liberari. Et repente misit qui eius caput auferret. Ille siquidem ad necē prophete pergebat helyseū vero ira regis non latuit. Sedēs aūt in domo sua cū discipulis indicauit eis quia ioram filius homicide misisset qui eius caput auferret. Sed vos inquit dum venerit qui missus est & intrauerit ianuas obserantes alias obseruantes claudite eumq; paululū retinete. Securus nāq; est veniēs ad me rex eo ꝙ eum penituerit sui precepti. Tunc illi helysei preceptū fecerūt. ¶ Ioram vero penitentia ductus ob irā suā circa prophetā & metuens ne eū qui missus fuerat occideret. festinauit vt necē prohiberet & prophetam a morte reduceret veniēsq; culpat eū: cur a deo malorum presentium absolutionem minime postularet. Sed sic eos perire despiceret. ¶ Helyseus aūt altera die ea hora qua venerat rex ad eum ꝓmisit magnā copiā ciborum affuturam ita vt venderetur in publico duobus siclis satum simile & vno siclo ordei satum. Hoc autē dictum & ioram & qui cum ea erant vertit in gaudium prophete namq; nō poterant discredere propter rerum precedētium veritatem: inopiamq; illius diei atq; miseriam spes iam future abundantie leuiauit. ¶ Princeps autem tertie partis cum regi amicus esset supra quem tunc rex incumbebat incredibile est inquit propheta quod dicis. Et sicut impossibile est vt de catharactis celi ordeum pluat deus autem similam: ita non potest credi quod ad te nunc dicitur adimpleri. Ad quem propheta. Hec inquit videbis hoc modo fieri sed non gustabis ex eis. Que scilicet sic ab helyseo fuerant predicta completa sunt. ¶ Lex igitur erat in samaria vt habentes lepram & qui a tali passione nō essent mundi corpore extra ciuitatē manerent. Quatuor igitur viri propter hanc causā manentes ante portam: cum nullus eis aliquid propter necessitatem famis afferret & in ciuitatem ingredi propter legis mandata non possent: quibus vel si liceret ingredi pro fame ibidem necarentur: cogitarūt inter se dicentes quia si illic manerent propter inopiā deperirēt & propterea tradere se hostibus magis eligerent. qui aut parcendo aut necando famis eos necessitate liberarent. Hoc consilium inter se cōferentes alias cōfirmātes nocte ad castra hostiū deuenerunt. Incipiebat aūt iam deus terrere & cōturbare syros: & sonū eis curruū & armorū inferre tanq̄ exercitus grandis super eos accederet: & paulatim turbarū fragor eorum auribus increparet. Qui ita repēte turbati sunt vt relinquentes castra propria cōcurrentes ad regem dicerent quia iorā rex israelitarū conducto solatio regis egyptiorū & insularū super eos accederet quibus venientibus sonum tube venientis audirēt. Hec eis dicentibus etiā adezer cum ad aures eius sonus similis aduenisset populo credidit & cū multa turba atq; confusione relinquentes in castris equos atq; iumēta vniuersasq; diuitias repēte cōuertūtur ad fugam. ¶ Leprosi autē qui discesserant a samaria ad castra syrorū venientes. & in eorum tabernaculis multum silentiū taciturnitatēq; reperientes. ingressi in vnum tabernaculū. dum nullum prorsus inspicerent comedentes atq; bibentes portantesq; multas vestes & aurū extra castra celantes deinde ī aliud tabernaculum accedentes similiter & exinde res placitas sibi sumentes dū hoc quater fecissent & nullus eos oīno videret. arbitrati hostes abscessisse culpabāt semetipsos cur iorā regi hoc minime nūciassent. Tūc illi veniētes ante ciuitatis murū & custodes clamātes indicauerūt eis que de hostibus cōtigissent. Illi aūt hec regis custodibus nūciauerūt. A quibus audiēs hoc iorā euocauit amicos suos & pricipes qui

Exercitus regis syrorum contra iorā qui semetipsum in samaria clausit.

Maxima fames in samaria vt octoginta argenteis caput asini venderet̄ & quinq; argenteis sextarium fimi colūbarū pro sale.

Iratus rex iussit helyseum occidi quia non supplicaret deo vt liberaret̄ populus ab obsidiōe.

Penitet iorā qa mandauit helyseum occidi.

Helyseus ꝓmittit ciborum copiam ī breui futuram.

Incredulo principi super quem tunc incūbebat rex predicitur pena.

Lex samarie de leprosis extra vrbem manētibus

Terror diuinitus contra syros immissus fugerunt confusi relictis diuitijs suis in castris.

bus ait pro insidijs arte callida syrorum discessisse regem. eo q desperaret fame capi potuisse ciuitatē vt quasi fugientibus illis & egressis ad direptionem castrorum nostris latenter irruerent. & interficerent: & ciuitatem pariter deuastarent vnde vos inquit moneo vt custodiatis ciuitatem & nusquam abire temptetis: hostes fugisse credentes. Tunc dicente quodam optime quidem arbitratum a rege et consilium dante vt duo equites vsq; ad iordanem fluuium mitterentur. qui cuncta perquirerēt vt si illi quidem capti ab insidijs hostium deperirent: securitas exercitui fieret ne cuncti aliquid simile sustinerent: pereuntes autem paucos anunciarent cum his quos vastauerat fames. ¶ Hoc dictum dū placuisset regi exploratores misit. Qui euntes castra quidem inuenerunt hostibus vacua: locum vero plenum cibis & armis: quę reliquerant vt leues essent ad fugam. Hęc autem dum rex audisset ad direptionem castrorum misit exercitum. Qui nihil vile tulerūt nec paruum sed aurum multum & argentum gregesq; multos iumentorum frumentorum & ordei multa milia quantum in somno se viderecredebant: quo facto a malis pristinis liberati maximam copiam habuerunt duo sata ordei siclo vno & satum simile duobus siclis. secundum prophetiam hominis dei helysei. Satum itaq; fert modium vnum semis italicum. ¶ Horum itaq; bonorum solus ille princeps tertię partis quem prędiximus potius non est. Nam constitutus a rege vt staret ad portam quatenus turbā moderate ad egressum ciuitatis emitteret ne alterutros comprimentes ad pericula peruenirent: quodq; alios pati prohibebat ipse sustinuit & hoc modo ne gustaret ex his quę fuerant probata defunctus est helyseo prędicente mortem eius: dum ea quę vbertate ciborum ille prophetauerat. solus iste non crediderat.

Exploratores mittuntur p certificatione fugę syrorum.

Verificatio prophetię helysei d abundantia ciborum post tantam famem.

¶ Afflictus langore rex sirorū fidelē azahel nunciū cū muneribus ad helyseū mittit vt sciat si egritudinis periculū posset euitari cui regis mortē flens helyseus (pręuidente illo quę populus israel post mortē regis esset passurus) nunciauit & azahel famulū post illū regnaturū qui ad regē veniens nūciauit quidē bona sed eū laqueo vinciēs strangulat & regię potestatis obtinuit apicem. Capitulum. vi.

Adezer autē syrorū rex dū venisset in damascum & agnouisset quia diuinitas ei & exercitui timorē imisisset & fugā: & nō inuasione hostiū fuisset factum nimis afflictus eo q ita deū haberet iratum: corruit in langorē. Illo siquidē tēpore dū propheta helyseus venisset in damascū cognoscens hoc adezer fidelissimum seruulorū azahel noīe misit vt ei occurreret & dona portaret pręcipiens ab eo requiri si egritudinis eius periculū posset euitari. Azahel itaq; cum quadraginta camelis queq; forent optima & pręciosa in damascena prouīcia ex domo regia dona regia portabat. & veniēs ad helyseum & decenter salutans ait missū se a rege adezer ad eū vt dona portaret & de eius languore cōsuleret: si euadere posset. propheta vero iussit azaheli vt nihil ei mali nūciaret: dixit autem regē moriturū esse. ¶ Et famulus quidē hęc audiens cōtristabatur/ helyseus autē flebat & multas lachrimas fundebat: p̄uidēs quę populus passurus esset post mortē adhereri. Dūq; azahel causam eius cōfusionis inquireret: defleo inquit populum israelitarū dolēs in his malis quę passurus est abs te. Interficies em̄ optimates eorū & munitissimas ciuitates incēdes & paruulos lapidibus illisos crudeliter trucidabis: & mulieres pueros ī vtero habētes seua morte dirūpes. Azahel vero dicēte quę mihi virtus est vt per me talia possint prouenire: ait sibi deū indicasse quia regnaturus esset in syria. ¶ Azahel itaq; veniēs ad regē: illi quidem nunciauit bona/ altera vero die infuso laqueo vinciens eū illum quidē strangulauit: ipse vero apicē regię potestatis obtinuit. Erat enim vir efficax. & multa syrorū & populi damascenorū deuotione florebat: ita vt hactenus & adezer & ipse azahel qui post eū regnauit quasi dij colerētur propter beneficia & tēplorū edificia. quibus damascenorū exornauerant ciuitatem. Isti namq; quotidie soli in pompa quasi pro honore regio deferūtur & syri de eorum antiquitate gloriantur ignorantes quia sunt nouelli. & non habent isti reges vltra mille annos & cētum.

Afflictus syrorū rex corruit ī langorē & azahel fidelem nuncium ad helyseū mittit cum muneribus vt sciat si egritudinis pericula posset euitari.

Helyseus prędicens mortem adezer regis flebat p̄uidens malum eminēs populum israel per azahel post eū regnaturū ī siria

¶ Ioram rex hierosolymorum (mortuo adezer rege syrorum) in pace gaudens populum docuit ydolatrizare & idumeos a regno iuda persequitur vicinos occidens ad quem helyas epistolam mittens mortem sibi propinquam & vituperabilem significauit cui vt sibi nunciauerat propheta accidit & mortuus regali primatus est sepultura. Capitulum septimum.

Ioram vero rex israelitarum audiens adezer esse defunctū a timore & formidine quā propter eum habebat aliquo modo respirauit & pacem gratanter excepit. Igitur ioram hierosolymorum rex qui & ipse quidem sicut prędiximus hoc nomen habebat rerū apice potitus: mox ad necē fratrum suorū & paternorū amicorū pariter & principū cōuersus est: & malitię suę hoc fecit initiū. In q̄bus malis nil differēs a regibus populi q̄ añ eū iniquitatē fecerūt ī solēnitatibus hebręorū & religiōe diuina docuit quo vulgus & ī alijs esse malū & extraneos adorare deos p gotholiā alias athaliā achab filiā cōiugē suā. et deus qdē p̄pter dauid regis p̄missionē noluit genus eius extermiare. iorā vero nihil p̄termittebat quo minus aliquid quotidie nouę impietatis efficeret & q non vastatione patrie traditiones attenderet

Malicia iorā regis iuda.

¶ Illo siquidem tempore recedentibus ab eo idumeis: & primo quidem interficiētibus eum regem qui erat eius patri subiectus & cōstituentibus quem ipsi voluerāt iorā cum equitibus suis & curribus noctanter venit in idumeam: & eos quidem qui vicini eius regno esse videbantur occidit: lōgius nō abijt. Nihil tamen dum hoc modo fecisset vtilitatis exibuit. Nam omnes ab eo recesserunt: simul & qui prouinciam labennam alias lobennam habitabant. ¶ Erat autem ita vesanus vt etiam populū cogeret in excellentissimos montes ascendere: & deos alios adorare. ¶ Cumq; hec ageret & omnino leges patrias a sua mente repelleret delata est ad eum ab helya propheta epistola in qua pādebatur magnam eum penam fore passurum quia patrum suorum non esset imitator. sed israelitarum sequeretur regum impietatem insuper & cogeret tribum iuda & ciues hierosolymitas relinquentes sancta patriā ad ydola cōuenire que rex achab in suo regno fecisset. & quia fratres suos iteremisset & bonos viros & iustos pariter occidisset. Suppliciūq; qd̄ pro his suscepturus esset propheta ī litteris indicabat id est cladem populi & corruptionem vxorum regis & filiorum & quia ipse quoq; moreretur egritudine longa nimis confectus visceribus propter nimietatem interne corruptionis effusis ita vt videret suam calamitatem. nec posset vllatenus subuenire. Et hec quidē epistola significabat helye. ¶ Post breue siquidem tempus exercitus arabum iuxta ethiopiam habitantium & alienigenarum ioram regnum aggressi sunt & prouinciam vastauerunt & regis domum insuper & filios occiderunt pariter & eorum vxores. vnusq; solummodo filiorum eius noīe ochozias hostes effugiens derelictus est. Qui post hāc calamitatem predictum a propheta languorem incurrens multo tempore fatigatus diuinitate eius visceribus immitente miserabiliter superna indignatione defunctus est: cū viscera sua diffusa videret. Quē etiā mortuum populus multis cōtumelijs afficeret: & vt reor credentes ita mortuum ira diuina peremptū fuisse. nec exequijs regalibus eum fecere dignum nec in paternis sepelire monumētis nec alium ei exhibuerunt honorē: sed velut priuatum tumulo tradiderūt. Qui vixit annis quadraginta: regnauit octo tradidiq; principatum eius hierosolymorum populus filio eius ochozie.

> Recedētes idumeos a regno iuda persequitur ioram sibi vicinos occidens.
>
> Mors ioram regis hierusalē vituperabilis & afflicto nimia sue familie qui etiā regali priuatus sepultura.
>
> Mortuus ioram anno etatis quadragesimo & regni octauo cui successit ochozia filius.

¶ Leso iorā israel rege in bello cōtra syros hieu rex ab helysei discipulo inungitur ad exterminandū domū achab qui & a populo est confirmatus qui & iorā regem a ciuitate iezrael fugientē occidit eius corpore in naboth agrū proiecto fugientē quoq; ochoziā vulnerauit & iezabel de turri precipitari iussit cuius corpus a canibus est deuoratū oēsq; achab filij a samaritanis iubēte hieu decapitati sūt sed & fratres ochozie occisi sunt & pseudo prophetis ab eo occisis baal tēplum concremauit. Ca. viij.

IGitur ioram rex israelitarum post mortem adezer sperās ramoth ciuitatem se capere & eā syris auferre. cum magno apparatu castrametatus est super eos. In qua oppressione a quodam syro non mortifere sagittatus abijt in ciuitatem iezrahelem vt vulnus suum positus in ea curaret directo in ramatha alias ramoth omni exercitu simul & duce hieu: qui fuit filius amessi alias nausi vt post curam reuerteretur ad pugnam. ¶ Helyseus vero propheta vnum discipulorū suorum dato ei sancto oleo misit in ramatha vt vngeret hieu eiq; diceret quoniā eum regē diuinitas elegisset: cui & alia pariter indicaret precipiens ei vt sub modo fuge faceret iter quatenus illic cūctos p̄ficiscēdo lateret. Qui dum venisset in ciuitatem hieu quidem inuenit cum principibus militum residentem in medio sicut ei predixit helyseus. Et accedens ad eum ait se quedam ei fore dictutū. Qui dum surrexisset & in cubiculum eum secutus fuisset: seorsum sumens eum oleo caput iuuenis infudit dicens a deo vnctum eum regem ad achab generis peremptionem & ad vindicandum sanguinem prophetarum qui ab hiezabel nequiter fuisset effusus: vt domus eorum sicut hieroboam nabathei & baasa propter impietatem propriam radicitus deperiret & nullum semen de achab genere remaneret. Et cum hoc dixisset de cubiculo protinus exiliuit ne ab aliquo in exercitu videretur. ¶ Hieus autem venit ad locum vnde surrexit: & cum alijs principibus residebat. Quibus requirētibus vt eis diceret cur ad eum venisset iuuenculus insuper & vesanum eum dicentibus recte inquit iudicastis. nam verba vesanie locutus est. Quibus festinātibus vt ea audirēt atq; rogātibus ait eum dixisse quia ipse fuerit a deo relictus rex. Hec itaq; cū dixisset vnusquisq; se exuēs qd̄ habuerat vestes proprias ei substernebāt. Et mittētes tubas hieu regē esse clamabāt. Ille vero exercitu cōgregato pergebat ad iorā in ciuitatē iezrahel in q̄ sicut p̄diximus pro vulnere curādus abierat qd̄ ceperat cū obsideret ramatha. Cōtigit aūt vt eo tēpore hierosolymorū rex ochozias venisset ad iorā: erat em̄ filius sororis eius sicut iā diximus vt visitaret propter vulnus qd̄ in obsessiōe acceperat. Hieus aūt subito volēs sup iorā irruere: rogauit vt nullus militū descēdēs regi iorā que gesta fuerāt nūciaret. dicēs hanc esse maximā eorū circa se deuotionē si eū regē hoc ordine demōstrarēt. Ille vero ī his que fuerant dicta gratāter itinera cōseruabāt: ne quis latēter pergēs quod gestū fuerat indicaret. Et hieus quidē sumptis equitibus electis sedēs in curru ibat ad iezrahel. ¶ Cūq; proximus fuisset ciuitati: explorator quem rex constituerat iorā vt ad ciuitatē venientes inspiceret: videns cū multitudine veniētē hieu: nūciauit ioram regi

> Ioram rex israel contra syros prelians leditur.
>
> Vnctio hieu in regē israel a discipulo helysei ad exterminandū domū achab
>
> Confirmatus hieu ī regno per pricipes bellum parat contra ioram filiū achab.

videre se equites venientes. Ille vero repente aliquem mitti iussit equestriũ qui ei occurreret. & quis esset agnosceret. Qui dum venisset ad hieu: de exercitu requisiuit dicens a rege se esse missũ. At ille nihil de his respõdens: sequi se iussit requirentẽ. Quod dũ explorator vidisset: indicauit iorã quia qui fuerat missus equestris mixtus multitudini veniret vna cũ eis. Iterum rege mittẽte etiã aliũ hoc eũ facere hieus imperauit. ¶ Quod dum explorator iorã indicasset. nouissime in curru ipse conscendens cũ ochozia hierosolymorũ rege in occursum eius egressus est. Hieu autẽ cũ multa moderatiõe & disciplina agebat iter. Cũq; ioram venisset in agrũ nabuthei: requirebat si in exercitu omnia recte gererentur. Et cũ ei hieu amarissime malediceret: matrẽq; eius veneficã meretricẽq; clamaret metuẽs rex & nihil eũ cogitare quod esset salubre credẽs cõuerso curru suo vt poterat fugiebat dicens ad ochoziã ea ꝙ insidijs & dolo fuisset captus. Hieu autẽ sagittã post eũ mittẽs eius cor suo iaculo penetrauit Et ioram quidẽ repente cadens. flexo poplice animã deliquit. ¶ Hieu autẽ continuo iussit vadacro principi tertię partis vt corpus iorã proijceret in agrũ nabuthei alias naboth & recordans prophetiã helyę quã patri eius qui fuit interfector nabuthei prędixerat quoniam & ipse & eius genus in illo agro perirẽt. ¶ Hęc enim cum sederet tunc post tergũ currus achab. audisse se: propheta narrante: dicebat ꝙ etiam secundum illius prouenit eloquiũ. ¶ Igitur cadente ioram metuens ochozias de sua salute. currum in aliam itineris partem conuertit: credens qualiter effugeret hieu. Ille vero persecutus est eum ad quendã ascensum comprehendẽsq; sagittam eadẽ missa eum percussit. Qui derelicto curru ascendens in equo fugit hieu in magedon ibiq; curandus post paucum vulneris illius tempus & ipse defunctus est portatusq; in hierosolymam. illic sepultus est cum regnasset anno vno. Fuit enim malignus & plus valde ꝙ pater eius. ¶ Cum autẽ hieu intrasset in iezrahelem vrbem hiezabel ornata stans supra turrim. bonus inquit seruus qui occidit dominum suum. Ille vero respiciẽs ad eam quę esset interrogauit. & descendentem ad se venire pręcepit. Nouissime vero enuchis imperauit vt eam de turri deijcerent. Quę dum precipitata fuisset murum sanguine suo aspersit: & concultata equorũ pedibus expirauit. ¶ His ita gestis hieu ingressus palatium cum suis amicis semetipsum reficiebat & illos conuiuijs alijsq; rebus. Pręcepitq; famulis qui iezahel peremerant: vt eam propter decus generis sepelirent. Erat enim ex regibus. Sed nihil de eius corpore quibus hoc imperatum fuerat inuenerunt nisi tantummodo summitates manuum & pedum: aliud vero totum corpus a canibus est absũptum. ¶ Hęc audiens hieu helyę prophetiam nimis obstupuit. Is enim in iezabel prędixerat hoc eam interitu fore perituram. ¶ Interea dum achab filij septuaginta in samaria nutrirẽtur. misit hieu duas epistolas principibus samaritanorum dicens vt fortissimum filium achab constituerent regem cum & currus haberẽt multos & equos & arma ad militiam & ciuitates munitas. Quod dum facerẽt: domino suo repensarent. Hęc autem scripsit: volens samaritanorum mentes agnoscere. Relegentes vero litteras has principes ac pedagogi timuerunt & cogitantes ꝙ nihil possent contra eũ facere qui magnis duobus prȩualuisset imperijs: scripserunt profitẽtes se eum habere dominium & facere quęcunq; pręciperet. Ille vero ad hęc rescripsit pręcipiens vt si obedirent ei filiorum achab abscidẽtes capita destinarent. Tunc principes euocantes nutritores infantum iusserunt vt occidentes eos capita eorum abscinderent & mitterent ad hieu. Hęc illi nihil resistentes egerunt. & cõponentes in quibusdã vasculis de vimine factis: eorũ capita destinarũt. ¶ His autẽ allatis ad hieu cum amicis cenantem nunciatum est ꝙ capita filiorum achab viderẽtur esse deleta. Qui iussit ante portam ex vtraq; parte ex eis aggeres fieri. Factoq; die ad ea videnda processit. Et inspiciens dicere cepit ad populum. quia ipse quidem cõtra suum dominum militasset & illum peremisset. Hos autẽ omnes non ipse peremisset eosq; cognoscere deposcebat de generatione achab quia omnia secundũ dei prophetiam fuerãt gesta & domus eius sicut helyas prędixerat deperisset ¶ Cũq; necasset eos qui apud iezrahelitas ex achab genere sunt inuenti: cum equis ad samariam ꝑperabat. Pariter aũt inueniens aliquos fratres ochozię hierosolimitarũ regis interrogauit eos quo properarent. Illi vero dixerunt quia veniũt vt ioram salutarent. & regem suum ochoziam nescientes ꝙ ab eo ambo occisi fuissent. hieu autẽ eos comprehensos pręcepit occidi. Erant enim numero quadragita & duo. ¶ Post hęc occurrit ei vir quidã bonus & iustus ionadab oli amicus eius. Qui cũ salutasset eũ cepit laudare eo ꝙ oĩa cũ dei voluntate fecisset & achab genus extermiasset. Hieu aũt rogauit vt ascẽdẽs in currũ ad samariã cũ eo veniret ei se demõstraturũ dicẽs ꝙ nulli parceret malignãtiũ sed & falsos ꝓphetas & falsos sacerdotes & suadẽtes plebi vt magni quidẽ dei religionẽ desererẽt & extraneos adorarẽt ipse puniret cũ esset vtiq; optima nimis hęc ĩspectio atq; gratissima: vt bonus & iustus vir videret malos tormẽtis affligi. His cõsentiẽs ionadab ascẽdẽs ĩ curru venit pariter ĩ samariã. ¶ Hieu aũt reqrẽs oẽs cognatos achab iterfici volẽs aũt nullũ de falsis ꝓphetis neq; de sacerdotibus ydolorũ achab suppliciũ decliare deceptiõe quadã & dolo cõꝓhẽdit vniuersos. Cõgregato siqdẽ populo dixit se velle duplices deos itroductos quos

Ioram cũ ochozia in occursum hieu in cursu venit.

Hieu occidit ioram fugientem & corpus mortui in agrum nabuthei ꝓijci pręcepit.

Fugientẽ ochoziã vulnerat hieu sagitta qui & mortuus ẽ postꝙ vno regnasset anno.

Hieu iezabel de turri pręcipitari iussit cuius corpus a cãibus deuoratum est.

Hieu (missis litteris ad samaritanos) eis mandat vt septuagita filiorũ achab fortissimum (volẽs eorũ cognoscere voluntatẽ) regem constituãt.

Hieu ad populũ verba ꝙ domus achab deleta esset secundũ helię prophetiã

Hieu pręcepit fratres ochozię occidi.

Bana cadella hieu cõtra falsos sacerdotes & pseudo prophetas achab.

D 41 4 41 E 4 10 F 4 1 4 1

achab colebat adorare. rogans vt eorum sacerdotes & prophetę & serui pariter aduenirent. quatenus copiosa sacrificia & pręcipuas dijs achab hostias immolaret & esset multandus morte sacerdos qui tunc non fuisset inuentus. Deus autem achab baal appellatur constitués itaq; diem quo vellet sacrificia celebrare. misit in omnē israelitarū regionem nuncios: qui ad illum baal sacerdotes adducerent. Quibus pariter congregatis: iussit hieu pontifici vt daret omnibus vestes. Eisq; sumētibus ingressus domū cum amico suo ionadab pręcepit cum diligentia quęreretur ne quis inter eos alienigena aut peregrinus inueniretur. cum nollet sacerdotibus ydolorum alium interesse fidelium. Illis vero dicentibus nullum interesse peregrinum & inchoantibus sacrificia celebrare constituit. a foris octoginta numero viros armatos quos nouerat fidelissimos iussitq; eis vt falsos prophetas occiderent. & ipsi in paterna solemnitate permanerēt: q̄ multo iam tempore destituissent. Et simul iterminatus est vt si qui effugerent: pro illis animas eorum auferret. Ille vero & omnes viros interemerunt & domū baal igne concremauerunt & hoc modo a peregrinis solemnitatibus samariam liberarunt. ¶ Hic itaq; baal tiriorum fuit deus. Achab autem volens parere socero iobal qui rex tiriorum tunc erat & sydonis templum ei fecit in samaria sacerdotesq; instituit & oī cos cultura religionis honorauit. ¶ Cū igitur hic deus fuisset exterminatus aureos tamen vitulos hieu israelitas adorare permisit. Hęc autē cum fecisset & pro imperij castigationibus cogitasset deus ei per prophetam pręadixit eo quod in quatuor generationibus super israel essent eius filij regnaturi. Igitur circa hieu talia gerebantur.

¶ Deus achab baal.

¶ Interemptis omnibus similis sacerdotibus & prophetis templū baal cōcremat.

¶ Athalia quę a nonnullis gotholia nuncupatur genus dauid exterminare cupiens ochozię regis filios dempto vno ioas nomine vt regnaret interemit. qui latenter nutritus ioiadę sacerdote consiliante armaq; ministrante rex sibi diademate imposito cōstituitur. Et athalia in mularum porta occiditur & q̄diu vixit ioiade rex ipse ioab populum bene rexit bellum mouente azahel contra israelitas hieu contra deum superbus mortuus esse cui successit ionathan filius eius. Capitulum. ix

¶ Athalia mater ochozie regis interfecti genus dauid exterminare cupiēs omnes ochozie filios. dēpto vno interemit & regnauit.

Athalia alias gotholia vero achab filia audiens ioram fratris sui mortem & ochozię filij & totius generis regij vna perditionem studuit vt nullum de domo dauid relinqueret sed omne genus exterminaret vt nullus ex eis ad regnum vlterius perueniret. Et hęc quidem sicut potuit fecit. Euasit autem vnus filius ochozię mortem hoc modo diffugiens. Ochozias rex ex vno patre habuit sororem nomine iosabeth: cui copulatus erat pontifex ioiada. Hęc ingressa regiam domum vbi erant interfecti filij regum. ioas nomine infantulum anniculum: celatum inueniens cum nutrice & portans in cubiculum clausit & latenter aluit ipsa & vir eius ioiada in templo sex annis quibus in hierosolymis super duas tribus athalia regnauit. Septimo vero anno ioiada hunc sermonē pādit quinq; viris centurionibus eisq; suasit vt ei consentirent contra ea quę ab athalia fuerant perpetrata & regnum infanti traderent percepturusq; ab eis iusiurandum quod securitas talia gerentibus pręparetur: prodidit eis quę gerenda forent atq; complenda. Tunc viri quibus sacerdos ioiada suū consilium commiserat circūeuntes omnem prouinciam sacerdotes & leuitas congregātes ex ea simul & principes tribuum omnes hierosolymis ad pontificem deduxerunt. Qui mox fidem ab eis cū iureiurando petit vt quod ab eo agnoscerent cum taciturnitate seruarent donec nisus eius intētionis potuisset impleri. Quibus iurantibus securum effectum deducens eam q̄ de genere dauid enutrierat iste inquit vobis rex ex illa domo erit quam nostis deum prophetasse super nos omni tempore regnaturam. Moneo siquidem vt tertiam partem vestram custodire faciatis ī templo. quartam vero in omnibus templi ianuis statuatis. reliqua vero pars teneat portam quę ducit ad tecta regalia. Alia vero inermis multitudo consistat in templo nullumq; armatum permittatis intrare nisi tantūmodo sacerdotes. Eis quoq; pręcepit vt pars aliqua sacerdotum & leuitarum circa ipsum regē assisteret cū euaginatis gladijs circumstantes: vt si quis armatus in templum intrare presumeret repente perimeretur & nihil metuens regem fortiter obseruaret. Illi vero consilio pontificis obedientes. suam voluntatem opere declararunt. Interea ioiadas aperiens arma mentarium quod erat in templo a dauid cōstitutum diuisit. centurionibus & sacerdotibus pariter & leuitis arma quecunq; illic inuenit lāceas & pharetras & quodcumq; aliud apprehendit genus armorum & armatos circa tēplum statuit: vt manu sua totum constipare viderentur ingressum: & quasi murum habita testudine molirentur. Pręcipientesq; in medio puerum ei regium diadema posuerunt: & vngens eum ioiada regem solemniter ordinauit. Populus itaq; gaudens clamauit viuat rex. ¶ Porro athalia tumultum & laudes inopinabiles repente cognoscens vehementer perturbata cum suo exercitu de regalibus exiliuit Et cum venisset ad templum sacerdotes quidem eam protinus exceperunt armatos vero qui sequebantur introire prohibuerunt. Erant autē a pontifice pręposití sicut dictum est vt templi additus obseruarent ¶ Tunc itaq; athalia videns puerum stantem supra tribunal regium eiq; diadema regale super impositum: scissa veste sua vehementer exclamās iussit occidi qui sibi fecerat insidias & principatū au-

Cōsiliū ioiadę.

Ioiadas ceturionibus arma de tēplo dat & ordinat exercitum. Puero ioas regium diademaim ponitur.

ferre putabat. ¶ Ioiada vero euocans centuriones. iussit vt educentes athaliam in conuallem cedron eam ibi perimerent ne templum occidentes illic veneficam violarēt vna pręcipiēs vt si quis ferre vellet ei auxilium. pari sorte perimeretur. Tunc quidem cui fuerat eius inuicta pereptio sumēs athaliam deduxit eam ad portam mularum regis & illic interfecit. ¶ Cum vero hęc circa athaliā fuissent gesta cōuocans populum & armatos ioiada in templo coniurauit vt omnes regi fauerēt & eius saluti prospicerent quando in deuotione regia deū potius honorarent: & ne transcenderent moyseos leges iusiurandum quoq; compulit exhibere. ¶ Post hęc concurrētes ad domum baal quam athalia & ioram vir eius instruxerant ad iniuriam paterni dei & honorem achab: eam funditus euerterunt: & sacerdotem eius mathan nomine peremerunt. ¶ Diligentiam vero templi atq; custodiā sacerdotes & leuitas ioiada habere permisit. & secundū regis dauid pręceptum iussit eos secundo in die holocausta & sacrificia solēniter immolare vt secundū legē incensum offerrent. Fecit autem & quosdam leuitarū portarios ad templi munimen ne illic sordidū aliquid latēter intraret Hęc itaq; vniuersa disponens cum cēturionibus & omni populo sumens puerum de tēplo. ioiadas eum cum vniuersis ad regalia vsq; perduxit. Quo in regio solio residente. cūctus populus cū fauore solemniter acclamauit & ad epulas conuersi simul ad festiuitatem multis diebus egerūt cunctis quę habebat athalia de rebus humanis ablatis. ¶ Ioas itaq; adeptus regnum erat ānorū septem cuius mater fuit nomine sabia ex regione berzabeę multāq; habuit custodiā legum & culturā diuine religionis exhibuit omni tempore quo vixit ioiada. Etate vero congrua duxit duas vxores dante sibi pontifice ex quibus & masculi & feminę natę sunt. Igitur de rege ioas & quemadmodum insidias defugerit regnumq; perceperit: his indicasse sufficiat. ¶ Azahel autem syriorum rex dum pugnaret contra israelitas & contra regem eorū hieu vastauit prouinciam transiordanem quę erat ad orientem tribus ruben & gad & manasse & galaad & bathaneam percurrens vbiq; & cuncta diripiens vim resistentibus inferens vniuersis. In quo potuit quidē vlcisci hieu dum cunctam prouinciam deuastaret sed circa diuinitatē superbus & cōtemptor existens & legitima sācta despiciēs mortuus est cū regnasset super israelitas annis septem & viginti. Sepultus est autem in samaria successorem principatus ioacham filiū derelinquēs.

¶ Ioas rex templum innouare cupiens impositionem leuare a populo instituit & leuitas euocās ad seipsum quasi inobedientes culpauit & ligneam archā pro congregādis pecunijs ordinauit. ioas quoq; rex (mortuo ioiada iusto & per oīa bono) diuinę religionis perdidit curam ad quem missi prophetę a deo vt vitam emendaret sed zachariam filium ioiadę in tēplo lapidari fecit & non post multum temporis spacium ciuitatis obsessionem metuens syrorum regi templum thesauri misit & a ministris suis occisus filium suum amasiam regni dimisit successorem.

Athalia in porta mularum regis occiditur.

Baal domū destruxerunt perēpto eius sacerdote.

Instituit ioiadas custodes in templo.

Ioas q̄diu vixit ioiadas sācte rexit populum.

Bellū azahel cōtra israelitas.

Hieu superbus contra deū mortuus anno regni vigesimo septio cui successit filius ioacham.

Capitulum decimum.

Rex vero hierosolymorū ioas quoddā desideriū apprehēderat vt tēplū innouaret. Quadā die euocans pontificem ioiadam. iussit vt in omnem mitteret regionem & leuitas & sacerdotes exigeret pro vniuscuiusq; capite dimidij sicli argēti: ad fabricam & renouationem templi quod a ioram & athalia & eorum filijs videbatur esse destructum. Pontifex autem hęc equidem non fecit sciens q̄ nullus conferret argentum. Tertio vero anno regni sui ioas euocans ad seipsum leuitas: & quasi inobedientes sui pręcepti culpans: iussit vt pro hac re in futuro anno pro renouatione templi prospicerent. Quo facto: consilio pontifex visus est pro congregatione pecuniarum quod populus libenter habuit & gratanter impleuit. Fecit namq; ligneam archam & vndiq; muniens eam: vnum ei foramen aperuit: quam ponens in templo iuxta sacrarium iussit singulos quantum vellent in eam mittere per foramen pro templi reparatione. ¶ Ad hoc igitur opus omnis populus libenter accessit & multum argenti multumq; auri largitus est. Quo facto euacuantes archam rege pręsente: scriba simul & sacerdos gazofilatiorum dinumerantes quod fuerat congregatum: deinde archam in ipso loco reposuerunt. & hoc diebus singulis faciebat. ¶ Cumq; populus quod ei fuerat visum obtulisset, miserunt pontifex ioiadas & rex ioas vt cesores lapidum instructoresq; conducerent: & ligna maxima de optima silua deponerent templo siquidem reparato: aurum quod remanserat & argentum non paruum ad pateras & vini fusoria & coopercula & vasa reliqua deportarunt: sacrificijsq; quotidie adolentes, altare degebant. Et hæc quidem, tempore quoad vixit ioiadas: competenti studio gerebantur. ¶ Cum vero is mortuus fuisset qui vixerat annis centum & triginta. iustus & per omnia venerandus: & sepultus fuisset in hierosolymis in regijs monumentis quoniam generis Dauid reparauit imperium rex ioas curam perdidit diuinę religionis: cum quo etiam primatus plebis pariter viciati sunt. Vt circa solemnitates & legittima iura delinquerent. ¶ Deus autem dure ferens transgressionem regis & aliorum misit prophetas qui contestarentur eos, vt ab huiusmodi gestorum malignitate recederent.

Ioas templum inouare cupiens impōnem leuare a populo instituit.

Negligentes leuitas rex culpauit qui & archā ligneā pro congregandis pecunijs ordinauit.

Mortuo ioiada iusti & boni per oīa anno etatis suę cētesimo & trigesimo ioas rex diuinę religionis curā pdidit

Illi vero in tali malorum more & desiderio permanserunt: vt nec alios qui ante se propter legittimorum iniurias fuerant castitati neq; prophetas qui predicabant vt penitentiam agerent & conuerterent ab iniquitate respicerent. Nam & zachariam filium pontificis ioiade lapidibus in templo rex iussit occidi: beneficiorum patris eius oblitus. Quem cum deus prophetā constituisset: stans in media multitudine suadebat eis simul & regi vt iusticiam facerent & q magna supplicia susciperent: si nollent dei preceptionibus obedire. Qui tamen cum moreretur: suarum passionum testem deum & iudicē proclamauit quia pro bono consilio & pro his que pater eius prestiterat regi ioas ille amare & violenter occumberet. ¶ Rex autem ioas non post multum temporis spacium iustissimas pœnas horū in quibus preuaricatus est exsoluit. Veniente namq; azael syrorum rege in eius prouinciam & geth deuastante atq; depopulante cum esset iam ad hierosolimam deducturus exercitus: metuens ioas obsessionē: euacuatis omnibus dei thesauris atq; regalibus & ministerio templi. misit syrorum regi. his enim redimens ne ciuitas pateretur pressionem aut periculū rerum omnium sustineret. Cui dum satisfactū fuisset ingenti multitudine pecuniarū nequaq̄ ad hierosolimam castrametatus est. ¶ Ioas tamen cū pessimum languorem incurrisset instantes amici qui mortem zacharie ioiade filij defendebant eiq; insidias facientes interemerunt eum. & sepultus est quidem in hierosolimis nō autē in monumentis patrū: quia fuerat diuine religionis inimicus. Vixit autem annos quidē septē & quadraginta. in eius aūt imperio successit filius eius amasias.

Zacharias filius piade lapidatus in tēplo.

Rex Ioas ciuitatis metuēs obsessionē regi syrorū thesaurum templi misit.

Iors rex occisus a mistris suis āno etatis quadragesimo septimo cui successit filius suus amasias.

¶ Ioacham hieu filius ab Azahel syrorū rege multa propter peccata passus est. quo mortuo Ioas eius filius in regno israel tēpore Ioas regis iuda successit qui fuit bonus & in nullo paterne nature consimilis. In biblia tn̄ dicit. Et fecit quod malum est in conspectu domini. Heliseū in extremis laborantē filius ioas visitauit qui ab eo cōsolatus future victorie contra Siros signum recepit a propheta. Mortuo itaq; heliseo ad eius corporis contractū mortuus suscitat. Et mortuo azahel filius eius Addam in regno Sirie successit sicut hieroboam Ioas patri in regno israel. Capitulum. xj.

Vicesimo autem primo anno regni Ioas/ israelitarum principatu potius est ioacham filius hieu in samaria. quem & habuit annis septem & decem: patris quidem sui nec & ipse imitator existens impie vero gerens sicut & primi reges qui deum spreuisse videbant. Hunc autem humiliauit azahel: & contra eum cum multis equitibus mouit castra Nam & ciuitates ei plurimas & maximas abstulit: & eius milites trucidauit. Hec itaq; passus est israelitarum populus secundum helysei prophetiam. quando azahel qui occidit dominū suum regnaturum esse predixerat super syros & damascenos. ¶ Cumq; Ioacham in his anxietatibus teneret. ad preces dei supplicationesq; cōfugit rogans vt eum de azahel manibus liberaret nec pateretur: vt sub illius ditione viueret. deus autem penitentiā pro virtute suscipiens & magis corripere q̄ perdere hominem huiusmodi volens concessit ei quatenus belli pericula declinaret. Pace itaq; potita prouincia rursum ad statū pristinum copiamq; regressa est. ¶ Post mortem vero ioacham: filius eius ioas suscepit regnum. Cum septem vero & triginta annos haberet in regno ioas super tribum iuda tenuit principatum iste ioas in samaria super populum israel. Nam & ipse idem habebat nomen quod hierosolimorum rex. ¶ Tenuitq; regnum annis sedecim fuitq; bonus & in nullo paterne nature consimilis. ¶ Illo siquidem tēpore dum helyseus propheta in senectute consisteret & egritudinem incurrisset: venit israelitarū rex visitaturus eum. Et dum eum in nouissimis inuenisset. flere cœpit eo vidente & ingemiscere: patremq; eum vocare. & scutum sui regni propter eum dicens nunq̄ se contra hostes armis egisse. sed illos prospere sine dimicatione vicisse. Qui dum a vita discederet hebreos syris relinqueret & alijs inimicis captiuandos. Quapropter nec ipsam vitam securā vlterius fore dicebat: sed gratum sibi esse vt cū eo a presenti luce recederet. ¶ Hec dicente atq; gemente rege helyseus consolabatur eum: iussitq; vt allatum sibimet arcum extenderet. Qui cum preparasset arcum: contingens manus eius propheta iussit vt sagittaret. Cumq; tres sagittas dimisisset atq; cessasset ait si plures dimisisses. eradicasses syrorum regnum. Quia vero in tribus solummodo quieuisti. totiens congressis syris pugnando preualebis. vt regionem quā abstulerūt a tuo patre rursus optineas. Et rex quidem dū hec audisset abscessit. ¶ Post nonnullum vero tempus propheta defunctus est vir iusticia famosissimus & in dei studijs valde preclarus. Miraculum namq; & iopinabilia opera per suas prophetias ostendit et apud hebreos memoriam claram & magnificam sepulturam habere promeruit: & quale viro ita religioso decebat impendi. Illo siquidem tempore contigit vt quidam latrones in helysei sepulchrum mortuū quē ipsi videbantur interfecisse ꝑ roijcerent. Cuius cadauer dum eius fuisset corpori sociatum continuo suscitatum est. Et de helyseo quidem propheta quecunq; predixit: & quomodo post mortēvirtutem diuinam habuit: hec declarata sufficiant. ¶ Defuncto itaq; rege syrorum azael: ad filium eius addam peruenit imperium. Contra quem dum ioas israelitarum rex dimicaret. Et cum tribus cōgressioni-

Ioachā filius hieu rex multa a rege sirorum Azahel passus est propter pctā sua.

Oratio Ioachaz ad dominū que exaudita est.

Mortuo ioachaz successit in regno filius eius Ioas tpe ioas regis iuda.

Heliseus Ioas regē cōsolat ei victorie signū cōtra syros dedit.

Mors helisei prophete & sepltura ad cuius corporis contractū mortuus suscitatur.

Mortuo Ioas successit filius eius hieroboā.

bus eum vincens omnē prouinciam ab eo traxit: & quascunq; ciuitates & vicos eius pater azael de israelitarum regno subtraxerat liberauit. ℂ Hoc itaq; secundum prophetiam helysei ꝑuenit. ℂ Cūq; contigisset vt Ioas moreretur. ille quidem sepultus est in samaria: regnum vero suo filio nomine hieroboam dereliquit.

4 R. 14 D

ℂ Amasias rex Iuda patris mortem vindicat & congregato exercitu vt israel regem debellaret: contra tamen Amalechitas (suadente propheta) bellū mouet. quos vincens eoꝝ decē milia occidit & totidē viuos accepit quos de petra in arabia pręcipitauit vnde contra eum indignati Israelite Sed hac victoria eleuatus Amalechitarū deos adorauit quem criminatus est propheta. Capi. xij.

Amasias rex iuda mortē p̄ris vindicat.

Anno secundo Ioas regis israelitarum regnauit super tribum iuda in hierosolimis amasias cuius mater erat nomine Ioaden al's Iodā genere vero ciuis & iusticię prouisione mirabilis. Qui cū iuuenis esset veniens ad regnum cogitauit vt inimicos qui patrem eius occiderant/ puniret: & cōpręhensos omnes occidit. Filijs autē eorum pepercit sequens moyseas leges. qui non sanxiuit propter peccata parentum filios occidendos. Deinde eligens exercitū de tribu iuda & beniamin qui in flore iuuētutis & circa viginti annos alias triginta annis existerent: & cōgregans quasi triginta milia cōstituit super eos cēturiones. Mittensq; ad regem israelitarū conduxit centū argenti talentis centum milia armatorū. Debellauerat enim vt amalechitaꝝ gentibus & idumeis & gabaonitis inferret bellū. ℂ Cūq; pręparareť ad prelium & iam videretur positus in procinctu: suasit ei propheta vt dimitteret israelitarū exercitum quia esset impius & deus eum vinci prędiceret vtq; suorū solūmodo solatio vteretur: & hostibus pręualeret cum paucis contra eos volente deo pugnandū. Cūq; grauiter hoc ferret rex eo ꝙ mercedes israelitis iam prębuisset ingentes monebat ꝑpheta vt ageret quod deo placeret cum posset pecunia ex ipsius muribus abūdare. Et illos quidē dimisit: cedēs etiam quas dederat rex mercedes. Ipse vero cum suo exercitu ad prędictas gentes accessit. & prelio gesto vincens decem milia occidit: & totidē viuos accepit. eosq; deducens ad magnam petram quę est in arabia constituta ex ea pręcipitauit: prędam vero & diuitias ex his gentibus abstulit infinitas. ℂ Dū itaq; in his amasias existeret. israelite quos (mercede data) amiserat/ indignati sunt. & credentes iniuriā ꝙ quasi pro vituperatione fuissent ab eo remissi eius regni terras aggressi sunt: & vsq; bethoron procedētes diripuere prouinciam & multa quidem abstulere iumēta: & tria milia hominū occiderūt. ℂ Amasias autē victoria ex his quę gesta fuerant eleuatus. deum quidem qui ei horum omniū auctor extiterat cœpit spernere. & deos illos quos de amalechitarū prouincia adduxerat adorare. Tunc accedens propheta: mirari se dixit cur eos rex deos arbitraretur adorandos qui suos & a quibus honorabanť iuuare non potuissent. nec ab huiusmodi manibus liberassent sed pereūtes defendere contēpsissent: & ipsi quoq; in hierosolima instar hostium captiuorum vincti deducti fuissent. ℂ Hęc itaq; regi mouerunt iram: & pręcepit vt deberent dicere ad prophetam interminantes eum se puniturum si amplius loqueretur. Et propheta quidem tacere se dixit: prędicens non esse prębiturum deum ea quę facere moliretur.

4 R 14

Suadēte ꝑpheta amasias rex bellū parat contra Amalechitas etiā (dimisso rege isrl') quos vincit.

4 R 14

Victoria Amasię cōtra Amalechitas & idumeos.

E F 4 F 14

Indignati israelite cōtra amasiā

Amasias victoria elatus idolatrat. quē repręhēdit ꝑpheta.

Iratus rex cōtra prophetam.

ℂ Amasię regis malicia qui bellum contra Ioas israelitarum regem bellum mouere minatur sed ioas epistolam rescribēte Amasię milites in bello terror inuadens fugere coegit & amasiam captiuū Ioas murorum hierusalem destructis secum duxit. Et postea Amasias insidiose in lachis a suis occisus est cui Ozias qui & azarias aut zacharias dictus est eius filius successit in regno. Tūc etiam hieroboam in israel regnauit annis. xl. deo iniuriosus. qui tn̄ israel populo bonorū operum fuit occasio. Cuiq; Ionas propheta regnum dilatare & siros vincere prophetauit. Capi. xiij.

Malicia amasię qui contra Ioas regem bellū minať cōmouere.

Amasias vero dum abstinere se non posset in rebus fœlicibus constitutus quas a deo perceperat. eiq; faciebat in urias scripsit ad regem israelitarū ioas vt obediret ei & ipse & populus vniuersus sicut prius obediebat parentibus eius dauid & salomoni. Qui si parere nollent: scirent ꝙ bello terminum causa perciperet. ℂ Cui ioas ita rescripsit. Rex ioas regi amasię. Erat in libano monte cypressus oīno procera al's potēs & cardinis exinde misit ad cypressum: petens filiam eius vt filio suo daret vxorē. Et dum ageret hęc bestia quedā transiens carduum cōculcauit. Hoc ergo tibi erit exemplū vt maiora non appetas: nec quoniam amalechitas vicisti: in hoc exultans tibi tuoq; regno videaris inferre pericula Hęc autem relegens amasias: ad bellum potius incitatus est: deo (arbitror) ad hoc impellente vt pro his que fuerant ab eo commissa pœnas exsolueret. ℂ Cumq; produxisset exercitum contra ioas & esset prelium commissurus. milites Amasię repentinus terror & stupor inuasit. qualem non propicius deus immittit & anteq̄ venirent ad manus in fugam ai pauore conuersi sunt. Illis igitur terroribus dispersis contigit vt amasias desolatus ab hostibus caperetur eiq; ioas mortem interminatus est nisi ierosolimitis suaderet vt aperientes portas eum cū exercitu in ciuitate susciperet. Et amasias quidem mortis terrore compulsus: suscipi fecit hostē. Qui

4 14 F

Epistola Ioas ad Amasiam regem.

Amasia exercitū mouēte contra Ioas milites eius terror inuasit & in fugam cōuertit.

4 14

Destrueñs partem muri quasi quadringentorū cubitorum cum curru ingressus est hierosolimā. ama-
siam captiuum ducens. Et dominus hoc modo hierosolimitanę ciuitatis effectus. & dei thesaurum
abstulit: & aurum argentumq; quod in amasię regalibus erat exhausit/ & ita eum a captiuitate resol-
uens regressus est ad samariā. Hęc itaq; gesta sunt circa hierosolimitas anno quartodecimo regis a-
masię. Qui post hęc passus insidias amicorum/ fugit quidem in ciuitatem lachis: interfectus est autē
ab eis mittentibus qui eum illic interimerent. Cuius corpus referentes in hierosolimam regaliter cu
rauerunt. Igitur amasias hoc modo finiuit vitam propter superbiam & cōtemptum quem habuit cir
ca deum: qui vixit quidem annis quatuor & quinquaginta/ regnauit autem viginti & nouem. Huic
successit filius suus nomine Ozias alias Azarias. ¶ Anno autem quintodecimo regis amasię in hie-
rusalem: regnauit filius ioas hieroboam in samaria annis quadraginta. Hic autem rex circa deū qui
dem iniuriosus & iniquus extitit vehementer ydola colendo & multa incongrua & opera extranea
faciendo: populo autem israelitarum multorū bonorum operum fuit occasio. ¶ Huic quidem ionas
prophetauit ꝙ oporteret eum syros vincere dimicantē & regnum proprium dilatare: in partibus qui
dem aquilonis vsq; emath ciuitatem: a meridie vero vsq; ad asphaltiden paludem. Antiquitus enim
termini chananei isti fuerūt. sicut princeps iesus ea loca determinauit. ¶ Igitur ieroboam castrame-
tatus contra syros omnem eorum prouinciam (sicut ionas prophetauerat) deuastauit.

Ioas muri hieru salem partē de- struēs ingressus amasiā captiuū duxit.
Amasias isidio se occisus anno etatis qnquage simo quarto & regni vigesimo nono oziam fi- liū successorē re liquit. Ionas ꝓ pheta ꝓpheta- uit hieroboā vī- cere syros & re- gnū dilatare.

HISTORIA LIBRI IONE PROPHETE INCIPIT.

¶ Ionas propheta a deo missus ad Niniue ciuitatem ire recusat fugiens in Ioppe & (procellarū orta
tempestate) in mare ꝓijcitur quo proiecto cessauit tempestas & a ceto deuoratus post tres dies & to
tidem noctes euomitus est viuus qui postea Niniuitis ciuitatis sue prędicauit excidium. Capi. xiiij.

NEcessarium vero indicaui integritatem rerum contradere studens & quęcunq; de isto pro
pheta in sacris libris inueni cōscripta omnia declarare. Hic enim iussus a deo vt iret ad ni
niue regnum & ibidem prędicaret ꝙ esset amissura ciuitas principatum metuēs non per-
rexit sed fugit deum in ioppe & inuenta naue ingressus in tharsum ciuitatem cilicie nauigabat. Cū-
q; tempestas immineret/ & asperrime nauis submersionis pericula sustineret. nautę quidem & guber
nator & ipse naucleras fundebant orationes. quatenus pericula maris euaderent. Ionas autem ope-
riens semetipsum iacebat: & nichil enitebatur horum quę videbat efficere. Cumq; tempestas potius
augeretur: & violētius ventorum nimietate mare attolleretur in cumulum: cogitantes simul quia ali-
quis nauigantium huius tempestatis auctor existeret. Constituerunt vt quicunq; is esset: sorte proij-
ceretur. Quibus hoc facientibus: sors cecidit in prophetam. Interrogātibus autem illis vnde esset &
quid ageret/ genere se quidem dixit hebręum ꝓphetam vero summi dei. Eisq; suasit vt si vellent prę
sens periculum declinare eum in pelagus proijcerent: ꝙ tempestatis eorum auctor existeret. Et illi
quidem prius non hoc facere presumpserunt impium iudicantes: si peregrinum hominem & qui eis
suam commiserat salutem: ad hęc mala compellerent: cum vtiq; nondum nauis submersio peruenis-
set: a propheta vero post hęc compulsi & timore sue salutis astricti: eum iu pelagus proiecerūt & tem
pestas quidem remota est. ¶ Ille vero sermo est ꝙ a ceto deuoratus post tres dies totidemq; noctes
in euxino portu viuus euomitus est in nulla parte corporis maculatus. ¶ Qui supplicans deo vt ei
veniam cōcederet pro delicto ad niniue profectus est ciuitatem & stans in medio prędicauit ꝙ post
breuissimū tempus Asyę perderent principatum. Hoc ergo eis indicans reuersus est. Hanc itaq; nar-
rationem explicui sicut scriptum inueni.

Ionas missus ad Niniue ire recu sat fugiēs in iop pe & ꝓcellarū orta tēpestate ꝓ ijcit in mare.
Iona ꝓiecto in mari cessat tēpe stas qui a ceto deuoratus post tres dies euomi tus est viuus.

¶ Azarias laudabiliter in regni principio populū gubernans palestinos & Arabes debellauit & Am
monitas tributarios fecit/ reparauitq; ciuitatis hierusalem muros. Sed postea elatus sacerdotali indu-
tus stola incensum (ꝓhibentę sacerdote) offerre pręsumpsit vnde & lepra percussus extra ciuitatem
habitans mortuus est cui successit Ioatham filius eius. Capitulum. xv.

IGitur hieroboam rex cum omni fœlicitate vitam degens & regnans annis quadraginta de
functus est & sepultus in samaria Cui successit in regnū filius suus zacharias. ¶ Eodem ve-
ro modo & ozias al's azarias amazię filius quarto iā & decimo āno regni hieroboā duabus
tribubus in hierosolimis imperauit: cuius mater fuit athelamas nomine. genere vero ciuis. Erat au-
tem hic bonus/ & naturaliter iustus atq; magnanimus: & ad rerum prouidentiam nimis industrius.
Castra vero metatus contra palestinos: eosq; bello deuincens ciuitates eorum cœpit geth & iamny-
am: & muros eorum destruxit. Post hanc vero miliciam aggressus est arabes vicinos egyptijs & ędi
ficans ciuitatem circa mare rubrum: constituit in ea custodiam. Deinde ammonitas subdens & tribu
ta eis imponens. & omnia vsq; ad terminos egyptiorum suę ditioni subijciens/ cœpit de cetero hie-
rosolimitatum habere curam. ¶ Nam quicunq; muri fuerant longo tempore aut regum priorum

Mortuo hiero- boā rege regni anno. xl. succes- sit zacharias fi- lius eius Azarię virtutes in prin cipio regni: qui palestinos & a- rabes debella- uit &c.
Reparauit mu- ros ciuitatis hie rusalem.

Diuitię amasię & eius cultura.

Exercitus amasię.

desidia iam destructi: eos rursus ędificauit & reparauit: necnon & quoscunq; destruxerat israelitarū rex quando patrem eius amasiam captiuū tenens ingressus est ciuitatem. Edificauit autem & turres multas singulis quibusq; centum & quinquaginta cubitis habētibus. Fecitq; in desertis magnas valde munitiones. & multos aquę ductus instituit. ¶ Habebat autem iumentorū & aliorū animalium innumerā multitudinē quando & prouīcia erat fertilis ad pascua. Eratq; pręcipue terrę cultor: & curam habebat circa plantationes & semina fructuum diuersoꝝ. ¶ Exercitum vero circa se habuit electorum trecenta septuaginta milia virorum. quorum duces & tribuni & millenarij erant valde fortissimi & qui suo robore non possent fieri numero duo milia. Constituit autem per cohortes totū exercitum: & omnes armauit dans vnicuiq; iaculaturam & scutum & loricas ereas & arcus & splēdonas Super hęc autem & multa machinamenta ad oppressiones instituit quibus petere dimitterent & iacula & arpagones & his similia pręparauit.

Elatus amasias cōtra deū &c.

Ozias sacerdotali idutus stola insēsum oblaturus pōtifice azaria ꝓhibente leprosus efficit.

¶ Dumq; hęc ita cōstituisset: mentis elatione corruptus & substantia mortali ditatus: contra immortalē omni tempore agere nitebatur. Est autem immortalis substantia pietas circa deum. & custodia mandatorū. Lapsus est itaq; fœlicitatis euentu: & ad paterna peccata descendit: quę etiam illum postq̄ claritatem bonorum & rerum magnitudinē dereliquit appręhenderūt. ¶ Hic enim instante insigni die & generali festiuitate: indutus stola sacerdotali intrauit in templū ablaturus incensum in aureo altari deo. Pontifice vero azaria cum alijs octoginta sacerdotibus eum prohibente ne faceret. qm̄ hoc solummodo his adiaceret qui ex genere aaron erant. & clamantibus ei vt exiret & non ageret contra dei leges: iratus interminatus est eis mortem nisi tacerent. Inter hęc autem terręmotus factus est magnus & stupescente populo claritas solis nimis effulsit: & cecidit in faciem regis. Et illi quidem lepra continuo prouenit. ¶ Ante ciuitatē vero in loco qui dicitur erroge scissa est pars mōtis ad occidentē: & sua volubilitate per quatuor stadia procedens ad orientalē restitit montem ita vt & vias clauderet & regias vrbes optineret. Cūq; sacerdotes faciem regis leprām apprehēdisse conspicerent: prętendebant ei calamitatē suam hortātes vt tanq̄ pollutus exiret a ciuitate. Ille vero confusionem huius euentus & dum illi iam esset nulla fiducia tremefactus qđ iubebant impleuit. Qui licet fuisset vltra humanas mentes eleuatus: & propter hoc impie gessisset in deū miserabilē tamen hanc & vilem pertulit passionem. Et tempus quidē aliquod extra ciuitatem commoratus in vita priuata degens. Ioathan filio eius licet suscipiente regnū: deinde mesticia gestoꝝ faciente defunctus est. qui vixit quidē annos octo & sexaginta. regnauit quinquaginta & duos: sepultus est autem solus in hortis.

Rex leprosus extra ciuitatē habitās mortuus anno ętatis suę lxviij. & regni. lij. cui successit ioathan filius eius.

¶ Hieroboam rege Israel dolose a Sellū occiso ipse Sellum diebus triginta solum regnauit (quo mortuo) eius interfector Manehen regnauit pro eo annis decem tirannice suos gubernans contribulos. Quiq; (imposita super populum exactione) Assyriorū regi mille argenti talenta dedit. Et ipso mortuo filius phaceia patris crudelitatem insequens in regno successit & regni anno secundo in cōuiuio dolose occisus est. quo tempore Teglatphalazar rex Assiriorum israelitarum prouincias vastat. Et ionatham rex iuda bonus vrbem reparauit & porticus in templo fecit & victos bello āmonitas fecit.

¶ Capitulum. xvi.

Hieroboā rex israel dolose occisus a Sellū qui post eum regnauit solū diebus trigita quo mortuo eius iterfector regnauit ꝓ eo.

Imposita exactione sup pplm Manahez Assiriorū regi dedit mille argēti talē ta & ipso mortuo phaceia filius successit in regno qui i cōuiuio dolose peremptus est.

Zacharias autem filius hieroboam dum mensibus sex regnasset in israel. dolum passus occisus est a quodam amico nomine Sellum filio Iotauis qui post eum regno percepto non amplius q̄ diebus triginta tenuit regnum. ¶ Princeps enim milicię Manaen als Manahē illo tempore cum esset in ciuitate tarsi & audierat quod de zacharia fuerat gestum: surgēs inde cū omni malicia venit in samaria. Et cōmisso ꝑlio sellin als Sellum peremit. & semetipsum constituit regem. Quē suscipere noluerunt. Ille vero vlciscens in eis & quę foris erat depopulatus est. & obsessione fortissima accepit & grauiter ferens quod fecerant eius ciues omnes simul occidit: neq; paruulis parcens. & quicquid ad cultū ꝑtinebat ferocitatis & seuicię nō reliquit. Nam quod neq; alienigene capiētes eos facere potuissent: hoc iste de suis cōtribulibus operatus est. ¶ Itaq; manaē hoc modo regnauit annis decē fuitq; peruersus & regum omniū valde seuissimus. dumq; aduersus eum castra monuisset phul assyriorum rex ad certamina quidem pugne contra assyrios non accessit: sed mittens eis mille argenti talenta egit vt a bello discederet. Ad hanc itaq; causam ꝓfuit populus regi manaen. Nam vnusquisq; ꝓ capite suo quinquaginta prębuit dragmas. ¶ Post hęc vero defunctus est & sepultus in samaria. phaceā vero suum filium successorē regni ꝓprij dereliquit. Qui sequens paternam crudelitatem duobus tantūmodo regnauit annis. deinde in conuiuio dolo cum amicis proprijs est pemptus. ¶ Phaceas als phacęe vel phaceias eni millenarius filius romelię ei fecit isidias qui & ipse phaceas tenuit principatum annis viginti. fuit autem impius & iniquus. ¶ Rex autem assyriorum Theglatphalasar nomine castrametatus est aduersus israelitas & cunctam galladiten regionem vastans: & transiordanem & quę galilea nuncupat. & trasan. & arasan. habitatores vna capti

uos ducens:eos in regno suo migrauit.Igitur & de assiriorũ rege hęc nos dixisse alias declarasse suffi ciat. ¶ Ioathan itaq; ozię filius regnauit in hierosolimis sup tribum iuda:cuius mater fuit ciuis illius ciuitatis.quę vocabatur Ithrasis. Is autem rex nulla virtute minor fuit sed rebus quidem diuinis pi us:apud homines autem iustus astabat.Habuitq; curam rerum ciuitatis & quacunq; reparatione & ornatu pariter indigebant hęc largissime procurabat. Fecitq; porticus in templo & eius ingressus or nauit.Muros quoq; qui ceciderunt rursus erexit. turresq; proceras & ciuiles in eis edificauit.in reli quis omnibus quę in regno neglecta videbantur:opus fabricationis exhibuit.Qui dum ammonitis intulisset bellum atq; vicisset eos annis singulis tributa pręcepit exsoluere.talenta auri centum.& tri tici decem milia choros tantũdem & ordei.Sic autem proprium auxit regnum vt hostibus quidẽ es set valde terribilis.Familiaribus vero pręcipue fœlix.

Ioathan rex isti da bonus repa rauit vrbẽ & por ticus in templo fecit.
Ammonitas vi cit in bello & fe cit tributarios.

¶ HISTORIA LIBRI NAVM INCIPIT.

¶ Prophetia Naum prophetę (qui inter duodecim paruos prophetas in biblia septimus computatur) de Assiriorum futura subuersione. Capitulum.xvij.

EO siquidẽ tempore fuit propheta quidam nomĩe naum.qui de assiriorum subuersio ne & niniue vrbe prophetans hęc dicebat. Quomodo niniue piscina aquę commo ta:sic & populus omnis turbatus & fluctuatus al's fluctuans commouebitur fugiens. cunctis dicentibus ad alterutros state & manete.aurumq; vobis argentumq; diripiẽ tes & nullus hanc voluntatem habebit dum animas suas omnes magis q̃ facultates seruare festinent. Crudelis enim alterutros decertatio habebit & luctus:& desolatio magna membrorũ:& vultus eorum terrore palescent.Vbi tunc erit habitaculum leonum.dicit autem tibi deus niniue qm̃ exterminabo te & nequaq̃ leones pgredientes ex te imperabũt mundo. Super hęc autem & multa alia prędixit iste propheta de Niniue quę dicere necessariũ non putaui:ne legen tibus viderer importunus ostendi. Hęc autem omnia puenerunt niniue post annos centum & quin decim.de his ergo nunc a nobis sufficienter expositum est.

Naum ppheta de Assiriorũ sub uersione pphe tat.

¶ Mortuo Ionatham rege anno etatis.xlj.& regni.xvj.Achaz filius eius in regno successit cõtra quẽ reges Sirorum & damascenorum & israel bellum mouerunt. Sed (siris cum pręda multa ad propria reuertentibus) rex iuda exercitũ contra israel armauit vbi victus est militum suorum ea die centum & triginta milia occisa sunt multiq; captiui ducuntur/quos Odidas propheta liberos dimittere monet/ & regi israel contra Achaz propter sua peccata policetur victoriam.Achaz vero a rege assiriorũ con tra regem Israel auxilium petit maximã ei promittens pecuniã. Qui veniens Siros vicit & israelitas quibus deuictis per Assirios Achaz assiriorum deos adorauit & filium suum (vt dicitur in biblia) per ignem consecrauit.Quo mortuo anno regni.xvj.Ezechias filius eius in regno successit. Tunc quoq; ozias qui ozię dicitur regnauit in israel qui regem interfecit dolose (quẽ Salmanasar rege assiriorum bellum monẽte) tributarium fecit. Capitulum.xviij.

DOrro Ioathan mutauit vitam cum vixisset annos vnum & quadraginta ex quibus regna uit sedecim sepultusq; est in regijs monumẽtis.Venitq; regnum ad eius filiũ achaz:Qui impius circa deum existens & paternę puaricator legis:reges israelitarũ imitatus in hie rosolimis ydolorũ aras instituit:& sup eas sacrificauit:in quibus etiam suũ in holocaustũ obtulit filium more chananeorum:& super hęc multa alia scelera perpetrauit. ¶ Dumq; cir ca hęc ita vesanus existeret castrametatus est contra eum syrorum & damascenorũ rex Rasin & pha ceias israelitarum.Erant enim amici Et claudentes eum in hierusalem multis eam temporibus obsi debant propter murorum munitionem eam capere non valentes.Syrorum vero rex ciuitatem achi la ad mare rubrum positam.& capiens/habitatores eius occidẽs:in ea viros cõstituens & alijs in cir cuitu ciuitatibus ita fecit:perimens vbiq; iudeos. Qui multam deuehens prędam:in damascũ cum suo remeauit exercitu. ¶ Rex enim hierosolimorũ cognoscens syros ad propria remeasse & credens se pualere cõtra israelitarũ regem exercitũ suum cõtra eum armauit.& cõgressus bello faciẽte ira dei deuictus est pter impietates suas multas & maximas. Ea namq; die centũ & triginta milia eius mi lites ab israelitis occisi sunt & amasias princeps milicię zachariã filiũ regis achaz in bello peremit/& tutorẽ totius regni erican cõstituit & principem milicię tribus iudę nomine elicam captiuum tulit/& ex tribu beniamin mulieres & infantes multamq; simul diripientes prędam/in samariam sunt reuer si. ¶ Quidam vero odidas illius temporis propheta cum esset in samaria exercitu ante muros occur rens magna voce clamauit dicens victoriam eis non propria virtute collatã.sed pter iram dei quã habuit super archã regem:culpauitq; eos cur eis non sufficeret sua fœlicitas.sed etiam pręsumpserũt ex tribu iuda & beniamin cognatos suos captiuos abducere.Suasitq; illis vt eos cõtinuo sinerent ad

Mortuo Iona tha anno etatis xli.& regni.xvi. successit i regno filius eius achaz qui reges israe litarũ imitatus fuit idolatra.
Reges sirorũ & damascenorum & israel cõtra A chaz &c.
Rex iuda bellũ mouẽs cõtra re gem Israelitarũ deuictus est.

propria remeare. Qui si non obedirent deo: subderentur repente prelio. Populus igitur israelitarum in cetu conueniens. quid de his fieret cogitabat. Tunc quidam barachias nomine cum esset in repu- blica ꝓbatissimus. surgens in medio & cum eo alij tres dixerũt. Non est permittẽdum vt captiui in vrbem introducantur. ne omnes pariter a deo pereamus. Sufficiant prima peccata sicut prophetę di cunt: & non nouas impietates adijciamus. Hęc ergo milites audientes permiserunt eis vt facerent quodcunq; crederent expedire. Sumentes ergo prędicti viri captiuos lauantesq; & diligentiam ex- hibentes & itineris dantes expensas innoxios ad propria remiserũt. Nichilominus & illi quatuor ve nere cum eis & vsq; ad hierico alias hiericunta deducentes eos non procul ab Ierosolimis in sama- riam sunt reuersi. ¶ Rex autem achaz hęc passus ab israelitis mittens ad regem assyriorum thadal phasarum al's theglatphalasar poposcit ab eo belli solatium aduersus israelitas & syros & damasce- nos multas pecunias se ei daturum esse promittens. Misitq; ei & munera valde pręclara. Ille vero le gatis ad se venientibus venit in auxilium regis achaz Et castrametatus aduersus syros: & regionẽ eo rum depopulatus est & damascũ bellico iure cœpit. insuper ad regem rasen al's Rasin occidit. Dama scenos autem in superiorem mediam destinauit: & quosdam assyriorum in ciuitate damascena cõ- stituit. Israelitarum vero terram nimis affligens/ multos ea ea captiuos adduxit. ¶ Dum ergo hęc cõ tra syros ęgisset rex hierosolimorum auferens aurum quodcũq; erat in regalibus thesauris pariter & argentũ & quod erat in templo dei & quodqđ fuit optimum ornamẽtum deuehens hęc venit in da mascum & secundum promissiones dedit hęc assyriorum regi & gratias ei pro omnibus referens in hierosolymam remeauit. ¶ Hic enim rex sic fuit stultus. & circa modum suę vtilitatis a ratione alie- nus ꝙ neq; cum bello comprimeretur ab assyrijs deos eorum adorare cessauit: sed in eorum venera tione ꝑmãsit quasi possent ei conferre victoriam & rex deuictus assyriorum denuo cœpit colere de- os & omes potius videbatur honorare q̃ paternũ verumq; deum: cuius ira fuit eius perditionis cau sa. Qui ad tantam insaniam contemptumq; dei peruenit vt omnino clauderet templum & sollẽnes offerri hostias prohiberet & ornamenta eius auferret. ¶ His igitur rebus iniuriam faciens deo. mor- tuus est cum vixisset annos septẽ & triginta: ex quibus regnauit sedecim. Cuius filius ezechias mox successit in regnum. ¶ Eodem tempore mortuus est etiam rex israelitarũ phaceia dolo cuiusdam a- mici nomine ozię qui tenuit regnum annis nouem: fuitq; malignus. & dei contemptor. Cõtra hunc enim castrametatus est assyriorum rex salmanasar eumq; cum vtiq; ozias deum non haberet propi- cium nec adiutorem: fecitq; sibimet subditum: & tributa definita pręcepit exsoluere.

¶ Ezechias rex Iuda optimus populum ab idolatria reuocauit & templum (quod pater eius clause- rat) fecitq; aperire & solemnitatem azimorum (conuocato suo populo/ conuocatisq; Israelitis per le- gatos quos tamen israelite irriserunt) fecit celebrare. ad quam multi de tribu Manasse zabulon & y- sachar prophetarum monitionibus obedientes ad Ezechiam reuersi sunt adoraturi dei hierosoly- mis venerunt. Et sacrificium obtulit Ezechias quod a Salomonis tempore non fuit exhibitum quo- tidianum quoq; instituens decimas & primicias sacerdotibus & leuitis dari pręcepit Qui & palesti- nos debellauit.

Capitulum. xix.

ANno siquidem quarto ozię regis regnauit in hierosolimis ezechias filius achaz & abię qui genere fuit ciuis. Erat enim huic viro natura benigna iusta & valde religiosa. nihil enim ob aliud se prius credens venisse ad regnum: neq; magis necessariũ nec vtilius si bimet & subiectis arbitratus est esse: q̃ vt coleret dei religionẽ. Et cõuocans omnẽ po- pulũ pariter & sacerdotes & leuitas contionẽ habuit apud eos dicens. Non ignoratis qm̃ ꝓpter peccata patris mei qui trãgressus est dei sanctam honorabileq; culturã: multa & maxima mala estis experti & ab eo mens vestra corrupta est. suasitq; quos ipse colebat deos suos pariter ado rare. Hortor itaq; vos postq̃ opere cognouistis quã pessimũ est agere impie vt illorum iam obliuio- nem habentes purgetis vos a priori pollutione. & cum sacerdotibus atq; leuitis cõuenientes aperia tis templũ & purgantes eum solẽnibus sacrificijs ad honorem antiquũ & patrum reuocetis. Sic enim vobis deus ꝓpicius erit: & irasci super peccata vestra cessabit. ¶ Hęc dicente rege sacerdotes aperue runt valuas templi dei: & pollutiones eijcientes solemnia sacrificia super altare imposuerunt. ¶ Mit tens autem rex in prouinciã sibi subiectam: populum ad hierosolimã conuocauit: vt festiuitatem ce- lebrarent azimorum. Multum nãq; pręterierat tempus propter iniquitatem prędictorũ regum quod non fuerat acta. Misit pariter ad israelitas: inuitans vt relinquentes malam conuersationem & con- suetudinẽ reuerterentur ad pristinam dei culturam. dicens concedere se venientibus in hierosolimã vt azimorum festiuitatem agerent & cum eis pariter epulas exercerent. Hęc enim dicebat monens tm̃ non sibi eos subiectos facere studens si tamẽ nolent. Quod si voluissent. vtiq; beati fuissent. ¶ Is- raelite vero (veniẽtibus legatis & eis regis propria mandata nũciantibus) non solum nõ acqeuerunt

Achaz a rege assyriorꝫ petit auxiliũ cõtra re gem israel ꝑmit tẽs pecuniã ma ximã.

Stulticia regis Achaz assyrio- rũ deos adoran tis a quibus vi- ctus fuerat dr̃ i biblia ꝙ conse- crauit filiũ suũ per ignem.

Ozias qui in bi blia Oseę dr̃ re gnauit in israel post phaceiam quẽ occidit con tra quẽ Salma- nasar Assiriorũ rex bellũ mouit & tributariũ fe- cit.

Bõitas ezechię & eius deuotio ad dei cultum.

Hortaṫ ezechi- as ppl'm ab ido latria recedere & templũ aperi re fecit qđ pater eius clauserat. Solẽnitatẽ azi- morũ cõuoca- to pp'lo fecit ce lebrare & cõuo cat israelitas vt pariter cõueni- ant &c.

D 4.R 16. E 4 17 F. 4 18

ſed etiam legatos tanq̄ fatuos irriſerunt pariter etiam ꝓphetas hęc monētes & prędicentes quę pate rentur ſi ad pietatem dei conuertere nolent ſpreuerunt. & ad nouiſſimum eos comprehendentes in teremerunt & neq; in his ſolis iniquitatibus perſtiterūt. ſed horum quoq; peiora faciebant nec prius quieuerunt: donec deus vindicans in eis hoſtium eos ſubderet ditioni. Et de iſtis quidem poſtea de clarabimus. ¶ Multi tamen de tribu manaſſe zabulon & yzachar obedientes monitionibus prophe tarū ad pietatis iura conuerſi ſunt & iſti omnes ad ezechiam in hieroſolimis cucurrerunt vt adorarēt deum. ¶ His enim venientibus rex ezechias aſcendens in templum cum principibus & omni popu lo ſacrificauit pro ſe tauros ſeptem & totidem arietes & agnas ſeptem & totidem hyrcos. imponen teſq; manus ſuper capita pecudum ipſe rex & principes ſacerdotibus ſolemnia ſacrificare permiſe rūt. Et illi quidem ſacrificabant: & holocauſta faciebant. leuitę vero circūſtantes cum muſicis canta bant hymnos in deum, atq; pſallebant ſicut docti fuerant a dauid. Reliqui vero ſacerdotes tenentes tubas cum hymnos dicentibus concrepabant. His ita factis proſtratus in faciem & ipſe rex & popu lus vniuerſus adorauerunt deum: deinde ſacrificauerūt boues ſeptuaginta tauros centum agnas du centas. Populus vero ad epulas condonauit. boues quidem ſecentos. Reliqua vero pecora tria milia Idem enim fecerūt & principes. Mille namq; tauros dederunt ei: & pecora mille & quadraginta. Et dum hoc modo a ſalomonis regis tempore celebratio non fuiſſet effecta: tunc primum ſplendidiſſi me & largiſſime ꝓbabatur exhibita. Cumq; feſtiuitas fuiſſet impleta: egreſſi in prouinciam purgaue rūt eam: ſed & ciuitatem ab omnium ydolorum pollutione mundauerunt. ¶ Conſtituitq; rex vt quo tidiana ſacrificia ex eius proprijs celebrarentur impenſis ſecundum legem & ſacerdotibus atq; leui tis dicatas dari decreuit a plebe primicias frugum vt ſemper circa religionem obſeruauerūt: & a dei culturo ſeparari nequirent. Et populus quidem offerebat omnes fructus vt moris erat. Domus enim & cubicula rex ędificans ſingulis ſacerdotibus diſtribuit & leuitis eorumq; filijs & vxoribus & ita ad antiquam dei culturam denuo ſunt reuerſi. ¶ Hęc itaq; prędicto modo rex ſtatuens bellum egit ad uerſus paleſtinos eiſq; deuictis tenuit omnes ciuitates hoſtium a gaza vſq; in geth. ¶ Rex autem aſ ſyriorum mittens ad eum interminatus eſt omnē ſe eius ſubuertere principatum niſi tributa quę pa ter eius prius dabat exolueret. Ezechias autem de interminationibus non curabat ſecurus de pieta te dei: & de propheta Ezaie a quo futura omnia certiſſime cognoſcebat. Et de hoc quidem rege hęc in pręſenti dicta ſufficiant.

Multi de tribu Manaſſe zabulō & yſachar ꝓ phetarꝫ monitiōibus obediētes ad ezechiā reuerſi ſūt deū adoraturi hieroſolimis.

Ezechias ſacrificiū obtulit qđ a tpe Salomōis non fuit exhibitum.

Quotidianū ſacrificiū inſtituit rex. & decimas & primitias ſacerdotibus dari ordinauit.

Ezechias paleſtinos deuicit.

¶ Decem tribuum tranſmigratio per Salmanaſar Aſſyriorum regem anno poſt exitum de egy pto 947. cuius tranſmigrationis malorumq; omniū occaſio fuit ſeditio circa roboam nepotē dauid & hieroboam facta Cuthæi quoq; Samariam inhabitantes deum ad iracundiam prouocauerūt qui ſuper eos peſtilentiam immiſit ad quos de captiuis miſſi ſacerdotes dei cultum docuerunt & ceſſauit peſtilentia.

Capitulum. xx.

SAlmanaſar enim aſſyriorum rex dum ei nūciatum fuiſſet quia iſraelitarū rex ozias latēter miſiſſet ad ſuſam al's Sna ęgyptioꝝ regē petens contra eū ab eo ſolatia iratus caſtrametatus eſt in ſamariam anno ſeptimo regis ozię. Et dum eum rex ſuſcipere noluiſſet. annis tribus obſidēs ſamariam cœpit eam nono quidem anno regni ozię. ſeptimo ezechię regis ie roſolimorum & iſraelitarum regnum vehementer exterminauit: & omnem populum tranſmigrauit in mediam & perſidam. Inter quos & regem oziam viuum cœpit atq; migrauit aliaſq; gētes ex quo dam loco nomine authi qui ex flumine perſico ita vocatur: in ſamariam & iſraeliticā regionem con ſtituit. ¶ Migrauerunt ergo decem tribus iſraelitarum de iudea poſt annos numero nongentos qua draginta & ſeptem. a quo tempore egredientes ex egypto maiores eorum hanc tenuere prouinciam ſub principe Ieſu. Ex quo enim recedentes a roboam qui fuit ex genere dauid regnum hieroboam tradiderunt. ſicut & prius a me ſignificatum eſt. anni tunc erant ducenti & quadraginta: & menſes ſeptem & dies ſeptem. ¶ Hic ergo finis appręhendit iſraelitas tranſgredientes leges atq; prophe tis non obedientes qui eis hanc prędixere calamitatem. nec ab impietatibus recedentes. ¶ Cœpit autem malorum eorum cauſa fabricari. ex quo ſeditione facta circa roboam nepotem dauid hiero boam eius ſeruum fecerunt regem. qui in deum peccādo fecit eum populis vniuerſis inimicum imi tantibus ſuum malum. Et ille quidem quam dignus erat exſoluit pœnam. ¶ Rex autem aſſyriorum inuaſit pugnando cunctam ſyriam. & phœnicem vniuerſam. nomen autem huius regis in archiuis tyri conſcriptum eſt. Pugnauit enim aduerſus tyrum: cum in ea regnauit Helyſeus. De quibus teſta tur & menander qui temporum facta conſcripſit: & tyriorū antiquitatem in grecam linguam conuer tens ſic ait. Hyliſeus nomine regnauit annis triginta & ſeptem. Is recedentibus ietheis nauigās redu xit eos. contra quos denuo ſalmanaſar aſſyriorum rex inſurgens cunctam phœnicem inuaſit. Qui fa cta pace cum omnibus: poſt terga ſua reuerſus eſt. Receſſit enim a tyro ciuitas ſydon & arche ātiqua

Occaſio captiuitatis iſraelitarū Siris.

Tranſmigratio decē tribuū iſrł̄ p Salmanaſar.

Epilogus tranſmigratiōis poſt exitū de egipto anni nongenti quadraginta & ſeptem vſq; ad iſtam trāſmigrationē.

Menāder inuenit Salmanaſar

propter tyrios non subiectos. Denuo rex aduersus eos ingressus est phoenicibus exhibentibus ei naues sexaginta & remiges octingentos. Contra quos tyrij nauigantes in duodecim nauibus, dispersis hostium nauibus cepe captiuos viros quingentos. Vnde honor tyriorum propter hęc creuit eximię. Reuertens autem assyriorum rex disposuit custodias super fluuium & aquę ducta ciuium vt tyrios haurire pocula prohiberent. Et dum hoc quinq; annis fuisset factum: tulerunt de effossis puteis habētes aquā. ¶ Hęc itaq; in archinis tyrijs de salamanasar assyriorum rege conscripta sunt. ¶ Igit dum fuissent in samaria transmigrati cuthei. Hoc enim vocabulo hactenus vtebantur eo ꝙ a prouincia & a quodā flumine quod cutha vocatur migrati viderentur singuli eorum secundū propriam gētem deos in samariam portauerunt. Erant quinq; Et cum eos more proprio colerent: ad iracundiam & furorem deum maximum prouocauerūt. Venitq; pestilentia super eos per quam corrupti: cū nullam malorum medicinam inuenire possent deum maximum colere pro salute cœperunt. Mittentes itaq; ad regem assyriorum legatos supplicauerūt vt sacerdotes eis ex captiuis israelitarum quos pugnando tenuerat destinaret. ¶ Quo mittēte sacerdotes: legis & dei culturam eos edocuerunt. Et dū cœpissent eum summa deuotione venerari: pestilentia repente cessauit. Et hactenus ipsas solemnitates celebrare noscuntur. ¶ Hij siquidem secundum eloquium hebręorum cuthei secundum genus: grece autem samarite propter rerum motum quo semper parati sunt: & quādo vident iudeos esse fœlices cognatos eos appellant quasi de ioseph nati videantur. & ex illo cum eis habeant societatis inicium. Quando vero deiectos vident: nequaꝗ eis deuotione aut genere cōmunicare volunt: sed transmigratos & alienigenas semetipsos dicunt. Et de his quidem oportunius ędicemus.

Cuthei (trāsmigrātibus israelitis) Samariā habitātes deū idolatria sua ad iracūdiā ꝓuocauerūt. qui sup eos pestilentiā vt in biblia dicit̄ misit leones.

Cutei a quo dicti sunt & eorū circa iudeos mores.

4 R 17

D

E

Explicit liber nonus.

¶ Incipit liber decimus qui continet tempus annorum ducentorum & triginta. mensium sex. dierūq; quindecim.

¶ Senacherib maxima manu contra Ezechiam bellum mouet qui (acceptis pecunijs) abire promisit sed Rabsacē milicię principem ꝓ hierusalē ciuitate vastanda mittit qui siriace loqui (vt maiorē incutiat hebreis terrorem) recusat. Quod cognoscens Ezechias contristatus est/ sed eum cōsolatus est esaias propheta prędicens hostes sine bello fore vincendos vnde vna nocte pestilentię periculo centum octoginta quinq; milia de exercitu Senacherib perierunt. Et ipso senacherib in templo filijs occiso Asaracodas (qui in biblia dicitur Asaradon) fugientibus filijs in regno successit. Capi. j.

Cum Ezechias duarum tribuum rex quartū & decimum annum haberet in regno assyriorum rex nomine sennacherib maxima manu aduersus eū castrametatus forti brachio oēs tennit ciuitates tribuum iuda & beniamin. Cumq; hierosolimā tenderet pręuenit eū (missis legatis) echechias promittēs & obedire se ei. & tributa quę imperaret exoluere. Sennacherib vero cognoscens quę legati ferebant: dignum iudicauit bello desinere & pręcantiū suscipere dignitatē tunc promisit. Qui accipiens trecenta argenti talenta & auri triginta. amicus discessit dans legatis iurisiurandi fidem: quia ei nichil discedendo noceret. Ezechias autē credens & euacuans thesauros: misit ei pecunias sperās se a periculo belli & regni amissione liberari. Assyrius aūt hec sumēs ex his quę ꝓmiserat cogitauit nichil. sed ipse ꝓfectus est ad egyptios & ethiopes. principē vero milicię rabsacen cū multo exercitus robore & duobus alijs ad vastandū hierosolimā dereliquit. quorū noīa erāt tharatha & aracheris. Tunc itaq; veniētes ante muros castra fixerūt miseruntq; ad ezechiā petentes. vt cum eo possent habere colloquiū. Ille vero per se quidem ꝓpter metum nō abijt: tres autem necessarios sibi misit amicos hoc est helyachim tutorē regni & sobanean & ioan. q supra scribas erat. Isti siquidē ꝓcedentes ediuerso ante principē milicię assyriorū steterunt. Quos dū vidisset princeps milicię rabsaces petijt vt eūtes dicerent ezechię Rex magnus sennacherib reqrit ab eo: de quo pręsumēs atq; cōfidens refugit dominū suū & obedire nō vult: neq; suscipere eius exercitū. An certe ꝓpter ęgyptios sperans exercitū suum illorū solatio subleuari. Si enim hoc expectat fatuus est. & similis homini incūbenti in calamo fracto qui cū ceciderit insuper manu vexata sentiet plagam. Sciat enim ꝙ etiā voluntate dei contra eum castrametatus est qui cōcessit ei israelitarū vastare regnum vt eodem modo subiectos eius disperderet regno. ¶ Dum hęc autem rabsaces hebraica ligua diceret: habebat enim lingue huius experimentū: elyachim metuēs ne populus audiens metu corrueret: poposcit vt syro magis loqueretur eloquio. Ille vero intellgens suspitionē & metū eius maiore amplius voce clamauit. respōditq; hebraice dicens Audiant oēs pręcepta regis. & ꝙ vtile est eligant. & se nobis tradant. Palam enim est quia vos & rex populum spe vana decipitis & repuguare suadetis. Si vero pręsumitis vt exercitum nostrum vos repellere dicatis. dante me duo milia equos de exercitu michi commisso. totidem ascensores prębentes vestrū exercitum nobis ostēdite: sed non habetis tot homines. Quid igitur tardatis vosmetipsos maioribus qui vos capturi sunt. & inuitos dum spontanea

Sēnacherib assiriorum rex maxima manu cōtra Ezechiā bellum mouet sed (acceptis ab ezechia pecunijs) abire ꝓmisit.

Rabsaces princeps militię Assiriorū a rege ꝓ hierusalē deuastāda dimissus.

Rabsaces Assirius siriace loq recusat vt hebreis maiorē incutiat terrorē.

4 18

4 18

F.

4 18

traditio securior vobis sit:inuita vero valde periculosa:vt causa calamitatis existat. ¶ Hęc audiētes & populus & legati dicēte assyriorū pricipe, ezechię renūciauerūt. ¶ Ille vero hęc audiēs exutus veste regali & īdutus sacco & habitu miserādo:lege patria ꝓstratus ī facie rogabat dn̄m vt adiuuaret.nullā aliā hn̄tē salutis spē: Mittēsq; & amicos quosdā & sacerdotes ad Esayā ꝓphetā poposcit vt oraret:& factis sacrificijs ꝓ salute oīm rogaret deū quatenus spē hostiū frāgeret & populo suo miam cōdonaret. ¶ Propheta hęc faciēs monitus a deo cōfortauit & eius amicos. prędicens q̧ sine bello deuicti hostes turpiter ab vrbe recederēt:& nō cū fortitudine illa quā se habere credebant: deūq; prouisurū vt fortiter vastarētur sed & ipsū regē assyriorū sēnacherib nō pręualētē aduersus ęgyptios cū ad propria remearet:ferro peritur ū esse p̄dixit. ¶ Ipso siquidē tpe scripserat ezechię assyrius epistolas ī quibus fatuū eū esse dicebat:credētē q̧ eius seruitiū posset euadere q multas gētes & maximas subdidisset. & īterminabatur fūditus se eū disperdere dū caperetvrbē nisi portas aperiēs spōte ī hierosolimis exercitū eius exciperet. Quę dū relegisset ezechias spreuit ꝓpter spē quē habebat in deo. Epistolam vero plicās ī tēplo reposuit. ¶ Rursus aūt cū deo vota & oratiōes effūderet pro ciuitate & salute cunctorū. Esayas ꝓpheta eū asseruit exauditū & nec in pręsenti tēpore esse ab assyrijs obsidendū:& ī futuro oēs qui ab illa iam capti fuerāt esse reuersuros. Et in tertio anno cum pace opus suū facturus: & propriarum possessionum sine timore diligentiam habiturus. ¶ Interea paruo tempore transeunte:assyriorum rex bello quod ęgyptijs intulerat frustratus ab huiusmodi causa sine effectu remeauit ad propria. Is em̄ cū multo iam tempore fuisset cōmoratus in obsessione pelusij. & dum aggeres contra muros eleuati fuissent quibus ciuitati nitebantur insistere. audiuit ethiopum regē tharachem cū multo exercitu ad ęgyptiorum venire solatiū & per desertum iter facere vt subito ī assyriorum castra irrueret. Turbatus ergo sennacherib. ad sacerdotem q vulcani castra se metari dicebat. quasi iste rex ad eum regē ęgyptiorum venisset q esset vulcani sacerdos & obsessionē pelusij hmōi causa dissoluit. ¶ Orante namq; rege hierosolymorū ad dominū:deus exaudiens maximam plagam misit in eum & multi perempti sunt. ¶ Herodotus autem errorem ideo facit q̧ non assyriorum dicit regē sed arabum adijciens quia soricum multitudo vna nocte arcus & arma reliqua comedit assyriorū:& ꝓpterea cum non haberet rex arcus:exercitum a pelusio reuocauit. Et hęc quidem herodotus. ¶ Berosus aūt qui caldaicam conscripsit hystoriam meminit regis sennacherib. & quia regnauit super assyrios & castrametatus est in omnē asiam & ęgyptum ita dicēs. Reuersus est autem rex sennacherib a prelijs ęgyptiacis ad hierosolymā cū inuenisset exercitum quem rabsaci dimiserat in periculo pestilētię constitutū. deus enim morbum in populū eius immiserat ita vt prima nocte eorum qui obsidebant deperirent centum octoginta quinq; milia viri cum iudicibus & tribunis propter hanc calamitatem in nimio timore & angustia constitutus de cuncta iam militia metuens fugit cum sua manu ad proprium regnum:in ciuitatē quę appellatur nini. ¶ Et dū modicum tempus ibidē commoratus fuisset dolo a senioribus filijs adramelech & seleusathro est peremptus ī proprio templo quod dicitur arasci. Et illi quidem pro cede patris effugati ad armeniam discesserūt. Successit autem in eius regno asaracoddas. ¶ Terminus igitur obsessionis assyriorū contra hierosolymitas:tali occasione prouenit.

¶ Gratificis pro obtenta victoria oblatis hostijs egrotauit Ezechias de cuius sanitate amici desperabant. Sed ipso orante eius exauditur oratio & vitę suę anni quindecim adduntur filiusq; promittitur. data pro signo solis retrogradatione. Regis quoq; babiloniorum legatos honorifice recipienti thesaurosq; illis ostendenti. Esayas futuram Babilonicam captiuitatem denunciat. Et ipso mortuo rege optimo impijssimus Manasses filius successit in regno: qui iustorum & prophetarum sanguine ciuitatis hierusalem plateas irrigauit.

Nunciauerūt legati ezechię quę audierunt q̄ prostratus deū rogauit & Esaiam pro se orare poposcit.

Epistolā Assirij Ezechias posuit in templo.

Frustratus Sennacherib a bello ęgytiorum turbatus redijt.

Error Herodoti circa hanc historiam.

Berosus regis Sēnacherib meminit.

Occisos Sennacherib a suis filijs in templo fugientibus filijs successit asaracodas qui in biblia dicit. Asaradon

Capitulum secundum.

Ezechias autem inopinabiliter a terrore liberatus gratificas hostias cum omni populo celebrauit deo & cognoscens quia nulla alia causa alios hostes quidem peremisset:alios vero timore morti similes effugasset ab hierosolymis nisi diuino solatio omni studio & largitate vsus est circa dei cultum. ¶ Non post multū graui languore detētus: a medicis ęquidem desperatus est. nihilq; nec ipse de se nec eius amici spei vlterius sustinebāt. Ducebatur autem & alia angustia magna ex eo q̧ filios nō haberet & moriturus esset desolatam relinquēs domū. nec successorē sui generis habiturus. Dumq; nimis in hac parte fatigaretur rogauit deum vt ei paruo tempore vitam concederet donec filios habere posset:& non prius aīa priuaretur anteq̄ fieret pater. Cui misertus deus petitionemq; suscipiens: quia non dolebat eo q̧ priuandus esset bonis imperij: sed vt filios haberet qui in eius principatum succederent mittens ysayam prophetam ei iussit dicere quia post certū diem casum languoris euaderet. Et post hęc annis quindecim superuiueret & filios generaret. Et dū hęc dei mādato propheto dixisset. ꝓpter nimietatem languoris. & ea quę inopinabiliter promittebantur non credens signum aliquod & iudicium petijt vt faceret. Esayas quatenus hęc dicenti sibi crederet: &

Gratificas hostias deo obtulit. Ezechias pro victoria.

Egrotante ezechia amici eius de sanitate desperabant. &c.

a deo eum missum vere cognosceret. Nam ea quę vltra rationē sunt & spe fortiora videntur huiusmodi rebus creduntur esse veracia. Et dum propheta interrogasset eū: quod vellet fieri signum. vmbram solis decem gradibus petijt ad ea loca vnde venerat remeare. Et dum propheta rogasset deum vt fieret: videns rex impletum esse quod voluit: repente dissolutus a languore conscendit in templū: & adorans deum vota debita celebrauit. ¶ Eo siquidē tempore cōtigit assyriorū regnū a medijs dissolui. quod tamen in alijs indicabo. Rex itaq; babiloniorum baladas misit legatos ad ezechiam portantes munera: & ab eo poposcit vt ei esset socius & amicus. Ille vero legatos libenter excipiēs & thesauros eis ostendens. & armorum instructionem: & aliam copiam quam in auro & gemmis habebat. simul etiam munera prębens regi baldo deferenda: dimisit eos. ¶ Tunc esayas venit ad regem: & requisiuit vnde fuissent qui venerant. Qui dixit de babilonia eos a suo rege venisse: & ostendisse eis vniuersa & vidētes diuitias & virtutem regni cognoscerent & regi suo renunciarent cui propheta respōdēs scito inquit non post multum tempus ad babiloniam filios tuos & diuitias transmigrandas. insuper & nepotes tuos eunuchos esse faciendos & amissuros virile nomen: & regi babilonię seruituros. Hęc enim prędixit deus. Ezechias autem contristatus in his quę dicta fuerant. ait non se quidē velle suā gentem in talibus erumnis incurrere. sed quia impossibile est quę apud deū deliberata sunt posse mutari rogabat vt vsq; ad vitam ipsius pax permaneret. ¶ Meminit autem baladi regis babiloniorum berosus. Cum itaq; propheta esayas indubitanter & mirabiliter de veritate confideret & nichil falsi pœnitus loqueretur omnia quęcunq; prophetauit scribens dereliquit in libris: vt ex effectu omnibus postea appareret. Et non solus iste propheta: sed alij numero duodecim idem fecerunt. & omne siue bonum siue contrarium sit apud nos secundum illorum dictum prouenire dignoscitur. sed horum singula denuo declarabimus ¶ Ezechias autem rex dum superuixisset tempus quod prędiximus & omne illud spacium cum pace degisset mortuus est anno vitę suę quinquagesimo & quarto. in quibus regnauit viginti & nouem. cui successit in regno filius proprius nomine manasses de matre quidem nomine Abhisida qui a paternis voluntatibus abscisus: & ad diuersa cōuersus. omne genus malignitatis ostendit. & nihil impium dereliquit. sed iniquitates israelitarum imitatus est: quibus in deum delinquentes affligebantur. Pręsumpsit enim etiam templum dei polluere. simul & ciuitatem. omnemq; pariter regionem. Nam spernendo deum ad hoc vsq; peruenit vt omēs hebręorum iustos occideret: neq; prophetis parceret quorum quotidie singulos perimebat. & eorum sanguine hierosolymorū plateas irrigabat. ¶ In his iratus deus misit prophetas ad regē & populum per quos interminatus est easdem eis futuras calamitates in quibus incurrerant patres eorum israelitę cum eis iniurias intulissent. Illi vero non credidere verbis quibus lucrari potuerunt vt nihil mali paterētur. Operibus enim cognouerunt fuisse vera quę a prophetis prędicta sunt.

Retrogradatio solis in decē gradibus data ezechię in signum promissionis.

Prophetia esaię de futura captiuitate filiorū israel i babiloniā.

Berosus de balado rege babiloniorum.

¶ Mortuo ezechia rege optio anno etatis qui q̄gesimoquarto & regni vigesimo nono filius eius manasses i regnosuccessit a paternis deuiās moribus.

4. [illegible] 20.

4. [illegible] 20.

41

¶ Babiloniorum regē exercitum in iudeam mittente Manasses in babiloniam captiuus ducitur. Cui orāti & penitēti deus pepercit. Quiq; reuersus in hierusalē diuinū cultū ampliauit & templū purgauit murosq; ciuitatis reparauit. Quo mortuo successit filius eius Amō qui a suis dolose peremptus est cuius interfectores populus peremit & eius filium Iosiam optimum regem constituerunt. Ca. iij.

IGitur dum in eis perseuerarēt bellū super eos intulit rex babiloniorū & caldeorum. Is enim misso exercitu i iudeam & regionē eorum depopulatus est: & regem manassem dolo captū & ad se deductum. habuit ad ea quę voluit tormēta subiectum. Manasses autem tūc intelligens in quibus malis esset & horum oīm se arbitratus auctorē supplicabat deo vt ei hostē suum clementē faceret. atq; misericordē. cuius orationes deus exaudiēs hoc cōcessit ei. & remissus a rege babiloniorū ad sua regna reuersus est. ¶ Cumq; venisset ad hierosolymā priorū quidē delictorū quę circa deū gesserat penitēs studebat etiā memoriā malorū si esset possibile ab aīo suo repellere: & ad seruitiū dei & oēm cultū diuinę regiōis accedere. tēplūq; purgare & ciuitatē. Et ad hoc solum de cetero erat cōstitutus vt gratias deo pro dono salutis exsolueret quatenus in oī vita eius ei ꝓpicius permaneret. ¶ Hęc aūt ipse & populū agere docuit agnoscēs i quibus calamitatibus incidisset ꝓpter ritum qui sanctę cōuersationi erat aduersus. ędificās rursus altare solemnes hostias imolabat sicut cōstituit moyses diuinā exponēdo culturā. ¶ Eodē itaq; modo & p hierosolimorꝝ castella cogitauit. ita vt etiā muros āntiquos cū multo studio repararet & alios vltra eos erigeret & turres eminētissimas exaltaret. Custodias vero quę ante ciuitatē fiūt multa munitione firmauit. & sic in oībus a priori cōuersatione mutatus est. et post hęc vitā habuit beatissimā vt multi imitatores eius essent ex quo cœpit colere dei pietatē. ¶ Qui cū vixisset annis septuagita & septē. & regnasset quiquagita & quiq; defunctus est & sepultus in suis hortis. Cuius regnū peruenit ad eius filium amon & nomē matris eius fuit maselmis de ciuitate iecabath. Qui dum imitaretur opera patris (quę ille in iuuentute pręsumpserat) dolum passus a suis in domo sua peremptus est cum vixisset annis quatuor & viginti: & i regno fuisset duos

Rege babiloniorum exercitū in iudeam mittente manasse rex captiuus ducit i babilonem.

Muros ciuitatis reparauit & nouos construxit.

c. ¶Populus autem eius peremit interfectores.eumq; cum patre sepelierunt:regnumq; iosię eius filio tradiderunt cum esset annorum octo.Cuius mater quidē de ciuitate fuit oseth alias ezi Besachat no mine alias Idida. Erat enim ille natura benignissimus & ad virtutem viriliter pręparatus:& ī studijs dauid regis & intentionem & regula totius dispositionis eius intentus.

¶Iosias optime indolis populū ad dei cultū āmonuit ciuitatēq; purgās lucos abstulit pecuniā quoq; cōgregari per prouīciā iussit pro tēpli reparatione & crateras libatoriaq; pro tēpli ornamēto fecit cōflari Inuento quoq; moysi libro Cōsulitur holda prophetissa quę propter regis iustitiā erūnas dicit differendas sed post eius mortē diffinita supplitia fors populus inferenda.Cōgregato quoq; populo sacros moysi legēs libros oēs ad fidē senādā iuramēto astrigit. Et vasa quę idolis oblata fuerunt fecit cōcremari & idolorum sacerdotes occidi celeberrimamq; pasche solemnitatem celebrauit. Cap.iiij.

Cumq; ad duodecimum venisset annum ętatis:pietatem & iusticiam in se mirabilē esse mōstrauit. Cunctum namq; populum correxit & monuit vt derelicta idolorū secta quasi non essent dij colerēt patriū deū. Et opera simul maiorū patrum in quibus deliquerat: velut senior emēdabat. Quę vero bene & oportune facta cognouerat obseruabat.& horum imitator erat & per suam sapientiā & intellectum naturalem similia celebrabat.cōsilijs vtiq; bonis tradens sensum.Sequēs enim leges velut ordinem ciuitatis & pietatem circa deū gerens omnia prospere gubernabat & maxime ꝙ a priorum regū iniquitate recedebat.¶Qui & ciuitatem & omnem prouinciam purgauit.& lucos extraneos qui facti fuerāt vastulit:& ornamēta quę in eis a prioribus fuerāt ad iniuriam dei oblata depulit:& tali modo populum ab huiusmodi secta retractum:ad religionis diuinę iura conuertit.Qui & legitima obtutit & holocaustum sacrificia altari solemniter rursus exhibuit & in vnaquaq; causa iusticiā non minus q̄ animę suę coluit medicinam.¶Misitq; in totā prouinciā iubens vt qui vellēt aurum & argentum deferrent ad reparationem templi pro sua vtilitate atq; virtute.Dū itaq; pecunię allatę fuissent ad sollicitudinē templi & eius expensas proposuit amasiā qui erat supra ciuitatē:& scriptorem saphan:& scribam monimentorū ioan:& pontificem heliachim.Qui dilationē nulla segnicię faciebant:sed instructores:& omnia quę erāt necessaria pręparabāt:et hoc modo reparatione tēpli celebrata pietas regis ostensa est.¶Qui dum octauum decimū haberet imperij annum.misit ad helyachim sacerdotē iubens vt pecunię quę remāserāt cōflarentur.vt fierent inde cratere & libatoria & phiale ad ministerium dei. Insuper & quantumcūq; aurum & argētum esset in thesauris etiam hoc proferret ad crateras & ad vasa huiusmodi faciēda.¶Proferēs enim heliachim pontifex aurum inuenit librum sacrum moyseos in templo positum quem simul eijciēs dedit scribe saphe qui dum relegisset venit ad regem.Et dum omnia terminū habere significasset:relegit ei & librum illum.Tunc ille cum verba libri eius audisset.scissa veste sua vocauit pontificem heliachim & ipsum scribam & necessarios simul & amicos misitq; eos ad quandam mulierem prophetissam nomine holdan vxorem salomi cuiusdam insignis viri & nobilitate clari.iussitq; vt eūtes consulerent eam si propicius fieret deus.cum metuerent ne pręuaricando moyseos leges & mandata maiorum periculum transmigrationis incurrerēt. & ad extraneas terras deuenientes vitam agerent miserabilem.

¶Audiens aūt prophetissa quę fuerānt a rege mādata.iussit vt remeantes dicerent regi quia diuinitatis quidem decretum quod iam contra eos protulerat pręcibus infirmari non posset.id est vt populus non periret aut non de prouincia pelleret:aut bonis tunc pręsentibus minime priuarentur. dum trasgressi fuissent leges:& tanto tempore penitentiam non ęgissent:prophetis vtiq; monentibus vt sobrie viuerent & impietatis supplicia deuitarent quę facienda docebat vt crederent ꝙ deus est & nequaq̄ mentitus in verbis per prophetas suas pręnunciauit:propter iustitiam tamen regis retinendas istas erumnas:& post eius obitum diffinita supplitia populis inferenda.¶Igitur qui missi fuerāt:mulieris prophetiam remeantes renunciauerunt regi.Tunc ille mittens vbiq; iussit populum ad hierosolymam conuenire & sacerdotes atq; leuitas & omnem etatem simul adesse pręcepit.Quibus congregatis primum quidem eis sacros legit libros & stans in tribunali in media multitudine coegit cūctos fidem & iuramenta prębere.vt apud deum fierent:& moyseos leges per omnia custodirent.Illi vero promptissime & iurauerunt:& pręcepta legis complere promiserunt.Mox itaq; sacrificia celebrātes: deum sibi poscebat esse propitium.¶Rex autem sacerdoti pręcepit vt si quod aliud vas a parentibus eius oblatum ydolis aut dijs extraneis inueniretur in tēplo.proferret.Et dum fuissent multa collecta cōburēs ea cinerem dispersit in fluuium.& sacerdotes ydolorum qui ex genere non erant aarō interfecit.¶Dum hęc ergo fecisset in hierosolymis. processit in vniuersam prouinciam: & lucos qui ab hieroboam rege ad honorem deorum extraneorum facti videbantur exterminauit & ossa falsorum ꝓphetarū sup altare quod prius hieroboā cōstruxerat cōcremauit.Ea igitur quę veniēs propheta ad hieroboā cū ille sacrificaret & oīs populus audiret quę futura esse prędixerat: hoc modo ter

Post Amon regnauit Iosias filius eius.

Bona idoles Iosię regis lin. xij. anno etatis qui populum ad dei cultū āmonuit.

Purgauit ciuitatem & lucos abstulit.

Misit per totam prouinciam pro congregāda pecunia ad templi repationē & ordinauit officiarios templi.

Ex pecunijs residuis iubet crateras & libatoria & phialas cōflari.

Consulitur holda ꝓphetissa (iubente rege) quę dicit propter regis iusticiam erūnas retinendas; sed (eo mortuo) diffinita suppliтia populis inferenda.

Congregato populo in hierusalem rex sacros moysi legens libros omnes ad fidem custodiēdam iuramenta coegit pręstare.

minum percœperunt. quando ex genere dauid iosias nomine fecit ea quę prędicta sunt ante annos trecentos sexaginta vnum. ¶ Post hęc autem rex iosias profectus est ad cunctos israelitas qui captiuitatem & seruicium assyriorum effugerant eisq; suasit vt impios actus & honores deorum extraneorum relinquerent: & patrium maximumq; colerent deum eiq; dicarent & domos & vicos. Perscrutatus est autem & ciuitatem ne quod forte ydolum habentes intra sua tecta celarent. Necnon & currus qui ędificati fuerant a prioribus regibus: & quęq; alia huiusmodi erant quę velut deos adorabāt cuncta pariter amputauit. ¶ Et hoc modo purgata omni prouincia. ad hierosolymam omnem populum conuocauit. & ad azimorum festiuitatem quę pascha dicitur eos adduxit. Donauitq; populo in pascha nouellos hedos & agnos triginta milia. Prębuerunt autem ad holocausta tria milia. Prębuerunt autem & primi iudeorum propter pascha sacerdotibus agnos quinq; milia & leuitis agnos duo milia secentos eorum pręsules obtulerunt boues vero quigentos. Et dum esset hęc abundantia quadrupedum: sacrificia faciebant moyseos legibus hostias singulas enarrantibus & ministrātibus. Nec fuit alia similis festiuitas apud hebreos: a samuelis prophetę temporibus. Causa vero huius festiuitatis hęc erat: vt omnia secundum legis antiquę traditionem paternę solemnitates efficerentur.

Purgata oī prouintia ab idolatria fecitcōuocato populo pasche solēnitatem celeberrimam.

D 4. r. 23. 4. r. 23.

¶ Nechao ęgyptiorum rex contra medos bellum parans iter per regnum Iuda petit quod prohibere volens Iosias in occursum venit & vulneratus redijt in hierusalem quem defunctum hieremias lamentabili carmine defleuit futuramq; descripsit captiuitatem. Similiter & ezechiel duos describēs libros mortuoq; iosia ioacham filius eius impius successit in regnum. Qui a Nechao ęgyptiorum rege captiuus frater eius. Eliachim qui mutato nomine Ioachim dictus est regnum habuit sub tributo Quem Nabugodonosor deuictis egyptijs sibi fecit tributarium. Capitulum. v.

Nechao ęgiptiorum rex cōtra medos bellū parans iter per regnū iuda petit. Vulneratus Iosias hierusalem redijt qua defunctus plaga anno etatis. xxxix. & regni. xxxi. Hieremias carmine iosię fleuit mortem quibus futuram hierusalē descripsit captiuitatem.

Post hęc autē dū iosias in pace atq; diuitijs & gloria super oēs excelleret. Nechao rex ęgiptiorū castra posuit ad eufratē fluuiū: vt cōtra medos & babilonios dimicaret. qui assyriorū soluerūt principatū habebat eñ desideriū vt regnaret in asia. Et dū venisset ad ciuitatē medin: quę erat de regno iosię ꝓhibebat eū rex iosias per suā prouinciā cōtra medos iter efficere. Tūc mittēs legatos ad eū nechao. significauit nō se cōtra eū exercitū ducere sed ad eufratē fluuiū properare: adijciēs q eum ꝓuocare non deberet ad sua bella prohibendo ne aliena iret ad pręlia quo tendebat. Iosias quidē nō acquiescebat verbis nechao sed īstabat ne iter suū per eius faceret regionē. Reor vrgebat eū: vt quod imminebat accideret. Nā dū aciē exercitus sui cōponeret. & in curru vectus a curru trāsiret ad currū. quidā iaculatus eū ęgyptiorum a belli festinatione suspendit. Mox enim vulnere nimis affectus: iussit exercitum reuocari: & ad hierosolymam remeauit. Qua plaga defunctus est sepultusq; magnifice in patrijs monumentis. Qui vixit annis triginta & nouem: regnauit autem ex eis vnum & triginta. ¶ Omisq; populus eū multis diebus magno luctu gemituq; defleuit. Sed & hieremias propheta mortis eius carmē lamentabili modulatione composuit quod hactenus noscitur permanere. ¶ Hic vero propheta etiā futurā ciuitatis cladem prędixit: scriptoq; reliquit simul & captiuitatem nunc apud nos habitam: & in babilonem variam migrationem. ¶ Et nō solū iste prędixit hęc populo esse vētura. sed & propheta ezechiel primus de his duos libros cōscribēs plebi reliquit. Erāt aūt ambo sacerdotes genere. ¶ Sed hieremias quidem in hierosolymis est cōmoratus a tertiodecimo anno regis iosie vsq; dū ciuitas vastaretur & tēplū quę tñ de hoc ꝓpheta ꝓuenerūt: loco ꝓprio declarabimus. ¶ Mortuo siquidem iosia sicut prędiximus: ei successit in regnum filius ioacham cum trium & viginti esset annorū. Et hic quidē regnauit in hierosolymis. Matrem vero habuit amital de ciuitate abana. Fuitq; impius & scelestus. ¶ Igitur rex ęgyptiorum dum fuisset a pugna reuersus euocauit ioachā ad semetipsū de ciuitate syrię quę dicitur emath. Qui dū venisset repente eum vinxit & seniori eius fratri ex eodē patre progenito nomine eliachim tradidit regnum. mutās ei nomen Ioachim. Prouincię vero tributum imposuit centū argenti talenta: & vnum auri. ¶ Ioachim ergo has pecunias exsoluebat. Ioachā aūt deduxit in egyptum: qui etiam mortuus est ī ea dū regnasset tres mēses & dies decē. ¶ Ioachī vero mater vocabatur zabud. alias zebia de ciuitate abunia alias Ruma. Hic aūt erat vir natura iniustus & valde nequissimus. & neq; circa deum sanctus neq; circa hoīes māsuetus. ¶ Cūq; quartū regni haberet annū babilonię principatū quidē nomine nabugodonosor accepit. Eodem tēpore cum magno apparatu ad circamen alias circamī ciuitatē venit quę est iuxta eufratē: pugnaturus cōtra regē ęgyptiorū nechao. Sub hoc enim syria erat vniuersa. Dūq; cognouisset regis babilonię voluntatē nechao penitus nō expauit sed cū magno brachio super nabugodonosor ad eufratē venit: q facta cōgressione deuictus est & multa milia varijs rebus belli amisit. ¶ Trāsiēs aūt eufratē babilonię rex oēm siriā vsq; ad pelusiā alias pelusiū cœpit pręter iudeā Quarto autem anno nabugodonosor qui erat octauus ioachim regis hebręorum: cōtra iudeos cum magno exercitu castrametatus est babilonius. tributa exacturus a ioachim aut certe dimicaturus.

4. r. 23. E 4. 23. 2. p po.

Mortuo Iosia filuis eius Ioacha successit ī regnū impius.

F 4 23

Nabugodonosor rex babiloniorum contra regem ęgyptioruз arma parat & eū vincit.

4 2

Ille vero metuens eius minas & pacē habere desiderās. prębuit ei tributa quę pręceperat ānis tribus.

¶ Ioachim tributū babilonis spe ęgyptiaci belli deceptus negat soluere cui hieremias vanā eius spē prędixit futuramq; ciuitatis hierusalē captiuitatē prophetauit. Micheas quoq; olim talia prędixit hieremias vero librū de futuris rebus ciuitati & templo & populis conscripsit quē librū principes regi. Qui auditis quę in eo scribebātur eū dirupit iussitq; comburi & hieremiam & baruch ad se puniendos pręcepit adduci. Qui q; babiloniorū regē propter metū sub fœderis iure suscepit in hierusalē & fracta fide ab eo occiditur & constituto ibidem ioachim filio rege principes captiui inter quos ezechiel ducuntur in babiloniam. Repente vero babiloniorum rex formidatus ioachim: cui pricipatum tradiderat patris necē vindicaturum ipsum in hierosolymis obsedit. ioachim autē ciuitatem volens liberare matrem & cognatos obsides dedit & seipsum. Quo captio in babilone patruus eius Sedechias rex cōstituitur qui fuit superbus & impiorū fautor quē hieremias sepius reprehendebat sed ipe diētibus adulatoribus nichil proficiebat Ezechiel quoq; in babilonia prophetauit. Capitulum. vi.

Tertio vero anno audiēs ęgyptios cōtra babiloniam denuo pugnaturos tributa non reddit: sed spe ęgyptiaci belli deceptus est. Nā pugnare contra eum ęgyptij minime pręsumpserunt. propheta siquidem hieremias quotidie prędicebat quia frustra ęgyptiorum spe teneretur & ꝙ immineret ciuitati vt a rege babilonio vastaretur: & rex ioachim subderetur ab eo. Sed hęc nulla vtilitate dicebat: quando qui crederet nullus erat. Nā & populus & princeps audientes hęc negligebant. & indignantes super his quę dicebātur quasi auguriū aduersus regē propheta ferret accusabāt eum: & subiectum iudicio vt ad supplicium quoq; traderetur dari cōtra eum sententiam postulabant. Quod multi quidem aduersus eum fieri decreuerunt seniores autem recesserūt qui ea volūtate qua iuste prophetam absoluerant ea ipsa etiam alijs suadebant ne quid mali fieret hieremię: dicentes quia non solū iste ciuitati futura prędiceret. sed & Micheas ante eū olim talia prędixisset & multos solere sepe huiusmodi verba dixisse. quorum nullus tunc a regibus aliquid pertulisset. sed quasi prophetę dei fuerant honorati His itaq; verbis mitigantes turbas eripuerunt hieremiā a deffinito supplicio. Qui omnes prophetias suas scribens. ieiunante populo & in ecclesiam cōgregato in templo mense nono: quinto anno regis ioachim relegit librum: quem de futuris rebus ciuitati & templo & populis cōscripsisse videbatur. Audientes itaq; principes tulerunt ab eo librum: iusseruntq; eū & scribam baruch de medio tolli: ne quibusdam fierent manifesti. Ipsum vero librum portantes regi dederunt. Qui pręsentibus amicis iussit scribam suum legere. & audiens quę scripta noscebantur in libro iratus rex dirupit eum & igne cremauit: & requisitos hieremiam & baruth iussit ad se puniendos adduci. Illi siquidem tunc eius iram declinauerunt. ¶ Non post multum vero tempus venientem contra se cum magno exercitu regem babiloniorū fœderis iure suscepit propter metum eorum qua dicta fuerant a propheta: credens nihil se fore passurum neq; per obsessionem neq; per pugnam. Dum rex babilonię intrasset in ciuitatem fidē nequaꝙ seruauit: sed iuuenes fortissimos & pulchritudine decoros hierosolymitanorum occidit vna cum rege ioachim. Quē etiam ante muros insepultum proijci iussit: filiū vero eius ioachim constituit regem vniuersę prouincię. Eos autem qui erant in dignitatibus cōstituti numero tria milia captiuos duxit in babiloniam inter quos erat propheta ezechiel: cum esset adhuc puer. ¶ Hic ergo finis habuit ioachim regem. Qui vixit quidem annis sex & triginta: regnauit autē vndecim. Successor vero eius regni ioachim de matre noie onas alias Naescha. Regnauit mēsibus tribus & diebus decē ¶ Regē vero babiloniorum quę ioachim concesserat princi patum repente timor inuasit Formidatus est enim ne forte habens mali memoriam pro nece paterna. prouinciam eius inuaderet. Et mittens. exercitum regem ioachim in hierosolymis obsedebat. Ille vero cum esset natura benignus & iustus: noluit ciuitatem propter se videre pericula sustinere. sed sumēs matrem & cognatos tradidit obsides ducibus qui fuerant a babilonia regeq; directi. accipiens ab eis iusiurandum vt nihil mali parerentur nec ipse nec ciuitas: quorum fides nequaꝙ māsit inuiolata. Non eñ seruauit eā babilonię rex sed pręcepit pricipibus suis vt oēs qui erant in ciuitate & iuuenes captiuos sumerent pariter & artifices eosq; ad se ligatos adducerent. Qui oēs fuerunt decē milia octingenta triginti & duo simul & ioachim cū matre pariter & amicis. Quos deductos ad se habuit in custodia. Patruū vero ioachim nomine sedechiam constituit regē: accipiens iusiurādum ab eo vt ei prouinciā custodiret. & nihil hostiliter ageret: nec faueret ęgyptijs. ¶ Sedechias autem erat annorum viginti & vnius quando accepit regnum: & nomen matris eius amias. Fuit enim contra iusticiam superbus circa quem impij locum maximum habere videbantur. Quapropter & propheta hieremias ad eum veniens crebro contestabatur: dicens vt reliquas quidem impietates & iniquitates desereret & iusticię prouideret: & neq; duces qui essent maligni respiceret: neq; falsis prophetis eum seducentibus crederet quasi nequaꝙ cō

Ioachim tributum soluere ęgyptiaci belli spe negāte hieremias ꝓpheta vanā esse in ęgyptiaco bello spem & futuram hierusalem captiuitatē illi prophetant. Micheas ꝓpheta de captiuitate hierusalē prophetauit añ hieremiam.

Librū hieremię (quem trenorū librū dicimus) pricipes regi dederūt qui (auditis quę in eo scribebantur) eū dirupit & comburi iussit & hieremiam & baruch puniēdos ad se iubet adduci.

Obsessa hierusalē Ioachim matrem & cognatos volens ciuitatē liberare dedit.

Hieremias sedechiam crebro reprehendebat.

tra ciuitatē babilonię rex dimicaret quia ęgyptij contra eum bella rursus inferrēt & vincerēt: qm̄ hęc verba non essent ne hoc modo ventura forent. ¶ Sedechias aūt dū audiret prophetam hęc dicentē consentiebat ei per oīa tanq̄ vera loquenti: & quasi prodesset ei vt eius crederet verbis. Sed rursus amici subuertebant eius mentem: & a prophetę dictis ad ea quę voluerant abducebāt. ¶ Propheta uit autē ezechiel in babilone futuras populi calamitates: & misit in hierosolymam. sed sedechias eorum prophetijs non credidit propter huiusmodi causam. Alia siquidem vniuersa consona a prophetis ędicta sunt: quomodo & ciuitas vastaretur & ipse sedechias duceretur captiuus ī babiloniā. ¶ Discordabat autē ezechiel dicens quia sedechias babiloniā non videret cū hieremias dixisset quia vinctum eū rex babilonię duceret & eo q͂ non idem vterq; dixisset etiam illa quę cōcordabāt non esse vera dicebāt: licet ei oīa secundū eorum euenerint prophetias. Quę tamē oportunius declarabimus.

Nota adulatorꝫ periculum. Prophetia ezechielis in babilonia quam misit hierusalem. Discordātia prophetarum hieremi. & ezechielis

¶ Recedente Sedechia quem seduxerūt falsi prophetę a babiloniorū fœdere iīctoq; ęgyptijs babilonię rerū cōtra eū castrametatus est deuictis primo ęgyptijs. prędixit tamen hiere. futuram captiuitatē & per persas liberationem cuius dictis plebeis credentibus principes eum vesanū acclamabāt falso eum quia babiloniam vellet ire accusantes. Obsessa itaq; ciuitate duo maxima mala pestis scilicet & fames hierusalem opprimebant hieremias in lutoso lacu vsq; ad guttur vt morte propria suffocaretur est positus quem liberauit ethiops Ipseq; latenter a rege vocato iterum suadet ciuitatem reddi babilonijs dimissus quoq; est rege pręcipiente vt ei nullus malum faciat. Capitulum. vij.

IGitur societatem babiloniorum quam habuit ānis octo dissoluit: & semetipsum ad ęgyptios transtulit. sperans cum illis contra babilonios pręualere. Interea dū hoc cognouisset babilonię rex castra mouit aduersus eum. & afflicta prouincia & munitiones eius vna diripiēs ad ipsam hierosolymorum ciuitatem obsidendam cum magno veniebat exercitu. Rex autē egyptius audiens quia sedechias amicus eius esset. sumpta virtute maxima bellatorum venit ad iudeam quasi eius soliturus obsessionem. Babilonius autem recessit ab hierosolymis & occurrit ęgyptijs eisq; cōgressus pręlio superauit: & eos in fugam conuersos de syria coegit exire. ¶ Dumq; discessisset babiloniorum rex ab hierosolymis deceperunt falsi prophetę Sedechiam dicentes quia neq; babilonius denuo contra eum pugnaret: & contribuli eorum quos de prouincia ad babiloniam dimigrauerunt. cū dei vasis omnibus quę rex tulerat ad hoc templum reuerterentur. Sed hieremias his contraria atq; vera: transiens in medium prophetauit. dicens q͂ male quidem facerent illi qui talia regi suaderent quando per ęgyptios nichil iuuari possent: quos vtiq; deuincens babilonię rex: in hierosolymam remeauit eamq; fortiter obsideret. & populum fame corrumperet ac reliquos captiuos obduceret. substātiasq; dirimeret simul & templi diuitias exhauriret. & illud insuper cōcremaret ciuitatemq; subuerteret & essent subditi alias seruituri babilonię regi eiusq; nepotibus annis septuaginta. A quorum seruitio nos inquit tunc remouebūt persę & medi babiloniorū destruentes imperiū: & ad hanc remeantes vrbē ędificabimus templū rursus: & hierosolymā denuo reparabimus hęc dicente hieremia plurimi quidem crediderunt. Principes aūt & impij excessisse eū a sua mente dicebant: eiq; sub hoc fomite deridebant. ¶ Igitur cum ei placuisset ad patriam properare quę dicitur anathot viginti stadijs procul ab hierosolymis cōstitutam: inueniēs eū in itinere quidam principum cōprehensum detinuit. calūniam faciens ei quasi ad babilonios iret. Ille vero mētiri quidē illum & calumnię sibi crimen inferre: se vero ad patriam properare dicebat. Qui ad hęc verba non flexus vinctum deduxit ad iudiciū magistratuum. A quibus omnia verbera & tormēta perpessus: ad necis suppliciū reseruabatur. Qui per quoddā tempus hęc quę prędiximus iniuste sustinuit. ¶ Anno vero nono sedechię regis decima die mensis decimi babilonię rex ad hierosolymā castrametatus est: & sedēs circa eam decem & octo mēses cū studio magnę virtutis obsedit. Obsessosq; hierosolimitas duo mala alia & maxima deprimebant. morbi lāguor. & fames eis vehemētes insistēs. Hieremias vero propheta cū esset in custodia: nō cessabat sed clamabat & prędicabat aperte monēdo populū vt regē babiloniorū portas aperiētes exciperēt. Hoc eñ facto eos cū oī domo posse saluari. alioquin radicitus asserebat euelli. Prędicabatq; pariter: qm̄ si qui manerēt in ciuitate omnino perirēt: aut fame cōsumpti aut gladijs hostium. Si vero ad hostes cōfugerent. & inimicos & mortem quodāmodo declinarēt. ¶ Principes aūt hęc audientes ne inter ipsa mala cōsistētes patiebātur eius verba aīo suo percipere sed cū ira venietes indicauere regi. & accusantes eū quasi vesanū: occidēdū esse prophetā poscebāt qui eorū aīos frāgeret & malis pmissionibus audaciā populi valde moliret. qñ dum parati essent oēs pro eo & patrię salute pugnare ille moneret vt ad hostes fugerēt vniuersi quia ciuitas capiēda foret & oēs in ea pariter perituri. Rex ergo ipse quidē pro bonitate & iusticia iratus nō est. sed ne principibus tali tēpore videretur esse contrarius. permisit eis vt facerent prophetę quod vellent. ¶ Qui hoc sibi a rege concesso. mox ingrediētes in carcerem & sumentes eum in quendam lacū plenum cœno deposuerunt: vt morte propria suf-

Recedente Sedechia a fœdere babiloniorꝫ & ingēte se ęgyptijs Babilonię rex contra eum castrametatus ē primo tamen vicit ęgyptios. Pro prophetia hiere. de captiuitate babilonica & liberatione p psas & medos ¶ Hiere. figura christi falso accusati & cōdānati.

Obsessa ciuitate hierusalem duo mala maxia opprimebāt pestis & fames.

D 4. 25. Hie. 39. 25. E F 4 25

A focatus extingueretur. Ille vero vsq; ad guttur in luto depositus in his degebat angustijs. Quidam vero seruorum regis honoribus decoratus genere ethiops erumnas prophetę regi nunciauit dicens non recte amicos & principes eius fecisse vt prophetam in cœno submergerent quod opus omi morte & vinculis esset amarius. Hęc cum audisset rex penitentia ductus quia prophetam pricipibus tradidisset iussit ethiopi vt sumptis triginta regis ministris & funibus & qcquid expediret ad salutis eius vtilitatem cum festinatione hieremiam extraherēt. Ethiops autem sumens quod pręceperat rex prophetam de lacu reduxit: & sine custodia esse permisit. ¶ Euocante vero eum rege latenter & requirente si quid diuinum ei in rebus pręsentibus posset ędiceret: ille habere se quidē quod diceret asserebat: sed non sibi fore credendum nec moneret audiendum quando iam quasi malum aliquid agētem eius amici perdere decreuissent. Vbi sunt (inquit) nunc qui babilonium nequaq̄ dimicaturum esse dicebant audientesq; fallebant. Sed & si nunc veritatem dixero morte me condamnabis. Cumq; ei rex iusiurandum prębuisset quia nec ipse eum perimeret: nec principibus supplicij iure contraderet data fide securus suadebat ei vt babilonijs traderet ciuitatē. Hęc em̄ dicebat ei deū per se prophetare si liberari vellet & pręsentia pericula declinare & neq; ciuitatē vsq; ad fundamenta deijci nec tēplum ab hostibus concremare. Quod si non fieret. ipse malorum auctor & sibi & ciuitati huius calamitatis existeret. ¶ Hęc audiens rex velle se quidem hęc quę monebat facere dixit & expedire sibi. sed metuere contribules qui ad regem babilonię perrexisset: ne accusantibus eū: periculo subiaceret. Quem propheta confortabat & frustra supplitium suspicari dicebat nil mali passurum si babilonijs traderet ciuitatem: nec ipsum nec filios nec vxores eius: insuper & quia templum maneret illesum. Et hieremiam quidem cum hęc dixisset dimisit rex. pręcipiens vt nulli ciuium quę locuti fuerant proderet sed neq; principibus appareret. Qui si cognoscentes eum a rege vocatum requirerent vt quid cū eo locutus fuerat eis quoq; narraret. diceretq; quia poposcisset & ne in vincula aut carcerem denuo truderetur. Qui scilicet hoc eis dicebat dum venientes ad prophetam inquirerent quid locutus fuisset ad regem. Hęc quidem ita sunt gesta.

Iterum (petente rege) hieremias ciuitatē suadet babilonijs tradere.

¶Rex hiere. dimittit pręcipiēs vt nullus ei malum faciat.

¶ Capta est ciuitas hierusalem postq̄ obsessi ciues animo fortes decem & octo mensibus a pricipibus Nabugodonosor Captiuusq; Sedechias fugiendo ad regem adducitur cuius amici & filij (vidente illo) occisi sunt eiusq; oculi eruti sunt & vinctus ducitur in babiloniam vt prophetauerunt hieremias & Ezechiel Epilogus quoq; regum hebręorum & annorum a templi ędificatione / ęgressu populi de ęgypto / diluuio / & creatione. Adam breuissime annotatur cum numero & ordine pontificū. Ca. viij.

Babilonius aūt rex obsessionem grauius inferebat: faciēs turres cū magnis ędificijs & aggeres ingētes exaltās: ex quibus resistebat de muris pugnare nitētibus. multasq; machinationes erexit: equans muris per circuitū ciuitatis. Illi siquidē qui erāt intra vrbē fortiter & prōptissime resistebant. neq; fame neq; labore fatigati. Et licet intus his passionibus augerētur aīo fortes videbātur ad pręliū in nullo ad inuētiones inimicorū & machinamēta expauescētes. sed & cōtrarias machinationes in oībus que faciebāt illi opponere cogitantes ita vt magnū certamē esset babilonijs simul & hierosolymitis velocitatis atq; prudentię. His quidē arbitrātibus nihil amplius cōmodi q̄ captionē illius ciuitatis. ¶ His aūt salutē suā nō in alia causa ponētibus nisi vt magno studio laborarēt & nō excogitarēt quibus modis machinamenta destruerent. & hęc passi sunt mēsibus octo: & donec fame vastarētur: & gladijs quos de curribus iaculabātur aduersus eos hostes. capta est vero ciuitas vndecimo anno sedechię regis. quarto mēse die nono. Cœperūtq; eā pricipes babilonioꝝ: quibus obsessio a rege nabugodonosor videbatur esse cōmissa. Ipse aūt in rabatha ciuitate morabatur. Noīa vero principū qui hierosolymā subdiderūt hęc sunt. Hergella. sarrare matusse. megarus: nabuzardā Saris. ¶ Capta siquidē ciuitate circa mediam noctem. & principibus hostiū in templo ingressis Agnoscens hoc sedechias rex sumptis vxoribus & filijs & principibus & amicis: de ciuitate fugit per desertū valde tutissimum. Quod dum a quibusdam traditicijs principibus babiloniorum indicatum fuisset. diluculo eum persequi aggressi sunt. Quē dū circa hierichontē appręhendissent. circūdederūt eū. Amici vero & principes qui cum sedechia fugiebāt. dū hostes proximos esse cōspicerēt: relinquētes eum dispersi sunt: alter ad aliū locū fugiens: & vnusquisq; se liberare contendens. ¶ Quem cōpręhensum cum paucis hostes cum vxoribus atq; filijs adduxerunt ad regem. Venientemq; ad se regem nabugodonosor impiū & infœlicem vocare cœpit: & iurisiurādi immemorē: quod prębuerat vt ei prouinciā custodiret. Super hęc autem eum obiurgauit ingratum: quod dum ab eo percepisset imperiū quod ab eius fratre tulerat & illi tribuerat: contra munificū largitorem egisse videbatur hostiliter. Dixitq; post hęc. Magnus deus qui habens tuam nequitiam odio / nostro te subiugauit iperio. ¶ His igitur verbis vsus aduersus sedechiam: filios eius iussit pariter & amicos continuo perimi ipso sedechia & alijs captiuis inspicientibus. Deinde oculos eruēs sedechię: eumq; vinciens perduxit in babiloniam.

Fortitudo & animositas obsessorūin hierusalem Obsessio durauit decē & octo mensibus.

Capitur sedechias fugiens & ad Nabugodonosor ducit a quo plurimum criminatur. &c.

Completa prophetia hiere. & ezechielis prophetarum.

¶ Hęc em̄ prouenerunt ei quę hieremias ezechielq; prophetauerunt. quia comprehensus duceretur ad babiloniam & loqueretur ei ore suo & non videret eam sicuti hieremias dixit. Cecatus autem & ductus ad babiloniam non vidit sicut ezehiel prędixit. ¶ Hęc igitur quę sufficienter possunt dei ma nifestare naturam nescientibus explanauimus quoniam diuersa est atq; multimoda & vniuersa ordi ne suo conspiciens. & queq; congruant agi prędicens ignorantiamq; hoim & infidelitatē redarguēs per quę curari nequiuerūt ab his quę erāt passuri. Nam cū ea quę prędicebātur custodire nollēt: cala mitatibus noscūtur esse traditi: ita vt esset impossibile vt ab ea declinarēt. Igitur qui de genere dauid regnauerunt huiusmodi cōuersationē habuisse noscūtur. Fuerūt em̄ viginti & vnus vsq; ad vltimum regem: regnauerūtq; oēs annis noningētis & quatuordecim: mensibus & sex: diebusq; decem ex qui bus principatum tenuit primus eorum saul annis viginti. nō tamen ex ea tribu cōsistens. ¶ Porro ba bilonius misit principem militie suę nabuzardam in hierosolymam vt expoliaret templū. pręcipiens vt & illud incēderet & regalia pariter & ciuitatem ad pauimentum vsq; deponeret. & populum in ba biloniam mitteret. Qui dum venisset ad hierosolymam vndecimo anno sedechię regis. ¶ Et templū subuertit: & vasa dei aurea argenteaq; tulit necnō & maximū cantarū quē posuit salomon. insuper & columnas ereas & capita earū. aureasq; mensas & candelabra. Et hęc auferens templum quoq; succē dit mense quinto in initio mensis: anno vndecimo sedechie regis octauo. decimo autē nabugodono sor. Succendit autem & regalia: ciuitatemq; destruxit. Et templum ita concrematū est post trecentos & septuaginta annos & menses sex diesq; decem: ex quo eum constat ędificatum. ¶ Ab ęgressu aūt populi ex ęgypto tūc erant anni mille sexaginta duo menses sex/ diesq; decem. ¶ A diluuio vero vsq; ad vastationem tēpli omne tempus fuit annorum mille nonigentorum quinquaginta septem. mensiū sex dierum decem. ¶ Ex quo vero factus est adam vsq; ad ea quę prouenerunt templo anni sunt tria milia quingenti tridecim menses sex dies decem. Tantus ergo numerus erat annorum. Quęcum q; vero gesta sunt singula vt prouenere manifestauimus. ¶ Princeps itaq; regis babilonis postq̄ hie rosolymam subuertit & templum: sumens captiuos migrauit eos & pontificem & zardā & sacerdotē iosadach alias Iosedech secundariū eius & custodes tēpli tres. ꝙ eunuchum qui erat super armatos: & amicos sedechię septem & scribam eius. & alios principes sexaginta: quos omnes cū vasis quę deprędatus est duxit ad regem in rabatha alias Reblata prouincię syrię ciuitatem. ¶ Rex autem ponti ficis quidem & principum ibi capita iussit abscindi. Ipse vero omnes captiuos & sedechiam deduxit in babiloniā. Vinctum vero circumegit & iosadach pontificem filium sareę alias Saraię pōtificis quē occidit babilonius in rabatha syrię ciuitate sicut dudum iam designatum est. ¶ Igitur quia genus re gum explanauimus & qui fuerunt & eorum tempora cūcta narrauimus necessarium indicaui etiam nomina reserare pontificum qui pontificatum regum temporibus habuerunt. ¶ Primus quidem sadoch pōtifex tēpli quod salomon ędificauit. ¶ Post eū vero filius achiniaas in eius honore successit. ¶ Post achiman zacharias alias zarias. ¶ Post hunc autem ioram: & post eū Anxiorā: deinde fideas post fideam vero sudeas post hūc vero hilus alias bilus. hilo vero successit ioathan: cuius rursus vrias Vrię vero nerias Post neriam vero odeas fuit. Post hunc vero salomō deinde helehias. Post hunc saruch: & post hūc fuit iozadach qui captiuus in babiloniā ductus est. Isti siquidem oēs in pontificatū filius patri per ordinē successerūt. ¶ Veniēs autē in babiloniā rex: sedechiā habuit quidē donec aduixit in carcere. quē dū regaliter sepelisset. vasa quę in hierosolymorū templo fuerat deprędatus dijs dicauit suis. Et populum in babiloniorum regionem constituit. pontificem vero soluit a vinculis.

4. r.c. 25.

Epilogus regū hebręorum qui fuerūt. 21. & omnes simul regnauerunt. 514. ānis sex mensibus & diebus decem.

4. r.c. 25.

Ab ęgressu populi ex ęgypto.

A diluuio.

A creatiōe adā.

4. r. 25.

Captiui ducti p nabuzardam.

Principum capita abscissa sunt.

Epilogus pontificum numerus & ordo eorum.

¶ Godolias super pauperes & reliquias hebręorum in hierusalem princeps constitutus hieremiā soluit a carcere potius in deserto habitare q̄ in principibus eligentem. Quiq; fugitiuos hierusalem redeuntes q̄humanissime recepit. vnde dilectus ab hebreis ipsi ysmaelem qui solus de tribu Iuda remanserat ne rebellaret voluerunt occidere quod recusauit Godolias qui ab Ismaele dolose cum suis occisus est similiter & hebręorum reliquijs. Quem tamen iohannes & principes persecuti sunt fugiētem ad Ammonitas captiuosq; ab illo liberauerunt. Sed hieremię consilium spernentes captiui in babiloniam ducuntur a Nabugodonosor qui deuictis Ammonitis ęgyptios captiuauit. vide decem tribuum/ & duarum captiuitatum signata tempora.

Capitulum. ix.

PRinceps itaq; militię nabuzardam dum captiuasset populū hebręorū: & pauperes & eos qui se tradiderāt dereliquit. constituens eis principem noie godoliam filiū aicham de nobilibus natū mansuetū & iustū. iussitq; vt opus in terra prouincię faciētes regi tributa definita persoluerent. ¶ Hieremiam vero prophetam soluit de carcere: eiq; suasit vt ad babiloniam cum eo veniret Fuerat em̄ hoc a rege iussum. vt illi per oīa placidę ministraret. Qui si nollet hoc facere: indicaret vbi manere vellet. quatenus hoc regi significaret. Propheta vero nec sequi voluit nec alibi cōmorari. sed libenter se abire dixit in deserta patria: & cum miserrimis habitare reliquijs. Cognoscens autem eius

Godolias cōstituitur princeps super pauperes & reliquias i hierusalem.

4. r. 25.

voluntatē militię princeps godolię(quem constituerat in hierosolimorum vrbe)pręcepit vt eius prouidentiam in omnibus haberet eiq; ministraret quibus egeret. Et donatis prophetę multis pręciosisq; muneribus:dimisit ad propria. Et hieremias quidem mansit apud godoliam in ciuitate ꝓnincię quę dicitur masphacha alias masphat.Rogauitq; nabuzardam vt cum eo dimitteret discipulum baruch filium nerei alias nerie ex magnavalde familia. Et qui lingua paterna pręcipue fuerat eruditus ¶ Hęc dum fecisset Nabuzardā in babiloniam profectus est. At ille qui obsessa hierosolimorū vrbe diffugerāt dispersi per cetera loca dum recessisse babilonios cognouisset & quasdam reliquias in hierosolimorū terra reliquisse & qui eam incolerent superessent. collecti vndiq; venerūt ad godoliam in masphat.Erant autem principes eorum ioab filius carij:& azarias & icconias simul & alij. Porro de genere regio erat quidam ismael: vir malignus & calidus. Qui cum obsideretur hierosolima ad regē euasit ammonitarū noie bachali & illo tēpore ibi moratus est.Igitur qui ad hierosolimā cōcurrerāt fecit eos godolias ibi manere.nequaq̄ babilonios metuētes. colētesq; terram nichil mali passuros esse dicebat.Et hęc quoq; iuramēto firmauit adijciens quia solatium cūctis prebeRet.& si quis ab aliquo grauaretur.illius mereref auxilium:suasitq; vt singuli in qua vellent ciuitate morarenf. & vt mitteret cum eis qui eorū habitacula repararēt. Et ipse quoq; faceret dum tēpus esset vt triticum & vinum & oleum recōderenf quatenus hiemis tempore pabulis non egerent. Hęc cum dixisset dimisit eos ad prouincię loca quę vnusquisq; voluerat.¶ Fama vero discurrente ad genus iudeę quia veniētes ad se de fuga godolias clementissime susciperet.& ad terram colendā habitare dimitteret vt regi babilonio tributa persoluerēt cucurrerunt ad godoliam omnes & in prouinciam habitarūt. Considerātesq; prouinciā in pace regi.& godolię benignitatem atq; clementiā.Iohannes & principes qui cū eo erāt valde dilexerunt eū.dicebantq; mittendum ad regem ammonitarū bachalim vt ismael latenter occideret:quatenus ipse securus esset. in israel quia ille erat de regio genere qui solus poterat rebellare. Cuius dolum dicebat posse declinare si potius ismaelem ipse perimeret.vt metum de cetero non haberet.adijcientes insuper se timere ne godolia magis ab illo perempto funditus israelitarum reliquię deperirent.Illi vero acquiescere noluit.dicens non esse rectum contra virum qui nichil adhuc gesserat malignitatis insidias exercere. Non enim verisimile esse quia in tali desolatione huiusmodi maliciā;exerceret & quem in tanta necessitate fouerat & ab inimicis alijs eripuerat ipse perimeret.Sed & si ediuerso faceret illi dolū melius esse vt ipse perimeretur ab illo potius q̄ homo qui ad illum confugerat suamq; salutem ei tradiderat & commendauerat;vitam:dolo perimeretur istorum. ¶ Et iohannes quidem & principes qui cum eo erant cum non potuissent ꝑsuadere golie protinus recesserunt. ¶ Tempore siquidem dierum triginta transacto:venit ad godoliam in ciuitatē masphat ismael cum viris decē Quos godolias splēdidis epulis muneribusq; suscepit.Tunc godolias inter cōuiuia ismael sepius vt assolet inuitato inebriatus est.Quem ismael videns ita vino repletū & velut insensatum sopore ebrietatis conuersum surgens cum decem suis amicis eum occidit: & qui cum eo in conuiuio recumbebant.¶ Et post horum ꝑemptionem egressus est per noctem cunctos pariter in ciuitate iudeos & milites trucidauit qui a babilonijs fuerant delecti. ¶ Altera vero die cum muneribus veniebāt ad godoliam de prouincia octoginta viri nichil scientes quod de eo fuerat gestum.Quos cū vidisset ismael eos quasi ad Godoliam accessuros/ interius euocauit.Quibus ingressis aula clausa cunctos occidit:eorumq; corpora in lacum profundissimum ne viderētur abiecit. Ex his itaq; octoginta viris aliqui erepti sunt.qui se rogauerunt non prius occidi anteq̄ occultas in agris diuitias & spolia simul & vestes reconditas & frumēta monstrarent.Hęc audiens ismael pepercit eis. ¶ Populum vero qui erat in masphat cū vxoribus & filijs captiuū duxit inter quos & filias Sedechię regie nabuzardā babiloniorū princeps godolię reliquerat cōseruandas. Hęc cum egisset venit ad regem ammonitarū. ¶ Audiens autē iohannes & principes qui cū eo erant quę in masphat fuerāt gesta ab ismael mortēq; godolie:nimis exasperati sunt.& sumentes singuli arma sua:aggressi sunt vt ismael viriliter expugnarent.Quē cum apprehendissent circa fontem cedron illi qui ab ismael captiui ducebantur vidētes iohannem & principes releuati sunt:solatium sibi venisse iudicantes.Et relinquentes eum qui illos ceperat.ad iohannem se contulerunt. Ismael itaq; cum viris octo ad regem fugit ammonitarum. Iohannes autem sumens quos de manibus eripuerat ismael/& eunuchos & mulieres & infantes: venit ad quēdam locum quē caulas appellant & illo die ibi mansit.Deliberauerūt autem vt inde surgētes abirent in egyptum metuentes ne eos babilonij perimerent. propter godolię mortem qui ab eis dux fuerat constitutus.¶ Et dum in tali consilio permanerent.petierunt hieremiam prophetam iohannes & principes(qui cum eo erant)vt deum consuleret quatenus eis in angustia constitutis quid deberēt facere demōstraret.Cumq; propheta oraturum se pro eis apud deum compromisisset. post decem dies apparuit ei deus, dicens vt indicaret Iohanni & principibus suis & vniuersis: quoniam

Baruch cū hieremia.

Fugit in hierusalē redeūt recedētibus babilonijs quos Godolias recepit hūanissime.

Godolia ꝓpter clementiāvalde dilecto reliquię hebręorū voluit vt latēter ismael de tribu iuda(q solus poterat debellare) occidat quod recusauit godolias

Ismael iudeus godoliā ebrium cū suis occidit ī masphat.

Ismael reliquias iudeoꝝ a babilonis dimissas & milites occidit & octoginta viros.

Iohānes & principes cōtra ismael ad regē āmonitarū fugiētem bella mouent & captiuos liberāt de muneribus suis.

Orant hieremiā vt deū oret pro eis.

consistentibus eis in illa prouincia faceret prouidentia diuina solatiũ & a babilonijs quos metuebãt seruaret illesos ꝓficiscentes autem in egyptum perituros & ab egyptijs illa passuros quę fratres eorũ constat esse passos. ¶ Hęc cum dixisset iohanni & populo deum propheta prędicere non ei credebant quia deus eos prouinciã habitare pręceperat sed vt pręstaret baruch discipulo suo mentiretur quidem de diuino mãdato.suaderet autem eis ibi manere.vt a babilonijs interirent.Populus autem & iohãnes non obedientes consilio dei quo eos monuerat propheta discesserũt ad egyptum ducentes & hieremiã pariter & baruch. ¶ Dumq; illic essent.indicauit prophete diuinitas venturum regem babiloniorũ ad egyptum:iussitq; prędicere populo egypti venturam captiuitatẽ. & quia alios quidẽ occideret alios captiuos sumens in babiloniam perduceret & hec ita completa sunt. ¶ Quinto siquidem anno captiuitatis hierosolimorũ qui est tertius & vicesimus regni nabugodonosor castrametatus est idem nabugodonosor in inferiori syria eamq; detinens expugnauit ammonitas & moabitas. Cumq; subdisset has gẽtes perrexit ad egyptum eamq; subuertit & regem quidem qui tunc erat occidit:aliumq; in ea constituẽs:denuo iudeos captiuos duxit in babiloniam.Et hebręorum quidem genus huiusmodi termino eufratem trãsisse percepimus. ¶ Igitur per syrios corruit populus decem tribuum de samaria cum regnaret apud eos ozias.deinde duarum tribuum multitudo a nabugodonosor rege babiloniorum & chaldeorum(capta hierosolima)est vastata. ¶ Salmanasar autem transmigrans israelitas in eorum regione constituit cutheorũ gentem q̃ prius in interiori parte perside & medie morabatur.Tunc tamẽ samaritę vocati sunt. vocabulum prouincię sumentes in qua habitare videbantur. ¶ Babiloniorum vero rex cum duas tribus captiuas duxisset neq; gentem aliam in eorum fecit habitare prouincia:& propter ea desolata oĩs iudea & hierosolima & templũ annis septuaginta permãsit.Omne siquidem tempus a captiuitate israelitarũ vsq; ad duarum tribuum transmigrationẽ fuit annorũ centum & triginta:mensium sex dierumq; quindecim alias decem.

Prophetia de futura captiuitate egypti a babilonijs.

Nabugodonosor contra egyptios deuictis ãmonitis & moabitis quos captiuauit.

Samarite & cuthetei.

HISTORIA LIBRI DANIELIS INCIPIT.

¶ Danielem & contribules ananiam azariam & misaelem(eorum mutatis nominibus) de mensa regis cibos sumere & prouincialibus litteris erudiri iubet rex:sed illi a gentilium cibis abstinentes/ sapientia disciplina & corporali fortitudine diuinitus donati sunt danieliq; super ceteros somniorum data est intelligentia. Capitulum.x.

Porro rex babiloniorum nabugodonosor sumens omnes iudeorum nobiles. & cognatos regis eorum sedechię qui & puritate corporum & aspectus pulchritudine resplendebãt. pedagogis eos ꝓ diligentia exibenda cõtradidit.eosq; castrauit. Quod etiam eis quoq; quos ceperat ex alijs gentibus quas vastauerat cum essent in etatis huius pulchritudine cõstituti fecisse dinoscit.Iussitq; eis ministrari de mensa sua cibos: & erudiri prouincialibus litteris pariter & chaldeis. ¶ Erant autem isti sapientia quidem idonei habẽtes exercitũ potius. Inter quos erant aliqui de genere sedechię quatuor optimi & natura benigni.Alius quidem daniel. alius autẽ ananias:alius misael. quartus autẽ vocabatur azarias.Horum babiloniorũ rex nomina cõmutauit:& alijs iussit vocabulis appellari. Et danielem quidem vocabat balthasar.ananiam vero sidrach.misael autẽ misac.azariam vero abdenago.Hos autẽ rex cũ essent nimis ingeniosi & circa litterarũ doctrinas assidui:habebat in honore & dilectione pręcipua. ¶ Placuitq; daniel cum cognatis suis vt se a cibis regię mensę suspenderent:& ab omnibus animatis generaliter abstinerent.& accedentes ad achan alias malassar eunuchum cui eorum diligentia erat a rege cõmissa.rogauerũt eum vt ea quę rex iusserat eis expendi ipse pciperet & eis legumina comedenda pręberet. vel quid aliud inanimatũ vellet ad istos cibos se esse dicentes deditos.& alios sibi valde contrarios.Ille vero paratũ quidem se esse dicebat eorum volũtatibus obedire. sed metuere regem ne per corporis maciem vultusq; mutationem proderentur regi eo q ab epulis abstinerent dicens esse consequens vt pro qualitate ciborum:eorum quoq; color & corpora mutarentur & dum alij pueri bene refecti a rege vincerentur: isti & periculi & supplicij auctores existerẽt. Dum igitur aschanis fortitudinem hanc haberet persuaserunt ei vt pro experimento decem diebus hęc ministraret illis:& dum habitus eorum corporis minime verteretur ad peius.in his sine dubio permanerent:tanq̃ ex hoc ledi nõ possent.Si vero eos subtiliores inspiceret & deteriores ab alijs ad peiora conuiuia reuocaret.Quos dum non solum cibus ille nõ noceret:sed etiam magis q̃ aliorum pinguiora atq; decentiora eorum corpora reperiret ita vt illi quibus regalia conuiuia pręparabant inferiores essent:daniel autem & qui cum eo erant crederentur in magna copia epulisq; conuiuere ex illo tẽpore audacter eschanis ea quidem quę de mensa regis quotidie illis pueris mittebatur ipse sumebat & illis quę prędicta sunt ministrabat. ¶ At illi dum & anime eorum propter hoc essent limpide & ad doctrinas euecte:corporaq; ad laborẽ apta cõsisterent. Non enim aut animas habentes habeãt pro ciborum varietate confusas aut corpora per caldẽ

Daniel ananias misael azarias de sanguine regis ꝓgeniti mutatis noĩbus vocati sunt balthasar sidrach misac abdenago.

epulas molliora. omnes velociter didicere doctrinas: quecunq; & apud barbaros erant et apud chaldeos. Precipue tamē daniel sapientia erat idoneus & ad somniorū interpretationes expertus. eiq; reuelabatur aperte: diuinitas.

¶ Somniū Nabugodonosor obliuiscens (vt eius memoriam & interpretationē habeat) ariolos & magos vocat quos vna omnes perire iubet. quod cognoscēs daniel (oratione ad deum premissa) & somniū recitat & eius expositionē declarat & ariolos & magos a morte liberat. qua audita rex eum adorauit dei sibi nomen imponens & totius regni ꝓcuratorem cōstituens. Ca.xj.

IGitur post annum secundum egyptiace vastationis rex nabugodonosor vidit somniū valde mirabile. cuius explanationem ipse ei per somnium deus apparuit. Quam dum euigilauit oblitus mox vocauit caldeos & magos atq; diuinos. seq; dixit vidisse somnium & expositionem eius & hec simul oblitum: iussitq; vt dicerent & somnium & quid significare videretur. Illis vero dicentibus hec inuenire esse hominibus impossibile. sed si visionem exponeret somnij explanationem ab eis audiret interminatus est eis mortem nisi somnium eius edicerent. Et dum faterētur non posse quod iubebat fieri omnes vna precepit occidi. ¶ Daniel autem audiens quia omnes sapientes rex iussisset interimi: inter quos & ipse cum suis cognatis periculo subiaceret. accessit ad ariochin alias arioch cui fuerat principatus commissus super regis armigeros eumq; rogauit vt ei causam ediceret pro qua rex omnes sapiētes & chaldeos & magos iussisset occidi. Et dum de somnio cognouisset & quia iussisset rex indicari sibi quam viderat visionem. quod dum non potuissent facere / ad suum interitum ꝓuocassent regem: rogauit ariochin: vt ingressus ad regem vnam noctem peteret vt a magorum nece se retineret. sperare dicensq; ea nocte supplicans deo somnium regis agnosceret. Ariochis vero nunciauit regi indutias quas posceret daniel. ¶ Tunc ille puer cum suis cognatis ad habitaculū proprium veniens tota nocte rogauit deum. vt ei somnium indicaret ne magi & chaldei & inter eos illi perirent. sed vt eos potius ab ira regis eriperet atq; ostenderet visionē quam rex reuelatam sibi nocte preterita noscebatur oblitus. Deus autem misericordiam habens illorum qui periculo subiacebant simul & danielis & somnium ei & modum eius explanationis innotuit: vt ab eo rex etiam quod significaret agnosceret. ¶ Daniel autem hec a deo sibi reuelata cognoscens. gauisus surrexit: & hoc fratribus indicans illos quidem qui de vita iam desperauerant & parati videbantur ad mortem ad securitatē & spem vite reduxit: deo autem precipue gratias egit qui misericordiā eorum etatis habuisset. ¶ Factoq; die venit ad ariochin petens vt eum introducere deberet ad regem ac dicens reuelare somniū quod viderat transacta nocte narrare. ¶ Ingressus igitur ad regem daniel hoc primo poposcit. ne sapientior putaretur ab alijs chaldeis & magis quia dum illi somnium nequaq̄ inuenire possent ipse indicaturus accedere quando non experimento humano nec quia maiori studio mente propria laborasset hoc sciret: sed miseratus inquit deus omnium qui mortis videbamur periculo constituti & mei simul & qui eiusdem sunt gentis / omnium explanationem michi eius aperuit. Non enim minus pro illis q̄ pro nobisipsis vite terminum te iubente mulctatis sollicitus eram / dum vtiq; iniuste viros bonos & optimos mori preciperes: quos nichil quod sit humane sapientie precepisti facere: sed quod dei solius est ab eis exigere voluisti. Tibi siquidē cogitāti quis possit totius mūdi tenere principatum: volens deus regnaturos ostendere / huiusmodi somnium reuelauit.

¶ Vidisti enim statuam valde ꝓceram cuius caput erat quidē aureum: humeri vero & brachia argētea: venter autem & femora erea: crura pedesq; ferrea. Deinde vidisti lapidem de mōte abruptum cecidisse super statuam eamq; prostratam contriuisse totam & nullam eius partem integram reliquisse Aurum vero & argentum & es plus farina coatritum: & spiritu vehementer flante direptum atq; dispersi in lapidem vero creuisse tantum: ita vt omnis terra ab eo videretur impleta. ¶ Somniū itaq; quod vidisti hoc est. Cuius interpretatio hunc habet modum. Caput quidem aureum te significat: & qui ante te in gente babilonia regnauerunt. due inquit manus & humeri indicant. quoniā a duobus regibus videtur posse destrui principatus. Illorum denuo alter quidem ab occidente erit destructurus imperium similis eramento Cuius rursus regnum cessare faciet qui ferro videtur equalis tenebit q; omnia quia ferri natura sit robustior auro & argento simul & ere. ¶ Significauit quidem & de lapide regi daniel. quod michi non placuit indicare sed preterita que sunt iam facta describere: nō futura tractare. ¶ Si quis autē integritatem desiderans vult hec perscrutari de incertis (vtrū fiant) studet agnoscere festinet librum legere danielis: quē inueniet inter litteras esse diuinas. ¶ Rex autē nabugodonosor hec audiens: & somnium suum agnoscens. obstupuit ingenium danielis: & procidens in faciem eo modo quo deus adorat salutauit danielem. eiq; sacrificari quasi deo precepit: cui etiam proprij dei imposuit nomen: & ꝓcuratorem totius regni esse constituit cum cognatis suis qui per inuidiam & dolum pericula sustinuerunt. & regem ex huiusmodi causa offendisse videbantur.

Sōniū nabugo. j. cuius oblitus magos & diuios vocat, ꝑ expōne quos oēs vna perire iubet

Oro danielis ad deū pro cognoscēdo somnio & liberatione magorum que exaudita est.

Verba danielis ad regē hūilis.

Reuelatio somnij regis ꝑ danielem.

Interp̄tatio sōnij & expositio

Recusat Iosephus iudeorū cecatus ꝑfidia expōnē de lapide facere. vide bibliam.

¶ Simulachrũ statuę rex pręcepit omnibus adorandum quod daniel & contribules non venerantes apud regem accusantur qui victi in ignem missi diuinitus illesi liberantur. Secundum somniũ daniel solus interpretatus est nabugodonosor qui septem annis in deserto cum bestijs habitans demũ regnũ recepit quo mortuo filius eius nabugodonosor (vt berosus meminit) i regno successit post quẽ amilmadapacus post filius egesarius quo mortuo ad labadosarcum filium transijt imperiũ post quẽ balthasar (qui nabor nuncupatur) regni suscepit gubernacula.

D

Capitulum.xij.

Statuę regis descriptio & circa hanc mãdatũ q̃ est scđa visio & licet sit historica est tñ cũ hoc ꝓphetica.

INterea rex dum fecisset statuam auream altitudine sexaginta cubitoꝝ latitudine sex & eam statuisset in maximo babilonie campo dedicaturus eam cõuocauit terrę (cui pręerat) principes vniuersos eis primo pręcipiẽs vt dum audirent tubę sonum ꝓstrati: statuã pariter adorarent. Qui vero hoc nõ facerent eos ignis caminũ interminatus est esse mittendus. ¶ Omnibus ergo post tubę sonitũ adorãtibus simulachrũ daniel & cognati eius minime fecisse dicunť nolentes vtiq; leges priuari paternas. Qui dum vincti fuissent repente in ignẽ missi & inopinabiliter diuina ꝓuidentia liberati mortis pericula fugerũt. Nõ enim cõtigit eos ignis. Reor itaq; eo ꝙ nichil iniuste fecissent: in caminũ missi nõ sunt ab igne contacti: & facta est flãme natura debilior: habens in se dei ministros. qui eorũ corpora esse talia pręparauit. vt nõ potuissent ab igne cõsumi. Hoc ergo factum ostendit eos apud regẽ iustos atq; religiosos. pro quo habebanť ab eo in honore pręcipuo. ¶ Post paululũ itaq; tempus denuo vidit in somnis rex aliam visionẽ quia casurus de regno cũ bestijs esset habitaturus. & cũ degisset hoc modo annis septem in deserto reciperet denuo principatũ. Hoc cum dixisset somniũ magos denuo conuocauit. eisq; referens quod viderat interpretationẽ congruam exigebat. Et aliorũ quidem nemo potuit virtutem somnij cõprehẽdere: neq; regi manifestare. Daniel vero solus & hoc exposuit. & sicut ei pręd ixerat ita prouenit. Nam cum habitasset pręd ictũ tempus in heremo nullusq; pręsumpsisset septem illis annis rerum dominũ detinere / supplicans deo vt regnum reciperet. denuo reuersus ad eum est. ¶ Nullus igitur me culpet eo ꝙ ita narrauerim singula: sicut in antiquis libris inueniuntur scripta. Nam in ipso historię meę principio propter eos qui questionem faciunt aut in aliquo culpare nituntur astruxi. dicens translaturum me libros hebraicos in eloquium & grecũ. hos volẽtibus aperire neq; adijcere ipse aliquid seorsum neq; substrahere me promittens. ¶ Porro nabugodonosor cũ vixisset annis quadraginta & tribus defunctus est: vir illustris: & prioribus regibus valde felicior. Meminit huius actum & berosus in libro tertio historię chaldeorum ita dicens. Audiens autem pater nabugodonosor quia satrapa qui constitutus fuerat in egypto & locis syrię & phenicis. recessisset ab eo: cum ipse iam fatigari nõ posset: cõmittens filio nabugodonosor iuueni quãdam partẽ exercitus misit aduersus eum qui ab eius patre recesserat. facta dimicatione & eum vicit: & prouinciam ex isto principio suo subiugauit iperio. ¶ Eo siquidem tẽpore contigit vt pater nabugodonosor egrotaret in babilonię ciuitate & a vita recederet qui regnauit annos viginti & vnũ. ¶ Nabugodonosor autẽ nõ post multum tempus mortem patris agnoscens & disponens causas egypti. reliquãq; ꝓuinciam & captiuos eius & phenicum & syriorum & gentium egyptiarum: & pręcipiens quibusdam amicis vt cum magna virtute & omni vtilitate ad babiloniam cuncta deferrẽt. ipse cum paucis per desertum venit ad babiloniam / & potitus rerum quę gubernabatur tunc chaldeis a quodam viro optimo sibimet reseruanti: totius regni paterni dominus est effectus. Captiuis autem venientibus habitationẽ constituit in locis oportunissimis babilonię ciuitatis. Ipse vero de manubijs hostium & templum beli & reliqua largissime nimis ornauit & antiquę ciuitati. Alia quoq; contulit & prisca reparauit: ita vt nequaq̃ obsidentes valerent fluuium conuertere & ciuitati aliquo modo pręualere. Erexitq; tres porticus intrinsecus: tres extrinsecus de latere octo: decenterq; muniens eam & exornans valde magnifice: paternis quoq; regalibus: alia proxime regalia fabricatus est. quorum spacia & reliquam multitudinẽ dicere credo superuacuum. verũtamen hoc sciendum quia dum essent hęc magna & nimis eximia. diebus sunt quindecim cõsummata. In istis vero regalibus lapides posuit. quorũ similis erat instar mõtis & plantauit diuersas arbores. fecitq; ortum quod suspensibile dicebatur: eo ꝙ vxor eius possessionem regiõis proprię videre desideraret quę nutrita fuerat in locis medię. ¶ Horũ itaq; meminit etiã megastenis in quarto inditiorum libro. vbi nititur approbare hunc regem fortitudine & actuum magnitudine herculem transcendisse. dicit eum vastasse libien ciuitatem & hyberiam. ¶ Sed etiam diocles in secundo persicorum libro meminit huius regis & philostratus in indicis & phenicis hystorijs dicit quia iste rex obsedit tyrum annis tribus & decem mẽsibus cum tempore tyro regnaret ioatha bubalias ioath abules. Hoc ergo modo diuersi scriptores huius regis facere memoriã. Post mortem vero nabugodonosor amilmadapacus qui & ibamathadacus filius eius suscepit regnum & hierosoli

Scđm sõniũ nabugo. qđ poniť ĩio tertia.

Daniel solus sõnium interpretatus est.

Translatio vera iosephi de hebręo i grecum.

Nabugodonosor pater regnauit annis viginti & vno.

Megastenes historiographus. Diocles Philostratus Reges babilonię.

da E

F

mitatum regem iechoniam qui & ioachim soluit a vinculis. eumq; inter amicos necessarios habuit. & multa ei dona concessit:fecitq; in babilonia inter reges haberi. Nam pater eius fidem non seruauerat ieconie: qui se vtiq; cum vxoribus & filiis & omni cognatione sponte tradiderat pro ciuitate ne sicut prędiximus obsessione capta vastaretur. moriente vero amilmadapacho post annos decem & octo sui regni egesarius filius eius tenuit principatum quadraginta annis. Eoq; mortuo. ad eius filiū labadosarcum peruenit imperium. Quod dum nouem mensibus habuisset. eo defuncto transijt ad Balthasar. qui nabaor nuncupatur.

Bellum mouente ciro persarū & dario medorꝝ regibus contra balthasar superbū deiq; vasa prophanantē tunc sibi visio manus in pariete scribētis manifestata est qui in angustia cōstitutus: vocatis ariolis: torquē & tertiam regni partem ꝓmittit exponēti. Quod daniel: cū nullus sciret: manifeste quid mane thechel phares significarent declarauit: qui quod ꝓmissum donatū est & non post multū tempus capto balthasar a ciro persarū rege destructa est babilonia. Ca.xiij.

Bellū ciri & darij cōtra balthasar babiloniȩ regē supbū qui vasa dei ad ꝓphanos vsus abusus est.

CONtra hunc itaq; regem castrametati sunt cirus persarum rex & darius medorū. Qui dum obsiderent eum in babilonia mirabile quoddam prodigiū contigissē dinoscitur. Iacebat nāq; cenans in domo maxima. & conuiuiis regalibus oportuna cum suis cōcubinis pariter & amicis. Placuitq; ei vt de proprio templo vasa dei deportarent̄ quę de hierosolimis deprędatus nabugodonosor vsus quidem non fuerat: sed in templo suo dicauerat. At ille superbia ductus est vt eis vteretur ad pocula. & hoc modo blasphemaret in deum. ¶ Tunc itaq; vidit de muro venientem manum: & in pariete quasdam sillabas scribentem. Qua visione turbatus conuocauit magos atq; chaldeos. & omne genus similium qui inter barbaros somnia & huiusmodi signa discernere pręualebant. vt ei quę fuerant scripta manifestarent. ¶ Cumq; magi nichil penitus inuenire neq; intelligere se posse dicerent in angustia rex constitutus & multa tristicia propter hanc sic inopinabilem causam in omnem prouinciam prędicari fecit. vt qui litteras illas quę per eas significarentur: posset exponere. ei torquem auream vestemq; daret purpuream sicut chaldeis regibus mos erat vti. & tertiam partem sui pariter principatus. Quo facto dum multi magi concurrerent vt propositam munificentiam regis haberent: inuētionem aut significationem litterarum nequaq̄ inuenire poterant.

Promittit rex visionē exponēti torquē & tertiā regni partē.

¶ Dūq; regem videret in anxietate sua auia cōstitutum. cepit eum cōfortare ac dicere eo ꝙ esset quidam de iudeę captiuis ex eorū genere quos deduxerat nabugodonosor cum hierosolimā deuastasset: cui erat nomen daniel. vir sapiens & argutus vt possit res inuenire difficiles. & quę deo soli videntur notę qui etiam nabugodonosor regi cum nullus alter potuisset dicere quibus regebat ad agnitionis lumen adduxerat quod querebat adijciens vt aduocaret & peteret quatenus de litteris eo narrāte agnosceret quod nullus poterat inuenire si triste aliquod signum significaret a deo. ¶ Hęc audiens balthasar. daniel ad se venire pręcepit. Cui dum dictum fuisset de eo eiusq; sapientia: quia ei spiritus sanctus inesset & solus inuenire posset quę alij neq; mente cōciperent poscebat: vt ea quę scripta fuerāt & quę significare poterant indicaret. Quod si faceret: purpura vestiendū & torquē auream circa collum eius dandam esse promisit: insuper ei partem tertiam regni pro honore sapientię conferēdam: & ex eis insignis videntibus appareret. ¶ Quo facto doniel dona quidem eum apud se retinere dixit sapiētiam namq; & diuinitatē sine suffragijs semper existere & gratis prodesse credētibus. ea vero quę scripta videbatur ei significaturum se esse promisit. dicens hęc eius vitę indicare subuersionem: eo ꝙ neq; ex his ex quibus parens eius propter iniurias fuerat castigatus ille didicit esse pius & nihil vltra humanam cogitare naturam: quando & nabugodonosor mutatus in bestiam: propter ea quę impie gesserat post multas pręces ac supplicationes misericordiā potuit promereri & ad humanam redire conuersationem: ac regna pristina reparare. Qui propter hęc deum solum omnē babere virtutem. & humano generi prouidere: donec aduixit asseruit. Tu inquit obliuionem horum habens multumq; diuinitatem blansphemans/ in eius vasis vna cum tuis concubinis tibi ministrari fecisti. Quę videns deus & iratus per ea quę scripta sunt pronunciauit. qui tibi terminus sit futurus. Ille vero litterę designant hęc. ¶ Mane. quod latina lingua significare potest numerū quia vitę tuę inquit deus tēpus & regni dinumerauerit: & paruum tibi superesse decreuerit. ¶ Techel quidem. hoc significat pōdus. Apponderans inquit deus tuę vitę tempus. iam illud declinare pronunciat. ¶ Phares. sed hoc fragmentum significat lingua romana. Frangit inquit deus regnum tuum. & medis illud per eisq; distribuit. ¶ Cumq; daniel hęc indicare dixisset quę fuerant in pariete conscripta balthasar quidem tristicia qualis poterat pro tante calamitatis significatione prouenire detinuit. non tamen prophetę quasi malarum rerum in dictu dona quę promiserat denegauit. sed cuncta concessit. cogitans quia illa quidem pro quibus darentur propria eius & non prophetantis essent. Illum vero qui hęc ve re discreuerat. virum bonum dicebat simul & iustum. ¶ Igitur non post multum tempus & ipse

Auia cōsolatur balthasar danielē significās visionē posse exponere.

Spiritualia gratis danda.

Factus ē bestiā Nabugodonosor scđm hunc actorē. sed hoc reprehendit de lyra i glo. super dan̄. ca. iiij. vide ibi.

Balthasar ꝓmissa dedit danieli

Balthasar captus a ciro psarũ rege anno regni decio octauo & babilonia destructa.

captus est & ciuitas ciro persarum rege aduersum eum fortissimę dimicante. Balthasar enim ipse est sub quo capi contigit babiloniam cum regnasset iam decem & octo annis nepos nabugodonosor regis.cui talem terminum fuisse percepimus. D

¶ Daniele propheta a rege honorato et in media inter satrapas principali constituto conta eum alij inuidia agitati mortem machinatur qui (procurantibus emulis) in leonum lacu deuorandus immittitur sed diuinitus pręseruatus est inimici eius:pręcipiente rege:a leonibus statim deuorati sunt. Quibus peremptis rex danielis deum adorauit ipsum solũ omnipotentē prędicans & danielem pręcelso honore exaltans principem suorum fecit amicorꝝ. Qui in media mausoleũ pro sepeliendis persarum & medorꝝ regibus edificauit. Quemq; iosephus super ceteros prophetas multipliciter exaltat Cumq; visionē in susis arietis & hirci habuit eius explanationē sapientissime disseruit. Ca.xiiij.

Daniel ,ppheta maximo honore habitus est apud dariũ regē & ductus in media vnus inter tres satrapas cōstitutus.

DArius autē astiagis filius qui babilonioꝝ principatũ destruxit cum ciro cognato suo annum habebat sexagesimũ & secundum cum babilon fuisset inuasa qui tamen alio nomine vocabaẛ a grecis.quiq; danielem ,ppheta sumēs ad se in medam duxit: & omni eũ honore celebrauit. Erat enim vnus inter tres satrapas quos darius sup trecētos satrapas istituerat. Daniel itaq; cũ esset apud dariũ in honore pręcipuo.ita vt quasi ei soli cũcta viderenẛ esse cōmissa.inuidię apud ceteros crimine laborat Mordētur enim qui quosdã apud principes plusq̃ se valere cōspiciunt. Et dum quererēt occasionē & derogationis fomitem vidētes eum apud darium esse probabilē nullam iueniebãt causam. Nam dum esset super thesauros & omne suffragium oblatum a quocũq; despiceret: cui turpe videbaẛ aliquid etiam ,p bonis rebus accipere nullã criminis causam accusatores inuenire faciebat. ¶ Illi vero cum nichil haberent qđ cōtra danielem dicentes regi eũ possent honorare priuare aliũ quesiuere modum quo eũ minorē apud gratiam regis ostēderent. videntes namq; eum tertio in die orantē ad deum occasionē sę inuenisse putauerunt:per quem pderent danielem. Et venientes ad darium nũciauerunt qui satrapis & eius pricipibus placuisset vt triginta diebus populus requiesceret quatenus neq; ipsum aliquid neq; deos eorum adiret similiter nec exoraret. Quorum si quis sententiã trãscēderet in lacum leonũ periturus includeretur. Rex autem eorum nequiciã non intēdens neq; hęc contra danielem arbitratus facta molimina dicit placere sibi quę ab eis decreta videbantur & eorum sententiam confirmare promisit. Proposuitq; decretum in populo.quod satrapum placita designabant. Et ceteri quidã iussa custodientes ne trãscenderent quę pręcepta videbantur a rege quiescebãt. Danieli vero nulla fuit in istis cura sed vt erat solitus stans deũ cunctis inspicientibus adorabat. Satrape vero occasione sumpta quam contra danielem inuenire querebant mox venerunt ad regem accusantes eum tanq̃ solus daniel p̄cepta trãscenderat. quia dum nullus alter apud eos orare pręsumeret q̄ non quidam ,ppter impietatem sed propter custodiam fieret pręceptorum:ille cōdemnãs pręcepta ad suum oraret deũ Credentes etenim quia propter magnum fauorem: quo eum darius diligebat etiam illorum decreta contemnens danieli veniam daret. in hoc potius habentes inuidiam magis instabant: & ad nullam mãsuetudinem recedebant:sed eum secundum legem datam in lacum leonum esse proijciēdum poscebant. ¶ Sperans autem darius quia eum eriperet deus: & nichil a bestijs sustineret aduersum consolabaur eum,vt fortiter ferret euentum. Rex itaq;(dum fuisset in lacum missus daniel) signato lapide (qui pro ianuis in eius positus erat ore) discessit. & incenatus totam noctem duxit in somnē mestus & pro daniele nimis afflictus ¶ Die vero facto surgens & aperiens hostium clamauit voce magna danielẽ requirēs si sanus esset. Quo respondente regi qui nichil passus fuisset mali iussit eum repente de lacu ,ptrahi bestiarum. Inimici vero videntes nichil mali pertulisse daniel dicebant regi non eum ,puidentia diuina custoditum sed satiatos leones copijs contingere eum noluisse. Ille vero eorum nequitiam videns iussit leonibus multas carnes apponi. Eisq; satiatis inimicos danielis in lacum pręcepit immitti vt si reuera per satietatē ad eos minime leones accederent: hoc aperte cognosceret. Quo facto: & satrapis in lacũ positis dario manifestatũ est quia diuinitas saluauerit danielē. Leones eñ nulli eorum penitus pepercerũt.sed omnes pariter discerpserũt quasi rabida fame pleni: & nulla cibi copia recreati. Arbitror enim quia non fuerant ad hoc fame prouocati leones qui vtiq; paulo ante videbantur carniũ abundantia satiati.sed hominum nequitia etiam irrationabilibus erat animalibus manifesta simul et quia dei volũtate vocabanẛ ad pœnam. ¶ Peremptis itaq; hoc nō danielis inimicis rex darius quod actum fuerat diuulgauit in omni prouincia laudans deum quem daniel colebat eũq; verum & omnipotentem asserens esse solum: habuit autem etiam daniel in honore pręcelso.principem eum suorum faciens amicorum. ¶ Cum ergo daniel sic esset insignis & clarus eo q̄ religiosus existeret: edificauit in egbathanis alias echbathanis medie mausoleum valde pręclarum & mirabiliter nimis instructũ. Qđ equidē manet hactenus; & vidētibus creditur nup edificatum ita vt ea die

Malicia iuidoꝝ cōtra danielem occasionē mortis machinãtiũ.

Daniel (eũ inuidis accusãtibus) i lacu leonũ mittiẛ mestus rex.

Inimici danielis in lacũ leonũ (pręcipieēte rege) statim deuorantur.

qua conspicitur putetur esse constructum sic eius pulchritudo noua videtur & solida nullaq; senectu te tam magni temporis longeuitate confecta: cum edificia eadem quę homines patiantur: & ad vetu statem veniāt & sua fortitudine longeuitate careant: ac proprij decoris amissione marcescant. Hactenus enim sepeliuntur ibi medorum reges atq; persarum pariter & parthorum. Et cui hec cura committitur sacerdos est iudeorum: & hoc fit vsq; ad pręsens tempus. Dignum est enim de daniele dici. ꝙ maxime quilibet audiens debeat ammirari. Qui dum mirabiliter & quasi vno quodam loco maximo positus omīa prophetasset: & vitę suę tempore apud reges & plebem in honore fuit. & gloriam & memoriam possidens sempiternam. Omēs namq; libri quoscunq; scribens dereliquit legūtur hactenus apud nos: & ex his credimus quia danieli loquebatur deus. Non enim solum futura sicut alij quoq; prophetę dixit: sed etiam tempus diffiniuit quo hęc necesse sit adimpleri. Prophetis nāq; prioribus mala prędicentibus & propterea a regibus & populo non bene susceptis: daniel bonarū rerum propheta fuit apud eos & propter famam rerū quas pręd icebat. fauorem videbatur habere cunctorum. Per euētum vero causarum veracium acquirebat dictorum fidem: & opinionem diuinitatis habebat in populo. Reliquit enim ex his nobis quę conscripsit. vnde integritas eius prophetię & nulla mutatio possit cognosci.

Exaltādus daniel sup alios ꝓphetas multipliciter.

¶ Ait em̄ quia cum esset ī susis in metropoli perside cum suis sodalibus exiuit in campum & repente terremotu facto: relictus sit solus amicis eius per diuersa diffugiētibus conturbatus in faciem super ambas cecidit manus tum quodā tangente eum & inter hęc vt surgeret imperāte quatenus ea quę erant post multas generationes ciuibus euentura conspiceret. Dum surrexit ostēsum sibi dixit arietem magnū multa quidem habentē cornua: nouissimum esse pręcelsum. deinde respexisse quidem ad occidentē & vidisse hircum exinde ferri per aerem: cōgressumq; arieti & eū secundo cornibus impeditum prostrauisse in terram & vndiq; cōculcasse. deinde vidisse hyrcum de fronte cornu maximum produxisse: quo fracto: orta ex eo loco cornua quatuor & ad ventos singulos esse cōuersa inter quę aliud paruulū ortum fuisse conscripsit. Quod dum crescere dicebat deus qui hęc monstrabat expugnaturum fore eius gentem & ciuitatem fortiter esse capturum templumq; cōcrematurum: & sacrificia fieri prohibiturum. diebus mille ducentis & sexaginta sex.

Visio danielis de ariete magno habēte multa cornua & de hirco.

¶ Hęc quidem in campo qui est in susis daniel se vidisse conscripsit. & tali modo deum sibi hanc aperuisse visionem exposuit arietem quidem regnū persarum & medorum significare dicēs. cornua vero eos qui regnaturi forent. Nouissimū vero cornu significare dicens vltimum regem & hunc diuitijs & gloriam priorum esse pręcipuum. Hircum autem significare narrabat quia aliquis de gręcis regnaturus esset: qui secundo congressus aduersus persam eum bello deuinceret & omnem gloriam eius principatus auferret: & maximo cornu quod erat in hyrci fronte primum significaturi regem & ortum quatuor cornuū illo cadente quia quatuor partes terre videbantur aspicere successionem vniuscuiusq; post obitum primi regis dixit annunciare. & diuisionem regni inter eos esse faciendam dum ille prior nec filios nec cognatos habiturus esset multisq; annis in terrarū orbe esse regnaturos: & ex eis quendam oriri regem & expugnaturum gentem eius & leges atq; cōuersationem pariter ablaturum: & templum depredaturum. & sacrificia celebrare tribus annis esse prohibiturum. Et hęc vtiq; gens nostra sustinuit per antiochū qui appellatus est epiphanes hoc est pręclarus: sicut vidit daniel: & ante multos cō scripsit annos. Quę omnia ille (deo sibi monstrante) cōscribens reliquit. vti legentes & quę iam prouenere cōsiderantes credant in honore diuino fuisse danielem. Et per hęc quę sunt ita verissima epicureos errare cognoscāt. qui & prouidentiā vite negant: & deum res humanas curare non existimāt neq; a beata incorruptibiliq; substantia pro stabilitate cunctorū gubernari iudicant vniuersa: sed hūc mūdum sine rectore & sine cura aliqua ferri sponte cōfirmant. Quę ita sunt sine pręsule sicut naues gubernatoribus desolatas si ventorū violentia submergi conspiciuntur. aut currus sine agitatore confringi: ita & mundus sine prouidētię regimine olim potuit deperire quassatus

Expositio pdictę visionis.

Anthiochus epiphanes pessimus.

Contra epicureos & eoꝝ errorē

¶ Ego itaq; daniel dicta respiciens valde puto a vera opinione recedere eos qui nullam prouidētiam humanaꝝ rerum dicunt habere deum. Nō enim si hęc sponte gererentur secūdum illius prophetiam omnia prouenire conspiceremus. Ego siquidem de his vt inueni & legi ita conscripsi. Si quis autem vult opinionem aliam sequi crimen pro diuersa sententia habebit.

¶ Explicit liber decimus.

¶ Flauij iosephi de antiquitate incipit liber vndecimus qui continet tempus annorum ducentorum quinquaginta trium.

HISTORIA LIBRORVM ESDRE INCIPIT.

¶ Hebreorum populus a babilonica captiuitate anno septuagesimo per cyrum persarū regem liberatur: qui templi reedificandi & ciuitatis dedit libertatem eisq; in huiusmodi rebus auxilium pro misit vastare & vasa templi que nabugodonosor abstulerat reddidit iudeis eplamq; ad syrie sarapas pro ipsis hebreis (vt eos iuuarent) direxit: pœnamq; crucifixionis impedientibus imposuit. Cap. j. 1 E c. j.

Liberatio populi hebreorum a captiuitate babilonica septuagesimo āno p cyrū psarū regē qui eis libertatē tēplū reedificādi dedit &c.

ANno imperij primo regis persarum cyri. septuagesimo concurrente ex die quo nostrum populum cōtigit ex proprijs finibus ad babiloniam migrari: miseratus est captiuitatis deus & illius captiuitatis infœlicium iudeorum & sicut per hieremiā prophetam predixerat quam ciuitas euerteretur: postq̄ seruierunt nabugodonosor nepotibusq; eius. & hanc sustinuerūt seruitutē per annos fere septuaginta: rursus eos ad propriam restituit terram: & templum reedificare & preterita frui fœlicitate decreuit. Concitans ergo animum cyri: & fecit eum per omnem asyam scribere. Cyrus hec dicit. Quoniam maximus orbis terrarum deus regem constituit: credo hūc esse quem gens israelitarum adorat. Is enim & meum predixit nomen per prophetas: & quod templum eius edificaturus essem in hierosolimis in terra iudea. ¶ Hec autem cognouerat cyrus: legēs librum quem inter suas predicationes Esayas reliquerat. sic eum in archano predicauerat dixisse deum Quoniam volo cyrum quem multarū & magnarū gentium regem constitui: mittere populum meum ad ꝓpriam terram. & templum michi recōstruere. Hec ysaias predicauerat ante annos centum & quadraginta destructionis templi. ¶ Quem dum legeret cyrus & miraretur nomen dei impetus quidam eum accepit vt munificam impleret scripturam. Conuocans autem clarissimos iudeorum qui babilon habitabant/ dixit se cōcedere iudeos ad propriam remeare prouinciam: & ciuitatem hierosolimā & templum dei reconstruere. sed eos scilicet adiuuante. ¶ Tunc scripsit suis ducibus illius terre vicinis. vt aurum conferrent & argentum ad templi renouationē: insuper & ad immolanda pecora. ¶ Hec cyrus cum israelitis dixisset: egressi duarum tribuum principes iude ac beniamin. vna cum leuitis & sacerdotibus ad hierosolimam peruenerūt. Multi vero residerunt babilonie: minime passi possessiones suas relinquere. ¶ Quo dum venissent: omnes amici regis adiuuabant eos: & conferebant ad templi reuocationem. alij aurum alij argentum: quidam autem & equos ac iumentorū multitudinem & vota deo reddebant & constitutas secundum veteram consuetudinem immolatiōes celebrabāt: tanq̄ creatam & antiquā consuetudinem religionis rediuiuā. ¶ Transmisit etiam cyrus vasa dei: que auferens a templo nabugodonosor: ad babilonem vsq; portauerat. Que reuehenda tradidit mitridati custodi thesaurorū suorum: precipiens ea dari seruanda abassaro/ donec templum reedificaret: perfecto autem ea traderet sacerdotibus & principibus vulgi reponēda in templo. ¶ Direxit autem epistolam cyrus ad syrie satrapas hec cōtinentem. Rex cyrus sisinio alias sisinnio & sarabene alias satrabane salutem. Iudeos terram meam inhabitātes qui voluerint ad suam patriam redire permisi & ciuitatem renouare templumq; dei in hierosolimā rursus edificare. in eodem loco in quo prius fuerat constitutum. Misi autem & mitridatem pecuniarū mearum custodem. & zorobabel principē iudeorum: vt fundamenta restituant templumq; recondant. Cuius altitudo sit cubitorum sexaginta: eorūdem & latitudo & faciant tres parietes lapideos ex lapide polito: & vnum parietem ligneum ex materijs ipsius prouincie. similiter & altare super quod immolent deo. Sumptus vero de meis in his omnibus volo fieri. Transmisi etiam vasa que de templo rex nabugodonosor abstulerat tradens ea mitridati pecuniarum custodi zorobabel principi iudeorum quatenus ea ad hierosolimā reportent & templo dei restituant: quorū numerus est tantus. Refrigeratoria aurea quinquaginta. argentea quadraginta. situle auree quinquaginta. argentee quingenta. libatoria aurea triginta. patere auree triginta. argentee/ duo milia quadringēte. & vasa alia maxima mille. Cōcedo etiam eis honorem quo patiebant parentes eorum. Preterea pro iumentis & vino & oleo dragmas ducentas & quinq; milia qngentas. & ad similam tritici viginti quinq; milia quingentos artabas que iubeo preberi de tributis samarie. Faciantq; ei immolationes in hierosolimis sacerdotes secundum legam mosaycam: & offerentes supplicent deo pro salute regis & generis eius: vt regnum persarum permaneat. ¶ Eos vero qui hec cōtempserunt vel infirmauerint iubeo crucifigi. substantiasq; eorum esse regales. Et epistola quidem hec habuit. ¶ Hi autem qui ex captiuitate ad hierosolimam cōuenerunt fuerunt quadraginta milia & duo: & quadringenti sexaginta.

Cōuocatis iudeorum clarissimis cirus dat libertatē reedificādi templum eisq; auxiliū prestare promittit aurum.

Cyrus vasa templi que nabugodonosor abstulerat reddidit iudeis.

Mitridates thesaurarius cyri. Zorobabel iudeorū princeps

Numerus vasorū templi p cirū restitutorum.

Pœna cōtra impediētes iudeos Clarius numerātur in biblia.

1 I E 1. 4

¶ Cuthei (qui samarite dicti sunt) iudeos a templi reedificatione impedierunt ignorante ciro qui ad bella occupatus exercitum contra massagetas ducēs vita priuatus est cui in regno filius cābises (qui in biblia artaxerses nuncupatur) successit ad quem (scribentibus samaratinis) templi apus (re-

ge iubente)nouem annos intermissum est. Capitulum secundum.

Sed cum mitterent templi fundamenta & nimis circa edificia festinarent: omnes in circuitu gentes presertim cuthei quos a media & persidia terra salmanasar rex assyriorũ migrãs habitare fecit samariam cum exinde populũ israel tulisset. petebant satrapas & eos qui edificia curabant vt impedirent iudeos ne instaurarent ciuitatem templumq; construerent. Qui pecunijs corrupti vendiderunt cutheis negligentiam & secordiam ędificationum. ¶ Hęc cyrus ad bella occupatus ignorabat: qui exercitum ducens contra massagetas vita priuatus est. ¶ Cambise autem filio cyri principatum suscipiente: qui in assyria & phenicę & amonitidę & moabitidę ac samaria morabantur epistolam mittunt hęc continentem. Domino serui reũ beeltheen alias rathimus omnia accidentia scribens & semeleius alias samsai scriba & curia syrię iudicesq; phenicis. cognoscere te rex oportet iudeos qui a babilone deducti fuerant ad nos redisse: & ciuitatem rebellam ac maliuolã & fores eius ac muros edificare: templumq; reconstruere. Scito autem his perfectis neq; tributa eos pati reddere neq; obaudire. sed etiam regibus resistere & magis imperare q̃ obsequi festinare. Dum autem edificatur templum & fieri festinatur: optimum nobis visum est rescribere tibi quatenus monimenta parentum tuorum inquiras in quibus inuenies rebelles iudeos & regibus inimicos: ideoq; ciuitatem eorum fuisse destructam. Propterea visum est nobis & hoc vobis certũ fore. quod fortasse nescitur quoniam si ciuitas renouata & muris vndiq; munita fuerit: viãtibus iter claudetur ad inferiorem syriam & phenicem. ¶ Postq̃ vero cambises legit hanc epistolam: natura maliuolus existẽs mouetur: & scripsit hęc dicens. Rex cãbises rathimo accidẽtia scribẽti & belle senio & semeleio scribe & reliquis constitutis & habitantibus phenicem & samariã hęc dicit. Legẽs missos a vobis apices iussi parentum meorum inquiri volumina & inuenta est ciuitas inimica regibus semper existere: & seditiones ac bella habitatoribus eius mouisse regesq; eorum cognouimus potẽter & violenter tributa inferioris syrię & phenicis exegisse. Igitur pręcipio minime cõcedi iudeos ciuitatem edificare ne plus crescat eorum malicia qua semper contra reges vsi sunt. ¶ Cum has litteras legissent rathimus & semeleius scriba & qui cum eis erant: statim equis deuecti propere ad hierosolymam ducentes secum multitudinem aduenerunt. & ciuitatem & templum ędificare iudeos vetabant. Quę quidem opera per annos nouem impedita sunt vsq; ad secundum annum darij regis persarum. Nam cambises sex annis regnauerat. Qui cum subditis ęgyptijs reuerteretur: defunctus est in damasco.

Cuthei qui Samaritani dicuntur impediũt iudeos a tẽpli ędificatione.

Cyrus i bello moritur.

Rescriptio cambise maliuoli ad samaritãos qua pręcepit iudeos ĩpediri a reedificatione ciuitatis & templi.

Intermissum est opus tẽpli & ciuitatis per nouẽ annos.

¶ Defuncto cambise darius histaspis a septem sapientibus (qui & domini apud persas nuncupabantur) rex ordinatus ad quem zorobabel hebręorum dux veniẽs honorifice receptus est eiusq; corporis fit custos cui & alijs custodibus sui corporis postq̃ prouincialibus principibus: is ęnim centum & viginti septem prouincias inditione habebat magnificam fecerat cenam. quęstiões proposuit dissoluendas magna promittens illi qui suę interrogationi sapienter responderet prępositis enim quęstionibus prima vtrum fortius sit vinum secunda vtrum rex tertia vtrum mulieres & demum an his omnibus fortior sit veritas primus excellentem vni fortitudinem disputauit secundus regis fortitudinem manifestauit deniq; zorobabel mulierum ostensa fortitudine pręcedentia pręcellere etiam begaci regis exemplo veritatem(quę perpetua est atq; immortalis) fortissimam super omnia declarauit. Capitulum. tertium.

Post magorum vero ĩteritum qui defuncto cambise principatum persarum tribus annis tenuerunt hi qui septem domini nuncupãtur apud persas filium histaspis darium regẽ ordinauerunt. Qui dum priuatus esset. deum orauit vt si fieret rex omnia dei vasa quanta babilonię inuenirentur. ad templum hierosolimitanum mittere se promisit. ¶ Cõtigit eodem tempore proficisci zorobabel ducem captiuorum iudeorum ab hierosolymis ad darium qui regi quondam amicus extiterat vnde etiam corporis eius custos cũ alijs duobus dignus iudicatus quem sperauerat honore potitus est. Primo vero imperij anno darius summo apparatu cenam exibuit amicis & vernaculis suis: & satrapis persarum & pręfectis indię & ethiopię: magistratibusq; centum viginti septem prouinciarum. ¶ Cum autem completus dapibus vnusquisq; ad dormiendum redisset: rex darius ad cubiculum veniens paucumq; noctis requiescens: & expergefactus quod reliquum noctis restabat insomne protraxit: sermonemq; ad tres corporis sui custodes conuertit. promisitq; summo honore fulgendum qui eius interrogationi sapienter & vere respondere potuisset: & vestimenta purpurea indui & in poculis aureis bibere. & super aurum dormire: currusq; frenis aureis ornato vehi: & cydari byssino ac torquę aurea vti: & post seipsum sedere propter sapientiam: affinemq; suum esse vocitandum. Cum hęc igitur dona illis promisisset: primum consuluit vtrum fortius sit vinum secundum vtrum rex tertio vtrum mulieres aut his omnibus magis fortior sit veritas has cum illis proposuisset quęstiones requieuit. Lucescente autem die conuocauit omnes magistra

Defuncto cambise a septẽ dominis darius rex ordinatur.

Zorobabel iudeorum dux ad darium veniens honorifice recipitur.

Verba darij regis expergefacti ad tres custodes corpis quorum Zorobabel vnus erat.

HISTORIA LIBRORVM ESDRE INCIPIT.

¶ Hebreorum populus a babilonica captiuitate anno septuagesimo per cyrum persarũ regem liberatur: qui templi reedificandi & ciuitatis dedit libertatem eisq; in huiusmodi rebus auxilium pro misit vastare & vasa templi quę nabugodonosor abstulerat reddidit iudeis epl'amq; ad syrię sarapas pro ipsis hebręis (vt eos iuuarent) direxit: pœnamq; crucifixionis impedientibus imposuit. Cap. j. 1 E c.j.

Liberatio populi hebreorũ a captiuitate babilonica septuagesimo ãno p cyrũ psarũ regẽ qui eis libertatẽ tẽplũ reedificãdi dedit &c.

ANno imperij primo regis persarum cyri. septuagesimo concurrente ex die quo nostrum populum cõtigit ex proprijs finibus ad babiloniam migrari: miseratus est captiuitatis deus & illius captiuitatis infœlicium iudeorum & sicut per hieremiã prophetam prędixerat quam ciuitas euerteretur: postq̃ seruierunt nabugodonosor nepotibusq; eius. & hanc sustinuerũt seruitutẽ per annos fere septuaginta: rursus eos ad propriam restituit terram: & templum reedificare & pręterita frui fœlicitate decreuit. Concitans ergo animum cyri: & fecit eum per omnem asyam scribere. Cyrus hęc dicit. Quoniam maximus orbis terrarum deus regem constituit: credo hũc esse quem gens israelitarum adorat. Is enim & meum prędixit nomen per prophetas: & quod templum eius edificaturus essem in hierosolimis in terra iudea. ¶ Hęc autem cognouerat cyrus: legẽs librum quem inter suas prędicationes Esayas reliquerat. sic eum in archano prędicauerat dixisse deum Quoniam volo cyrum quem multarũ & magnarũ gentium regem constitui: mittere populum meum ad ꝑpriam terram. & templum michi recõstruere. Hęc ysaias prędicauerat ante annos centum & quadraginta destructionis templi. ¶ Quem dum legeret cyrus & miraretur nomen dei impetus quidam eum accepit vt munificam impleret scripturam. Conuocans autem clarissimos iudeorum qui babilon habitabant: dixit se cõcedere iudeos ad propriam remeare prouinciam: & ciuitatem hierosolimã & templum dei reconstruere. sed eos scilicet adiuuante. ¶ Tunc scripsit suis ducibus illius terrę vicinis. vt aurum conferrent & argentum ad templi renouationẽ: insuper & ad immolanda pecora. ¶ Hęc cyrus cum israelitis dixisset: egressi duarum tribuum principes iudę ac beniamin. vna cum leuitis & sacerdotibus ad hierosolimam peruenerũt. Multi vero residerunt babilonię: minime passi possessiones suas relinquere. ¶ Quo dum venissent: omnes amici regis adiuuabant eos: & conferebant ad templi reuocationem. alij aurum alij argentum: quidam autem & equos ac iumentorũ multitudinem & vota deo reddebant & constitutas secundum veteram consuetudinem immolatiões celebrabãt: tanq̃ creatam & antiquã consuetudinem religionis rediuiuã. ¶ Transmisit etiam cyrus vasa dei: quę auferens a templo nabugodonosor: ad babilonem vsq; portauerat. Quę reuehenda tradidit mitridati custodi thesaurorũ suorum: pręcipiens ea dari seruanda abassaro/ donec templum reedificaret: perfecto autem ea traderet sacerdotibus & principibus vulgi reponẽda in templo. ¶ Direxit autem epistolam cyrus ad syrię satrapas hęc cõtinentem. Rex cyrns sism o alias sismnio & sarabene alias satrabane salutem. Iudeos terram meam inhabitãtes qui voluerint ad suam patriam redire permisi & ciuitatem renouare: templumq; dei in hierosolimã rursus edificare. in eodem loco in quo prius fuerat constitutum. Misi autem & mitridatem pecuniarũ mearum custodem. & zorobabel principẽ iudeorum: vt fundamenta restituant templumq; recondant. Cuius altitudo sit cubitorum sexaginta: eorũdem & latitudo & faciant tres parietes lapideos ex lapide polito: & vnum parietem ligneum ex materijs ipsius prouincię. similiter & altare super quod immolent deo. Sumptus vero de meis in his omnibus volo fieri. Transmisi etiam vasa quę de templo rex nabugodonosor abstulerat tradens ea mitridati pecuniarum custodi zorobabel principi iudeorum quatenus ea ad hierosolimã reportent & templo dei restituant: quorũ numerus est tantus. Refrigeratoria aurea quinquaginta. argentea quadraginta. situlę aureę quinquaginta. argenteę quingenta. libatoria aurea triginta. paterę aureę triginta. argenteę/ duo milia quadringẽte. & vasa alia maxima mille. Cõcedo etiam eis honorem quo patiebanť parentes eorum. Preterea pro iumentis & vino & oleo dragmas ducentas & quinq; milia qngentas. & ad similam tritici viginti quinq; milia quingentos artabas quę iubeo pręberi de tributis samarię. Faciantq; ei immolationes in hierosolimis sacerdotes secundum legam mosaycam: & offerentes supplicent deo pro salute regis & generis eius: vt regnum persarum permaneat. ¶ Eos vero qui hęc cõtempserunt vel infirmauerint iubeo crucifigi. substantiasq; eorum esse regales. Et epistola quidem hęc habuit. ¶ Hi autem qui ex captiuitate ad hierosolimam cõuenerunt fuerunt quadraginta milia & duo: & quadringenti sexaginta.

Cõuocatis iudeorũ clarissimis cirus dat libertatẽ reedificãdi templum eisq; auxiliũ pręstare promittit aurum.

Cyrus vasa templi quę nabugodonosor abstulerat reddidit iudeis.

Mitridates thesaurarius cyri. Zorobabel iudeorũ princeps

Numerus vasorũ templi p cirũ restitutorum.

Pœna cõtra impediẽtes iudeos Clarius numerãtur in biblia.

¶ Cuthei (qui samaritę dicti sunt) iudeos a templi reedificatione impedierunt ignorante circ qui ad bella occupatus exercitum contra massagetas ducẽs vita priuatus est cui in regno filius cãbises (qui in biblia artaxerses nuncupatur) successit ad quem (scribentibus samaratinis) templi apus (re

ge iubente) nouem annos intermissum est. Capitulum secundum.

Cuthei qui Samaritani dicuntur impediūt iudeos a tēpli ędificatione.

Sed cum mitterent templi fundamenta & nimis circa edificia festinarent: omnes in circuitu gentes prę sertim cuthei quos a media & persidia terra salmanasar rex assyriorū migrās habitare fecit samariam cum exinde populū israel tulisset. petebant satrapas & eos qui edificia curabant vt impedirent iudeos ne instaurarent ciuitatem templumq; construerent. Qui pecunijs corrupti vendiderunt cutheis negligentiam & secordiam ędificationum. ¶ Hęc cyrus ad bella occupatus ignorabat: qui exercitum ducens contra massagetas vita priuatus est. ¶ Cambise autem filio cyri principatum suscipiente: qui in assyria & phenicę & amonitidę & moabitidę ac samaria morabantur epistolam mittunt hęc continentem. Domino serui reū beeltheen alias rathimus omnia accidentia scribens & semeleius alias samsai scriba & curia syrię iudicesq; phenicis. cognoscere te rex oportet iudeos qui a babilone deducti fuerant ad nos redisse: & ciuitatem rebellam ac maliuolā & fores eius ac muros edificare: templumq; reconstruere. Scito autem his perfectis neq; tributa eos pati reddere neq; obaudire. sed etiam regibus resistere & magis imperare q̄ obsequi festinare. Dum autem edificatur templum & fieri festinatur: optimum nobis visum est rescribere tibi quatenus monimenta parentum tuorum inquiras in quibus inuenies rebelles iudeos & regibus inimicos: ideoq; ciuitatem eorum fuisse destructam. Propterea visum est nobis & hoc vobis certū fore. quod fortasse nescitur quoniam si ciuitas renouata & muris vndiq; munita fuerit: viātibus iter claudetur ad inferiorem syriam & phenicem. ¶ Postq̄ vero cambises legit hanc epistolam: natura maliuolus existēs mouetur: & scripsit hęc dicens. Rex cābises rathimo accidētia scribēti & belle senio & semeleio scribe & reliquis constitutis & habitantibus phenicem & samariā hęc dicit. Legēs missos a vobis apices iussi parentum meorum inquiri volumina & inuenta est ciuitas inimica regibus semper existere: & seditiones ac bella habitatoribus eius mouisse regesq; eorum cognouimus potēter & violenter tributa inferioris syrię & phenicis exegisse. Igitur pręcipio minime cōcedi iudeos ciuitatem edificare ne plus crescat eorum malicia qua semper contra reges vsi sunt. ¶ Cum has litteras legissent rathimus & semeleius scriba & qui cum eis erant: statim equis deuecti propere ad hierosolymam ducentes secum multitudinem aduenerunt. & ciuitatem & templum ędificare iudeos vetabant. Quę quidem opera per annos nouem impedita sunt vsq; ad secundum annum darij regis persarum. Nam cambises sex annis regnauerat. Qui cum subditis ęgyptijs reuerteretur: defunctus est in damasco.

Cyrus i bello moritur.

Rescriptio cambise maliuoli ad samaritāos qua pręcepit iudeos ipediri a reedificatione ciuitatis & templi.

Intermissum est opus tēpli & ciuitatis per nouē annos.

¶ Defuncto cambise darius histaspis a septem sapientibus (qui & domini apud persas nuncupabantur) rex ordinatus ad quem zorobabel hebręorum dux veniēs honorifice receptus est eiusq; corporis fit custos cui & alijs custodibus sui corporis postq̄ prouincialibus principibus: is enim centum & viginti septem prouincias inditione habebat magnificam fecerat cenam. questiōes proposuit dissoluendas magna promittens illi qui suę interrogationi sapienter responderet prępositis enim quęstionibus prima vtrum fortius sit vinum secunda vtrum rex tertia vtrum mulieres & demum an his omnibus fortior sit veritas primus excellentem vni fortitudinem disputauit secundus regis fortitudinem manifestauit deniq; zorobabel mulierum ostensa fortitudine pręcedentia pręcellere etiam begaci regis exemplo veritatem (quę perpetua est atq; immortalis) fortissimam super omnia declarauit. Capitulum. tertium.

Defuncto cambise a septē dominis darius rex ordinatur.

Zorobabel iudeorum dux ad darium veniens honorifice recipitur.

Verba darij regis expergefacti ad tres custodes corpis quorum Zorobabel vnus erat.

Post magorum vero iteritum qui defuncto cambise principatum persarum tribus annis tenuerunt hi qui septem domini nuncupātur apud persas filium histaspis darium regē ordinauerunt. Qui dum priuatus esset. deum orauit vt si fieret rex omnia dei vasa quanta babilonię inuenirentur. ad templum hierosolimitanum mittere se promisit. ¶ Cōtigit eodem tempore proficisci zorobabel ducem captiuorum iudeorum ab hierosolymis ad darium qui regi quondam amicus extiterat vnde etiam corporis eius custos cū alijs duobus dignus iudicatus quem sperauerat honore potitus est. Primo vero imperij anno darius summo apparatu cenam exibuit amicis & vernaculis suis: & satrapis persarum & prefectis indię & ethiopię: magistratibusq; centum viginti septem prouinciarum. ¶ Cum autem completus dapibus vnusquisq; ad dormiendum redisset: rex darius ad cubiculum veniens paucumq; noctis requiescens: & expergefactus quod reliquum noctis restabat insomne protraxit: sermonemq; ad tres corporis sui custodes conuertit. promisitq; summo honore fulgendum qui eius interrogationi sapienter & vere respondere potuisset: & vestimenta purpurea indui & in poculis aureis bibere. & super aurum dormire: currusq; frenis aureis ornato vehi: & cydari byssino ac torquę aurea vti: & post seipsum sedere propter sapientiam: affinemq; suum esse vocitandum. Cum hęc igitur dona illis promisisset: primum consuluit vtrum fortius sit vinum secundum vtrum rex tertio vtrum mulieres aut his omnibus magis fortior sit veritas has cum illis proposuisset questiones requieuit. Lucescente autem die conuocauit omnes magistra

tus & satrapas & prefectos persarum & medorum sedensq; in solio quo solebat vnumquemq; corpo D ris custodem coram omnibus iussit pronunciare quid eis propositis questionibus videretur. ¶ Tunc primus excellentem vini fortitudinem ostendens ait. Cum fortitudinem vini.conijcio: omnia ipsam hoc modo vicentem inuenio:nam mutat & decipit bibentium mentes & animas. Reges etiam pupillo & infanti similes facit:seruo quoq; ac libero audaciam concitat. Pauperes diuitibus similes parat. Conuertit enim & reformat animas: & calamitatibus compressas reficit: mestitiam extinguit alieneq; debitores pecunie ad obliuionem perducit: ita disponens eos vt se omnibus ditiores putent nichilq; vile loquantur:sed memores diuitiarum fœlicibus vtantur vocabulis & reges magistratusq; contemnant. Amicorum quoq; solitam expellit memoriam. Nam scit homines etiam contra amicissimos armare societates dissoluere. Et cum ad sobrietatem per noctem vino relinquente peruenerint excitantur nihilq; penitus de his que inebrietate commiserunt cogitantes. Hæc ego considerans omnibus fortitudinem vini comperio potiorem: & violenter omnia vincentem. ¶ Postq̄ hæc primus que dicta sunt de fortitudine vini disseruit: secundus dicere cepit de regis fortitudine: ostendens eum superiorem ac potentiorem his que valida iudicantur. Modum autem approbationis hunc assumpsit & dixit. Dum omnia sub hominum cohercentur potestate qui mare alias maria ac terras cogunt cōpetenter sibi seruire: etiam ipsi homines sub manu regum ac potestate degunt. Qui ergo super tam potens & validum animal dominantur: cur non insuperabiles illi virtute & fortitudine iudicentur. Vnde & bella & pericula subiectis imponentes audiuntur: & eos contra inimicos dirigentes propter suam fortitudinem habent obedientes. montes quoq; dirui muros ac turres deponi iubentes. Preterea occidere ac interfici patiuntur. Ne regum precepta transcendere videantur. Vincētes autem predam quam ab ipsis abstulerunt bellis. regi reportant. Hi quoq; qui non militant: sed terram colunt arantes cum perlaborauerint & omnem inopiam miseriamq; tollerauerint messem faciētes & fructus colligentes tributa regibus offerunt & quod vel dixerint vel iusserint sine dilatione completur. Qui cum omni luxuria vel libidine saturati dormierint: alijs vigilantibus custodiuntur tanq̄ ipso timore victi minime audent dormientem regem relinquere. vel discedere ac sibi prouidere: sed vnum opus hoc existimant necessarium vt permanentes custodiant regem. Cur itaq; videtur rex cunctos fortitudine superare cui tot populi obsecundare precipiuntur. ¶ Isto quoq; tacente de mulieribus & veritate tertius zorobabel cepit docere dicens. Sic equidem forte vinum. fortis & rex est cui omnes obaudiunt. sed his potentior pulchritudo mulieris existit. Nam regem enixa mulier ad vitam edidit: & eos qui vites plantauerunt vnde profluit vinum: mulieres creauerunt & aluerunt. Nichil autem est quod non ab his habeamus. Nam & vestes nobis ab his texuntur & domus nostre per has curantur atq; seruantur: & non possumus a mulieribus segregari. Sed etiam aurum multum & argētum si possidemus & quicquid aliud preciosum fuerit & industria dignum cum viderimus decoram mulierem omnia relinquentes speciem eius obstupescimus & patimur omnia cōcedere que possidemus: vt desiderataq; pulchritudine potiamur. Patres & alitricem terrā sepius & amicos obliuiscimur propter vxores: & animas vna cum ipsis perdere non metuimus. Nonne laborantes & omnem tollerantes miseriam per mare ac terram: cum aliquid per labores acquirimus totum offerentes vxoribus tanq̄ dominis tradimus. ¶ Regem quoq; vidi aliquando tātorum dominum a filia rabezaci alias bezaci mirifici nomine apania alias apenie concubina eius alapis percuti & diadema tollentem capiti eius & sibimet imponentem. & hec omnia tollerantem. Ridebatq; cum illa risisset: & cum irata fuisset. mestitia confusus & blandimētis placabat mulierem. rogans eam & se nimis humilians si quando tristem vidisset. ¶ Post hec inuicem respicientibus satrapis & ducibus: item zorobabel disputare de veritate cepit. Euidenter quidem ostendi quantum mulieres fortes existunt debiles tamen & iste simul & rex ad comparationem veritatis apparent. Nam si terra maxima est & celum altum & velox hec omnia voluntate dei mouentur. verus autem deus & iustus est: & ex eadem causa oportet veritatem fortissimam iudicari. quod nichil contra eam iniquitas valet. Insuper & cetera que fortia videntur mortalia & citius deficientia probantur. veritas autem & immortalis est & sempiterna. Nobis autem non pulchritudinem tempore tabescentem accommodat neq; substantiam casibus auferendam: sed iusta & regalia discernit ab his que iniustā vel iniqua monstrantur.

Ad primā questionem responso de fortitudie vini.

Forte vinum.

Ad secūdā questionem responsio de regis fortitudine.

Ad tertiam questionem & quartā zorobabel respondet de mulieris fortitudine primo.

Fortissima mulier.

Exemplum notandum.

Zorobabel de veritatis fortitudine disputat ipsam super om̄ia fortissimā ostendens.

Super omnia vīcit veritas.

3.e ca. E 3.e ca. F 3 c

¶ Zorobabel sapientior oībus iudicatus maximo apud regē habitus est honore qui & a rege reedificādi tēpli obtinuit facultatem precipiente oībus rege auxilium zorobabel prebeāt & omnem impensam in sacra veste qua templo seruiunt principes sacerdotum & alij sacerdotes & instrumētis quibus leuite dn̄o cātent de suo fieri mandante quo facto zorobabel agens regi gratias redit ad contribules regis precepta manifestant quos de babilonia adduxit in hierusalē repulsis quibusdā a sacerdotali honore qui alienigenas cōduxerant vxores numeratur redeuntium multitudo. Capitulum quartū.

Cum ergo terminasset zorobabel de veritate sermonem: laudante multitudine optime eum dixisse quoniam veritas fortitudinem immutabilem & non senescentem sola possidet: imperauit ei rex petere preter promissa quod vellet. Nam prestaturum se dixit: eo quod sapientior & prudentior alijs apparuisset. Iussitq; etiam secum sedere & affinem vocari. Tunc zorobabel ammonuit eum vt votum quod deuouerat si regnum perciperet/adimpleret. votum autem quod promiserat hoc erat: reedificare hierosolymam templumq; construere: & vasa restituere que auferens nabugodonosor ad babiloniam portauerat. Et dixit hanc esse eam petitionem quam nunc me iubes poscere propter quod iudicatus sum prudens ac sapiens. ¶ Rex autem in hoc letatus surrexit. & eum osculatus/ toparchis & satrapis scripsit: precipiēs vt deducerent zorobabel necnon & eos qui ad templi renouationem cum eo profecturi essent. Preterea mandauit syrie & phenicis magistratibus ligna cedrina a libano decisa hierosolymam transmittere & cum eis recondere ciuitatem. Scripsit etiam liberos esse omnes iudeos qui a captiuitate redierant ad terram iudeam. prohibuitq; satrapas & curatores suos imperare iudeis opera regalia. Super hec precepit & omnem terram quam colere voluissent sine tributis eos possidere: iussitq; etiam ydumeos & samaritas & eos qui humilem syriā habitabant: reddere cunctos iudeorum quos tenebant. insuper ad templi edificationem quinquagita talenta dari mandauit. sacrificare quoq; eos legitimas immolationes permisit. ¶ Omnem autem impensam & sacram vestem qua seruiunt templo principes sacerdotum & reliqui sacerdotes & leuitis instrumenta quibus domino cantent de suo fieri precepit. Custodibus quoq; ciuitatis & templi iugera terna terre: per singulos annos & pecunias constitutas ad necessaria vite/dare decreuit. Transmisit etiam vasa: & omnia que cyrus ante ipsum de iudeorum restitutione facere voluit: eadem Darius definiuit impleri. ¶ His omnibus a rege donatis Zorobabel exiens de regia domo respexit sursum ad celum: & cepit gratias agere sapientie per quam victoriam (dario presente) perceperat dicēs Nequaq̄ his dignus fuissem nisi te domino propicio. Ita deo gratias agens de presentibus: petēbat vt ei i futuris adiutor existeret. Peruenit autem ad babiloniam: & contribulibus suis regis mandata patefecit. Audientes illi. deo gratias referebant. qui eos patrie sue restituebat. Ad potum conuiuiaq; conuersi per septem dies summa leticia fruebantur ad restaurationem generationemq; patrie festiuam gratulationem celebrant. ¶ Postea omnes principes tribuum ad hierosolimam profecturi cum vxoribus & filijs ac subiugalibus elegerunt homines darij quos cum eis rex vsq; ad hierosolimam destinauit. & cum letitia & iocunditate cum cantibus tybijsq; ac sonantibus cymbalis ibant. Precedebat autem eos & reliqua multitudo iudeorum cum ludis. At illi ad hierosolymam cōscendebant ab vnaquaq; patrum tribuum certus numerus existens. ¶ Sed mihi visum est minime nomine patrum recēsere. ne legentium animos a rerum consequentia suspendens: obscuram illis facerem narrationem. ¶ Septem vero cantores. & cantatrices ducente quadraginta septem. ¶ Cameli vero quadringenti trigenta. ¶ Summa vero multitudinis euntium qui circa duodecimum annū etatis habebant ex tribu iuda & beniamin: fuerunt quater mille milia. & secenta viginti octo milia. ¶ Leuite autē quatuor milia septuaginta: mulierum autem infantiumq; commixtim corpora fuerunt quadraginta milia septingenta quadraginta duo. Preter hos vero leuite cantores fuerunt centum viginti octo ianitores centum decem serui templi trecenti noningenti duo: Insuper & alij secenti quinquaginta duo dicentes se quidem israelitas: nullomodo tamen valentes suum ostendere genus. ¶ Repulsi sunt vero qui dam a sacerdotali honore qui vxores sibi copulauerant. Hi nec suum genus dicere preualebant. nec in generatione leuitarum vel sacerdotum inuenti sunt: qui fuerūt quasi quingēti vigintiquinq;. ¶ Mācipiorum vero multitudo sequebatur eos qui ad ciuitatem hierosolymorum pergebāt: numero septē milia trecenti triginta quinq;. Subiugalia quinq; milia quingenti viginti quinq;. ¶ Dux vero dinumerate multitudinis zorobabel fuit filius salatiel ex filijs dauid genitus de tribu iuda: & iesus filius iosedech princeps sacerdotum necnon & mardocheus & hisreberus. alias hisrebeus quia populo fuerant principes constituti: & contulerunt auri quidem mnas centum. argenti autem quinq; milia. Sacerdotes quoq; & leuite parsq; totius populi iudeorum quanta in babilone fuit. ita ad hierosolymorum rediens ciuitatem ibidem habitauit. Reliqua vero multitudo ad suas patrias discessit.

Zorobabel sapientior omnibus iudicatus maximo habitus ēhonore apud regē & obtinuit a rege facultatem reedificandi templū & ciuitatem.

Liberalitas darij in templi ornamētis & seruitorum templi.

Solēnitatem celebrāt per septē dies.

Cātorū nūerus. Camelorum.

Repulsi quidam a sacerdotali honore quia alienigenas: sibi copulauerant.

Iesus sacerdotū princeps mardocheus.

¶ Septimo egressionis a babilonia mense (edificato altare vbi templum prius fuerat/conuocatoq; populo) tabernaculorum festum celebratur vicinis gentibus ipsis hebreis inuisis vbi oblationes & vota reddentes templi fundamenta posuerunt quo perfecto sacerdotes & leuite solemnibus ornati habitibus deum laudabant tristes tamen quia nouum a veteri longe in magnificentia differebat plorabēt. vicebantq; tubarum sonos & populi letitiam sacerdotem lamentationes ad quos (audito tubarum clangore) samaritani venientes reedificare templum cum vna cū iudeis zorobabel & iesum petierunt & in communi petierunt laborare.

Capitulum quintum.

Septimo mense egressionis a babilone ędificato altari vbi prius fuerat templum conuocatoq; populo celebrabat festū tabernaculorum vicinis gētis hebręis iuisis

Fundamenta templi.

Pręposit in opere.

Sacerdotes & leuitę ornati perfecto templo deum laudabāt tristes tamen quia a veteri nouum templum longe in magnificētia differebat.

Samaritanis odium contra iudeos habētes audito tubarum sono petierunt vt vna cū illis templū renouarent.

CVmq; septimus venisset mensis ex quo de babilone egressi sunt mittens iesus princeps sacerdotum & zorobabel iudex. cunctos ex prouincia in hierosolymis congregauit. Qui sine dilatione construxerunt altare in loco quo prius edificatum fuerat: & legitimas super ipsum hostias obtulerunt secundum legem moysi. Dumq; hęc facerent gentes offendebantur vicinę quę eis odiose erant. Celebrauerunt autem illo tempore dies tabernaculorum: quemadmodum legislator moyses pręceperat. ¶ Pręterea & oblationes. & quod dicunt hendeelchismus & hostias sabbatorum & omnium sanctorum dierum sanctificabāt: vota reddētes a primo die septimi mēsis. ¶ Ceperunt etiam renouare templum multas pręstantes pecunias lapidum cesoribus & edificatoribus: insuper & alimenta operantibus ministrabant. Sydonijs vero leue ac suaue videbatur a libano ligna cedrina deponere: quę ligantes in modum ratium ad portum ioppe transferebant. Nam sic ante pręceperat cyrus sed tunc iubente dario fiebat. Que secundo anno profectionis iudeorum ad hierosolymam mense secundo vecta sunt. cum & templi reuocatio vrgeretur & fundamentis restitutis. superedificaretur a primo die sequentis mensis anni secundi. ¶ Operibus vero pręposuerunt leuitas vicesimum iam etatis annum agentes & iesum & filios & fratres eius: & obdoidum alias obdoilum fratrem iude & aminadab & filios eius. Itaq; templum omni studio fabricantibus eis qui edificationem curabant: propere consummatio quam sperabant euenit. ¶ Profecto autem templo sacerdotes cum tubis ornati habitu solemni. & leuitę & filij asaph surgentes deum laudabant laudibus quas dauid eis primus ostenderat. Cumq; sacerdotes & leuitę & seniores prouinciarum. vetus recordarentur templum ingenti magnificentia conditum & nouum viderent per inopiam non ita constructum arbitrati quantum: a preterita fœlicitate minores existerent: tristes a dolore se tenere minime valentes: ad lachrimas lamentationesq; proruperunt. Populus vero pręsentia diligebat & de templi edificatione letabatur. nullam prioris memoriam faciens: nec antiqua comparatione cruciabatur. Vincebant vero tubarum sonos & populi leticiam. sacerdotum & seniorum lamentationes. eo quod videbatur minor templi constructio instituisse. ¶ Cumq; clangores tubarum audissent samaritę: odium erga tribum iude & Beniamin habentes concurrunt. causam tube volentes agnoscere. Videntesq; q̄ iudei a babilone redeuntes templum edificassent: petierunt zorobabel & iesum & principes tribuum vt & ipsi quoq; permitterent vna cum eis templum renouare: & in communi laborare. Nam non colimus dicebant minus ab illis deum quoniam & religionis cupidi ex illo tēpore sumus: ex quo nos hic salmanasar rex assyrius a cuthia & media migrauit. Postq̄ hęc sunt locuti: zorobabel & iesus princeps sacerdotum & duces tribuum israel responderunt quidem impossibile esse eos communicare: quoniam ipsis esset permissa templi innouatio: prius quidem a cyro nunc autem a dario: adorare vero si vellent licere. & hoc solum illis esse commune & omnibus hominibus: veniētes in templum adorare deū. Postq̄ vero hęc audierunt cuthei nam hac appellatione samaritę vocantur indignati persuaserunt gentes syrię petere suos satrapas eodemmodo quo prius sub ciro & cambise. vt cum ipsis templi renouationem fieri prohiberent & festinantibus iudeis moram afferrent ac tarditatem.

¶ Interrogātibus syrię & phenicę principibus quis eis tēplū sic edificare cōcessisset zorobabel prudētissime respōdit neq; a tēpli cōstructione aggeo & zachari aīatibus iudei cessauerūt quos samaritani apud regē accusauerūt sed antiquorū registra iubente rege inuestigātur quibus cōcessa iudeis per cirū inuēta reedificādi tēpli facultate rex sisinnio & principibus syrię ciri decretū cōfirmās rescripsit ne īpediātur a tēpli cōstructione quo septē annis cōstructo eius dedicatio celebratur & festū azimorū accusauerūt iudei samaritas ꝓpter mala quę ab eis sūt ꝑpessi. quo audito rex rescribit zorobabel. C. vi

Interrogatio pricipis sirię &c. de destructōe tēpli

Responsio zorobabel prudentissima.

PEr idem tempus ascenderunt ad hierosolimam sisinnius syrię ac phenicę profectus & sarobazanes cū alijs: & interrogabant iudeorum magistratus qui eis concessisset templum sic edificare vt magis castrum videretur esse q̄ templum: vel cur porticus & ciuitatem tā munito circūdedissent muro. Zorobabel autem & princeps sacerdotū iesus: seruos se quidem esse maximi dei dixerūt. hoc vero templum ipsi deo quondā a rege suo fidelissimo. & qui oēs virtute vicerat fuisse constructum: multisq; temporibus permansisse. ¶ Sed cum sui patres iniquitatem coram deo gessissent: nabugodonosor rex chaldeorū ex babilonia sua potentia superans ciuitatem euertit. templumq; depopulatus incendit: & populum captiuum ad babiloniam migrauit. Cyrus autem qui post ipsum persarum & babilonię rexit imperium scripsit vt tēplum reedificaretur & omnia quę exinde nabugodonosor extulit ornamēta & vasa zorobabelo & mitridati custodi pecuniarum tradidit: pręcipiens & hęc iterum ad hierosolimā reportarent & in proprio renouato restituerent tēplo hoc enim mādauerat festinanter fieri. Ideoq; sabasirum ascendere iussit ad hierosolymā vt operi faciendo omnimodis immineret. Qui postq̄ a ciro litteras accepit veniens studiose fundamenta deposuit. Et ex illo tempore hactenus hæc construxit sed propter malorum inuidiam imper-

3. esd. ca. 5 D
3. esd. ca.
3. esd. ca.
E
3. esd. ca.
F

fectum adhuc remansit Igitur si vultis ac probatis scribite dario vt inquirat imperatorum monimenta:& inueniat nos nihil penitus fuisse mentitos. ¶ Hęc dicente zorobabel & principe sacerdotum sisinnius & qui cum eo erant edificationem vetandam iudicauerũt:donec regi dario suggererent. Statim vero ei propter hęc scripserunt. ¶ Tunc iudei timentes & exterriti ne aliud q̃ iusserat prius regi videretur de templi constructione: fiduciam a duobus prophetis qui per idem tempus erant apud eas aggeo & zacharia acceperunt dicentibus nihil penitus a persis durum esse metuendum: cum dispositum templum prędixerint innouari. Qui cum credidissent prophetice sententie: edificationem curabant nullum prętermittentes diem. ¶ Dario vero scribentibus samaritis & accusantibus per epistolam iudeos quia ciuitatem munirent & templum castello magis simile quam templo construerẽt: & dicentibus non ea quę fiunt ei prodesse:insuper epistola ostendentibus per quas cambises templi edificationem fieri vetuisset.cognoscens rempublicam suam non esse tutam. Hierosolymis restitutis: cum litteras a sisinnio & qui cum eo erant directas legisset iussit in monimẽtis regalibus de his inquiri:& inuentus est in echbatanis alias echathanis cõstructa turre in regione medię codex in quo hęc scripta leguntur imperij anno rex cyrus iussit templum in hierosolymis renouare & exaltare:cuius altitudo essent cubitorum sexaginta latitudo eorumdem ex tribus parietibus lapideis lapide polito & ligneum parietem vnum ex materijs ipsius regionis. Sumptus autem a rege fieri disposuit:& vasa quę abstulit nabugodonosor & ad babiloniam portauit/reddi hierosolymitis. Quorum curam sub asario syrie & phenicis prefecto & magistratibus & collegis eius iniungebatur. vt ipsi quidem a locis illis recederent:seruis vero dei iudeis & magistratibus eorum templum edificare permitterent. Iussit quoq; vt adiuuarent eos ad opera:& ex tributis prouincię quam curabant darent iudeis immolationis causa tauros & arietes & agnos & hedos & similam oleumq; & vinum:& alia quęcunq; peterent sacerdotes:vt orarent pro salute regis atq; persarum. Eos vero qui mandata cõtemnerent crucifigi pręcepit & eorum substantias regie domui deputari. Depręcatusq; est orationibus deum si quis auderet edificationem templi vetare hunc talem percuti:eumq; a sua iniquitate suspendi. ¶ Hęc inueniens in commentarijs cyri darius: rescripsit sisinnio & collegis eius dicẽs. Rex darius sisinnio equitum pręfecto & sarabazeno & collegis eorum salutem. Exemplum epistole quam in monimentis inuenimus transmisi:& iubeo omnia fieri quę in ea continentur.valete. Igitur sisinnius & qui cũ eo erant per epistolam regis cognoscentes voluntatem de reliquo competentia faciebant:& instabãt sacris operibus adiuuãtes seniores & magistratus iudeorum. ¶ Et procedebat summo studio templi cõstructio. prędicantibus aggeo & zacharia secundum mandata dei. Et cum voluntate cyri & darij regum edificatum est septem annis. Nono autem imperij anno darij vicesimotertio die mẽsis duodecimi quem hebrei vocant adar macedones distrum seniores & magistratus iudeorum sacerdotes & leuitę & reliqua israelitarum multitudo post captiuitatem pro renouatione veterum bonorũ & dedicatione obtulerunt hostias thauros centum:& arietes ducentos annos quadringentos:& hircos duodecim pro duodecim tribubus/nam tante sunt tribus israel pro suis vnaquęq; peccatis. ¶ Sacerdotes vero & leuitę secundum legem ordinauerunt ianitores per singulas ianuas. Nam edificauerunt iudei templi porticus in circuitu interioris sacrari. ¶ Veniente autem die festo azimorum primo mense quem macedones xanthicum nos autem nisan nominamus:omnis populus ab agris in ciuitatem cõfluxit:diesq; festos sanctificati cum suis vxoribus & filijs secundum patriam legem celebrauerunt. Sacrificium etiam quod pascha dicitur quartadecima die eiusdem mensis immolauerunt:& per septem dies nullis abstinuere delitijs. Holocaustum etiam offerentes deo sacrificabant agẽtes ei gratias quod iterum terrę patrię suę legibusq; eos restituisset.mentemq; regis persarum propitiam eis prębere dignatus esset. Quibus rebus ammoniti:deo nimis munifice & locupletabiliter immolabãt. ¶ Habitabãt autem in hierosolymis:& optima alias optimatum gubernatione regebantur. Nam sacerdotes tractabãt eorum negotia vsq;quo regnare contigit nepotes asamonei. Nam ante captiuitatem & transmigrationẽ a saul & a dauid qui primi imperium gentis iudaicę susceperãt alia illis erat forma reipublicę per quingentos triginta duos annos menses sex dies decem. Ante hos autem reges. pręsules eos regebãt qui appellabantur iudices & monarchę:& hac republica vsi sunt annis plus quingẽtis. post mortem moysi & ducis iesu. Hęc quidem reductis a captiuitate iudeis temporibus cyri & darij omnia contigerũt. ¶ Samaritę vero inuidi vel molesti aduersum eos erecti multa in iudeos operati sunt diuitijs confidentes & cognatione persarum:quoniam ex his fuerant progressi. Nam quanta iubebantur a rege immolationis causa de vectigalibus pręberi nullatenus dare volebant:& pręfectos equitum fauentes sibimet in hoc & cooperantes habebant aliaq; multa quibus nocere iudeis per se aut per alios potuissent non eos pigebat efficere. ¶ Placuit igitur hierosolymis mittere legationem ad regem dariũ:quo accusarent samaritas. ¶ Legatus itaq; missus est zorobabel. & alij quatuor de magistratibus. Cũ vero

Iudei cõstructionem templi aggeo & zacharia ꝓphetis animãtibus non cessarunt.

Iubente dario rege registra antiquorum quęruntur & inuenitur cõcessa iudeis ꝑ cirũ facultas reedificandi tẽplũ

Rescriptio darij ad sisinnium cõfirmantis decretum ciri.

Septẽ annis edificatum templũ secundum.

Ianitores templi

Festum azimorum celebratur.

¶ Pascha sacrificium.

Regimen iudeorum per sacerdotes.

Samaritę iudeis inuidi multa in eos mala operati sunt.

crimina & causas quas contra samaritas ferebant a legatis rex cognouisset: dedit eis epistolam reportandam ad equitum prefectos & curiam samarie que huiusmodi erant scripta. Rex darius tangane & sambane prefectis equitum & sadrace & velueni samaritis & reliquis conseruis eorū in samaria constitutis. Zorobabel & ananias & mardocheus legati iudeorum vos accusant tanq̄ molestos & impedientes templi constructionem & nullatenus velle prestare ad hostias (quos vobis precipimus) sumptus. volo igitur vt legētes presentem epistolam prebeatis his ex regalibus thesauris & tributis samarie oia que illis ad immolationem sunt vtilia quemadmodum vobis sacerdotes indixerint: vt non pretermittant diuinis sacrificijs & pro me & pro persis supplicare deo. Epistola quidem hec cōtinebat.

Audita samaritarum per iudeos accusatiōe rescribit darius. D

¶ Defuncto dario rege Xerxes virtutibus ornatus filius successit ei regno a quo esdras legis doctor verus dilectus commedaticiam epistolam obtinuit & a babilonia ad hierusalem ascendēs multos secum adduxit cui regis habens fauorem ab omnibus amatus ieiunium indixit trium dierum & hostias deo obtulit accusatisq; apud eum sacerdotibus (qui transgressi patrias leges alienigenas vxores duxerunt) fleuit & transgressores culpans alienigenas abijcere precepit leges quoq; rogatus populo ab ortu vsq; ad mediam diem legit & flentes populos redire ad propria & a lachrimis iussit cessare

Capitulum septimum.

Dario autem defuncto: filius eius xerxes regnum suscipiens. voluntatis paterne colendi & honorandi deum heres apparuit. Omnia namq; faciebat que religionis erant patremq; secutus: & iudeis liberaliter vtebatur. ¶ Per illud tempus princeps fuit sacerdotum filius hiesu nomine ioachim. Erat autem & in babilone vir iustus & gloria magna potitus apud multitudinem primus populi sacerdos nomine esdras. Qui cū legum moyseos integram haberet experientiam xerxi regis amicus est factus. ad hierosolymam autem ascendere deliberans & deducere secum quosdam a babilone iudeos a rege poposcit epistolam sibi ad satrapas syrie dari: per quam notitie eorum quis esset intimaretur. rex autem ad satrapas huiusmodi direxit epistolam. Rex regum xerxes esdre sacerdoti & lectori legis dei salutem. Opus esse mee clementie putans apud eos qui volunt ex iudea gente vel sacerdotes vel leuitas sub nostro regno constitutos pergere ad hierosolymam preci pio si desiderant vt eant quemadmodum & mihi & septem consiliarijs meis visum est. Quatenus visitent iudeam secundum ritus legum dei: & portent dona deo israel que deuoui ego & amici mei: aurum etiam & argentum quantum inuentum fuerit in terra babilonie deo dicatum hoc. omne ad hierosolymam deportetur pro sacrificijs dei necnon & quodcunq; volueris vel ex auro & argento construere liceat tibi cum tuis fratribus facere. vasa etiam sacra que tibi tradita sunt dispone: & quicquid mente cogitaueris vt fiat: impēdia in his iussimus vt ex regalibus thesauris efficias. Scripsi etiam custodibus pecuniarum syrie & phenice vt diligentiam habeant circa ea que per esdram sacerdotem vel lectorem legum dei mandata noscūtur. Igitur de me nequaq̄ aut de nepotibus meis iram deus assumat. omnino precipio vsq; tritici modios centum deo secundum legem dari a vobis vt sacerdotibus leuitis ac sacris cantoribus. & ianitoribus. sacrisq; seruis & templi scribis nullomodo aut tributa imponatis. aut aliquid captiosum aut onerosum. Sed etiam tu esdras secundum dei sapientiam censores ordina qui omni syrie & phenice tuā legem scientibus iudicent. eamq; discendam ignorātibus trade. Et si quis ex gente tua dei sui legem vel imperatoris transgressus fuerit puniatur: & non tanq̄ ignorans videatur transgredi: sed cognoscens audacter negligere comprobetur. Ergo huiusmodi contemptores aut morte aut pecunijs condemnentur vale. ¶ Tunc esdras hanc epistolam accipiens letatus deum adorare cepit: & regis beniuolentie ipsum confitebatur auctorem ideoq; omnes ipsi gratias dicebat esse referendas. Legens autem epistolam iudeis babilonie constitutis eam quidem signauit: exemplum autem eius ad omnes israelitas mediam inhabitantes transmisit. ¶ Hi vero cognoscentes regis circa deum pietatem: & fauorem quem in esdram habere probatur: omnes eum dilexerūt. Multi quidem facultates suas ad babiloniam deportantes venerunt cupientes ad hierosolymam descendere. Totus autem populus israel in illa prouincia permansit. Ideoq; due tantum tribus consistunt per asyam & europā obsequentes romanis: decem autem tribus hactenus trans eufratem commorari probatur: quarum multitudines inestimabiles minime possunt numero comprehendi. ¶ Venerunt etiam sacerdotes ad esdram & leuite & ianitores: cantatoresq; ac serui sacri. Quos congregans de captiuitate trans eufratem tribus diebus moratus ieiunia eis imposuit vt deo vota pro salute persoluerent ne quid in via pateretur aduersum aut per hostes aut per aliam quandam difficultatem forsitan accidentem. Nam esdras regi predicens quod deus eos perduceret iam non petit qui eos precederent equites. Et postq̄ vota perfecerunt ab eufrate surgentes die duodecima primi mensis septimo imperij anno xerxis ad hie

Defuncto dario rege eius filius xerxes in regno successit bonus iudeis.

Epl'e exēplum.

Auctoritas a rege collata esdre.

Esdras regis habēs fauorem ab oibus amabatur

Esdras ieiuniū trium dierum indixit.

E

rosolymam peruenerunt quinto mense eiusdem anni. Et illico esdras custodibus pecuniarum de sacerdotali genere existentibus restitutę sacras pecunias argenti talenta secenta quinquaginta. vasa argentea talentorum centum. vasa aurea talentorum viginti: & vasa era auro meliora habentia pondo talenta duodecim. Hęc namq; rex & consiliarij eius: & omnes israelitę babiloniam habitantes donauerunt. ¶ Cumq; esdras eas tradidisset sacerdotibus: obtulit deo legitimas hostias. holocaustum tauros tredecim pro communi vero populi salute arietes noningentos agnos octogintaduos. hedos pro purgatione delictorum duodecim. Regis quoq; dispensatoribus ac prefectis omnibus syrię & pheniçę regias litteras obtulit qui denunciationem eius agere compellebantur: gentemq; honorant & ad omne opus bonum cum eis elaborabant. ¶ Hęc igitur quemadmodum & ipse esdras deliberauerat processerunt: deo eum vt arbitror dignum in his quę voluit iudicante propter iusticiam ac benignitatem eius quem pauco tempore transeuntem aliqui adierunt accusantes. quidam sacerdotum & leuitarum transgressi sunt patrias leges vxores alienigenas ducētes: & genus sacerdotale confundentes. Petebantq; vt legibus subueniret: ne communis super omnes veniēs ira: calamitatibus iterum eos inuolueret. Quę cum audisset mox prę merore vestem dirupit: & caput barbamq; contumeliose dilacerans sese prostrauit in terram quod tale facinus primates populi commisissent: existimans quia si preciperet eis vxores cum earum filijs deserere. nemo eorū obediret: & ideo permanebat in terra iacens Concurrebant autem omnes meliores ad eum: & dolorum eius in his quę facta sunt participes erāt. ¶ Cum autem esdras a terra surrexisset & manus ad celum tetendisset dicebat. Confundor quidem a deo propter populi delicta veniam suscipere. qui etiam de sua memoria parentum nostrorum iniquitates remisisset. Rogabat vero deum qui semen aliquod & reliquias ab illa eorū calamitate vel captiuitate seruauerat & rursus ad hierosolymam & propriam terram restituerat: qui & reges persarum impendere eis misericordiam preparabat: vt veniam solita pietate concederet se vero morte quidem digna commisisse, bonitatis autem dei esse hos tales a tormentis eripi. ¶ Qui postq̄ orando conticuit cunctis lugentibus qui cū vxoribus & filijs ad eum cōuenerant quidā achanonius noīe primus hierosolymitanus accedēs ad eū dicebat ipsos quidē peccasse cohabitantes cū alienigenis vxoribus. persuadebatq; eis oēs iurare quatenus suas vxores cū earū filijs amouerent. & hos punirent qui legi obedire contemnerent. ¶ Flexus igitur esdras fecit principes tribuum & sacerdotum & leuitarum & israelitarum iurare: quod vxores suas & filios secundum achanonij consilium incunctanter abijcerēt. Suscipiens vero sacramenta statim egressus e templo ingressus est habitaculū iohannis filij eliasib alias eliab & nihil penitus illo die propter merorem comedens ibidem cōmoratus est. Facta autē predicatione iubet omnes qui ex captiuitate redierant ad hierosolymam colligi & hos qui non ante biduum aut tres dies occurrissent alienari a multitudine: & substantias eorum auferri decernens secundum iudicia seniorum. Conuenerunt itaq; intra tertiam diem ex tribu iuda & beniamin in vicesimo die noni mensis secundum qui hebręos sileos secundum macedones appelleos vocatur. Cumq; in superiori loco templi consedissent presentibus senioribus & propter genus vehementer afflictis surgens esdras criminabatur illos qui preter legis consuetudines alienigenas duxissēt vxores. Nūc ergo facturos eos rem deo gratam & sibi vtilem dicebat: si vxores eijcerentur. Cūq; omnes id se perfecturos clamarent sed abundantem esse multitudinem tempusq; hyemale & hoc opus non vnius aut duorum esse dierꝫ oportere dicebant vt duces & alij qui non cum alienigenis habitabant vxoribus tempus acciperēt dilationis. & seniores cohabitantem cum alienigenis multitudinem visitarent. ¶ Cū hęc decreuissent: ceperunt querere a primo die mēsis decimi eos qui cum alienigenis habitabant vsq; ad primū diem secundi mensis: & inuenerunt multos ex nepotibus pricipis sacerdotū iesu & fratrū eius sacerdotum & leuitarum ac israelitarum qui vxoribus filijsq; earum dilectionem magis legum suarum preponentes eas illico refutarent. Quo facto hostias placantes deum immolatis arietibus obtulerunt. Quorum nomina minime visum est nobis dicere necessarium. ¶ Igitur predictum nuptiarum peccatum sic esdras purgauit. vt de cetero hęc consuetudo non permaneret. Septimo vero mense cenophegiam celebrantes & toto tunc populo congregato. ascendentes ad superiora templi super oriētalem portam esdram rogabant vt leges eis mosaycas legeret. Qui stās in medio populi: a solis ortu legit vsq; ad mediam diem. Et cum audissent recensitas leges iusticiam quidem ad presens & in posterum doceban tur de preteritis autem: gemebant. lachrimasq; fundebant. Et recordati sunt si legem custodissent: nihil ex tot supradictis malis perpessi fuissent. ¶ Cumq; videret esdras sic eos afflictos: precepit eos ad sua discedere & a lachrimis abstinere propter festos dies in quibus minime liceret affligi. Hortabaturq; magis ad epulationes conuerti. & facere quę sunt grata & cōuenientia celebrationi presenti penitentiam vero & mestitiam de prioribus peccatis habendam & obseruandum nequid in posterum eis simile proueniret. Postq̄ vero eos esdras hortatus est ceperunt habere leticiam. Cumq; hoc per

Esdras hostias obtulit deo.

Accusantur aliqui sacerdotum & leuitarum esdrę q transgressi sunt patrias leges qui sacerdotale genus confundentes alienigenas duxerant vxores.

Flente omni populo achanonius (qui in biblia sechemas dicit) cognoscens peccatum se & suos peccasse confitetur & vxores amouere.

¶ Esdras legū trāsgressores criminatur & alienigenas abijcere monet.

Eijciunt alienigenas vxores.

Rogatus esdras leges mosaycas populo legit ab ortu vsq; ad mediam diem.

dies octo in suis tabernaculis egissent: ad propria discesserūt. laudantes deum pro emendatione communium peccatorum: esdreq; gratias referebant. Quem contigit post gloriam quem apud deum habuerat in senectute veneranda finire vitam: & in hierosolymis cum multa sepeliri liberalitate.

Mors esdrę.

D

¶HISTORIA LIBRI Neemie incipit qui in biblia secundus Esdre dicitur.

¶Neemias iudeus captiuus xerxis regis pincerna (audita hierosolymorum propter defectum murorum desolatione) similes ad deum pro populo orationem fudit. Quem tristem rex prospiciens tristitię causam inquirit quo patrię desolationem & murorum ciuitatis ruinam flens causam esse dicente statim rex reedificandi muros facultatem & ad satrapas syrię commendatitias litteras condonauit qui a babilonia hierusalem cum multis contribulibus veniens populum manifestata prius facultate sibi a rege obtenta ad vrbis reedificandos muros animatus est. quo audito ammonitę moabitę & samaritę impedire volentes insidias moliebantur volentes etiam neemiam occidere sed constantes iudei vna manu gladium tenentes alia autem edificantes opus duodecim annis peregerunt quibus completis neemias & populus deo sacrificauerunt muris itaq; restauratis munificētissimus neemias defunctus est. Capitulum.viij.

Neemias iudeus captiuus xerxis pi[n]cerna (audita hiero. desolatione propter defectum murorum) fleuit & ad deū orationē pro populo fudit.

Neemiam tristē vidente rege tristitię causam inquirente significauit ei neemias prime desolationem & murorū ciuitatis ruinam quiq; facultatem reedificādi muros obtinuit & litteras commēdatitias habuit ad satrapas.

Oratio neemię ad populum significatiua potestatis sibi a rege concessa.

Muris mensuratis diuidunt opera populo & incipiūt ipsos reedificare.

Audientes ammonitę & moabitę & samaritę murorum edificationem impedire volentes insidias meditabātur neemiam occidere.

Nee as.c.

Sub idem tēpus & ioachim defuncto principe sacerdotū: filius eius eliasib in principatū sacerdotalem successit. Quidam autem ex captiuis iudeis xerxis pincerna noīe neemias occurrens quibusdam peregrinis ante metropolim persarum susis ex longo itinere ad ciuitatem intrantibus & audiens eos adinuicem hebraicę loquētes consulebat vnde essent profecti. Illis autem respondentibus se a iudea venisse: rursus interrogabat qualiter se haberet eorū multitudo & metropolis hierosolyma. Cumq; dixissent male habere ciuitatem & depositis in solum muris multa mala gentes in circuitu positas inferre iudeis & die tota percurrere deuastantes prouinciam & nocte tanta mala conficere & multos a prouincia vel ab ipsis hierosolymis captiuos adducere. vt omnes vię singulis diebus plene inuenirentur cadaueribus occisorum: tunc neemias pro suorum calamitate fleuit. Et attendens ad celum dixit. Domine vsq; quo despicis quę nostra patitur generatio. Sic rapina vel spolia sumus omnibus effectis. Remoranti autē eo in porta & hęc deflenti: quidam nunciauit iam regem accumbere preparatum. Qui statim sicut erat illotus: ad ministerium poculi regis festinauit. vt vero rex cenauit: suauitate plenus ad iuuenem respexit mestum: & querebat cur tristis esset. Tunc ille deum deprecatus vt gratiam ei quandā postulanti prestaret: quomodo inquit possum tibi rex non talis non apparere neq; animo non dolere dum audierim patrię meę hierosolymorum ī qua & monumenta & sepulchra meorum sunt parentū muros in terra iacentes & portas eius incēsas. Sed presta mihi proficiscenti muros restituere: partemq; tēpli cadentem denuo reconstruere. Tūc rex annuit dare se donationem ei quancumq; supplicasset. & ad satrapas litteras deportādas quatenus eū honorarent. & omnia quę opus haberet ei preberent. dicens repelle tristitiam & de reliquo gaudens nobis ministra. Igitur neemias deum adorans & regi gratias agens: mestitiam vultus confusionemq; suam pollicitationis hylaritate mutauit. ¶Postero autem die conuocans eum prębuit assyrie alias syrię & phenicis & samarie prefecto addo epistolam deferēdam. in qua de honore iuuenis & de impedimentis edificationis mandauerat exhibendis. ¶Veniens ergo ad babiloniam & multos gētis suę sponte eum secutos adducens ad hierosolymam peruenit vicesimo quinto anno regnāte xerxe: & demonstrans epistolam porrexit addo & alijs prefectis equitum: & congregās omnem populum ad hierosolymam stetit in medio templi: talem ad eos effundens orationem. vos scitis viri iudei deum quidem in memoria patrum abraham isaac & iacob permanere: & per illorum iustitiam non derelinquere prouidentiam nostri vnde & adiuuauit me vt acciperem a rege potestatem muros nostros reedificare. ac reliquam partem templi reficere volo autē vos vicinarum gentium certe scire inimicitias: & quia si cognouerint magnificenter nos edificare parati resistent & multa moliuntur. vt nos impedire preualeant. Primum ergo in deum confidere debemus qui illorum inimicitijs potest resistere: nec die vero nec nocte studium edificandi relinquere: dum tempus oportunum existit. ¶Cumq; hęc dixisset: iussit & magistratibus muros metiri. & opera diuidere populo per vicos ciuitatis secundum vniuscuiusq; possibilitatem. Pollicitus est autem & semetipsum cum suis seruis edificationem adiuuare. Solutaq; contione iudei statim opus aggressi sunt. iudei vero dicti sūt ex die quę a babilone profecti sūt ex tribu iuda quę prior ad illa loca peruenerat. vnde & ipsi & prouincia tali appellatione vocitantur. ¶Audientes vero murorum edificationem accelerari ammonitę ac moabitę vel samaritę & omnes qui inferiorem syriam habitabant moleste ferebant & meditabantur insidias contexere quatenus voluntatem eorum impedirent multosq; interficiebant iudeos. Ipsum vero neemiam dilacerare querebant quosdā alienigenas conducentes qui eū perimerēt. Preterea in timore & tremore & turba dispersis rumoribus eos mittebāt: tāq multis gētibus paratis cōtra eos arma ꝓferre qbus turbati rumoribus

E

Ne as.c.

F

N as

N a

constructionē penę reliquerūt. Neemias nullo modo his pmotus studium dereliquerat sed custodie causa corporis sui agmine satellitum circūspectus sine vulnere pmanebat: operis desiderio tribulationem nō sentiens. Ita siquidem intentus agebat & prouidebat suę saluti non timore mortis: sed agnoscens post suum interitum minime cōcedi suis ciuibus muros construere. Vñ pręcepit in posterū. vt arma ędificatores accincti fabricarēt. Igitur edificatores vel impensarū portitores: gladios habebāt. Clipeos iuxta eos poni decreuit. Buccinatores etiam quingentis pedibus statuit: pręcipiens vt si hostes apparuerint significarēt populo quatenus armati resisterent ne eos nudos inermesq; oppugnarent. Ipse autem nocte circuiens ciuitatem. minime aut operibus aut somno aut cibo fatigabatur. Nichil autem horū suauiter sed sub necessitate vtebatur. ¶ Quos labores sustinuit per ānos duodecim & menses quatuor: nam tanto tempore hierosolimorū sunt muri perfecti. Octauo autem & vicesimo anno & mense nono imperij xerxe postq̃ muri perfectionem acceperunt: neemias & reliqua multitudo sacrificauerūt deo pro eorum edificatione: ac per octo epulati sunt dies. ¶ Gentes igitur quę syriam habitabāt audientes factam constructionē murorum: grauiter agebantur. Neemias autem in ciuitate videns paucos homines habitare. rogauit sacerdotes & leuitas vt vicos relinquētes migrarent ad ciuitatem & in ea manerent. fabricās eorum domicilia proprijs expensis. Populum etiā agros colentem decimas fructuum ad hierosolimā iussit offerre. vt habentes sacerdotes & leuitę alimenta perpetue religionis iura non derelinquerent. Et hi quidem libenter sequebantur decreta neemie: ciuitatem vero exinde cōtigit hominum multitudine compleri. Multa etiam talia bona & laudibus digna cum summa fecisset munificentia neemias ad senectutem perueniens vir benignus & natura iustus atq; munificētissimus erga propriam gentem defunctus est. qui in memoria sui eterna muros hierosolimitanos reliquit. Hęc ergo sub imperio xerse sunt acta.

¶ Edificatores gladios & arma ędificādo habebāt &c. clangente buccina.
Duodecim ānis muri hierusalē sunt reedificati quibus cōpletis Neemias & populus sacrificauit deo &c.
Muris restauratis Neemias munificentissimus defunctus est.

HISTORIA LIBRI HESTER INCIPIT.

¶ Sirus qui dictus est Artaxerses ī biblia Assuerus patre xerxe mortuo successit in regno sub quo pene deleta est gens iudeorū qui diuitiarꝫ ostentationem per centum & octoginta dies parans suos cōprouinciales septem diebus delitijs saginauit in conuiuio quod munificentissimū fuit. Regina quoq; mulierum cōuiuium in aula collegit quam rex cōuocatam vt ad suum veniret cōuiuium & recusantem habito persarum consilio abiecit a consortio. Tristem vero de vxoris abscessu regem amici consolantur. & queri puellas regi pulcherrimas faciunt ex quibus pulchriorem rex accipiat vxorem.

Capitulum. ix.

[D]efuncto vero xerxe: regnum ad filium eius cyrum (quem gręci Artaxersen vocant) contigit transferri. Quo regente persarum imperium/ periclitata est tota gens iudeorum cum mulieribus & filijs. Causam vero paulopost demonstrabo. Nam decet primum de rege differere: quēadmodum iudeam duxit vxorem de regio genere: quam nostram dicunt seruasse gentem. Nam cum regnum Artaxerses accepisset & ordinasset ab India vsq; ad ethiopiam centum & viginti septem satrapas tertio imperij sui anno: amicos suos & gentes persis subiectas cum ducibus earum magnifice pauit: sicut regem oportuit. Qui diuitiarum ostentationem per centum & octoginta dies parauerat: postea gentes ac legatos eorum in Susis per septem dies delitijs saginauit. Quorum conuiuium huiusmodi erat instructum. ¶ Tabernaculum enim fixerat ex aureis argenteisq; columnis vela purpurea super eas extendens: vt multa milia discumbentium operirent. Ministrabatur vero poculis aureis & lapidibus pręciosis: ad delectationem simul & spectaculis præparatis. Pręcepit itaq; & ministris ne cogerent eos bibere potionem eis offerentes/ quod apud Persas fieri solet: immo & concederent cuiq; discumbētium vt quemadmodum vellet epularetur. Misit autem per omnem prouinciam denuncians vt opera relinquerent: multisq; diebus pro eius imperio letarentur. ¶ Regina quoq; mulierum conuiuium in aula collegit. Quam rex prādentibus volens ostendere ad conuiuium iussit accedere: pulchritudine cunctas mulieres pręcedētem. Quę pro legum persarum custodia prohibentium ab extraneis alienas iugales alias coniuges videri: non accessit ad regem. Cumq; sepius eunuchos ad eam mitteret inuitantes nichilominus suum denegans permāsit aduentum. Vnde rex ira cōmotus soluit conuiuium. & ad se conuocans septem persas apud quos legum mandata seruātur: accusabat vxorē dicens qualiter ab ea fuisset contemptus cū sepius ad conuiuium vocaretur. nec semel paruisset Pręcepit ergo vt pronūciarent contra eum quandam legis definitionem. Tunc vnus ex his nomine nocheus alias Manucha locutus est dicens nō ipsi soli hanc iniuriam factam fuisse sed omnibus persis periculum vitę patientibus: vt turpiter a suis contemnantur vxoribus. Nullo enim iam pudore tenebuntur: exemplo reginę superbiam aduersum te omnium rectorem habentis. Et ideo hortabātur vt eam quę sic iniuriata fuerat regē maximis damnis afficeret: & hoc facto cunctis gentibus denuncia-

Cirus q̃ dictus est Artaxerses ī biblia est Assuerus mortuo patre xerxe successit in regno sub quo fere deleta est gēs iudeorꝫ.
Cōuiuij Assueri qui hic artaxerses dicit descriptio & magnificentia.
Regina fecit cōuiuiū fœminarꝫ Cōuocata sepius regina vaschi a rege vt ad suū veniat cōuiuiū recusat.

ret quę in reginam decreta sunt. Placuit ergo vt vasti abijceretur & honor eius alie mulieri pręberet. ❡ At ille amore coniugis detētus: grauiter disiūctionem eius ferebat. Et conciliarij quidem propter legem non poterat tristis tamen in sollicitationibus permanebat. Quem videntes amici nimio mero re cōfectum persuadebant vt memoriam quidem vxoris & amorem nichil profuturum deponeret: & quereret per vniuersam terram virgines decoras: ex quibus pulchriorem haberet vxorem: extingui enim prioris sic posse cupidinem (alia introducta) & desiderium paulatim a muliere proiecta subtractum ad cohabitantem posse conuerti. Hoc flexus consilio: statim quibusdam iussit de palatio eligere pręcellentes pulchritudine virgines: & ad se deducere.

Tristem regē de vxoris abiectione amici eius cōsolātur & queri puellas regi faciunt pulcherrias ex quibus pulchriorē accipiat rex vxorē.

❡ Congregatis multis puellis puella quedam ambobus orbata parentibus apud auūculum Mardocheum in babilonia nutrita hester noīe omnes pulchritudine superans ad regem adducitur quā rex super ceteras sibi placentem legitime duxit vxorem. Cuius auūculus Mardocheus de babilonia Susim veniens insūniatores per hester regi prodidit quod rex annalibus scripsit. Capi.x.

Pulchritudo hester mardochei neptis.

CVmvero congregatę multę fuissent inuenta est quedam puella in babilonia ambobus orbata parentibus quę apud auūculum nomine mardocheum nutriebatur. Is enim fuerat ex tribu beniamin. Omnesq; primas iudearum hester (hoc enim ei nomē erat) pulchritudine superabat: & gratia vultus sui respiciētium magis delectabat aspectum. Quę tradita cuidam eunucho pro diligētia cuncta: rerum prouidentia fruebatur. Affluentia aromatum odore & largitate vnguentorum quibus corpora vtunt irrigabant & his fruebantur per menses sex: nūero quadringente. Cūq; putasset virgines per prędictū tempus diligentię satis habuisse: & dignas iam regio factas esse cubiculo per singulos dies ad cōcubitum vnam regi mittebat: qui post concubitum statim eas ad eunuchum remittebat. ❡ Veniente vero ad eum hester: delectatus est in amorem incidens puelle: & legitime eam duxit vxorem: & nuptias celebrauit imperij sui anno duodecimo mense qui dicit adar.

Hester sup ceteras virgines placuit regi quam legitimā duxit vxorem.

❡ Destinauit autē per omnes gentes eos (qui aggari dicuntur) pręcipiens eis pro suis nuptijs festa celebrare. Ipse autem persas & primos gentium pascebat per totum mensem: pro nuptijs suis. Quam cū introduxisset ad aulam: corona eam induit. habitauitq; cum eo hester minime ei procedēs ex qua esset natione. Trāsiens autem & auūculus eius a babilone ad persicā susim & habitans illic singulis diebus in palatio commorabatur: requirens qualiter puella conuersaretur quam tanq̄ filiam diligebat.

Mardocheus de babilone Susim venit

❡ Cumq; legem rex posuisset vt nemo familiarium ad eum non vocatus accederet. cum super soliū sederet sedebat itaq; etiam ipse rex virgam auream ferens. Quam cum aliquem liberare voluisset horum qui non vocati venirēt porrigebat ei: & cum tetigisset vitabat periculum mortis. De his quidem a nobis sufficienter dictum est. ❡ Interiecto vero tempore insidiātibus regi bagatho alias bargatha & theodesto bargani eunuchus seruus alterius eunuchorum genere iudeus cum intellexisset isidias regine auunculo indicauit. Mardocheus autem per hester manifestans insidiatores prodidit regi. Rex vero turbatus veritatem inueniens eunuchos quidem crucifixit: mardocheo autem tunc nichil pręstitit q̄uis salutis eius nuncius extitisset nomen tamē eius annalibus monimentis inseri pręcepit: & in palatio eum permanere vt amicus regis necessarius existeret.

Mardocheus per hester insidiatores regi prodidit quod rex annalibus scripsit.

❡ Amā apud regem exaltatum oībus adorantibus mardocheus contemnebat vnde contra eū omnesq; iudeos odium exercens Aman eos regi accusat genus eorum deleri procurans & mandatū regium pro ipsis extimādis vbiq; fecit publicare. Quod cognoscens Mardocheus rupta veste cinere perfusus ciuitatem circuiens cum clamore lamentabat. Quod cum reginem fuisset nūciatum ad Mardocheū mittens querit tristicię causam. Qua cognita hester Mardocheum inuitare Iudeos ad ieiunium triduum mouet & se similiter facere promittit atq; pręter legem adire regem etiam si mori debeat.

Capitulum.xj.

QVo tempore aman amadachi filium genere amalechitam ad regem introeūtem: peregrini & persę salutabant. Nam adhuc honorem rex ei ab omibus iusserat exhiberi. Mardocheū vero propter sapientiam & patrias leges non adorantem aman custodiri fecit: & interrogauit eum ex quo esset genere. Audiens autem iudeum esse indignatus dixit. Omnes liberi persę me adorant: hic seruus existens hoc facere dedignatur. Et punire mardocheum volens: ipsum quidem a regs ad tormentum petere paruum putauit: gentem autem eius decreuit totam vna perimere: nam iudeos satis in odio habebat quoniā amalechitarum genus e quibus ipse fuerat. ab ipsis omne perierat. ❡ Adiens ergo regem accusabat iudeos dicens gētem esse malignam dispersam per vniuersum orbem quę non eius seruiret imperio. nec mixtam: nec alię genti coadunatam nec eandē cum ceteris religionem colentem: quę nec legibus similibus inquit vtitur: & inimica moribus & professionibus tui populi. & hominibus cunctis existit. Sed si vis aliquod subiectis beneficium commēdare iube radicitus eam perire. nec aliquas eius permanere reliquias: nec aliquos eorum ad seruitutē

Amā exaltatus apud regē ab oibus adorabatur excepto mardocheo inde cōtra eū idignatus & cōtra oēs Iudeos odiū exercuit Accusat Aman Iudeos regi eorū genus deleri procurat.

aut ad captiuitatem seruari. Verumtamen vt nullum patiaris damnū: tributa eorum de propria substātia ipse me prebere polliceor quadraginta milia talenta pecuniarum: vbicūq; preceperis. Has autem pecunias libenter offero: si placatum ab his malis tuum fuerit imperium. ¶ Postq̄ aman hec intimauit: rex ei & pecunias & homines donauit: quicquid de illis vellet efficere. Desiderio autem adepto aman statim mandat tanq̄ a rege per omnes gentes precepta: hunc modum cōtinentia. Rex maximus artaxerses ab india vsq; ethiopiam centum vigintiseptem prouinciarum principibus & iudicibus qui eius imperio subiecti sunt/saltem dicit. Cum pluribus gentibus imperarem & vniuersum orbē mee subiugassem ditioni voluit nequaq̄ abuti potentie magnitudine sed clementia & leuitate gubernare subiectos: vt absq; vllo timorevitam silentio transigentes optata cunctis mortalibus pace fruerent. Querente autem me a consiliarijs meis quomō hoc posset impleri: vnus qui sapientia ac fide ceteros precellebat & erat secundus post regem aman nomine indicauit michi in toto orbe terrarum dispersum esse populum qui non nastris vteretur legibus: & contra omnium gentiū faciens cōsuetudinem regum iussa contemneret: & vniuersarum concordiam nationum sua dissentione violaret. Quod cum didicissemus videntes vnam gentem rebellem aduersus omne hominum genus peruersis vti legibus nostrisq; iussionibus contra ire & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem atq; concordiam: iussimus vt quoscunq; aman qui in omnibus prouincijs prepositus est & secundus meus pater monstrauerit cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis nullusq; eorum misereatur quartadecima die duodecimi mēsis adar anni presentis: vt nefarij humines vno die ad iferos descendentes reddant pacem imperio nostro quam turbauerunt. ¶ Hoc per ciuitates & prouincias veniente precepto: omnes ad interitum iudeorum constituta die parabantur. quod etiam in Susis ꝓponebatur. Rex vero & aman epulatiōibus vacabāt: ciuitas vero turbabatur. ¶ Quod mardocheus cognoscens vestem rupit & sacco indutus cinereq; perfusus ciuitatem circuibat: clamans interimi gentem que nihil peccauit. Et hec dicens ad aulam ꝑuenit & ante ipsam stetit. Nam minime licebat ei ingredi tali circumamicto habitu. Idem etiam omnes iudei fecerūt per ciuitates quibus de hoc litere proponebantur: lugentes & plangentes nunciatas sibi calamitates. ¶ Cum vero cuidam regine nunciasset mardocheum in tam misero habitu ante aulam stātem audito sermone turbata: misit qui eius vestimentum mutarent. Quo nolente sacco exui quia nōdum erat malum finitum pro quo saccum induerat vocans assistentem eunuchum achrateon al's Athach ad mardocheum destinauit interrogans quid ei tristitie contigisset: quod hunc habitum nec ea petente deponeret. Tūc mardocheus indicauit eunucho causam & litteras contra iudeos per omnes prouincias sub lege cōstitutas trāsmissas/ & promissionem pecuniarū per quam a rege perditionem gentis comparauerat aman. Harum etiam exemplū ad hester tradidit reportandum que proposite in susis fuerant: mādans ei quatenus de his regi supplicaret: nec recusaret pro salute gētis habitum humilem accipere. per quem regi ostēderet periculum iudeis imminere. Aman inquit qui secundum honorem post regem obtinet accusando iudeos regē aduersum eos incendit. ¶ Hec cum regina cognouisset rursus mittit ad mardocheū dicens ꝙ a rege non esset vocitata: & si quis ad eum non vocatus intraret moreretur: nisi volens seruare quendam porrigeret ei auream virgam. Nam inuocato & ad eum intranti si hoc rex fecerit hic solus non interimit. sed veniam accipiens liberat. Mardocheus vero hec verba deportante sibi ab hester eunucho renunciare precepit non sue saluti preuidere sed totius gentis periculum amouere. Nam si nunc ipsa inquit contempserit adiutorem quidem genti deum omnibus modis futurum: ipsam vero & paternam eius domum ab illis quos contempserit perituram. ¶ Hester autem denunciauit mardocheo per eundem ministrum vt pergens ad susis constitutos illic iudeos ad concionem congregaret: & ieiunare cunctos triduo pro ipsa preciperet. Quod & ipsa cum suis agens ancillis: ꝓmisit se preter legem adire regem: & si mori oporteret non recusaret. Mardocheus autem secundum hester mandata populum fecit ieiunare: deumq; suum petere vt nec eam nec gentem eius peritură cōtemneret: sed vt a seculis ante prouidit & peccātiveniam concessit & nunc a denūciato dum interitu liberaret. Non enim propter aliquod peccatum ita cogebatur sine gloria deperire cum & ipse dominus nosset causam furoris aman quod eum nō salutabat. Neq; enim inquit honorē quē tibi domino offerebam hunc illi quoq; patiebar offerre. Ideoq; iratus contra eos qui tuas leges non trāsgrediuntur: talia machinatus est. Easdem etiam vulgus voces emittebat: petens deum prouidere sue saluti: cūctosq; israelitas per omem liberare terram a futura calamitate. Nam iam pre oculis eam sperabant: & simul habebāt. Rogabat etiam hester deum patria se lege ꝓsternens in terra: lugubriq; veste circumamicta. Cibum autem & potum omniaq; suauia rēnuebat per tres dies deum petens vt adiuuaret eam quatenus regi videretur supplicans suauis eloquio specieq; pulcherrima vt ex vtroq; sustentata & ipsa ꝑiculū euitaret. & genti sue salutem acquireret. in amā quoq; regis odium cōcitaret.

Amā mādāt vbiq; iudeos ꝑimi ꝑmittēte rege. Mandatū regiū pro exterminādis iudeis.

Cognoscēs Mardocheus regis edictū cinere ꝑfusus rupta veste ciuitatē circuiēs cū clamore lamentabat, &c.

Hester iterū ad mardocheū mittēs se excusat.

Hester monet Marducheū iudeos iuitare ad ieiuniū triduū se simil'r facere ꝓmittit & ꝑter legē etiam mori oporteret adire regē non recusare.

¶Hester (lugubri deposita veste) regali ornata habitu ad regem cum timore veniens (cum eam rex asperius iracundo vultu respiceret debilitatis membris) sup ancillas collapsa est quã cõsolatur rex ab ea pellens timorem. Illa vero respirans ad conuiuium regem cũ Aman ad se venire supplicat: qd annuit rex & cum esset inter poculorum leticiam iussit rex hester aperire quid vellet. Et illa in posterum diem se suum consilium permisit si rursus ad conuiuium cum Aman veniret. Quod (annuente rege) Aman egressus gaudens ꝙ solus apud hester cum rege meruit epulari. Et videns in aula mardocheũ minis indignatus est & ingressus vxorem & amicos vocauit quibus & honorem (quo frueretur apud regem) exposuit. sed & sibi non placere videre Mardocheũ. Cui vxor lignum cõsuluit parare & Mardocheum a rege petere crucifigendum. Cuius consilium laudans pręcepit famulis paratum lignum in atrio constituere quod ad pœnam mardochei seruarent. Capitulum.xij.

Hester regali ornata habitu ad regẽ cũ timore veniẽs cũ eã asperius rex iracũdo vultu respiceret mẽbris debilitatis sup ancillas collapsa ẽ. Cõsolatr rex vxorẽ hester pellẽs ab ea timorẽ.

Sic deum per tres dies deprecans lugubrem vestem deposuit: & habitu mutato ornata sicut oportebat reginam ibat cum duabus ancillis quarum vna leuiter eam incumbentem sustinebat: altera vero sequens longitudinem vestis vsq; ad terram profusam summis digitis deportabat. Quę ita facie rubore plena verecundum ac modestum habens decorem: adibat regem etiam cum timore. Cum vero ad faciem eius sedentis in solio deuenisset & vidisset eum circũdatum ornatumq;: qui ex varia veste vel auro ac lapidibus pręciosis valde fulgebat: terribiliorẽ eum magis propter hęc intuebatur. Cumq; & ille asperius eam vultuq; iracundo aspiceret membroꝝ eam debilitas comprędendit: & super ancillas quę prope latera eius erant repente collapsa est. ¶Rex autem volũtate dei arbitror mentem mutauit: & timens ne quid mali vxor eius timore pateretur surrexit a sella: suoq; eam gremio colligens fouebat & osculabatur: blandeq; loquebatur. cõfidere eam petens ne aliquid metueret: quod ad eum non vocata venisset. Nam legem istam propter subiectos esse positam: ipsam autem similiter cum eo regnãtem omnem habere licentiam. Hęc dicens sceptrumq; in manu eius ponens: virgam super ceruicem eius tetendit propter legem liberans eam a mortis discrimine. ¶Illa vero respirans: domine inquit non habeo facultatem explanandi quę michi subito cõtigerunt. Nam vt te vidi maximum & pulchrum atq; terribilem: statim spiritus meus recessit: & a mea anima sum relicta. Vix illa cum debilitate hęc loquente: etiam regem anxietas habuit. Deinde confidere melioraq; sperare: hester inuitabat. Nam medium ei regnum se concedere si hoc peteret ꝑmittebat. ¶Hester vero ad cõuiuium eum cum aman amico ad se venire supplicabat. parasse ei cœnam se dicens. Cumq; annuisset & aduenisset. inter poculorum leticiam iussit rex hester aperire quid vellet. Nichil enim se negaturum esse promisit. etiam si mediam partem regni poscere voluisset. Tum illa in posterum diem explanaturam se suum consilium promisit. si rursus ad cõuiuiũ cum aman veniret. Cumq; rex promisisset. aman ęgressus est gaudens ꝙ solus apud hester cum rege meruit epulari: dum nullus alius talem honorem potuit adipisci. Videns vero in aula mardocheũ: nimis indignatus est ꝙ non aliquã ab eo veneratiõẽ sibimet exhiberi sensisset. Tunc ingressus ad semetipsum. vxorẽ zarasan cum amicis vocauit. Quibus pręsentibus & honorem exposuit quo frueretur non apud regẽ tantũ sed & apud reginam: & qualiter illo die ad eam cum rege solus accersitus esset & in posterũ diem rursus inuitaretur. Dicebat autem non ei placuisse ꝙ mardocheũ videret in aula iudeum. ¶Cui respondit vxor sua zarasa. Iube lignum secari cubitorum quinquaginta & mane pete a rege Mardocheum crucifigendum. Cuius consilium laudans: pręcepit famulis lignum paratum in atrio constituere: quod ad pœnam mardochei seruarent.

Hester regẽ ad cõuiuiũ cum Aman iuitat.

Amã qui letus de cõuiuio exierat viso mardocheo idignatus est.

Aman pro Mardocheo cõsulente vxore crucẽ iussit parari.

¶Assuerus cum dormire non valeret annales coram se iussit asportari legendum: & inuento Mardocheo qui regem ab insidiatoribus pręseruauit nulla habita remuneratione vocato Aman qui pręter solitam horam petiturus Mardochei mortem maturius processerat) petit rex consilium de honorãdo secundum regis magnificentiam quodam valde regi charissimo. Aman vero putans consilium quod daret pro se futurum optimam dedit sententiam dicens dignum esse dilectum hominem glorię meritis honorare & eum super regis equũ regia veste indutum aurea torque ornatum & vnum ex regis necessarijs amicis procedere per totam ciuitatem clamantẽ Sic honorabitur quęcunq; voluit rex honorare. Quo accepto cõsilio iussit rex Aman vt Mardocheũ sibi charissimũ sic honoret Qui mesticia percussus & mente confusus exiuit equũ sedente mardocheo purpura regali vestito & torquę ornato ducens circuit ciuitatem pręcente Aman & pędicãte ꝙ huiusmodi fruitur bonis quem rex amauerit. Quo facto Mardocheus ad regem ingreditur Aman autẽ confusus cum lachrymis ad vxorem in domum reuertitur. Capi.xiij.

Rex dormire nõ valẽs ãnales corã se iussit asportare legendos.

Deus autem spem malignam aman deridebat: & accidentia pręuidẽs de futuris delectabatur. Nam regi somnium per illam noctem abstulit: qui nolens in ocio vigilias perdere sed ad gubernationem sui principatus eas habere: scribam iussit ferẽtem prędecessorum suo-

rum & factorum suorum monimenta religere. Cumq; detulisset & recenseret: inuentus est enim quidam qui pro virtute sua precium acceperat agros cuius & nomen signatũ erat: alter vero pro fide donationẽ impetrauerat. Post hec legendo venit ad gabetheũ alias bagathã & theodestũ eunuchos insidiatores regis quos mardocheus indicauerat. Et cũ hoc tñ scriba pnunciasset. & ad alterius transisset actus rex eum detinuit: cõsulens si quid ei p remuneratione datũ scriptum haberet. Scriba respõdit. Nichil. Tunc rex iussit eum tacere. Et interrogabat eos (quibus hoc pmissum fuerat) que sit hora noctis. Audiens aũt iam delucescere: precepit vt quem inuenirent amicorum ante aulam presentem nũciarent. Euenit autem aman inueniri. Nam preter solitã horam maturius processerat: petiturus mortem mardochei. Cumq; serui renũciassent aman ante edem stare precepit eum vocari. ¶ Cumq; intrasset: amicum te inquit sciens solum fidem peto vt cõsilium michi prebeas quemadmodũ debeam secundũ meam magnificentiã honorare quẽdam michi valde charissimum. Aman vero putans cõsilium quod dedisset hoc pro se futurũ: nam amari se solum a rege credebat: quam estimauit optimam esse sententiã regi declarauit & dixit. Si vis quem dicis hominẽ dilectum glorie meritis honorare: fac eum super equum pcedere tua veste indutum & torquẽ auream habere. & precedere vnum ex tuis necessarijs amicis clamantem per totam ciuitatem quod tale beneficium merebitur: quem rex honorificare voluerit. Igitur aman huiusmodi largitatem arbitratus ad se venturam talia persuasit. Rex vero delectatus hac motione vade ait habes equum & stolam & torquem require mardocheũ iudeum & his illum induens antecede equum eius. Nam tu inquit amicus es michi pre cunctis. Ergo perfice cõsilium. cuius vtilis suasor extitisti. Et hec ei a nobis donent: quia meam animã liberauit. ¶ Postq̃ hec pret er omnẽ spem audiuit mẽte cõfusus & mesticia pcussus exiuit equum ducens cũ purpura & auro. Et mardocheũ reperiens ante aulam sacco indutũ iussit eum exutũ purpura circũdari. Tunc ille nesciens veritatem sed deludi se putans pessime inqt oim hoim ita calamitatẽ nostram derides. Vt vero certe cognouit q rex ei hunc honorẽ donauerit pro salute quam illi prebuerat insidiatores eunuchos redarguens purpura induit quam rex sepe vestitus degebat & torque verticẽ circũdatus & super equũ sedens totam circuibat ciuitatẽ precedẽte aman & predicante q huiusmodi fruit donis quẽ rex amauerit & dignũ honore pbauerit. ¶ Cumq; totam circuisset ciuitatẽ mardocheus ingreditur ad regẽ: amã autem ex cõfusione a se recedẽs cum lachrymis vxori & amicis que cõtigerant indicauit. Illi vero nequaq̃ puniri posse mardocheũ dicebant: deũ enim esse cum ipso credebant.

Mardocheus in historijs regis inuenit q regẽ ab isidiatoribus p̃seruauerat.

Cõsilium Amã de honorãdo amico regis secũdũ regiã magnificentiã.

Aman mẽte cõfusus Mardocheum purpura circũdatũ cogit per vrbẽ deducere.

Reuertẽte Mardocheo ad regẽ Amã cõfusus lugens in domum reuertit.

¶ Aman ad cœnam cum rege inuitato hester pro iudeorum liberatione regem deprecatur Aman manifeste accusans quo rex turbatus ortum exiuit a conuiuio &; redeunte ipso Aman super lectum procidentem inueniẽs reginam deprecantem huiusmodi visu magis incitatus quia vxori violẽtiam facere conaretur ipsum in cruce quam mardocheo parauerat. Sabucada eunucho hoc manifestante statim iussit suspẽsum interimi possessionem;cuius Mardocheus habuit loco eius regi seruiens. Et sic hester Iudeorum liberationem mandato regio vbiq; promulgato obtinuit. Et diem qua Aman Iudeos perdere statuerat: precepit rex solemnizari pœnam indicens trãsgressoribus. Sicq; maxima fuit iudeorum leticia pro Mardochei promotione qui permittente rege inimicos suos interfecerunt.

Capitulum.xiij.

Dvmq; hec loquerentur adinuicem. venerunt hester eunuchi Aman vrgentes ad cœnam. ¶ Sabuchadas vero vnus ex eunuchis videns crucem fixam in domo aman quam mardocheo parauerat cõsuluit aliquem seruorũ cuius causa eam parasset. Et audiens q auũculum regine amana rege petiturus erat ad pœnam tunc quidem tacuit. ¶ Cumq; rex vna cum amã epulatus interrogaret reginam vt diceret quam vellet ab eo donationem impetere completurũ eum eius desiderium promittebat: tunc regina pro populi deprecabatur periculo & q tradita fuisset ad perditionem cum sua gente ideoq; ad eum sermones facere decreuisset. Neq; enim molestum sibi dicebat si amaram eis seruitutem imponeret: paruum enim ei hoc esse malum sed supplicabat hec amoueri. Itaq; interrogante rege a quo hec sanccita fuissent: accusabat iam manifeste aman: & maliuolum contra eos existentem has militum insidias vrgebat. Tunc rex ad hoc turbatus: a conuiuio ad ortum regreditur. Hester vero reginam aman petere cœpit. & veniam pro peccatis exposcere. Nam intellexerat. in quibus iam malis esset. Cumq; super lectum procidens reginam peteret: superuenit rex & huiusmodi visu magis incitatus dixit. Pessime oim: vxori mee etiã violentiã irrogare conaris. Ad quod aman obstupuit & nichil potuit respondere. ¶ Tunc sabuchadas al's Arbona eunuchus cœpit aman accusare: quemadmodum inuenisset in atrio eius paratam crucem ad mortem mardochei. Nam hoc illi interroganti seruus indicauerat. cũ ad ipsum inuitaturus eum ad cœnam venisset. Crucem autem dicebat esse altitudine cubitorum quinquaginta. Quod rex audiens in illa eum pœna tradere decreuit: quam contra mardocheum ipse tractauerat. statimq; iussit cruce suspensum interimi. ¶ Vnde mi

Aman ad cœnã inuitatur.

Hester p liberatione iudeorum regem depcatur Aman manifeste accusans.

Sabucadas Amã accusãte qa crucẽ p mardocheo parauerat rex eum suspendi in ea iussit & interimi.

chi cõtigit mirari nomẽ dei. & sapientiã & iusticiã eius agnoscere q̃ nõ solum maliuolẽtiã amã puniuit sed q̃ excogitata cõtra alium tormẽta in eum conuertit. & ceteros hoc sentire permisit q̃m qui cõtra alium quẽdam molestus fuerit. hęc in se primum parata cognoscat. ¶ Itaq; amã honore (quẽ a rege acceperat) supra modum abusus. huiusmodi cruce confixus est. ¶ Rex autem substantiam eius regine donauit & mardocheum aduocans dedit ei anulum quem aman ipse pręstiterat. Nam iam hester ad noticiam eius perduxerat cognationẽ: quam ad illum habebat. Donauit vero & regina mardocheo aman possessionem & supplicauit regi liberari a mortis metu gentem iudeorum: certa ei faciens quę per vniuersas ꝓuincias scripsisset aman filius amadathi. Nã gente sua perempta nullatenus se vitam posse tollerare dicebat. Cui rex promisit nichil eam frustra petere: nec studio eius aliquid cõtrarium prouenire. Vnde pręcepit vt scriberet quę vellet de iudeis nomine regio signaretq; eius sigillo: & transmitteret per omne eius imperium. Si quis enim legeret signatas epistolas sigillo regio minime sanctiõibus obuiabat. Scribas ergo regales vocans iussit scribere gentibus & primatibus & magistratibus pro iudeis ab india vsq; ad ethiopiam: centum viginti & septem prouinciarum. ¶ Epistolę autem hunc modum continebant: Rex magnus artaxerses ab india vsq; ad ethiopiam centum viginti & septem prouinciarum ducibus ac principibus qui nostrę obediunt ditioni: salutem dicit. Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus est abusi sunt in superbiã: & non solum subiectos regibus nituntur opprimere: sed datam sibi gloriam non ferentes: in eos (qui dederunt) moliuntur insidias agitare. Nec contenti sunt gratias non agere beneficiȷ̃ ꝓ humanitatis in se iura violare: sed dei quoq; cuncta cernentis arbitrantur se fugere posse sententiam. Et intantũ vesanię ꝓruperunt vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruant & ita cuncta agunt vt omnium laude sint digni mendaciorum funiculis conẽtur subuertere dum aures principum simplices & ex sua natura alios existimãtes callida fraude subuertunt. Quę res & ex veteribus probatur hystoriȷ̃s & ex his quę gerunt̃ quotidie: quomodo malis quibusdam suggestionibus regum studia deprauantur. Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum nec putare debetis si diuersa iubeamus ex animi nostri venire leuitate: sed pro qualitate & necessitate temporum vt reipublice poscit vtilitas sententiam ferre. Et vt manifestius q̃d dicimus intelligatis amã filius amadathi & animo & gente macedo alienusq; a persarum gente sua crudelitate pietatem nostram cõmaculans peregrinus a nobis susceptus est & tantam in se expertus humanitatẽ vt pater noster vocaretur. & adoraretur ab omnibus post regẽ secundus. Qui in tantum arrogãtię tumore subleuatus est: vt regno nos niteretur priuare & spiritu. Nam mardocheum cuius fide & beneficiȷ̃s viuimus & consortem regni nostri hester cum omni gente sua nouis quibusdam atq; inauditis machinis expetiuit ad mortem hoc cogitans vt illis interfectis insidiaret̃ nostrę sollicitudini. & regnum persarum transferret in macedones. Nos autem a pessimo mortalium iudeos neci destinatos in nulla penitus culpa reperimus: sed econtrario iustis vtentes legibus & filios altissimi & maximi sempq; viuentis dei cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnũ est traditũ & vsq; hodie custoditur. Vnde & eas litteras quas sub nomine nostro ille direxerat sciatis esse irritas: ꝓ quo scelere añ portas huius vrbis id est Susis & ipse qui machinatus est & om̃is cognatio eius pendet in patibulis nõ nobis sed deo reddente ei quod meruit. Hoc autẽ edictum quod nunc mittimus in cunctis vrbibus proponat̃ vt liceat iudeis vti legibus suis. Quibus debetis esse ãminiculo vt eos q se ad necem eorum parauerant possint interficere: terdecima die mensis duodecimi qui vocat̃ adar. ¶ Hanc enim diem omnipotẽs deus meroris & luctus eis vertit in gaudium. Vnde & nos inter cetęros festos dies hanc habetote diem: & celebrate eam cum omni leticia vt in posterum cognoscãt omnes qui fideliter persis obediũt dignam pro fide recipere mercedem qui autem isidiantur regno eorum perire pro scelere. Omnis autem prouincia & ciuitas q̃ noluerit solẽnitatis esse particeps gladio & igne depereat & sic deleatur vt non solum hominibus sed etiam bestiȷ̃s in via sit in sempiternum. pro exemplo contemptus & inobedientię. ¶ Igitur equites epistolas deportantes exierunt: & viam ꝓpositam peragebant. Mardocheus vero regia indutus stola & corona aurea. & torquę processit ornatus. Quem videntes ita honorificatum a rege iudei in susis habitantes cõmunem existimauerunt fœlicitatem eius. Pręterea gaudium & salutare lumen propositis regalibus sanctiõibus per ciuitates & prouincias iudeos circundedit: ita vt etiam multi gentes propter timorem iudeorum perterrentur libertatem ex periculo eorum comparatã inspicientes. ¶ Nam duodecimi mensis tertiodecimo die (qui apud iudeos adar. apud macedones distris alias districs vocatur) portitores regalium litterarum nũciabant: quemadmodum deberent die quo ipsis periculum imminebat inimicos cõsumere. Tunc pręsides satraparum & tyranni & reges & scribe summũ iudeis reddebant honorem quoniam timor mardochei eos ad temperantiam coaceruabat. ¶ Postq̃ ędictum regis per omnes ꝓuincias lectum est: in Susis iudei inimicorum quingentos interemerunt. Cumq; rex peremptorum in ciuitate nume

Marginal notes:

Mardocheus amã possessionẽ habuit: & loco eius regi seruiuit.

Hester Iudeorũ liberationẽ obtinuit: regio mandato &c.

Exemplũ regię epistolę.

Nota ꝓ regimine principũ: qui sepe ab adulatoribus fallunt̃.

Ingratitudo Aman.

Diẽ (qua Aman statuerat Iudeos pire) rex p̃cipit solẽnisari: & pœnã indicit renuẽtibus.

Gaudium & leticia Iudeorum de promotione Mardochei.

D · Hest ca. 8 · Hest ca. 9 · E · F · H c. · I c. · I c.

rum heſter nunciaſſet & in prouincia quod factum fuiſſet ambigeret ſi quid amplius vellet interrogauit eam. Illa petiuit eum vt pręciperet iudeis & in poſterum diem ita facere in reliquos inimicos ſuos & vt decem filij aman crucifigerentur. Quod quidem iudeis rex conceſſit: nequaq̃ volens reſiſtere heſter. ¶ Iudei vero parati quartadecima die diſtris menſis occiderunt rurſus aduerſariorũ trecẽtos: & nichil penitus poſſeſſiones eorum tangentes. Interfecti ſunt etiam per prouinciam aliaſq; ciuitates a iudeis ſeptuaginta ſeptem milia inimicorum: quos ſtrauerũt decima die mẽſis quem feſtum celebrauerũt. ¶ Similiter autem iudei in ſuſis collecti: die quartadecima & quintadecima eiuſdẽ mẽſis epulati ſunt. Vnde hactenus omnes in orbe terrarum iudei hos celebrant dies: particulas de cõuiuijs inuicẽ ſibi mittentes. ¶ Scripſit etiam mardocheus omnibus ſub imperio artarxerxe de gẽtibus iudeis quatenus duos obſeruarent dies ſemper eos celebrantes & nepotibus traderent per om̃ia tẽpora celebrandos ne aliquando obliuioni traderent quod in his ab aman fuerant perituri: iuſtũq; eſſe cũ vitaſſent periculum & inimicos puniſſent honorare eos: gratias offerentes deo. Vnde prędictos dies iudei celebrant. appellantes eos conſeruatores. Mardocheus autem magnus & clariſſimus erat apud regem. principatumq; eius regebat & potiebatur conuerſatione cum regina. Tunc iudei ſuper omnes libertatis licẽtia fruebantur. ¶ Hęc quidem ſub imperio artarxerſis geſta ſunt.

Decẽ filij aman petente heſter cruci affiguntur Iudeorum inimici occiſi ſunt p̃ p̃uinciã p̃mittẽte rege.

Dies feſti iudeorũ quos Mardocheus pręcepit obſeruari.

Sequentia huius vndecimi libri non habentur in biblia ſed pro parte in hiſtoria ſcolaſtica continent in hiſtoria lib. de Heſter.

¶ Iohanne ſacerdote fratrem in templo occidente iudei (tẽplo violato) per vagoſum Artarxerſis qui ochus dictus eſt principe in ſeruitute rediguntur. Succedente Iaddo iohanni in ſacerdotio Manaſſes Iſacham alienigenam duxit vxorem vñ iudei indignari eo ſcilicet t̃pe quo Alexander patre philippo a parſaniado interempto regnũ ſuſcepit dari principes deuincẽs manaſſem ſacerdotij eſſe participem & alienę vxori cohabitantem eam iubebant abijcere. Sed eius ſocer Sanaballach ſacerdotij principatum & templum iu monte Garazim promittit ędificaturum. Capi. xiiij.

DEfuncto autem elyaſib principe ſacerdotum. iuda filius eius principatum ſacerdotalem ſuſcepit. Defuncto autem & hoc iohannes filius eius honorẽ ſuſcepit. Porro vagoſus dux alterius artarxerxe templum violauit & tributa iudeis impoſuit. Nec prius dimiſit quotidianas offerre hoſtias: q̃ pro vno quoq; anno vectigal exigeret: dragmas quinquaginta. Hoc autem ex huiuſmodi cauſa contigit. Frater erat iohannis ieſus cui vagoſus amicus exiſtens promiſit ſacerdotij principatum dare. Qua cõfidentia ieſus altercatus in templo aduerſus iohannem incitauit fratrem vt eum interficeret & perimeret auſus tantum in templo facinus in fratrem committere: quod nunq̃ apud hebręos nec apud gręcos nec apd̃ barbaros ita crudeliter vel ſcelerate factum eſt. Vnde nec deus hoc impune dimiſit: ſed populum propter hanc cauſam & ſeruitutem redegit & templum violari a perſis permiſit dicẽte vagoſo. Auſi eſtis homicidium in veſtro templo cõmittere: Ego perempto in templo mundior ſum. Et hęc faciens verba in templũ ingreſſus eſt. Hac igitur vſus occaſione vagoſus annis ſeptem pro nece ieſu eos puniuit. ¶ Finiente vero vitam iohanne ſuccedit principatui ſacerdotũ filius eius iaddus. Erat autem huic frater manaſſes nomĩe: cui ſanabalach miſſus a dario ad ſamariã ſatrapa genere cutheus ex quibus & ſamaritę deſcẽdunt. audiens eſſe clarã ciuitatem hieroſolimã & reges eius multa aſſyrijs & habitatoribus humilis ſyrię pericula feciſſe. libẽter copulauit ſuam filiam noĩe Iſacha arbitus per affinitatẽ obſidere ei futuram ad fidẽ gentis iudeorũ. ¶ Per idem tẽpus & philippus rex macedonũ i egeis a pauſania filio ceraſte genus ab oreſte trahente: inſidias paſſus perimit. Succedens vero filius eius, alexander imperio trãſijt helleſpõtum & duces dari deuicit ſuper gratianicũ flumen confligens cũ eis. Cumq; p̃cucurriſſet lidiam & ioniam captiuaſſet phrigiãq; prędaſſet ad loca pamphilię peruenit vt alibi explanatũ eſt. ¶ Hieroſolimorũ vero ſeniores indignabantꝫ qꝫ principes ſacerdotũ iaddi frater manaſſes alienigenę cohabitans vxori ſacerdotij particeps exiſtebat. Arbitrantur enim hoc cõnubium fieri occaſionis pręſtandę volentibus legem tranſgredi pro vxorum copulationibus quas ab alienigenis ſibi coniungere feſtinabant. Nam extitiſſe etiam priorem ciuitatis captiuitatem per hęc cõiugia mala putabant qꝫ multi in his peccaſſent dum non vxores prouinciales ducerent. Iubebant ergo manaſſem diſiungi ab vxore: aut non introire ſacrariũ. Principes quoq; ſacerdotum cũ populo hoc idigne ferebant. ¶ Manaſſes autem prohibitus a fratre ad altare accedere ad ſocerum ſanaballã peruenit amare ſe dicens filiam eius Iſacha: ſacerdotalem vero honorem maximũ eſſe apud gentem & ciuitatẽ & genus iudeorũ: nec velle propter huiuſmodi cõiugium ſacerdotij priuari iure. Itaq; ſanabalach non ei ſolum ſacerdotum. ſed etiam principatum ſacerdotij & potentiam

Vagoſus princeps artarxerſis qui & Ochus dictus eſt templũ violauit iudeis tributa ĩponẽs.

Iadus ſuccedit iohanni in ſacerdotio.

Manaſſes Iſachã alienigenã duxit vxorem.

Philippo macedonum rege a pauſania dolo p̃empto ſuccedens Alexãder regno darij prĩcipes deuicit.

Manaſſe ſe p̃hibitũ ab altari cõquerente p̃pter vxorẽ ſocer eius ei ſacerdotij prĩcipatũ & tẽplũ in monte Garazin p̃mittit edificaturũ.

solymitas aut de cibo illicito seu de transgressione sabbatorum aut de huiusmodi peccato:ad sichimi tas recedebat dicens se iniuste culpari. ¶ Defunctus est autem illo tempore priceps sacerdotum iad dus & onias filius eius principatum sacerdotalem suscepit. In his constituti hierosolymitę degebant.

Explicit liber vndecimus.

¶ Incipit liber duodecimus qui continet tempus annorum centum septuaginta.

ISTA Vsq; ad.x.c.non sunt in biblia sed partim in histo.sco.circa finem histo.Hester.

¶ Diuiso Alexandri imperio post eius mortem in multos principatus ptholomeus Lagi filius ęgyptum possidens hierusalem dolo sub sacrificij specie die sabbatorum(non resistētibus iudeis)sine labore capiens crudeliter ibi dominatus est & multos Iudeos a Iuda captiuos migrauit ad ęgyptum. Tuncq; orta est contentio pro templo inter iudeos & Sichimitas. Capitulum primum.

Diuisio imperij alexādri in multos principatus quos tenuerunt successores Antigonus Seleucus Lisimachus cassander ptholomeus.

Ptholomeus lagi filius hierusalem dolo sub sacrificijspecie die sabbatorum accipiens crudeliter domiatus est

¶ Ptholomeus multoscaptiuos a iudea habens ad ęgyptum cōmigrauit.

Contentio inter iudeos & Sichimitas pro tēplo.

ALexander rex macedonum vbi regnum persarum dissoluit iudeamq; disposuit vt prędictum est a vita discessit. ¶ Cumq; multos pricipatus sui successores reliquisset antigonus quidem asyam appręhendit:seleuchus autem babilonem gentesq; vicinas obtinuit:lisimacho cessit helespontus:macedoniam rexit cassander:ptholomeus filius lagi ęgyptum possedit. Qui dum aduersum se seditiones haberent. suumq; dilatare principatum contenderent:diuturnis bellis ciuitates cōcusse multis suis ciuibus inter certamina pereuntibus ingemiscebant. ¶ Tunc & omnis syria sub ptholomeo filio lagi(qui saluator nuncupatur)contraria sui noīs est perpessa. ¶ Nāq; hic etiā hierosolymorum depugnauit fraudibus & dolis ciuitatem die sabbatorum ingressus sub specie sacrificij nequaq̄ iudeis resistentibus quoniam hostile nihil existimarēt:& ideo ociose vel insuspecte segnes essent. Qui cū sine labore ciuitatem apprehendisset crudeliter eis dominabatur. ¶ Testis est orationi meę ouidius sabatharcides:qui successorum alexandri facta conscribens superstitionem nostrā pro qua libertatem amisimus exprobrauit cū hęc diceret. Est gens quę iudea dicitur.ciuitatem munitam & magnam hierosolymam detinens quę contra ptholomeum regē arma sumere deuitauit. & propter superstitionem seuissimum dominum pertulit habere. Sabatharcides quidē hęc de gēte nostra conscripsit. ¶ Ptholomeus vero multos captiuos a montanis iudeę vel a vicinis locis hierosolymorum id est a samaria vel a garizim trahens ad ęgyptum cōmigrauit. Sed cū cognouisset eos quos ab hierosolymis abstraxerat.firmos iurisiurandi vel dei cultores existere cū alexandro legationē ad eos mittenti sic respōdissent.dario viuente cōtra eū nequaq̄ arma sumere.post darij expugnationem multos ad castella deputauit.& pariter cū macedonibus alexandrię ciues statuit fidēq; ab ipsis accepit vt nepotibus suis societatem custodirēt cū & alij nō pauci iudei spōte ad ęgyptū peruenissēt opulētia locorū ptholomeiq; munificētia iuitati:quorū nepotes seditiones cōtra samaritas dum suę gētis patriā oblationē seruare festinarēt excitabāt. Nā hierosolimitę defendebāt dicētes suū tēplū sanctum existere & immolationes illic trāsmitti oportere. Sichimitę vero ad garizim montē destinari videbāt.

¶ Mortuo ptholomeo saluatore qui alio nomine ptholomeus sother dictus est ptholomeus philadelphus eius filius regnum ęgypti obtinuit librorum cupidus bibliotecę suę demetrium prefecit. Quiq; pro habendis codicibus hebręis sacerdotum principi. Eleazaro rescripsit nuncios mittēs maximis cum muneribus. Iudeos quoq; procurante aristeo captiuos liberat militibus qui eos captiuauerant precio ex ęrario proprio liberalissime soluto Sanxionis insuper iudeorum liberationis exemplū ad manifestandum posteris regis munificentiam decreuit custodiri. Capitulum secundum.

Philadelphus post ptholomeum patrē regnū ęgipti tenuit studiosus legem iudeorum iterpretatus est & hierosolimitas in ęgypto a seruitute liberauit.

Rege sacerdotū principi pro hebręis libris habēdis scribente aristeus captiuorū iudeorumlibera tionem ꝓcurat.

POst decimum vero & secundum annum imperij alexandri.& post quadragesimum ptholomei saluatoris.regnū ęgypti philadelphus obtinuit per annos triginta& nouem. Qui & legē iudeorum interpretatus est:& famulantes in ęgyptum hierosolymitas a seruitutis vinculo resoluit vsq; ad centum viginti milia ex huiusmodi causa. ¶ Demetrius autem phalareus super bibliothecam regis constitutus dum studeret omnia per vniuersam terram inuenta volumina congregare & acquirere si quid audisset dignum industria vel voluntate regis quem erga codicum collectionem munificenter accendi cognouerat:interrogatus a ptholomeo quot milia codicum haberet cum viginti milia iam respondisset sed pauco post tempore vsq; ad quinquagita milia posse peruenire & nūciatum sibi diceret multa apud iudeos legum eorum esse conscripta studio vel bibliotheca regali digna.quę figuris litterarum vel sermone eornm composita laborem non paruum pręberent si in grecum mutarentur eloquium cum videantur Sirorum litteris similes esse eorum figurę equa pronūciatione vocis.nihil ergo inquit prohibet tuarum pecuniarum sumptus interprętari.dum in bibliotheca tua eorum quoq; leges contineantur. ¶ Igitur rex optima demetrij sentētia delectatus per quam studium suum multos colligendi codices demonstraret.scripsit principi sacerdotū gentis iudeę hęc fieri demādās Aristeus alias Aristenus autē amicus regi necessarius propter humilitatem morum ab e

lilectus cũ sepius ante nisus esset petere ptolomeũ quatenus dimitteret captiuos iudeos qui sub im
perio eius essent:tempus hoc petitionis prosperũ arbitratus ante loquitur primatibus custodũ regij
orporis sosibio tarentino & andreę vt simul laborarent de quibus petiturus regem accederet.Quo
um sententia confirmata. cum huiusmodi sermonibus regem adijt dicens.Minime rex oportet va
a nos spe negligentes decipi:sed veritatem intimare Nam si legem iudeorum non tantũ transcribe
e:sed etiam interpretari pro tua gratia studemus.qua ratione possit hoc fieri tot iudeis in regno tuo
eruientibus quos benignitate tuę munificentię decet a presenti iugo seruitutis absoluere.ac deo qui
ges exposuit pro tui regni tutela remittere.Nam cum multa sepius indagassem.cognoui eos factorẽ
im deũ colere(quem nos zena id est iouẽ nominamus)qui oibus indulget.zena hoc est viuere.Qua
ropter ad honorem dei quem maxima religione placant liberos eos patrię moribusq; suis restitue.
¶ Cognosce tamen princeps me nec affinem eis esse nec ab eadem genitum natione vt pro illis hęc
iggeram.sed dum oim hoim factorem deum scirem suauiter suos benefactores amplecti ad hãc pe
tionem perueni.¶ Postq̃ hęc aristeus locutus est & rex in eum hylari & rideti vultu conspexit. quã
i inquit arbitraris milia posse dimitti.Tunc andreas respondit dum interfuisset & dixit pauloplus q̃
entum milia possunt existere.Non paruam inquit a nobis aristeę donationem poscis. Sosibio vero
im presentibus dicente dignum esse suę munificentię si deo qui regnum ei donauit has gratiarum
ices offerret.Rex sapienti vsus consilio ne contra milites qui eos captiuauerant facere videretur &
uorum stipendia captiuorum absolutione minui viderentur de suo eos ęrario redimere statuit dum
ilitibus merces annonę prestaretur & pro singulo captiuo apud eũ constituto dragme centũ vigin
darentur.De quibus etiã precepta proponere promisit per quę munificentiã suã& aristei petitionẽ
ofirmaret.¶ Propterea volũtas dei affuit per quã non tantũ illos qui a patre eius vel exercitu illius
anslati fuissent verũ etiam illos qui sub regno eius extitissent absolutioni donarent vel si qui postea
ipeteruenissent pro quorũ redẽptioue plusq̃ quadraginta talẽta sunt a rege largita. ¶ Vnde exẽplum
nctionis ad manifestandã posteris regis munificẽtiam custodiri decreuerũt quod erat huiusmodi.
uicunq; sub nostri patris imperio militantes syriã & phoenicem cum eo iudeamq; vastauerũt & ca
tiuos adductos ad nostras ciuitates & prouincias vendiderunt hos & qui olim sub meo regno exi
unt & si quos nunc superduxerũt dimitiãt:pro singulo corpore accipiẽtes dragmas centũ vigiti.Et
ilites quidẽ cũ annonis suis.reliqui vero a regali mẽsa redẽptionis preciũ accipiãt.Arbitror eñ eos
ne volũtate patris mei cõtra iusticiã deprędatos prouinciãq; eorũ fuisse vastatã vnde & multos mi
es profecisse cognouimus dum ad ęgyptum eos traducerent.Iustũ ergo conspiciens misereor eis&
ibeo constitutos in seruitute iudeos oẽs dominis eorũ antedictam accipiẽtibus summã absolui:nec
uemq̃ in hac re fraudã quandã agere:sed his potius constitutionibus obedire.Dispositiones autem
ieas precipio ex quo misse sunt per tres dies proponi quatenus ad iudices dñi cõueniãt.corpora sta
m ostẽdẽtes..Hoc eñ credo meo profuturũ imperio. Cõtumaces vero liceat cuiq; volẽti intimare.
uatenus eorũ substãtię regijs possessionibus societur.¶ Cũ hęc sanctio regi lecta fuisset & visa essent
ia iuste decreuisse tñ vero deesse de absolutione priorũ & horũ q postea dicti iudei fuissent:ipse de
is sua liberalitate precepit.¶ Preterea sciẽs subitaneã distributionẽ difficilẽ existere iussit rerũ mini
ris & regis sacellarijs pecunias se ponere.Quo facto itra septimũ diẽ oia regis p̃cepta ipleta sunt: &
lẽta super quadrigẽta sexagita pro redẽptione partita cognoscũtur dũ & pro infantibus dñi cẽtũ vi
iti dragmas exigerẽt:sicut rex ꝑ his demãdasset.scribẽdo ꝑ singulo corpore p̃dictã summã exhiberi.

¶ Demetrius bibliotecę prefectus regem ptolomeum pro transcribẽdis codicibus hebręis ad bi
liotecę consummationem mouet vt legislationem Iudaicam quę a deo videtur fuisse data figuris
ebraicis conscriptam exponi procuret non prophanis linguis cum sancta sit sed vt principi sacerdo
im scribat quatenus seniores ab vnaquaq; tribu legum peritos ad eius explanationem transmittat.
uod precepit rex fieri & eius epistolam in hoc capitulo inueniens.Et eleazari sacerdotum princi
is responsionem qui regis receptis muneribus quorum descriptionem potes videre seniores qui &
eptuaginta more sacrę scripturę dicuntur licet fuerint septuaginta duo mittit ad regem.Capitulũ.iij.

Cum hęc secundũ regiam voluntatẽ munificenter disposita fuissent:iustũ visum est deme
trio de iudaicis codicibus trãscribãdis eius allegare decretũ Nam nihil frustra a regibus di
spẽsatur.sed oia cũ multa diligẽtia gerũtur.Quapropter allegationis vel epistolarũ exẽplũ
designauimus & ornamẽtorũ trãsmissorũ multitudinẽ:& quicquid in vnoquoq; cõstructũ
t.Vnde potest optime opificum ars prospici & vasorum oim excellentia agnosci. Allegationis autẽ
iuiusmodi probatur exẽplum.Maximo regi demetrius Precipiente te o princeps de his quę hacte
is ad consummationem bibliotecę desunt quatenus colligãtur. & de his quę corruerũt vt debitã di
gentiã impetrarẽt omni studio vsus in his ad notitiã vestrã perduco legislationis iudaice volumina

Aristeioro ad regem pro liberatione iudeorum

Laudat iudeorum legem.

Maxima regis liberalitas qui ex ꝑprio ęrario captiuos iudeos redimẽs liberos ꝑmisit recedere.

Sãctionis exemplum pro liberatione captiuorũ

Modus distributionis pecuniarum.

Nichil a regibus frustra dispẽsandum.

Exemplum allegationis demetrij pro iudaicis codicibus transcribendis.

nobis cum alijs deesse.Nam figuris hebraicis & voce gentili conscripta:inexplanabilia nobis existũt Contigit etiam minus diligenter eam quã habent transferri.dum regalem prouidẽtiam minime per. cepissent.Necessarium tamen est hęc te cautius exposita reponi.Nam sapientissima & integra legis la tio sic adeo videtur data existere.Quapropter inquit cautius abdita a poetis seu conscriptoribus hi storiarum nullatenus meminisse eius nec virorum qui scilicet secundum eiusdem lationis pręcepta vixerunt.quod casta nimis existeret:ac non oporteret eam prophanis linguis exponi. Si videtur er go rex scribe principi sacerdotum gentis iudeę quatenus trasmittat seniores ab vnaquaq; tribu legũ peritos vt cum ab eis codicum explanationem & consonantiam cognouerimus & interpretationis rerum cautam expositionem acceperimus: dignos codices tua voluntate reponamus. ¶ Igitur tali suggestione facta rex pręcepit vt scriberet de his eleazaro prĩcipi sacerdotũ gentis iudeę:simul etiam de absolutione seruientium apud eos iudeorum.Prępterea mandaret ei quod transmisisset ad faciẽ das crateras & libatoria pondo auri talenta quinquagita: lapidum vero preciosorum inestimabilem multitudinem:denuncians etiam custodibus archarum in quibus lapides seruabantur vt electionem illorum darent opificibus: quatenus quos vellent ad speciem operis tollerent: necnon imperauit vt pecunię pro immolationibus & reliquis causis centum talenta darentur sacerdoti.Narrabo igitur fa cturas & modum constructionis eorum cum declarauero exemplũ epistolę principi sacerdotum elea zaro a rege conscriptę.qui principatus honorem pro tali causa suscepit.¶ Defuncto prĩcipe sacerdo tum onia filius eius symon successor extitit.qui iustus est appellatus propter pietatem quam in deum & fauorem quem erga regem habuisse videbatur.Quo mortuo & filium infantulum relinquente no mine oniam frater eius eleazarus de quo sermonem facimus principatum sacerdotij suscepit:ad quẽ ptolomeus huiusmodi litteras destinauit. ¶ Rex ptolomeus eleazaro principi sacerdotum salutem. Multis habitantibus in imperio meo iudeis quos perse(cum potẽtes fuissent)ad captiuitatem traxe re.eorum aliquos pater noster ad militiam maioribus stipendijs deputãs hortatus est:alijs autem in ęgyptum cum eo ambulantibus castella & eorum custodiam demandauit.vt sint ęgyptijs in terrorẽ Cum vero ego principatum suscepissem.omnes cleměter tractaui pręsentes ciues tuos quorum plus centum milia captiuos & seruientes remisi:possidentibus eos pro redemptione persoluens.Etatibus autem vigentes numeris militaribus designaui multosq; qui mihi vel aulę potuissent seruare fidem in palatio constitui.arbitratus deo iocundum pro mea prouidentia votum hoc ei maximum deuoue re.Porro volens & istis & omnibus per vniuersam terram iudeis pręstare.leges vestras litteris gręcis ab hebraicis translatas in nostra bibliotheca decreui reponere.Bene ergo facies eligendo viros opti mos seniores sex & ab vnaquaq; tribu dirigendo: qui per etatem legum sint periti:valeãtq; interpre tationem earum caute nobis exponere.Nam opinor his perfectis maximam nobis gloriam pręparа ri.Transmisi vero qui deberent de his vobiscum disputare andream primatem custodum mei corpo ris & aristeum mihi dilectissimos:per quos etiam primitias votorum ad templum & pro immolationi bus & alijs rebus transmisi talenta centum.Tu autem manda nobis quę volueris fieri:quod gratius amplectemur. ¶ Cum regis epistola eleazaro fuisset porrecta:nimiũ liberaliter ad eum ita rescripsit. Princeps sacerdotum eleazarus:ptolomeo regi salutem. Valentibus vobis cum arsinoe regina vel fi lijs bene nobis omnia constant.Cum vero epistolã suscepissemus satis de tua voluntate gauisi sumus Congregantes autem multitudinem legimus eam:quatenus ostenderemus eis quam pietatem erga deum habes.Demonstrauimus etiam pateras quas misisti aureas viginti argenteas triginta:crateras quinq; mensam dedicandam. & quę directa sunt pro immolatione vel renouatione eorum quę tem plo desunt talenta centum deportata per andreã & aristeum carissimos tibi amicos viros optimos & doctrina pręcellẽtes tuaq; virtute dignos.Cognosce vero nos pro tuis vtilitatibus & pręter naturam aliquid velle pati dum reddamus tuis beneficijs quę multipliciter ĩ nostros ciues largiris.Statim etiã pro te tuaq; vxore vel filijs hostias obtulimus:& multitudo vota persoluit vt vobis eueniant quę desi deratis.& tuus principatus in pace custodiatur. Ad interpretandum vero legem quam pro tuis com modis accipere postulas elegi viros seniores sex ab vnaquaq; tribu.quos direximus legem ferentes. Erit autẽ vestrę pietatis vel iustitię vt post legis transcriptionem ad nos eã caute cum portitoribus re mittatis Vale ¶ Hęc quidẽ princeps sacerdotũ rescripsit.Mihi vero nõ est necessariũ visũ septuagita seniorũ ab eleazaro missorũ nõia declarare.licet intimata sub epistola fuissent. Vasorũ tamẽ magnifi centiã & cõstructionem quam deo rex direxit nõ incongruum exponere putaui quatenus omnibus munificẽtia regis erga deũ dilucidetur.Siquidẽ ipse largos sumptus in hęc pręstitit & semper opifici bus opera trãsmittebat:nihil cõstrui desidiose cõcedẽs. Quorũ de singulis quales fuerit munificẽtia narrabo. quãuis historia narrationẽ eorũ minime deposcat.Regis eñ munificentiã vel diligentiã ita legẽtibus arbitror aperiri.Prius autẽ de mensa differemus.Igitur habebat rex in proposito suo valde

Nota sanctitatẽ legis quę pphanis linguis exponi nõ debet ideo male fecerũt biblię laica lingua traductores sicut theopõpus & theothecus quorũ alter amẽs est factus alius vero cecus.

¶ Symõ iustus quare dictus sit.

Epistola ptolomei philadelphi ad eleazarum sacerdotum principem.

Querit rex sex seniores de vnaquaq; tribu pro expositiõe legis

Epistola responsiua eleazari ad regem.

Maxima dona ptolomei hebręorum templo.

Hij sunt septuaginta ĩterpretes q licet sint. lxxij tamen more sacrę scripturę que modicũ numerum sup aliquã summam super excrescentem tacet/ dicuntur septuaginta.

maximam mensam conficere. Precepit autem dedicate in hierosolymis mense quantitatem cogno-
scere. si posset maior fieri. Cumq; percepisset qualis esset illic constituta: & quia nihil prohiberet ma-
iorem construi dixit duplam magnitudinẽ se facere. sed timere ne ministerio pro magnitudinis quã-
titate inutilis fieret. Nam non eam tantum ad spectaculum deuouere. sed etiam ministerijs habilem
voluit dedicare. Quapropter arbitratus mediocrem priorem mensam auri inopia confectam magni
tudine quidem superari priorem noluit: varietate vero vel pulchritudine materiali clariorem confi-
cere iudicauit. Sagax ergo ad discernendam variam rerum naturam erat: & inuenire nouas ammirã-
dasq; naturas. Que sine descriptione fuissent horum ipse prudenter inueniebat effectum & ostendẽs
artificibus ita perfici enunciabat que vero descripta fuissent eorum cautam similitudinem euidenter
opifices imitarentur. ¶ Promissa ergo complentes mensam describere festinemus. Huius duorũ se-
nis cubitorum longitudinem latitudinem vnius altitudinem vnius & semis construxerunt totam. de
auro formantes eam. Coronam quidem in palmum conferũt frontispicia vero versatilia sculpturam
habentia ornatam specie restis ex tribus partibus mare similantis. Triangulis enim existentibus fron
tispicijs. vnusquisq; angulus eandem dispositionem forme habebat. Que dum verterentur: vnam &
non diuersam speciem demonstrabant. Corone porro pars que sub mensa erat inclusa: pulchre con-
structa fulgebat. Pars autem que de foris apparebat artificij decore plus sculpta splẽdebat: quia visui
vel spectaculo patebat. Vnde proceritate partium ambarum acutam fieri contigerat ne nullus angu
lus trium vt prediximus existentium in transductione minor videretur. Dispositi vero erant in modũ
funium torno factorum preciosissimi lapides: aureis sperulis per foramina conclusi. Partes autẽ que
per latera corone cernebantur: in speciem ouorum optimo lapide factorum figurate nitebãt sculptu
re virgulas imitare que spisse circa mensam voluebantur. Ouorum autem dispositioni circunduxe-
runt opifices tornatam omnium fructuum naturam: vuas pendentes: aristas surgentes malagranata
conclusa. Lapides autem secundum genus predictorum fructuum ad propriũ vniuscuiusq; colorem
formam: circa totam mensam ex auro ligauerunt. Sub corona quoq; ouorum ordo seu virgarum cõ-
stiterat vt ex ambabus partibus eandem operis varietatem causamq; species mense constructa pro-
ferret ne frontispiciorum vel corone posito in altera parte mense conuersa fieret diuersa sed eadem
vsq; ad pedes faciesq; operis extenderetur. Nam ductile aurum quatuor digitis latum secundum to-
tam mense latitudinem super quod pedes eius imponerent fecerunt deinde sperulis & clausuris eos
cum corona mense construxerunt vt eundem artificij & magnificentie visum preberent in quamcũ
q; partem mensa conuerteretur. Super mensam autem meandrum fluuium sculpserunt: lapides pre-
ciosissimos in medio eius tanq̃ stellas vario colore ponentes. Nam carbunculum vel smaragdum io-
cundo aspectu fulgentes miserunt: aliorumq; genera lapidum qui vel industria vel emulatiõe digni
per excellentiam nature cunctis existunt. Post meandrum autem completum in speciem funus qui-
dam circunferebatur. in medio figuram sublongam & rotundam habens. Super quod cristallinus la
pis erat vel electrus impositi pari pene formarum aspectu. qui delectationem miram intuentibus pre
stabant. Capita vero pedum eius similia alijs fabricauerunt curuationem brachiorum habentia sub
mensa reflexam: intus vero rectum instar lilij germen videbatur quos lapis carbunculus in palmũ fa
ctus figuram crepidinis ostendens & latitudinem octo digitorum habens substentabat. Nam super
eum omne pedum pondus innitebatur. Sculpserunt etiam tenuissimo vel laboriosissimo torno vnũ-
quemq; pedum in quibus hedere vel vitis palmites cum vuis existentibus eminebant vt nihil a ve-
ris discepare putarentur. Siquidem ad aure flatum per tenuitatem & extensionem summitatis sue cõ
mote: ymaginationem naturalium arte prebebant. Verumetiam figuram totius mense tribus tabulis
construxere compagine partium in inuicem ita colligata vt inuisibilis existeret nec intelligeretur eo-
rum insertio. Crassitudo vero mense non minus dimidio cubito dinoscitur fuisse. Talis ergo votiua
mensa multa regis munificentia vel preciositate materie ac varietate pulchritudinis & industria arti
ficum studiose perfecta est. Et licet magnitudine prioris deo deuote mense non distaret. artificio ta
men & nouitate vel claritate facture valde melius & splendidius elimata fulgebat. ¶ Crateres etiam
duos aureos sculpturam vipeream ab inferiori parte vsq; ad cingulum habentes lapidibus varijs in
squama conclusis. de hinc super eos fecerunt meandrum altum cubito compositione lapidum diuer
sorum specie magna fulgentem in quo virgarum ordo instabat de quibus complexionibus similis vl-
q; ad labrum protrahebatur. Per medium quoq; quatuor cubitorum sculpta pulchris lapidibus inser
ti decorem cratherum ostendebant. Quorum labra liliorum folijs & vuarum floribus in orbem pro-
ductis corona complectabatur. Et aureos quidẽ crateres duos capientes vtrosq; amphorã huiusmo
di construxerunt. Argenti vero clariorem speculis splẽdorem emittebant vt certius in his facies aspi
entium viderentur. ¶ Insuper fecit rex pateras triginta ex auro necnon lapide precioso: & circun-

Descriptio mẽse

Descriptio men se auree.

Craterum descriptio.

Patherarum descriptio & numerus.

date folijs ędere vel brateis quasi vitis celatura artificiose obumbrabantur. Hęc autem ideo fiebant quod per scientiā opifices arte mira reliquos ante irent:& multomelius studio vel munificentia regis formabantur.Non enim tantum incessanter & large artificibus impendia pręstabat quantum etiam publicorum negotiorum relictis regiminibus ipse operātibus semper instabat:& frequenter artifices visitabat.Quapropter opera artificum diligentia regis & industria feruēte:propensius imminebant. D

¶ Eleazarus (receptis Iocalibus regis)portitores eorū honorans dona regi deportāda remisit.rex autem(cum seniores venissent cum voluminibus in quibus litteris aureis conscriptę leges continebā tur)ammiratus maximo delectatus gaudio prorupit in lachrimas quos honorifice recipiēs(diem ad uentus eorum per totum vitę tempus celebrem habuit)epulari secum fecit & hospitia in arce depu tauit vnumquemq; eorum naturales percunctatus quęstiones caute illis ad singula respondentibus gauisus est & per duodecim dies illis instruxit cōuiuiū iussitq; singulis tria dari talenta & ipsis ad de putata diuersoria adductis opus interpretationis septuaginta diebus perfecerūt.quod nemo neq; hi storiographus neq; poeta ausus est cōscribere demetrio regi iudicante. qualiter Theopompus vo lens de his aliquid cōscribere fit plus triginta diebus mente turbatus. Et theothecus tragedicus poe ta cecus factus remisit itaq; eos rex cū muneribus muneraq; per eos sacerdotū principi.Capitulū.iiij

Eleazarus receptis iocalibus a rege dōa regi de portanda dedit portitoribus.

Cumq; ad hierosolymam transmissa vota ptolomei fuissent & princeps sacerdotum eleaza rus ea dicasset:portitores eorum honorās donaq; regi deportanda pręstans ad eum remi sit.¶ Ergo postq̄ alexandriam peruentum est & ptolomeus pręsentiam eorum cū septua ginta senioribus audiuit statim āndream & aristeum legatos vocari pręcepit.Qui venien tes epistolas quas a principe sacerdotum deportauerant obtulerūt:& ea quę verbis eos differere ius serat dixerunt.Studens autem colloqui senioribus ab hierosolymis propter interpretationē legum di rectis diuersos quidem qui pro suis causis aduenerant;denūciauit dimitti:mirabilem hāc & pręter cō suetudinem faciens dimissionē:vt qui propter huiusmodi causam adducebātur.post quintum diem eum audirent.Legati vero post mensam a rege tūc dimissi illos ab eleazaro destinatos expectabat.

¶ Dumq; seniores cū donis quę regi deportanda princeps sacerdotū eis dederat aduenissent: cum voluminibus transierunt.in quibus litteris aureis conscriptę leges cōtinebantur. Et rex eos de codi cibus percunctatur Cū vero reuelarent & ostenderent tenuitatem mēbranę vel incōprehensibilem eorū compaginē:rex miratus est q̄ ita fuissent cōpacta.¶ Dūq; hoc diu fecisset gratias inquit ago vo bis quidem q̄ venistis:maiores vero illi qui vos destinau:t:sed ante oēs deo cuius he leges veneran de probātur. ¶ Cumq; clamassent seniores vel hi qui pręsentes erant orātes regi prospera diuinitus euenire:nimiū delectatus prorupit ad lachrimas.Nā sepius natura hoc summo gaudio patitur quod etiā dolentibus solet accidere.Tūc iussit codices primatibus officij designari. Viros autem osculatus ęquum duxit esse primū ad eos facere sermonē pro quibus essent vocati:immo & diem quo adducti fuissent ad eum clarum singulis annis per totum vitę suę tēpus se celebrare promisit.Nam euenit eū dem esse pręsentie illorum & victorię diem quo & antigonū nauali prelio vicerat. Epulari etiam se cum eos pręcepit:hospitiaq; in arce denunciauit eis oīa deputari.¶ Nichanor autem super susceptio nem peregrinorum constitutus dorotheum vocās;qui de his curam habebat.iussit singulis necessaria parare.Nam ita dispositum a rege fuerat vt alimenta quibus singulę ciuitates vtuntur exhiberentur indulgenda consuetudini peregrinorum ad eos venientiū & oīa eis pararentur quatenus cibis solitis magis delectarentur:ne forsan corrupti extraneis grauarentur.Quod & circa istos effectum est. Do rotheo vero quem pro sinceritate vitę super hęc rex constituerat per quem & pręparauerat oīa quę ad huiusmodi conuiuia conuenirent hęc implente in duas partes eos discumbere pręcepit:partē qui dem mediam eorum ad dexteram suam reliquos autem post eius accubitū:nihil pretermittēs quod ad eorum honorificentiam pertineret.Postq̄ autem ita discubuerunt iussit dorotheo solita ministra re:quibus oēs iudei ad eum venientes vtebantur. Tunc itaq; sacros pręcones & immolatores & alios qui vota offerrent recusauit:& vnū de senioribus noīe heliseum sacerdotem existentem rex petiuit fa cere orationem Qui in medio stans regi bona & subiectis eius optauit.Et post plausus cum gaudio & clamore oīm surrexit:& residentes ad epulationes & delitias paratas se cōtulerunt.¶ Pręterea au tem rex quantum satis ei visum est cœpit philosophari & vnumquemq; eorum naturales percuncta ri sermones:& ad contemplationē quęstionis accendere.Caute illis ad omnia respondētibus que eis obiecta essent & explanantibus:gauisus per duodecim dies hoc conuiuium instruxit. ¶ Et qui vult singula cognoscere quę in conuiuio parata sunt legat volumina aristei quę propter hęc conscripserat & agnoscet. Mirante vero eos non tantum rege sed etiam Menedino philosopho dicēte omnia per prouidentiam dispensari ideoq; virtutem & pulchritudinem videre: sermonem destitit rex quidem de his facere dicebat autem maxima sibi bona per pręsentiam eorum fieri. Nam pro fuisse ei quod E

Litteris aureis scriptas leges ap portauerunt se niores regi pto lomeo.

Receptio hono rifica senioruȝ a ptolomeo.

Dies aduētus se niorum solem nis apud ptolo meum.&c.

Nichanor ordi natus cum doro theo ad susce ptionē peregri norum.

Helyseus sacer dos fecit oratio nem.

Interrogat rex istos seniores q optime respon derunt.

Liber aristei de conuiuio regis.

didicisset ab illis. quemadmodum deberet regnare ¶ Iussitq; dari singulis talenta tria & deputauit illis qui eos perducere ad diuersoria deberent. Postq̄ vero tres excesserunt dies congregans eos demetrius: transijt ad studium maris. Et vnum transiens pontem abijt ad partes aquiloni coniunctas. ¶ Consiliumq; fecit in domo prope littus stante & apta secretis. & ad cogitationem negotiorum. Vbi eos perducens petebat omnia quę opus habebāt ad legis interpręationem ipsis pręsentibus: vt incessanter opus implerent. Cumq; illi munificenter & laboriose cautam interpretationem facerent. vsq; ad horam nonam in hoc sedentes: ad curam corporis vertebantur. ita eos inuitante doro. theo vel opulenter conuersationis salubria pręebente multaq; etiam ex his quę regi parabātur. Mane autem ad aulam venientes ptolomeum salutabant & rursus ad eundem locum redibāt & manus in mari lauantes & seipsos purificantes ita legis interpretationi vacabant. ¶ Itaq; transcripta lege & opere interpretationis ad effectum per septuaginta dies translacto: cōgregans demetrius iudeos omnes ad locum in quo translate leges fuerant pręsentibus etiam interpretibus legit eas. Cūq; multitudo amplexa legem vel seniores eius interpretes demetrium eo quod magnarum rerum inuentor esse videretur laudassent: rogauit etiam vt pręsidibus suis darentur legenda. Et petierunt omes sacerdotes interpretes seniores & pręositi gentis vt bene interpretata permaneret immobilis. Cumq; omnes laudassent sentenciam iusserunt si quid aut superfluum aut minus aliquid scriptum viderent in lege hoc respicerent & manifestum facientes emendarent hoc castigantes vt quod semel iudicatum fuerat se bene habere sempiterna memoria remaneret. ¶ Gauisus ergo rex & videns volūtatem suam ad vtilem rem esse perfectam & delectatus relictis legibus & sensum & sapiētiam & legislatores obstupescens ad demetrium sermones facere cœpit q̄ ita mira existente legislatione. nemo neq; historiographus nec poeta meminisset eius. Cui respondit demetrius neminē fuisse ausum harum legū tangere conscriptionem q̄ diuina & venerabilis esset & quia lesi sunt quidā a deo hoc pręsumentes. Significabat vero qualiter theopompus volens in historia de his aliquid conscribere sit mente turbatus plus triginta diebus: & cum humilitate a deo veniam supplicabat. dum inde sibi clementiam factā supplicatus esset. Necnon & in somnis vidit quod ei hoc ideo accidisset quia diuina scrutatus esset. & proferre ea hoies impuros vellet. Cumq; conscribere quieuisset: recepit sensum. ¶ Referebat autē & de theotecto alias theotheco tragediarum poeta dicens quia dū nisus fuisset in aliquo dragmatheorum meminisse quę in diuino volumine continētur oculis obscuratis causam cecitatis suę recognouit: & ita liberatus est a passione deo veniam indulgente. ¶ Hęc ergo rex pure suscipiens petiuit interpretes frequenter ad se de iudea proficisci. Hoc enim eis ad honorem & ad donationem ab eo profuturum dixit. Nunc vero iustum esse dimitti eos dicebat. Spōte autem ad eum venientes omnia quę equum essent sapientiam eorum impetrare. & pro sua maiestate dignum largiri promisit. ¶ Et tunc quidem trāsmisit eos donans vnicuiq; rex optimas stolas: & auri talenta duo & calicem vnius talenti totumq; cōuiuatorium. ¶ Pricipi autem sacerdotum eleazaro destinauit per eos lectos cū argenteis pedibus decem. & conuenientem eis supellectilem & calicem talentorum triginta: insuper stolas decem & purpuram coronamq; decoram. & lineas de bysso centum. Pręterea & pateras & trullam & libatoria: & crateres aureos duos deuouendos. Petiuit autem eum & per epistolas vt si quis ex his viris voluisset reuerti ad se eum permitteret dum nimium delectaretur cum eruditis semper habere sermonem. & diuitias suas talibus libenter impartiri. ¶ Huiusmodi quidē causam ad honorem & gloriam iudeorum a ptolomeo nomine philadelpho fieri contigit.

Donauit cuilibet seniorū tria talenta.

Locus vbi seniores cōgregati p̄ interpretāda lege & modus quo se habuerunt in terpretando.

Opus interpretationis per septuagita dies pfectum.

Rex ad demetrium.

Theopompus volēs aliquid de sacra historia cū suis scribere mēte captus plus triginta diebus.

Remisit rex septuaginta interpretes cum muneribus & p eos misit mūera principi sacerdotum

¶ Iudei ab Asię regibus honorem impetrauerunt cum ipsis castrametati quibus seleucus parē sicut macedonibus fecit honorem. Sed & erga eos maxima fuit Romanorū magnificētia/ & Agrippe beneficentia Anthiochus autē victo Scopa duce protholomei eos volēs remunerare scripsit ad eos & ad ptolomeū pro eorū gratitudine eis multa promittēs. Et editū pro ingrediēdo in templū prohibens alienigeras ab ingressu per vniuersum trāsmisit imperiū Scripsit quoq; Anthiochus Zeubidi promittēdis iudeis a babilonia in phrigiā/ Amicitieq; ptolomei cū Anthiocho fœdere inito Anthiochus Cleopatrā ptolemei filiā accepit vxorē. Tunc quoq; iudei a samaritis multa sunt passi. Capitu. v.

I Mpetrauerunt autem & a regibus asyę honorem quoniam cum eis castrametati sunt. Nam seleuchus nomine nichanor in ciuitatibus quas per asyam ędificauerat & in inferiore syria & in ipsa metropoli anthiochia republica sua dignos eos effecit: & equum eis honorem cū habitatoribus macedonibus & grecis deputauit. Hactenus in eadem conuersatione eos aliquando mansisse signum est q̄ iudei nolentes alienigenarum vti oleo accipiunt diffinitam quandam a principibus olimpiaci certaminis pro pręcio olei pecuniam: populoq; anthiocheo in pręsenti bello volēti soluere consuetudinem. Mucianus pręfectus tunc syrię constituta seruauit. Et post hęc imperatoribus vespasiano & tyto orbis terrarum supplicauerunt Alexandrini & Anthiocheni vt eis ius reipu

Iudei ab Asię regibus honorem impetrauerūt cū ipsis castrametati & Seleuchus/ qui nichanor dictus/ eis parē honorem sicut macedonibus fecit. & cetera.

Magnificētia romanorū erga iudeos.

blicę de reliquo cum iudeis non deberet esse commune nec impetrauerunt. Vnde potest romanorū considerari modestia & potius magnificentia vespasiani & tyti. qui multa pericula bellando contra iudeos sustinuissent: acerbe ferentes quod se tradere voluissent sed vsq; ad finem pugnantes permā sissent. nihil pœnitus eis de hoc quod dudum prestitutū fuerat abstulerūt. sed simul & priorem iram & petitionem magni populi alexandrini & anthiocheni viuaciter expulerūt dum nihil neq; pro amicitijs ad gratiam istorum neq; pro inimicitijs deuictorum concederent quatenus solueretur aliquid pristinę iudeorum vtilitatis dicentes eos in pugna dedisse pœnas qui arma cœperunt: insontes: non esse iustum sua possessione priuari. ¶ Simile vero & marcum agrippam erga iudeos sensisse cognouimus. Nam motis contra eum congressionibus & petentibus agrippam vt conuersationem quā eis anthiochus seleuci nepos (qui apud grecos deus nuncupatur) dederat soli possiderent: & dicētibus (vt si cognati essent eorum iudei) colerent proprios eorum deos. Habito iudicio iudei vicerūt vt suis vtantur moribus. defendente eos nicholao damasceno. Nam agrippe interlocutus est. nihil innouare eis licere. Si quis autem vult certius hęc nosse legat nicholai centesimam & vicesimam tertiam & quartam historiam. Et agrippe quidem iudicium: non est forsitan admirandum. Non enim pugnabat tunc gens nostra aduersus romanos. ¶ Vespasiani & tyti magnificentiam quilibet decentius ob stupescit: qui post tot bella & tanta certamina quę contra nos habuerūt tam pię dispositi sunt. ¶ Repetam autem orationem: vnde ad hęc videor esse disgressus. Iudeos igitur sub imperio magni āthiochi regentis asyam constitutos / contigit multa tolerasse dum terra diuersis calamitatibus subiaceret: cum illis qui humilem syriam habitare videbantur. Nam cum anthiochus pugnasset contra expatorem ptolomeum & eius filium cognomine epiphanen laborare cōtigit eos (eo conuincente & victo) eadem pati vt pares existerent nam turbatę & tempestatibus fluctuanti: dum inter fœlicitatem & calamitatem anthiochi fuissent communiter constituti. Cumq; vicisset ptolomeum anthiochus. iudeā recepit. Defuncto vero ptolomeo filio eupatoris. filius eius magnam virtutē militum misit. & ducem scopam nomine contra humilem syriam / multasq; eorum ciuitates cœpit: ex quo nostra gens eupugnata adiecta ei est: & non post multū anthiochus scopam vicit confligens cōtra eum iuxta fontem iordanis: & multos ab exercitu eius prostrauit. Postea vero anthiocho capiente syrię ciuitates quas scopa tenuerat & samariā spōte gens iudeorū ad eū transiēs & in ciuitatē oēm exercitū suscepit & elefantis abundāter alimenta prębuerūt: & obsidenti eos qui ab scopa in arce hierosolymorū relicti sūt custodes prono anno auxilium prestiterunt. ¶ Igitur anthiochus iustum arbitratus iudeorū erga se studium liberaliter remunerandū: scripsit magistratibus & amicis testimoniū exhibēs quod ab eis bene tractatus est: sed & donationes quas eis pro gratia retribuere cogitauit manifeste illis innotuit. Referam vero epistolas quas magistratibus de ipsis scripserat: proponens testimoniū quod nobis prębe ret polibius magalopolitanus in vndecima historia sua ita dicens. Ptolomei dux scopa ad superiora vadens loca: superauit hyemis tempore gentem iudeorum. Dicit namq; & in eodem volumine qualiter scopam anthiochus deuincens: bythiniam & samariā & ad bella gadaram cepisset. Paulopost vero ei se tradiderunt iudei. qui circa templum habitabāt. Facte autem apparitionis in tēplo / ad aliud tempus narrationem differamus. Polibius quidem hęc in historia conscripsit. ¶ Nos autem reducamus orationem priorem ad priorem narrationem: intimantes epistolas regis anthiochi. Rex anthiochus ptolomeo salutem. Iudei mox vt prouinciam eorum ingressi sumus liberalitatem circa nos suā ostenderunt & venientes ad ciuitatem clare nos susceperunt cum senioribus & principibus occurrentes: & abunde ministrauerunt militibus & elephantis victualia & nobiscum ad arcem pugnauerant cōtra custodes ęgyptiorum. Ergo dignum & nos iudicamus eos remūerari: & reficere ciuitatem destructā & rursus in eam habitatores cōgregare dispersos. Et primum constituimus propter pietatem eis pręstari ad immolationes victimarum & olei & vini & libaminis pręcium argenteorū viginti milia & ad similam secūdum prouincialem legem tritici modios mille quadringētos septuaginta quinq;: & salis modios trecentos septuaginta quinq;. Pręberi autem hęc inquit eis volo secundum mea mandata & opus templi construi & porticus & si quid oportet aliud refici. Materia autem lignorum deponatur ex ipsa iudea & ab alijs gentibus & a libano nullo pro eis exigēte vectigal. Similiter & in alijs in quibus oportet volumus clarissimam fieri templi ędificationem. Conuersetur omne genus eorum secundum proprias leges. Relaxentur & sacerdotes & scribę & templi cātatores sacri tributis quę pro suo capite dabant: & a regio vectigali vel ab alijs cunctis oneribus vt pro opere eorum cunctas habitationibus hominum apta reddantur. His quoq; qui vel nunc habitant vel habitaturi conueniant donamus tributa vsq; ad mensam hyperberitheum: & per tres annos liberamus a tertia parte fiscalium quatenus eis lesio releuetur. Et quicunq; ab ipsa ciuitate a iugo seruitutis abstracti sunt ex ipsis genitos libertati donamus. & substantias / eis reddi pręcipimus. ¶ Epistola quidem hæc continebat.

Bñficētia agrippe erga iudeos.

Nicolaus damascenus historiographus.

¶ Iudei sub Anthiocho multa passi sunt.

Scopa dux contra humilem Syriā victus ab Anthiocho.

Anthiochus volēs remunerare. Iudeos scripsit ad eos.

Epistola anthiochi ad ptolomeum de gratitudine Iudeorū quibus multa promittit bona.

Sacerdotes immunes ab exactionibus & tributis. &c.

Ornato autem templo edictum per omne suum imperium in quo continebatur neminem alienigenarũ intra muros templi ingrediendi habere licentiam nec iudeos nisi quibus moris est purificatos. secundum patriam legem neq; inferri in ciuitatem equinas carnes neq; mularum neq; ferarum mansuetarum vulpium aut leporum aut pardorum & generaliter omnium animalium que iudeis interdicta sunt: vt nec pelles eorum liceret afferri. neq; horum intra ciuitatem pascere. sed solitis parentũ. victimis ex quibus & deo oportet sacrificare vti permissum est. Qui autem aliquid horum trãsgressus fuisset: iussit vt multatus prestaret sacerdotibus pecunie dragmas tria milia. ¶ Scripsit etiam testimonium nostre pietatis. & fidei prebẽs cum rebelles frigas & lidos adisset eo tẽpore quo ad superiores persarum ierat prouincias iubens zeusidi suo carissimo vt mitteret quosdam nostrorum a babilonia ad phrygiam ita per epistolam suam mãdans. Rex anthiochus zeubidi alias zeusidi patri salutem. Si sani estis bene: sanus autem & ego sum. Audiens phrigas & lidos rebellare: magna cogitatione permotus cõsilium animo precepit quod oporteret fieri. Placuit autem ad castella vel necessaria loca mesopotamie & babilonie iudeorum domos alias domus duo milia cũ apparatu suo deducere. Credo enim fideles nobis eos custodes futuros propter pietatẽ quam circa deum habẽt. Nam testificantur parentes nostri fidem eos & pronum animum habere: in his que petiti fuerint. volo igitur (licet difficile esse credam migrari) vt permittas eos legibus proprijs vti. Et cum eos ad predicta loca migraueris ad edificandas sibi domos locum vnicuiq; distribui terramq; colendam dari. & vitium plantationes & tributa fructuum terre cõcedere per annos decem. Accipiant vero vsq;quo fructus colligant triticum ad cibum seruorum quod eis sufficiat. vt nostram impetrantes clemẽtiam ꝓniores seipsos erga nos prebeant. Preterea prouidentiam eorum gentis faciens secundum possibilitatem quatenus a nullo molestiam patiantur. De amicitia quidem magni anthiochi & iudeorũ: hec a nobis pro testimonio dicta sunt. ¶ Postea vero vt amicitiam & fœdus ptolomeus cum anthiocho composuit dedit ei filiam suam cleopatram ad nuptum: concedens ei humilem syriam & samariam & iudeam & phenicem dotis nomine. Diuisis autẽ in vtrumq; regem tributis: vnusquisq; sublimissimus patrie sue colligens vectigalium summã statuam regibus offerebat. ¶ Eodem tempore samarite feliciter agentes multa contra iudeos mala fecerunt: terramq; eorum depopulantes multos inde captiuos trahebant. Que facta sunt sub principe sacerdotum onia. Nam defuncto eleazaro principatum sacerdotij patruus eius manasses suscepit. Cui post vite finem onias eo in honore successit filius existens simonis cognomine iusti qui simon frater eleazari sicut prediximus erat.

Edictũ de modo igrediẽdi templum & ꝓhibitio alienigenis.

Pena transgressorum.

Epistola ãthiochi zeubidi pro iudeis mittẽdis a babilonia ad phrigyam.

Amicitie fœdere ptolomei cũ antiocho inito ãthiochus accepit vxorẽ cleopatrã filiã ptolomei.

¶ Onias mente paruulus & pecunijs auarus tributa soluere recusans ptolomeum cõmouit ad iram qui legatum in hierusalẽ mittens ipsum minabatur. Iosephus vero thobie filius quem auũculum auaricie accusans ptolomei legatũ hospitio recepit & ei munifica donauit munera qui rediens onie in deuotionẽ & iosephi vtilitatem regi nũciauit. iosephus quoq; post legatum veniẽs a ptolomeo salutatus super currũ precipiente rege ascendens oniam excusans senectutis rõne veniã pro eo petijt & regis cõuiua factus emulos habuit vectigalia tamẽ a rege siue sponsore recepit. Capitulum. vj.

IS autẽ onias paruulus mente & pecunijs auarus existens ꝓ populo regibus vectigal quod patres eius ex ꝓprijs dabant id est viginti talẽta pecuniarũ nõ reddens. ad irã regem ptolomeũ cõmouit. Qui & legatũ transmittens ad hierosolimã culpabat oĩa non reddentẽ tributa: & interminabatur vt si non acciperet tributa terram eorum ad iugera metiretur. & meteret ad habitandũ illic milites. Audientes vero mandata regis iudei: turbabantur. Hunc autem oniam nichil horum flectebat propter auariciam suam. ¶ Iosephus autẽ quidam iuuenis etate sed propter castitatẽ & prudentiam suam iusticie gloriã habens apud hierosolimitas patre thobia & ex sorore onie principis sacerdotũ progenitus (mandante matre) legati presentiam dum ille esset ad ficulam vicũ vbi natus erat veniens in ciuitatẽ increpabat sacerdotem non ꝓuidentem innocentie ciuium sed ad pericula volentem mittere gentem propter pecuniarũ priuationem dum per ipsum populum dignitatem accepisset & principatum sacerdotalis honoris impetrasset. Si autem cupiditate haberet pecunias ita vt propter ipsas & periculum fieri patrie & ciues suos afflictos videre pateretur: suadebat ei ad regem ire & petere vt aut omnis aut pars ei pecunie cõcederetur. Tunc onias nec velle principatũ se gentis habere respondit immo & sacerdotalẽ honorem si esset possibile paratum esse se deponere ne tantum ad regem accederet. Et dum nichil ad se de his pertinere dixisset: iosephus interrogauit eum si sibi cõcederet legationem ad ptolomeũ gerere pro gente. Cumq; concessit onias ascendit ad templũ iosephus: & conuocata multitudine ad cõtionem. nichil turbari eos vel timere suadebat propter auũculi onie circa eos negligentiã sed rogabat vt deponerent cordis mestitiam qua pro regis mandatis affligebãtur. Nam ligatione se functurum ad regem promisit vt flecteret eũ nichil ꝙ iniquitatis in eos efficeret. Multitudo quidem

Auarus onias sacerdos tributa soluere recusãs ptolomeũ ad irã cõmouit qui legatũ hierusalẽ mittit.

Iosephi thobie filij virtutes qui oniã auũculum de auaricia increpat.

Iosephus legatū ptolomei in hospitio suscepit & donauit ei munera munificentia.

hec audiens: gratias iosepho egit. ¶ Ipse autē a templo descendens in hospitium suscepit ptolomei legatum donauitq; munificentia munera & per multos dies munificētissime eum pauit & ad regem remisit promittens ei vt & ipse sequeretur. Nam pronior factus erat proficisci ad regem legato inuitante eum & cōcitante ad egyptum peruenire & promittente omnia quę a ptolomeo petierit per se eum imperaturū. quia modestiam morum eius nimis amabat. ¶ Cumq; legatus ad ęgiptum peruenisset: regi nunciauit indeuotionē onię & vtilitatem iosephi: quem venturum ad eum dicebat & satisfacturum pro excessu onię qui etiam patronum suū regem esse cōsideret. Qui tanta laudum magnitudine pro adolescente vtebatur: vt & regem & vxorem eius cleopatram prius faceret familiarē habere iosephum q̄ eum videre presentem. Iosephus autem mādans amicis ad samariam & mutuam ab eis accipiens pecuniā & parans conuenientia profectioni: vestes & pocula & subiugalia quę omnia ad viginti milia dragmas essent: ad alexandriam vsq; peruenit. ¶ Contigit autem per illud tempus omnes primates & magistratus ascendere ciuitatem syrię & phenicę: vt vectigalium susciperēt actionem. Nam singulis annis potētibus per ciuitates: rex eam committere consueuerat. Videntes ergo iosephum per viam deridebant eius paupertatem & inopiam. Cumq; ad alexandriā peruenisset: in memphis ptolomeum esse cognouit: cui occurrere festinauit. Sedente autem super currum rege cum vxore & amico athenione qui in legatione ad hierosolimā fuerat destinatus & a iosepho hospitio clemēter susceptus: videns athenio mox regi innotuit dicēs hunc esse de quo ab hierosolimis nunciauit Q̄ bonus inquit iuuenis & liberalis. Ptolomeus vero primus eum salutauit: & ascendere super currum fecit. Postq̄ vero sedit: cepit rex oniam accusare. Tunc iosephus ait. veniam queso pręsta ei propter senectutem. Non enim vos latet ꝙ senes & infantes eandem mentem cōtingat habere: a nobis autem reddetur tibi ratio: vt ei penitus irasci non debeas. Gauisus autem rex de prudentia & benignitate iuuenis. plus eum quippe iam expertum diligere cepit iussitq; in aulam regiam suscipi: & quotidie suę mensę esse cōuiuam. Cumq; venisset alexandriam rex: videntes syrię priores cōsedentē iosephum egre ferebant. Instante vero die quo suscipi habebant vectigalium solēniter actiones diuersarū ciuitatum nobiles data pecunia suę patrię exigenda fiscalia cōducebant: quę vsq; ad octo milia talenta humilis syrię & phenicis iudeę & samarię vectigalia colligebantur. Audiens ergo iosephus culpabat eos qui conducebant: tanq̄ paruo munere exigenda regi vectigalia promisissent. Ipse autem duplum dare pollicitus est. & fisci iuribus peccātium substantias applicare. Nam & hoc vectigalibus tradebatur. Rex itaq; libenter audiuit: ꝙ ad eius erarij expectaret augmentum. Et petente iosepho confirmari sibi vectigalium conductionem interrogauit si secūdum promissionē suam vades idoneos habere potuisset. Ille vero facile respōdit. Dabo inquit homines bonos optimos de quibus confidas. Cumq; diceret rex qui sunt vades quos te dare promittis: iosephus (te inquit) o rex & tuam vxorem pro vtraq; parte sponsores prębeo tibi. Cuius verba libenter suscipiens ptolomeus. sine fideiussoribus vectigalia eum habere permisit. Quod factum nimis contristauit eos qui de ciuitatibus syrię ad egiptum venerant simili non fuerant benignitate tractati. vnde cum magna confusione ad suas vnusquisq; prouincias recessere.

Iosephus a ptolomeo salutatus sup currū pręcipiēte rege ascēdit & oniā regi excusauit veniā ꝓ senectutis ratiōe ꝓ eo petēs.

Rex iosepho vectigalia sine spōsore dedit.

¶ Iosephus a ptolomeo rege auxilium recipiens redit in siriam qui ascalonitas rebelles inueniens (prioribus eorum viginti trucidatis) subiugauit similiter & citopolitanos sic ipse vectigalia viginti duobus annis fœliciter colligens ditatus est: septem habens ex vna vxore filios & ex fratris filia quam (permittente fratre duxit vxorem habuit vnum nomine hircanum fortem & virtuosum.

Capitulum septimum.

Auxiliū a rege iosephus recipiens redit in syriam.

IOsephus vero accipiens a rege duo milia peditum petiuerat enī aliquod auxilium vt vires haberet contra cōtumaces ac rebelles exigeret. tunc mutuans ꝑpter expensas suas ab amicis regis quingenta talenta de alexandria in syriam est profectus. Qui postq̄ venit in ascalonem vectigalia exigens. ascalonitas (quoniam nichil dare volebant sed etiam cōtumelijs eum grauibus afficiebant) capiens priores ipsorum viginti trucidauit: & substantias eorū vsq; ad mille collecta talenta regis vtilitatibus applicauit: intimās ei quę cōtigerunt. Miratus autem ptolomeus prudentiam eius & laudans quę facta fuerant permisit ei agere quę vellet. Hęc audiētes syri obstupuerunt ascalonitarum contumacię exempla metuentes ciuitatibus suis: & ideo foribus ciuitatum reseratis deuotis animis aduentum iosephi sustinebant. ¶ Nitentibus vero citopolitanis contumelijs eum afficere & vectigalia denegare quę prius sine dilatione reddebant: horū quoq; priores interficit substantiasq; eorum fisci viribus applicauit. Colligens vero pecunias multas & maximum faciens lucrum ab exactione vectigalium abutebatur collecta pecunia vt ei potentia ꝑmaneret occasionē & causam sibi fœlicitatis seruare putās ex his quę congregauerat: & multa regi & reginę cleopatre vel amicis eorum dona dirigebat patrocinia sibi eorum fauoremq; concilians. ¶ Potius ve-

Contra citopolitanos iosephus victoriā habuit.

o hac fœlicitate per annos viginti & duos & pater factus ab vna quidem vxore septem filiorum ha
buit etiam ex filia fratris sui solum vnum nomine hyrcanum quem accepit ex tali causa. Cum fratre
quondam alexandriam pergens(ducente etiam secum filiam nuptijs iam maturam vt eam cõiunge
ret alicui illustrimi iudeo)dum enim apud regem cenarent & intrasset pantominia ad conuiuium pul
cherrima concupiuit eam:fratriq; nunciauit desiderium suum petens eum celare peccatum. Nam le
ge apud iudeos prohibetur: alienigenę conuenire mulieri. Quapropter petebat vt fideliter causam
eius cupiditatis expleret. Frater autem eius libẽter ministerium suscepit:ornansq; filiam suam nocte
adduxit ad eum & collocauit. Ille ex ebrietate nesciens veritatem cum filia fratris concubuit. Quo se
pius facto valde dilexit eam: dixitq; ad fratrem ꝙ vita eius periclitaretur si rex ei minime concede
ret pantominiam. Fratre vero petente nichil eum debere metuere quoniã licebat ei frui muliere vxo
remq; habere. & verum aperiens ei & dicens quia libenter haberet & suam magis filiam iniuriã susti
nere q̃ illum videre ad confusionem detestabilem peruenire laudans eum iosephus de cõcordia fra
ternitatis filiam eius duxit vxorem. & filium ex ea genuit hircanum vt prędiximus. Qui tunc tertiũ
decimum annum agens demonstrabat naturalem fortitudinem & prudentiam:vt etiam acerbam e
mulationem suis fratribus excitaret.

¶ Iosephus cognoscere volẽs quis de filijs suis virtute melior existeret vnumqueq; doctoribus
destinauit imbuendum sed alijs indoctis minentibus hircanus doctus euasit. quem mittens pater vi
am duorũ dierum dansq; ei trecenta boum iuga ad sollicitudinem seminare lora quibus ligarẽtur ce
lauit quę non habens hircanus decem iuga occidit & operarijs carnes distribuens pellesq; incidens
retinacula fecit per quę iuga ligauit quod pater multum laudauit eumq; maioribus fratribus recusã
tibus ad regem destinauit. contra quem inuidentes fratres regis amicis vt eum occiderent scripserũt
Hircanus vero alexandriam veniens arionem increpantem & tantam q̃tam petebat pecuniam da
re recusantẽ misit in vinculis. vnde apud regem accusatus prudenti respõsione regi satisfecit & a re
ge & regina honorifice est receptus latẽter centũ pueros & totidẽ virgines ꝓcio cõparet suos irrisores
in cõuiuio confundens maximũ regi obtulit munus vnde & mortem quã fratres ei parauerũt euasit.
& cum honore ad patriam redijt. quod fratres cognoscentes eum interficere etiã sciente patre decre
uerat sed eos victoriosissime/duobus interfectis & reliquis fugientibus/superauit. Ca.viij.

Osepho vero volente cognoscere quis de filijs suis virtute melior existeret:vnũquẽ
q; ad doctorũ sublimium studia destinauit. Et ceteri quidẽ disidia disciplinarũ/indo
cti fatuiq; redierunt. Post illos autem adolescentũ hircanum direxit dansq; ei trecen
ta iuga boũ transmisit viam duorũ dierum ad solicitudinẽ seminare: celans lora qui
bus ligarentur. Quę non habens hircanus aratorũ quidem sententiam reprobauit
suadentiũ vt ad patrem mitteret quosdã qui lora deferrent. Tempus autẽ arbitratus
non oportere se ꝑdere dum expectaret illos qui trãsmissuri erant:excogitauit virile quiddam & ma
ius etate sua. Occidens autem decem iuga. carnes quidem operarijs distribuit: pelles vero eorum in
cidens retinacula fecit ꝑ quę iuga ligauit. Et hoc modo seminans terrã quam ei pręceperat reuersus
est ad eum. Quem pater suscipiens nimis dilexit propter prudentiã & argutiam mentis: & fiduciam
eius laudans tanq̃ solum propriũ filium diligebat: propter quod fratres eius cõtristabanť. ¶ Vt vero
nũciauit quidam iosepho per illud tẽpus filium regi ptolomeo genitum. & vt omnes priores syrię &
subiectarũ prouinciarũ celebrarent natalem pueri diem cum apparatu maximo alexãdriam ire ipse
quidem senio prohibebať. filios interrogauit quis illorum ad regem vellet ire. Maioribus vero recu
santibus & ad tales conuentus indoctos esse dicentibus: fratremq; hircanum posse ad regem ire fir
mantibus cõsuluit eum. Qui cum se promisisset iturũ dicens se in via nõ multas opus habere pecuni
as dum soleret bibere modeste: & ei decem milia dragmę habundę sufficere: gauisus est de sobrieta
te filij. Deferens autẽ parum puer patri suadebat dona quidem exinde regi non mittere. dare vero
epistolã ad dispensatorẽ in alexandriam: quatenus pręberet ei pecunias ad comparationẽ eorũ quę
optima vel ꝓciosa poterat inuenire. Qui opinatus decem talenta sufficere ad sumptũ regij muneris.
filiumq; collaudans vt bene ammonentẽ scripsit dispensatori arioni qui omnes per alexãdriam eius
dispensabat pecunias. non minus q̃ tria milia talenta existens. Nam iosephus a syria pecuniã ad ale
xandriam mittebat. Et cõstituto die veniente in quo assignari regi oportuisset. arioni scribebat vt eas
redderet. Igiť hircanus suggerẽs patri accepit epistolam & ad alexandriã perrexit. ¶ Egresso autem
eo: fratres eius scribunt omnibus amicis regis vt eum occiderent. Qui vt peruenit alexandriã. porre
xit arioni epistolam. Quo interrogante eum quanta vellet accipere talenta: nam sperabat eum decẽ
tantum querere: aut his pauco plus. Cumq; dixisset mille opus se habere: iratus increpabat eum qua
si volentem luxuriose viuere. & dicebat quemadmodum pater eius substantiam collegisset laborare

Iosephus fœlicit vectigalia colligens vigiti duobus ãnis ditatus est septẽ filios ex vna vxore habuit & ex filia fratris sui vnum hircanũ noĩe.

Nota modum quo iosephus duxit vxorẽ filiam fratris.

Hircanus nõ habẽs lora ad iungẽdũ boues occidit decẽ iuga boũ & carnibus oparijs distribuit s ex pellibus retinacula fecit.

Sobrietas hircani qui fratribus adire regẽ recusantibus cũ modico pecuniarũ iuit.

Inuidia fratrum hircani contra ipm qui scripserũt regis amicis vt eũ occiderẽt.

vel abstinentia: & imitatorem fieri genitoris inuitabat: dare autem non plus decem talenta se dicebat: & hęc ad regiam donationem. ¶ Tunc furore commotus adolescens in vinculis arionem misit. ¶ Cuius vxor ad cleopatram demandans petijt quatenus puerum increparet. Nam valde arion apud eam honoribus pręcellebat. Quod etiam ad noticiam regis cleopatra perduxit. Itaq; ptolomeus ad hircanum mittens ammirari se dicebat a patre transmissum non eum vidisset: insuper & dispensatorem ligasset. venire autem eum & causam sibi pro qua veniret indicare pręcepit. Quem ferunt nũcio regis ita respõdisse: legem esse penes iudeos quę prohibet cõmunes epulas prius attingere q̃ in templo deo immolare: & ideo distulisset ne sine donis a patre transmissis ad regem peruenire. Propter hanc vero causam: non ad eum venisse. Seruum autem punisse non obsecutum iussionibus suis: dum nichil distaret inter magnum & minorem dominũ. Sed si talium cõtumacia non emẽdatur & tu inquit spera similiter a subiectis contemni. Quę ptolomeus audiens ad risum conuersus magnanimitatẽ adolescentis miratus est. Cumq; audisset arion ꝙ ita responsum rex accipiens nullum ei auxilium pręberet: dedit adolescenti mille talenta & a vinculis absolutus est. Tres vero differens hircanus dies regem reginamq; salutauit. Quem illi libenter suscipientes viderunt & amicabiliter paruerunt propter honorẽ patris. ¶ Qui latenter accedens ad negociatores comparauit ab eis pueros cẽtum litteras scientes vnũquemq; talento vno. & centum virgines singulas eodem pręcio. ¶ Cumq; inuitatus ad conuiuium regis discubuisset cum prioribus prouinciarũ vltimus omnium & tanq̃ puer ab his qui loca secundum dignitatem habebant contemneretur. cumq; omnes conuiuę regis ossa ciborum ante hircanum in mensa proijcerent ipso tacente: triphon qui ad conuiuia & risus conuiuarum erat aptus rogantibus se cõuiuis iuxta mensam assistens regi ait. Vide domine anteposita ossa hircano. Ex hoc conicę ꝙ & pater eius sic omnem syriam denudauit. quemadmodũ hęc ossa iste a carnibus expoliauit. Ridente vero ad hęc verba triphonis rege & interrogante hyrcanum cur tanta ante eum iacerent: apte inquit domine. Nam canes semper ossa cum canibus deuorant sicut isti fecerunt de accũbentibus dicens quoniã ista ante eos minime ossa iacebant: homines vero carnes comedũt. ossa autem iactant. quod & ego tanq̃ homo tunc feci. Rex autem miratus eius responsum tam sapiẽter dictum omnes iussit plaudere verbum eius laudantes. ¶ Postea vero die ad vnumquẽq; regis amicũ pergens & ad potentes aulę hos quidem salutabat: famulos autẽ interrogabat quę daturi sunt regi dona die natalis filij eius. Illis autem dicentibus quosdam decem daturos talenta alios autẽ nobiles secũdum magnitudinẽ substantię suę: contristari se simulauit quasi non valens talem donationem offerre. Nam plus quinq; talenta se non habere affirmabat. Quod serui audientes dominis nũciauerunt. Qui gauisi sperantes iosephum propter munerũ paucitatem regem offendere. Instãte vero ceteri quidem offerebant regi talenta non plus viginti: qui magnam videbantur offerre munerum quãtitatem. ¶ Hircanus quos comparauerat pueros centum & virgines totidem vnicuiq; dans talẽtum portare obtulit pueros quidem regi puellas autem deo patre reginę: omnibus vero munerũ magnificentiam ammirantibus & ipsis regibus & eorum amicis insuper & regi seruiẽtibus quod digna multis talentis obtulisset. vnde etiam & mortis pericula declinauit hircanusq; fratres eius zelo ducti parauerant. ¶ Tunc Ptolomeus magnanimitatem adolescentis miratus imperabat ei donationem quam vellet accipere. Ille autem nichil plus petiuit ab eo fieri in se q̃ vt patri eius scripta dirigeret. Honorans vero eum liberaliter & donationes copiosas pręstans: patri & fratribus & omnibus magistratibus scripta transmisit. Audientes autem fratres eius hircanum a rege talia meruisse. magnoq; cũ honore redeũtem: in occursum eius se egredi simulantes: interficere illum etiam patre sciente omni modo decreuerunt. Irascebatur enim pater ei propter pecunias quas regi obtulerunt: & non curabat eius salutem. Et iram quidem (quam circa filium iosephus habebat) timens regem celabat. ¶ Committentibus vero aduersus eum fratribus pugnam multos eorum qui eos sequebatur occidit cum duobus fratribus suis: ceteri autem ad patrem hierosolimam confugerunt. Qui postq̃ ad ciuitatem venit: nullo se suscipiente discessit trans iordanem fluuium. vbi remoratus: vectigalia barbaris exigebat.

Accusatus hircanus regi prudentem fecit responsionẽ.

Nota ꝓ dñis

Hircanus a rege & regina bñ receptus.

Hircanus nouissimus in conuiuio regis discũbẽs irrisus & añ eũ cõuiuę ciborũ ossa proiecerunt.

Hircanus caute interrogat regis amicos quę daturi sũt regi munera.

Maximũ hircãnus munus obtulit regi seh cẽtũ pueros & reginę cẽtũ virgines qui & mortem quã fratres eius parauerãt declinauit & eũ cũ muneribus licet nõ q̃sisset rescribens rex ad patrẽ remisit.

¶ Regnãte in Asia seleuco (qui sother dictus est) moritur iosephus hircani filius vir bonus & magnanimus quo tempore mortuo auũculo eius onia simon filius sacerdotij accepit principatum: cui successit filius eius in honore onias successit ad quem lacedemoniorũ rex scripsit se cum iudeis eiusdem generis ex patre abraham denuncians tunc quoq; (inter iudeos orta propter filios iosephi seditione) pluribus contra hircanum maioribus auxilium ferentibus hircanus trans iordanem qui locus tirus appellatus est turrem fortissimã edificauit arabas debellans sed mortuo seleuco frater eius anthiochus in regnum successit: quem timens hircanus seipsum interemit. & ipse anthiochus substantiam habuit.

Capitulum.ix.

PEr idem autem tempus regnabat in asya seleucus qui sother nomiabatur filius magni anthiochi Tunc moritur & pater hircani iosephus vir bonus & magnanimus: qui populum iudeorum a paupertate & debilitate ad clarissimas rerum causas vsq; perduxit. Is etiam viginti & duobus annis syrię tributa & phoenicis & samarię dispensauit. Defunctus est vero & auunculus eius onias: principatum sacerdotij simon filio derelinquens. ℂ Mortuo quoq; & isto filius eius onias in honore successit. Ad quem rex lacedemoniorum arius legationē direxit & epistolas. quarum huiusmodi cōtinebatur exemplar. Rex lacedemoniorū arius onię salutem. Legentes scripturam anteq̄ inuenimus ex vno genere iudeos & lacedemões extitisse: & familiaritatem cum abraham socialiter habuisse. Iustum est ergo vt fratres existatis. & transmittere ad nos & petere quę vobis necessaria iudicatis. Facimus vero & nos idem & vestra propria simul & nostra cōmunia reputamus. Portitor litterarū dimotilis epistolas vobis defert quadrāgulas scriptas: signaculum habentes aquilam draconē vnguibus deportantem. Epistola igitur a lacedemoniorū rege destinata. textum huiusmodi cōtinebat. ℂ Defuncto autem iosepho populum contigit seditionē pati propter filios eius. Nam maioribus bellum gerentibus contra hyrcanum vltimum filiorum iosephi: discessit ab inuicem multitudo. Plures quidem maioribus auxilium ferebant cum principe sacerdotū symone qui cognatus eorum & affines extabat. ℂ Hircanus autem redire quidem ad hierosolimam minime iudicauit: sedens vero transiordanem frequenter arabas debellabat. Edificauit vero turrim fortissimam ex lapide de albo cōstruens eam: & totam vsq; ad terram sculpsit animabus diuersis: & in circuitu fecit magnum & altum eurippum id est piscinam. Ex petra autem contrapositi montis incidens sinistram extensionem speluncas multorū spaciorum in longitudinem ibi constituit. Deinde domus in ea quasdam ad cōuiuia & somnum: & cōuersationē fecit aptissimam multitudini. Cameras etiam currentium aquarū delectatione gratissimas. ad ornamentū totius aulę. Ostia vero speluncarū aperuit minora vt vnus aut non multi per ea possent intrare. Et hoc custodię gratia condidit: vt obsessus a fratribus minime periculo subiaceret. Insuper edificauit & atria magnitudine excellentia & paradisis ornauit egregijs & talem perficiēs locum tyrum eum nominauit. ℂ Qui locus est inter arabiam & iudeam positus trans iordanem non longe a sembonitidę alias sebenitidę regione. Prefuit ergo partibus illis per ānos septem omni tempore quo seleucus syrię regnaret. ℂ Hoc enim iam defuncto: post eum frater eius antiochus (qui epephanis alias epiphanes vocabatur) regnū obtinuit. Moritur etiam ptolomeus rex ęgyptiorum qui similiter epiphanis nuncupabatur: relinquēs duos filios minores ętate. Quorum vnus qui & maior erat philomethor dicebatur: minor vero fiscon. ℂ Hyrcanus autem videns magnam anthiochum virtutem habentem & timens ne tentus ab eo tormentis afficeretur pro his quę contra arabas egerat vitam proprie manus intermissione conclusit: cuius substantiam anthiochus suis commodis applicauit.

Mortuo iosepho & onia auūculo simō filius sacerdotiū recepit. Exēplar epistolę lacedemoniorū regis qui iudeos & lacedemones ex patre abrahā dicit descendisse. Seditio inter iudeos ꝓpter filios iosephi q̄bus bellū gerētibus cōtra hircanum plures auxilium maioribus cū simone pricipe sacerdotū ferebāt. Locus ille nominatus tirus vbi ꝓfuit hircanus annis septē viuēte seleuco rege syrię. Hircanus āthiochū timens seipsū iterfecit cuius substātiā ipse āntiochus habuit.

HISTORIA PRIMI LIBRI MACHABEORVM INCIPIT.

ℂ Anthiochus epiphanes (qui in biblia illustris est appellatus) onia sacerdote defuncto minori eius fratri sacerdotium contulit orta itaq; in populo pro sacerdotij principatu seditione menelaus ad anthiochum cum suis discessit se & suos offerens paternis legibus dimissis grecorum mores obseruare & anthiochus ab egipto reuersus hierusalem suę cōflictionis capiens multos interemit iudeos & diuitijs templum & ornamentis spoliauit prohibuitq; quotidianas immolationes fieri & edificato altari porcos immolauit & iudeos idola coegit adorare & non circūcidi. Cap. x.

PEr idem tempus defuncto onia principe sacerdotū fratri eius anthiochus sacerdotij cōtulit principatū. Nam filius quē onias reliquerat: adhuc ifans erat. Demōstrabimus autē singula in loco proprio: quę ad hunc puerū pertinere videbunt. Ihesu vero nam hic frater erat onię principatū sacerdotij rex abstulit iratus: & dedit eum iuniori fratri eorū nomine onię. ℂ Symonis nāq; hi tres filij fuerunt: ad quos principatus sacerdotij sicut prędiximus peruenit. Et iesus quidē iasonem se nomiauit: onias autē menelaus est nōcupatus. ℂ Seditionem itaq; prius princeps sacerdotū iesus aduersus menelaum cōcitauit: & diuisa in vtrumq; populi multitudine ꝓ parte menelai filij thobię consistebant. Populi vero pars plurima iasonem adiuuabat. vnde laborātes menelaus & filij thobię ad anthiochum discesserunt eius ad noticiam perducentes quod vellēt patrias relinquere leges: & conuersationem & mores obseruare grecorum. Rogauerūt ergo eum vt pmitteret eis edificare gīnasium hierosolimis. Cumq; cōcessisset: cicūcisionem suam velauerūt: vt non apparerent in denudatione grecis esse dissimiles. Ceteraq; oīa relinquentes quę illis mos patrius imponebat: aliarum facta gentium ritusq; sequebantur. ℂ Anthiochus autem pro suo foeliciter imperio exercitum ducere deliberauit ad ęgyptum tactus desiderio eius: & contemnens fi-

Antiochus epiphanes q in biblia. i. machab. ca. j. illustris dictus est defūcto onia sacerdote fratri eius minori sacerdotij cōtulit principatū.

lios ptolomei vt debiles ac nequaq̃ tanta negociā regere prȩualentes. Perueniens igitur cum magna virtute ad pelusium & dolo philometorem ptolomeum circunueniens: egyptum occupauit. Et cum adisset loca memphiticȩ ciuitatis eam capiens. contra alexādriam vt obsidendum ptolomeum caperet ambulauit. Expulsus vero est non ab alexandria tantum sed etiam a tota ȩgypto romanis sibi denunciantibus vt discederet a prouincia: sicut prius & alibi demonstrauimus. Exponam vero per partes de hoc rege quemadmodum iudeam & templum pariter occupauit. Nam in prima mea conscriptione capitulum eorum memoriam feci. nunc necessarium putaui ad certiorem eorum narrationē denuo remeare. ❡ Reuersus ergo propter romanorū timorem ab ȩgypto rex anthiochus ad hierosolimorꝝ ciuitatem ducit exercitum. Quo perueniens anno centesimo quadragesimo tertio post regnū primi seleuci centesima quinquagesima tertia olimpiadȩ vicesimo & quinto mensis casleu (quē macedones appelleon nominant) capit eam sine conflictione cuiuspiam aperientibus eis portas his qui voluntati eius consentiebant. Ingressusq; ciuitatem hierosolimorum multos interemit sibi cōtraria sapientes. necnon etiam eos qui portas aperientes ciuitatem ei tradiderunt propter tēpli diuitias interfecit: multasq; ab eo auferēs pecunias ad antiochiam reuersus est. ❡ Postq̃ autem expoliauit tēplum ita vt vasa dei asportaret: & lucernas aureas: & archam auream & mensam & scaurum: neq; de velis abstinuit quȩ ex bysso & cocco erant. Exhauriens autē & thesauros & nichil penitus relinquēs ad maximum iudeos luctum propter hȩc vsq; perduxit. Nam & quotidianas immolationes (quas deo secundum legem offerebant) celebrare prohibuit. Deprȩdans autem totam ciuitatem quosdam interfecit. alios captiuos cum vxoribus & filijs deduxit: ita vt numerus multitudinis captiuorum vsq; ad viginti milia existere videretur. Incendit etiam optima eius loca & deponens muros arcem edificauit in interiore parte ciuitatis. Nam alta & eminentior erat prius a templo. & propter hoc muniens eam muris altis & turribus custodiam macedonum ibi disposuit. Manebant etiam in arce nichilominus homines impij & minoribus maligni a quibus ciues multa & acerba subinde patiebantur. Edificans vero & in sacrario aram super eam porcos immolauit: hostias non legittimas nec patriȩ religioni iudeorum congruas. Coegit etiam eos relinquentes religionem patriam ydolum venerari: edificare etiam in vnaquaq; ciuitate & vico templo deorum & aras collocātes imolare super eas porcos omni die prȩcepit: et ne quis circūcideretur aut ne filij eorum, interminatus est tormenta grauissima: si quis prȩter hȩc facere inueniretur.

❡ Maxima antiochi contra iudeos crudelitas ad quem samaritȩ iudeos spernentes miserunt templū suum in monte garizin edificatum in honore iouis dedicari petentes quod annuit antiochus quo tempore mathathias sacerdos habitans in modin cum quinq; filijs suis rerum desolationem deflens & ydolis sacrificare renuens iudeum quēdam idolatrantem & iudicem interfecit. postea in solitudinem cum suis recedens quorū multi in speluncis latitātes sabbatorum die defendere recusantes concremati sunt & mathathias alios qui liberati fuerant sibi adherentes etiam sabbato pugnare docuit multosq; hostium peremit.

Capitulum.xi.

Constituit itaq; prȩpositos: qui cogerent eos imperialia mandata perficere. Et multi quidē iudeorum sponte alij vero propter timores imminentes regis prȩcepta sequebantur. Probatissimi autem & generosi detestabile facinus execrantes: patris legibus adheserunt. Propterea diebus singulis penis afflicti: & amara passi tormenta trucidabātur. Nam & verberati & diuersis cruciatibus fatigati: adhuc viuētes, crucis patibulo figebantur. vxores vero & filios quos circunciderunt prȩter voluntatem regis laqueis suffocabant: parentum eos ceruicibus illigantes. Nam & si apud aliquem volumen inuentum fuisset sacrum aut lex: & is quoq; crudeli sorte moriebatur. ❡ Videntes autem samaritȩ iudeos hȩc pati de reliquo neq; cognatos ipsorum neq; templū super garizin maximi dei vt prius esse fatebantur cōsuetudinem suȩ faciētes naturȩ de qua superius constat expressum: sed dicebant se medorum atq; persarum colonos. Mittentes ergo ad antiochum legatos & epistolam quȩ subter sunt scripta significauerūt. Regi antiocho epiphani. relatio a sichimitis sydoniorum. Nostri maiores propter crebras prouinciȩ pestilentias secuti priscam quandam supstitionem consuetudinem fecerunt colendi: que dicitur apud iudeos sabbatorum dies. Edificātes autem sine nomine in garizin monte templum: offerebant in eo deuotas immolationes. vobis autē malignitatem iudeorum digne vlciscentibus venientes iudices vestri arbitrati ob cognationem illorum nos eadem facere similibus nos penis afficiunt: dum ab initio sydones esse cognoscamur. Quod manifestum esse publicis constat annalibus. Petimus ergo te beneficium & saluatorem denūciare appolonio nostrarū partium iudici & nichanori regalia tractanti negocia. vt nichil debeāt molestare quasi iudeis aliqua superstitione coniunctos cum genere & moribus ab eis probemur alieni. Templum vero edificatum quod adhuc sine cuiuspiam dei nomine constat: grȩci iouis illud appellatione peti-

Antiochus hierusalem sine cōflictione capiēs multos iteremit sibi cōtraria sapientes & tēpiū diuitijs spoliauit & ornamētis

Prohibuit āthiocus imolatiōes quotidianas & ciuitatē deprȩdauit & (pluribus interfectis) m̄ltos captiuos cū filijs & vxoribus duxit.

Edificato altari porcos immolauit & coegit iudeos idola adorare & nō circūcidi.

Crudelitas maxima ātiochi cōtra iudeos.

Samaritȩ iudeos videntes afflictos se dicebant pꝯsas ipsos scd̄m suā naturā spnētes miserunt ad antiochū regē.

D E F

ius dedicari. Quo facto vitamus inoportunas molestias sustinere operibusq; sedulo vacātes tibi sol emus redditūum quātitatem. ¶ Hęc petentibus samaritis rex ista rescripsit. Anthiochus rex nicha ori. Sichimitę sydonij: porrexerūt michi publicani relationem. Sed quia cogitantibus nobis cū ami s docuerunt ab eis missi quod criminibus iudeorum in nullo probantur esse participes quando mo ibus viuere gręcorum potius elegerunt: absoluimus eos a iudeorum pœna nocentium & templum orum quemadmodū petierunt gręci iouis appellatione dedicetur. Eadem & appollonio partiū iu ici scripsit: sexto & quadragesimo anno mense echatę octaua decima die. ¶ Eodem tempore erat abitans aliquis in modin vico iudeę nomine mathathias filius iohannis. filij symeonis filij samo ei alias samoni sacerdos de vice ioab alias ioari hierosolimitis. Erant autem ei filij quinq; iohānes uivocatur gaddis & symō qui est thasi & iudas qui vocabat̄ machabeus & eleazarus qui dictus est baron & ionathas qui dictus est aphus. Iste ergo mathathias plāgebat apud filios statum rerum & uitatis rapinam & tēpli nuditatem & calamitates plebis. Dicebatq; melius illi esse pro patrijs mori gibus q̄ ita sine gloria viuere. Viuentibus autem ad modin villam a rege directis vt cogerent iude s facere quę pręcepta videbantur a rege. & iubentibus illic constitutis ydolis immolare secūdum re s iussionem: & primum mathathiam qui doctrina vel fama glorię reliquos anteibat sacrificare cō ellentibus: mathathias recusabat hoc facinus dicens. Licet alij omes iussionibus antiochi pro timo obtemperent: michi tamen et meis filijs tale scelus nullatenus imponitur. ¶ Cumq; tacuisset acce ens quidam ex iudeis immolauit in medio: sicut pręcepit anthiochus. Iratusq; mathathias irruit su er eum cum filijs suis habentibus gladios: eiusq; sanguinem super aram effudit: & iudicem regis ap ollonium qui eum ad talia cogebat cum suis paucis militibus interemit. Et aram deponens clama t. Si quis emulatur patrias leges & dei religionem sequatur me. Et hęc dicens: cum filijs ad solitu nem exijt relinquēs omnem suam possessionem. Idem multi facientes cum filijs & vxoribus ad so udinem confugerunt. Audientes vero ista iudices regis auxilia conuocantes quę in arcę hierosoli orum pro custodia permanebant prius quidem conabant̄ verbis eos flectere vt ad penitentiā per enirēt et eligerēt potius illa quę prosunt. ne aliqua necessitate cogente eis tanq̄ hostibus vterentur. ¶ Cum quibus non accipientibus verba sed contraria sapientibus conflixerunt die sabbatorū: & si it erant in speluncis ibi eos atroci incendio concremauerunt dum repugnare propter diem noluis nt ne in malis suis honorem sabbati transgredi viderentur. Nam vacare in eo nobis legittimum est Mortui sunt ergo cum vxoribus & filijs in speluncis fumiferis suffocati globis. numero mille. ¶ Multi autem liberati. tunc adiuncti mathathię & illum sibi iudicem ordinauerunt. Qui & sabba s eos docebat pugnare dicens q̄ si hoc non facerent obseruantes legem sibimetipsis essent hostes o die contra eos venientibus inimicis. Hęc dicens persuasit eis. et hactenus permanet nobis cōsue ido pugnandi etiam si tali die bella consurgant. Colligens ergo sibi mathathias armatam multitu inē aras deposuit idolorum: & peccantes in eos quantos manu capere potuit interemit. Nam multi us timore dispersi sunt ad gentes propinquas. Et pueros non circūcisos iussit circūcidi: expellēs eos qui vt talia prohiberent) fuerant constituti.

Anthiochus ad sichimitas scripsit annuēs eorū petitioni.

Mathathias sacerdos cū quinq; filijs deflens statum rerum & ciuitatis desolationem.

Mathathias ydolis sacrificare recusans iudeū quēdā sacrificātē iterfecit & iudicē cū suis militibus & postea recessit in solitudinem.

Iudei die sabbati nō volētes defēdere ꝓpter diei solēnitatē in speluncis cōcremati sunt.

Matha. iudex cōstitutus docuit iudeos sabbato pugnare & multos occidit.

¶ Mathathias senio confectus conuocatis filijs suis ipsos paternas leges custodire exhortans si ionem sapiētia pręcellente alijs patrem ordinat iudam vero machabeū militię ducem quo mortuo eo in modin sepulto iudas filius eius in principatu succedit qui cū fratribus suis legum transgresso s interimens terram omni macula purificauit & appollonio duce samarię cum multis interfecto se on sirię ducem occidit & siros in fuga conuertit quę audiēs antiochus furore commotus exercitum ontra iudeos parat & listam gubernatorem ordinat prouinciarum. Ca. xij.

Igitur eo magistrante vno anno dum morbo grauissimo pręmeretur: conuocauit filios suos. Et circunstantibus: ego quidem inquit o filij decretam proficiscor viam. Cōmendo autem vobis patrias leges obtestans ne earum transgressores sed potius custodes esse debeatis. Paternę vero voluntati memores ritus patrios custodite & periclitātem antiquam cō etudinem restaurate: ne seducti ab his qui sponte aut nęcessitate ea aut perdunt aut ꝑdunt. Sed di ni meo constituto omnem violentiam & necessitatem tolerando superare ita vos pręparantes vt si oporteat pro legibus grata mente moriamini: scientes hoc q̄ deus tales nō despiciet sed vestram vir tem inspiciens reddet vobis libertatem: & retribuet quandoq; vt eum securitate vestris moribus p uamini. Nam corpora vestra mortalia & temporalia sunt: factorum vero monimenta immortalita s ordinem consequuntur. Quod desiderantes vos decet appetere gloriam quę nullo sit fine claudē i. Cōcordiā vero vos habere commoneo: & in quo aliquis existit melior altero: cedentes vobis inui m proprijs ministrate virtutibus. Et symonem fratrem sapientia antecedentem vobis patrem pu te. & quicquid ille persuaserit custodite. Machabeum vero militię propter virtutē & fortitudinem

Moriēs mathathias (cōuocatis filijs suis) patrias leges ipos hortat̄ custodire.

Factorū memoria immortalis.

mathathias filiū simonē sapia p̄

cellētē patrē ordinat & machabeū militię ducem.

habebitis ducem. Nam gentem defendens: hostes viriliter expugnabit. Suscipientes viros iustos & religiosos: veritatē eorum fouete. Ista filijs locutus est: & deum orans adiutorem eis fieri. & vt populo leges proprię conseruarētur fideli corde supplicans viuendi finem communi sorte suscepit: & sepelitur in modin. Magnumq; luctum omni populo super eum peragente: successit gubernationi rerum filius eius iudas qui & machabeus centesimo & quadragesimo sexto anno: & adiuuātibus se prono animo fratribus ceterisq; religiosis finitimis inimicos a prouincia expulit: & transgressores legum patriarum occidit iudeos. & purificauit ab omni macula suam terram. ¶ Hęc cum audisset appollonius dux samarię: colligens exercitum egressus est contra iudam. Ille antem occurrit ei: & committēs cum eo pugnam vicit: & multos eorum interfecit. Inter quos & ducem appollonium armis exuens interemit. multamq; prędam ab exercitu hostium auferens discessit. ¶ Seron autem dux inferioris syrię audiens ꝙ multi transirent ad iudam & magna iam virtute circūseptus ad bellum accederet. statuit cōtra eum dimicare. Et colligens milites sub se constitutos vel transgressores iudeos contra machabeū produxit exercitum. Perueniens autem vsq; ad bethsuram vicum iudeę: ibi exercitum collocauit. Iudas autem occurrens ei & confligere disponens quia milites ad pugnam videbat propter paucitatē & ieiunium desides: hortabatur eos dicens. Non per multitudinem vincendos hostes aut expugnādos esse credatis: sed pietate & hoc euidentissimum habemus exemplum maiores nostros: qui propter iusticiam & proprias leges certantes. multa sepius milia deuicerunt. ¶ Nam nullum lesisse maxima virtus extitit. Hęc dicens suasit eis contemnere multitudinem: & confligens cum syris duce eorum interfecto cūctos ad fugam vertit. Secutus autē eos ad campum octo milia occidit. Reliqui autem fugati vsq; ad maritima loca discesserunt. ¶ Quę audiens rex anthiochus maximo furore commotus omnem propriam virtutem congregans & multos ab insulis mercede conducens: parabat circa veris initium dimicare contra iudam. vt vero militibus stipendia tribuens vidit thesauros deficere non enim ei omnia vectigalia reddebantur propter seditiōes gentium: nam cum magnanimus esset ei minime sufficiebant (que dum collegerat) deliberabatq; primum ad persidam ire: tributaq; prouincię congregare. ¶ Relinquens pro rerum gubernatione quendam lysiam gloriam apud se maximam possidentem vt regeret prouincias a fluuio eufrate vsq; ad fines ęgypti & inferioris asię & partem exercitus & elephātos ei tradens pręcepit ei filium suum anthiochum diligēter nutrire & vastare iudeam & habitantes in ea ducere captiuos & euertere hierosolymam: & genus eorum omnino disperdere. Hęc quidē rex anthiocus pręcipiēs lysię abijt ad persidam cētesimo & qnadragesimo septimo anns transiens eufraten: & ad superiores ascendit prouincias.

Iudas cōtra appolloniū victor eum iterfecit & multos.

Seron syrię duce exercitū contra iudā colligēte: iudas suos. hortabaī ad bellum & duce occiso siros ad fugam vertit.

Anthiochus audita iudę victoria furore cōmotus parabat contra iudeos exercitum.

Lysiam gubernatorē ordinat prouinciarum.

¶ Lysias contra iudeos exercitum maximum mittit. cuius duces ptolomeum / nichanorem / & gorgiam constituit & iudas disposito secūdum antiquum & patrium morem exercitu populum animat ad bellum & victor efficitur (victis quoq; inimicis) iubet prędam cōtemnere cum adhuc pugna cum gorgia superesset quo fugiente cum exercitu iudas prędam auferēs remeauit ad propria sed & lysias veniente ad iudeam ei occurrit iudas (qui (deo adiutore) victor exstitit & quinq; hostium mille occisis lysias desperatus fugit. Ca.xiij.

Lysias cōtra iudeos maximum exercitū mittit cuius duces ptolomeū nichanore & gorgiā constituit.

Iudas disposito exercitu secūdū antiquum & patriū modū populū animat ad bellum.

Lysias vero eligens ptolomeum dorimerum alias dorimenis & nichanorem & gorgiam viros potentes & amicos regis & tradens eis peditum quadraginta milia: equitū vero septē milia transiuit contra iudeos. Qui vsq; emaus ciuitatem veniētes. in campo exercitum locauerunt. Superuenerunt vero eis ad auxilium de syria vel a finitimis locis & multi transfuge iude necnon & negociatores quidam sperantes iudeorum se emere captiuos. argentum autem & aurum pro precijs eorum deportantes. Exercitum autem & multitudinem aduersariorum iudas intendens suadebat suis militibus cōfidere. hortabaturq; spem victorię in deum haberet vt saccis induti patria lege eum rogarent solitumq; habitum petitionis ostendentes supplicarent quatenus preberet eis cōtra inimicos auxilium. ¶ Quo facto disponens eos secūdum antiquum & patrium modum per millenarios & illos dimittens qui pauloante vxores duxerant & eos qui possessiones pauloante acquisierant ne pro earum desiderio minus audaciter contra hostes pugnarent. residuos talibus hortabatur affatibus. Tempus quidem vobis non aliud est necessarium o socij nisi vt fortiter pericula contemnatis. Nunc enim licet viriliter certando accipere libertatem quam & propter seipsam vobis caram: & [illegible] diligentia colendi deum plus desiderabilem esse confido. Tanq̄ ergo in hoc solo vobis positis vt accipientes eam fœlicem & beatam renouetis vitam quasi secundum leges & consuetudines conuertimur agite ne forte per negligentiam vestram iudaicę gentis semen intereat. Ita ergo pugnate mortem pro maximo lucro putantes: vt si viceritis cum libertate & patrijs legibus eternam gloriam conquiratis. Parate ergo vos crastina die audacibus animis: vt bellū pro lege patria committatis. Iudas quidem incitans socios: ita locutus est. ¶ Hostibus vero transmittentibus gorgiam cum quingentis pe

ditibus & mille equitibus quatenus per noctem irruerēt super iudam & adhuc preuios eis dantibus aliquos de fugientibus iudeorum sentiēs filius mathathie statuit & ipse castra hostium latenter inuadere. Cumq; cenasset focos plurimos derelinquens tota nocte proficiscens in aduersariorū castra ad locum peruenit emaus. Gorgias autem exploratus castra iudeorū nec eos inueniēs: arbitratus in mōtibus discessisse: vbi essent querere decreuit. Lucescēte vero die apparuit hostibus in emaus iudas cū tribus milibus plus minus armatis vt cumq; propter paupertatem. Qui respiciens aduersarios optime septos & studio militari dispositos: inuitauit iudeos dicens. Etiam nudis corporibus pugnare debemus & deum inuocare: qui sepius nos inermes contra plures & armatos victoriam fecit acquirere.

In biblia iste locus dicitur amaū.

❡ Sermone vero finito iussit tubicines clangere: & significare militibus suis quatenus inopinatos hostes inuaderent. Quorum multos resistentes occidit: reliquos persecutus est vsq; gazara & campos ydumeę & azoti & iamnię. Prostrata sunt autem tria milia eorum. Iudas vero iubebat suis militibus hostium prędam contemnere dum adhuc certamen eis & pugna contra gorgiam superesset quibus expugnatis esset pręde licentia. Adhuc eo dicente hęc ad milites respicientes illi qui cū gorgia erant exercitum quidem quem in castra reliquerant viderunt esse deuictum castraq; incensa. Nam fumus a longe: eis quę acciderant indicabat. vt ergo hęc ita esse qui erant cum gorgia cognouerunt: & eos qui cum iuda erant ad aciem paratos attenderunt. mente ad fugam conuersi sunt. Iudas autem sine pugna victis gorgię militibus reuersus tulit hostium spolia. multumq; aurum & argentum & purpuram & iacinctum auferens ad propria remeauit cum letitia: laudans deum de his quę poterat obtinere. Nam hęc victoria eis deseratam contulit libertatem.

Victis hostibus iubet iudas prędam cōtemnere

❡ Fugiente gorgia cum exercitu p̄dam Iudas auferens remeauit ad propria.

❡ Tunc lysias cōfusus de perditione exercitus quem direxerat statim alia sexaginta milia electorum peditum & quinq; milia equitum cōgregans venit protinus ad iudeam & ascendens super mōtana in bethsuris alias bethsurę villam iudeę castrametatus est. Occurrit autem ei cum decem milibus iudas & multitudinem hostium inuadens adiutorem sibi deum fieri postulauit. Et confligēs cum pręcursoribus aduersariorū sine aliqua dilatione superauit: & prosternens quinq; milia eorū factus est reliquis in timorem. Attendens autem lysias audaciam iudeorū quia parati sunt mori nisi cū libertate eis viuere licuisset: & timens eorū desperationem tanq̄ fortē colligens residuum exercitum redijt ad āthiochiam & remorabatur ibi pręsidia congregans peregrinorum: vt cum maiore apparatu expeditionis contra iudeos venire potuisset.

❡ Occursus iudę contra exercitu; lisię qui deo adiutore victor; extitit.

Lysias fugit.

❡ Iudas habita de inimicis victoria templum purificauit & illud quod tribus annis destructum permanserat in vasis nouis & portis alijsq; multis alijs instaurauit & nouo constructo altari in nouēbri mensę dedicationis solemnitatem octo diebus: celebrandum instituit & murum atq; turres in ciuitatis circuitu construxit. vicinasq; gentes idumeos scilicet ammonitas & azothos debellauit & simon frater ad galileorum auxilium veniens hostes in fugam cōuertens eorum peremptis iudas quoq; nabatheis sibi occurrentibus & facta nunciantibus bethuram cepit omni perempto masculo & timotheo fugiente castellum ab obsidione liberauit multis obsidentium interfectis. Capitulum. xiiij.

Totiens igitur victis anthiochi regis ducibus iudas contionē faciēs suadebat vt post tantas sibi donatas diuina dispensatione victorias ascenderent ad hierosolymam: & templum ab idolis expiarent legitimasq; hostias immolarent. Qui dum cum tota multitudine ad hierosolymam peruenisset templum desertum inueniens & incensas portas & siluas in templo per longā solitudinē pullulasse lugere cepit cū propriis socijs pro templi visione. ❡ Eligens autē quosdam milites iussit eis expugnare eos qui arcem custodiebant: dum & ipse templū a ruinę fœditate purgaret. ❡ Quod diligēter emundās introduxit noua vasa candelabrū & mensam. aramq; ex auro factā. Recomposuit autē & vela in ingressu. & ianuas ipsas reconstruxit. ❡ Deponens quoq; altare: de lapidibus nouis aliud edificauit. Quinta vero & vicesima die mēsis casleu quē macedones appelleon vocant accenderunt lumina super candelabrum: & adoleuerunt holocausta in nouo altari: hęc autē facta sunt post tres annos: eodē die quo mutata est eorum religio ad prophanam idolorum consuetudinem.

Iudas habita de inimicis victoria purificauit tēplū Restaurauit noua vasa in templo & portas.

❡ Dedicauit nouum altare i nouembri.

❡ Nam tēplum destructum ab anthiocho: sic tribus annis permansit. Quinto enim anno & quadragesimo & centesimo in templo facta sunt: quīta & vicesima die appellei mensis olimpiadę cētesima & quinquagesima tertia Renouatū vero est in eodē die quinta & vicesima appellei mēsis octauo & quadragesimo & centesimo anno: olimpiadę cētesima quīquagesima quarta. ❡ Desolationē vero cōtigit fieri secundū danielis prefationem quā ante quadringētos & octo annos prędixerat per quam significauit q macedones illud destruerent. ❡ Celebrauit autē iudas cum ciuibus suis pro renouatione tēpli sacrificia per dies octo nullum genus delitiarū relinquēs. sed precíosissimis dapibus eos pascens. Deum aūt laudibus & psalmis glorificabat quē reliquū vulgus sequębatur deū inuocans adiutorē. seseq; mutuo cantibus delectabāt. Pro renouatione vero solennium post multum tempus insperata religione recepta

❡ Templum tribus ānis destructum permansit Prophetia danielis de tēpli per macedones destructione.

legem posuerunt vt posteri per octo dies hanc renouationem templi celebrarent. vnde & ab illo tempore hactenus hanc festiuitatē celebramus vocantes eam lumina: eo quod preter spē hoc nobis splendidum lumen colendę religionis apparuit. ¶ Murum autem in circuitu ciuitatis construxit. & aduersus incursiones hostium turres edificauit altissimas. custodes in eis deputans. Sed & bethsuram nomine ciuitatem muniuit. quatenus pro castello ea aduersus necessitates hostium vteretur. ¶ His ita tactis: gentes finitimę pro reparatione templi & fortitudine iudeorum egre ferebāt. Quapropter insurgentes multos iudeorum per incursiones & insidias opprimebant. Aduersus quos frequenter bella machabeus educens ab incursionibus (& quę iudeis inferebant) eos arcere tentabat: & super filios esau ydumeos adueniens per summitates in ea multos eorū incendit: virosq; prostrauit. Deinde contra ammonitas perrexit exercitum magnum habens: quorum dux erat timotheus. Subijciens autem & istos azotorum cepit ciuitatem & vxores eorum & filios ducens captiuos & ciuitatem incendens reuersus est ad iudeam. ¶ Audientes autem eum vicinę gentes reuerti: congregantur in galaditiden contra iudeos sibi finitimos. Qui fugientes ad dathemam castellum transmiserunt ad iudam: mandantes ei q festinaret timotheus capere locum in quo confugerant. Cumq; legerentur epistolę a galilea nuncij superuenerunt: indicantes congregari eos qui in ptolomaidę tyro & sydone & alijs erant gentibus galileę. Ergo ex vtraq; parte hostibus nunciatis cogitās iudas quid deberet fieri symonem quidem fratrem pręcepit tria milia electos accipere & in solatium galileorum exire. Ipse vero cū ionatha fratre suo cum octo milibus militū exiens galadithen reliquit super ceterum exercitum iosephum zacharię & azariā pręcipiens eis seruare diligenter iudeam: & cū nullo hostium bellū cōmittere donec ipse reuerteretur. Igitur symon perueniēs ad galileā & confligens cū inimicis ad fugā cōuertit. & vsq; ad portas ptolomaidę persequens occidit tria milia eorum. Et spolia tollens peremptorum & captiuos ab eis iudeos & sarcinulas auferens: ad propria remeauit. ¶ Iudas autem machabeus & frater eius ionathas trāseuntes iordanem fluuium & viam trium dierum ambulantes: nabathos cum pace occurrentes inueniūt. Quibus narrantes quę in galaditidę contigissent: & q multi eorū tribularentur per castella & ciuitates galaditidę suadētes ei properare contra alienigenas vt posset a periculis iudeos eruere: flexus reuertitur ad solitudinem & irruens primū super habitatores bethsuram cepit eam: & omnem masculū etate validum trucidauit: & ciuitatem incendit. ¶ Facta autē nocte nec sic abstinuit: sed profectus in castello quo timocheus iudeos obsidebat mane ad eum peruenit. Et inueniens iam ad muros accedentes aduersarios: & quosdam scalas vt ascenderent alios machinamēta ferentes: iussit tubicinem signū dare. Adhortatusq; milites pro fratribus & propinquis prono aīo laborandum: & in tres partes diuidens exercitum hostes a tergo inuadit. Sentientes autem hij qui cū timotheo erant quod machabeus est experti iam prius per bella virtutis & fœlicitatis eius: ad fugam conuersi sunt. ¶ Secutus autem eos iudas cum exercitu & interfecit octo milia eorū. Deuiās alias deueniens autē ad mellam alias modollam ciuitatē alienigenam cepit eam & oēs masculos interfecit: ciuitatē vero ipsam incendit. Exiens inde castomachi & bosor & multas ciuitates galaditidis euertit.

Iudas murum & turres in circuitu ciuitatis construxit.

¶ Iteratum bellum vicinarū gētium contra iudeos iuda reuerso in iudeam ad quem mittūt ꝓ auxilio.

Symon iudę frater auxilium galileorum hostes in fugam cōuertit multis peremptis.

Iudas thimotheum in fugam cōuertens castellū liberauit multis obsidentium interfectis.

Inbiblia vocatur ciuitas masphat

¶ Iterū timotheo cōtra iudā bellū parāte victor fuit iudas & multis iterfectis reliquos ī fugā cōuertit & cū cū suis ī iudeā reuerti vellet ciues effron trāsire nō permittētes peremit & in bellis ꝑdictis nullus iudeorū mortuus est nisi quia iosephus & zacharias iudę pręceptū cōtēnētes in bello cōtra gorgiā duo milia suorū amiserūt. iudas aūt & frater eius expugnāre nōcessātes ebrō ciuitatē deꝑdauit. Ca. xv

Interiecto vero tempore timotheus maximū pręparās exercitū aliaq; pręsidia colligens & arabas mercede conducens venit trans torrentem prope rophon alias raphon ciuitatē: exhortatusq; est milites dicēs. Si pugnā cū iudeis cōmiseritis prono certate aīo. neq; torrentem trāseatis. Nā si trāsieritis: perditionē vobis ipsis imminere cognoscite. Iudas autē machabeus audiēs preparatū ad pugnā timotheū cū vniuersis militibus suis festinabat ad bellū. Et trāsiens torrentē irruit insuper imicos. Et quosdam eorū occurrēs occidit: alijs aūt timorē incutiēs arma sua proijcere coegit. Quorum quidā ad locum qui dicitur grana fugiētes: sperauerūt salutem. Iudas vero ciuitatem capiens eos interfecit & locum incendit: varia vsus specie ad hostium necem. ¶ Cumq; hęc peregisset colligens iudeos qui in galaditidę erant cum vxoribus & filijs & omni eorum suppellectile: decreuit ad iudeam reuerti. Cumq; venisset ad aliquam ciuitatem quę dicitur effron in via positam. dum nec aliud iter pergere potuisset nec reuerti vellet: misit enim ad ciues in effron rogans eos quatenus licentiam darent ei per suam ciuitatem transire Nam illi portas lapidibus obstruxerāt & exitus itineris occupauerant. Quibus minime acquiescentibus iudas adhortatus suos circūdedit obsidione ciuitatem: quam vna die vel nocte expugnans cepit: & omnem masculum in ea occidit incendens totam. Quo facto per eam sibi viam aperuit vniuersam. Tāta autem erat peremptorum multitudo: vt etiam super mortuos ambularent. ¶ Transeuntes autem iordanem venerunt ad ma

Timotheus iterū cōtra iudeos exercitū parans eos instruit.

Iudas cum suis ī iudeā reuerti volens ephron ciues eum transire non permittētes occidit.

ium campum cuius in prospectu iacet ciuitas bethsamis quę grece dicitur scitopolis: Inde ad iu-
am perrexerunt cantantes & laudantes: & solitos pro victorijs ludos agentes. vbi immolauerunt
crificia gratias agentes pro his quę peregerunt: & pro salute exercitus. Nam nullus iudeorũ in his
elijs est defunctus. ¶ Iosephus vero zacharię & azarias quos pręsides reliquerat iudas tẽpore quo
mon in galilea ptolomaidem expugnabat: cum & ipse iudas cum fratre suo ionatha in galaditidę
bellaret audientes vt & ipsi gloriam acquirerent ducum fortissimorum. omne sub se constitutũ au
ium colligens ad iamniam venerunt. Et gorgię duci iamnię occurrẽtes: prelio facto duo milia suo
m militum amittentes ad iudeam fugierunt. Euenit vero eis hęc calamitas ꝙ non obedierunt prę
ptis iudę dicentis vt contra neminem pugnam ante suum aduentum committerent. Nam super
nes alios eius bellicos tractatus in hoc mirandus extitit: ꝙ iosephi & azarię peccatum futurum
edixerat si transgrederentur eius pręcepta. ¶ Iudas autem & frater eius pugnare contra ydumeos
n cessabant: sed eis imminebant. Et hebron ciuitatem capientes munimina eius deposuerunt &
res incendentes deprędabant terram omnem alienigenarum. Ad marizan vero ciuitatem & azo-
n venientes tenuerunt eas. & multa spolia exinde deducentes ad iudeam reuersi sunt.

Bethsamis quę dicit scitopolis. Nullus iudeorũ in predictis bellis mortuus est. Iosephus & zacharias victi qa non obedierunt precepto iudę. Iudas cõtra ydumeos bellũ cõtinuãs hebrõ ciuitatẽ deprędauit.

¶ Anthiochus helimaidem ciuitatem ditissimam oppugnare volens fugere compellitur & gra-
detentus infirmate hoc pati fatetur quia iudeorum gentem afflixerat deumq; illorum contempse
. Et moriens philippum amicum suum regni tutorem dimisso filio suo. Anthiocho diademate. Et
ulo fecit. Sed Iuuenis Anthiochus occasione habita iudeos persecutus est. Qui contra Iudam
m elephantis turrem portantibus & militum multitudine venit. Et eleazarus multos circa elephã
n perimens & elephantem sub ventre ingressus percutiens mortali plaga percussus interijt. Tunc
oq; bethsurite territi se & sua anthiocho dederunt. Qui nullo tempore templum in hierosolymis
sidens maxima ibi viguit fames. Capitulum decimum sextum.

EOdem tempore rex anthiochus superiorem prouinciam percurrens audiuit ciuitatem per
sarum diuitijs excellentem helemaidem nomine preciosissimumq; templum in ea diane &
omni specie ornamentorum plenum. insuper & arma & laricas quas reliquisse audierat fi-
m philippi regem macedonum alexandrum. Commotus ergo egreditur cõtra helimaidem: & ob
ebat eam. His vero qui in ea erant minime territis impetu eius neq; obsessione sed pertinaciter re
gnantibus: spe deceptus discessit. Nam exeũtes a ciuitate: fugauerũt & persequebãtur eum vsq; ad
biloniam. Vbi post multam suorum militum amissionem venisset: quidam ei nunciauit ducum per
ionem quos pugnare contra iudeos reliquerat: & creuisse fortitudinem iudeorum. Super priorem
q; curam hoc crescente malo incurrit in egritudinem. Qua diu tenente & crescẽtibus passionibus
ellexit ꝙ moreretur. Conuocansq; amicos morbum suum eis atrocem esse indicauit: & confessus
c ideo pati ꝙ iudeorum gentem affligens templum spoliasset deũq; contempsisset. Quo dicto illi
expirauit. ¶ Vnde minor polibium megalopolitani quod vir bonus existens dicit ideo perisse an
iochum. quia voluit templum dianę in pręsidia deuastare. Nam qui nullatenus egit peccatum sed
ntũ cogitauit: nullo reatu tenetur. Si autem polibio videtur ideo anthiochum vitam finisse multo-
as verisimile creditur. propter templi hierosolymitam vastationem sacrilegũ regẽ perisse. Sed ob
c non resisto megalopolitę: cum nostra opinio vera videatur. ¶ Anthiochus autem priusq̃ more
ur conuocãs philippum vnum ex socijs suis tutorem eum regni constituit. Et dans ei diadema &
lam & anulum filio suo anthiocho iussit deportari: & censuit vt prouideret eius educationem. &
stodiret eius imperium. Defunctus est vero anthiochus: nono & quadragesimo & cẽtesimo anno
Lysias autem mortem eius nuncians multitudini filium eius anthiochum ipse nutriebat regemq;
nstituit: vocans eum eupatorem. Eodem tempore hij qui erant in arce hierosolymorum custodes
acedonum & transfuge iudeorum multa in iudeos aduersa fecerunt. Eos enim qui ascendebant in
mplum immolare repente inuadentes: hostiliter opprimebant. Nam arx templi culmen altitudine
perabat. ¶ His igitur accedentibus iudas deuastare arcis custodiam deliberauit. Et colligens om
m populum arcem instantius obsidebant: anno principatu seleuci cẽtesimo & quadragesimo. Cõ
uens igitur machinamenta & aggeres accumulans: arcem capere laborabat. Multi ergo ex transfu
s ea nocte egressi ad prouinciam & aliquos similes & impios congregantes ad anthiochum regem
q; venerunt petentes non debere se despici dum a contribulibus suis atrocia paterentur. Que ideo
stinebant quoniam religione sua relicta patris eius imperio obedissent & nunc pericula sustinerẽt
r iudam & viros eius necnon & custodes a rege deputati aliquod ab eo pręsidiũ mitteretur. ¶ Hęc
diens adolescens anthiochus valde iratus & duces & amicos conuocans: pręcepit colligendũ exer
ũ siue peregrina solatia. Cõgregatusq; est exercitus peditũ quidẽ centũ milia. equitũ vero viginti
lia & elephãti duo & triginta. Quiq; producẽs exercitũ egressus est ab anthiocha cũ lysia habente

Anthiochus helimaidem ciuitatem ditissimam volẽs oppugnare in fugam conuertitur.

Anthiochus graui ĩfirmitate detentus confitẽs hoc pati quia iudeorũ gẽtem afflixerat deumq; contempserat ilico expirauit.

Anthiochus moriens philippum amicũ regni tutorẽ fecit dimisso diademate & anulo filio suo anthiocho.

Iudas arcis custodiam vastare voluit vt diuinus cultus libere posset exerceri.

Exercitus ãthiochi contra iudeos apparatus.

totius exercitus gubernationem. Et perueniẽs ad idumeam exinde bethſuram aſcendit ciuitatem ni
mis fortem & munitã: & circundans ciuitatem obſidebat inſtãter. Suſtinẽtibus vero bethſuris & pre
parationẽ machinamentorum eius incendentibus multum temporis in obſidione cõſumptum eſt. Iu
das vero audiens regis aduentum: deſtitit quidem ab obſidione arcis. Occurrens autẽ regi caſtrame
tatus eſt in anguſto quodã loco qui beduſcaria alias beduſcarit dicitur decem milium ſtadijs ab ho
ſtibus diſtante. Rex autẽ egreſſus a bethſura: per anguſta duxit exercitũ ad caſtra machabei. Factoq;

Elephantes tur res portantes.

diluculo milites ordinauit in acie: elephantos quidem ſequi ſeipſos inuicem fecit propter locorum an
guſtias: non eos valens in altitudinem collocare. In circuitu vero vniuſcuiuſq; elephanti properabant
pedeſtres quidem mille: equites vero quingenti. Geſtabãt vero elephãti turres excelſas & arcar os in
eas. Reliquam vero virtutem ex vtroq; latere montis fecit aſcendere amicos exercitui pręponens. Et
iubens clangorem fieri ad hoſtes acceſſit aureos enudãs clipeos ſimul & ereos: vt nimium fulgorem
ſuę claritatis emitterent: monteſq; eis frementibus reſultabant.

¶ Animoſus iudas multos hoſtium occidit.

¶ Hęc iudas inſpiciens territus non
eſt ſed fortiter excipiens inimicos ex eorum pręcurſoribus vſq; ad ſexcẽtos occidit.

Eleazarus multos perimens & elephantem per cutiẽs ſub ipſius ventre interijt.

Eleazarus autem
frater eius quem mauronem vocabant videns ſublimiorem elephantem ornatum loricis eſſe regali
bus & putans in eo ſedere regem. acceſſit ad eum omni virtute: & multos circa elephantem perimẽs
alios diſperdidit alios fugauit: & ſub ventre elephãtis ingreſſus eum percuſſit. Qui mortali plaga per
cuſſus moriens cecidit: & eleazarum ſuis compręſſum ponderibus interemit. Sic enim magnanimiter
multos inimicorum diſperdens: vita priuatus eſt. Iudas autem hoſtium fortitudinem contemplatus
diſceſſit ad hieroſolymam: & obſeſſioni neceſſaria pręparabat. ¶ Anthiochus autem partem exped
tionis in bethſuram miſit vt eã deuaſtaret: cũ reliqua autem multitudinis virtute ipſe ad hieroſolymi

Bethſuritę ſeipſos ãthiocho tradiderunt.

profectus eſt. ¶ Bethſuritę ergo territi fortitudine aduerſariorum & ſua vidẽtes neceſſaria defeciſſe
ſeipſos accepta fide tradiderunt. Anthiochus autem capiẽs ciuitatem omnes ciues nudatos abiecit
& ſuos ibi cuſtodes reliquit.

Anthiocho templum hieroſolymis obſidẽte maxima ibi fames fuit.

¶ Multo vero tempore templum obſidens in hieroſolymis ſedebat: per
tinaciter intus repugnãtibus ciuibus. Nã ad ſingula quę contra eos ſtatuerat rex machinamẽta: & il
ecõtrario ad ſuã defenſionẽ inſtrumẽta bellica requirebant. Quibus & alimẽta defecerunt fructibu
prioribus oĩbus cõſumptis & terra illo anno nõ culta quia ſeptimus annus inſtabat. in quo ſecũdum
legalia inſtituta relinquebãt vacuã terrã. Multi vero obſeſſorum refugiebãt: propter inopię neceſſita
tem. Vnde relicti ſunt in templo pauciſſimi. Et his quidẽ qui in tẽplo obſidebãtur. tales res accidebãt

¶ Lyſias dux & anthiochus rex cognito quia philippus creditum ſibi imperium vellet vſurpar
pretermiſſa obſidione hieroſolymis aduerſum philippum ire decreuerunt vnde & pacem cum iud
& obſeſſis iudeis iurauit anthigonus quam cito rumpit muros per circuitum ciuitatis deſtruens
oniam ſacerdotem quem ſecum ducebat occidit & alchimum qui & ioachim dictus eſt non leuitã
ſacerdotum principem ordinauit & onię filius patre interfecto adhuc puerulus fugit ad ptolomeu
demetrius vero occiſis anthiocho & lyſia regnum obtinuit ad quem alchimus & iudeorum multi
miſſis patrum legibus confugerunt iudam & fratres accuſantes contra quem miſſus a rege bachide
iudeorum plures interficit & ioachim principatum volens confirmare iudę fautores interficit & ſim
liter iudas ioachim conſentientes occidebat.

Capitulum. xvij.

Accidens quo a hieruſalem obſidio ſublata eſt.

LYſias vero dux & rex anthiochus quoniam philippus a perſide veniens nunciatus e
eis cõmendatum ſibi pręſumpſiſſe imperiũ. & rempublicã anthiochi ſibi velle def
dere prętermittẽtes obſidionẽ ire aduerſũ philippũ decreuerũt. Quod cõſiliũ neq
q̃ manifeſtũ ceteris ducibus facere voluerũt. ſed iuſſit rex lyſiã ducibus dicere c iutu
nã obſeſſionẽ nihil eis proficere qñ locũ aduerſariorũ cõſtaret eſſe munitũ & ſibi
ctualiũ neceſſitas irrogaretur: & expediret pacem facere cũ iudeis eoſq; proprijs rel
quere vti cerimonijs: vnde hactenus inquit a nobis prohibiti exiſtere videtur aduerſi. Hęc dicens
philippi tyrãnidę tacẽdũ eſſe decreuit: ne exercitus ſui dubia corda perciperet. Hęc lyſia dicẽte ex
citui & ducibus ſentẽtia placui.

Pacẽ iurauit anthiochus iudę & obſeſſis iudeis quam cito rupit & muros per circuitũ deſtruxit. Anthiochus oniam ſacerdotum pricipem ſecum ducens occidit.

¶ Tũc mittẽs rex ad iudã pacẽ pmiſit obſeſſis: & patrijs legibus e
viuere pollicetur. Hi vero ſuſcipiẽtes verba & cõfirmatis ſacramẽtis & fide. exierũt a tẽplo. Intrãs v
ro anthiochus & aſpiciẽs munitũ locũ impudẽter ſacramẽta trãſgreſſus eſt: iuſſitq; oẽm exercitũ in
cuitu ſtantẽ deponere muros vſq; ad ſolũ. ¶ Poſtq̃ hęc fecit: reuerſus eſt ad anthiochiã ducẽs onia
principem ſacerdotũ qui & menelaus dicebatur. Nam lyſias perſuaſit regi menelaum occidere ſi
let iudeos eſſe placatos: dicens hunc fuiſſe initiũ malorum qui flexit patrem ſuum cogere iudeos re
gionem patriam reliquere. Mittẽs ergo rex menelaum ad veriam ſyrie ciuitatẽ interfecit eũ poſt
cimũ annũ principatus ſacerdotij eius: & vt ipſe principatũ obtineret impulit iudeos trãſgredi leg
¶ Princeps vero ordinatus eſt poſt menelai interitum alchimus qui ioachim vocatus eſt. ¶ R
autem anthiochus inueniẽs philippũ iam rebus imperãtẽ debellabat eũ. Quẽ ſub ſua faciẽs pote

e cecidit. Filius autem principis sacerdotum onię(de quo prędiximus)adhuc puerulus(defūcto pa re)relictus: videns ꝙ auunculum suum menelaum interfecisset & principatū sacerdotij alchino de= disset non existenti de genere sacerdotum sed a lysia flexus vt transponeret honorem ab ea familia ad aliam domum. fugit ad ptolomeum regem ęgypti: & honorem meruit ab ipso & vxore eius cleo= patra: locumq; petijt in regione eliopolitana. vbi simile hierosolymorum edificarēt templum. De his quidem tempore oportuno exponemus. ¶ Eodem tempore fugiens demetrius seleuci filius a roma & perueniens ad tyrum imposuit sibi diadema & colligens quosdam mercede conductos sattellites ingressus est aulam omnibus eum libenter excipientibus. Comprehendentes vero anthiochum regē cum lysia viuentes perducunt ad eum. Qui statim iubente demetrio interempti sunt cum regnasset anthiochus annis duobus sicut iam & alibi demonstratum est. ¶ Conuersi autem ad eum multi iu= deorum maligni vel transfugę cum quibus & alchimus princeps sacerdotum accusabant vniuersam gentem & iudam fratres eius dicentes ꝙ omnes regis amicos interfecissent oēsq; fautores eius per= didissent: seipsos quoq; a propria terra iactos extorres patrio solo factos. Rogabāt etiam mitti aliquē ex amicis eius qui certius de facinoribus iudę renunciarēt. ¶ Demetrius autem commotus misit ba chidem amicum regis anthiochi epiphanis cui omnis mesopotamia credita erat dans ei exercitum & principem sacerdotum alchimum commendans. Pręcipitq; perimi iudam: & eos qui cum eo erāt. Egressus vero ab anthiochia bachides peruenit ad iudeam: direxitq; ad iudam & fratres eius de amicitia vel pace loquens: dolo volens illum capere. Ille vero minime credidit vidēs cum tanta mul= titudine exercitum eum adesse: quanta ad bellum & non ad pacem venisset. Sed quidam ex populo attendentes quę bachides concionabatur & existimātes nihil se ab alchimo seu um pati consangui= neo existente: ad eos transierunt Et sacramentum ab vtrisq; acceperūt nihil pati neq; ab his qui eius dem fuerant voluntatis. Bachides vero transgressus sacramētum sexaginta ex eis interfecit: & alios qui ad eum transire cogitabant remorari fecit prioribus fidem non custodiēs. Descendens autem ab hierosolymis cum ad villam quę dicitur barzicho venisset multos cepit transfugas & aliquos populi. Quos omnes occidens denunciauit prouincialibus cunctis vt ioachim obedirent. Cui aliquam par= tem relinquens ad prouinciam custodiendam: ad regem demetriū anthiochiam reuersus est. ¶ Ioa= chim vero principatum suum volens confirmare: & credens quia si fides prępararet multitudinem potiorem sibi magistratumq; acquireret omnes seducebat verbis. & ad libitum vnicuiq; loquens ni= mis velociter manu valida transfugarum circumseptus est. Cum quibus ministris circuibat prouin= ciam. & quantos in ea iudę consentientes inuenisset occidebat. ¶ Videns autem iudas ioachim ma= gnum fieri multosq; interfecisse viros bonos & venerabiles: ipse quoq; circuiens prouinciam occide bat partium eius fautores. Quod cum vidisset ioachim & intellexisset minime se contra iudam vale re: ad auxilia demetrij regis conuertitur. veniens igitur ad anthiochiam ciuitatem iudam accusabat quasi ab eo multa mala perpessus: & ampliora tolleraturus nisi citius vindicaretur.

¶ Demetrius nichanorem cum exercitu contra iudam mittit qui sacerdotes sibi iudam sub pena mortis tradere cogit sed contra eum pręualuit iudas tātum mille secum habens viros & occiso nicha nore fugit exercitus fugientesq; occidūtur atq; pro huius victoria apud iudeos festus dies instituitur. Hinc quoq; ioachim sacerdotum princeps templum destruere volens detestabili & repentina morte correptus est quo mortuo sacerdotium iudę populus contradidit qui audita romanorum contra gal los & hispanos victoria ad eos scribens amicitias cum eis fide firmauit super hoc habito senatus cō sulto. rursus vero mortuo nichanore bachides a demetrio cū maximo exercitu missus contra iudeos qui multitudinem timentes tentoria reliquerunt fugientes sed iudas paucis secum manentibus cōstā ter pugnā cū hostibus vsq; ad solis occasum cōmisit & multos aduersariorū interficiēs in medio ho= stiū percussus interijt cuius corpus ab hostibus pacto fratres eius redimētes sepelierūt i modi. Ca. xviij

TVnc demetrius hoc & suis rebus noxium putans esse si negligeret tanta iudę facinora ni= chanorem fidelissimum amicum exercitu destinauit qui cum eo a roma ciuitate fugerat: pręcipiens ei nullatenus parcere genti iudeorum. Nichanor vero perueniens ad hieroso lymam pugnare aduersum iudam minime decreuit. Dolo autē obtinere eum cupiens mit tit ei verba pacifica dicens nulla necessitate pugnandi se venisse sed sacramentum pręstare ꝙ nihil se tristissimum a rege pateretur. Hęc dicente nichanore iudas & fratres eius flexti nullamq; fraudem su= spicati: data fide suscipiunt nichanorem cum exercitu. Qui salutans iudam: dum sermocinatur dedit signum proprijs militibus: quatenus iudam compręhēderent. Qui cum insidias intellexisset exiliuit: & ad suos confugit. ¶ Patefacta vero voluntate sua & apertis insidijs. bellare nichanor contra iudam decreuit: & pugnas pręparans conflixit cum eo in vico capharsamala. Quem victum compulit ad ar cem hierosolymorum confugere. Cui descendenti ab arce templum occurrentes aliqui sacerdotum

Filius onię patre occiso adhuc puerulus fugit ad ptolomeum.

Demetrius occisis anthiocho & lysia obtinuit regnum.

Cōuersi multi iudeorum ad demetriū relinquentes paternas leges cum quibus alchimus accusātes iudam & fratres eius. &c.

Bachides missus a rege contra iudam eum dolo vult occidere & multos fracta fide occidit iudeorum.

Ioachim principatum volēs cōfirmare populū seducebat & omnes iudę consentiētes occidebat & iudas etiā ioachim fautores.

¶ Demetrius nichanorem cum exercitu contra iudam mittit.

Dolus nichanoris cōtra iudam & fratres eius.

& seniorum salutabant eum: & immolationes ostendebant quas pro rege deo se offerre dicebāt. At ille interminatus est eis templū deponere: nisi redeunti sibi traderent iudā. Et hęc quidē interminatus: exijt ab hierosolymis. Sacerdotes autem propter dictorum eius merorem in lachrimas proruperunt & deo supplicabant vt eos ab interminatis periculis liberaret. Cumq; nichanor ab hierosolymis egressus in aliquo vico qui bechorō dicitur peruenisset ibi castra constituit: vbi alia pręsidia de syria distinata suscepit. Iudas autem in adasis altero vico stadijs distante triginta a bechoro castrametatus est mille tantū socios habens: hortatusq; ne pertimescerent multitudinem aduersariorum. sed qui sunt & de quibus pręlijs pericula paterentur cogitantes hostes vnanimiter inuaderēt. Inde procedit ad pugnam: & committens fortissimum pręlium cum nichanore aduersarios valde cōterruit. ¶ Deinde ipse nichanor dum atrociter decertaret occisus est. Quo cadēte: ducem perdēs exercitus terga vertit ad fugam. Quos persequens iudas interficiebat. & sono tubarum in circuitu positis significabat ꝙ hostes pręlio superati discederent. Qui audientes armati exibant. & fugientibus occurrentes occidebant eos. Ex quo pręlio nullus euasit: dum nouem milium numerus extitisset. ¶ Quę victoria contigit quartadecima die mensis qui dicitur apud iudeos adar: apud macedones distrus. Hāc celebrant per omnem annum festum colentes diem. ¶ Et ex illo quidem tēpore breui spatio gēs iudeorum ab illis calamitatibus requieuit sed postea ad certamina rursum & pericula redierunt. ¶ Principem autem sacerdotum ioachim volentem deponere murum sanctuarij veterem & cōstructum ab antiquis prophetis plaga dei quędam repentina percussit: ex qua mutus in terrā cecidit: & tortus per multos dies detestabiliter expirauit. principatum sacerdotij tenēs annis quatuor. Quo defuncto: sacerdotium populus iudę contradidit. ¶ Qui audiens virtutem romanorum ꝙ expugnassent gallias hyberiam & cartaginem libie. necnon & greciam subegissent. & regem perseum & philippum & magnum anthiochum deliberauit cum eis amicitias copulare mittēs romam amicos suos eupolemium filium iohannis & iasonem eleazari Rogabat per eos romanos auxiliatores sibi & amicos esse: & demetrio scribere quatenus non confligeret cum iudeis. ¶ Cumq; venissent romam legati iudę senatus eos libenter excepit: & ea quę petierunt celeriter annuit. Faciēsq; ob hoc senatus consultum eius exēplum quidem ad iudam transmisit: ipsum autem tabulis ereis scriptū in capitolio collocauit. ¶ Erat autem huiusmodi senatus consultum de auxilijs & de fide circa gentem iudeorum. Neminem subiectorum romanis bellare contra gentem permittimus iudeorū: nec alicui bellanti prębendum esse cēsemus triticum aut naues aut pecunias. Et si quiscōtra iudeos putauerit esse bellandum sciat eis auxilia nos pręstaturos: & rursum si romanorum quilibet inuaserit terram iudeos eis modis omnibus obstaturos. Et si quid de hoc pacto gens iudeorum voluerit vel addere vel auferre communi sententia populi romani faciendum esse conuenit. Scriptum autem est hoc senatus consultum per eupolemium iohannis filium & iasonem eleazari sub principe sacerdotum iuda: duce symone fratre ipsius Hęc quidē prima inter romanos & iudeos amicitia cognoscitur contigisse. ¶ Demetrius autem nunciata sibi morte nichanoris & perditione militię: rursus ad iudeam bachidem cū exercitu destinauit. Qui ab anthiochia egressus peruenit ad iudeā: & in arbellis ciuitate galileę castra constituit & in eos qui ibi in speluncis habitabant cū multi ad eas confugissent captos suis partibus aggregauit. Exinde mouens ad hierosolymam properabat Qui audiens iudam in aliqua villa nomine baiziton castra locantem cōtra eum alacriter festinabat: cum peditum viginti milibus & equitū duobus milibus. Iude vero fuerunt oēs duo milia. Qui multitudinem bachidis timentes tentoriaq; relinquentes: fugierunt oēs pręter octingentos. Iudas vero proprijs militibus destitutus & hostibus imminentibus nec tempus habens congregandi exercitum: dubitabat cū octingentis pugnam contra bachidem cōmittere. Hortatusq; suos vt hostes inuaderent & pugnam viriliter sustinerent. cum illi dixissent se nō esse ad tantam multitudinem exercitus idoneos: & suaderent nunc quidem discedere & a periculis se liberare: postea vero inimicis collectis viribus obuiare nō hoc inquit videat solis aspectus vt terga meis hostibus nudem. Sed licet omnimodo immineat perire pugnantē fortiter stabo oīa viriliter perferens futura pericula. Bachides vero producens de castris ad pręlium parabatur: & equites in vtroq; cornu disponens leuiores autē & acriores ante oēm aciem. ipse in dextro cornu cōsistit. Qui cum sic aciem ordinasset: iussit tibicinem signum dare ¶ Hoc idem faciens & iudas cōmittit cum hostibus pugnam & constanter ambobus certaminibus pręliū vsq; ad occasum solis extēsum est. videns autē iudas bachidem cum electis in dextro cornu ordinatū congregans aīosissimos viros inuadit illā partem exercitus. Et confligens ibi ordinem eorum dirupit & medios ad fugam conuertit secutus eos vsq; gazara. Videntes ergo fugam dextre partis qui in sinistro cornu erant circumuenerunt: & iudam sequētes in medio eū obsederūt. Qui fugere minime valēs circūseptus ab hostibus stās pugnabat cū suis multosq; īterficiēs aduersariorum pcussus īterijt iuda vero iterfecto socij eius tali duce priuati terga verten

¶ Exercitus iudę mille tantum viros hn̄s quos ipse animabat ad bellum. Nichanore occiso exercitus fugit & fugiētes occiduntur. Dies festus pro victoria.

Mors detestabilis repētina ioachim sacerdotū principis volentis templum destruere.

Consultum senatus pro fide & auxilio romanorum circa iudeos.

Rursus mortuo nichanore demetrius bachidem mittit contra iudeos.

¶ Iudę milites multitudinē bachidis timentes fugerunt quasi omnes. Aīositas iudę.

¶ Bellum maximum inter iudā & bachidem vbi primo iudas victor hostiū partem in fugam cōuertit.

¶ Cuius corpus ab hostibus sub pacto simon & ionathas fratres redimentes perduxerunt ad modin ciuitatem: vbi & pater eorum sepultus erat: lugente eum per multos dies populo hebręorū & hono- ante secundum communem & legitimam consuetudinem. Finis quidem talis iudam inuenit virum ortem & magnum & bellicosum & mandatorum patris sui memorem: & omnia pro libertate ciuium x facere & pati paratum. Tali ergo virtute plenus magnā sibi gloriam & monimēta seruauit liberans entem a macedonum seruitute: qui cum principatū sacerdotij tribus annis habuisset defunctus est.

¶ Explicit liber duodecimus.

¶ Incipit liber tertiusdecimus qui continet tempus annorum octoginta duorum.

¶ Mortuo iuda impij legis patrię transgressores iudeos vndiq; vastabant sed & maxima fames os vexabat vnde multi ad macedones confugerunt ionathas dux a populo ordinatur cōtra quem achides dolum cogitabat quod cognoscens iohannem fratrem ad nabutheos arabas (qui eius tūc rant amici) misit quem dolose filij amri occiderunt bachide autem cōtra ionatham sabbato bellum arante victor ionathas (multis hostium interfectis) iordanem cum suis transnatauit & bachides mul as iudę ciuitates accipit ionathas quoq; & simon iohannis fratris mortem vindicantes filios amri in uptijs occiderunt iterum bachides transfugis eum accusantibus cōtra ionatham cum exercitu mit tur sed vincente ionatha furorem in transfugos conuertit & eos mentitos occidit pacemq; cum io atha iuramento firmauit captiuis hinc & inde liberatis. Capitulum primum.

QVibus modis gens iudeorum macedonibus in seruitute eam tenentibus libertatem quidem recepit. & q̄ per tot & tanta certamina dux eorū iudas transiens defunctus est pro ipsis bellans: in volumine anteriore monstrauimus. ¶ Post interitum vero iu- de iterum quicunq; erant impij & transgressores patrię legis venerunt contra iudeos & vndiq; eos pessime vastabant. Adiuuabat etiam horum maliciam fames quę om- nem tunc prouinciam occupauit vt multi propter inopiam necessariorum non tole- ntes ambas calamitates famis & inimicos transfugerent ad macedones. ¶ Bachides autem iudeis ui patria reliquerant solemnia & communem vitam elegerant cōgregatis custodiam eis prouincię adidit. Qui tenentes amicos iudę bachidi prodebant. quos torquens crudeliter occidebat. ¶ Tan- s ergo iudei calamitatibus oppressi reliqui ex amicis iudę videntes gētem miserabiliter pereuntem deuntes fratrem eius ionatham rogabant eum vt imitaretur fratrem suum & illius erga suam gentē rouidentiam hortabantur. & ne despiceret populum sine defensore pereūtem. Ionatha vero promit nte paratum se mori pro cunctis: & credentes eum suo fratri parē existere: ducem iudeorum ordina erunt. ¶ Quod bachides audiēs & timens ne regi vel macedonibus pericula concitaret ionathas cut olim iudas. dolo eum interficere statuit. Cuius voluntas non latuit ionathā neq; fratrem eius si- nonē. Qui colligentes socios oēs ad deserta confugerunt: & venientes super aquam quę dicitur la- us assar ibidem commorabantur. Bachides autē sentiens eos discessisse & in loco conuersari contra os cū omni sua virtute progressus est. & trans iordanē castra ponēs refouebat exercitum. Ionathas co noscēs bachidem contra se venisse mittit fratrem suū iohānem qui gaddis dicebatur ad nabutheos abas vt apud ipsos deponerent supellectilem vsq; quo pugnarent contra bachidem erāt enim ami . Iohannem vero euntem ad nabutheos insidijs collocatis in nabath ciuitate filij iambri alias amri apiunt vna cum suis & rapientes omnia quę portabant occidūt iohānem & omnes socios eius: vin ictam vero quam per hoc receperunt a fratribus eius postea demonstrabo. ¶ Bachides autem co- noscēs ionatham in nemoribus iordanis castra posuisse obseruans sabbatorum diem cōtra eum ve- t. tanq̄ non in ea pugnaturum propter legem. Ille vero socios hortatus & animę eos pericula pati di ens in medio fluuij & hostium comprehensos & viam qua fugerent non haberent dum hostes an- faciem. fluuius a retro prohiberet: orans autem ad eū vt victoriam sibi prestare committit cum ho ibus. Quorum multos occidens cum videret temerarium esse bachidem appetentem dexterāq; ad riendum extendentem preuidens plagamq; vitans cum socijs in fluuio exiliuit & pernatans trans ordanem periculum mortis euasit. Nam bachides fluuio relicto ad hierosolymorum arcem discessit sq; ad duodecim milia suorum amittens. Qui etiam multas iudeę ciuitates capiens muniuit hieri- non & ametonthem alias amatutem & bethoron & bethsulan pānathan & pharatonen & tochoan gazara & turres in vnaquaq; ciuitate constituens & muros circundans eis statuit vt exinde iu- eos affligeret. Arcem vero hierosolymorum cautius muniuit: & tollēs filios nobilium iudeorum ob des in arce conclusit. ¶ Eodem tempore veniens quidam ad ionatham & fratrem eius symonem nciauit filios amarei alias amri celebrare nuptias: & nouam nuptam nobilem duci a madaba ciui te & arabas cum pompa munificentissima Ionathas & symon putantes prosperū sibi ad fratris io-

Maxima fames tunc iudeos vexabat cum calamitate hostium vnde multi ad macedones confugerunt.

¶ Ionathas iude frater dux iudeorum ordinatur a populo.

Dolū cogitat bachides contra ionatham.

Iohannes a fratre ad nabutheos missus dolose occiditur a filijs amri.

Ionathas victor multis hostium interfectis iordanē cum suis trāsnatauit.

Bachides multas iudeę ciuitates accepit.

Ionathas & Symō fratris iohānis mortem vindicantes filios amri in nuptijs occiderunt.

hannis apparuisse vindictam cum multa potentia;sociorū egrediūtur ad madaba inimicos inter mōtes insidijs collocatis prestolabatur.vt autem viderunt virginē & sponsum & multitudinem amicorū cum eis.statim in nuptias exilientes ab insidijs onmes occiderunt.Et ornatum cum omni preda tollentes reuersi sunt penam quidem propter iohannem a filijs amarei talem exigentes.Nam ipsi consequentibus amicis ex vxoribus vel filijs numero quadraginta perempti sunt.¶ Symon quidem & ionathas ad fluuij nemora reuersi.ibidem permanebant.Bachides autem omnem iudeam muniēs ad regem reuersus est.Iudei vero duobus annis a bellorum tumultu quieuerunt.¶ Cum transfuge vel impij videntes ionatham cum suis multam habere licentiam libertatis dixerunt ad regem demetriū petentes mitti bachidem vt ionatham debellaret.Quod facilius euenire pollicebantur.si vna nocte inopinanter eum inuaderent.A rege vero bachides destinatus perueniens ad iudeam omnibus scripsit amicis & iudeis auxiliari sibi:quatenus ionatham comprehenderent.festinantibus autem eis & non valentibus ionatham tenere.qui nimis se tractabat caute bachides ira commotus trāsfugarum primos quinquaginta tanq̄ sibi & regi mentitos occidit.Ionathas vero cum fratre vel socijs ad vitalagam villam timens bachidem abscessit.edificansq; turres & muris circumdans eam habebat valde munitam.Quod audiens bachides milites suos cum iudeorum auxilitoribus producens contra ionatham venit ad eius munimina accedens per dies multos obsidebat eum.¶ Qui obsidioni fortiter resistens symonem quidem fratrem suum expugnaturum bachidem in ciuitate dimisit.ipse vero furtim egreditur in prouinciam:& congregans manum multam nocte bachidis inuadit exercitum.Et multos occidens symonem quidem fratrem fecit suum aduentum cognoscere.Qui sentiens hostes interimi egreditur & macedonum machinamenta obsidioni preparata suppositus flammis incēdit & multos eorum viriliter interfecit.¶ Videns autem bachides ab inimicis se circumseptum quorum alios quidem ante se alios autem retro conspiciebat.turbatus hec insperate sibi euenisse:in transfugas tanq̄ in deceptores suum conuertit furorem.¶ Volebat autem si posset obsidioni soluta sine dedecore ad propria remeare.Cuius voluntatem cognoscens:ionathas legatum ad eum pro amicitijs destinauit:quatenus redderent inuicem sibi quos ceperant vtriq; captiuos.Putās autem hanc honestiorem bachides dissensionem paciscitur cum ionatha:& iurauerunt vtriq; nunq̄ cōtra se arma presumere:& captiuos dantes & recipientes in anthiochiam bachides recessit.Qui post hanc discessionem nequaq̄ ad iudeam deinceps peruenit.¶ Ionathas vero hanc libertatem acquirens in machina ciuitate populorū negocia disponebat & maliuolis vel impijs cruciatis iudeorū gentes purgabat.

Iteru3 bachides cōtra ionatham accusantibus eū transfugis a rege mittitur cum exercitu qui transfugarum mentitos quinquaginta occidit.

Ionatham contra bachidē multos occidit.

Bachides turbatus in trāsfugas furorem conuertit.

Ionathas & bachides pacem iurauerūt captiuis hic & inde libertatis.

¶ Alexandro anthiochi epiphanis filio syriam ascendente ptholomaidem ciuitatem capiēte demetrius contra eum auxilium petit a ionatha multa sibi promittens quod cognoscens alexander similiter ad ionatham pro habendo ab eo auxilio contra demetrium epistolam & dona transmisit sacerdotiumq; illi confirmauit sed & epistole exemplar demetrij ad ionatham qua maxima iudeis cōferebat libertatem hic inseritur pugna autem inter Alexandrum & demetrium commissa demetrius occiditur postq̄ annis vndecim regnauit.

Capitulum secundum.

Anno vero sexagesimo & centesimo epiphanis anthiochi filium contigit syriam ascēdere & ptolomaidem capere ciuitatem per perditionem militum intus commorantium.Erāt enim ingrati circa demetrium propter superbiam suam quia dum se clausisset in quadam turre regali quam non longe ab anthiochia cōstruxerat a nemine videbatur.Sed & rempublicam vt desidiosus negligebat vnde & odium ei a subiectis exortum est.sicut iam alibi demonstrauimus.Igitur in ptolomaidem demetrius audiens alexandrum peruenisse.omnem contra eum produxit exercitum.Direxit autem & ad ionatham legatos pro auxilijs.Nam precedere alexandrū statuit.veritus ne ille eius prius auxilium postularet.aut ionathas memor malorum sese cum inimicis coniungeret denunciauit sibi multitudinem congregari:obsidesq; iudeorum recipere quos bachides in arce hierosolymorum concluserat.¶ Talibus ergo a demetrio ionathas ad se nuncijs venientibus ad hierosolymam peruenit:& epistolas regis audiente populo vel arcis custodibus hilaris intimauit.Quibus relictis transfuge vel impij trepidauerunt precipiente rege.quatenus ionathas exercitum congregaret & obsides reciperet.Quos cum accepisset.suis vnum quemq; parentibus reddidit & quidem ionathas in hierosolymis mansionem faciebat renouans ciuitatem suaq; voluntate omnia construens & edificans muros ciuitatis quadris lapidibus vt forent aduersus hostes munitissimi.Que videntes custodes muniminum in iudea relinquentes omnes iam in anthiochiam fugerunt preter illos qui in bethsura ciuitate & in arce hierosolymorum erant.Quorū plurima pars impiorum & transfugarum fuit iudeorū.Quapropter castra non relinquerunt.Cognoscēs alexāder ꝓmissiones quas demetrius ꝓmissus fuerat ionathe & fortitudinē eius & quāta disposuerat bellās cōtra macedones & iterū qualia ipse ptulerat a demetrio & bachide duce demetrij melius nihil inuenire q̄ ionathe ꝑsidiū ad amicos

Alexander anthiochi epiphanis filius syriam ascendeus ptolomaidem ciuitatem capit.

Demetrius auxilium contra alexandrum petit a ionatha.

dicebat in presenti tpe ionathas qui & contra hostes fortis extitit & odium habet pprium in demetriū a quo multa mala ppessus est. Igitur si videt̄ amicum eum fore contra demetriū nūc debemus (non alias vtilius est) rogare eum ad auxilium cōferendum. ¶ Cumq; ei & amicis placuisset: transmittit ad Ionatham scribens talem epistolam. Rex alexander ionathe fratri salutem. Fortitudinē quidem & fidem tuā iamdudum audiuimus: & ideo transiuimus ad te pro auxilijs. & ordinamus te hodie principem sacerdotum iudeorum: & amicum nostrum vocari precipimus. Idcirco etiam destinaui tibi pro munere purpuream stolam & auream coronam: & peto te honoratū a nobis similem erga nos fieri. ¶ Suscipiēs epistolam ionathas induitur sacerdotali stola celebratione tabernaculorū instante: post quartum annum mortis iude fratris sui. Nam neq; per ipsum tempus princeps sacerdotū aliquis constitutus est. ¶ Collegit vero & multum exercitum & armatorū copiam quā ipse construxerat. Quod factum (vt peruenit ad demetriū: nimis eum multumq; cōtristauit. suamq; cepit accusare tarditatem: q non ante alexandrū fecisset ipse clementer erga ionathā. Verumtamen nec sic distulit scribere ad Ionatham & ad populum eius cuius exemplar taliter existebat. Rex demetrius ionathe gentiq; iudeorum salutē. Quoniā nostram seruastis amicitiam: tentantibusq; nos inimicis non consensistis. Hanc vestram quidem laudo fidem: & in his vos permanere quesumus: recipientes a nobis vicem vel gratiam per quā mereamini vectigalium vestrorum releuationem. & quicquid predecessoribus meis regibus vel michi hactenus prebebatis om̄ia noueritis nostra vobis largitate concessa. Super hec preciū etiam salis vobis & coronarum quas nobis offerebatis vel quod pro tertia parte frugum. & medietate fructus lignorū quod parti mee cōpetebat. vobis ab hodierno die remitto. Sed & cesum singulorum est habitantiū in iudea qui nostro erario proficiebat. necnō & trium finitimarū vobis prouinciarū samarie vel galilee & transiordanē. vniuersa vobis cōcedo nunc & per omnia tempora. ciuitatēq; hierosolimorū sacram & inuiolabilem priuilegia sua possidere. liberāq; cum finibus suis a decima parte vectigaliū esse precipio. Arcem autē committo sacerdoti vestro ionathe. vt quos ipse probauerit fideles amicos custodes in eam deputet vobis seruandam: captiuosq; iudeorum & seruientes apud nos liberos esse cōcedo. ne post hanc sanctionē iudeorū iumenta violentijs angariorum subiaceant. Sabbatha autem vel omnes dies festos. & tres ante eos dies: sine vectigalibus esse denuncio. Eodem modo iudeos vestram terrā habitantes liberos ac sine lesione dimitto licentiamq; michi militare volentibus vsq; ad triginta milia prestamus eadem quibus & meus vtitur exercitus vbicunq; erit acceptus. Ordinabo vero quosdā eorum in castris. quosdā mei custodes corporis & duces in aula mea cōstituam. Precipio vero meis vestris vti legibus easq; custodire & tribus prepositis in iudea legibus obedire. Principemq; sacerdotum diligentiam habere volo: ne quis iudeorum aliud templum preter hierosolimitanorū solum veneretur. Prebeo etiam ad sumptus immolationū per singulos ānos centū quinquaginta milia dragmas. queq; superfuerint pecunie vestras esse volo. Decē milia autem dragmas quas reges a templo accipiunt vobis cedo. quia sacerdotibus templo ministrātibus competunt. Quicunq; autem ad templum hierosolymorū vel intra fines eius confugerit debitor regalium pecuniarum siue qualibet faciente causa licentiam eis indēnitatis concedo: saluasq; eorum possessiones esse. Renouari vero templum impendijs ex meo factis. murosq; ciuitatis splendide fabricari. turresq; altas construere: & quicquid ad munimen vestrum fuerit: meis stipendijs restaurare polliceor. Tantū est (vt quas accepistis amicitias nobiscum & fœdus) sine simulatiōe seruetis. Hec quidem pmittens & blandiens demetrius: iudeis scripsit. ¶ Rex vero alexander magnum colligens cōductum exercitum & milites qui de de syria transierunt. & eum contra demetrium duxit. Pugnaq; commissa: cornu sinistro demetrij aduersarij sunt fugati: & psecutiōe diutina multi eorum sunt occisi castraq; direpta. Dextrum autē cornu in quo demetrius preliabat̄ deuictum est: alij quidē omnes recesserunt. Demetrius autē fortiter pugnans non paucos hostium prostrauit. Cumq; fugans alios equus eius cœni baratro inhesisset: minime fugere valens occiditur. Nam videntes hostes quid ei contigisset reuersi circūdederunt eum & omnibus in eum iacula destinantibus cum ille pedestris fortiter existeret postea multis cōfossus vulneribus nec valens sustentare collapsus est. Demetrij quidem talis extitit finis. qui regnum per vndecim annos rexit: sicut & alibi demonstrauimus.

¶ Onias onie sacerdotis filius qui patre occiso fugerat Alexandriam amicitiam cum ptolomeo philometore pcurauit & epistola ad regem transmisso templum in egypto permittentibus rege & regina simile hierosolimitano minus tamē & pauperrimū construxit. In alexandria vero cōtentio & sedi(t)io inter samaritas & iudeos corā ptolomeo pro templis suis excitatur & supplicauerūt vt rex eorū altercationes audiens sententiā daret & victos perimeret. Quod fecit quia audito Andronico pro hierosolimitano templo verba faciente templum ipsum hierosolimitanū secūdum moysi leges fuisse fabricatū decreuit. Sabbeū quoq; & theodosium interficiendos.

Capitulum. iij.

Epistola Alexādri ad Ionathā p auxilio hn̄do cōtra demetriū & dona ei transmissa.

Ionathas sacerdos istitutus ab alexandro stola sacerdotali induitur.

Epistola demetrij ad ionathā & iudeos maximā libertatē cōferens.

Demetrius occidit postq̄ anuis vndecim regnauit.

Onias oniȩ sacerdotis filius q fugerat occiso patre alexādriā amicitiā cū ptolomeo philometore ꝓcurauit & tēplū in ȩgypto pmittēte rege simile hierosolymitano constru xit.

ONię vero principis sacerdotum filius eodem nomine quo pater nuncupatus quem alexandriam fugisse ad ptolomeum regem cognomine philometorem diximus/ videns iudeam a regibus macedonum mala pati. volensq; memoriam & gloriam eternam sui relinquere: ad ptolomeum regem ȩgypti & ad cleopatram reginam transmittit petens licentiam quatenus templum edificaret in ȩgypto simile hierosolimorum leuitas vel sacerdotes de genere suo cōstitueret. quod desiderabat confidens in prophetia Esaye qui ante secentos annos p̄dixerat ꝙ oporteret in ȩgypto templū edificari maximo deo per virum iudeum. Idcirco elatus onias ptolomeo vel cleopatrȩ huiusmodi destinauit epistolam. Multa vel maxima nobis bellorum cōficiens opera & cū dei auxilio perueniens ad humilem syriam & phœnicem & in lenonum alias leonum ciuitate heliopoli. per quȩ alia loca multa veniens: prȩter constitutiones templa iudeos cōstruxisse repperi: quapropter & persidos extitisse. Quod etiam ȩgyptijs accidit propter templorum multitudinem variamq; religionem. Oportunū autem inueni locum qui dicitur agrestis bubaste castrum plenum varia materia vel sacris amabilibus: & peto cōcedendum michi eum domino segregatum quatenus purgare templū ibi dirutum & ȩdificare maximo deo possim mēsura eadem & simili qua hierosolimorū pro te tuaq; coniuge vel filijs quatenus habeant ȩgyptum habitantes iudei quo cōuenientes secundum concordiam quā adinuicem habent: possint tuis vtilitatibus ministrare. Nam & ysaias propheta prȩdixerat esse in egypto domino deo sacrarium: multaq; talia de ipso prȩdicauit. ℂ Hȩc quidem onias regi ptolomeo scripta transmisit. ℂ Considerent tamen aliqui pietatem eius & cleopatrȩ suȩ sororis vel coniugis ex epistola quam scripserunt. Nam peccatum & legis transgressionem super caput oniȩ posuerunt rescribentes. Rex ptolomeus & regina cleopatra oniȩ salutem. Legimus tuam petitionem in qua suggerebas permitti tibi in leonum alias lenonū ciuitate templum eliopolitanū dirutum purgare quod appellatur agrestis bubaste. Quapropter miramur si deo gratum sit templū quod edificaturus sis ei in tam luxuriosum locum. plenumq; sacris animalibus. Sed quoniam dixisti prophetam Esaiam iam dudum hoc prȩdixisse alias prȩdicasse concedimus tibi si cōtra legem vestram nō sit vt nichil nos in deum peccasse videamur. ℂ Accipiens igitur locum onias ȩdificauit templū araq; deo simile hierosolimorū minus tamē & pauperrimū. Mensuram vero eius & vasa minime visum est michi nūc describere. Nam in septimo libro iudaicȩ antiquitatis inserta sunt. ℂ Inuenit eni onias quosdam sui similes iudeos sacerdotes & leuitas ibi religionem colentes. Sed de hoc templo narrabimus late. ℂ In alexandria vero iudeos & samaritas qui templum temporis alexandri macedonis super garizim montem construxerunt contigit contra se seditionem excitare: & propter templa coram ipso ptolomeo certare iudeis quidem dicentibus secundum leges moysi templum se in hierosolimis construxisse samaritis autem in garizim & supplicauerunt vt cum amicis rex confederet alias resideret audiens de his altercationem: victosq; morte multaret. cum ꝓ samaritis sabaus alias Sabbeus & theodosius itimassent. pro iudeis vero & hierosolimitis andronicus & mesalanus alias mesalamis iurauerunt per deum coram rege secūdum legem dicta sua probare: petierūtq; ptolomeum quatenus iusiurādi transgressores perimeret. ℂ Rex ergo multos secum amicos in consilio cōgregans sedit partes audire. Tunc iudei in alexandriam constituti nimis timebant de viris qui pro templi hierosolimitani parte differebant. Nam atrociter ferebant si hoc tam antiquum & nobile per vniuersum mundū templum solueretur. Cumq; sabeus & theodosius concessissent vt primus andronicus verba faceret. Idem andronicus approbationē suam facere cœpit ex lege vel p̄decessoribus principum sacerdotū quis ex quo genere honorem sacerdotij de patre suscepisset. Et quoniā omnes reges asiȩ templum varijs oblationibus & clarissimis honorauerunt: de garizim vero templo neminem fecisse sermonem Quȩ dicens andronicus & his multa similia. regem flexit sententiā pronūciare decernentē templum hierosolimitanū. secundum leges moysi fabricatum fuisse. sabeum & theodosiū interficiendos. Hȩc sunt quȩ cōtigerunt iudeis in alexandria temporibus ptolomei philometoris.

Epistola ptolomei & cleopotre Oniȩ r̄nsiua

Templū in egypto onias ȩdificauit simile hierosolimitano.

Cōtentio & seditio iter iudeos & samaritas ꝓ templis suis.

Andronicus ꝓ tēplo hierosolymitano verba facit.

Sententia regis cōtra samaritas

ℂ Alexander (occiso demetrio) regnum siriȩ accipiens cleopatram ptolomei filiam patre annuēte duxit vxorem. Cumq; nuptiȩ celebrarent̄ ionathas (scribente alexandro) ibi perueniens honorifice a regibus receptus purpura induitur quem tanto amore Alexander dilexit vt eum primum suorū scriberet amicorum. Sed (demetrio demetrij filio de creta in siriam nauigante & alexandrum cōturbante) Appollonius Alexandri dux Ionatham incitans ad bellum ab eo vincitur multis quoq; de Appollonij exercitu interfectis Ionathas Azothum & dagonis templum concremauit. Quiq; Ascalonem obsidens ciuitatem (muneribus receptis a ciuibus) recessit in hierusalem Alexander vero audita tali victoria Ionatham iterum glorificauit mittens ei auream torquē & vt dicitur in biblia phibulam auream.

Capitulum quartum.

Itaq; demetrio in pugna pempto sicut superius indicauimus/alexander accipiens regnum sirię scripsit ptolomeo vt acciperet in matrimonio suo filiam eius cleopatram: iustumq; hoc dicebat.cũ paternum obtinuisset principatũ.& per dei ꝓuidentiam in eo pductus fuisset post perditionẽ demetrij. Sed etiam per alia multa dignũ se eius familiaritate vel cognatione dicebat.Ptolomeus vero libenter sponsalia accipiens rescripsit dicẽs gauisum se esse ꝙ paternũ suscepisset principatũ: daturumq; suam filiã ꝓmisit & occurreret iussit eum ad ptolomaidam:quatenus ei filiam suam traderet iure nuptiali. Tũc ipse puellam ad ptolomaidã ab ęgypto ꝓducendam:ibiq; cõiungendam esse constituit. ¶ Ptolomeus quidem hęc scribens ꝓpere ad ptolomaidam puenit/ filiam cleopatram secum adducens vbi secundum cõstitutum alexandrum repperit filiamq; suam ei coniunxit: dotem argento vel auro secũdum regiam qualitatẽ complens. ¶ Cumq; nuptię celebrarenť:scribens alexander ionathę principi sacerdotum:iussit eum ad ptolomaidam festinare. Qui perueniens ad reges munificenter eis offerens dona/claro apud eos honore potiebatur.Tunc alexãder compulit eum propria veste exutũ purpura indui:simulq; super tribunal secum sedere.Iussitq; duces cum eo procedere perq; mediam ciuitatem clamare/nemini contra eum quicq̃ dicere:vel causas licere contexere. Quod cum duces fecissent erga ionatham: videntes honorem(hi qui parati fuerant eum accusare:simul cum inimicis eius ꝓfugerunt)veriti ne quid pessimum paterenť.Tanto vero amore rex alexander ionatham dilexit:vt primũ eum suorũ scriberet amicorũ. ¶ Cẽtesimo vero & sexagesimo quinto ãno demetrius demetrij filius cum multis conductis(quos lasthenes alias laschentes cretensis ei pręstiterat) a creta ad cilitiã nauigauit.Quod alexander audiens.in pauore turbaq; constitutus: cõtinuo de phœnitia ad anthiochiam festinauit.vt priusq̃ huc pueniret demetrius eam tute disponeret. Reliquit vero ducem humilis syrię appolloniũ cognomine titum qui cũ multo exercitu profectus ad iãmã ionathę principi sacerdotum mandauit dicens iniustum esse eum solum viuere cum licentia vel potestatę:non obediẽtem regi:sibiq; dicebat hoc magnum opprobrium ab omnibus inferri ꝙ non eum regi subigeret.ne ergo te inquit in montibus abscondas arbitratus fortitudinem habere.Sed si confidis tuę virtuti:descende quatenus per campum nostri milites confligant. & fortissimũ euentus demonstret victorię. Scito tamẽ optimos ab vnaquaq; michi ciuitate milites iunctos. qui semper tuos proauos euicerũt. Cõtra nos autem in tali tera certandũ est.vbi non lapidibus sed armis decet fortissime pręliari.ne sit tibi locus quo valeas deuictus effugere. ¶ His incitatus ionathas:decem milia militũ eligens ab hierosolymis egredit̃ cum fratre symone:perueniensq; ad ioppen castra foras ciuitatem disposuit.Nam ioppenses portas clauserunt.intus habentes custodias ab appollonio cõstitutas.Cumq; ionathas obsidere eos parasset:timẽtes ne suam ciuitatem deuastaret portas aperiũt. ¶ Appollonius captam audiens ioppen a ionatha:tria milia ęquitum sumens & octo milia peditum ad azotum peruenit & exinde tacite paulatimq; ad viam peruenit.Cumq; venisset in ioppen:tanq̃ recedens ionatham trahit ad campum:cõfidens ęquitibus:& spem in eis habens suę victorię.Cumq; processisset ionathas ꝓsequebat̃ vsq; ad azotum appollonium.Qui cum ad campum vidisset hostem venisse: cõuersus cũ eo pugnam cõmisit. Mille namq; ęquites appollonius & insidias in aliquo torrente disposuerat qui retro inimicis isisterent.Quod sentiens ionathas nõ est turbatus sed ordinans in quadrum exercitũ vt per ambas partes inimicos exhiberet:hortatus est vt fortiter ante vel retro pugnãtibus vbiq; resisterent.Pręlio autem vsq; ad vesperã procedente:dans fratri simoni partẽ exercitus iussit eum aduersariorũ aciem inuadere:suisq; pręcepit testitudine facta sagittas ęquitum recipere.Qui cum pręcepta fecissent nichil ledebantur.quis hostes super eos frequentia tela vibrarent vsq;quo suas euacuassent pharetras. Nam sagitte corpora clipeis septa minime contingebant cõstipatione testudinis tela vehementia refugarenť.Cum a primo mane vsq; vespere iaculãtes aduersarij defecissent intelligens symõ lassos eos inuadit aciem.fortiterq; cũ suis dimicans fugauit inimicos.Videntes autem equites ad fugam pedites cõuersos & spe eorum decepti sine decore & turpiter abscesserunt.& per oẽm campum dispersi fugerũt.Quos secutus ionathas vsq; ad azotum:multos occidit eorum.Qui de salute sua desperantes ad templũ dagonis confugerunt.quod erat in azoto. Capiens autẽ incursione sua ciuitatẽ ionathas incendit eam & omnes circa eam vicos.neq; pepercit templo dagonis:sed etiam eum flammis consumpsit.& eos qui ibi confugerant interfecit. Multitudo vero quę in illo concidit pręlio vna cum illis qui in templo confugerant:octo milia fuerunt. ¶ Vincens ergo tantum ionathas exercitum ab azoto discessit & ascalonam venit:& foras ciuitatem castra constituenti territi ascalonitę in occursum exierunt dona portantes. Qui laudans eorum voluntatem reuersus est ad hierosolimã:multam predam ferens quam videbatur a victis hostibus abstulisse. ¶ Alexander autem deuictum audiẽs ducem suum appollonium simulauit gaudium:ꝙ pręter eius sententiam cum ionatha cõflixisset:qui

Alexander occiso demetrio regnũ syrię accipiens petit in vxorẽ ptolomei filiam quod ãnuit ptolomeus.

Ionathas a ptolomeo & Alexãdro honorifice receptus purpura induitur.

Demetrius demetrij filius de creta in cilitiam nauigans cõturbauit alexãdrũ.

Appollonius dux alexãdri ionathã icitat ad bellum.

Ionatha contra Appolloniã venіente ioppẽses ciuitatis portas ei aperiunt.

Bellũ inter ionathã &appollonium maximum.

Victoria ionathę qui Azotũ & dagonis templũ hostibus interfectis flãma cõsumpsit.

eius amicus erat. Mittitq; ionathę pbens premiū & testimoniū honorē: & torquē auream sicut affinibus regis solet dari eiq; commisit accaronis prouincię magistratum.

¶ Ptolomeus philometor auxilium Alexandro genero daturus venit in syriam quem omnes ciuitates (alexandro pcipiente) honorifice suscipiebant Ionatham tamē accusantes. Ionatham quoq; ei obuiam venit de ioppe. Ptolomeus autem ptolomaidem pueniens Alexandri insidijs fere interficitur quas cognoscens filiam suam ablatam eius matrimonio demetrio vxorem dedit & contra eum inimicitias exercuit. ¶ In biblia vero dicitur ꝙ ptolomeus cogitabat in Alexandrum consilia mala. vnde ibidem dicit Nicho. de lyra ꝙ crimen ptolomeus filio imposuit Alexandro cupiditate ductus. dicit insuper ꝙ iosephus circa historias huius libri multa dicit quę sunt dissona textui. Sed salua postillatoris reuerentia Iosephus non cōtradicit textui biblie si bene intelligatur. Alexander enim videns socerū suum taliter fuisse ab omībus honoratum timens ne suum vsurparet principatum voluit eum insidiose intoxicare veneno quod p Ammoniū parauerat sicut exprimit Iosephus. Et similiter dicitur in biblia Quesiuit enim me occidere. Et cognitis talibus insidijs ptolomeus postea volens vindicare de suo genero cogitabat contra eum consilia mala, sicut dicitur in biblia. Nec verum est quod dicit postillator ꝙ cupiditate dn̄andi ductus occasionē quesiuit cum hic dicitur perueniēs ad Anthiochenos rex ab illis & militibus ordinatur coactusq; duo sibi diademata supposuit vnum asie alterū ęgipti benignus & iustus existeus nec cōcupiscens aliena. Flectit ergo Anthiochenos vt demetrium regem susciperent & ipse cum demetrio contra Alexandrum duxit exercitum vbi ex ęquo cadens in bello quasi mortuus quattuor diebus iacuit. cui Alexandri caput ab Arabia zabillus trāsmisit. & paulopost mortuus est.

Nota.

Capitulum. v.

Ptolomeus philometor auxiliū genero suo daturus venit in siriam.
Jonathas obuiā ptolomeo venit de ioppe.
Ptolomeus insidijs Alexādri fere īterficitꝰ quas cognoscēs filiā suā ablatā eius matrimonio demetrio demetrij filio dedit vxorē & inimicitias cōtra Alexādrū exercuit.
Ptolomeus philometor duo diadēata coactus suscepit vnū ęgypti & alterum asię sed ātiochenos flectit vt demetriū regē susciperent.
Ptolomeus ex equo cadens in bello quasi mortuus q̄ttuor diebus iacuit.

Eodem tempore rex ptolomeus philometor dictus. naualem ducens exercitum & pedites: ad syriam veniebat alexandro suo genero solatia prębiturus. Quem omnes ciuitates studiose (alexandro pręcipiente) suscipiebant & deducebant vsq; ad azotum. vbi omnes proclamabant accusantes ionatham ꝙ templū incendisset & destruxisset: prouinciamq; deuastasset. multosq; eorum interemisset. Quę ptolomeus audiens tacuit. ¶ Ionathas autē in ioppe occurrens ptolomeo dona clarissima vel honorem ab eo percipiens. & perducens eum vsq; ad fluuium (qui Eleuterus appellatur) ad hierosolimam remeauit. ¶ Perueniens autem ptolomaidem. pręter omnē spem paulominus habuit interfici ptolomeus insidijs alexandri quas ei per ammonium amicum parauerat. Manifestis autem insidijs ptolomeus alexandro scribit ad pœnas ammonium petens & dicens insidias se ab eo passum: & vindictam sumere iustum esse. Alexandro vero non cōcedente, ptolomeus intellexit illum causam insidiarum extitisse. Quapropter ei factus est odiosus. Anthiochenis autē vt prius erat odibilis alexander propter ammonium. Multa namq; passi per eum fuerant: & pœnam quidem ab ammonio pro delictis eius exegerunt occidētes eum. Qui tanq̄ mulier se pręparauit abscondere habitu circundatus fœmineo sicut alibi dictum est. Ptolomeus autem accusans eum vt proditorem nuptiarum filię. transgressoremq; auxilij quod contra demetrium deduxisset: soluit affinitatem. Nam & auferens filiam suam: ad demetrium legationem direxit amicitiam cum eo componēs filiamq; ei daturum se vxorem: & restituere paterno eum principatui compromittens. Demetrius vero gaudens suscepit legationem & nuptias. Tum minus iam ptolomeo labor restabat flectere anthiochenos vt demetrium susciperent. Nam inimici eius fuerunt eo ꝙ a patre eius demetrio multa mala passi fuerant. Et alexandro tamen anthiocheni propter ammonium irascebantur vt diximus. Qui pulsus ab anthiochia: in ciliciā vsq; peruenit. ¶ Ptolomeus vero ad anthiochenos perueniēs: rex ab illis & militibus ordinatur. coactusq; duo sibi diademata supposuit: vnum asię alterum ęgypti. Benignus & iustus existens nec cōcupiscens aliena sed & futura prouidens recusare regnum decreuit: ne romanos offenderet. ¶ Ideoq; anthiochenos in cōgregationem congregans: flectit eos vt demetriū susciperent. dicens eum nequaq̄ pro patre dolorem seruaturum si bene mereretur ab eis doctorē autem in bonis & ducem illi se esse: nec se fallacibus negocijs immiscere: sibi autē dicebat ęgypti regnū sufficere. Quę differens, flectit anthiochenos demetrium suscipere. ¶ Alexandro vero cū magna militia vel apparatu ad syriam & cilicia profecto terramq; anthiochenorum prędante Ptolomeus cum genero contra eum duxit exercitum. Nam iam filiam suam matrimoniali iure demetrio contradiderat. Et vincens Alexandrum ad arabiam fugauit eum. ¶ Contigit autem in prelio vt ęquus ptolomei vocem elephantis audiens ptolomeum iactaret. Quod cum vidissent hostes. impetum tunc super eum fecerunt: multisq; vulneribus caput eius perforantes ad periculum mortis eum adduxerūt sed custodes corporis eius rapientes eū liberauerunt. & ita per quattuor dies defunctus iacuit: vt nec loqui nec intelligere potuisset. ¶ Alexandri vero caput arabū potentissimus Zabilus alias zabdihel abscindens: ptolomeo transmisit. Qui die quarta releuatus a vulnerum dolore suauem sibi rem fun

mūq; spectaculū alexandri caput simul vidit. & mortem qui tñ paulopost vitam finiuit: pro alexandri morte gaudio summo completus. Regnauit vero asię alexander qui dictus est balás annis quinq; sicut etiam in alijs demonstratum est.

¶Demetrius nichanor ptolomei soceri oblitus frauditus milites soceri corrumperevoluit vnde ipsi ad alexādriam confugerunt. demetrius autem amicitias cum Ionata faciens ipsum in sacerdotio cō firmauit. Contra quem milites (ipso illis tempore pacis stipendia negante) inimicitias & odium cōcitans. quo cognito Triphon Anthiochū alexandri filium procurat facere regem. Sed ionatha auxilium demetrio prębente hoc fieri non potuit. Postea vero demetrius ingratus bellum minatus est Ionathę. Qui cum Anthiocho (cui Triphon licet adolescenti diadema īposuerat) amicitias fecit a quo sacerdotij confirmationem & munera multa recepit.

Capitulum. vj.

Suscipiens vero principatum demetrius qui nichanor appellabať fraudibus corrūpere cœpit ptolomei militiam: oblitus ꝙ & socer eius & auxiliator fuisset & affinis per connubium cleopatrę. Quapropter milites ptolomei ad alexandriam confugerunt: elephantos autem demetrius comprehendit. ¶Ionathas autem princeps sacerdotum ex omni iudea milites sibi cōgregans arcem hierosolimam obsidebat: vbi custodia macedonum & transgressorū multitudo locata videbatur. Et hi quidem contemnebant Ionatham machinamenta facientem cōfidentes loci munitionibus. Noctu vero quidam maliuoli iudei exeuntes venerunt ad demetriū arcis obsidionem nunciantes ei. Quo nuncio incitatus: exercitum contra ionatham ab anthiochia eduxit. Cumq; ad ptolomaidem peruenisset scripsit pręcipiens ad ptolomaidem eum citius occurrere. Ionathas autem obsidionē quidem minime soluere decreuit. Seniores vero populi & sacerdotes cōgregans: aurum & argentum & vestem cum multitudine dona deportans: ad demetrium vsq; peruenit. Quę cum obtulisset iram eius emoliuit. Et honoratus firmum ab eo principatum sacerdotij suscepit Quem a regibus ante ipsum donatum possidebat Accusantibusq; eum transfugis: demetrius eis nō credidit: sed & petenti quatenus pro omni iudea vel tribus prouincijs / samaria vel iope / vel galileę trecenta tantum daret talenta. Pro his omnibus epistolam ei pręstitit. quę verba huiusmodi continebat. Rex demetrius ionathę fratri gentiq; iudeorum salutem. Exemplum epistolę quam lastheni cognato meo scripsimus / transmisimus vobis: vt eam noueritis. Rex demetrius lastheni fratri salutem iudeorū genti amicę nostraq; iura seruanti: pro fide decreui dona prębere: & tres possessiones Apheridam: belzellida. vel ramatha. quę addite sunt iudeę de samaria & his attinentia quantacūq; ab immolantibus hierosolimorum reges accipiebant ante me: vel quęcunq; de fructu terrę vel plātis. omniaq; alia quę nostro competunt viri. vel paludes salis. vel coronas quę nobis offerebantur eis concedo vt nichil torqueať ab his a modo in posterum. Cura ergo vt huius epistolę fiat exemplar & detur ionathę. quatenus in nobili loco templi reponatur. Hęc quidem scripta fuerunt. ¶Videns vero demetrius pacem nullumq; superesse periculum nec belli timorem soluit exercitum. stipendiaq; eorum imminuit solis illis sumptus prębebat. qui cum eo a creta vel alijs insulis venerant. Vnde odium vel inimicitię militum contra eū conflatę sunt: quibus ipse quidem nichil prębebat. reges vero ante ipsū eis annonas etiam in pace sūministrabant: vt eos in certaminibus si oporteret pro se fideles & pronos haberent. ¶Intelligens itaq; militum odium circa demetrium alexandri quidem dux appameus al's Appamenus genere dyodotus nomine qui & tryphon dicebatur venit ad malcum arabē qui filium alexandri antiochum nutriebat. Manifestansq; ei inimicitias exercitus quas contra demetriū habebant: dari sibi petebat antiochum. Nam regem eum facere: vel paternum principatū ei restituere se dicebat. Qui primum quidem resistebat minime credens. Post vero multo tempore tryphone petente vincitur malcus flexusq; a voluntate sua est ad ea quę triphon petebat. ¶Princeps autem sacerdotum ionathas capere volens arcem hierosolimorum: & iudeos transfugas vel impios oēsq; qui per totam prouinciam custodes erant per totam transmittens ad demetrium legatos cum donis: rogabat vt de castellis iudeę custodes eijceret. Cui rex nō hęc tantum se prębere. sed etiam his maiora promittebat post finem belli quod prę manibus habebat. Petebat vero eum & auxilia transmittere. mandans ꝙ exercitus suus ab eo recessisset. Tunc Ionathas tria milia militum eligens: destinauit. Antiocheni vero demetrium propter hęc quę passi fuerunt abhorrentes: & propter patrem eius qui multa contra eos mala commiserat tempus obseruabant quo potuissent eum inuadere. Videntesq; auxilia venisse demetrio ab ionatha arbitratiq; ꝙ multa congregaret auxilia (nisi precederent eum) arma cœperunt. & circunstantes aulam obsidionis modo cunctos exitus partiti / regem conabantur opprimere. ¶Ille vero videns populum hostiliter se cum armis inuadere. colligens conductos & ab ionatha transmissos iudeos cum anthiochenis confligit. quorum vim non ferens vincitur. ¶Videntes autem sic iudei antiochenos atrociter expugnātes. super palatij culmen ascenderunt. Vnde illos

Demetrius Nichanor ptolomei oblitus fraudibus milites corrūpere voluit vñ ipsi ad alexandriā cōfugerunt.

Amicitias fecit demetrius cū ionatha & sacerdotij principatū ei cōfirmauit.

Epistola demetrij ad ionathā.

Milites cōtra demetriū ipso tpe pacis stipendia dare renuēte / odium & inimicitias cōcitant.

Ionathas ad demetriū mittens auxiliū petit vt arcē hierusalem possit cape qđ promittit demetrius sed prius ab eo auxiliū cōtra ātiochenos q̄rit

Animositas iudeoꝝ contra antiochenos.

vulnerantes(ipsi quidem semper altitudine tectorum minime ledebantur)illos vero telis prosterne bant quę de superioribus ad inferiora iactabant. & sic eos de proximis domibus repellerũt. Deinde igne supposito flamma totam ciuitatem ex lignis constructam tectorum spissitudine deuorauit. Anthiocheni vero nequaq̃ valentes extinguere: ad fugam cõuersi sunt. Et cum iudei de tecto ad tectũ disilirent. & ita eos persequerentur ammirabilem cõtigit fieri anthiochẽsium depulsionẽ. Rex autẽ vt vidit anthiochenos filios & vxores suas velle saluare quapropter & pugnam reliquisse: per angustas vias inuadit eos: & confligens cum eis multos interfecit. ita vt cogerentur armis proiectis tradere se demetrio qui veniam eis pro facinoribus concessit, seditionemq; compescuit. ¶ Donauit etiam iudeis partem prede: causasq; victorię suę eis factas professus: gratias ęgit ionathę. & hierosolimam transmisit. laudans eum pro auxilijs destinatis. ¶ Post autem maliuolus contra eum extitit promissionesq; fraudauit. bellumq; minatus est: nisi cuncta redderet tributa quę gens iudeorum prioribus regibus syrię persoluebat. Et hęc fecisset nisi triphon eis impetum ꝓhibuisset & apparatum eius cõtra ionathan ergã suas vertisset curas. ¶ Reuersus enim ad siriam ex arabia cũ puero anthiocho: imponit ei quanuis adolescenti diadem. Cumq; omnes milites transissent ad eum demetriam deserentes. bellum contra demetrium producit: & confligens cum eo victoriam obtinuit & elephantos cum anthiochẽsium ciuitate subiecit. Demetrius vero victus ad ciliciam recessit. ¶ Anthiochus autem legatos ad ionatham destinans & litteras sibi eum amicum parauit: & principatum sacerdotij confirmauit. & quattuor prouincias(quę terrę iudeorum additę fuerant) insuper & aurea vasa vel pocula vel purpuream vestem ei transmisit. Hisq; omnibus ei vti permisit. & fibulam auream ei donauit primũq; suum amicum vocauit. Symonem autem fratrem eius ducem super omnem militiam a regione tyri vsq; ad ęgyptum constituit.

Demetrius igratus ionathę bellũ ei minatus est. Triphon diadema ãthiocho adolescẽti ĩponit quẽ oẽs (demetrio relicto & victo) secuti sunt.

¶ Ionathas Anthiocho contra demetrium auxilium dare promittens & gazeos ipsi rebelles debellat & demetrij milites cum quinquagita socijs fugat(Simone fratre bethsuram obsidẽte) & victor redit in hierusalem. Qui cum romanis & sparciatis amicitias renouat ad eos missis epistolis quarũ exemplaria hic continentur. Tunc quoq; Iudeorum tres erant hereses scilicet phariseorũ/Saduceorum & essenorum.

Capitulum.vij.

Ionathas ad anthiochũ mittẽs amicũ se ostendens & cõtra demetriũ se dare auxiliũ ꝓmittit.

IOnatas autem de donationibus anthiochi gauisus mittens ad eum & ad triphonem legatos amicũ se eius professus & pugnare cum eo contra demetrium. insinuabat pro pręmijs laborum nõ parua mala a demetrio se esse perpessum. Cõcedente igitur anthiocho a syria vel phœnice vt congregaret exercitum quatenus cum ducibus demetrij cõfligeret statim ad ciuitates exiuit. Quę cum eum splendide suscepissent. exercitum dare non distulerunt. Veniens autẽ ad ascalonem ciuitatem/& munificenter ascalonitis cum donis sibi occurrentibus hos ipsos pe[tebat] [...] tebat vt vnam quãq; humilis syrię ciuitatem a demetrio desistentem ad partes antiochi transire a[c] secum bellum producere pro vltione demetrij: & ex his quę quõdam in eos peccasset esse autem di[gnas] occasiones per quas hęc cogitare deberent. Cumq; flexisset ciuitates auxiliũ anthiocho mitte[re] ꝓuenit ad gazam sperans se & horum fidem ad antiochũ conuertere. Multum vero pręter quo[d] sperauerat aliter gazeos iuenit. Qui durissima obiectione nõ eum suscipere nec demetriũ relinque[re] decreuerũt. Quo dum ionathas concitatus esset: ad obsidionem eorum & afflictionem prouinci[e] paratur. Nam partem militię circa gazan disponens: cum reliqua ipse percurrẽs/cuncta prędabatu[r] vel incendebat. Quę cum vidissent gazei/nullumq; auxilium a demetrio sibi venisse conspicerent [&] periculum pręsens/adiutorium vero longe & incertum esse vtrum veniret optimum esse decreuer[unt] hunc dimittentes illi obedire. Facientes igitur ad ionatham amicitias: auxilia promiserũt. ¶ Hom[i]nes enim ante malorum peritiam vtilitates suas non intelligunt. sed cum in malis fuerint constitu[ti] tunc mente percipiunt. & agunt quę nichil lesi facere debuerant. ¶ Ionathas vero consentiens eis a[c] amicitias tollensq; obsides ad hierosolimam transmisit. Ipse vero totam prouinciam percurrit vs[q;] ad damascũ dum demetrij duces audisset ad cedessam cum multa manu venisse. Cedessa vero int[er] tyrum & galileam consistit. Nam hoc desiderabant duces demetrij vt de syria eum ad galileã trah[e]rent: putantes minime eum pati galileos sibi subiectos affligere. Cumq; ionathas eis occurreret. [Si]monem fratrem in iudea ducem reliquit. Qui multum exercitum de prouincia congregans bethsu[ram] obsidebat locum iudeę munitissimum. Nam tenebat eum demetrij custodia sicut & prius a nobis [de]monstratum est. vt vero aggerem composuisse symonem viderunt & machinamenta cõstituisse: m[...] taq; vsum industria tontra bethsurę obsidionem timuerunt custodes ne capto loco interirent. Et n[...] tentes ad symonem petebat fidem accipere. ne quid ab eo pessimum paterenẽ. Qui cum dedisset [il]los quidem de ciuitate tulit: suamq; custodiam ibi constituit. ¶ Ionathas autem exiens a galilea aquis quę genisarum alias genesar dicuntur. nam ibi sua castra posuerat/ad campum qui dicitur a[...]

Ionathas cõtra gazeos rebelles anthiocho obsidionẽ parat & eos vincit.

Nota aureã sententiam.

Simõ bethsurã obsidet & capit

venit nesciens illic hostes existere. demetrij vero duces cum ante vnum diem cognouissent contra se ionatham venire/ insidias ei per montem collocauerunt. ipsiq; cum electis militibus in campo ei occurrerunt. Quos cum vidisset ionathas ad pugnam paratos hortabatur suos. Illi vero qui a demetrij ducibus per insidias erant locati a retro iudeos inuadunt. Qui cum timerent ne in medio capti perirent. ad fugam se dederunt. Et ibi quidem omnes reliquerūt ionatham pauci vero cum eo numero quinquaginta remanserunt: & mathathias filius absaloni & iudas calphi qui duces erant totius exercitus. Hij audacter & desperate super inimicos irruentes atrociter eos fugauerunt. Tunc milites ionathę qui discesserunt vt viderunt hostes ad fugam conuersos congregati persequebātur eos & hoc fecerunt vsq; ad cedessam quo castra hostium erant. Victor ergo ionathas in illa pugna refulsit duo milia prosternens inimicorum: & ad hierosolimā reuersus est. ⁋ Qui cum vidisset omnia sibi dei prouidentia secūdum suam accidere volūtatem legatos romam destinauit renouare cupiens olim cum gente iudeorum amicitias celebratas suis etiam legatis pręcepit vt redeuntes ab italia per spartiatas transirent quos deberent ad memoriam amicitię vel cognationis reducere. Qui cum romam venissent & ingressi ad senatum mandata principis sacerdotum ionathę dixissent quod eos mitteret renouare quę prius per senatum de iudeorum amicitijs fuissent statuta senatus dedit eis reportandas epistolas ad omnes asye reges & magistratus ciuitatum quatenus illesi per eos ad propria remearēt.

Demetrij duces īsidias cōtra Ionathā parant.

Ionathas cum quinquagita socijs hostes fugauit.

Victor Ionathas recessit in hierusalem.

Ionathas ad Romanos & sparciatas mittēs amicitias renouat.

⁋ Reuertētes autem ad spartiatas venerunt & eis epistolam ionathę porrexerunt. Cuius exemplar huiusmodi fuerat. Ionathas princeps sacerdotum gentis iudeorum vel curia & collegium sacerdotū presidibus & senatui populo lacedemoniorū salutem. Si salus vobis publica vel priuata bene procedit. sic est vt volumus. Salui autem sumus & nos. In prioribus tamē temporibus epistola nostro principi sacerdotum onię a vestro rege areo & ab omni populo missa est de vestra simul & nostra cognatione cuius exemplum subiacet epistolę quam quidem libenter suscepimus & populo & aero fautores facti sumus non egentes huius rei approbatione: quia per sacras nostras litteras hoc esse credidimus. In tium vero recognitionis non credidimus nos primi facere: ne preripere videremur gloriam vestram. Multo vero tempore transacto ex quo familiaritas communis extitit. in sacris & constitutis diebus deum pro vestra salute vel victoria sacrificijs deprecamur. Et cum multa nos circunstetissent bella per auariciam viciorum: nec vobis nec alijs propinquis molestos nos esse decreuimus. Postq̄ autem hostes expugnauimus legatos ad romanos transmisimus. Numeniū filium anthiochi & antipatrem iasonis senatorio apud nos septos honore quibus etiam dedimus ad vos epistolam quatenus vobiscum renouent cognationem Bene igitur facitis si & vos nobis rescripseritis & mandaueritis si quid forsitan indigetis: minime dubitantes nos erga vestrum affectum pigros existere. Lacedemonij vero libenter legatos suscipiunt. & componētes pacta cum eis de amicitijs dimiserunt. ⁋ Eodem tempore tres hereses iudeorum fuerant: que de rebus humanis diuersa credebant: quarum vna pharisea dicebatur altera saducea tertia vero essenorum. Igitur pharisei dicebant fato non om̄ia sed aliqua gubernari. altera vero que accidūt per se consistere. Genus autem essenorum omnia sub fato esse cōfirmat: & nichil esse quod hominibus non illius decreto proueniat. Saducei fatum quidem nihil esse estimant neq; per eum humana concludi. sed omnia nostre supponunt potestati. bonorumq; nosipsos auctores fatentur & per nostram demētiam eligi peiora. Sed de his quidem certius in secundo libro hystorię iudaicę demonstrauimus.

Exemplar epistolę misse ad spartiatas.

Tres hereses Iudeorū tūc erant scilicet phariseorū Saduceorum & essenorū. & qd vnaqueq; sētiat de his ampliora vide libro. ij. de Iudaico bello.

⁋ Rursus (Demetrij ducibus bellum parantibus contra Ionatam) hos vincit Ionathas & zabaldeos Simone fratre castra muniente Ionathas quoq; & Simon fratres cōgregato populo muros templi & ciuitatis renouant. Demetriusq; contra Arsacem bellum faciēs captiuus ab hostibus capitur Quo mortuo Triphon insidias Anthiocho/ cuius tutor erat insidias parat & contra Ionathā. Qui captiuus in Ptolomaide his qui secum erant interfectis capitur. Capitulum. viij.

Demetrij autem duces cum vellent pugnam in qua victi sunt restaurare. ampliores priore exercitu vires congregantes/ contra ionatham venerunt. Qui cum hoc audisset. citius eis ad Amathite occurrit Neq; enim tardare decreuit vsq; quo ingrederentur iudeam castraq; disponens non longius ab hostibus quinquaginta stadijs mittit speculatores qui castra deberent hostium perscrutari. Cumq; omnia enunciassent & aliquos nocte cœpissent qui aduersarios superuenturos indicabant. custodias extra castra disposuit. & exercitum armatum per totam noctem habebat. pręcepitq; vt forti animo essent: & si oporteret etiam nocte pugnarent: nec repentino impetu turbarentur. Demetrij vero duces cum audissent ionathā cognouisse suum consilium perturbati q̄ inimici manifesti fuissent nullomodo valebant per insidias eos inuadere. Nam eo ex quo credebant non esse pares ionathę militibus fugam meditati sunt: multaq; facientes incendia discesserūt vt hęc videntes iudei putarent eos esse mansuros. Ionathas autem cum ad castra eorum mane ve

Rursus bellū parāt demetrij duces contra Ionatham.

Fugiētes hostes multa fecerūt incendia.

Ionathas zebedeos expugnat Simon ionathę frater iudeę castra muniuit.

nisset:inuenit ea deserta.Cumq; intellexisset eos fugisse.persquebatur.Quos nullatenus valuit com-
prehendere.Nam liberum al's eleuterum nomine fluuium transierant.¶ Vnde reuersus ad arabiam
zebedeos expugnabat:multamq; eorum prędam ambiens captiuosq; ducens peruenit ad damascū.
vbi omnia illa reposuit. ¶ Per idem tempus frater eius symon omnem peragrans iudeam & palesti
nam vsq; ad ascalonem muniuit castella. Quę cum ędificijs & custodibus tuta fecisset ad ioppen p-
uenit:& occupans eam magnā introduxit ibi custodiam.Nam audierat ioppenses velle ducibus de-
metrij tradere ciuitatem.Hęc igitur postq̄ ionathas & symon tractauerunt ad hierosolimam sunt re-
uersi.

Congregato populo in tēplo suadent Ionathas & Simō muros tēpli & ciuitatis reparare &c.

¶ Cumq; omnem populum ad templum congregassent.suadebant muros hierosolimorū refa
bricandos & dirutam partem muri templi reconstruendam: altisq; turribus muniendam necnō & in
media ciuitate alium enim edificari murum vt custodibus arcis alimentorum copia negaretur.insu
per etiam castella quę sunt in prouincia facerent tutiora vel fortiora.Cui & populus de bene propo
sitis cum consensisset ipse quidem mœnia ciuitatis edificabat. symonem vero misit prouinciā cōmu
nire.

Demetrius i bello aduersus Arsacem captiuus ab hostibus capitur.

¶ Demetrius vero trāsiens ad mesopotamiam peruenit.Quam dum vellet cum babilone & su
perioribus ꝓuincijs obtinere vt exinde occasiones de toto acciperet imperio:tunc illi gręci vel ma-
cedone alias macedoniam habitantes vt eis prope modum cōuenirent legationem ad eum miserūt
promittentes ei subuenire si ad illos transiret tradere se vel expugnare cum eo regem parthorū arsa
cen.Qua spe subito egreditur ad eos vt si parthos deuinceret viresq; resumeret:regem triphonē post
ea debellaret longeq; eum a syria pelleret.Quem cum prono suscepissent animo prouinciales mul-
tosq; cōgregasset viros.bellumq; & omnem militiam aduersus arsacen ꝓduxisset: ipse quidem viuus
capitur.sicut alibi retulimus.

Triphon mortuo demetrio insidias parat Anthiocho volens eū iterficere sed quia ipediebat a Ionata. ideo primū ionathā voluit occidere.

¶ Triphon vero cum mortem demetrij cognouisset: perfidus anthio-
cho cœpit existere.Insidiabatur enim qualiter eum interficiens/ipse regnum teneret. Impediebant
vero impetum eius & voluntatem amicitię ionathę quas cum anthiocho habebat.Vnde primū io-
natham statuit occidere.& tunc aduersus anthiochum accedere. Fraudibus ergo vel dolo cogitans
ionathā consumere ad betsuram & anthiochiā venit(quā gręci scitopolin appellant)vbi cum electis
quadraginta milibus ei ionathas occurrit.putās eum ad bellum venisse.Triphon vero cum ionathā
vidisset paratū ad pugnam donis eum placuit.suisq; ducibus vt ionathe obedirent pręcepit. p qui-
dem hęc suam volens cōfirmare cunctamq; suspitionem depelleret quatenus cōfidentem & incau-
tum nichilq; pręuidentē occuparet & ꝑsuasit ei vt exercitum dimitreret/quem frustra dicebat ab eo
esse fatigatum nequaq̄ bello existente & vndiq; pacem rebus habētibus sed tenere paucos & ad pto
lomaidem simul venire supplicabat.Nam tradere ei ciuitatem & omnem prouincię moderationem
se venisse ꝓfitebatur.

Ionathas captiuus in ptholomaide Triphonis iussu capit his qui secū erāt interfectis.

¶ Ionathas vero nichil mali suspicans sed vera fide vel voluntate hęc tripho-
nem suadere credens exercitum dimisit tria milia sola secum tenens.Ex quibus in galilea duo milia
relinquens cum mille tantum militibus ad ptolomaidam triphonem comitatus superuenit. ¶ Vt ve
ro intrauit ptolomaidam/portas statim ciues serauerunt secundum quod erat eis a triphone pręce-
ptum:& ionatham viuum capientes omnes qui cum eo erant interemerūt. Misit etiam triphon ili-
co ad galileam qui relicta duo milia interficerent. Sed hi cum fama pręueniēte captionem ionathę
comperissent/anteq̄ venirent a triphone missi armis circundati a prouincia recesserunt. Tunc satell
tes triphonis (cum vidissent eos pro anima decertare)nullam eis molestiam inferētes ad triphonem
reuertuntur.

Tristitia de dolosa captiōe Ionathę.

hierosolimitę tamen cum audissent ionathā captum & cum eo milites perisse: flebant i
lius interitum & summa de ipso questio apud omnes fiebat.Magnus autem timor eos inuadens cō
tristabat ne eis virtute vel prouidentia ionathę priuatis vicinę gentes inimicitię: & propter ionath
mortē iniquitate contra se bellum constituerent & ad mortem ꝑuenirent.Quę sicut suspicabant̄ eu
nerūt.Nam cū audissent gentes mortē ionathę cōtra iudeos bellare cœperūt:tanq̄ indigentes duce

¶ Triphonę exercitum contra hierusalem congregante(capto ionatha)Simon dux a populo co
stitutus hierosolimitas confortat metuentes & ciuitatem hierusalem fortificat & quendā nomine i
natham amicum ad ioppen destinat Triphon Ionatham ligatum secum ducens cum exercitu ven
in Iudeam qui dolose Simoni duci occurrēti iubet (si fratrem vellet redimere)mittere centum taler
ta argenti cum duobus filijs Ionathę.Et Simon licet dolosa sciret triphonis mandata/conuocato p
pulo pecunias cum duobus filijs ad triphonem tamen vt frater liberaretur misit.Quem triphon oc
cidi iussit.cuius ossa Simon in patria sepeliuit magnificētissimo superędificato sepulchro.victis qu
q; vicinus iudeorum hostibus Simon arcem & montem hierusalem tribus annis complanauit.

Triphōe exercitū cōtra hierusalē cōgregāte capto Ionatha Simō dux a popu

Capitulum nonum.

TRiphon vero multum exercitum congregans. ad iudeam ascēdere statuit vt hierosolim
debellaret.Symō autem videns hierosolimitas metuentes cœpit alloquio cōfirmare qu
tenus forti animo essent.nec pertimescerent triphone superueniente.Et conuocans in

A plo populum alacriorem eum suis verbis effecit: hinc allocutionis initium sumens. Pro vestra inquit libertate o viri iudei me dudum cum patre vel fratribus mori paratum quis ignoret? Siquidem exempla michi plurima non desunt. Mori enim pro legibus vel patria religione familiam nostram nullus timor inuadat qui hanc voluntatem ab anima nostra possit eijcere? sed magis itroducat desiderium vitę vel glorię? Quapropter non vti indigentes duce magno qui laborare vel pati pro nobis recuset. sequimini me prono animo vbicunq; perduxero. Neq; enim melior meis fratribus existo vt meę pacam animę neq; peior vt quod illis visum est optimum pro patrijs legibus vel pro dei religione deuitem: sed in quibus oportet me proprium illis fratrem ostendere. in his me demonstrabo consimilē Confido enim in deo vltionem ab inimicis expetere vosq; omnes cum vxoribus vel filijs ab eorum violentia liberare: templumq; incolume cum dei auxilio reseruare. Nam video gentes contempsisse vos tanq̄ ducem non habentes: bellaq; prępparasse. ¶ Cum hęc verba symon ad plebem fecisset confestim de pulso populus metu audaciam sumpsit: desperansq; ad spem bonam repente mutatus est: & vnanimiter exclamauit nutu dei symonem esse ducem: & iudę vel ionathę fratrum pricipatum tenere dignum se quoq; omnibus iussionibus eius obsecuturum promittens ducis ei contulit dignitatem. ¶ Tunc symon aggregans omnes sui exercitus bellatores festinauit muros ciuitatis reconstruere turribus altis & fortibus eam munire. Destinauit etiam ionatham quendam amicum filium absolomi cū militibus ad ioppen: eius habitatores eijcere. Nam timebat ne ciuitatem traderent triphoni. ipse vero hierosolymam tuebatur. ¶ Triphon autem exiens a ptolomaide. cum multo exercitu ad iudeam venit: ionatham ligatum ducens. Cui symon cum suis occurrit ad Iadam ciuitatem que super montem iacet vnde etiam iudeę campi patescunt. ¶ Cum vero triphon audisset a iudeis ducem symonem constitutum direxit ad eum fraudibus vel dolo cupiens hunc quoq; circumuenire iubetq; ei (si vellet fratrem ionatham redimere) mitteret argenti talenta centum. duosq; ionathę filios quatenus fides illi post dimissionem haberetur. ne iudeam in sua ditione redigeret: quia & tunc non pro re alia nisi pro debito vectigalium eum ligasse se configens. ¶ Tunc symon intelligens artem triphonis quia & si argentum mitteret ille tamen fratrem eius minime relaxaret: sed & filios eius hosti tradi frustra cognoscens: tamen territus ne a populo accusaretur se causam fraternę necis extitisse q̄ nō pecunias nec filios contraderet pro ipso. colligens exercitum triphonis mandata indicauit dicēs q̄ hęc insidijs vel dolo plena sint. tamen optabilius esse pecunias sed & filios ei transmittere: quam propositis a triphone non obediens putaretur non velle fratrem absolui. Initoq; cum suis symon tractatu. filios ionathę pecuniasq; transmisit. ¶ Quas cum triphon accepisset. nec fidē seruare nec ionatham absoluere voluit: sed mox & exercitum colligens ad propria remeauit. Ordinatoq; itinere per iudeā ad hierosolymam ascendere cupiens venit ad doram ciuitatem idumeę. ¶ Pręcedebat vero symon castra cum exercitu semper contra eum disponens. Quod cognoscentes hi qui in arce hierosolymitana erant ad triphonem dirigunt rogantes eum ocius ad se properare quatenus alimenta eis pręberet Ille vero per noctem illam equitatum parauit quasi hierosolymis ascensurus. sed niue vehementi ea nocte cadente iter inuium repperit equis vel peditibus suis. Qua causa obstante nequit ad hierosolymam triphon ascendere. sed reuertens ad syriam & prope galadithidem ingressus ionatham ibi perimi & sepeliri iussit. & ita ad anthiochiam peruenit. Symon autem ad iascha ciuitatem transferens ossa fratris sepeliuit in patria sua luctum maximum omni super eum populo faciente. ¶ Tunc symon ingens mausoleum patri suo fratribusq; sepulturam fabricās ex albo & polito lapide cōstruxit opus mirabile conspicuumq; faciens cuius & portam vndiq; columnis substentantibus ex vno lapide visu mirabilem statuit: insuper & piramidas septem parētibus. vel vnicuiq; germanorum singulas supposuit magnitudine vel decore lucentes quę hactenus seruantur. De sepultura quidem ionathę & de edificatione monumentorum hoc studium symonis agnouimus. ¶ Defunctus est vero ionathas principatum sacerdotij agens postq̄ annos quatuor gentem continuit iudeorum. Et de labore quidem mortis eius in mutuis documentis publicisq; monimentis primi anni symonis benefactoris & iudeorum principis scriptum est. ¶ Itaq; iudei fœliciter aduersarios superauerunt vicinos cum symon gazaram ciuitatem vel ioppen vel iamniam deuastaret arcemq; hierosolymorum deponeret. ne foret inimicis refugium vnde percurrentes eos ledere possent. Quod cum fecisset: optimum & vtile putauit etiam montem super quem arx constituta erat destruere. Quo multitudo cunctiq; ingressi montem destruebant & nec die nec nocte cessantes pe tres annos deposuerunt ad solum campumq; planissimum fecerunt ita vt eminentius templum excelleret arce vel monte depositis. ¶ Post captiuitatem demetrij eaq; temporibus symonis gesta sunt: hunc continent modum.

¶ Perfidus Triphon Anthiocho dolose occiso asię diadema sibi imposuit cui populi consenserunt decepti ipsum quoq; cum extraneos potius diligeret q̄ suos milites deserentes ad cleopatram

Animatus populus iudeorum symonem ducem proclamāt. &c.

Symon ciuitatē hierusalem fortificat in terribus & ad ioppē mittit ionathā. &c.

Iterata fraus triphonis contra simonem.

Symon cōuocato exercitu mandata triphonis īdicat dolosa sed inito tractatu pecūias & filios ionathę ad triphonem vt frater liberaretur transmisit.

Triphō ionathā iussit perimi cuius simon ossa sepeliuit in patria sua. &c.

Sepulchrum Symō fecit patri & fratribus suis mirabile. &c.

Victoria iudeorum contra vicinos.

Symō arcem & montem hierusalem destruxit tribus annis.

demetrij vxorem recesserunt. Quę anthiochum qui sother dictus est demetrij fratrem (licet in biblia dicatur filius) ad suas nuptias & imperium vocat. Qui triphonem (auxilio a symone impetrato) i bel lo vincit. Sed symoni ingratus ad iudeę deprędationem Ceudebeū mittit quem animosus Symon licet senex cum filijs suis deuicit. Occiso autem dolose in cōuiuio Symone, ptolomeus eius gener vxore & duobus filijs captiuis. Iohannem tertium qui hyrcanus appellatus est; occidi iussit sed mortis pericula euadens sacerdotij principatum obtinuit.

Capitulum decimum.

Perfidus triphō dolose āthiocho occiso asię dyadema sibi imposuit quando cōsenserunt populi ab eo decepti.

POst captiuitatem demetrij non multo post alexandri filium anthiochum qui theocos nominatur triphon interemit tutor eius quarto imperij eius anno: amicos autem & familiares suos ad milites transmisit & multas dare pollicetur pecunias: si eum regem ordinarent. Nam demetrium a parthis captum nūciabat teneri: fratrem vero eius anthiochum si principatum obtineret: multa pessima eis facturum esse dicebat: dum proditionem eorum vlcisceretur. Qui cum sperassent affluentia pecuniarum sub regno triphonis frui: principem eum constituunt. ¶ Triphon autem vt regni insignia suscepit continuo nequitiam suam patefecit: & innotuit omnibus quia ꝙ priuatus humiliter multitudini obsequebatur: non hoc volūtate bona. sed impossibilitate faciebat. Postq̄ vero regnum adeptus est. exuens se simulatione verus triphon apparuit: cepitq; potius extraneos q̄ clientes diligere. Pro qua re exercitus recedens ab eo ad cleopatram demetrij vxorem se contulit: quę tunc in seleutia cum filijs erat conclusa. ¶ Errante vero fratre demetrij anthiocho qui sother dicebatur nullaq; ciuitate eum admittente triphonis timore: mittit cleopatra ad suas eum nuptias. & ad imperium inuitans. Quem ad hoc inuitauit suadētibus amicis. & timore volentibus triphoni ciuitatem seleutiam aperire. ¶ Cum itrasset seleutiam anthiochus & fortitudo eius per singulos dies excresceret exijt contra triphonem pugnaturus. Quem vincens: a superiori syria reppulit ad phenicem. & in dora castello munito cōclusum obsidebat. Mittit etiam ad symonem principem sacerdotum iudeorum legatos pro amicitijs vel auxilijs. Qui cum libenter petitionem suscepisset. pecunias multas cum alimentis militaribus doram obsidentibus large prębuit. vt anthiochum inter necessarios pauco tempore pateretur. Nam triphon dum a castello dora ad apamiam fugeret. captus in ea in conclusione peremptus est tertio regni sui anno. ¶ Sed anthiochus auaricia vel prauitate sua symonis obliuionem vna cum ministratis pecunijs & alimentis concepit viresq; militares cuidam cendebeo amico tradens ad deprędationem iudeę captiuitatemq; symonis misit. Sed cum symon audisset anthiochi pręuaricationem licet senex esset tamen eo ꝙ nichil ab anthiocho iustum fieri videbat concitatus ad audaciam super ętatem suam iuuenilem fortitudinem accepit: & disposuit quidem filios cum bellicosissima parte militum. ipse vero per aliam partem cum reliquis viribus perrexit ad bellum: multosq; in vallibus montium ad insidias locabat: nullusq; conatus eius euasit sed omnium hostium vincēs exercitum in pace reliqua vitam agebat. Nam & ipse cū romanis de auxilijs composuerat. ¶ Igitur annis octo principatum sacerdotij iudeorum regens moritur in conuiuio per insidias ptolomei generi: qui vxorem eius cum duobus filijs capiens & vinctos habens certos amicos misit vt iohannem tertium qui & hyrcanus vocabatur interficerent. Quod cū sensisset iuuenis euasit periculum & ad ciuitatem festinauit: confidens de populo propter patris sui beneficia ptolomeiq; odium. Properantem vero per aliam portam ptolomeum intrare populus expulit: nam iam hyrcanum receperat.

Cleopatra anthiochum demetrij fratrē qui sother dictus est ad suas nuptias & ad imperiuȝ vocat. Anthiochus sother qui a Iosepho dicitur frater demetrij i biblia dicitur filius contra Triphonem bellum faciens auxilium a symōe impetrat

Occiso dolose simone in conuiuio a genero suo ptolomeo vxoreq; cū duobus filijs captiuis Iohānes tertius q hircanus dictus est mortis pericula euadens ducatū accepit post patrem eiecto ptolomeo.

¶ SEQVENTIA NON INVENIVNTVR. In biblia quia hic biblia finem facit historię machabeorum. secundus enim liber non est historię prosecutio sed prosecutę recapitulatio nec de sequentibus aliquid inuenitur in biblia.

¶ Hyrcanus symonis filius iudeorum dux pro patre bellum contra ptolomeum mouens amore matris & fratrum captiuorum quos super murum obcessę ciuitatis pręcipitare minabatur aliqualiter victus obsidionis impetum per annum protractauit vnde apud iudeos per septem annos feriatus obseruatus sicut in diebus. ptolomeus vero hyrcani matre & fratribus occisis ad zenonem tyrannum fugit in philadelphiam. Anthiocho contra iudeam anno primo hyrcani bellum mouente obsessus hyrcanus in ciuitate adueniente tabernāculorum festo septem dierum inducias pro festo petens ab Anthiocho obtinuit cum sacrificio magnificentissimo quod anthiochus ipse per legatos miserat vnde Anthiochus hic pius sicut epiphanes sacrilegus dictus est a iudeis. Hic enim ad pietatem flexus patriam conuersationem sub pacto restituit & obsidionem a ciuitate amonit. hyrcanus eīn aperto dauid sepulchro qui inter reges fuit ditissimus tria pecuniarum milia talenta protulit, e quibus & pacem cum Anthiocho fecit & primus iudeorum aluit peregrinos. Et contra parthos anthiocho dedit auxilia. demetrius autem anthiochi frater ipso mortuo successit in regno solutus a carcere.

Capitulum vndecimum.

HInc ptolomeus ad aliquod castellū noīe dagon discessit. Accipiens autē paternum principatum hyrcanus deū hostijs pacauit:& ita cōtra ptolomei militiā produxit exercitū. Et cū ad locum peruenisset. in alijs oībus hostē circumueniēs preualebat: vincebatur tamen matris & fratrū amore quos super murū ptolomeus trahēs in cōspectu eius torquebat. & precipitare minabatur. si non ab obsidione discederet. Hyrcanus autē cum remitteret de obsidionis industria tantum charissimis putabat offerre subsidia: ne dū male paterentur eius crudelitati reputaretur. Mater autē protendens manus petebat, ne propter eos differret sed multo magis impetu castellū inuaderet inimicoq; sue potestati subacto pro carissimorum tormentis redderet retributionem: sibi quoq; estimans hoc esse vtilissimum si per mortem suam hostes atrocius deperirent. Hyrcanū ergo petitionibus matris incensum castellum capiendi furor tenebat. rursusq; cumq; vidisset matrem cedi vel dissipari soluebatur:& pro ingestis matri tormentis impetum deponebat obsidionis: taliq; necessitate obsidendi protractus annum expleuit: in quo semper iudei vacant. Nam per septem hunc obseruant sicut in semetipsis diebus. Quapropter ptolomeus a bello solutus occidit matrem & fratres hyrcani. & fugit ad zenonem qui cothilas appellabatur in philadelphia tyrānidem exercentem. Anthiochus autem infestus symoni de interitu sui exercitus contra iudeam accessit quarto anno sui imperij primo vero hyrcani olimpiade centesima secunda. Cumq; deuastasset prouinciam hyrcanum in ciuitate conclusit: quem septem aciebus circundedit. Nihil tamē penitus proficiebat propter murorum munimina & propter obsessorum virtutem necnon & aquarum inopiam. Quapropter siccitate domabatur. In parte vero planissima turres statuit celsiores muro centum tres. tecta vnaquaq; habente. Super quas militares ordines disposuit. multosq; labores quotidie congressus inferebat. Fossamq; latam & altissimam construens, muros ciuitatis deposuit. Iudei vero multas incursiones contra moliebantur:& siquidem incautos aduersarios inuenissent pessime eos conterebāt. si vero eos presensisse cognoscerent, innocui redibant. Vt vero noxiam multitudinem intra ciuitatem hyrcanus attendit consumendis citius necessarijs nichilq; populo prodesse conspexit inutilem partem eius secernens foras ciuitatem emisit. que vero bellicosa & fortis hanc tantum tenuit. Anthiochus autem proiectos egredi vetabat. Qui dum inter muros errarent seuissimis tormentis miserabiliter exalabant. Cum vero festi dies tabernaculorum venissent miserati eos denuo intra ciuitatem receperunt. Hyrcanus autem ad anthiochum legatos direxit: petēs inducias septem diebus propter festiuitatem dei q; supplicationem. Qui cum audisset: respondit legatis. Immolate. Necnon etiam sacrificium magnificentissimum destinauit taurum cornibus inauratis & pocula plena omnibus aromatibus aurea vel argentea. Quod sacrificium susceperunt adductum qui ante portas stabant & ad templum adduxerunt. ¶ Anthiochus autem iste in exitu melius anthiocho epiphane paruit alias claruit. Nam ille capiens ciuitatem porcos super aram immolauerat & ius carnium per totum templum sparserat: etiam leges iudeorum paternamq; religionem confuderat propter que gēs rebellauit:& minime reconsiliari passa est. Hunc vero anthiochum propter pietatem religionis omnes pium vocauerunt. Laudansq; eius modestiam hyrcanus & animaduertens studium ipsius erga deum: petiuit eum vt patriam eis conuersationem restitueret. Qui cum refutasset pessimum consilium suadentium gentem capi legibus dissonantem ad omnem pietatem flexus legatis respondit si traderēt arma partemq; tributorum ioppe aliarumq; ciuitatum circa iudeam existentem soluerent & custodiam in ciuitate susciperent. confirmans pactum, finiret bellum. Iudei vero omnia perferre preter custodiam consentiebant: quam non propter aliud nisi pro dissimili conuersatione recusabant. Pro custodia tamen obsides dare profitebantur & talenta argenti quingenta ex quibus statim trecenta cum obsidibus obtulerunt:& inter quos erat & frater hyrcani. Que cū suscepisset rex anthiochus & coronam ciuitatis deposuit:& obsidionem soluens discessit. ¶ Hyrcanus vero sepulchrum dauid aperiēs qui multo ditior quondam regibus fuit tria milia talenta pecuniarum exinde protulit: ex quibus primus iudeorum cepit peregrinos alere. Composuit etiam cum anthiocho amicitias: suscipiensq; intra ciuitatem munificenter abundeq; militibus omnia necessaria ministrabat. ¶ Cumq; anthiochus exercitum cōtra parthos duceret cum eo hyrcarnus egressus est. De his testis est nobis nicholaus damascenus sic in hystoria dicens. Tropheum autem sistens anthiochus iuxta licum fluuium vbi vicerat indatim parthorum ducem vbi duobus diebus remoratus est petente hyrcano iudeo propter aliam patriam iudeorum celebrationem: in qua non erat legittimum eos proficisci. Et hec quidem non est mentitus. Nam quinquagesima festiuitas post sabbatum instituit: in qua minime licet nobis vel in sabbatis vel in festo die viam conficere. ¶ Tunc enim anthiocus cum arsace parthorum rege cōfligens & multū perdens exercitum interijt. In regno autē syrie frater eius demetrius succedit. arsace eū a captiuitate soluente eo tēpore quo anthiochus parthorum terram ingressus est sicut prius demōstratum est.

Hyrcanus simonis filius iudeorum dux pro patre bellum cōtra ptolomeum mouens amore matris & fratrum quos super murum ciuitatis obsesse ptolomeus precipitare minabatur aliqualiter victus obsidiōis impetum per annum protractauit

Anthiochus cōtra iudeam bellū facit anno hircani primo.

Hyrcanus adueniente tabernaculorū festo ab anthiocho septē dierum īducias pro festo petit & obtinuit cum sacrificio magnificentissimo.

Anthiochus ad pietatem flexus iudeis patriā cōuersationem sub pacto restituit & obsidionem a ciuitate amonit.

Hyrcanus aperto Dauid sepulchro qui inter reges ditissimus fuit tria milia talēta protulit ex quibus & pacem cū anthiocho fecit & primus iudeorum peregrinos aluit.

¶ Hyrcanus mortuo anthiocho sirię ciuitates inuadit & capit(victoriaq; habita cōtra chutheos) templū eorū in monte Garizim diruit. vincit quoq; idumeos & ad iudaismū conuertit hic etiam amicitias cū romanis renouauit ad eum senatus scripto transmisso Demetrio autē contra hyrcanum bellum mouente. Syri eius maliciam abhorrentes ptolomeū fistonem de seleuci genere petūt habere regem. Qui demetrium superat & fugientem vxor eius cleopatra recusat recipere. Capitulum.xij.

Hyrcanus post anthiochi mortem syrię ciuitates bello inuadit & capit.

Victoria hyrcani contra idumeos ad iudaismū conuertit.

Hyrcanus cū romanis amicitias renouauit.

Scriptum senatus ad hyrcanū.

Demetrio aduersus hyrcanū exercitum colligēte siri eius maliciam abhorrentes petunt ptolomeum fistonem de genere seleuci regem.

Alexāder rex cū cum hyrcano cōpositis amicitijs occiditur ab anthiocho filio demetrij.

Duorum fratruȝ cleopatra vxor.

Hircanus vero anthiochi morte cognita statim ad syrię ciuitates expeditionem parauit arbitratus imparatas eas & desertas pugnatoribus defensoribusq; inuenire: quod etiam euenit. Nam midaba alias medabam cum exercitus eius multum laborasset sexto mēse capit: post etiam samogam vel illas quę vicinę fuerunt necnon etiam sichimam ac garizim gentemq; cutheorū quę templum edificatū ad similitudinem hierosolymitani possidebat quod alexandri mandato sanaballach dux cōdidit propter manassen suū generū fratrem iaddi principis sacerdotum sicut superius intimauimus. Contigit vero templum hoc dirui Post annos ducentos. ¶ Hyrcanus autem ciuitatem idumeę abora cum marissam cunctosq; cū domuisset idumeos permisit eis pro uinciam habitare si circunciderantur: legibusq; iudaicis vterentur. Qui desiderio patrię terrę circuncisionem & aliam conuersationem iudeorum pertulerunt ideoq; ex illo tempore ceperunt esse iudei. ¶ Quo facto hyrcanus princeps sacerdotum societatem romanorum cupiens legationem ad ipsos direxit. Cumq; senatus scripta eius suscepisset: composuit amicitias hoc modo. Fānius marci filius cōsul senatum omnem octauo ydus februarij in campum iussit conuenire presente lucio manlio lucij mentinini filio & gaio sempronio falernę filio propter quod legati iudeorum petiuerunt symon filius dosithei & appolonius alexandri & diodorus iasonis viri optimi a populo destinati de societate vel auxilijs exhibēdis quam cum romanis de publicis rebus habuerunt: vt ioppe & portus & zoram vel fontes & ciuitates insuper & villę quas anthiochus pugnans contra senatusconsultum tenuit restituantur & quatenus nec regij milites per terram eorum cum subiecti sint trāseant. vt etiam illa que per anthiochum gesta sunt contra senatusconsultum cessent. & vt legatos mittant quatenus recipiantur quę ab anthiocho oblata sunt & prouinciam estiment vastatam: vtq; eis ad reges & populos liberos litterę darentur quatenus ad propriam domum illesi reuerterētur. Placuit igitur auxilia & amicitias cum hominibus bonis a bono populo vel amico transmissis esse renouādas. ¶ De rebus autem ablatis: responderunt consulares. Cum a suis negocijs senatus vacauerit festinabitur in posterum nullam in eos iniquitatem ab aliquo fieri decernentes dare consulem fannium publicas pecunias expendendas cum ad patriam remearent. Et fānnius quidem legatos iudeoruȝ remittit pecunias eis publicas prestans & senatusconsultum per quod debuissent cum tutela ad suam redire patriam. In hisquidem princeps sacerdotum hyrcanus erat. ¶ Interea rex demetrius cum exercitū aduersus hyrcanum colligeret nec tempus ei nec occasio data est cum milites & syri maliciam eius abhorrerent: & per legationem peterent ptolomeum fisconem cognominatum: quatenus de genere seleuci transmitteret eis qui deberet accipere principatum. Ptolomeus autem cum alexandro zebēna exercitum misit: pugnaq; commissa demetrius superatur. Qui dum fugeret ad cleopatram suam vxorem in ptolomaidem: ab ea non susceptus tyrum recedens tentus multaq; passus ab inimicis interijt.

¶ Alexander rex(compositis cum hyrcano amicitijs)ab anthiocho demetrij filio occiditur. Qui anthiochus cum fratre anthiocho ciziceno bellum habens hircanum in pace reliquit. Qui q̄ plurimis acquisitis diuitijs contra samariam memor malorum contra marisseos iudeorum auxiliatores bellū producens obsidet ciuitatem prępositis filijs suis aristobolo & antigono samaritis itaq; fame cogente anthiochum cizicenum adiutorem vocant quę vincens aristobolus fugauit & secundo vocatus multis militibus perditis iudaico bello calimandro & epicrati commissus recessit. Et occiso callimandro epicrates pecuniam seductus citopolim cum vicinis locis prodidit iudeis. hircanus quoq; tunc totam destruxit samariam cui diuina de filiorum suorum contra anthiochum facta est victoria. Capitu.xiij.

Alexander autem regnum accipiens & amicitiā cum hyrcano principe sacerdotum componens: interiecto tamen tempore expugnatus ab anthiocho filio demetrij crispi noie occiditur. ¶ Cumq; anthiochus regnum sirię tenuisset: contra iudeam exercitum destinare timuit. Audiens vero germanum suum & ipsum nomine āthiochum ex eadem matre progenitum multas vires contra se a cizico congregasse eum intra prouinciam statuit expectare quatenus obuius incursionibus fratris anthiochi resisteret qui cisicenus dicebatur quod in illa ciuitate nutritus esset. Filius autem anthiochi fuerat qui sother nuncupatur & vitam bello perchico terminarat. Hic etiam frater fuerat demetrij crispi partis. ¶ Contigit vero ambos fratres vnam vxorem cleopatram duxisse quemadmodum & alibi retulimus. ¶ Cizicenus autem anthiochus ad syriam perueniens. diu cum fratre bella cōmisit. Iterum hyrcanus omni tēpore illo pace fruebatur. Nam & post āthiochi morten

a macedonibus destitit: dum neq; vt amicus vel subiectus aliquid eis prębuisset. Cuius res abunde creuerunt temporibus alexandri zebennei: & magis tunc quando hi fratres cōtra se pugnabāt. ¶ Nā dum bello occupati fuissent: hyrcanus iudeam cum licentia possidebat multamq; pecuniarum summam collegit: ambosq; inter se dimicantes contemnēs expeditionem contra ciuitatem samariam val de munitam produxit. De qua suo loco referam qualiter ab herode sit condita & sabasta nominata. ¶ Accedens igitur ad eam studiose obsidebat memor malorum quę samaritę contra marissenos colonos & auxiliatores iudeorum commiserunt obedientes syrorum regibus. Cum ergo menia circundedisset vndiq; duplici muro cincta stadijs octoginta/ filios suos absidioni prępofuit antigonum & aristobolum. ¶ Quibus imminentibus. in tanta necessitate famis samaritę inciderunt vt etiam illicita tangerent: & vocarent adiutorem anthiochum cizicenum. Qui statim veniens ad defensionem vincitur ab aristobolo fugatusq; a fratribus vsq; ad scitopololim currens euasit periculum. Hi rursus ad samaritatas reuersi concludunt eos intra murum vt secundo necessitatis samaritę adiutorem vocarēt anthiochum. Qui dum a ptolomeo latyro sex milia viros perisset quos ptolomeus inuita matre direxit. Nam necdum a principatu eum expulerat primum prędatorio modo inuadit hyrcani prouinciā cum ęgyptijs non audens aperte pugnam committere. Nam vires suas sciebat impares. Sed sperans populatione terrę cogente hyrcanum a samarię obsidione recedere. Cumq; multos milites perderet insidijs circumuentus discessit a tripolim callimandro & epicrati bellum iudaicum committens. Callimander vero aduersarijs fugam simulantibus & post reuersis statim consumitur. Epricrates autem manifeste pecunijs seductus scitopolim cum vicinis locis prodidit iudeis. Samarię vero obsidionem soluere non potuit. Igitur hyrcanus sub anni conclusione capiens ciuitatem: non contentus est. sed totam deleuit samariam. Nam sic eam euertit. vt vallum magis q̄ ciuitatem fuisse illi iudicarent. ¶ Mirabile tamen aliquid de principe sacerdotum hyrcano dicitur quemadmodum ei deus locutus est. Nam fuerunt illo die quo filij eius cum ciziceno conflixerant dum ipse in templo solus sacerdos adoleret thura: audisse quod filij eius vincerent anthiochum. Qui cum a templo processisset: hoc omni populo manifestum fecit. Quod ita constat euenisse.

¶ Pace iudeis vbiq; fruentibus cleopatra ęgipti regina contra ptolomeum latyrum filium suum bellum mouens chelchiam & ananiam iudeos exercitus duces ordinauit. Et tūc empta pariseorum contra hyrcani prosperitatem inuidia seditio inter saduceos & phariseos oritur. Hyrcano partem saduceorum fouente vnde ei a multitudine summū odiū & filijs suis concitatū est. Tunc enim diuites saduceos & pauperes phariseos sequebātur. Hyrcanus quoq; cuius laus eterna manet quia sacerdotū priceps/ populi dux/ & propheta moritur. postq̄ ppl'm. xxxj. annis rexit quinq; reliquēs filios. Ca. xiiij.

Hircanus quidē in his degebat. Peridē vero tēpus nō solū hierosolymorū iudei sed & prouinciales & alexandriā habitantes & ęgyptū & cyprū: fœliciter agebāt. ¶ Nā cleopatra regina cōtra filiū ptolomeū latyrū seditionē mouēs ordinauit duces chelchiam & ananiam filios onię: quē superius retulimus edificasse in terra heliopolitana tēplū ad similitudinē sacrarij hierosolymorū. Cleopatra tamē cum tradidisset his exercitū sine sentētia eorū nihil tractabat: sicut testatus est strabō capadox ita dicēs. Nā plures & qui cū eo descēderūt: & quos postea cleopatra mittebat in cyprū: statim ad ptolomeū trāsibāt. Soli vero iudei qui onię dicebātur apud cleopatrā permāsere reginā: propter chelchiā & propter ananiā. Hęc strabon disseruit. ¶ Hyrcano autē inuidiā mouit apud iudeos fœlicitas: magis autē phariseos. Nā male eū pati volebāt. vt si quid cōtra regē & pricipē sacerdotū dixissent: facile crederetur. Discipulus tamē eorū & hyrcanus fuerat: & minus ab eis diligebatur. Sed cum eos ad conuiuiū vocaret & amicabiliter pasceret nimisq; delectari vidisset dicere cepit. Scitis me velle oīa iuste agere per quę deo & vobis placeam. Rogo autē si quid peccantē videritis & a recta via deuiantem: reuocate atq; corrigite. Qui dum ei testimoniū prędberent omni virtute ornatum letatus est. Tūc vnus ex accumbētibus eleazarus noīe maliuolus & seditionibus gaudens. Quoniam iustū inquit dixisti te velle veritatem cognoscere: si vis iustus esse depone principatum sacerdotij: & tantū sufficiat tibi populi regere magistratum. Hyrcano vero causam consulente quapropter deponeret principatum quoniā inquit audiuimus a senioribus captiuam fuisse matrem tuā sub anthiocho epiphane quod falsum fuerat. Contra quem irritatus hyrcanus/ oēsq; pharisei valde indignabantur. ¶ Tūc ionathas quidā de saduceorū heresi quę cōtraria phariseis consistit hircano amicus dicebat scientibus omnibus phariseis eleazarum blasphemiam fecisse: & hoc manifestum illi posse fieri: si requireret illos qua dignus esset pena pro verborū qualitate mulctari. ¶ Cumq; hyrcanus phariseos interrogasset qua iudicarent eum pena meritum non enim credo inquit cum vestra sentē factam iniuriam: tunc illi cum eum honorare vellent dicebant ad mensuram pene plagas & vincula sufficere. Nam non videbatur digna contumelia qua potuisset morte mulctari. Et quia molesti

Hyrcanus cōtra samariā memor malorum contra marissenos iudeorum auxiliatores bellum producit & obsidet prępositis filijs suis Aristobolo & Antigono.

Samaritę (famę cogente) anthiochū cizicenū vocāt cōtra iudeos adiutorē quē vicit aristobolus & fugauit.

Anthiochus multis militibus perditis recessit iudaico bello callimandro/ & Epicrati commissa.

Occiso callimandro epicrates seductus pecunijs scitopolim cū vicinis locis pdidit

Cleopatra regina ęgypti cōtra ptolomeum latyrum filium bellū mouēs duces ordinauit chelchiam & ananiam iudeos.

Eleazarus seditiosus hyrcanum monet sacerdotium deponere.

Ionathas saduceus hircano amicus eleazarum blasphemię accusat.

sunt naturaliter ad tormenta pharisei.valde contristabatur.Vnde putabat illorum sententiam male-dictiones eleazarum sibi fecisse.❡Incitator vero irę suę ionatas flexit eum relictis phariseis ad sadu-ceorum partem transire vt & leges ab eis populo dispositas solueret:custodesq; earum puniret. Vn-de summū ei vel filijs odium a multitudine concitatum est. Sed de his quidem iterum differemus. ❡ Nunc autem volo demonstrare quas leges populo patrum successione tradidissent pharisei: quę non sunt inter mosaycas leges conscriptę.Ideoq; saduceorum gens has expulit dicens illas teneri de-bere leges quę cōscriptę sunt illas vero quę a patribus traditę nō fuissent minime custodiri. Et de his multa quęstio vel altercationes maxime fiebāt & saduceos copiosi vel diuites sequebatur.populares vero nō eis obsequebātur sed phariseos vnanimiter adiuuabāt. De his tamē duabus heresibus atq; essenorū:in secūdo volumine iudaicę historię disseruimus.Hyrcanus autē post seditionē sedatā fœ-liciter vixit & principatū optime rexit annis viginti & vno:defunctusq; reliquit filios quiq;.Qui ma-xime his tribus rebus dignus a deo iudicatus est:magistratu populi:principatu sacerdotij & predica-tione prophetię Nam deus cum eo erat & futurorū presentiam ei donauit.Ita enim cognoscebat & prędicabat:vt etiam de duobus filijs prędicaret quod rerum domini non diutius permanerēt.Quo-rum interitū operepręciū est narrare: quatenus sentiamus quantū indigni fœlicitate partis fuissent.

❡Aristobolus hyrcani filius(patre mortuo)primus post captiuitatem dyadema sibi imposuit & fratrem suum Anthiochum fratribus alijs cum matre in vinculis constrictis simili dignitate ornauit. Quo accusato a maliuolis pręceptum dedit rex vt ad eum cum armis venientes custodes occiderēt. Mandauitq; Antigono vt sine armis veniret.Qui regina contrarium mandante dolose interfectus est.Quod iuda esseus propheta prędixerat vnde & Aristobolus diuina punitus vltione miserabili-ter interijt.Postq̄ itureos iudeis subegit.

Capitulum quintumdecimum.

Defuncto enim patre maior aristobolus magistratum ad regiam dignitatem transferre decreuit:primusq; sibi diadema imposuit post quadraginta & octoginta & vnum an-nos & tres mēses.ex quo de captiuitate babilonia populus liberatus ad propria reme-auit.Amans autē fratrem suum secundum antigonum simili dignitate eum ordina-uit.Alios vero vinculis tenebat astrictos.Inclusit etiam matrem de magistratu altercā-tem.Nam illam hyrcanus dominam esse reliquerat.Qui ad tantam crudelitatem per ductus est:vt vinculis eam penuriaq; consumeret.❡Insuper addidit matri etiā antigonū quem ama re videbatur & communis regni habere consortem accusationibus alienatus ab eo. Quibus primū quidem non credebat aliqua amore non admittens:aliqua vero per inuidiā arditratus dicta.❡ Sed cum antigonus clarus ab expeditione redisset tempore quo festiuitatem tabernaculorum deo cele-brarent contingit enim aristobolum teneri quidem morbo.Tum antigonus agens dies festos ad tē-plū ascendit valde splendidissime ornatus cū suis armatis & multum pro salute fratris orauit.❡ Mali uoli vero cupientes eorū separare cōcordiam:occasione se cepisse pōpam antigoni putauerūt: & vi-ctoriam eius corā rege pompamq; maliuole dilatabant.quomodo in celebratione tabernaculorū sub limęs apparuit.vt non hęc a priuato fieri viderentur.sed regię munificentię ostentatio crederetur eū q; cum multitudine militum venturum ad fratris interitum nunciabant. ❡Aristobolus autem cum his accusationibus credidisset inuitus timens ne in fratris suspitionem incideret simulq; suam custo-diam curans disposuit custodes corporis sui in subterraneo vel tenebroso loco. Iacebat autem ipse in turre quę antoniana dicebatur & pręcepit vt inermem occiderent nullum:fratrem autem antigo-num si armatus intraret interficerent.Mandauitq; antigono:vt sine armis veniret.Regina vero cum insidiatoribus antigoni persuasit mādata portanti contraria dicere:frater tuus inquit audiens cōstru xisse te arma ornatumq; bellicum petit vt ingrediaris cum armis: quatenus videat eorum facturam. ❡Quo nuncio antigonus nihil arbitratus dolosum sed confidens de fratris affectu: sicut erat arma tus ad aristobolum ingreditur vt armorum demonstraret ornatum.Cumq; ad turrem quę strationis dicitur peruenisset ab eis qui in tenebroso loco fuerant collocati prosternitur. ❡Cuius mors osten-dit nihil inuidia nihil accusatione validius neq; aliud magis fecernit fidem seu naturalem familiarita-tem q̄ iste passiones.❡Ammirari potest quilibet iudam esseum genere qui nunq̄ in his quę prędixi mentitus est.Nam hic cum vidisset antigonum per templum transire.clamauit suis & notis: qui gra tia prędicendi futura doctrinam eius obseruabent Melius est michi mori q̄ si mortem mentitus fuer antigoni.quem hodie video periturum in turre strationis. ❡Locus vero strationis distabat secenti stadijs vbi eum prędixit interfici·dieiq; iam plurima pars transierat: vt etiam dubitare vaticinio vi deretur.Cumq; hęc dixisset tristisq; esset nunciatur ei Antigonum in subterraneo esse defunctum Nam & ipsa turris strationis dicebatur eodem nomine:quo maritima nuncupatur cęsarea.Igitur v tem hoc perturbauit. ❡Aristobolum autem fraternę necis penitencia fletusq; possedit necnō etiā

Seditio iter saduceos & pharise-os hircano saduceorū partē fo-uente vnde ei a multitudie odiū concitatum est.

De legibus pha-riseorum quę in ter mosaycas le ges nō scribūtur

Diuites saduce-os paupes pha-riseos sequebāt.

Mortuus hyrca nus reliquit q[...] q; filias.

Laus hyrcani in tribus quia sacer dos dux populi & propheta.

Aristobolus hyr cani filius patre mortuo primus dyadema post captiuitatem si-bi iposuit & fra-trem suum.

Antigonum cu; matre alijs in vi culis constrictis simili dignitate ornauit.

Accusatus ātigo nus Aristobolus alieatus ē ab illo Inuidi antigonū fratri accusant.

Pręceptum ari-stoboli ad Anti-gonū vt sine ar-mis veniret ad quem regina cō trariū mandauit

Interitus dolo-sus Antigoni.

Nihil inuidia va lidius.&c.

Prophetia iudę essei de proxima morte antigoni.

Turris stratiōis.

Aristoboli diui-na punitio d fra terna nece.

egritudo mentem eius celeri dolore persuasit & intollerabilem passionem corruptis visceribus sustinebat copiamq; sanguinis euomebat. Quem dum puer aulicus portaret lapsus est in loco in quo maculę sanguinis antigoni adhuc permanebant vt arbitror dei prouidentia disponente. Quo facto clamor videntium fusum sanguinem eleuatus est: dum existimarent puerum hoc sponte fecisse. Clamorem vero cum aristobolus audisset causamq; requisisset tacentibus amplius minabatur: discere volēs clamoris causam. ¶ Homines enim suspicantur mala in his quę tacentur: & semper esse peiora putāt. ¶ Vt ergo cogenti & interiminanti veritatem aperuerunt: confunditur eius mens percussa cōscientia sua: gemensq; cum lachrimis ex alto pectore dixit. Nunquid latere deum potui in tam impijs & crudelibus factis. vt non pro scelere fraternę necis veloci pena consumerer vsq; quo improbū corpus prohibes animā ad vmbras fratris & matris accedere. Cur non eā celeriter reddis: sed paulatim libo sanguinē interempti. Quę cū dixisset: moritur regni primo anno. Qui etiam dictus est philellin alias philellen id est amator gręcorū. Multū vero patrię profuit. Nam subegit Itureos. plurimāq; eorū prouinciam iudeis adiecit: & compulit habitātes in ea vt si vellent in prouincia permanere circuncideren tur secundū leges iudaicas. ¶ Erat autē naturę valde modestę vel prudētis ingenij: sicut testimoniū prestat strabon noīe timagenes alias timagenis ita dicens. Modestus fuerat hic vir & nimium iudeis vtilis. Nam prouinciā eis acquisiuit: & partē gentis Itureorum sibi circuncisionis vinculo coniunxit.

Verba Aristobolis miserabiliter morientis anno primo regni sui. &c.

Aristobolus qui philellen dictus itureos subegit. & circūcidi fecit

¶ Salomę (quę a grecis Alexandra dicta est) aristoboli vxor ipso mortuo mariti fratres soluēs Iāneum qui alexander est appellatus regem ordinauit hic enim in galilea enutritus & genitus patrem hyrcanum nūq̄ viderat vnum enim ex fratribus (suscepto regno) interfecit. Et exercitum contra ptolomaidem ducens amicitias cum ptolomeo simulans eius auxilio zoilum subegit Ptolomeus quoq; Alexandri cognita fraude Iudeam cum exercitu inuadit & iudeos maxīa crudelitate debellauit: multos enim occidi & laniari & in cacabos poni ad comedendum pręcepit.

Capitulum. xvj.

Defuncto tamen aristobolo salomę vxor eius quę apud grecos alexandra noīatur soluens fratres eius quos aristobolus tenebat vt prędictū est: Iamneum qui & alexander dicebatur regem ordinauit ętate maiorē: qui nunq̄ ad faciem patris venit. Causa vero huius odij dicitur fuisse. Cum diligeret priores suos filios hyrcanus antigonum & aristobolum & ei apparuisset in somnis deus & interrogasset eum quis filiorum successor eius existeret: deo demōstrante vultū istius contristatus quod omnium bonorum suorum hic heres existeret. genitum in galilea nutriri dimisit. ¶ Deus vero nequaq̄ mentitus est hyrcano. Namq; reginam post aristoboli finem iste suscepit. Qui vnum e fratribus suis nitentem regnū pręsumere interfecit: alterū vero volentem innocenter viuere honorabiliter tractabat. Is enim dū principatum suum sicut & videbatur vtile disposuisset expeditionem contra ptolomaidem egit: pugnaq; commissa victor in ciuitatē hostes cōcludens obsidebat eos Nam ex ciuitatibus maritimis ptolomais & gaza solę vt subijcerentur restabant: necnō etiam zoili tyranni stationis & dora. Sed philometorę anthiocho fratreq; eius anthiocho ciziceno inuicem decertantibus suasq; vires perdētibus nequaq̄ ptolomaitę sperabant ab illis auxilium. Quibus obsidione exhaustis zoilus qui turrem strationis doramq; tenebat agmen militare nutriens tyrannidem meditatus est dum reges contra se bellarent & paululum ptolomaitis subueniebat: quia nec reges talem familiaritatem circa eos habebant vt considerent, ab eis mereri solatia. Vterq; enim tolerabat quod sepius atheletis contingit qui cum viribus diffidunt: erubescentes cedere ocio vel requiei certamina differunt. ¶ Reliqua ptolomaitis spes erat in rege ęgiptiorum ptolomeo latyro. qui cum a matre depulsus a regno fuisset: cyprum habitabat. Igitur mittentes ad eum ptolomaitę petebant auxilium venire quatenus a manibus alexandri periclitantes eriperet. Spem etiam nos minimam ei legati excitauerunt dicentes si transiret ad syriam habere gazeos & zoilum insuper & sydonios & multos alios ptolomaitis secum pugnantibus. Quibus incitantibus: nauigare festinauit. ¶ Per idem tempus demetrius orator eloquentissimus persuasit eis sententiam permutare: melius esse dicens incertum iudeorum sustinere periculum quam manifestam suscipere seruitutem dum se traderent domino. quo facto non pręsens solum haberent bellum: sed multo maius ab ęgypto sperarent. Nam & cleopatrā: nequaq̄ pati filium vicinum exercitum aggregare dicebat. sed venturam cum maximo contra eum exercitu quę properabat ex cypro filium eijcere & cum ptolomeus nihil proficeret rursus cyprum fugerent ipsi vero nouissimum haberent periculum. ¶ Ptolomeus vero q̄uis per viam cognouisset ptolomaitarum voluntatem mutatam non minus tamen nauigauit & applicauit in siccamina ibiq; vires suas deposuit. Omnis vero exercitus eius erat cum equitibus & peditibus triginta milia. Quos cū iuxta ptolomaidem produxisset & applicuisset valde cogitabat quoniam neq; legatos eius susciperet neq; verba audirent. Sed cum venisset ad eum zoilus & gazei ac peterent sibi auxilium pręberi quod terra eorum a iudeis & alexandro depopularentur: soluit obsidionem alexander ptolomei timore

Salomę quę alexandra dicta est Aristoboli vxor ipso mortuo fratribus solutis iāneū qui Alexander dictus est regem ordinauit.

Alexander exercitum cōtra ptolomaidē ducēs.

Zoilus tyrannidem meditatus ptolomaitis spē nutriebat.

Demetrij oratoris cōsilium ptolomaitis.

Ptolomeus cum exercitu ad ptolomaidem venit

reuersusq; ad propriam terram. ¶ Deinceps bella disponebat latenter quidem contra cleopatrã ptolomeum inuitans: aperte vero amicitias se cum eo componere simulans. Et quatuor milia talẽtorum argenti se dare promisit si zoilum tyrannum depelleret: terramq; eius iudeis traderet. Tunc ergo ptolomeus alexandri amicitias suscepit: & zoilum subegit. ¶ Deinceps cum audiret latenter ad cleopatram matrem eius mandasse. soluit pacta quę cum eo fecerat atq; fidem: & ad ptolomaidem quidem accedens obsidebat. quod eum non suscepissent. Ibiq; relinquens ducem & partem sui exercitus vt obsessos custodirent: cum reliqua parte iudeam populaturus inuadit. Alexander vero cum ptolomei pręuaricationem audisset congregauit prouincialium quinquaginta milium vt autem alij hystoriarum scriptores dixerunt octoginta milia. Cum ergo collegisset exercitum: concurrit ptolomeo. Ptolomeus itaq; subito inuadens asocron ciuitatem galileę die sabbatorum viriliter cepit eam. Vnde decem milia corporum: & aliam multam prędam abstulit. Cumq; temptasset Sephorin ciuitatem pauco distantem spacio: ciuitate capta multos amisit: post autem cum alexandro bellaturus perrexit. cui cum alexandro occurrisset iuxta iordanem fluuium in loco qui asaphon dicitur non longe a iordane fluuio castra sua disposuit habens octo milia pugnatorum/ quos hecatõtamachos vocabat id est contra centum pugnantes quoniam ęreis scutis vtebantur. Verum etiam: fuerunt & ptolomeo propugnatores cum ęreis clipeis sed minus iudeis ornati: ideoq; milites ptolomei timidi ad prelium accesserunt. Sed non paruam audaciam imminebat eis philostephanus. qui strategematum peritus eos fluuium transire prohibebat. super quem castra sua posuerat. Alexandro vero inter hęc minime visum est transitum eorum vetare. dum putaret quia si fluuium post dorsum haberent: nequaq̃ possent a pugna recedere. At in principio prelij ex vtraq; parte fortiter pugnatum est pari animositate vel studio: vt ab vtroq; exercitu multi prosternerentur. Sed cum alexãdri exercitum superiorem philostephanus vidisset milites diuidit: & defectos suos fortiter adiuuans. Nulloq; subueniente iudeis partem illam cum eis qui prope stabant ad fugam conuertit. Quod cum vidissent milites ptolomei: secuti iudeos interficiebant. Post autem reuersi reliquos ad fugam verterunt: & tandiu prostrauerũt eos vsq;quo ferrum & manus eorum defecissent. Triginta ergo milia virorum occisa fuisse dicuntur. Timagenis vero quinquaginta retulit. reliquos autem captos: paucos vero ad suam fugisse prouinciam. ¶ Tunc ptolomeus post victoriam prouinciam peragrans: vespere facto in quosdam iudeę villas ingressus est. Quas plenas mulieribus & infantibus inueniens iussit militibus suis vt occiderent & laniarent: membraq; eorum in cacabos mitterent ad coquendum. Hoc autem simulauit vt hi qui fugerant a pugna putarent hostes suos carnibus humanis vesci & exinde eos valde metuerent. Cepit vero & ptolomaidem sicut alibi retulimus.

> Ptolomeus (cognita alexandri fraude) ptholomaide obsessa iudeam cũ exercitu populaturus inuadit.
>
> Exercitus alexãdri contra ptolomeum numerus & conflictus ptolomeus vincit.
>
> Hecatontamachos quid significat.
>
> ¶ Victi iudei fugiunt.
>
> Trigita milia iudeorũ occisi dicuntur.
>
> Crudelitas ptolomei qui mulieres pręcipiẽs occidi & laniari in cacabos poni iussit adeaquend.

¶ Cleopatra nauali exercitu & pedestri contra ptolomeum filium iudeam vastantem egreditur Cuius exercitus duces celchias & ananias ptolomaidem obsederunt quo tempore celchias ptolomeum persequens moritur. Et Ananias pro iudeis intercedens cleopatram flexit. Theodorus quoq; iudeos insperate inuadens decem milia interfecit. Quo facto Alexander exercitum iuxta maritima loca ducens Raphiam & Anchidonam quę postea Agripias est ab herode appellata expugnauit. Et Gazeis iratus quoniam ptolomeum auxiliatorem vocassent eorum prouinciam deprędauit contra quem Aplodotus Gazeorum dux exercitum ducens multos Iudeos interfecit. Alexander vero quingentos ex primatibus in templo apolinis occidit.

Capitulum.xvij.

Cleopatra aũt cũ respiceret filium suũ crescere. & iudeam licenter deuastare ciuitatẽq; gazeorum subiectam habere: negligere recusauit dum iam in portis suis eum pręsentem speraret esse futurum: & amari ab ęgyptijs propter virtutem eius eum putaret statim cum nauali exercitu & pedestri contra eum egreditur duces totius militie celchiam & ananiam iudeos pręponens: pecunias vero multas nepotesq; suos & testamenta apud Choos alias coes insulam commendans. Cumq; iussisset filium suum alexandrum cum maxima classe manum ad phenicẽ nauigare propter refugia: omnem suam expeditionem cleopatra in ptholomaide deposuit. Cumq; eam non suscepissent ptolomaitę: obsedit ciuitatem. Ptolomeus autem a syria contra ęgyptum festinauit putans eam subito sine militibus existentem occupare. sed spe sua deceptus est. Per idem tẽpus & celchias vnus ex ducibus cleopatrę circa inferiorem syriam ptolomeum persequens moritur. Cleopatra vero cum audisset filij conatum. & nullatenus eum egiptij sicut sperabat suscepissent trãsmisit militię partem: quę de prouincia ptolomeum depelleret. Qui reuersus ab ęhipto iterum in gaza hyemabat. Interiecto vero tempore cleopatra custodiam ptolomaidis cum ciuitatis obsidione suscepit. Ad quam cum alexander summa dona deportans venisset dixitq; mala a ptolomeo se passum refugiumq; non alibi nisi apud eam habiturum: quidam amicorum persuadebant ei vt prouinciam iudeorum percurerret & obtineret: neq; contemneret tam optimam multitudinem iudeorum:

> Cleopatra cõtra filium ptolomeum: arma parat ptolomaidẽ obsedit.
>
> Celchias morit̃.

sibi sufficere. Cumq; ananias contradicens suaderet iniustum esse si hominem auxiliatorem priuaret propria potestate verumetiam & cognatos suos esse: nam te minime volo ignorare inquit regina q̄m propter hanc iniquitatem inimicos iudeos omnes habebis. Hęc ergo anania persuadente cleopatra flectitur nichil penitus alexādrum ledere sed societatem cum eo composuit in scythopoli syrię. Qui cum a ptolomei timore liberatus esset. exercitum statim contra humilē syriam produxit & expugnauit Gadaram decem mensibus oppressam & amathūta magnum propugnaculū habitantium super iordanem vbi optimus vel industria dignus theodorus zenonis presidebat. Qui insperate iudeos inuasit. & decem milia interfecit: sarcinasq; alexandri diripuit. ¶ Quo facto nequaq̄ perturbabat̄ alexander: sed mox iuxta maritima loca ducit exercitum & raphyam & anchidonam expugnauit quā postea herodes agrippiadam nominauit. ¶ Cum videret ptholomeū a gaza ad cyprum redisse. matremq; eius cleopatram ad ęgyptum gazeis iratus quoniam ptolomeum auxiliatorem cōuocassent: ciuitatem obsedit prouinciamq; eorum depredauit. Sed aplodotus dux gazeorum cum duobus milibus peregrinis & decem milibus ciuium in exercitū iudeorum ruit. & q̄diu nox erat vincebant gazei: arbitrātibus iudeis rursum ptolomeum superuenisse. Postero autem die facto cognoscentes iudei veritatem: reuersi gazeos inuadunt & prosternūt mille. Quibus adhuc resistentibus neq; multitudine perterritis gerere prelium. & quicquid aduersi accidisset tolerare passi sunt ne hosti subiicerētur. Exhortabatur autem eos rex arabum arethas magnanimus vir qui sperabatur in eorum auxiliū venturus. Sed contigit anteq̄ veniret (aplodoto perempto) ciuitatem capi. Nam lysimachus frater eius inuidens q̄ ei tam magna gloria a ciuibus prębebatur interfecit eum militaremq; congregans phalangem ciuitatem alexandro prodidit. Qui statim cum ingressus fuisset quieuit. ¶ Post autem milites gazeis immisit vt eos cruciarent: & per diuersa loca ꝓsternerent. Nec tamen gazei animas debiles sed pronas habētes venientibus iudeis resistebant: nec paucos dilaniabant. Alii vero desolati domos suas incendebant ne aliqua spolia aduersarii possent inuenire. Alii quippe & liberos cum vxoribus suis manibus interficiebant. quatenus seruitutē inimicorum vel taliter euitarent. ¶ Cumq; quingenti ex primatibus eorum in templum apollinis confugissent quorum consensu proditio facta erat hos abstrahens alexander occidit. ciuitatēq; post anni obsidionē deponēs ad hiorosolimā remeauit.

Ananias dux exercitus cleopatrę. ꝓ iudeis cā flectit.

Theodorus zenonis iuadēs iudeos multos interfecit.

Anchidoma q̄ postea ab herode Agrippias ē appellata.

Arethas arabū rex lysimachus frēm occidit.

Aīositas gazeorū cōtra iudeos. Alexāder quingētos in templo apolinis iterfecit.

¶ Mortuo Anthiocho Crispo Seleucus filius eius regnum suscepit & Anthiochū cizicenum debellauit post quem Antiochus filius filius eius cum Anthonio pio Seleucum debellauit & tributariū fecit quem indignatus populus in palacio incendit Et Anthiochus Seleuci frater Cizicenum prostrauit cui successit philippus ptolomeus quoq; latirus demetrium quartum fratrem regem constituit & Anthiochus in bello parthorum occiditur. Tunc quoq; contra Alexādrum maxima iudeorum seditio orta est qui cedrinis virgis eum iaculabantur. Ipse vero contumeliosos occidit. Inimicitias etiam contra eum iudei sex annis exercuerunt quorū quinquaginta milia interfecit. Cap. xviii.

Eodem tempore & anthiochus qui Crispus dicebatur moritur insidiis Heradiani anno vite sue quadragesimo quinto imperii vero vicesimo nono. Cuius principatū cū filius eius seleucus suscepisset. bellauit etiā contra fratrem patris anthiochi: qui cizicenus noīabat̄. Quem cum vicisset & cepisset. interfecit. ¶ Non multo vero post ciziceni filius antiochus & antonius pius cum p̄uenissent in arado al's arado coronāq; sibi imposuissent cōfligunt cum seleuco quē post victoriam ex omni syria depulerunt. Qui cum fugeret in ciliciam & p̄uenisset in mopsuestiam iterū eis pecunias exhibebat. Tunc populus mopsuestenus indignatus placitū incendit: eumq; cū amicis extinxit. ¶ Antiocho vero ciziceno adhuc syrię regnante seleuci frater anthiochus cōtra eum bellum ꝓduxit: victumq; cum suo ꝓstrauit exercitu Post ipsum vero & frater eius philippus cū imposuisset sibi dyadema in parte aliqua syrię regnabat. ¶ Ptholomeus vero latyrus quartū fratrem eorum demetriū qui eutherus al's cerānus dicebat̄ agnido deducens in damasco regem cōstituit. His autem duobus fratribus ptinaciter antiochus resistēs citius occiditur. Nam laodicię gaminorū reginę contra parthos bellanti cum socius aduenisset: viriliter pugnans occubuit: syriam vero duo fratres eius tenuerunt demetrius & philippus sicut alibi demonstratū est. ¶ Alexander autem dum cōtra eum sui seditionem mouissent in die qua festiuitas tabernaculorū agebatur & super aram staret immolaturus: virgis cedrinis iaculabant̄ eum. Nam legittimum est apud iudeos in cenophegiis vnumquemq; portare virgas ex palmis & cedris. Demonstrauimus hoc etiam in aliis. ¶ Verumetiam contumeliose eum aggressi sunt cum ingressi fuissent dicentes de captiua genitum & honore sacrificii non dignum iratus ergo sex milia eorū occidit. Parietem vero ligneū circa aram & sacrarium cōstituens: vsq; ad altare in quo solis sacerdotibus licet ingredi: multitudinis introitum prohibebat: simul & peregrinos pisidas & cylicas. Nam syris inimicus existens: non eis vtebatur. Cumq; arabas moabitas & galaditidas vicisset: tributorum incre-

Mortuo anthiocho Crispo Seleucus filius eius suscepit regnū qui Anthiochū cizicenū debellauit.

Antiochus fratur Seleuci cizicenū prostrauit cui successit philippus.

Seditio populi cōtra alexādrū.

Iudei scenophegiis virgas cedrinas solēt portare.

Inimicitię iudeoꝝ cōtra alexādrū quos sex annis debellās occidit quinquagi ta milia eoꝝ.

mentum eis imposuit & amathunta expugnauit non audente theodoro cum eo confligere. ¶ Cūq; conseruisset pugnam contra obidam al's Abidam regem arabum & incidisset in insidias altissimę val D lis iuxta galaditiden indeq; confugerunt ad hierosolimā:super infelicitatem suam habuit etiam gentem iudeorum inimicam cōtra quam pugnans annis sex.interfecit quinquaginta milia. Rogante vero eos vt odium(quod in eum haberent)soluerent:magis horrebant eum propter hęc quę acciderūt Cumq; interrogaret eos quid vellent fieri:omnes clamabant mori eum.

¶ Iudei demetriū rogant contra Alexandrum auxilium dare qui cum maximo exercito veniēs omnes Alexandri cōductos milites occidit.Sed fugiente Alexandro sex milibus iudeorum ad eum collectis demetrius quidem timore recedit.Iterum quoq; iudei bellum contra eum mouētes ab eo vincuntur quorum octingentos potentissimos fecit crucifigi & liberos vxoresq; eorum coram ipsis adhuc viuentibus occidi.vnde humanam excedens vindictam a iudeis trucida est appellatus. Demetrius vero a iudea in beroam discedens fratrem suum philippum obsidēs capitur & mitridati datur Anthiochus(qui liber nūcupatus est)philippi frater regnauit in damasco cuius artem milesius dedit philippo sed populi eius ingratitudinē ab eo abstulit et illam Anthiocho seruauit. Anthiochus quoq; exercitum contra iudeam ducens occiditur a rege arabum post quem Arethas regnauit in siria inferiori.Qui alexandrum vincens cum pactis recessit a iudea.Alexander autem crapulę indulgens infirmatur. Qui moriens reginę pręcepit vt pharisеos honoraret. & eis in gubernatione regni vteretur.mortemq; tacent militibus vsq;quo hierusalem victrix rediret suumq; cadauer ad volūtatem dari militibus.

Capitulum nonumdecimum.

Iudei demetriū rogāt auxiliatorē hr̄e cōtra alexādrū qui venit cū maximo exercitu.

Tunc ad demeriū Cerannus destinauerunt vt eum auxiliatorem rogarent.Qui maximo cū exercitu dum peruenisset ad eos qui eum inuitauerāt circa sichimam ciuitatē castrametatus est.Alexander autē cum conductis sex milibus ducentis & iudeis viginti milibus qui ei fauebant:cōtra demetrium prexit.Cui equites fuerunt tria milia pedites vero quadraginta milia.Multa ergo ex vtraq; parte gerebanť demetrio quidem volente seducere cunctos milites alexandri tanq̄ grecos.alexandro autē tēptāte iudeos demetrio socios auellere.Cumq; neuter valuisset psuadere sed pugnā cōmisissent vincit demetrius & omnes alexandri cōducti milites occiduntur:fidei simul & virtutis probationē ostendentes. Multi etiam a parte demetrij milites cōciderunt. ¶ Cum vero per montana fugisset alexander:misericordia ruinę eius flexi colliguntur ad eum sex milia iudeorum. Et tunc quidem timore recedit demetrius. ¶ Post autem iterum iudei contra alexandrum bella mouentes superātur ab eo multiq; eorum in pugna extincti sunt. Quorum etiam potentissimos in bethsamis ciuitate conclusos obsedit. Cumq; cepisset ciuitatem & tenuisset eos duxit ad hierosolimam: crudelissimam pœnam in eos exercuit.Nam dum & cenaret cum concubinis suis in excellenti loco crucifigi ex ipsis octingentos precepit.liberos vero & vxores eorum coram ipsis adhuc viuētibus occidi.Et hęc quidem ad vltionem fecerat pro his quę male passus erat:sed tamen humanam vindictam excessit.quis multum sudasset & laborasset in bello contra eos & in nouissimum periculum animę regniq; venisset.Non enim sufficerat eis contra se inuicem certare nisi etiam aduersus eum alienigenas ꝓuocassent.& ad talē necessitatem perduxissent vt terram moabitidis & galaditidis & vicos regi arabum traderet quatenus nō auxiliareť contra se iudeis:sed & alia multa conferret.Quapropter videtur hęc iuste fecisse.ideoq;ꝓpter hanc crudelitatis exaggerationem vocatus est a iudeis trucida.Aduersarij tamen eius octo milia noctu fugerunt & quādiu vixit alexander exulabant.Et iste quidem liberatus a seditione eorum cum omni quiete in posterū regnauit. ¶ Demetrius autem cum a iudea in beroam discessisset obsidebat fratrē suum philippum:cui decem milia peditum erant:& mille equites.Straton autem beroee tyrannus philippo auxiliū prębebat & zizum al's Titicum principē arabum conuocabat:necnō etiam mitridaten synachen pręfectum parthorum. Qui cum venissent cum multa expeditione & obsedissent demetriū intra castra.sagittisq; & siti eum angustassent cōpulerunt milites eius vt eum traderēt. Cumq; depopulassent prouinciam & demetrium cepissent.Hunc quidem mitridati parthorum regi transmiserūt:captiuos vero anthiochenos gratis anthiochenis reddiderunt.Mitridates itaq; parthorum rex demetrium maxime honorabat vsq;quo terminus vitę eius venisset. ¶ Philippus vero a pugna statim ad antiocham perrexit.eamq; tenens syrię regno potitus est. ¶ Post vero anthiochus frater eius(qui nuncupatur liber pater)vendicans principatum ad damascū peruenit.ibiq; regnauit.Cūq; contra arabas exercitum duceret philippus frater eius ad damascum perrexit. Tunc milesius qui custos arcis relictus erat simul cum damascenis ciuitatem philippo tradidit.Ingratus philippus milesio extitit:cnm nichil omnino pro traditione ciuitatis ei donaret.Nam timore putabat milesium ꝓdidisse.Quapropter in suspitionē eum habebat. ¶ Qui rursus a damasco depellitur.Nam cum phi

Alexandro/suis cōductis militibus occisis,fugiente sex milia iudeoꝝ colliguntur

Hūanā vindictā excessit Alexād vn̄ vocatus est trucida a iudeis

Demetrius frēm suū philippū in Beroa obsideba cui auxiliatores Straton.&c.

Anthiochus liber. pat dictus philippi frater regnauit in damasco sed millesius philippo arcem dedit.

lippus ad circum exisset milesius clausit damascum: & anthiocho seruauit. ¶ Quod factum cum audisset de philippo antiochus reuersus arabiam expeditionem statim contra iudeam parauit: pedites quidem octo milia: equites autem octingentos. Cuius Alexander congressionem timens fossam altissimam fodit circa capharbasa alias Capharsalā (quę nūc antipartis vocatur) inimicū eius faciens vsq; ad ioppen. Cumq; murum edificasset & turres ligneas erexisset per stadia centum quinquaginta: anthiochū expectabat. Ille autem hęc incendio cremans: exercitum suum exinde ad arabiam trāsduxit Cui rex arabum cedens primum. deinde ex improuiso cum decem milibus equitum adueniens / occursionē anthiochi fortiter debellauit. Dumq; vinceret. anthiochus occiditur: auxilium parti laborāti ferendo. ¶ Postq̄ vero cecidit anthiochus milites eius ad chanam villam cōfugiunt: vbi plurima pars eorum fame cōsumitur. ¶ Post hunc imperat inferiori sirię arethas receptus in principatu a damascenis propter ptolomei iuuenis odium. Qui cum militiam congregasset contra iudeam & circa Idida vicum prelio vicisset alexandrum: cum pactis a iudea discessit. ¶ Alexander autē iterum cum inuasisset diam ciuitatem: contra essamon perduxit exercitum vbi plurimę vel mirandę res zenonis fuerant quam tribus aggeribus circundans pugnando inuasit. Exinde contra gaulam & seleuciā pgit. Et has cū cepisset. subegit etiam vallā (quę anthiochi dicitur) castellum quoq; gamala. ¶ Sed cū multi demetrium ducem illorum locorum accusarent: nimis eum indignatus damnis affecit & tertiū complens annum soluta expeditione ad sua reuersus est. Quem iudei grate omnino propter fœlicitatem eius accipiūt. ¶ Per idem tempus iam syrorum & idumeorū & phenicum ciuitates iudei possidebant. Iuxta mare quidem stationis turrem Appolloniam Ioppen Iamniam Azotum Gazan Antidonem Raphya Rynochoro. In mediterraneis vero per idumeā samariam carmelū montem & thabirium montem Scitopolim Gadaram Gaulanitiden Seleutiam Gabaia Moabitidem Sebon Midabalē Baoreneemaga & onzora cilicū Aulonē Pellantē hanc etiam destruxerūt cum nō permisissent habitātes in ea patrios iudeorum mores suscipere alias quoq; ciuitates euerterūt. ¶ Post hęc rex alexāder crapulę multum indulgens iu inualitudinē incidit & tribus annis quartano typo laborās nec sic tamē ab expeditione quieuit donec in laboribus expiraret. Mortuus est autem in monte garasenorum rabaga castellum trans iordanem obsidens. ¶ Quem vidisset regina propinquantem leto nullamq; salutis spem habentem. deplorans futuram desolationem suam & filiorum ait. Cur me ita relinquis cum filijs alterius auxilijs egentem dum sic scias aduersariū tibi gentem existere. Tunc ille persuasit ei mādata sua custodire quatenus certū cum filijs tutaretur regnū & vt mortē eius militibus celaret vsq; quo castellum caperet deinceps vt ad hierosolimā victrix & splēdidissima rediret & phariseis potestatē daret quid vellent agere eosq; honore pferret quatenus laudantes eam illi propter honorē sibi illatum fidam ei gentem cōstituant. Nam posse hos multum apud iudeos dicebat & ledere si quē abhominarentur & prodesse cui fideles existerent cum nimium a populo crederetur quicquid vellēt de aliquo seuissimum referre seq; mulctatum aiebat quod phariseos aliquam contristasset. ¶ Tu igit inquit cum ad hierosolimam perueneris conuocatis militibus eis meum corpus ostende. & permitte eis qualiter velint vti meo cadauere. siue contumeliose velint & insepultū relinquere q̄ a me iniqua ppessi sunt seu aliquid in corpus meum deseuire concede: neq; sine illorum consilio velis aliquid in tuo regno discernere. Quod si hoc ad eos dixeris ego quidē clariore dignior ab eis funere q̄ a te habebor cū ira post mortē in aliquo non seruetur: tu vero firmum tibi conficies principatū. Hęc cū suę persuasisset vxori: decessit imperij sui vicesimo septimo anno: ętatis vero quadragesimo nono.

¶ Alexādra mariti mandata perficiens cadauer mariti regniq; gubernationē phariseorum commēdans iram eorū extinxit & amicos sibi parauit. Quę a populo dilecta hircanum sacerdotē fecit principem & phariseis principatum regni committens eis multitudinem obedire pręcepit. Nomen vero regnum tantum retinuit Pharisęis autem rempublicam perturbantibus Alexandri consiliarios occidi procurātibus conqueruntur potentissimi de eorum regimine Aristobolum quoq; cum exercitu contra ptolomeum destinauit qui nichil dignum agentes reuertūtur ad hierosolimam. hęc tygrani contra iudeā venienti cum donis legatos misit. Ipsa autem infirmante Aristobolus regnum inuasit quod reginę nunciatur. Et moritur Alexandra anno regni sui nono & ętatis septuagesimo tertio multipliciter quę sexus de fœlicitate nunq̄ succubuit callida circa regni detentionem & inimicis sui: generis potestatem tribuens & miserijs regnum post mortem propter indispositionem compleuit gentem tamen in pace custodiuit.

Capitulum vicesimum.

A Lexandra tamen cum castellum cepisset secundum mariti mandata phariseos alloquitur: & illorum potestati mariti corpus & regni gubernationem commendat & in iram quidem eorum quam in alexandrū habebant extinxit: fideles vero eos & amicos sibi parauit. Qui secūdo populum ad concionem conuocantes: res gestas alexandri: explanauerunt regem

Philippus ppt ingratitudinē a damasco depellitur.

Anthiochi exercitus contra iudeam.

Occiso anthiocho milites fugiunt ex eorum maxima pars fame cōsumit.

Arethas rex syrię inferioris cōtra iudeam. &c.

Alexāder cōtra diam ciuitatem

Possessio iudeorū tpe alexādri.

Alexāder crapulę nimis īdulgēs infirmat. morit tn̄ in bello.

Regina ad Alexandrū morientē

Phariseos alexāder pcipit honorare &c.

Pręcipit alexander cadauer suū militibus ostēdi & ad eorum volūtatē dari &c.

Alexādra mariti mādata pficiens phariseorū ptāti corpus ma

riti & regni gubernationē commēdans irā extinxit & amicos parauit.

Alexādro mortuo duobusq; filijs relictis hircano. s. & Aristobolo.

Alexādra a populo dilecta rexit impiū & hircanū principem sacerdotū fecit phariseis tñ oia cōmittēs multitudinē eis obedire ꝑcepit.

Cōq̄runt potentissimi de regimine phariseorum.

se dicentes iustum & magnum perdidisse: & tantum populo luctum & mesticiam laudibus regis intulerūt vt exequias ei meliores quam ceteris regibus exhiberēt. ¶ Alexāder autem liberos relinquēs hyrcanum & aristobolum vxori alexandrę regnum tradidit. Ex filijs tamen eius alter hyrcanus rerum gubernationē ignorans/ vitā ociosam eligerat. nouissimus vero aristobolus efficax & audax erat Igitur a populo mulier diligebatur: eo ꝙ videbatur contristari de quibus maritus eius peccasset. Quę principē quidem sacerdotū hyrcanū ꝓpter ętatem magis autē propter innocentiam ordinauit phariseis tñ omnia facere ꝓmittens quibus obedire multitudinē pręcepit. Et si quid legū hyrcanus socer eius soluisset quod pharisei scdm patriam traditionem introduxerant: hoc iterum restituit. Nomen ergo regium ipsa tantū ferebat: omnem vero potestatē pharisei possidebant. Nam & transfugas educebant: & ligatos soluebant: & nichil a dominis penitus differebant. Verūetiam prouidentiā sui regina faciebat. dum multos cōductos milites contineret. suasq; vires duplas ostenderet vt iam in circuitu reges terreret: & caperet obsides ab eis trāsmissos. ¶ Pacem vero omnis habebat ꝓuincia pręter phariseos. Nam hi rempublicā conturbabant reginam flectere molientes quatenus occideret cōsiliarios alexandri: qui eum hortati essent octingentos interficeret. ¶ Ex quibus vnum ipsi occiderunt diogenem: & post ipsum alios multos. Vsq; quo potentissimi eorum in aulam intrarent cum aristobolo: cui videbantur molesta facta phariseorū. Apparebat ꝙ vellēt (occasione accepta) matrem a regno deponere. Qui cum ingressi fuissent: ammonebant eam quanta fecissent per quę firmam fidē suo dño conseruassent: pro quibus etiam multa ab eo merita cepissent. & petebant ne omnino spem eorum euerteret. Nam cur fugeret aduersariorum pericula. si deum ab inimicis tanq̄ pecora tolerarent. Dicebāt etiam si contenti essent aduersarij mortuorum interitu: propter dñorum fidem se patiēter ea quę contigerunt perferre. Si vero in hisdem pharisei permanserint petebant dari licētiam recedendi. Nam propter visionem eius nullatenus pati saluti suę prouidere sed libenter in aula eius mori. ne perfidos eius post discessum putaret. Opprobrium vero reginę esse si neglecti socij mariti eius aduersarij traderentur. Nam gaudiū arethę arabo erit tot & tales viros a te alienare quorū prius fuerat terribile nomen auditū. Si vero phariseos pręponere iudicas vnumquemq; nostrum in castellis dispone: & si ita aduersarios vis erigere sine nos in humilitate consistere. Multa talia cum ei dicerēt: & ad misericordiam mortuornm & periclitantium vmbras alexandri inuocarent: omnes qui assistebant lachrimis cōpleti sunt. sed amplius aristobolus: qui dum suam ostenderet voluntatem multa cōtra matrem locutus est. Siquidem ipsi suę calamitatis causa fuerunt: dum ambitiose furenti meliori pręter constituta regni cōmitterent moderamina. Quę dum nichil sciret quid ageret. ad postulationem eorū custodiam castellorum illis prębuit pręter hyracaniam & alexandriam & macherunta: vbi vero pręciosissimę res eius repositę videbantur. ¶ Non multopost tamen filium suum aristobolum cum exercitu destinauit ad damascū contra ptolomeum: qui mineus dicebatur. Qui nichil studio dignum agentes: ad hierosolymam reuertūtur. ¶ Eodem tempore nunciatur tygranis cum trecentis milibus armatorum contra iudeam venturus. Quod nimis reginam & gentem perterruit: vt dona multa & nobilissima per legatos ei destinaret. Quem obsidentem ptholomaidam inueniunt. Nam regina selene quę & cleopatra syrię regnans suasit habitatoribus ptholomaidis vt tygranem excluderent. Qui cum peterent eum pro sua regina proq; sua gente: laudauit eam tygranis ꝙ ex longinquo legationem ei cum donis ttansmisisset. spem etiam bonam eis promisit. Capta vero ptholomaide tygrani nūciatur ꝙ mitridatem dum sequeretur lucullus. illum quidem fugientem ad hiberos minime potuisset comprehēdere: armeniam vero depopulaturus cognouisset. Quę cum obsedisset tygranis: donum reuertitur. ¶ Interiecto vero tempore alexandra regina cum in valitudinem seuissimam incidisset. placuit aristobolo rempublicā inuadere & per noctē cum vno famulo egressus ad castella perrexit vbi paterni amici sui degebant. Nam olim de actibus matris suę cōquerebatur. Tunc vero magis veritus est ne matre defuncta & phariseis regnum tenentibus omne genus suum deperiret. Pręuidebat enim futura ꝙ non posset principatui succedere: dum frater ei maior extaret. Conscia vero facti vxor eius fuerat quam illic cum sua generatione dimisit. ¶ Cumq; primum peruenisset in gabatha vbi potentissimus galestis eius amicus erat ab eo etiam suscipitur. Et post diem regina (cum aristoboli fugam vidisset. diuq; putasset discessionem eius non pro rebellione fieri) venerunt qui nunciarent iam tenuisse illum primum castellum & secundum & reliqua omnia. Nam vno comprehenso: simul ad illius voluntatem omnia festinabant. Tunc cuncta gens iudeorum cum regina in maximis cepit esse terroribus. Nam sciebant non longe abesse aristobolum: quatenus sibi principatum defenderet. Timebant etiam ne vltionem exigeret de illatis sibimet iniurijs. Placuit igitur vxorem eius cum genere in superiori custodia templi constitui. Aristobolum autem cum multi frequenter nunciassent regio circundatum ornatu: & intra quindecim pene dies loca viginti & duo occupasse vnde

Alexandra Aristobolū cū exercitu destinat ad damascū cōtra ptolomeū

Tygrani venienti cōtra iudeam misit regina cū donis legatos.

Infirma Alexādra Aristobolus regnū inuasit.

Nunciat̄ reginę ꝙ Aristobolus vult vsurpare regnum.

etiam militiam cōgregaret a libano vel trachonitide vel monarchijs: tunc seniores iudeorum & hyr
canus ad reginam intrantes petebant vt sententiam de rebus ferret instātibus. Nam aristobolus iam
pene obsidebat: tantis locis occupatis. Inhonestum enim putabāt (quis egritudine laboraret) sine ea
aliquid consilium capere. imminere vero sibi non longe post periculum clamitabant. Cumq; illa prę
cepisset eis agere quę estimarent ꝓdesse multas quoq; causas eis vtiles adesse demōstrabat id est gē
tem validam exercitum potentissimū pecuniarum copiam sibiq; iam deficiente corpore vanum esse
pro talibus laborem impēdere. ¶ Hęc cum dixisset non multo post decessit anno sui regni nono ętа
tis vero septuagesimo tertio: mulier quę debilitate sui sexus nunq̄ succubuit callida regni detentio
nem quod ex ipsis operibus euidēter ostensum est & quę preponeret futuris presentia & omia post
poneret potentię principali & cum nec bonum aut iustum attenderet ad summam calamitatem ne
gocia domus suę ita perduxit. vt post multa pericula & labores potestatem quam possedit non mul
to tempore tacta cupiditate perderet. Inimicis enim generis sui quam habuit tradidit potestatem &
principatum potentium amicorum gubernatione priuauit: & miserijs regnum post mortē suam com
pleuit propter malam dispositionem. ¶ Sed q̄uis ita regnasset gentem tamē in pace custodiuit. Ale
xandra ergo finem inuenit huiusmodi.

Mortua alexandra regni sui anno nono & ętatis septuagesimotertio que sexus debilitate nūq̄ succubuit. Inimicis gn̄is sui tradidit principatū &c. & miserijs regnū cōpleuit in pace tm̄ gē tē custodiuit.

¶ Explicit liber tertiusdecimus.

¶ Incipit liber quartusdecimus qui continet tempus annoꝝ .xxx.

¶ Bellum Aristoboli contra hyrcanū fratrem & hircani militibus ad fratrem transeuntibus pacis cō
ditio. Antipater autem diues Idumeus quem tamē Nicholaus damascenus dicit iudeum genere no
bilissimū fuisse ex illis qui ad iudeam a babilone sunt reuersi: hircani amicus fuit qui ab Alexādro to
tius Idumeę dux constitutus cum Arabis/Gazeis & Aschalonitis amicitias faciens iudeos contra ari
stobolum incitat: & hircanū natura bonum/ab Aristobolo fratre arrogante & facinoroso facit recede
re. Et hircanus ad Aretham arabum regem veniens (Antipatro stimulante) cui ciuitates quas pater
Alexander ab arabis ceperat reddere promittit eius auxilio fratrem tempore azimoꝝ obsedit. Iudei
quoq; oniam deo amabilem qui oratione plurima a deo in siccitate impetrauerat contra Aristobo
lum orare volunt compellere. Et ipsum neutraliter orātem interfecerūt. cuius mortem vltus est deus
vehementem ꝓcellam in fructus prouincię mittens eos consumpsit vnde maxima tritici caristia.

Capitulum primum.

ALexandrę reginę morte in superiori volumine demonstrata/sequētia referamus.
nichil aliud festinantes nisi minime quicq̄ de gestis rebus memorię preuidendo
preterire. Nam qui cōscribunt hystorias & res veteres indicāt: oportet eos ꝓpter
antiquitatē narrationi decus imponere vel explanationi rerū studere propter le
gentes: quatenus cū aliqua gratia vel delectatione experientiā rerum possint cō
cipere. Super omia vero certius cōscriptiones debent & veritatē dicere: vt rerum
ignari possint credere lectioni. ¶ Centesima octogesima olimpiade. quinto hor
tensio & quinto metello cretico cōsulibus bellum contra hyrcanū aristobolus preparauit. pugnaq; fa
cta hiericonte multi milites hyrcani ad fratrē eius transierūt. Quo facto hyrcanus ad arcē vbi aristo
boli vxor & filij a matre eius reclusi erant cōfugit. Cui de recōciliatione aristobolus verba faciens ini
micitias deposuit vt ipse quidē regnum teneret: frater autē priuatus viueret in sua possessione cōten
tus. Cūq; hęc disposuissent in tēplo & iusiurandū & dextras dedissent omni populo vidente discesse
runt ille quidē in aulam regiam: hyrcanus vero vt priuatus in aristoboli domū. ¶ Amicus igit̄ quidā
hyrcani genere Idumeus antipater dictus multas possidens pecunias & vir efficax: aristobolo suspe
ctus habebat̄ propter hyrcanū. ¶ Nicholaus tn̄ damascenus ait hunc iudeū genere nobilissimū fuis
se ex illis qui ad iudeam a babilone reuersi sunt. ¶ Hęc autē refert ad gratiam herodis filij eius (quē
regem iudeoꝝ contigit postea fieri) de quo apto tempore dicemus. ¶ Hic ergo antipater (qui prius
antipas dicebatur & eodem patris nomine appellabat̄) cū eum alexander rex & vxor eius ducem to
tius Idumeę ordinassem: amicitias inisse cum finitimis arabis & gazeis & ascalonitis perhibetur: mul
tis & maximis donis illos sibi coniungens. Et cum aristoboli potentiam iunior antipater formidaret
timens ne quid ab eo pateretur propter inimicitias latenter excitat contra eum iudeorum validissi
mos viros: iniustum esse dicens negligere: dum viderent Aristobolum iniquę principatū habere fra
tremq; eius priorem eiectum cui magis propter ętatem imperium debebatur. Et cum hęc ad hyrca
num verba faceret frequenter. & diceret periclitari vitam suam nisi prouideret fecit eum discedere.
Nam indicabat aristoboli amicos nullum tēpus pretermittere in quo nō persuaderēt eum interfici.
quatenus firmū sibi gereret principatum. ¶ His hyrcanus verbis minime credebat dum natura bo
nus esset & accusationē facile non admitteret. Faciebat autem eum innocentia & mentis remissio vt

Cōtinuatio ad ꝑcedentia.

Bellū Aristoboli cōtra hircanū frēm & hyrcani militibus ad fratrē trāsientibus inter eos pacis cōditio.

Antipr̄ diues Idumeus hircani amicus. quē tn̄ Nico. dam̄. dicit iudeū nobilissimū.

Antipr̄ antipas dictus dux ab alexād. Idumeę cōstitutus amicitias cū arabis & gareis &c. faciēs cōtra aristobolū iudeos incitat & hyrcanū facit a fratre recedere.

debilis & inualidus putaretur.cum contrarię naturę aristobolus esset. Nam facinorosus & arrogans erat.❡Sed cum antipater vidisset hyrcanum non attendere verba sua nullatenus parcebat accusationes factas de aristobolo singulis diebus illi inserere tanq̄ eum interficere festinaret. Quem vix impulit ad aretham regem arabum confugere. Nam ꝓmittebat ei auxiliatorem quoq; futurum. ❡Igitur cum hęc audisset hyrcanus arbitratus prodesse sibi ad finitimam iudeę arabiam discedere:pręmittit antipatrum ad arabiam regem fidem ab eo accepturum:ꝙ refugientem ad se non traderet inimicis. Cumq; accepisset fidem antipater:ad hyrcanum hierosolimam remeauit.❡Cum paucis ergo nocte de ciuitate egreditur. Cumq; multam fecissent viam ad petram ciuitatē perueniunt vbi palaciū arethę erat. Antipater autē dum multū amicus regis esset & rogaret eum vt hyrcanū ad iudeam deduceret. & hoc singulis diebus sine vlla intermissione faceret sed etiam dona promitteret:flectit arethā. Necnon & hyrcanus pollicitus est si restitueret patrię.regnumq; reciperet omnē terram & decem ciuitates quas pater suus alexander ab arabis ceperat reddere. ❡Fuerunt autem madaba Lybias Nabalota Arabata Galatona Iazoara Monslingon Edissa Ribdalusa Oriblo. ❡Cum has promissiones audisset:contra aristobolum exercitum quinquaginta milia ęquitum & peditum produxit.Sed cum in pręlio vicisset & multi post victoriā ad hyrcanū refugissēt:desolatus aristobolus ad hierosolimā recessit.❡Arabum autē rex omnē agens exercitum & applicans ad templum aristobolū obsidebat & abiecto populo iudeorum hyrcano:& pariter obsidente soli sacerdotes cum aristobolo permansere. Igitur arethas cum exercitu arabum vel iudeorum circūdans fortiter obsidioni imminebat. Quę cū fierent tempore celebrationis azimorū (quę pascha dicitur) probatissimi iudeorum prouinciā relinquentes in ęgyptum recesserunt.❡Onias vero quidam vir iustus deoq; amabilis qui dum non plueret orauit deum quatenus solueret siccitatem & audiens deus pluit:dum tunc eum celatum haberēt propter seditionem abstraxerūt.& in exercitum iudeorum ꝑduxerunt petētes vt similiter oraret cōtra aristoboli milites vt soluerentur sicut soluta est pluuia.❡Cumq; diu resisteret recusans:a multitudine compulsus in medio stetit ita orando dicens.Deus omnium rex quoniam hi qui mecum consistunt tuus existit populus & qui obsidentur tui sacerdotes sunt:peto vt neq; istos exaudias contra illos petentes.neq; illos contra hos orantes.Cum hęc orasset maliuoli iudei adorti interfecerunt eum Deus autem statim ab eis vltionem crudelitatis exegit. Nam pœnam exegit ꝓ morte onię.Hoc modo obsessis sacerdotibus & aristobolo celebratio paschę prouenit:in qua solemus multas deo immolationes offerre.Cumq; indigerent victimis aristoboli socij & petissent iudeos vt pro victimis quantas vellent pecunias acciperent:tunc illi mille dragmas dari pro singulo capite dixerunt. Cumq; libēter aristobolus & sacerdotes promisissent.per muros pecunias deposuerunt.Quas illi cum cepissent nequaq̄ victimas reddiderunt sed maliuolētia tacti fidei transgressores & impij coram deo pro fraudatione hostiarū extiterunt.Sacerdotes autē orauerūt ad deum quatenus impune hoc illis nō cederet.Qui nō remoratus pœnam procellam vehemētem acerrimamq; in fructus totius ꝓuincię mittēs cōsumpsit eos ita vt modius tritici dragmis vndecim emeretur.

Hyrcanus ad arethā regem stimulāte antipr̄e venit & Aristobolū debellat.

Ciuitates quas xāder ab arabis ceperat ꝓmittit hyrcanus Arethę regi reddere.

Aristobolus obsessus a rege Arabū & hircano

Onias iusto orāte deus pluit&c.

Oro onię quem neutral'r orātem occiderūt maliuoli iudei cuius mortē deus vltus est.

Caristia tritici ī iudea ꝓvltione mortis onię.

❡Pompeius Scaurum ab armenia ad siriam destinauit ad quem hircani similiter & Aristoboli venientes legati pro auxilio quadraginta talenta ꝓmittebant magisq; aristoboli recipiens ꝓmissa soluit obsidionem:quo discedente Aristobolus cōtra Aretham & hyrcanum parans exercitū vincit antipr̄i fratre occiso.Sed pompeio ad Siriā veniēte Aristobolus ad eum legatos mittit. Et antipater pro hyrcano legatus veniens Scaurū & Gabiniū pro acceptis pecunijs accusat.Pompeius autem iudeorū audiens discordias & vtriusq; partis rōnes Aristobolū de violentia criminatus est eos tn̄ leuiter allocutus dimisit sed postea contra Aristobolum mandata non curantē bellum duxit quo tempore Mitridates veneno a filio cōfecto in pontho moritur.

Capitulū secundum

Interea scaurum pompeius dum in armenia adhuc tygranem ipse debellabat ad syr[i]am destinauit.Qui dum ad damascum venisset & a lolio & metello nuper captam [in]uenisset in iudeam perrexit.Vbi dum venisset ad eum legati aristoboli vel hyrcani [in]grediūtur:petentes auxilia.Sed dum aristobolus promitteret quadraginta dare tal[en]ta:& nichilominus hęc etiam eadem hyrcanus offerret: scaurus magis aristoboli pr[o]missa suscepit. Nam & diues & magnanimus aristobolus erat.& omnino paruum erat quod dari postulabat.Alter vero pauper & tenax:& de maioribus perfidam promissionē preti[en]debat.Nam & simile non erat qđ petebant:id est virtute ciuitatē munitissimam capere & transfuga[s] cum multitudine nabatheorū depellere. ❡Pręedictis ergo causis flexus scaurus cū pecunias accep[is]set soluit obsidionē pręcipiens aretham recedere:ne romanis hostis appareret.Igitur scaurus iteru[m] discessit.aristobolus autem cū multis viribus cōtra aretham & hyrcanum parauit exercitum.Quibu[s] cōfligens circa locū qui capiron dicit vicit eos sex milia hostium ꝓsternens:intet quos etiā cephalo

Pōpeius Scaurū ab armenia ad Siriā destinauit cui aristoboli & hyrcani legati q̄draginta talēta ꝓ auxilio ꝓmittebant magis tn̄ aristoboli recepit ꝓmissa.

alias celaphon frater antipatri cecidit. ¶ Sed nõ multo post cum pompeius in damascũ peruenisset & inferiorem syriam percurrisset: venerũt legati ab egypto vel ab omni iudea: per quos miserat ei donum maximũ aristobolus vitem auream quingentorũ talentorum. Cuius mentionem fecit etiam strabon capadox ita referens. Venerũt vero legati ex egypto cum corona aurea quatuor milia solidorũ & a iudea vitis vel ortus aureus alias torques aurea quem nominabat tripynon alias terpuon id est delectabile. Hoc vero donum nos quoq; vidimus in templo rome capitolini iouis sacratum fuisse titulum habens aristoboli filij alexandri regis iudeorum: quod estimatũ est quingentis talentis. Igitur aristobolus iudeorum potentissimus: dicitur hoc donum misisse. ¶ Interiecto vero tempore rursus legati ad eum venerunt id est antipater pro hyrcano nichomedis pro aristobolo: qui etiam accusabant gabinium alias cabinium & scaurum q pecunias accepissent: ille talenta trecenta alter quadringenta. ¶ Cumq; iussisset pompeius certantes ad damascum venire instante tempore veris congregans pompeius appamenũ exercitum de locis hyemalibus ad damascũ properauit. Qui trãsitu suo mox appamenam arcem euertit quam anthiochus munierat cizicenus dum ptolomei minei prouinciam cõsiderauit viri maliuoli vt pene dionisio tripolitano deterioris: qui securi fuerat percussus. Et illum eum morte dignum inuenisset (acceptis ab eo mille talentis ex quibus stipendium militibus suis donauit) absoluit eum: necnõ & lysiadem oppidum cepit. vbi tyrãnus sylias iudeus erat. Cumq; ciuitates elyopolim & calcidem transisset in medio positum montem ascendit & ad inferiorem syriam damascũq; peruenit: vbi & comperijt quod iudei cum suis principibus hyrcano & aristobolo haberent discordiã totamq; audiuit gentem contra vtrosq; dicentẽ non debere sub regali ditione esse sed patrio ritu sacerdotibus obedire: quos deus venerari precepit. Hi namq; dum nepotes existerent sacerdotibus non cõtenti eo honore ad alium magistratum cupiebant gentem transducere: & seruitutis vinculis obligare. ¶ Hyrcanus autem accusabat q fratre maior esset. & ab aristobolo paruam partem puincie datam teneret aliam vero aristobolum violentiam cepisse confirmans necnon etiam incursiones contra finitimos & latrocinia illum perpetrare criminabatur neq; gẽtem iudeorum a se nisi per illius violentiam descendisse. Cui etiam hec alleganti testimonium plus mille optimates iudei prebebant. antipatro suadente. ¶ Aristobolus autem a principatu dicebat eum cedisse propter suam naturalem & inefficacem segniciem. pro qua contemptibilis videbatur. Se quoq; aiebat non tãtum pro regni ambitione sumpsisse principatum quantum metu ne forte ad alios migraretur: appellari se regem patris sui nũcupatione. Et testes cõuocabat iuuenes promptissimos quorum cultus purpure. vel come necnon phalere, aliusq; ornatus sic stupebat: vt nõ ad iudicium intrare sed ad põpam procedere putarentur. ¶ Pompeius tamen cum hec audisset aristobolum de violentia culpans: dimisit eos leuiter allocutus. Nam dixerat ad puinciam eorum sese venturum quo certius singula possit agnoscere: cum nabatheorũ primum prouinciam prouideret. & interim eos pacem habere precepit: aristobolo autem blandiebat ne prouinciam faceret rebellare. aditusue cõcluderet. qd & euenit. ¶ Aristobolus autem a pompeio regressus nec aliquid eorum (que ille monuerat) curans in delon ciuitatem venit exinde iudeam perrexit. Quapropter iratus pompeius expeditionẽ (quam contra nabatheos parauerat in damasco & a syria) legatosq; romanorũ contra aristobolum produxit. Cumq; peltam & scithopolim transisset in choreas peruenit que initium est iudee mediterranee: vñ munitissimum oppidum videtur alexandrũ nomine, quo aristobolus cõfugerat. Tunc pompeius ad eum declinans, iussit descendere. Multisq; suadentibus romanis non rebellare descendit. Cumq; disputasset contra fratrem suum de principatu rursus in oppidum pompeio cõcedente discessit ex hoc bis ac ter fecit sperans regnum obtinere ad omnia (que pompeius preceperat) obedire simulans donec rediret ad munimina sua timẽs ne regno spoliaretur & hyrcano principatus traderetur. Pompeius autem cum iussisset ei vt castella traderet. & custodibus propria manu scriberet quatenus eum susciperent obediuit hec scribere. Discedens autem ad hierosolimam bellum parauit. Interiecto vero tẽpore pompeio contra eum exercitũ ducente. quidam ex ponto veniens nunciauit mitridatem hausto veneno defunctum: quod illi filius suus pharnaces confecerat. Cumq; in hierico castra posuisset vbi maxime opobalsamum nascitur: vnguentum optimum cuius cum flos acuto lapide incisus fuerit distillat: mane hierosolymis ascendit.

¶ Aristobolo (quas promiserat p pace negante pecunias) pompeius ipsum ligatum ponit in carcerem & ciuitatem obsidet tuncq; hierosolimis de pompeio recipiendo aut eijciẽdo maxima fuit seditio. Qui tñ pisonem templi & palacij custodem fecit ipso templum atq; ciuitatem obsidente eius milites templum ingredientes omnes peremerũt iudeos magis mori eligentes q̃ imperfecta relinquere sacrificia maximaq; tunc fuit iudeorum cedes. Sed & pompeius templi pecunias & si plurime essent pompeius nullatenus pmissus tangere. Hircanoq; dedit sacerdotij principatum iudei. Itaq; ro-

Põpeio i damascũ veniẽte aristobolus legatos cũ aurea vite ad eũ misit strabõ capadox

Antipr legatus pro hyrcano ad põpeiũ veniens scaurũ & cabiniũ accusat

Põpeius damascũ veniẽs appamenã arcem euertit. &c.

Põpeius iudeorũ audit discordias & vtriusq; partis rões.

Rões hyrcani

Rationes aristoboli.

Põpeius aristobolũ de violẽtia culpãs eos tñ leuiter allocutus dimisit.

Põpeius cõtra Aristobolũ mãdata nõ curãtẽ bellũ duxit.

Mitridates veneno morit a filio cõfecto.

mani facti sunt subditi. Regnumq;(quod sacerdotibus dabatur) factum est populare. Et horum malorum causa hyrcani & aristoboli dissentio fuit Aristobolus quoq; vinctus romã cum liberis ducitur Alexandro filiorum nouissimo euadente Capitulum.iij.

Tunc aristobolus penitens ad pompeium descendit pecunias offerens & in hierosolimis eũ suscepit:rogabatq; bello desinere:& quęvellet cũ patre disponere. Põpeius autem veniã ei petenti pręstitit. & mittit gabinium cum militibus ciuitatẽ cum pecunijs obtinere. Sed cũ nichil horum penitus egissent gabinius redijt: negatisq; pecunijs de ciuitate exclusus est. Nam Aristoboli milites: pactis minime consenserunt. ¶ Quapropter pompeius iratus aristobolũ reclusit in carcerem & ad ciuitatẽ venit vndiq; munitissimã pręter septentrionalẽ partem. Circuit enim eam vallis altissima intus templũ cõcludens:lapideo muro fortissime constructum. ¶ Seditio tamen hominũ intus de pręsentibus rebus erat:quibusdã dicentibus pompeio tradi ciuitatem. Aristoboli vero socij excludere eum & repugnare p̃suadebant & illum haberi vinctum. Qui cum in templum refugerent põtem ab eo in ciuitatem transpositũ ad obsidionem parabant:alij autem exercitũ pompeij susceperũt & aulam ei tradiderũt. Pompeius autem pisonem legatum cum exercitu destinauit palatium custodire. & domum vel templum obseruare. Qui prius quidẽ verba pacifica in templo conclusus offerebat. Sed hi dum nõ obedissent:loca iuxta templum posita muris circundedit:ad omnia hyrcano ministrante. Pompeius autem mane circa templum a parte aquilonis vnde eos expugnare potuisset:milites collocauit. Fuerũt namq; & per illam partem turres altissimę & fossę altissimę: que vallo circũdabãtur. Ponte namq; deciso:munitior extiterat. In qua valle pompeius cum aggerem in circuitu siluam incidentibus romanis imponeret & videret satis fossam coequatam machinamenta vel instrumenta bellica tyro deportata superimposuit: per quę etiam templum deposuit. Sed si nobis non fuisset patrius mos septimo die vacare:nullatenus aggerem cõstruere iudeis repugnantibus potuissent. Nam bellantibus & occidentibus:resistere lex concedit. Si quid vero aliud aduersarij velint facere. nulla datur nobis licentia prohibere. Quapropter non certantibus iudeis nec manus armantibus turres erigere vel machinamẽta romanis licuit fabricare:quibus postero die vtebantur. Vnde potest nostra erga deum pietas legis custodia cognosci:q̃ nichil ob timorem obsidionis ad immolãdum impediti fuissent. Sed secũdo die mane & circa nonam super aram immolabant: & neq; inflictione belli sacrificium remittebant. Nam cũ capta fuisset ciuitas tertio mense ieiuniorum. cẽtesima septuagesima nona olimpiadę. gaio antonio & marco tullio cicerone consulibus hostes templum ingressi cunctos peremerunt. Qui sacrificijs occupati nullatenus sacra ruperunt. haud timore animę conturbati. haud dolore morientiũ expulsi:sed omnia voluerunt circa ipsas aras pati. dum putarẽt melius esse mori q̃ sacrificia imperfecta relinquere & hanc non esse laudem mendacem per quam nostra pietas apparet. ¶ Vera cuncta extitisse testantur qui pompeij gesta cõscripserunt inter quos & strabon & nicolaus necnon & tytus liuius romanę scriptor hystorię. At cum machinamentum primum illatum fuisset. turris maxima commota cecidit: & aperuit partem templi per quam hostes irruperunt. Quorum primus cornelius faustus Sillę filius cum suis militibus super murum ascendit post eum etiam per alteram partem furius centurio cum suis:in medio autem fabius & ipse centurio cum turba fortissima. Tunc omnia cede iudeorũ complebant. Quidam vero a romanis alij vero semetipsis occidebant. Erant etiam qui & pręcipites sese flãmis inter domos inijcerent:minime valentes violentiam sustinere. Cumq; prostrata viginti duo milia iudeorum romanorum vero pauci defuncti fuissent:capitur etiam absalon alias abstalon patruus simul & socer aristoboli. ¶ Non parua vero in templo commissa sunt dum ea quę priori tempore inuisibilia vel inaccessibilia erant adisset pompeius & qui cũ eo erant nõ pauci vidissent quę non liceret nisi sacerdotibus intueri. Inuenerũt autem mensam auream & circa eam candelabra vel libatoria non pauca nenõ & aromatũ multitudinem & in thesauris sacras pecunias duo milia talenta Quas pompeius penitus contingere noluit propter pietatem: etiam hoc dignum sua virtute fecit. Cumq; in posterum ministris templi pręcepisset illud purgare & legitima offerre deo:hyrcano principatum sacerdotij donauit quod ei vtilius apparuisset: & p̃uinciales prohibuit aristobolo auxilium pręstare. auctoresq; belli securi percussit. Fastum vero cum alijs qui propensius murum ascenderant pręmijs dignis honorauit: & hierosolimam sub conditione fiscalium Romanis exposuit. Ciuitates etiam quas prius iudei de inferiori syria ablatas subegerant sub suo principatu esse constituit & omnem gentem prius nimis extensam intra fines suos astrinxit. Necnon & gadaram pauloante dirutã edificauit demetrio donans gadarenos suo liberto reliquas autem ioppen & scithopolim & pellam vel dion & samariam: insuper & marisam & azotum & iamniam & arethusam habitatoribus reddidit:quę mediterraneę fuerant pręter alias dirutas. Gazã vero marithimã & ioppen & dora & stratõis

Aristobolus põpeio pecunias p̃mittit p̃ pace quas postea dare negat. quare iratus põpeius aristobolũ ligatũ ponit in carcerẽ & ciuitatẽ obsidet.

Seditio tũc hierosolimis de recipiẽdo põpeio aut expellẽdo.

Põpeius pisonẽ tẽpli custodẽ destiauit & palacij

Põpeius tẽplũ & ciuitatẽ obsidet.

Lex iudeorum hostibus resistere bellãtibus p̃mittit i sabbato sed non alia facientibus.

Capta citate põpeij milites templũ igressi oẽs p̃emerũt iudeos magis mori eligentes q̃ sacrificia relinquere iperfecta.

Strabon nicho. & tytus liuius pompei gestorum scriptores.

Quę ciuitate capta facta sunt in templo.

Pompei modestia qui nullatenus tẽpli pecunias passus ẽ tãgere & hyrcano sacerdotij dedit principatũ.

Subiugati iudei romanis &c.

Gadarã ciuitas.

turrim quam herodes postea condidit magnifice & cum porribus vel templis eam ornasset cęsareā cognominauit pompeius liberas reliquit. & prouincia discessit. ¶ Horum malorum hierosolymis au ctores hyrcanus & aristobolus extiterunt: cum inuicem inter se bella gessissent. Nam & libertatem de posuimus & subiecti romanis sumus: & prouinciam quam armis possidebamus a syris ablatam hāc syris compulsi sumus denuo restituere: & insuper decem milia talenta pauco tēpore romani nos exe gerunt: & regnum quod antiquitus secundum generationem principibus sacerdotum dabatur. popu lare factum est. De his competenti loco dicemus. ¶ Pompeius autem cum inferiorem syriam vsq; ad eufratem fluuium & ęgyptum scauro tradidisset & duas legiones romanas per ciciliam romam perre xit. Ducebat etiam cum sua generatione vinctum aristobolum cui duę filię vel totidem filij fuerunt. Quorū alexander euasit: nouissimus autē antigonus cum patre vel sororibus romam deportatus est.

¶ Hyrcani & aristoboli fratrum dissentio malorum maximorū iudeis fuit. &c. Regnū quod sacerdotibus dabatur populare factum est. &c. Aristobolus vinctus romam ducitur cum liberis quorum Alexāder nouissimus euasit.

¶ Antipater scaurū petram arabię ciuitatē obsidētem fame fatigatū victualibus fouit & pacē cum Aretho rege fecit Alexandro vero aristoboli captiui filio iudeā inuadente & hyrcanū debellāte Gabinius hyrcano venit in auxilium & victo alexandro dirutas ciuitates pręcepit renouari & alexāder veniens petens ciuitates Gabinio tradidit. cuius mater marito & alijs filijs romę captiuis fauebat romanis. Quinq; curias Gabinius in iudea instituit. Aristobolus autem e roma iudeam fugiens. Alexādrium castellum renouare prohibetur. Cuius exercitus iterum a romanis victus est & multis occisis Aristobolus multis confossus vulneribus cum Antigono filio captiuus ad Gabinium ducitur & iterū romę ligatus custoditur quo ibidem mortuo senatus filios ad matrem remisit. Gabinio autem contra parthos exercitum ducente Antipater eius militibus arma & triticum ministrauit. Tunc quoq; in iudea maxima orta est seditio. Alexandro aristoboli filio per violentiam principatum vsurpante. Qui tamen victus est a Gabinio decem milibus suorum militum prostratis.

Capitulum quartum.

Antipater scaurum petram arabię ciuitatem obsidētem famę fatigatum victualibus fouit & pacem cū rege Aretha fecit.

Scaurus tamē cōtra petrā arabię cū exercitū produxisset propter difficultatem ciuitatis in circuitu terram deuastabat. Sed exercitu romano fame fatigato antipater obediens pręceptis hyrcani a iudea triticum vel quęcumq; erant necessaria destinabat. Cumq; missus ab scauro legatus antipater ad aretham perrexisset per amicitias quas cum eo habere debuerat flexit eum pecunijs ne prouinciam prędaretur. Qui etiam fideiussor eius pro trecentis talētis exitit. & in his scaurus bellum sedauit. Siquidem non minus & ipse q̄ aretha concupiuit idē fieri. ¶ Interiecto vero tempore cum alender aristoboli filius iudeam inuasisset: dux exercitus gabinius de roma ad syriam vsq; peruenit. Qui inter alia quę miranda fecit contra alexandrum produxit exercitū: nullatenus valente hyrcano viribus illius resistere. cum etiam erigere hierosolymorum murum festinaret. quem pompeius deposuerat. Quod ne faceret prohibuerunt eum romani ibi constituti. Circuiens autem prouinciam multos iudeorum armauit: & maturius q̄ sperabatur collegit decem milia peditum & mille quingentos equites: etiam alexandrium castellum valde munitum & macherunta iuxta montes arabię cepit. Igitur gabinius contra eum veniebat: cum iam marcum antonium cum romanis aliosq; duces pręmisisset. Qui cum romanis militibus & subiectis iudeis quos phitolaus & ma cus ducebant adunantes sibi & antipatri societatem. alexandro obuiam venerunt: quos sequebatur etiam gabinius cum legione. Alexander autem prope hierosolymam accessit: vbi cum hostibus pręlio facto peremerunt romani tria milia iudeorum. capiunt etiam non minus tria milia. Interim gabinius cum alexandrium peruenisset castrum. inuitabat conclusos ad pacem: & de prioribus eorum delictis veniam pollicebatur eis. Vbi cum plures hostium fores vallum starent: marcus antonius fortiter decertans in congressione multos prostrauit. Gabinius vero exercitus partem cum ibi reliquisset vt castellum vastaret ipse reliquam iudeam circuibat: quātasq; inuenisset dirutas ciuitates renouari pręcepit. Et reconstructę sunt samaria vel azotus. scitopolis & antidon. raphia vel dora marisa & gaba & alię non paucę. Cum omnes gabinij obedissent pręceptis. ciuitates multo tēpore desertę suos habitatores acquisierunt. ¶ Quę cum per prouinciam egisset. redijt in alexandrium castellum. Vbi dū obsidionem statueret: legationem ad eum alexander destinauit. veniam sibi de prioribus commissis postulās: & tradere castella hyrcaniam vel macheruntam post etiam alexādriū pollicetur. Quę gabinius accepta euertit. ¶ Mater vero alexādri cū ad eū peruenisset nam fauebat romanis: marito eius & alijs filijs romam abductis concessit gabinius quę postulasset. Cumq; disposuisset pacem cum ea: hyrcanum ad hierosolymam reduxit. habiturū tēpli diligentiam. ¶ Quinq; tamen curias cōstituit: & qualibus turmis gentem diuisit. Quarum vna hierosolimis degebat alia in gadaris: tertia in amathū quarta vero in hierichonte. quita in sefforis galileę: qui regia potestate liberati sub optimatum gubernatione viuebāt. ¶ Sed cū aristobulus a roma ad iudam confugisset: & alexandrium quod nuper dirutum fuerat renouare desideraret gabinius milites cum ducibus sisinnio & antonio & seruilio mit vt illud opidum reconstrui prohiberent. simul & caperent. Multi tamen iudei ad aristobolum tran

Alexandro aristoboli filio iudeam inuadente & hyrcanū debellante Gabinius romanus hyrcano venit in auxilium.

Victus alexāder

Gabinius iudeę dirutas ciuitates renouari pcepit.

Alexāder misso legato) veniā petit & citates tradidit gabinio. &c.

Mater alexādri (marito & alijs filijs romę captiuis) fauebat romanis.

Quinq; curias cōstituit gabinius ī iudea.

sibant propter veterem eius gloriam:nouis rebus studentes.Necnon & phitolaus dux hierosolymorum:cum mille ad eum refugit.Sed multi qui ad eum venerunt inermes erant: quos decreuit in macherunta ponere. ¶ Aristobolus ergo eos qui armis inopes erant dimisit:armatos autem octo milia existentes cum collegisset perrexit ad bellum. quos romam fortiter inuadentes.prelio facto vicerunt Et licet iudei propensius detractarent:tamen atrocitate hostium ad fugam conuertuntur. Quorum quinq; milia prosternuntur:reliqui vero dispersi:vt vnusquisq; per fugam salutem acquisiuit. Tamen plus mille aristobolus habens in macherōte munitissimum oppidum recessit.Cumq; male perdidisset nichilominus spem sibi bonam promittebat.Duos tamen dies obsidioni resistens.multis perfossus vulneribus captiuus cum antigono filio qui de roma cum eo fugerat ad gabinium trahitur. ¶ Aristobolus his quidem vsus casibus rursus ad romanam ciuitatem transmittitur:quo ligatus tenebatur.Cumq; regnum & principatum sacerdotij tribus annis & sex mensibus gessisset:vir clarus & magnanimus habebatur.Filios autem eius senatus matri remisit:gabinio scribente hoc ei promissum fuisse pro castellorum proditione.Sed hi quidem in iudeam remearunt. ¶ Gabinius autem cum contra parthos exercitum duxisset.& eufraten fluuium transisset:placuit ei ad egiptum reuerti:quatenus ptolomeum ibi restitueret.Hec vero & per alios historiarum conscriptores demonstrata sunt.Gabinij deinde militibus antipater ministrauit triticum & arma & pecunias: & iudeos propter pelusium auxiliatores ef fecit:qui custodes egyptiorū aditū fuerant. ¶ Cūq; ex egypto remeasset:& ad siriam peruenisset:seditionibus & turbis eam inualescentē inuenit.Siquidem alexander aristoboli filius recipiens rursum per violentiam principatum multos iudeorum subtraxerat. magnoq; cum exercitu prouinciam inuadens oēs romanos quantos inuenit occidebat refugientes ad montem garizim.Gabinius hec videns antipatrum vt prudentem premittit ad illos qui rebellabant.vt eorū sedaret amētiam quatenus ad meliorem sensum redirent.Qui cū perrexisset multos quidem castigauit & ad competentia restituit. Verumtamen alexandrum comprehendere non potuit:dum exercitum haberet triginta milia iudeorum.Qui cum gabinio confligens vincitur decem milibus suis prope thabirium montem prostratis. ¶ Gabinius disposita hierosolimorum ciuitate romā rediјt Crasso tradens ducatū qui contra parthos parans exercitū templū quod fuit ditissimū pecunijs depopulatus est quas pōpeius tāgere non est ausus.de diuitijs autē tēpli Strabon dat testimonium: & ciues cyrene ciuitatis quatuor diuidit in partes.Et ibi iudeorum generatio conualuit & in egipto.Crassus vero a parthis victus est sed cassius a Roma ad Syriam fugiēs eam a parthicis vindicauit incursionibus qui phitholaū seditionis Aristoboli successorē Antipatro cui quatuor ex chipri vxore filij erant inuitante captiuauit.Capitulum.v.

Gabinius tamen cum disposuisset ciuitatem hierosolymorum antipater voluntati obediēs contra nabatheos expeditionem produxit.Quos cum in pugna vicisset:parthorum transfugas mitridatem & orsanem dimisit:qui fide non seruata ad propria remearunt. Sed gabinius cum opera maxima vel clarissima in expeditione fecisset romam rediјt:Crasso tradens ducatum. ¶ De pompei & gabinij expeditione conscribit nicholaus damascenus & strabo capadox:nichil vnus altero amplius exponens. ¶ Crassus autem cum contra parthos militiam produceret ad iudeam peruenit. & pecunias templi quas pompeius non tetigerat. duo milia talentorum abstulit necnon & totum reliquum aurum vsq; ad octo milia talentorum. Tulit etiam & trabem auream versatilem:trecentas mnas pōderantē. ¶ Mna vero apud nos due & semis libre existimantur ¶ Tradidit vero ei hanc trabem custos pecuniarum eleazarus nomine sacerdos non maliuolo animo nam bonus & iustus erat sed dum commissa fuisset ei custodia velorum templi que mira pulchritudine vel constructione preciosissima resplendebant in hac trabe pendentia. Et crassum vidisset templi cunctum aurum velle colligere veritus ne tēpli cunctum ornatum auferret auream ei trabem pro redemptione omnium prestitit:dum iusiurandum ab eo accepisset nichil aliud a templo tollendum:sed dolo contentum auro ab eo tradito quo multa milia pondo posset inuenire. Hanc vero,trabem alia lignea circundabat:ideoq; latebat.Crassus vero licet iurasset nichil aliud de templo tangere post acceptam tamen trabem transgressus omne templi aurum deposuit. ¶ Nemo tamen miretur si tante diuitie in nostro tēplo fuissent: dum has omnes per vniuersam terram iudei deum colentes ib ex antiquis temporibus obtulissent. Nec magnitudo predictarum pecuniarum testimonio caret.ne arrogantia nostra per tantam magnitudinem diuitias extollit: sed multi & alij conscriptores nobi testimonium ferunt.Necnon & strabōn capadox ita dicens. Transmittens autem mitridatis in choo pecunias quas ibi cleopatra regina deposuerat.verum etiam & iudeorum octoginta talenta. Nobi itaq; pecunie publice non sunt nisi hec tantum. Vnde manifestum est iudeos per asyam constituto veritos:mitridati has pecunias in choo transmisisse.Non enim ex iudea fuerunt in choo pecunie d & ciuitatem & templum munitissimum haberent. Sed neq; alexandriam habitantes iudeos verisi

Exercitus aristoboli iterum a romanis vicitur & multis occisis aristobolus multis confossus vulneribus cum antigono filio captiuus ad gabinium trahitur.
Senatus aristoboli filios matri remisit.
Gabinio contra parthos exercitum ducente antipater eius militibus arma & triticū ministrauit
Seditio in iudeo alexādro aristoboli filio principatum per violētiam vsurpāte.
Victus alexander a Gabinio.
Gabinio successit Crassus.
Nicolaus & strabon historici.
Crassus cōtra pthos exercitum ducēs templum pecunijs depopulauit quas pōpeius non tetigerat.
Mna quid.
Trabes aurea.
Ditissimum templum iudeorum nota causam.
Strabon historicus diuitijs tēpli dat testimoniū.

mile est hoc fecisse: dum nichilo mitridatem timerent. ¶ Testis nobis est idem strabon & alio loco qui tempore quo transijt syllas in helladi pugnaturus cum mitridati. Lucullum transmisisse fertur in cyrenam ciuitatem propter nostrę gentis seditionem quę totum orbem compleuit: ita dicēs. ¶ Quatuor in ciuitate cyreneorum partes existunt ciuium & agricolarum tertia vero colonorum: & quarta iudeorum. Hęc per omnes ciuitates iam dispersa est: & nullus locus mundi facilius inuenitur, quo non hanc gentem videamus. Nem ęgyptus & cyrenea dum sub vnum regnum fuissent, omnem conuersationem horum emulatę sunt ita vt scripturis eorum vterentur: & pręsertim pecunias secundum patrias leges iudeorum congregarent. In ęgypto ergo summam partem iudeorum habitasse demōstratur & alexandrię ciuitatis maxima pars huic genti deputata est. Ordinatur etiam princeps qui causas eorum publicaq; instrumenta debeat curare & pręcepta dare tanq̄ princeps perfectę reipublicę. ¶ In ęgypto tamen hęc generatio conualuit, eo q̄ initio iudei ęgyptij fuissent: & quia iuxta prouinciam iudeam ęgyptus iacet: nec non propter illos qui exinde ad ęgyptum peruenerunt. Ad cyreneam autem ideo transijt eo q̄ ipsa finitima ęgypto existeret, quemadmodum & iudea: & quod sub vno regno prius fuissent. Strabon quidem hęc retulit. ¶ Crassus autem (cum omnia disposuisset quē admodum vellet) contra parthos ęgreditur. Vbi cum toto suo exercitu defecit: sicut & alibi demonstratum est. ¶ Sed cassius dum ad syriam fugisset & vindicasset eam ex incursionibus parthicis qui nimis per crassi perditionem audaciores fuerant, rursus ad tyrum peruenit: & exinde iudeam ascendit. Tarichenam alias larachenam vero ciuitatem inuadēs statim prędauit. & triginta milia virorum captiuauit phitolaum etiam seditionis aristoboli successorem cepit: antipatro inuitante. ¶ Qui etiā cum apud eum multum valuisset ydumeis amicus erat de quibus & vxorem nobilissimam nomine cyprim sibi coniunxit: ex qua quatuor liberos procreauit. phaselum & herodem qui postea rex fuit & iosippum & feroram: filiam vero salomi. ¶ Hic autem antipater dum cum alijs potentissimis amicitias & hospitium copulasset arabo sese potius sociauit cui etiam filios suos dum bellaret commendauit. Igitur cassius cum expeditionem super eufratem duxisset prohibuit illam deuastari prouinciam sicut & ab alijs relatum est.

Strabon ciues ciuitatis cyrenę in quatuor partes diuidit.

Generatio iudeorum in ęgypto conualuit & similiter in cyrenea.

Crassus victus a parthis.

Cassius ad syriā fugiens eā ab incursiōibus pthicis vidicauit. &c

Antipater ydumeos amicus ex cipri vxore quatuor filios habuit. &c.

¶ Pompeiani aristobolum a vinculis solutum a cęsare & in iudeam cū duabus legionibus missum veneno interfecerunt. Et scipio Alexandrum Aristoboli filium securi interemit/ptolomeus quoq; ad Aristoboli vxorem filium philippionem mittens iubet eam Antigonum cum sororibus in Aschalon destinare. Mortuo vero pompeio Antipater cęsari contra ęgyptum pugnanti dedit auxilium. Et iudeos ęgyptios ad eius amicitias flexit hostesq; debellauit atq; mitridatem a morte liberauit. Quemq; nunciante mitridate eius victoriam Cęsar maxime amauit & eum romanum fecit ciuem hyrcanoq; sacerdotij confirmauit principatum quos antigono aristoboli filius sed frustra accusante satisfacit Antipater accusationibus. Tunc quoq; hyrcano sacerdotum principe & Antipatro iudeo tutore permissum est muros ciuitatis restituere. Et senatusconsultum de iudeorum amicitijs in capitolio prolatum est. Sed & Athenienses pro amicitijs ad hyrcanum scripserunt.

Capitulum sextum.

INteriecto vero tempore cum cęsar romam teneret, post pompeij vel senatus fugam soluēs a vinculis aristobolū transmisit ad syriam duas ei tradens legiones quatenus paratam illi vt posset facere iudeā. Aristobolus potentia a cęsare donata minime potitus est. Nā pompeiani pręoccupantes veneno eū corruperūt & sepelierūt eū cęsaris socij. Quo multo tempore iacuit, vsq; quo antonius eum ad iudeā remitteret: & in regijs monumentis poni perciperet. ¶ Scipio autē mādante pompeio alexandrū aristoboli filium occidendū dum culparet eum de his quę prius contra romanos egisset: securi eum percussit. Quo in anthiochia defuncto fratres eius ptolomeus mēnei alias minei filius qui habitabat apud calcidem prope libanum montem constitutus detinuit. Qui cum filium suum philippionem in ascalon ad aristoboli vxorem direxisset iussit eam destinare filium antigonū cum eius sororibus. E quibus alteram philippion cū dilexisset, vxorem eam habuit. Quē postea ptolomeus pater eius occidēs: matrimoniali iure eam duxit vxorem: & prouidētiam fratribus eius impendebat. ¶ Post vero mortem pompeij dum cęsar contra ęgyptum pugnaret antipater iudeorū potentissimus mandatis hyrcani obediens multum illi vtilis apparuit. Nam mitridates pergamenus dum per choricum transiret & minime potuisset per pelusiumviam conficere sed in ascalone commoraretur: anti pater ei tria milia iudeos armatos adduxit: necnon & arabum nobilissimos auxiliatores illi parauit: & propter eum omnes syri propensius cęsaris partes adiuuabant. Verumetiam & amblius potentissimus & ptolomeus filius eius libanum montem habitantes cum omnibus ciuitatibus eādem pro cęsare mentem habebant. Mitridates autem surgens a syria cum ad pelusium peruenisset, & eum non suscepisset: ciuitatem obsidebat. Cuius maxima virtute antipater primus partem muri deiecit & reliquis viam ingredi ciuitatem parauit. Et pelusium quidem ita deuastatur. ¶ Antipatrum au

Cęsar Aristobolū a vinculis soluēs mittebat ad iudeā cū duabus legiōibus quem pōpeiani veneno interfecerunt

Scipio alexādrū aristoboli filium mādāte pōpeio securi occidit.

Mortuo pōpeio Antipater cęsari contra ęgyptum pugnanti auxilium dedit. &c.

Antipatri virtus

Antipater iude

os ęgyptios ad cęsaris flexit amicitias & debellauit hostes & mitridatem a morte liberauit.

tem & mitridatem euntes ad cęsarem cum ęgyptij iudei transire prouinciam vetarent (qui onię dicuntur) antipater eos flexit ad cęsaris amicitiam principis sacerdotum eis litteras ostendens. Quas cum audissent memphitiden habitantes: simili modo mitridatem ad se inuitauerunt. Ad quos cum profectus esset: & ad locum (qui dicitur deltha) peruenisset: cōfligit cum hostibus circa locum qui dicitur iudeorum expeditio. Habebat autem dextrum eorum mitridates. leuum autem antipater. Sed prelio commisso inclinatur cornu quo mitridates pugnabat: qui periclitatus fuisset: nisi per ripam fluuij cum suis militibus: antipatri currens deuictis iam aduersarijs mortis eum periculo liberasset. Nam victores ęgyptios ad fugam conuertens. & persecutus castra eorum deuastauit: mitridatemq; fugiētem retinuit. Cuius ceciderunt milites octingenti: antipatri vero quadraginta.

Causa amicitię antipatri cum cęsare.

¶ Sed cum mitridates cęsari demandasset victoriam simul & salutem quam per antipatrum meruisset. antipatrum quidem tantum dilexit: vt etiam vteretur eo omnia bellorum per pericula. Quapropter vulnerari antipatrū quidem sęuissime contigit.

Cęsar hircano sacerdotij pricipatum confirmauit & antipatrū ciuē fecit romanum.

¶ Ergo bello finito cęsar cum in syriam nauigasset. hyrcano quidem principatum sacerdotij firmum indulsit antipatrum vero ciuem romanum & sine censu constituit.

Strabō capadox

¶ Dicitur tamen hyrcanus huic quoq; militię in ęgypto socius extitisse sicut testatur strabō capadox: ex nomine asinij ita referens post mitridatis & hyrcani principis sacerdotum in ęgypto profectionem. Idē strabon alibi ex nomine hypsitratis rursus ita retulit: mitridatem solum exisse vocatum autem secundo: cui antipater iudeę tutor in ascalonę tria milia militum illi pręparauit: & alios potentissimos inuitauit. Sociauit etiam hyrcanum principem huic militię. Hæc quidem strabon exposuit.

Antigonus cęsari hyrcanū & antipatrū accusans patris & fratris deflebat calamitatem cui antipater satisfaciebat.

¶ Sed cum venisset antigonus aristoboli filius tunc ad cęsarem & patris sui calamitatem defleuisset. qualiter propter ipsum veneno fuerit interemptus fraterq; suus securi a scipione percussus: petebat misereri se a regno depulsum. Pręterea hyrcanum & antipatrum accusabat ꝙ male gentes regerent & in se crudeliter egissent. Antipater autem cum affuisset satisfaciebat de illatis sibi criminibus: rebellem Antigonum cum suis socijs differens: & narrabat quanta ipse laborasset in expeditione coram cęsare & dicebat iuste aristobolum romę tractum ꝙ semper romanis hostis extitisset: fratrem vero eius latrocinij causa penam a scipione meritam sumpsisse.

Hyrcanus sacerdotum princeps & ātipater iudeę tutor a cęsare cōstituitur & hyrcano muros ciuitatis permissū est restituere.

¶ Cum hęc antipater verba fecisset & cęsar hyrcanum quidem principem sacerdotum ordinauit. Antipatro vero potestatem donauit: quam ipse eligeret torem eum totius iudeę constituens. Hyrcano quoq; concessit patrię muros restituere cum hanc ille gratiam ab eo petisset. Nam adhuc diruti iacebant: ex quo pompeius eos deposuerat.

Epistolę de amicitijs iudeorum.

¶ Vnde a consulibus in capitolio senatusconsultum hoc modo prolatum est. Lucius valerius lucij filius conueniente senatu idibus decembribus in templo concordię pręsente lucio copinio lucij collinę filio. & cepario filio quirini. de his quę alexander iasonis & nō minus anthiochi & alexander dorothei iudeorum legati viri optimi vel auxiliatiores locuti sunt: renouantes cum romanis gratias & amicitias pręexistens clipeum aureum pro iudicio auxiliorum deuouerunt quinquaginta milium solidorum & petierunt sibi litteras dari ad omnes liberas ciuitates: quatenus prouincię vel portus eorum nullam violētiam paterentur. Placuit igitur amicitias & societatem cum eis componere: & omnia quę supplicauerunt concedere clipeumq; suscipere. Hęc acta sunt sub hyrcano principe sacerdotum & rectore gentis anno nono mense panemo alias panepho.

Scriptum atheniensium ad hyrcanum sacerdotum pricipē pro amicitijs. &c.

¶ Hircanus autem etiam ab atheniensium populo laudatus est: cum multum ei apparuisset benignus. Nam miserūt ei scriptum huiusmodi decretum. Sub iudice vel sacerdote dyonisio filio a clepiadis mense panemo alias panephovicesimoquinto die datum est magistratibus decretum atheniensium sub pręside athode quod eucles menandri abimusius alias laimusius scriba exposuit. Munichionis vndecimo die factum iudicium concilio in theatro suffragio tulit dorotheus princeps sacerdotum. cum quo assidens dyonisius dyonisij dixit. Quoniam quomodo hyrcanus alexandri princeps sacerdotum & rector iudeorum permanet. cum populo nostro vel singulis vicibus fidelis existens & omni circa eos vtitur industria: ibiq; venientes athenenses vel legationis causa seu priuatim munificenter ad se suscepit & prouidit quatenus illesi redirē Decretum quidem de his & prius factum est. Nunc vero dyonisio dorothei sumensi suggerente. & de viri virtute populo ammonente quoniam voluntatem habet bene nobis semper quod potuer facere: placet honorare virum aurea corona optima secundum legem: & dedicare ei imaginem aure am in templo populi vel gratiarum: decernere vero coronam in theatro. cum libero patri thragedi solemnia celebratur: & in panatineis alias panatheneis & eleusincis & in gimnicis certaminibus. D ligentiam vero magistratus habeat. vt si permanserit. & seruauerit fauorem nostrum omne quod ex cogitemus pro gratia vel honore viri munificenter compleatur: quatenus cum hęc ita facta fuerit appareat noster populus optimus eum amplecti vicesq; reddere gratiarum vt ille nostrum studiu iam honoribus effectus imitetur. Immo etiam debemus eligere ab omnibus atheniensibus qui dec tum ei deportent: vt cum honorem susceperit festinet benefacere semper nostrę ciuitati. ¶ Roman

rum ergo vel populi atheniensiũ erga hyrcanũ meritá demõstrauimus.Cęsar autem cum disposuisset syriam nauigauit. Antipater autem vt cęserem a syria deduxit in iudeam reuertitur:& statim muros a pompeio dirutos reconstruxit: seditionemq; prouincialẽ sedauit interminationibus & persuasionibus requiescere inuitans cum diceret.Si quis hyrcano cõsenserit fœliciter vitam suam potest perage re:qui vero ad spem rebellandi peruenerit & lucro priuabitur.& meipsum pro patrono dñm.Hyrcanum autẽ pro rege tyrannũ sentiet: romanos vero & cęsarem pro rectoribus amaros hostes.Nã mini me patientur amoneri:quem ipsi principem cõstituerunt. Quę cum dixisset prouinciam peragrauit.

¶Fauor cęsaris hyrcano.

¶Hyrcano remisso & negligente phaselus prior Antipatri filius dux hierosolymis & herodes iuuenis sed prudens galileę constituuntur herodes enim ab oibus amatur:quia siriam a latrocinijs (latronũ ęzechia pricipe interẽpto)liberauit quẽ frater eius in gloria emulatus est imitari. Antipater quoq; cũ cepisset honorari hyrcano trãsgressus est fidẽ.Et iudei hircanũ antipatrũ & filios permittentem re gere accusant vnde hircanus cõmotus herodẽ vocat ad iudiciũ quo cõparãte cũ suis militibus omes perterriti sunt nec ausus est aliquis eũ accusare Sameus vero iustus regẽ & assistentes criminatur prędicens mala quę facturus esset herodes regi & alijs oẽs enim regno adepto in cõcilio pręter Sameum occidit.Hyrcanus autem herodem absoluens iudicum indignationem incurrit. Capitulum.vij.

Sed cum tardum & segnem hyrcanum vidisset:priorem filium suum ducem in hierosolimis ordinauit:secundum vero herodem galileę demõstrauit tutorem adhuc omnino iuuenem. Nam quindecim annorum tunc erat.Cui nihilo affuit iuuẽtus:dum prudentiam super ętatem haberet.Qui cum occasionem inuenisset:statim ad virtutis ostẽsionem prorupit.¶Siquidem ezechiã principẽ latronũ comprehensum qui cũ magna turba syriam vexabat fecit interimi cum suis militibus prędonibus.Quo facto nimium a syris amplectitur: vnde & in amorem eius exarserunt:ꝙ a latrocinijs prouincia horum esset erepta. Laudabant ergo eum per ciuitates & per vicos ꝓ pacem eis pręstitisset:& tuitionem prędiorum suorum inuenissent. Quapropter & sexto cęsari cognato magni cęsaris tũc totam syriam regenti amicus factus est.¶Cum vero emulatio pro factis herodis phaselum fratrem eius intrasset.studuit non minor gloria reperi & hierosolymitas sibi fautores parabat dum & ciuitatem haberet & populi negocia non ignorare tractaret:quę antipatrũ faciebant ab omni gente tanꝙ esset omnium dominus honorari . Honorari igitur ex tali claritate cum cepisset qualia sepius contingunt hircani fidem transgressus est.Potentissimi vero iudeorum antipatrum videntes cũ filijs extolli per fauorem gentis & redditus iudeę vel pecunias hircani nimis inuidebant ei. Nam antipater amicitiam cum imperatoribus romanorum composuerat.Et cum flexisset hircanum pecunias transmittere tãnꝙ suas & non hircano pręstante:eas romanis pricipibus destinabat. Vnde manifeste antipatrum accusabant:dicentes hyrcano. Vsq;quo istos alias ista pateris. Aut non vides antipatrum principatu cum filijs pręire cunctos:teq; nomen tantum regnum possidere.Sed nec te lateant nec putes sine periculo tuo negligere negocia dum antipater & filij eius totam nunc auctoritatem contineant:& hanc sine tuis iussionibus disponant.Nam herodes filius eius ezechiam & eos qui cum eo erant perimens legem nostram transgressus est:quę hominem prohibet occidi licet malignus sit nisi primum in concilio condemnatus sit.Ille vero dum nullam a te suscepisset potestatem:hęc ausus est committere.Quę cum hyrcanus audisset flectitur.Plus autem iram eius incenderunt matres eorum quos herodes interfecerat dum per singulos dies eum in templo peterent.vt herodes ante cõcilium de actibus suis redderet rationem.¶Commotus igitur hircanus herodem vocabat satisfactum de criminibus sibi illatis.Qui suasionibus impulsus venit.Nam sic ei pręceperat:vt nõ priuatus sed cum tutela & custodia corporis adueniret.Qui cũ & galileam vt putauit prodesse sibi disposuisset militũ parua circundatus manu viã secabat:vt nec terribilis videretur hyrcano cum maxima veniens multitudine:nec nudus vel incautus coram iudicibus esset.Immo & sextus sirię rector hircanũ supplicans vt liberaret a iudicio herodẽ:simul & interminabatur ei si non obediret.Sed sexti litterę occasio fierãt ne quid pateretur a sentẽtia cõcilij herodes. sed magis absolueretur.Nã diligebat eũ hircanus tanꝙ filiũ Herodes autẽ cum in medio vna cũ suis militibus astitisset oẽs perterruit: nec ausus est aliquis ex his eũ accusare qui primi cõtra eũ exclamabãt sed oẽs sub quiete & silẽtio rei exitũ sustinebãt Qui dũ ita sedissent vnus quidẽ noie sameus vir iustus & propter hoc minime deuitãs periculũ:surgẽs ita locutus est.Viri iudices & rex:neminẽ scio ad iudiciũ a vobis vocatũ ita cõstitisse: neq; vos nosse aliqꝙ simile opinor.Sed ois quicũq; in hoc iudicio peruenit exquirẽdus humiliter assistit miam a nobis expetẽs.capillis prolixis & veste nigra indutus.Hic autẽ herodes optimus iuuenis reus pro homicidio satisfacturus de tali crimine vocatus.interest purpura circũdatus & caput ornatũ habẽs compositione crinium stipatusq; armis.vt si cõdemnatus secũdum legem fuerit nos quidem interficiat.ipse vero vim faciens veritati liberetur.Sed herodem de his non culpabo. siquidem suum commodum

Hyrcano remisso & negligente prior Antipatri filius dux hierosolymis & herodes iuuenis sed prudens galileę constituuntur.

Inuidia phaselli contra herodem fratrẽ studuit eũ sequi in gloria.

Antipater & filiorũ ambitio qui fidem hyrcano trãsgressi sũt. &c

Iudei hircanum negligentẽ accusant quia antipatrũ & filios pmittit regere.&c.

Vocatus ad iudiciũ herodes venit sed sextus missis litteris eũ a iudicio absoluit.

Sameus iudeus iustus herode in iudicio militibus stipato & ornato compárãte regẽ & assistentes criminatur: prędicẽs mala quę herodes & regi & alijs facturus eẽt.

Herodes (regno adepto) oēs occidit in cōcilio prę ter Sameum.

plusq̃ legem facit. Sed vos vel regem accuso. qui tantam licentiam ei dedistis. Scitote tamen maximū esse deum: quia hic quem nunc propter hyrcanum vultis absoluere: quandoq; & vos & ipsum regem torquębit. Nihil autem hęc dicendo mentitus est. Nam herodes cum regnum cepisset omnes occidit in concilio tunc inuentos cum ipso hyrcano pręter sameum quem nimis dilexerat propter iusticiam eius: & in ciuitate post hac obsessa ab herode vel sosio persuasisset populo vt herodem acciperet. Dicens propter peccata non posse eum deuitare. De his quidem suo loco dicemus. ¶ Hyrcanus autem cum vidisset propensiores iudices ad necem herodis: iudicium in postero die distulit. Et mittens ad herodem furtim persuasit ei ciuitatem relinquere: vt ita posset periculum euitare. At ille cum discessisset in damascum fugiens regem. & ad sextum cęsarem peruenisset: ita apud se decreuit. vt si vocatus ad iudicium esset non obediret. Indignabantur autem iudices hyrcano: dicētes quoniam hęc omnia contra eum essent. Illum vero cum nichil lateret. nichil agebat amantia vel imbecillitate sua.

¶ Hyrcanus herodem inferioris sirię ducem timebat & Antipater & phaselus eum a bello cōtra hyrcanum retinuerunt hyrcanus ad cęsarem mittens petit amicitias confirmari. Scribit Iosephus qualiter romanorum principes cum iudeorum gente pacti sunt & q̄ asyę & europę reges studium habuerunt sibi fidem sociarum iudeorum decretum Iulij cęsaris de amicitia cum hyrcano & iudeis quo etiā prohibet pecunias exigi a iudeis ioppenses quoq; fecit eis tributarios. Capitulum octauum.

Herodem inferioris sirię ducem cōstitutum a sexto timebat hyrcanus.

Antipater & frater herodem retinuerunt ne bellum faciat cōtra hyrcanum.

Sed cum sextus herodē ducem inferioris syrię ordinasset nā hoc ei pecunijs vendidit hyrcanus timebat eū: nequando cōtra se exercitum produceret. Nō multis autē diebus transactis hoc euenit. Herodes em̄ aduersus eū expeditionem deducens: irascebatur eo q̄ ad iudiciū vel vocatus sit satisfacturus. Prohibuerūt tamē eū obuiā venientes pater antipater & frater impetūq; retinuerunt: rogantes ne accederet prope hierosolimā & aliquod opus niteretur facere cōtra eos qui cōsenserunt ei ad talē peruenire dignitatem. Depręcabātur etiam vt indignationē deponeret. q̄ vocatus ad iudiciū esset: sed absolutionis gratiam potitus recordaretur: nec ita dolorē consideraret vt saluti ingratus existeret: animaduertendū vero q̄ & bellorū casus deus dispensat. Quapropter victoriā non oīno speraret expugnando regē & amicum qui multū quidem ei profuisset: nihil vero sponte in eum cōmisisset aduersi. sed per maliuolos suasores actum q̄ difficultatis vmbram pręstiterit. Flexus his herodes & arbitratus sibi satisfactum q̄ suā fortitudinē genti mōstrasset reuersus est Per iudeam ergo taliter sese res habebant. ¶ Cęsar autē cum romā venisset parabat ad affricam nauigare. quatenus scipionem vel catonem expugnaret. Ad quē hircanus dirigens legatos petijt cunctos confirmare amicitias. ¶ Videtur mihi necessariū ex hoc exponere qualiter romanorū principes cum nostra gente pacti sunt: ne lateret aliquos quia & asyę & europę reges studiū habuerunt sociare sibi nostram fortitudinem dum eorū fidem dilexissent. Sed quoniā multi propter odium nostrū minime credunt persicis vel macedonis cōscriptionibus de nobis eo q̄ non eadem vbiq; in publicis locis deposita demonstrantur: sed apud nos tantū & alios quosdam barbarorū: de romanis tamē decretis nō est ambigendum. Nam & in publicis locis reposita hactenus & in capitolio tabulis ęreis cōscripta cōtinentur. Nam & iulius cęsar alexandrię iudeos per ęream tabulā demōstrauit alexādrinos ciues existere. Vnde initiū approbationis faciā: dū probabo senatuscōsulta & iulij cęsaris de hircano vel gente nostra decreta. Gaius iulius cęsar imperator & pōtifex & dictator secūdo: magistratibus sydoniorum vel curię vel populo salutē. Si sani estis bene est: & ego cū meo exercitu sanū sum. Exēplum pacti de gręcia ad hircanū filiū alexandri principē sacerdotū. & rectorem gētis iudeorū vobis destinaui: quatenus in publicis vestris annalibus reponatur. Volo vero vos gręce vel latinę in ęrea tabula scriptum hoc ponere. q̄ hmōi est. Iulius cęsar imperator pōtifex. secūdo dictator. Cū deliberata sentētia decreui quoniā hircanus alexādri iudeus & nūc & in prioribus annis i pace vel bello fidē vel studiū suū demonstrauit. cui etiā multi cōsules testimoniū prębēt insuper & in propinquo alexandrię loco cū mille quingētis militibus auxiliatoribus nobis occurrit: & ad mitridatē a me destinatus cū oīni deuotione fidelis apparuit. Propter has ergo causas hircanū filiosq; eius rectores iudeorū esse vel pricipartū sacerdotij gētis iudaicę semper habere secundū patrios mores percipio. ipm quoq; filiosq; eius auxiliatores nobis & iter viros amicissimos esse cēsendos. Quātacūq; vero sacerdotalia sūt iura: eū vel filios eius possidere discerno. Si qua vero iterfuerit quęstio de iudaicis rebus placet nobis iudiciū de his adhibere: exhyemationes vero militū aut pecunias exigēdas ab eis minime probaui. Gaij cęsaris dictatoris consulis data concessaq; decreta sic se habent: vt filij eius principatū gētis iudeorū. & donata sibi loca possiderēt vt princeps sacerdotū idem & rector gentis iudeorum legatis vim passis adesset: & qui transmisisset ad hircanū alexandri filium principem. sacerdotum iudeorū legatos qui de amicitijs vel de auxilio cum eo loquerentur: & dedicassent tabulam ęream in capitolio: & in sydone vel tyro vel in ascalone vel in templis scripta apicibus gręcis vel latinis: quę infra exposito cōtinētur. Si vero ho

Hyrcanus ad cęsarē mittens petit amicitias confirmari.

Asyę & europę reges fidē iudeorum dilexerunt quod non omes credunt. &c.

Decretū iulij cęsaris de amicitia cum hyrcano & iudeis.

Pecunias a iudeis exigēdas prohibuit cęsar. &c.

decretum omnibus per ciuitates curatoribus & iudicibus & amicis inotesceret. & hospitia legatis prę-starentur: & sacrationes vbiq; destinarentur pręcepit. ¶ Gaius cęsar imperator cōsul honoris vel virtutis vel clementię causa concessit pro commodis senatus & populi romani. hyrcanū alexandri filiū liberosq; eius principes esse sacerdotum vel antistites hierosolymorum & gētis: iure quo & proaui eorum sacerdotium suum gesserunt. ¶ Gaius cęsar quinquies consul decreuit hos habere. vel munire hierosolymorum ciuitatem & gubernare eam hyrcanum alexādri principem sacerdotum iudeorum rectorem gentis secundū suam voluntatem: vt iudeis in secūdo anno locationis expeditibus chori id est triginta modij subducantur. neq; tributa eos exigant. ¶ Gaius cęsar secūdo dictator sanxit vt per singulos annos ioppenses tributa hierosolymorū ciuitati prę stēt. excepto septimo anno quem sabbaticum annum appellant: quoniā in eo neq; fruges agrorum colligunt neq; seminant: necnon hircano & filijs eius decimas prębeant & vt nullus dux vel pręses vel legatus in finibus iudeorū auxilia colligat vel militibus liceat pecunias exigere ad exhyemandum aut pro nomie alicuius sed esse vndiq; liberos. Quęcunq; postea habuerunt vel emerunt vel possederunt. vel tenuerunt. oībus his eos potiri & in ioppe ciuitate (quā ab initio habuerunt iudei. & cum amicitias cū romanis fecissent) eorum esse sicut & nobis prius placuit imperamus. Ex qua ciuitate hircanū alexandri filiū liberosq; eius a possessoribus terrę vel a portu tributa consequi iubemus de sydone modios viginti milia sexētos septuaginaquinq; per singulos annos excepto septimo anno (quem sabbaticum vocant) in quo neq; arant neq; fructum arborū colligunt. Prędia etiam in maximo campo quē hircanus & proaui eius prius possidebant placet senatui hęc hircanum & iudeos habere eodē iure quo & prius possiderunt: manere etiā iura quę ab initio inter iudeos & principes sacerdotū fuerunt: & institutiones quas populo vel senatu decernente habuerunt. ¶ Pręterea eodē iure liceat illis vti & ī lidia: loca etiam vel terras quas pro hospitalitate reges syri vel phoenices per donationes romanorū possiderunt eas senatus probaui hyrcanum rectorem gentis iudeorū habere. dari etiam licentiā hyrcano & oībus ab eo missis vt cum senatoribus in ludo monomachorū alias monychorū & bestiarū sedentes spectent: & si petierint dictatorem vel magistrum equitū vt in senatu eos introducant & responsa eis tradant: & intra decimū diem hoc fiat. ¶ Post senatusconsultum gaius cęsar quater imperator. quinquies consul. imperpetuum dictator huiusmodi fecit verba de iure hircani alexandri principis sacerdotum. & rectoris gentis iudeorum. Prędecessores mei imperatores in prouincijs cum testimonium hircano principi sacerdotum iudeorum: & iudeis coram senatu vel populo romano prębuissent. cumq; gratias eis populus & senatus egisset bene visum est nobis memoriam habere & prouidentiam. quatenus hyrcano ac iudeorū genti filijsq; hyrcani a senatu & populo romano. suo erga nos fauore gratię retributionis redderentur.

Decreta iulij.

¶ Gaius consul quinquies.

Tributarij iudeis ioppēses exdē creto cęsaris.

Annus sabbaticus septimus.

Decretū iulij de iure hircani. &c.

¶ Rescriptum Iulij Cęsaris pro libertate iudeorum: atq; senatus mittente quoq; hyrcano ad dolabellam legatum asyę proconsulem qui ei rescribit plenā libertatem concedens vt sabbato patrio more obseruent. Quod similiter conceditur eis ex decreto deliorum / ex decreto Sardinianorum / laodicensium / Milesiorum / Pargamenorum / Halicarnaseorum / & Ephesiorum. Capitulum nonum.

Iulius gaius dictator & consul romanorum magistratibus parianorum curię ac populo salutem. Interpellauerūt me iudei in delo & quidam de colonis iudeorum pręsentibus vestris legatis: & demonstrauerunt decretū per quod vos eis prohibetis patrijs moribus & sacrificijs vti. Ergo mihi nō placet in nostros amicos & auxiliatores talia fieri decreta. vel prohiberi eos secundum suam viuere cōsuetudinem seu pecunias ad cōuiuia & ad victimas inferre: quādo hoc facere nec romę quidē prohibentur. Nā gaius cęsar noster cōsul dū in sanctionibus suis vetaret collegia per ciuitates cōgregari: hos solos nō prohibuit nec pecunias cōferre: nec cōuiuia pręparare iussit. Et ego quoq; prohibens alios istis solis pręcipio secundū patrios mores & leges cōuenire. Bene ergo facitis: si pro istam sententiā cōtra nostros amicos vel auxiliatores. propter nostrū erga eos studiū & fauorem auertis. ¶ Post gaij mortē marcus antonius & publius dolobella alias dolabella cōsules cū senatū congregassent. & hircani legatos introduxissent. & locuti sunt quibus petierūt & amicitias cū eis fecerunt & oīa cōcedi eis senatus decreuit quęcūq; postularēt subiūcto etiā senatuscōsultu: quatenus probatio ē dictorū habeāt qui hāc historiā relegūt. ¶ Quod tale fuit senatuscōsultū ab ęrario cōscriptū de tabulis publicis sub quito rutilo ęrarij custode dū tertio ydus aprilis in tēplo cōcordię cōscriberētur pręsente lucio calphurnio vel reliquo senatu. publius dolobella & marcus ātonius dixerūt. De his quę per senatuscōsultū gaius cęsar pro iudeis in ęrario deponere nō occurrit: sed placet nobis sicut & senatui visum est vt hęc in tabulis ęreis deponātur. & per singulas ciuitates trāsmittātur quatenus & illi in tabulis reponere curēt quod decretū est quito ydus februarij in tēplo cōcordię. Legati autē principis sacerdotū fuerūt lysimacus pausanię alexāder theodori patrodus cerei ionatha onię. Misit autē ex his legatis vnū hircanus ad dolobellā tūc asię procōsulē petēs eū soluere iudeos a militia vt patriā custodi

Rescriptum iulij pro libertate iudeorum.

Scriptum senatus de libertate iudeorum.

Legatorum hyrcani nomina.

rent cõsuetudinẽ:quod facilius impetrauit. Siquidem dolobella cũ suscepisset litteras hircani nihil remoratus scripsit per totã asyã pro iudeis. & ad ephesenã ciuitatẽ primã totius asyę quę huiusmodi legebãtur sub iudice archemione mẽsis limonis die prima Dolobella imperator ephesiorũ curię & magistratibus vel populo salutẽ. Alexãder theodori legatus hyrcani filij alexandri principis sacerdotũ & rectoris iudeorũ intimauit mihi ꝙ nõ possent ciues sui militare dũ nec arma possint portare iter facere diebus sabbatorũ neq; alimẽtorũ secũdũ patrias leges copiã habere. Idcirco ego sicut prędecessores mei imperatores prębeo eis militię remissionẽ: & cõcedo patrijs vti legibus secundũ solẽnes & sacras immolationes & cõgregare sicuti solẽt pro sacrificijs pecunias: & volo hęc vos per singulas cõscribere ciuitates. Hãc quidẽ dolobella de hyrcano legationẽ mittẽte nostris donauit licentiã. ¶ Lenculus autẽ lucius cõsul dixit. Ciues romanos iudeos tẽpla habẽtes ephesi ante tribunal religionis causa a militia dimisi duodecimo Kalẽdas octobris: lucio lenculo: & gaio marcello cõsulibus pręsente senatu. ¶ Blagus alias baldus legatus & vicarius ephesiorũ magistratibus curię vel populo salutẽ. Iudeos per asyã cõstitutos, lucius lenculus cõsul (me pro ipsis petẽte) a militia dimisit. Postulãs vero post hęc & phamũ tribunũ plebis. & luciũ antoniũ ęrariũ impetraui. Vos autẽ cupio curare ne quis eis molestiã faciat. ¶ Decretũ deliorũ sub pręside boco alias biuito mẽse tergilione vicesima ad titulationẽ iudicũ. Marchus fison legatus adueniẽs in ciuitatẽ nostrã pro delicto militũ conuocans nos & multos ciuiũ pręcepit vt si qui sunt iudei ciues romani nequaq̃ militare cogãtur: eo & ꝙ cornelio lenculo consule religionis causa iudeos dimittere placuit. Quapropter obedire cõsuli vos oportet. ¶ His similia Sardiniani quoq; de nobis decreuerunt. Gaius phannius gaij filius dux cõsul magistratibus eorũ salutẽ. Volo vos scire quoniã legati iudeorũ adierũt me petẽdo accipere senatuscõsulta pro ipsis cõstituta: quę etiã subiũcta sunt. Igitur volo vos curare vel prouidere his hoibus secundũ senatusconsultũ quatenus per vestrã prouinciã incolumes ad patriã reuertãtur. ¶ Lucius lẽculus cõsul dixit. Ciues romanos iudeos qui tẽpla iudaica habere ephesi videtur: religionis causa dimisi. Hoc factũ est duodecimo die Kalendarũ iuliarũ. ¶ Lucius antonius marci filius vicarius ęrarij vel procõsul: sardianorũ magistratibus curię & populo salutẽ. Iudei ciues nostri adeuntes probauerũt nobis cõsiliũ habuisse pro priũ secundũ patrias leges ab initio: & locũ propriũ in quo negocia vel iudicia inuicẽ nouerũt & hoc petierũt quatenus liceat illis hoc facere. Quod custodiri vel permitti decreui. ¶ Marcus publius publij filius & marcus lucius marci publij filius dicũt lenculũ procõsulẽ adeũtes. Intimauimus ei de quibus dositheus cleopatridę filius alexãdrinus verba fecit vt ciues romanos iudeos tẽpla iudaica facere solitos. si illi visũ fuerit religionis causa eos fecisse: dimittat. Et dimisit. ¶ Duodecimo kalẽdarũ iuliarũ lucio lenculo & gaio marcello cõsulibus lẽculus decretũ protulit. Ciues romanos iudeos sacraria facere iudica solitos ephesi: ante tribunal religionis causa dimisi. ¶ Laodicensiũ princeps gaio rabilio gaij filio salutẽ. Sosipater hyrcani principis sacerdotũ legatus porrexit nobis epistolã tuã per quã designauit nobis ab hircano pricipe sacerdotũ iudeorũ destinatos quosdã cũ litteris pro sua gente cõscriptis: quatenus sabbata iudeis liceat secundũ patrias leges celebrare vt ne quis impediat eos. quoniã amici & auxiliatores nostri probãtur: aut ne quis eis violentiã inferat in nostra prouicia. Et licet traliani palani cõtradicãt non sibi placuisse quę pro his decreta sunt: tamen pręcepisti hęc ita fieri. Postulamus autẽ vt & nobis eadẽ de his scribas obsequẽtibus tuis pręceptis. Epistolã autẽ porrectã suscepimus quã reposuimus iter nostra publica monimẽta: & de reliquis quę pręcipisti prouidemus quatenus in nullo culpemur. Publius seruilius publici galbę filius procõsul milesiorũ magistratibus curię & populo salutẽ. Pritanis mercurij filius ciuis vester. dũ in rallibus alias ralibus negocia tractarẽ isinuauit mihi pręter nostrã sentẽtiã iudeis vos iquietudinẽ inferre: & prohibere eos sabbata celebrare vel tẽpla patria perficere fructusq; sua cõsuetudine colligere. Volo ergo vos scire quoniã audiẽs verba eius vel eorũ qui cõtra ipsum differebãt. decreui ne prohiberẽtur. ¶ Decretũ pergamenorũ sub iudice gratippo: mẽse desio. Sentẽtiaq; pricipũ. Quoniã romani sequẽtes suos maiores pro cõmuni oĩm tutela hominũ pericula suscipiũt & studẽt auxiliatores & amicos suos in fœlicitate vel firma pace consistere: cũ trãsmisisset ad eos hircanus priceps sacerdotũ gẽtis iudeę legatos straboné theodori appolloninũ alexãdrini & antipatri aristobolũ amintẽ alias aconitę sosipatrẽ alias sosipatrũ philippi viros optimos & hi singula demõstrassent: decreuit senatus de his quę postulauerũt quatenus nequaq̃ rex anthiochus anthiochi filius ledat iudeos auxiliatores romanorũ: imo vt castella & portus vel prouiciã & si qd aliud ab eis abstulit reddat: & liceat eis a portubus deportare quę volũt: & nullus rex vel pp̃lus a portubus iudeorũ vel vectigalibus aliqd auferat. excepto ptolomeo rege alexãdrino quia & ipse auxiliator his & amicus noster existit. immo etiã custodiã ab ioppę expelli sicut petiuerũt Nr̃e vero curię lucius petius vir optimus iussit vt hęc curemus ita fieri. queadmodũ senatus decreuit: & ꝓuideamus q̃tenus incolumes legati ad ꝓpria possint redire. Necnon etiã theodorũ in curiã vel i cõuẽtũ suscepimus. Qui

Scriptũ dolabellę pro iudeorum libertate.

Decretum deliorum pro iudeorum libertate.

Decretum Sardinianorum pro libertate iudeorũ

Laodicensiũ decretũ pro iudeis

Milesiorum decretum pro iudeorum libertate.

Pergamenoruꝫ decretũ ꝓ iudeis

cum nobis epl'am & senatusconsultum porrexisset: verba faciens demonstrauit hyrcani virtutem & liberalitatem: quia publice vel priuatim cunctis prodesset. qui ad eum conuenerint. Litteras vero inter publica conscripta reposuimus: & nos quoq; omnia pro iudeis agere tanq̄ auxiliatores romanorum secundum senatusconsultū decreuimus. Quippe etiam postulauit theodorus dum epl'am nobis porrigeret. quatenus a magistratibus nostris mittatur ad Hyrcanum exemplum decreti intimantes nostri populi sententiam & petentes custodiri vel ampliari nostras cum eis amicitias: & vt meminerint temporibus abraham qui omnium iudeorum pater extitit. nostrosq; maiores amicos fuisse. sicut & in publicis scriptis inuenimus. ¶ Decretū halicarnaseorū sub sacerdote mēnone al's mēneo. aristidis filio. Placuit populo marco alexandrino insinuāte quoniā iudei pietatis omni tempore studium habent populi romani omnium hominum benefactores pro iudeorum amicitijs vel auxilijs ad nostrā ciuitatem precepta miserunt. quatenus permittanť immolationes deo solennes efficere. Placuit ergo nobis concedere iudeis viris vel militaribus sabbata celebrare: vel sacrificia producere secūdum leges iudaicas. Si quis vero hos prohibuerit. militie reus & deditor ciuitatis existat. ¶ Decretum sardianorum. Placuit curie vel populo ducibus intimantibus quoniam nostram ciuitatem habitātes iudei multa vel maxima beneficia populo sepe meruerūt: nunc quoq; cum ingressi fuissent curiam populum petere quatenus restitutis suis legibus vel libertate a senatu populoq; romano secūdum consuetudinem suam congregentur. & iudicia sua disponant: datusq; est illis locus in quo cum vxoribus vel filijs possint celebrare patrias deo orationes. Igitur visum est curie vel populo concedere eis cōuenientibus certis diebus agere secundū suas leges: deputari etiam locū quem aptū edificationibus vel habitaculis putauerint vel habeant etiam curatores annone ciuitatis diligentiam: vt si qua opus habuerit alimēta faciant eis introduci. ¶ Decretum ephesiorū sub iudice myno filio al's menophilo henophilo mēse artemisio alias attemio prima die. Nichanor eufimi dixit. Placuit populo intimātibus ducibus quoniā interpellauerūt in ciuitate iudei marco iulio procōsule quatenus agerent sabbata. & omnia facerent secundū patrias leges nemine penitus impediente. Proconsul concessit. Placuitq; populo propter romanos nullum prohibere diem sabbatorum immo concedere eis omnia facere secūdum iudaicas suas leges. ¶ Multa quoq; & alia decreta senatum vel romanos īperatores ad hyrcanū pro gente nostra destinasse cognouimus: necnō & aliarum ciuitatū iudaica vel litteras a magistratibus reciprocas nostris epl'is: ex quibus hec demonstrauimus flectere sine inuidia legentes putauimus. Nam euidentissima signa de amicitijs romanorum & nostris demōstranť ereis tabulis hactenus in capitolio permanētibus: & in posterum permansuris. Omniūvero expositionem tanq̄ superfluam & fastidiosam recusaui: nullum difficillimū inueniri qui vel opinetur romanorum humanitatē minime circa nos extitisse: quam sepius ostenderunt. Nos quoq; de quibus retulimus nequaq̄ mētitos esse cognouimus. ¶ De amicitijs quidem romanorū & nostris temporibus factis retulimus.

¶ Seditione p siriam propter amicitias orta bassus cilicius pompeiaꝶ partium fautor sextū cesarem insidiose interfecit Et iulius cesar cassio & bruto anno tertio & dimidio sui imperij. Quo mortuo cassius venit in siriam multas imponens exactiones & a iudea plusq̄ septuaginta pecuniarū talenta. Antipater autem filijs pecuniaꝶ exactiones colligendas herodi scilicet (quas difficilius exegit putabat) commisit vnde & herodes a cassio & marco totius sirie dux constituitur. Quod timens malchus insidiose antipatrum veneno interfecit cuius mortem filius herodas bello tunc vindicasset nisi a phaselo fratre prohibitus fuisset cui magis placuit hominē dolo superare q̄ ciuilis belli initium facere. Cassius tamen patris mortem mandat vindicare & millenarijs in tiro precepit herodi obedire.

Capitulum decimum.

Eodem vero tempore seditionem per siriam hac occasione contigit fieri. Bassus cecilius pōpeianarum partium fautor insidias sexto cesari faciens interfecit eum: ipse vero cū suis militibus regni gubernacula tenuit. Tunc etiam maximum bellum circa appamiam commissum est a ducibus cesarianis quibus & antipater auxilia cum filijs destinauit. memoriam habens beneficiorū cesaris: quapropter & punire peremptores eius iustum putauit. Bellum autem cum traheretur marcus quidem venit a roma ad sexti successionem: cesar autem īterficitur a cassio vel bruto in senatu cum principatum tenuisset: tribus annis & mensibus sex: quod & per alios cōscriptores dictū est. ¶ Post cesaris autem interemptionē cum bellum conflatum fuisset. principibus romanorum omnibus pro exercitu congregando dispersis cassius ad syriam peruenit. Qui cum appamenum exercitū accepisset: obsidionem soluens ambos sibi coniungi bassum & marcum ciuitates circueundo milites cum armis conglomerabat: & fiscalia grauia eis imponebat. Iudea vero plusq̄ septuaginta talē a pecuniarum exegit. ¶ Antipater autem cum vidisset in magno timore vel turba negocia constituta dimisit pecuniarum exactiōes vtriq; filio eas tradens: herodi quas difficilius exegi putabat: reli

Ep'la Theodori

Abrahā oim iudeoꝶ pater.

Halicarnaseorū decretū pro iudeis.

Sardianorū decretū p libertate iudeoꝶ.

Ephesiorum decretū p iudeis

Seditio in siria.

Sextus cesar bassso dolo occisus.

Iulius Cesar a Cassio & bruto īterfectus anno tertio īperij sui.

Occiso iulio cesare cassius venit ad siriā multas exactiōes iponens.

quas vero alijs pręcepit colligere. Cumq; primus herodes a galilea exęgisset quanta fuissent ei statuta: necessarius inter amicos a cassio recipitur. Nam statuerat romanis obsequi: & fauorem eorum sibi bi alienis laboribus parare. Alij autem ꝓcuratores ipsas ciuitates cum habitatoribus vendebāt: quarum cassius quattuor maximas captiuauit: id est gopham alias gofuā & amathūtem necnon & lydam & thamnā. Qui etiam malichum alias malchū ꝑene perdiderat nisi hyrcanus per antipatrū centum talenta de suo ei misisset & ita impetum eius refregisset. ¶ Sed cum cassius cum multis pecuniis a iudea discessisset: malichus insidias antipatro parabat dum iteritum eius principatus hyrcani tutelam fore putaret. Quod antipater intelligens discessit trans iordanem: vbi exercitum arabicū simul & prouincialem congregauit. Malichus callidus existens iureiurādo curabat se insidijs ipsi vel filijs eius non fecisse: satisfaciens eis. Nam phaselo hierosolimam regente. herode vero armorum tenente custodiam: nequaq̄ tale se facinus vel in animo habuisse dicebat: vnde & reconsiliabatur cum antipatro. Sed cū marcus syriam procuraret: audiuit nouis rebus per iudeam malichum studere: & veuit quatenus eum intersiceret. Quod paulominus contigisset. nisi antipater eum petendo liberasset. nescius ꝙ suum interfectorem malichum liberaret. Igitur cassius & marcus exercitu congregato ducem herodem totius syrię fecerunt naues ei cum toto exercitu commendantes: promiserūt etiam regem iudeę eum post bellum ordinare quod iam tunc contra antonium & iuuenem cęsarem immineret. ¶ Tūc magis veritus malichus antipatrum repellere cogitabat. Cumq; hircani pincernam pecunijs redemisset. nam vterq; apud eum epulabatur: veneno hunc virum interfecit: & milites armatos habens ciuitatem obtinuit. Et cum insidias malichi contra patrem suum herodes vel phaselus intellexissent & vindictam inferre cogitabat malichus eis iureiurando antipatri negabat interitum. Cuius vita summis laboribus patriam protegens: ita finem inuenit. ¶ Filius vero eius herodes vltionē quidem patris exigere cogitauit: & cum exercitu contra malichum venit. Phaselo vero priori placuit dolo magis hominem superare ne belli ciuilis initium facere putaretur: & satisfactionem malichi suscepit: & credere simulauit michi eum ad patris interitum commisisse Sepulchrum etiam patris ornatissimum construxit. Sed cum herodes ad samariam peruenisset & inuenisset eam afflictam refouebat: & ita inter eos certamen dissolutum est. ¶ Interiecto deinde breui tempore celebratione hierosolimorū instante cum militibus suis herodes in ciuitatem venit. Quod cum malicus cognouisset veritus/hyrcanum flexit vt nequaq̄ permitteret eum ingredi ciuitatem. Hyrcanus quidem paruit. Causam vero talem interdictionis proposuit: ꝙ non deberet multitudinem alienigenarum ieiunanti populo superintroducere. Sed herodes pręcepta negligens: noctu ciuitatem ingreditur. Tūc malichus licet metueret dissimulationem tamen non refutauit: sed antipatrum manifeste vt amicum plāgebat custodiam vero corporis sui latenter habebat. Placuit etiam herodi non redarguere dissimulationē: sed econtrario muneribus ei blandiebatur. ¶ Cassius tamen herodi de patris interitu mandauit quatenus malichi crudelitatem cognosceret. Qui scripsit pręcipiens ei patris obitum vindicare: millenarijs quoq; in tyro mandauit herodis sequi voluntatem.

¶ Malchus cum furtim ad iudeam reuerti voluisset cassioq; contra Anthonium festinante principatum sibi vendicare. Quo cognouit herodes misit famulum quasi hitalia paraturum milenarios, q; āmonuit contra malchum gladijs exire qui exeuntes platus ipsum vulneribus confoderūt. Cassio vero de syria discedente fœlix contra phaselum cum militibus armatur quem herodes frater iuuare egritudine prohibetur. Sed valitudine liberatus malchi fratrem exercitum & auferens loca que comprehenderat sub pactionis lege eum dimisit antigonus quoq; aristoboli filius cum siriā capit & maron tria castella galilęę quibus ab herode debellatis hircanus & populus coronis eū honorauit victo autem cassio nobilissimi iudeorum phaselum & herodem fratres Anthonio accusarunt sed frustra ac quem hircanus legatos auream coronam deportantes destinauit pro recuperanda iudeorum libertate quorū iustas Antonius cōsiderans postulationes ad eos rescripsit & ad tyrios. Sidonios & arabos

Capitulum vndecimum.

Tempore vero quo cassius laodiciā cœpit accesserūt ad eum optimates pariter coronas vel pecunias portantes Herodes quidem sperans (malicho ibi veniēte) se vlcisci sed cum ad tyrum phœnice peruenisset malchus causamq; opinatus esset: maius quidem conatu est agere ita vt filium obsidem in tyro existentē in ciuitatem ingressus furtim voluisset auferre. & ad iudeā reuerti cassioq; contra anthoniū festinante gentes ibi relinquere & sibi principatum vindicare. Cōsilijs tamen eius deus restitit. Herodes quoq; eius intelligens voluntatē trāsmisit famulum: quasi hospitalia paraturum quia cunctos ad cōuiuium inuitauerat: & licet hoc simularet: ad milenarios tamē vere dixerat. quatenus ammoneret eos contra malichum cum gladijs exire. Qui cum exissent & iuxta ciuitatem eum conuenissent per latus vulneribus hominem cōfoderunt. Hyrcanus

---

Malchus insidias antipatro parat.

Herodes qa exactiões sciuit cōgregare a cassio & marco totius sirię dux constituit. &c.

Malchus insidias cōtra antipatrū parās eū veneno interemit.

Herods in mortis vltione patris cōtra malchum bellum cogitauit sed phaselus eā dolo maluit vindicare.

Cassius herodis patris mādat vīdicare mortē & milenarijs pręcepit herodi obedire.

Cautela malchi qua voluit sibi pricipatū vindicare.

Occisus malcus propter necē antipatri.

ergo cum factum intellexisset obstupuit:rediensq; ad se consuluit herodem quid esset factum: vel qui malichum interfecissent. Cumq; herodes responderet cassium hoc iussisse:laudauit factum. Nam ma liuolum & nimis patrię peruasorem eum esse criminabatur:hanc ergo pro iniquitate in antipatro cō missa malichus pœnam soluit. ¶ Cassio vero discedente de syria maxima per iudeam turba concitatē in hierosolimis: cum fœlix contra phaselum vna cum militibus armaretur. Herodes autē ad fauium rectorem damasci proficiscens cum audisset hoc & in fratris solatium festinare cuperet:ęgritudine ꝓ hibetur. Faselus tamen fœlicem superans in aliqua eum turre conclusit. Quem postea sub pactionis fœdus dimisit hyrcanum pene accusans ꝙ multa beneficia prętermittens inimicis suis fauorem im penderet. ¶ Itaq; frater malichi multa tunc occupans loca:obtinuerat & massadam omnium muni tissimam. Contra quem herodes valitudine liberatus exercitum duxit:& auferēdo oīa loca quę cō prehenderat sub pactionis lege eum dimisit. ¶ Antigonus autem aristoboli filius vt maliciam con gregauit & fauiū pecunijs redemit ptholomeus mennei alias minei eum propter cognationē ad iu deam ducebat. Auxilium etiam ei prębebat mariō:quem tyriorum tyrānum cassius reliquerat. Nam hic omnem syriam potentia capiens custodiuit. Marion autem galilee finitimum inuadens: tria ca stella eius occupauit. Contra quem herodes cum venisset omnia quę ille tenuerat abstulit:tyriorūve ro cum humanitate dimisit custodes. Quibus etiam & dona pręstitit:propter ciuitatis fauorē. ¶ Cū hęc ergo fecisset obuiauit antigono & prelio commisso vicit. & pene altiora iudeę tenentem fortiter expulit:victoriaq; potitus ad hierosolimam venit. Ibi coronas ei tam hircanus q̄ populus ob virtutis pręmium offerebant. Nam cognatus hyrcani per affinitatem credebatur: ideoq; eum magis defen debat veluti ducturum neptem suam fratris aristoboli filiam: ex qua trium mariū extitit:& duarum feminarum pater. ¶ Habuit siquidē priorem vxorem noīe dorim al's doir popularē ex gente nostra ex qua prior filius eius concipitur antipater. ¶ Cassium namq; cum antonius & cęsar in philippen si cāpo vicissent sicuti& alibi alias ab alijs demōstratum est post victoriam cęsar ad ytaliam redijt. an thonius autem ad asiam est ingressus alias regressis. Cumq; venisset in bithiniam:legationes ei vndi q; obuiauerunt. Tunc iudeorum nobilissimi accusabant phaselum& herodem dicentes habitu tantū regem extare hyrcanum:hos vero omnem potestatem possedisse. Herodem tamen maxime antoni us honorabat:cum ad eum venisset satisfacere pro accusationibus. Propter quod accidit:aduersarios eius nec sermōe aliquid impetrasse. Nam hoc acquisierat pecunijs herodes ab antonio. ¶ Sed cum ephesum peruenisset antonius destinauit hyrcanus princeps sacerdotum nostraq; gens legationem ad eum auream deportantē coronam & supplicantem quatenus iudeos cassio abductos non extan te bello scriberet ad prouincias liberos relaxari:terramq; temporibus cassij subreptam restitui. Anto nius vero iustas iudeorum postulatiōes considerans rescribit iudeis & hyrcano mandans etiā simul & tyrijs decreta huiusmodi continentia. Marcus antonius imperator hyrcano principi sacerdotum & rectori gentis iudeorum salutem. Si valetis letamur. Valeo & ego cum exercitu meo. Lysimachus pausanię vel iosephus alias iosepus mentei alias minei vel alexāder theodori legati ephesum adue nientes:priorem romę confectam legationem renouauerunt. Et hanc quoq; pro te tuaq; gente sedu lo disposuerunt:dum demonstrarent tuum erga nos fauorē. Quod cum intellexissem ex decretis & sermonibus & familiaritatē erga nos seruare moresq; optimos vestros & religionem considerassent: proprium te nobiscum esse iudicauimus. Sed cum totam asiam nr̄i populiq; romani aduersarij per currissent:qui nec ciuitatibus nec templis pepercerūt nec iusiurandum quod statuerāt quicq̄ serua uerūt:nos non pro eius tantum certamine sed velut pro cōi oīm salute in auctores scelerum quę in iu deos vel in omnes commissa sunt vindicauimus. Quorum facinore solem auersum existimamus ꝙ talia in cęsarem cōmiserunt. Impias vero eorum insidias macedonia tanq̄ in suo nefandissimo rece ptaculo suscepit:cum sceleratissimas malignitates eorum partes philippensis campi cōtineāt Quę loca maxima vsq; ad mare montesq; munitos occupauerant. vt pene cunctos transitus sicut vnum introitum custodirent. Quos deorum declamatione pro conatibus iniustis grauatos deuicimus. Sed & brutus cum philippis confugisset circumseptus a nobis eiusdem perditionis merito cui cassius per ceps inuentus est. Quibus oppressis in posterum pace frui licebit:& asyam respirare a bellorū affli ctionibus liberatam. Igitur commune facinus cum auxiliatoribus pacem a deo nobis donatā & tan de maxima poste corpus asye releuatū per nostram refouemus victoriam. Memores igitur nostri & gentem iudaicam curauimus reddere lętiorem. Litteras quoq; per ciuitates proposui quatenus si qui liberi seu serui venundati sunt sub gaio cassio seu per duces eius absoluantur. Super hęc & dona tionibus a me vel dolobella clementer oblatis: vos vti cupio. Necnon & tyrios violentos vobis esse prohibeo:vel quantacunq; possident iudeis competentia restitui precipio. Coronam vero quam de stis accepi. ¶ Marcus antonius imperator tyrio romę magistratibus curi populoq; salutem. Cum

Fœlix cōtra fa sellū herodis fra trē armatus vi ctus in turre cō cludiē qui post ea sub pacto li beratur.

Herodes cōtra malchi fratrē ex ercitū duxit.

Antigonus ari stoboli filius siri am capit & ma riō tria galileę ca stella quē debel lauit herodes.

Herodes victo antigono coro nis ab hyrcano & pp̄lo honoraē

Doir vxor hero dis antipr̄i matē.

Legati iudeorū ad antoniū au reā deportātes coronā petētes libertatem.

Scriptum marci anthonij ꝓ iude orꝫ libertate.

Scriptum marci

anthonij ad tyrios pro iudeorũ libertate.

michi occurrissent ephesi hyrcani principis sacerdotum & rectoris iudeorum legati: dixerunt prouinciam vos eorum tenere quam inuasistis sub aduersariorum tyrannide. Quod nos pro imperio bellũ suscipientes iusta & pia prouidentia vindicamus: obliuiosos gratię vel transgressores iusiurandi punientes. Volo ergo & vestram pacem cum auxiliaroribus nostris constare & quę nostris hostibus accepistis hęc non concedimus nisi restituantur. Nam neq; prouincias nec exercitum quisq̃ illorum senatu pręstante suscepit sed violenter surripuit dum eis auxilium pręberent qui iniqua concupiscunt. Quapropter cum illi pœnã dedissent nostros auxiliatores pręcipimus sine mora recipere quę prius possedisse noscũtur. Vos quoq; si qua presidia hyrcani rectoris iudeorũ pauloante cassio gaio bellũ illicitũ producente coutra nostram prouinciam ablata possidetis reddite ne aliquam violẽtiam ingeratis eis vnde ledi possint. Si quid vero iustum contra eos habetis: dum ad locum venerimus liceat allegationibus vti. Nos autem auxiliatoribus singula iusta cõsideratione seruauimus. ¶ Marcus antonius imperator tyriorum magistratibus curię populoq; salutem. Edictum meum vobis destinaui. De quo curam vos habere pręcipio quatenus in tabulis publicis litteris latinis vel gręcis describatur & in loco eminentissimo descriptum ponatur. vnde religi possit. Marcus antonius imperator ac triũphator dixit. Quoniam gaius cassius alienam prouinciam sub exercitu constitutam & auxiliatores deprędauit: & deuastauit iudeorum gentem amicissimam populo romano arrogãtius illius armis cõculcantes ędictis & decretis ab illo deprędata reuocamus. vt restituantur hęc nostris auxiliatoribus: & quanta corpora iudeorũ venũdata sunt sicut prius libera remittantur & possessiones prioribus dominis reconsignentur. Si quis autem his nostris edictis non obedierit: vlcisci in eo satisfaciens causa promittimus. ¶ Hęc eadem & sydonijs & antiochenis & arabibus cõscripsit. Quę tempore oportuno referemus: vt signa prouidentię romanorum circa gentem nostram extitisse clareant.

Marci anthonij edictum.

Marcus Anthonius ꝓ libertate iudeorum Sidonis/ anthiochenis & arabibus scripsit

¶ Herodem & phaselum fratres Anthonius tetrarchas ordinauit eorũq; accusatores iubet torqueri & herodi concessit principatũ accusatoribus ipsius interfectis. Pacorus autem parthorũ regis filius siriam obtinens (lisania ptolomei filio cum antigono amicitias componente) milleq; talenta & quĩgentas mulieres parthis ꝓmittente antigono si ei principatum traderent & herodem occiderent antigono qualitercũq; regno restituit maximũq; contra iudeos parthi parauerũt bellũ antigono eos deducente maxima quoq; fraude & insidijs contra herodem & fratrem vsi sunt sed herodes audita fratris & hyrcani compręhensione, filię hyrcani (quam sibi despõderat) inimicorum euasit insidias. Qui magnanimus (ne ab hostibus occideretur) seipsum interemisset nisi eum pręsentes tenuissent.

Capitulum duodecimum.

Herodes & phaselus fraẽ tetrarchę ab ãthonio ordinãẽ q̃bus iudeorꝝ negocia cõmittũẽ. ligatis accusatoribus. Anthõius herodis accusatores ꝓcepit torquere & herodi cõcessit principatũ. Indignatus antonius vinctos ĩterfecit iudeos herodis accusatores.

Pacorus siriam obtinẽs (lisania ptolomei minei filio cũ antigonio animicitias cõponẽte ãtigonoq; magna ꝓmittẽte si hircanopriuato ei prin

Post hęc autem dum anthonius ad syriam pergeret cleopatra ei per ciliciã obuiauit & amore suo detinuit. Vbi iterum centum potentissimi iudeorum ad eum perueniunt accusantes herodem cum phaselo. Cõtradicebat autem eis messala defendendo iuuenes hircano pręsente: qui socer iam herodis erat. Cumq; ambas partes antonius audisset: cõsuluit hyrcanum qui magis gentem obtinerent. Illo autem respondente herodem & fratrẽ eius antonius cum eis familiaritatẽ habens propter paternam hospitalitatem quam cum gabinio pater eorum pręsens fecerat hos quidem ambos tetrarchas ordinauit: & cõmisit eis iudeorum negocia Quĩdecim autem ex resistẽtibus ligauit vt eos occideret: nisi recusaret herodes. ¶ Sed neq; de legatione reuersi ita requiescebãt. ¶ Et cum antonio rursus in tyro occurrissent: multis iam corruptus pecunijs ab herode vel fratre eius antonius pręsidibus locorum pręcepit legatos iudeorũ nouis rebus studentes torquere: & herodi prębere principatum. Mox autem herodes sedentibus ante ciuitatem cum hyrcano nũciauit. & petiuit eos recedere ne ad certamẽ venirent: ne magnum malum eis eueniret. Cui dum quidam non consentirent: recedere & quasi contrarijs restitissent. mox romani milites decurrentes cum armis eos inuadunt: & quibusdam ex ipsis peremptis multos vulneribus laniebãt: Residui vero fugientes: cum nimio metu ad propria remearũt. Clamante vero populo cõtra herodẽ concitatus antonius vinctos interfecit. ¶ Secundo tamen anno syriam obtinuit pacorus regis parthorum filius: & barzafarmanis alias barzafranes satrapa parthus. Quo tempore (& ptolomeo mẽnei defuncto) filius Lysanias in regno succedens componit amicitias cum antigono aristoboli filio satrapãq; prędictum sibi coniunxit. cuius & amicitijs nimis confidebat. Antigonus autem promittit mille talenta) & quingentas mulieres parthis offerre. si hyrcanum principatu priuarẽt & ipsi traderent: herodemq; cum suis interficerent. Quod non compleuit: licet parthi contra iudeam expeditionem parassent: deducẽte eos antigono. Nam pacorus per maritima: satrapa vero bazafarmanis per mediterranea ingreditur. Tunc tyrij excludunt pacorum sydonij autem vel ptholomenses suscipiũt turmam equitum quam idem pacorus in iudeam destinauerat vexaturam prouinciam) & antigonum adiuturum ducem pincernarum regis eis pręponens. At cum a carmelo monte quidem iudeorum

ad antigonum venissent parati ad auxilia per quos sperabat partem aliquam prouincię antigonus capere id est ad locum qui dirim nuncupatur dumq; ei quidam occurrissent ad hierosolimam ascendit. vbi etiam cōgregatis multis contra regiam aulam peruenire statuit vt hanc expugnaret nisi phaselus & herodes prelio per forum commisso eos vicissent. & cum in templo conclusissent dirigunt armatos vt propinquantes domos tenerent. Quos populus cum ipsis domibus igne consumpsit. Qua iniquitate paulopost herodes a resistentibus vltionem exegit. Cumq; singulis diebus inter se iacularentur expectabat populus multitudinem de prouincia in quinquagesima celebratione venturam. Instante ergo die festiuo circa templum in ciuitate multa milia hominum armata vel inermia cōgregantur. Compleuerūt namq; templum cum ciuitate qui cōuenerunt: pręter aulam quam herodes cū paucis militibus custodiebat. Cumq; phaselus murum seruaret herodes cum suis excurrebat super hostes qui cum fortiter pugnaret & multa milia fugaret: multi ad templum quidam etiam ad exterius conuallum confugerunt. Nam & phaselus fratrem adiuuabat. Pacorus autem dux parthorum cum paucis ęquitibus antigono petente ad ciuitatem peruenit in prospectu quidem tanq̄ seditionē soluturus. verūtamen antigono principatum prestaturus. Cui dum phaselus occurrisset: & hospitio suscepisset pacorus dolum aliquem meditatus flectit eum legationem abarzaformein deducere. Faselus quidem nichil suspicatus acquieuit: licet herodes hoc minime approbaret propter barbarorꝫ perfidiam. Sed tamen pacoro alijsq; propetare hortantibus: prexerunt legationem ferētes hyrcanus & phaselus. Pacorus vero cum ducētos ęquites & ducē horum qui liberi dicuntur eis reliquisset pręcessit. ¶ Cumq; galilęam intrassent cū armis occurrunt eius prouincię custodes bazafarmanis & primū quidem eos studiose suscepit & munera prestitit: post vero eis contexebat insidias. Faselus tamē cū suis prope mare reuertebatur. Vbi cum antigonum audisset promisisse parthis mille talenta & mulieres quingentas in suspitionem iam barbaros habebat necnon & noctu insidias senserat. dum quidā nunciasset ei custodiam subito circundatam. Tunc capi quidam habuissent: nisi expectassent parthi usq; quo hierosolimis herodes comprehenderetur: ne his prius interfectis ille sentiens diffugeret. Fa selo autem dum persuaderent quidem fugiendo periculum euitare: propēsius autem offellius quia hoc a saramalla ditissimo tunc syriorum audierat: naues quoq; ei ad fugam ꝓmitteret nam iuxta mare fuerant ille minime relicto hyrcano fratrem adiuuare passus est. Cumq; bazafarmanem accessisset non equa inquit te facere video: dum talia de nobis cogites. Nam si pecunijs indiges: plus tibi ab hyrcano proferetur: q̄ antigonus promisit. Immo etiam nimis acerbum est. si legatos qui ad te cum fide venerunt interfeceris. ¶ Tunc barbarus hęc eo dicente iurabat nichil verum esse sed falsa eum suspitione turbari. Et hęc dicens ad pacorū perrexit. Quo eunte parthi quidem hyrcanum & faselū ligauerunt multa de periurio parthos increpantē. At ille pincerna qui cōtra herodem destinatus fuerit mandata habens vt eum foras murum procedentē comprehenderet: anteq̄ hoc faceret nūcij missi a phaselo indicauerūt parthorum perfidiam. Cumq; audisset herodes ab hostibus eos legatos cū querelis accedit ad pacorum parthorumq; nobilissimos qui omnem causam scientes dissimulabant: dicebant oportere eum foras murum exire ad occursum litteras deportantium. ne ab aduersarijs tenerentur. Nam conuenisse dicebant: vt demonstrarent quantum faselus profecisset. Quibus herodes minime credidit audiens ab alijs fratris comprehēsionem necnon & suasione filię hyrcani quā sibi desponderat de parthis suspicabatur. Quam cum alij non attenderent ipse obediebat mulieri sapientissime. Dumq; parthi cogitarent quid fieri oporteret. nam non eis visum est tam maximū principem palam comprehendere & in posterum distulissent: herodes credens magis ꝙ de fratre vel parthorum insidijs audierat: q̄ aduersarijs consentire: vespere veniente deliberauit euitare aduersariorū pericula. Igitur ingressus est cum armatis. Cumq; mulieres super iumenta imposuisset matrem suam & sororem & quam matrimonio ducturus erat Alexandri filiam qui fuit aristoboli filius & huius matrem hyrcani filiam & nouissimum fratrem oīaq; in via necessaria & residuū populum ad ydumeam destinauit ignorantibus hostibus. Quorum nullus tam durissimus natura repiri potuit qui non cum presentia cerneret miseraretur eorūdem viuendo mulieres cum infantibus duci lachrimātes & gemēs ꝙ a patria discederēt: & nichil iam bonum de se expectaret. Sed herodes fortiter atrocitatē regis sustinens & magnanimus contra omne periculum per viam vnumquēq; confidere hortabaẗ. ne traderēt se mesticię quę posset eius fugę nocere: in qua sola spes salutis eorum posita esset. Et illi quidē herodis persuasionibus calamitatem sufferre tentabant: ipse vero pene sese interemit dum iugo cōuerso mater eius mortis periculum sustineret. Cuius propter passionem & timorem ne hostes eos consecuti remorans circa passionis curam comprehenderet: suum gladium euaginauit: seq; perimere conantem tenuerūt pręsentes viri dum dicerent. non oportet inimicis satisfieri. nam hoc non esse fortis: siquidem se de periculis liberans armatos traderet inimicis. Quibus verbis compulsus facinus

[Marginalia:]
cipatū traderēt & herodē occideret) antigonū regno conaẗ restituere.

Animositas herodis & phaseli fratris.

Fraus & insidię parthorꝫ cōtra herodē & fratrem eius.

Parthi hyrcanū & faselum dolo se captos ligauerunt.

Herodes mulieris suasiōe inimicorꝫ euasit insidias.

Magnanimitas herodis.

Herodes fere se se gladio interemit. &c.

quod in se cogitauerat pretermisit: matremq; curans pergebat viam propositam & celeriter ad massadam castellum peruenit.

¶ Herodes victor contra parthos & contra hostes iudeos eo in loco vbi iudeos confudit postea (regno adepto) ciuitatem edificauit quam herodion appellauit parthi autem hierosol. & palacium deprędātes resq; herodis inuaserūt & marissam expugnauerūt ciuitatem antigonus sic per parthos in iudea introductus phaselum & hircanū vinctos habens hircano aures (ne iterum sacerdotiū obtineret) iussit amputari. Phaselus vero sub inimico perire amarissimum iudicans (cum nō haberet manus solutas ad se interficiendum) caput saxo percutiens vitam finiuit. Herodes autem malchū arabum regem multa sibi debentem accepturus remuneratione perrexit quem ipse malchus occasione accepta recipere recusauit qui tamen postea penituit sed herodes caute cum paucis venit in egyptum & hinc neq; a cleopatra quę eum cū veneratione suscepit neq; a tēpestate / neq; a seditionibus que tunc in Italia erant occupatus romam festinauit.

Capitulum. xiij.

Herodion ciuitas ab Herode cōstructa.

Cumq; multas pugnas contra parthos excurrentes egisset: totas obtinuit. In fuga vero nec iudeis pepercit: qui eū a ciuitate septuaginta stadijs sunt hostiliter persecuti. Illo vero loco vbi iudeos confudit postea regnum accipiens aulam oportunam construxit: ciuitatēq; edificauit: quam herodium appellauit. ¶ Cumq; ad idumeā in risa vico peruenisset: frater eius iosippus obuiauit ei. Cum quo consilium de omnibus qui fieri debuissent assumpsit. Nam magna multitudo eum sequebatur: pręter peregrinos conductos milites. Oppidū vero massada in quo propositum erat confugere paruum erat vt tantum susciperet populum. E quibus plusq̃ nouem milia dimisit pręcipiens per ydumeam sese liberare: pręstans eis vitę stipēdia. Necessarios vero in oppidum adducēs peruenit. Cumq; ibi deposuisset mulieres quę octingentę fuerunt tritico vel aqua vel alijs oportunis in oppido sufficienter cōstitutis ipse ad petras arabię recessit. ¶ Parthi vero mox die facto cum vniuersam hierosolimam & palacium deprędassent: hyrcani pecunias non tangebāt. quę vsq; ad trecenta talenta fuerunt. Sed & multas res herodis inuaserunt: ille enim aliquas per prouidētiam suam deportauerat ad Idumeam. Dumq; parthis ciuitatis pecunię non suffecissent: prouinciā exeuntes vastabant: & marissam potentissimam ciuitatem expugnauerunt. ¶ Antigonus quidem cum sic a parthorum rege ad iudeam introduceretur: phaselum & hyrcanum vinctos suscepit. Nimis autē cruciabatur quod mulieres fugissent. quas hostibus dare ꝓmiserat. Nam has pro mercede cum pecunias pactus est. Veritus autē ne multitudo de hyrcano quōdam regnum restitueret dum adhuc a parthis custodiretur aures eius amputauit: molitus ne possit rursus ad eum principatus sacerdotij peruenire propter hanc diminutionem dum lex hunc honorem iussisset tantum integros obtinere. ¶ Sed phaseli miretur quisq̃ fortitudinem qui cum sciret se occidendum non mortem putauit atrocem esse: sed sub inimico perire amarissimum iudicauit. Cumq; non haberet manus a vinculis solutas & aptas ad interficiendum seipsum: saxo caput suum percutiens vitam finiuit. ¶ Dicunt autem quia vulnere maximo confectum pręcipiens antigonus medicis tanq̃ curandum interemit. mortiferis medicaminibus superimpositis in vulnere. ¶ Cum tamen ad integrum vitam non amitteret phaselus: a quodam muliere audiens fratrem herodem aduersarios vitasse satis viriliter sustinuit: dum relinqueret mortem suam vindicaturum. & super inimicos vlcisci valentem. ¶ Herodem tamen magnitudo circūuenientiū malorum non perterruit sed faciebat eum sagaciorem. Nam & malchum arabum regem multa prius beneficia sibi debentem remunerationem accepturus perrexit & q₉ magis opus habuisset tum pecunias sumere seu sibi debitas. seu per donationem dandas: quia multa impetrauerat malchus ab eo. Qui dum fratris interitum non audisset festinabat alias estimabat eū ab hostibus redimere. tyrijs argenti trecenta talenta promittendo. Adducebat autem phaseli filium septimū annum ętatis ducentē: quatenus pignus eum arabis deponeret. ¶ Sed cum nuncij obuiassent ei dixissent ei iussisse malchum vt a prouincia discederet. quod parthi pręcepissent nequaq̃ suscipi herodē qua occasione vsus est (ne debitū solueret) nam & nobiliores arabes ad hoc eum irritabāt quatenus pecunias lucrareꝰ depositas vel acceptas prius ab antipatro: respōdit herodes nichil eos grauare se venisse. sed locuturū rem tantum necessariam suis negocijs. ¶ Postq̃ autem visum est ei discedere caute pergebat cum paucis ad egiptum venisq; in quoddam templum remoratus est. Postero vero die cum andriuoca rura peruenisset: fratris sui interitum audiuit. ¶ Malchus vero penitens persequebatur herodem cui minime propinquauit ad pelusium festinanti. vbi cum inuenisset classem applicatam: prohibebant alexandriam nauigare. Ille vero pręsides interpellauit. A quibus cum multa veneratione perductus in ciuitatem a cleopatra suscipitur. Quę nullatenus potuit eum ibidem itinere romam festinantem licet tempestas esset. & ytalia plena seditionibus nunciaretur: vnde cum nauigasset ad pamphiliam hyeme atrocissima: vix ad rodum deducitur. Qui (duos sibi amicissimos cu

Iosippus herodi frater venit ī idumea.

Parthi res herodis iuadētes marissam expugnauerūt ciuitatē.

Antigonus violētia p parthos in iudeā itroductus pfaselū & hircanūvinctos habens hircano aures ne iterum sacerdotiū obtineret iussit amputari.

Alia opinio de morte phaseli.

Magnanimitas herodis.

Occasio malchi arabū regis herodem recipere recusantis.

Herodes romā petēs neq; a cleopatra detineꝰ neq; seditiōibus quę tunc in ytalia eranc. &c.

occurrere vidisset sabinum & ptolomeum) & inuenisset ciuitatem cassij bello deuastatam: quãuis inops tamen benefacere eum non piguit: sed & super vires suas largitus ad eam renouãdam donauit pecunias.

Liberalitas herodis.

¶ Herodes romam veniens & anthonio facta iudeorum referens (congregato senatu) laudatur & antigonus hostis accusatur. & ab omnibus iudeę rex creatur prę̄ter spem suam cum tantũ principatum (qui soli generi sacerdotali debebatur) minime petiturus aduenerat. vetidius autem tunc a romanis missus vt parthos prohiberet vastare iudeam pecunijs corruptus silonem dimisit. herodes vero ab ytalia veniens nauigio ptolomaidem exercitum congregat contra antigonum.. Qui viribus auctis in massidam fecit impetum & familiares eripuit. dehinc hierosolimis cum silonis exercitu properauit antigono conquerente. quia quod sacerdotali generi dicebatur idumeo & priuato viro datum fuerit herodis quoq; exercitui familiares victualium abundantiam amministrauerunt.

Capitulum quartumdecimum.

Cumq; trinies construxisset. & nauigasset cum amicis ad ytaliam in brũdusium deducitur & exinde romam perrexit. Vbi prius anthonio retulit quę cõtigissent ei per iudeam & qualiter frater eius phaselus a parthis iteremptus & hyrcanus captiuus teneretur & q; antigonum regem ordinassent mille talenta promittentem & mulieres quingentas quę ex prioribus & de genere suo fuissent. & quod suas noctu produxisset: & vitasset inimicorum manus multas passus calamitates. Post vero deflebat suos familiares periclitari dum obsiderẽtur & queadmodum nauigasset hyeme contẽnens pericula dum festinaret ad eum in quo solo spes suas & auxiliũ firmum possideret. Antonius autem misericordia mouetur pro herodis calamitatibus deflensq; in tali dignitate constitutis hominibus fortuna dominetur: necnon & memor amicitię patris eius antipatri & promissionis pecuniarum quas herodes prębere promiserat si rex esset quemadmodum prius tetrarcha ordinatus. multomagis tamen propter odium antigoni dum seditiosum & romanis inimicissimũ eũ arbitrateẽ propensior erat herodes apud eum. Cesar quoq; propter antipatri expeditiones quas per egiptum patri suo perduxit & hospitiũ vel in omnibus fauorẽ exhibuit: prę̄stans antonio nimis pro herode studenti ad petitiones & auxiliũ de quibus herodes petebat paratior erat. ¶ Cumq; senatũ cõgregasset messala & atratinus herodem presentantes de patrijs eius beneficijs intimabant: & quem erca romanos ipse habuisset fauorẽ. Simul etiam antigonum accusabant hostem eum manifestũ pronũciantes non solum ex his quę prius commiserat: sed quoniã & nunc a parthis principatũ romanis neglectis acceperat. Cumq; senatus pro his cõmotus fuisset: antonius insinuabat quemadmodũ & cõtra parthorum pugnam herodẽ regenerare prodesset. ¶ Cũq; hoc omnibus placuisset. decreuerũt eum creari regem. Summũ tamen fuerat antonio erga herodem studium quoniã ei tantum principatum insperate acquisiuit quẽ minime petiturus ascẽderat. Nunq̃ enim putabat sibi romanos regnũ daturos quod soliti erant generi sacerdotali donare: & ideo fratri suę vxoris id preberi volebat qui nepos per patrẽ quidem est aristoboli per matrem vero hyrcani fuerat quem postea interfecit: quod apto tẽpore referemus. Sed cum intra septimũ diem cõtulisset ei senatus quod nullatenus sperauit & ab ita a discedere fecisset: senatu vero dimisso herodẽ medium habentes antonius & cesar exierunt. pręcedentibus alijs cõsularibus immolaturi: & deposituri senatusconsultũ in capitolio. Herodem autẽ primo die regni pauit antonius. Cuius initium fuit centesima vel octogesima quarta olimpiade: consulibus gaio demetrio albino secundo & gaio asione. Quo tẽpore antigonus massada obsidebat plenã omnibus prosperis: tantũ vero deficientem aquis. Quapropter & frater herodis iosippus cum ducẽtis familiaribus fugere cogitat ad arabas dum audiret malchum se penitere pro his quę in herode cõmiserat: prohibuit tamen eum deus qui per noctem tantam pluuiam misit vt receptacula cisternarũ cuncta complerentur. Qua copia recrepti exeuntes contra antigonum confligebant quibusdam palam alijs vero furtim: quorum etiam multos in cõgressionibus prostrauerunt. ¶ Ventidius autem eo tem tempore a romanis dux transmissus quatenus parthos a syria prohiberet iudeam peruenit manifeste quidem tanq̃ iosippum adiuturus omnis vero machinatio eius erat vt ab antigono pecunias acciperet. Igitur cum prope hierosolimam castra posuisset: & satis pecuniarum ab antigono sumpsisset: ipse quidẽ cum ampliori militia discessit: & vt non manifestaret pecuniarum acceptio: silonẽ cum quadã parte militum ibi reliquit. Quem similiter antigonus remunerabat vt nichil se molestaret: spe ns rursus sibi parthos adiutores. ¶ Herodes autem ab italia cum ad ptolomaidam nauigio venisset: & congregans non paruam expeditionem ex peregrinis simul & iudeis: per galileam cucurrit super antigonum. Conueniebat etiam cum eo silo & ventidius per delium compulsi: qui trãsmissus fuerat ab antonio vt herodem duceret. Ventidius ergo dum cõponeret turbas quas per ciuitates syrie parthi cõmouerãt in iudea pecunijs ab antigono corruptus degebat. ¶ Herodi vero quotidie vires cre-

Herodes romã veniẽs ãthonio quę facta sunt in iudea retulit.

Congregato senatu / Herodes laudatur & antigonus hostis accusatur.

Herodes a senatu rex creatur pręter spẽ anthonij cũ regnũ gñi sacerdotali debebatur.

Regni herodis principiũ.

Ventidius a romanis missus vt prohiberet parthos iudeam vastare pecunijs corruptus silonẽ dimisit.

Herodes ab italia veniẽs ptolomaidẽ exercitũ cõgregat cõtra antigonum.

Herodes viri-

bus auctis i massadã fecit ĩpetũ & cognatos su/os eripere ꝓcu/rat.&c.

Fauor pplorum multiplici rõne.

scebant cui se pene omnis galilea tradiderat. Cumq; impetum fecisset herodes in massadã necessariũ putans circũseptos cognatos in oppido liberare: fit illi impedimẽto ioppe. Nam aduersariã eam exi stentẽ oportebat prius deprehendere: ne haberet post se relictum oppidũ inimicoꝶ ad hierosolimã pgens. Cumq; voluntate silonis rebellarent iudei herodes cũ paucis militibus eos inuadit: & ad fugã conuertit. silonem vero incaute confligentem a periculis liberauit. Ioppẽ quoq; expugnãs de massa da familiares suos eripere festinabat. ❡ Tũc quidã ꝓuincialiũ propter paternã amicitiam subuenie/bant ei: multi vero propter eius gloriam: immo etiam & alij propter remuneratione beneficiorũ quę ex ambobus acceperãt: plures vero propter spem quam in eum tanq̃ in regem habebant. ❡ Antigo nus autem oportunos transitus eius insidijs & fraudibus pręoccupãs: nichil aut perparũ hostes lede bat. ❡ Herodes vero de massada familiares suos eripiens & risan castellum capiens: ad hierosolimã properauit vna cum exercitu silonis. Et cum multi fortitudinẽ eius castraq; ad occidẽtalem partem posita ciuitatis cernentes metuerent: partis illius custodes sagittarij eius impetũ amouebant. Quidã vero etiam excursione facta cum hostibus decertabant. Herodes quidẽ primum iussit pręconari cir/ca murum ꝙ bono populi pręsto esset pro salute ciuitatis: nec manifestorũ aduersariorũ maliciam re cordaretur. sed etiam munitissimis absolutionem delictorum quę in se cõmiserant sese pręstaturũ es/se promisit. Antigono vero contra pręddicta herodis clamante: syloni vel exercitui romanorum quia pręter suam iusticiam ęgissent. dum herodi priuato & Idumeo id est nõ integro iudeo regnum darẽt: cum soliti fuissent hoc genere prębere digno. Nam & si non de se vel de regno suo grauiter ferrent ta men sacerdotes (qui nichil in romanos peccauerũt) non iusta facerent si de honore deijcerent. Cum hęc adinuicem dixissent: & ad blasphemias peruenissent: antigonus repellere prope murum venien/tes suis pręcepit. Quia iaculando vel propensius pugnando. facile procul a turribus depulerunt eos.

Herodes hirl'm obsidet cõtra ã/tigonum.

Antigonus cõ/queritꝰ qa regnũ qd debetꝰ gene/ri sacerdotali I/dumeo & priua to datum sit.

❡ Tunc & silo pecuniarum acceptionem reuelauit. Nam & multos ex ꝓprijs militibus remisit: dum indigentiam sumptuum reclamarẽt. & pecunias ad alimenta postularent. quosdam ad hyemalia lo/ca destinauit. nam circa ciuitatẽ loca deserta erant. eo ꝙ a militibus antigoni omnia direpta fuissent. Mouitq; exercitum & discedere tentabat. ❡ Herodes autem petebat silonis duces vel milites vt non se relinquerent. a cęsare vel antonio. senatu anctore honoratũ. Nam prouidere eorum inopię & faci/le prębere quęcũq; quęrerent se promisit. Post petitionẽ autem statim ad pruoinciam egreditur: nul/lam occasionem discessionis relinquens. Siquidem multitudinem quantam nemo sperabat necessa/riorũ deportauit a samaria familiaribus suis amministrãtibus triticum vinũ & oleum & pecora. simul & alia diuersa in hiericonte deducẽtibus. pręuidens ne per sex dies aliquid militibus deesset. Quę cũ non latuissent antigonum: statim misit per prouinciã qui deberẽt insidijs prohibere deportatores ali/mentorũ. Cumq; pręceptis antigoni paruissent: grandem multitudinẽ armatorũ circa hiericontẽ con/gregantes super montes locati custodiebant alimoniam deducentes. ❡ Sed cum hęc aguntur hero/des non ociose degebat: sed decem turmas suscipiens quarum quinq; iudeorum erant alię vero mer cede conductę necnon & ęquites paucos ad hiericonta peruenit. Cumq; ciuitatem desertam inuenis sęt: quingentos vero excelsa pręoccupasse cum vxoribus & cognationibus hos quidem dimisit: roma ni tamen irruentes ciuitatẽ deprędauere cum plenas domos pecunijs reperissent. Igitur custodiã rex in hiericonte relinquẽs reuertitꝰ: & romanoꝶ militiam ad hyemalia dimisit in Idumea vel galilea vel samaria. ❡ Impetrauit autẽ & antigonus a silone pro pecuniarũ munere vt partẽ exercitus romani in lidorꝰ al's liddis susciperet ꝓ antonij satisfactione Romani quidẽ in delitijs erant: & ab armis quieti. ❡ Herodes (ne ociosus esset) iosippũ fratrem cum exercitu in iudeam destinauit veniens ipse in gali/leam & post contra latrones mittit exercitũ quo tpe silo simul cum ducibus ad eum venit cui victua/lium per fratrem ꝓuidentiã fecit. herodes autẽ (cum ad latrones in speluncis latentes festinaret silonẽ ad ventidiũ trãsmisit: noteꝰ modus quo latrones de specubus extraxit) Tunc enim latro quidã senex cum septem filijs & vxore relictus seipm (postq̃ filios & vxorẽ occidisset) interemit. herodes itaq; ob/tentis latronũ speluncis ad samariã cum exercitu recessit ptolomeo ibidem duce ordinato quẽ turba/ta galilea interemerũt. Machera quoq; herodi missus in auxiliũ pecunia ab antigono corruptus post ea tñ herodi recõsiliatur herodes etiam ad anthiochiã vades dux itineris contra barbaros eos ꝓster nit vnde ꝓpugnator & saluator dictus est.

Victualia ĩ abũ/dãtia ꝓ exerci/tu herodis.

Capitulum.xiiij.

HErodi vero minime visum ocium habere: sed ad iudeam fratrẽ suum iosippũ cum duobus milibus peditũ & quadringẽtis ęquitibus destinauit. Ipse vero cum ad samariã peruenisset: & ibi deposuisset matrem & alios cognatos a massada deductos ad galileam vsq; peruenit capturus quedã loca quę custodes antigoni pręoccupassent. Perueniens autem in sephor custodibus antigoni fugatis in abũdanti ꝓsperitate erat. ❡ Post inde contra quosdã latrones in spe luncis habitantes equitũ aliam & peditũ tria agmina trãsmisit: quatenus ꝓhiberet eos ne latrocinij

Herodes iosip/pũ frem cũ exer citu in iudeã de stiauit & ipse ve nit in galileã.

xercerent.Hęc autē iuxta villā vocabulo arbilō fiebāt:vbi ipse quadragesimo die cū oi expeditione
rofectus.Hostes vero cū cōfluxissent:verterūt leuū cornu agminis eius. Quos ipse inuadēs fugauit:
uos autē fugiētes eo loco cōstituit.Permāsit vero cōtrarius persequēs vsq; ad iordanē fluuiū: cū per
lias.& alias vias diffugerūt.Itaq; cū totā galileā cœpisset pręter eos qui in spelūcis habitabāt:& dimi
sset pecunias vnicuiq; viro centū & quīquagita dragmas prębēs.ducibus aūt multoplus.ad hyema-
a eos loca remisit.¶ Sub idē tēpus& silo simul cū ducibus suis ad eū venit:eo q̄ voluisset antigonus
iméta per hyemalia cōstitutis prębere nā plus mēse nō eos pauit sed& misit in circuitu per prouin-
ā pręcipiēs vt cū oia dissipassent per mōtes cōfugerēt.quatenus romā de necessarijs nihil habētes fa
e cōsumerentur.Herodes vero prouidentiā eorū fratrē suū habere pręcepit.simul & Alexādriū opi
am circūdare.Qui celerius abundātiā necessariorū militibus pręparauit:& alexādriū olim dirutū re
ōstruxit.¶ Eodē tēpore antonius quidē athenis morabatur. Per syriā autē vētidius venit dū silonē
:cersiēs cōtra parthos primū ei mādauit herodē adiuuare: deide vero ad se auxiliatores cōuocare.
ū herodes cōtra latrones in spelūcis festinaret:silonē quidē ad vētidiū trāsmisit.ille vero cōtra illos
cpeditionē produxit.Erāt enī latronū cubilia in mōtibus abruptis cōstituta: & per mediū altissimos
abētia trāsitus saxis acutissimis circūdatos.vbi cū oībus suis familiaribus latebāt. Rex aūt cōstruens
chas ferreis cathenis ligatas:per machinā de vertice mōtis deponebat super eos.Dū nec ab inferio
ous ascēdere propter acutū mōtē potuissent neq; de superioribus cōtra eos descendere. Archę vero
ilitibus armatis plenę erāt falces lōgissimas habētibus.cū quibus resistētes latrones abstractos occi
:re pręualerēt.Sed dispositionē archarū cōtigit incaute disponi.Dū nimis ad alta descēdissent. ha-
:bāt etiā intus necessaria.Cū tamē arcę depositę fuissent:nec auderet & quidē a spelūcis vllus exire
ius ex militibus gladio cinctus & ambabus manibus cathenā tenēs ex qua alia pēdebat: descendit
speluncā.abhorrēs morā nō audentiū exire latronū.Cūq; prope vnā speluncā venisset: primū qui-
iaculis multos fugauit:post aūt falce resistētes impellebat ad pręcipitia ruere.Cūq; intus ingressus
et multos occidit:& reuersus in archā quieuit.Timorvero reliquos gemitū audiētes& salutis despe
tio cōpręhēdit.Rei vero terminū nox prohibuit& multi rege cōcedēte sese subiectos tradiderunt.
o modo & in posterū cōflictionibus vsi sunt vt ab spelūcis exirent latrones & ante ianuas pugnarēt
ilites aūt in circuitu siluę ignē miserūt:& ita multos incēderūt.Tūc senex quidā intus cū septē filijs
vxore relictus est quibus petētibus quatenus eos dimitteret ad hostes exire stās super ostiū spelūcę
iūquēq; filiorū prostrauit exeūtē vsq;quo cūctos interemit: post aūt & suā vxorē.Cūq; in pręcipitio
dauer iactasset:super se quoq; dedit mortē pro seruitute sustinēs:multaq; prius in herodem vocifera
s & infirmitatē exprobrās.licet ei rex dexterā tetēdisset & oēm licētiā promisisset.¶ Igitur his actis
n oēs speluncas obtinuerat rex. Vbi ducē ptolomeū ordinēs ad samariā cū secentis equitibus& tri-
s milibus peditū dicessit:tanq̄ antigonū expugnaturus.Ptolomeo nō bene hęc militia cessit. Siqui
m hi qui prius galilēā turbabant inuadētes eū interemerūt.Cūq; hoc fecissent.in nemoribus & i dif
ilimis locis confugiūt:prędantes & rapientes oīa.Quos reuersus herodes puniuit. Nā multos trās
essores interfecit & eos qui in munitissimis locis cōfugerāt obsidione capiens occidit & castella de
osuit.Multauit etiam ciuitates rebellibus extinctis centū talēta.¶ Interea pacoro bellis ruente cum
rthi fugissent:mittit vētidius macherā adiutorē herodi cum duabus cohortibus& mille equitibus:
tonij pręceptis obsecutus.Machera siquidē antigono vocāte pręter sententiam herodis pecunijs
rruptus: properabat exploraturus eius negocia.Cuius negocia suspecta habens antigonus aduen
s eius non suscepit sed fundis eū prohibuit.& demōstrauit eius volūtatē.Quod vbi machera sensit
herodē sibi optime persuasisse cognouit:seq; peccasse non audientē ammonitionē illius: ad sama
m ciuitatē discessit.Iudeos vero per viā occurētes amicos vel inimicos prostrauit: iratus in his quę
ssus esset.¶ Rex autē his incitatus ad samariā perrexit.Vnde ad antoniū cū propter hęc delibera
: proficisci & suggerere q̄ talibus auxiliatoribus nō egeret qui magis ei q̄ hostibus nocerēt seq; ip-
n sufficere ad expugnationē antigoni:machera secutus supplicabat ei vt permaneret si tamen oi-
s modis iturus esset fratrē suū iosippū sibi pręponeret vt debellaret antigonū.Itaq; petitus a mache
recōsiliatur ei.Cūq; reliquisset iosippū cū militia persuasit ei ne periclitaretur.neq; macherę aduer
etur.Ipse porro ad antoniū festinauit qui samuthasa alias samosata opidū iuxta eufratem obside-
:cū equitibus& pedibus auxiliatoribus.¶ Cūq; ad anthiochiā peruenisset inuenissetq; qui ad an-
iū pergere festinabāt:timore tamē q̄ in via barbari multos inuaderēt & interimerēt nō audentes
sire.ipse eos adhortatus dux itineris factus est.Sed cū ante duas māsiones samathasarum alias sa
satorū venissent:insidię barbarorū ibi collocatę eūtes ad antoniū inuadebant.Nam spinis obstrue
it camporū additus vbi etiam equitū non paucos sedere ociose barbari disposuerūt vt cū ad cam
n peruenirent:impetum super eos facerent. Sed vbi primi transierunt & retro obseruarct hero-

Galileam cepit.

Victualium prouidentia per fratrē fieri pręcepit

Cubilia latronū in montibus.

Modus quo latrones capti fuerunt.&c.

Senex latro cū septē filijs&vxore seipsum occidit postq̄omnes filios & vxorem interemisset.

Herodes optentis latronū spelūcis sibiq; ptolomeo duce ordinato ad samariā cum exercitu discessit.

Machera in auxilium missus herodi pecunias ab antigono corruptus.

Machera recōsiliatur herodi volenti Anthonio conqueri.&c.

Herodes dux itineris contra barbaros quos etiā debellauit.&c.

des:barbari subito ab insidijs velut quingenti secuti primos ad fugam verterunt. Tunc rex impetum suis cum militibus faciens in eos:statim hostes inuadit. Quos cum fuga vertisset audaciam suorum excitauit:& confidenter fecit eos reuerti qui prius fugiebant. Tunc rege a tergo pugnãte: vndiq; barbari circundati prosternebantur. Sed cum multa direpta fuissent iam vasa vel sarcinulę vel mancipia: vniuersa rex hęc eripiens pergebat. ¶ Porro tamen cum multi cum de silua propinquãte eo campis contra eum exissent his confligens cohorte fortissima vertit eos in fugam:multosq; interimens: oportunam sequentibus viam pręstabat. Qui propugnatorem & saluatorem eum vocauerunt.

Herodes ꝓpter barbarorũ occisionem saluator vocatus est.

¶ Anthonius exercitum cum ornatu transmittit in herodis occursum quem ei honorem tribuens quia barbarorum insidias debellauerat Sosioq; ipsi auxilium prębere iussit iosippum quoq; herodis fratrem antigonus vincens cum exercitu caput eius incidit quod Ferrora.l.talẽtis redemit Herodes quoq; rediens ab anthonio viriliter hostes debellauit Quem etiam omnes dei amatorem crediderũt cum ipso in superiore domo existente tectum domus subito cecidit & neminem compręhendit victoria quoq; contra antigonũ & pampum habita ipsum nudũ in balneo lauantem quidẽ hostium armati inuaserunt sed eum minime leserũt. Caputq; pampi in fratris vltionem ferora mittit herodi Ca.xv

Herodi Anthoniusobuiam mittit exercitum herodis causa.

Sosius herodi ãthonio pręcipiẽte auxiliũ dedit.

Mors iosippi fratris herodis & mortis modus.

CVm aut prope samosata perrexisset:transmittit anthonius exercitum cum ornatu ad occursum herodis hunc ei honorem tribuens auxilij causa. Nam barbarorum insidias & impetum contra eos factum audierat. Cumq; pręsentem alacriter vidisset & cognouisset ab eo quę per viam acciderant amplectebatur & virtutem eius laudibus efferebat & osculabatur eum & pręponebat sibi quem paulo ante regem ipse monstrauerat. ¶ Sed cum anthiochus nõ multo post opidum traderet & a bello desineret. Sosio alias sossio quidem anthonius pręcepit auxilium herodi prębere:ipse vero ad ęgyptum discessit. Tunc sosius duas legiones cum herode pręmisit ad iudeam:ipse vero cum ampliore exercitu sequębatur. ¶ Contingit etiam iosippum tali modo in iudea perire. Hic immemor pręceptorum fratris ad anthonium euntis:exercitũ per montes produxit. Nam quinq; cohortes ei machera dederat ad hierichontem properanti:dum vellet triticum metere. Et romanis militibus nouis adhuc & bellorum inexpertis existentibus. Quorum multi a syria delecti fuissent:aduesarijs eum inuadentibus relictus in difficilibus locis fortiter pugnans interemitur: cunctum pene perdens exercitum. Siquidem sex turmę extinctę sunt. ¶ Antigonus autem cum inimicos vicisset caput iosippi incidit quod quinquaginta talentis frater eius ferora redemit. Sed iam post hęc deserentes galilei potentes gentis suę socios herodis:in paludem mergebant. Multi quoq; & in iudea rebellauerunt:machera tamen opidum gittam alias guttam munitissimum capit. ¶ Nuncij vero cum regi in dafne alias dasne anthiochię nunciassent fratris casum: & ipso quidem hoc sperante propter visiones quas euidenter in somnis de morte fratris sui vidisset festinans proficiscebatur. Et cum ad libanum montem peruenisset octingentos exinde sumens habens exercitum ad ptolomaidã peruenit. Vnde noctu surgens cum expeditione galileam adijt. Cui cum hostes occurrissent & prelio victi fuissent in aliquo oppido concluduntur vnde & prius egressi sunt dum congressiones facerent multa tempestate commotas nichilq; valens conficere:exercitum ad villas propinquantes perducit. ¶ At cum ab anthonio secũda legio venisset hi qui oppidum tenebãt territi nocte ipsum relinquunt. & rex ad hierichontem vrgebatur:vltionem exacturus pro fratre. Vbi cũ profectus esset potentissimos suos pauit. ¶ Post conuiuium autem cum ad superiorem domum ascẽdisset dimisit omnes qui pręsentes erant. Vbi miranda affuit dei circa regem prouidentia. Nam tectum domus subito cecidit:& neminem compręhendit. Vnde omnes crediderunt herodem dei amatorẽ esse dum tam maximum & mirandum periculum velociter euitasset. ¶ Postero die aduersarij cum a summitate montium sex milia descenderent ad pugnam timorem romanis immiserunt. Qui cum accessissent iaculis lapidibusq; regis socios exeuntes vulnerabant:& ipsum quidam telo circa pręcordia percussit. Antigonus autem ad samariam ducem mittit pampum nomine cum aliquanto exercitu. cupiens hostibus de se opinionem tanq̃ debellatore pręstare. machera autem duci pampo assidebat. ¶ Herodes autem quinq; ciuitates cum cepisset relictos ibi duo milia existentes interfecit. Ipsasq; ciuitates incendens redijt cõtra pampum:qui contra villam ad sunam vocabulo castra sua disposuit. Dumq; multi confluerent ad eum ab hierichonte & a iudea iuxta hostes accessit eosq; audacter pręcurrentes cum eis cõfligens deuicit. Quos persequens pro fratris sui vindicta occidebat Quorum multi dum in domibus armati confugissent tectis auulsis desuper lapidibus eos opprępssit. Quod factũ aduersariorum magis animos confregit sperantium futura deteriora existere. Nam non latuit multitudo ad villam fugientium & nisi tunc tempestas grandis descendisset & rex ad hierosolimam exercitum victoria confidente destinasset. omne opus tunc perfecerat:antigono iam fugam meditante & a ciuitate discedere ¶ Rex autem vespere facto cenare milites pręcepit. Ipse vero cum in quandam domũ lassus intrasset quo balne

Ferora caput iosippi fris ab antigono.l.talẽtis redemit.

Pugna herodis redeuntis ab anthonio & victoria.

Mira dei prouidentia quia nemo leditur tecto domus corruente vnde oẽs herodẽ dei amatorem crediderũt.

Victoria herodis contra Antigonũ& pampũ.

Herodem nudũ in balneo lauantem quidam hostium armati inuadunt sed eum minime leserũt.

at pene maximum periculum incidit. quod prouidentia dei vitauit. Nam nudum & cum vno pue
sequente lauantem hostium quidam armati qui in eadē domo pro timore celati fuerant inuadunt
uorum vnus exijt gladium tenens & per ianuam cucurrit & post hunc secundus & tertius simili-
r armati: nichil tamen regem leserunt. ¶ Postero tamen die interempti pampi caput ferora decidēs
o vltione fratris herodi transmisit.

Caput pampi ferora pro vltione fratris mittit herodi.

¶ Herodes regni sui anno tertio hierusalem obsidēs; filiam alexandri filij aristoboli duxit vxorem
i obsessi iudei maximam fecerunt resistentiam septem annis maxima fame & inopia fatigati capta
q; exteriori parte & ciuitatis inferiori ad superiorē fugierunt: tūc quoq; maxima iudeorum facta ce
Antigonus a turre descendēs ad sosij pedes procidit quem nequaq̄ miseratus Antigonū irrisorie
nq̄ feminam noīauit. herodes vero circa templū & res sacras prouidebat rapinasq; ciuitatis prohi-
bat & de suo munificēter militibus mercedē donauit Antigonū autē ligatū a sosio Romam ad an
oniū ductum pecunijs procurat interfici. Hocq; modo assamonei pricipatus finē habuit. Ca.xvj.

DEsinente vero hyeme regressus inde hierosolymam prope peruenit & iuxta ciuitatē castra sua locauit: tertio regni sui anno ex quo rome ordinatus erat. Postera rursus die castra iuxta murum accedens transmigrauit. vnde potuisset ciuitas ante templum ex pugnari: sicut & prius a pompeio: & tribus aggeribus locum circundans turres erexit.

Herodes regni sui āno tertio obsidet hierusalē.

¶ Cumq; multa manu ad opus vsus fuisset. & siluam decidisset & oportunos operan tibus prępofuisset: ipse ad samariam pro nuptijs discessit: ducturus alexandri filij ari-
boli filiam. Nam hanc desponsauerat sibi sicut & prius retulimus. ¶ Post nuptias autem venit so-
s per phenicem(cum exercitum per mediterranea pręmisisset:) venit etiam multitudo equitum &
ditum. Tunc rex quoq; egressus est a samaria non paruam super priorem expeditionē producens
quidem triginta milia fuerant. Omnes autem prope hierosolymorum muros congregabantur. vbi
cunsedebant per aquilonis partem muros ciuitatis. quorum exercitus erat vndecim cohortes pe-
um, & sex milia equitum. necnon & auxiliatores, tyrij alias sirij & duo duces silo & sosius qui & ab
thonio missus est auxiliator. ¶ Herodes autem decertabat pro se quatenus ab antigono principa-
n perciperet qui rome dudum hostis fuerat iudicatus & pro illo rex herodes per senatuscōsultum
linatus. ¶ Cum multa autem alacritate vel certaminibus iudei(qui intra muros conclusi fuerant)
rodi repugnabant: multaq; pro templo diuulgabāt. & multa pro solatijs populi tanq̄ liberante eos
ericulis deo & omnia foris ciuitatem distrahebant. ne quid ad alimentum hominum vel iumento
n relinqueretur: & latrocinijs furtim vsi inopiam eis parabāt. ¶ Quę cum herodes prospexisset ad
sus latrocinia quidem in oportunissimis locis insidias parauit: de expensis autem longius agmina
litum transmittentes venalia congregabat: vt intra paucum tempus multam affluentiam eis neces
iorum abundare faceret: manuq; multa frequenter operantes tres aggeres erigunt. Estas enim erat
nullum operantibus impedimentum fiebat sed machinamenta inferentes murum permouebant:
omnibus experimentis vtebantur nec tamen terrebant intra ciuitatem existentes. Nam illi resisten
contra istos non pauca excogitabant. quędam adhuc imperfecta instrumenta alia vero perfecta
nburentes. Cumq; ad manus venissent: non minores romani suadendo fuerunt. nisi quia discipli-
deerat militaris aduersum machinas. Namq; muros construebant iam prioribus edificijs euersis:
ub terram occurrentes fodientibus confligebant. desperatione tamen potius q̄ prouidentia belli
ad vltimum permanebant: licet magna expeditiōe obsessi. vel fame magna fatigati vel inopia ne
sariorum fuissent exhausti. Nam septimus tunc annus acciderat. ¶ Interea ascenderūt quidem su-
murum viginti priores: postea vero centuriones sosij. Nam primus murus iam captus fuerat die-
s quadraginta: secundus autem quindecim. Et aliquę circa templum porticus incēsę sunt quas he
des antigonum incendisse dicebat odium ei mercatus iudeorum. ¶ Sed post dum capta exterior
rs templi fuisset. & inferior ciuitas ad interius sacrarium & ad superiorem ciuitatem confugerunt.
mq; timuissent ne prohiberent eos romani deo quotidianas immolationes offerre: per legatos sup
abant permitti victimas solitas introduci. Herodes autem dum putaret eos iam quieuisse cōsen-
Sed cum nihil videret fieri quę putaret. immo fortiter expugnaret pro antigoni principatu: instan
accedens ciuitatem expugnat: & omnia statim interemptionibus sunt completa. ¶ Siquidem ro-
ni pro obsidionis mora irascebantur: herodes autem nullos ex iudeis aduersarios relinqui volebat
cidebant igitur per vicos & per domos quoscunq; inuenissent fugantes eos & in templo conclu-
tes. neq; infantibus neq; senibus. neq; infirmitati mulierum misericordiam pręstātes. sed rege de
ante & petente vt parcerent. nemo fuit qui dexteram teneret immotam: sed furiosi cunctā etatem
nguebant. ¶ Vnde & antigonus nec pręsentem neq; priorem fortunā considerans: a turre descē
procidens ante pedes socij. ille tamen nequaq̄ eum miseratus pro calamitate: sed plausibus incō-

Herodes duxit vxorem filiā alexādri filij aristoboli.

Sosius ad auxilium herodis.

Numerus bellatorū pro herode

Resistentia obsessorum iudeorum maxima.

Iudei septem annis obsessi magna fame fatigati. &c.

Capta parte exteriori templi & inferiori ciuitate iudei ad superiorem ciuitatē confugiunt.

Maxima cedes in hierusalem.

Antigonus desolatus ad pedes sosij procidens antigona ab eo nominatur.

tinenter vsus.antigonum eum tanq̃ feminam nominauit. quem non vt mulierem sine custodia remisit. Et ille quidem ligatus custodiebatur. ℂ Herodes autẽ prouidebat prohibendo alienigenas auxiliatores. Nam festinabat multitudo peregrina templum videre: & sancta in sacrario cõstituta. Rex autem quosdam petens alijs interminatus multos &armis vetabat: perditionem priorem victoriam existimans si quid inuisibilium visum fuisse. ℂ Resecabat etiam rapinas ciuitatis: multum contra socium altricatus dicendo. Si pecunijs & hominibus romani ciuitatem euacuauerunt. desertionis me regem relinquent. sed & tantis ciuibus prostratis breuem vniuersi iudei principatum iudicari pro repẽsatione necis huiusmodi. Ille vero cum pro obsessione militibus iuste predam permitti dixisset: respondit ipse pecunias de suo mercede singulis prestaturum: & ita reliquam ciuitatem promissionibus completis liberauit. Nam ita munificenter singulis militibus & ducibus merito regali & ipsi Socio donauit: vt omnes pleni pecunijs abirent. ℂ Hec passio hierosolimorum ciuitati contingit consulibus marco agrippo & candidio gallo centesima & octogesima quinta olimpiade tertio mense in celebratione ieiuniorum. tanq̃ reuersa calamitate que sub pompeio iudeis illata est. Nam & tunc eodem die captiuitatis viginti & septem anni esse noscũtur. ℂ Sosius vero cum auream coronam deo deuouisset reuersus ab hierosolymis antigonum ligatum ad antonium perduxit. Herodes quoq; veritus ne antigonus custoditus ab antonio & rome perductus allegationibus suis senatui demõstrasset se quidem ex regalibus descendentem. herodem autem priuatum. & quod oporteret filios eius regnare propter genus si ipse romanis peccasset multis pecunijs compulit antonium vt antigonus interficeretur. Quod dum factum fuisset: herodes quidem timorem deposuit. ℂ Destitit autem hoc modo assamonei principatus: post centum viginti septem annos. Nam de familia clarissima & genere nobilissimo. vel honore sacerdotali fuerat. Cum multa ergo pro gente iudaica parentes egissent: propter mutuam seditionem principatum amiserunt. Transijt autem ad herodem antipatri filium de familia populari. vel genere priuato & subiecto regibus. Nos igitur hunc terminum cognationis assamoneorum accepimus.

Herodis diligentia circa res sacras custodiendas.

Prohibet ciuitatis deprędationẽ & de suo militibus mercedem prestat.

Magnificentia herodis.

Antigonũ ligatũ a sosio romã ad anthoniũ ductũ herodes pecunijs procurauit interfici.

Finis pricipatus sacerdotalis qa herodes erat alienigena. &c.

ℂ Explicit liber quartusdecimus.

ℂ Incipit liber quintusdecimus qui continet tempus annorum. septemdecim.

ℂ Herodes capta hierusalem sosij auxilio apud quem polion pharisẽus & sameas discipulus honorabantur ciuitatis ornatum abstulit. Et quadraginta priores partis Antigoni extinxit quem antigonũ Antonius in anthiochia interfecit. Tunc quoq; hircanus apud parthos captiuus herode dolose a rege procurante redijt ad herodem herodes quoq; ignobilissimum ananeloum sprẽtis nobilibus & maxime iuuene aristobolo de sacerdotali tribu sacerdotem fecit vnde indignata Alexandra filia hyrcani vxor Alexandri filij Aristoboli & mater aristoboli marianne pulcherrimorum moleste ferens fili infamiam scripsit ad cleopatram vt peteret anthonio sacerdotij principatum filio prestare. Gellius autem cum ad iudeam venisset & aristoboli & marianne pulchritudinẽ vidisset miratus amborum imagines depinxit & ad Anthonium destinauit quibus inspectis Anthonius puellam nuptam erubescẽ petere/ petit puerum transmitti ad quem herodes excusationem rescripsit.

Capitulum primum

Continuatio dicendorum.

Herodes principatu iudeę adepto qualiter se habuit.

Pollõ phariseus & sameas discipulus apud eum honorati.

Herodes citatis ornatũ abstulit.

Osius quidem & herodes qualiter hierosolimam ceperint. & antigonum captiuum. in superiori libro demonstrauimus. sequentia vero nunc explanabo. ℂ Cum totius iudeę principatũ sumpsisset herodes. quantoscunq priuatos sui fautores inuenit. in dignitatibus eos cõstituit: illos autẽ qui cõtraria elegerunt nõ destitit tormẽtis singulis diebus afficere. ℂ Honorabatur apud eum polion phariseus. & sameas discipulus illius. Siquid obsessis hierosolymitis/ isti persuadebant herodem suscipi pro quo & r compensatione gratiarum fruebantur. Nam hic erat semeas qui quond in iudicio dum herodi pepercisset hyrcanus prędixerat improperans vel iudicibus q herodes liberatus omnes eos persequęretur. Quod & ctum est: deo sermones illius adimplente. ℂ Eodem tempore cum hierosolymam tenuisset herodes: omnem ornatum ciuiũ auferens in aula colligebat: ex quo multũ pondus argenti vel auri antonio vel amicis eius donabat. Interfecit etiam quadraginta priores antigoni partis. Nã custodes per partes muri disposuerat. ne quid deportari poss cum defunctis. Mortui vero dũ exerutarẽtur si quid argẽti aut auri vel aliud necessariũ fuisset inuen regi ferebatur. Nullus vero terminus malorũ erat. Nã auaricia rectoris: male cõquisita deterius exp debat. Prouincia autẽ inculta permãsit septimo anno cogẽte: in quo agriculturã exercere illicitum bis esse probauimus. Antonius itaq; cum captiuũ antigonũ suscepisset. deliberauit ligatum in triu pho seruare. sed audiens gentẽ reluctare antigono fauentẽ donisq; herodis redẽptus iudicauit in a tiochia illum perire: quia nullatenus iudei quiescerẽt. Q đ testionio strabonis capadocis cõfirmat: i

ℂ Interfecit quadraginta priores partis antigoni.

Notãda sentẽtia

Antigonus occidit i anthiochia

dicentis. Antonius antigonum iudeum in antiochia perductum interfecit. & visus est hic primus ro-
manorum regem occidisse dum non estimaret alio modo sententias iudeorum flectere quatenus su
sciperent pro illo constitutum herodem. Nam nec tormentis subditi regem eum appellari patieban-
tur. tanq̄ manu aliquid de priore principe retinentes Infamiam igitur vel odium herodis ita minuere
putauit. Hęc quidem strabo. ¶ Cum vero herodem principatum tenuisse hyrcanus princeps sacer-
dotum audisset: qui captiuus apud parthos tenebatur: rediit ad herodem tali modo solutus. Barzafar
manis & pachorus duces parthorum cum captiuos hyrcanum principem sacerdotum prius constitu
tum: post autem & fratrem herodis phaselum ad parthos perducerent phaselus non tolerans vincu-
lorum opprobrium. & omni vitę suę preponens mortem gloriosam ipse suus peremptor sicut predi-
ctum est apparuit. Hyrcanum vero ad parthos perductum frahatis parthorum princeps modestius
attendebat. dum nobilitatem eius audisset prosapię. Quapropter remissum a vinculis babilone habi-
tare concessit. vbi multitudo iudeorum hyrcanum tanq̄ principem sacerdotum & regem: omnes vsq;
ad eufratem iudei habitantes honorabant. Qui dū his frueretur. & herodē audiret principatū suscepis
se mutauit spem suam ab initio ei amicissimus existens: quem & gratię memorem putauit ꝙ eum a
quęstione & mortis dānatione vel periculo tormētisq; liberasset. Sermones ergo iudeis proferebat: fe
stinādo proficisci ad eū. Qui vetabāt & rogabant eū permanere ꝙ officiorū simul & honoris in sacer
dotali vel principali dignitate nihil apud eos minus habuisset. prętertim dū nihil ab hierosolimitanis
posset mereri: pro diminutione corporis quam ab antigono pertulisset. Retributiones autem nō simi
les a regibus dantur. quas priuati a benefactoribus acceperunt. Nam mutat eos fortunę pręuentus.
Talia dum ei suggererent: hircanus eundi desiderio tenebatur. Cui scribēs herodes petebat frahatim
eum venire: & illic iudeis supplicare quatenus non inuiderent ei vna secum commune regnum possi
dere. Nam tempus extitisse dicebat ꝙ ipse gratias redderet pro beneficiis: cum ab eo nutritus esset &
saluatus. ¶ Hęc scribens hircano mittit ad frahatim legatum saramallum: & dona multa: supplicans
vt non impediret gratias reddere quas pro beneficio deberet. Erat enim studiū eius non pro hac tā-
tum. sed quoniam preter meritum principatum obtinuerat. Timebat ne illi rationabiliter auferretur:
& hircanum properabat sub potestate sua redigere. vel penitus eū disperdere quod postea fecit. Tūc
tamen flexo partho pecuniasq; ei iudeis dantibus vt veniret cum omni eū honore suscepit & in con
uentu primum ei locum & in conuiuiis primum lectum concedebat. ¶ Quem etiam decipiebat pa-
trem vocando. & omnibus modis insidias inopinatas ei parabat. Disponebat etiam reliquas cum eo
sui principatus vtilitates vnde & in familia eius exarsit seditio. Nam dum obseruaret ne nobilissimus
quidā princeps sacerdotū dei haberetur. inuitauit aliquē ex ignobilissimis sacerdotē de babilone no-
mine ananeloū alias ananelū: & huic pricipatū sacerdotii designauit. Quod nō pertulit alexādra: fi-
lia hircani vxor alexandri filii aristoboli regis ex qua filios habuit vnū quidē pulcherrimum noīe ari
stobolū: & herodis cōiugalē mariannē forma nobilissimā. Turbata ergo & moleste ferēs infamiā filii
quod illo superstite alter aduena principatū sacerdotii meruisset scripsit cleopatrę sodali quodam suo
literas deportantē vt peteret antoniū pricipatū sacerdotii filio suo pręstare. Sed & antonio negligen
te petitionem amicus eius gellius ad iudeā cū propter aliquas causas peruenisset: & vidisset aristobo
li pulchritudinē: vel iuuentutē mirabatur. non minus etiam mariannē regi cohibitantē stupebat. Vn-
de alexandram liberorum bonorum matrem existimans & ad sermonem eius veniens flectit eā pin-
gere amborum imagines. & antonio destinare. Et hęc dicens petitiones eius omnibus modis adim-
pleuit. His elata verbis alexandra: imagines antonio direxit. Cui gellius ferebat dicēs non ab hoīe pu
eri: sed a quodam esse deo liberos alexandrę: dum vellet ad libidines antonium emollire. Qui puel-
lam quidem herodi nuptam erubuit accersire: verū etiam cleopatram metuēs contristari. Scripsit er-
go puerum transmitti. cum honore addens. nisi graue visum foret. His deportatis ad herodem litte-
ris non cautum existimauit iuuenem excellentem aristobolum & tunc iam sedecim annos ducentem
genere nobilissimo ad antonium destinare potissimum romanorum. & paratum suę luxurię suppo-
nere puerum: qui etiam libidinosior per potentiam existebat: rescripsit ergo dicens. Si puer exierit
prouincia. statim oīa bellis vel seditionibus cōplebuntur. iudeis sperātibus rerū nouarū mutationē.
¶ Herodes cognito quia alexandra pro principatu filio dando ad cleopatram scripserat eam ac
cusabat & se dolose excusans quia puero sacerdotii principatum non dederat mulieribus satisfecit &
analo sacerdotii dignitate exuto illam aristobolo dedit hic recapitulantur transgressores circa sacer-
dotium herodes autem cum alexandram timeret eam fecit oculte obseruari quę a cleopatra petit sub
sidium sed eius insidias sabio herodi manifestauit ipse quoq; contra aristobolum moliens insidias ip
sum quęrebat iterficere ipsū eni postq̄ celebratiōe trāsacta ad affluētiā potus coegerat submergi pcu
sit āno etatis. xviii. quē mortuū maxie simulauit dolore & rursus analous sacerdotiū suscepit. Cap. ii

Hyrcanus sacer dotum princeps apud parthos captiuus rediit ad herodem.

Modus quo hyrcanus a captiuitate ereptus est.

Notāda sentētia

Herodes scripsit parthorū regi vt veniret hircanus

Intētio mala herodis.

Dolus herodis erga hircanum.

Herodes ignobilissimum fecit sacerdotem vnde indignata Alexādra mater hyrcani scripsit cleopatrę. &c.

Gellius veniens in iudeam aristoboli & mariannes miratus pulchritudinem eorū imagines ātonio destinauit.

Anthonius īspecta puerorū pulchritudine erubescēs puellā nuptā petere petit puerū transmitti

Rescribit herodes Anthonio se excusans.

Herodes alexā dram culpat.&c

QVibus inſcriptis cū antonio excuſaſſet:iudicauit non vltra puerū vel alexandrā humi liaſſe:ſed etiam vxore ſua mariāne valde petente quatenus fratri ſuo pricipatū ſacer dotij redderet.quod prodeſſe arbitrata eſt. dum nec ad antoniū proficiſci poſſet. tali prędıtus adoleſcēs honore.Conuentū itaq; faciēs amicorū/multū alexandram accu ſabat.Dicēdo latenter inſidias ęgiſſe pro pricipatu.dū per cleopatram ageret.quate nus ipſe quidē regno priuaretur:puer autē pro ipſo rerū amminiſtrationem ab anto nio ſuſciperet.Et hęc quidē illā non iuſte poſtulaſſe ꝙ & filiā ſuā a poſſeſſo iam honore priuaret.& ſe ditiones in regno moueret:cū multū ipſe laboraſſet vt poſſideret:multis & non fortuitis periculis.Ve rumetiā nullatenus memor ipſe malorū illius.ſed beniuolus circa eos eſſet.Et nunc puero pricipatum ſacerdotij pręberet:ideoq; olim ordinaſſe dicebat ananeloum.ꝙ valde puer eſſet ariſtobolus.Cū ta men hęc non incaute dixiſſet.ſed pro deceptione mulierū & pręſentia amicorū lęta ex non ſperatis alias & non ſperās alexādra cū lachrimis ſatiſfecit.dicens & de ſacerdotio quidem oīa pro infamia ſe manifeſtaſſe:regnum vero nec deſideraſſe inquit:nec ſi oblatum eſſet.cupide ſuſcepiſſe. Cum & nūc nimium honorē habeā propter principatum eius & tutelā. Cuius virtute totum genus meum fulget honoribus.Nunc quoq; beneficijs vincta ſuſcipio filij honorem : & in poſterum ad oīa ero ſubiecta. Petebat vero vt ſi quid propter genus & pręſentem ſibi fiduciā temerariū pro indignatione feciſſet ignoſceret.Poſtq̄ autem locuti ſunt:dexteris datis reconſiliātur omni ſuſpitione ſublata vt videbatur

Excuſat ſe dolo ſe herodes quare nō promouit ariſtobolū mulieribus ſatiſfaciēs.

Herodes Analū exuit a ſacerdotio pręter legē & dedit ariſtobolo Trāſgreſſores legis circa ſacerdotium.

¶ Itaq; rex herodes ſtatim principatu ſacerdotij ananeloum alias ananelum pręter legem exuit:ſedi tiones modeſticas pacando.Nam non licebat aliquem honore ſemel accepto fraudari. Quod prius anthiochus epiphanes deſtruxit dū auferret ab Ieſu ſacerdotium:& ordinaret fratrē eius oniā. ſecun dus autē ariſtobolus hyrcanū fratrem ſuum priuauit: tertius herodes principatum ſacerdotij adole ſcenti tradidit ariſtobolo.Et tunc quidem putabat ſedaſſę contentionem. ¶ Et licet recōſiliati fuiſ ſent non tamen ſecurus degebat:dum alexandram ex pręteritis conatibus ne tempus nouarum rerū caperet valde timeret.Quapropter precipit eam ita in aula conuerſari . vt nihil ſub poteſtate ſua ha beret.Diligenter etiam cuſtodiebatur occulte:ne quid pręter quotidianam cōuerſationem niteretur. Quę paulatim magis illam exacerbabant:& in odio ſuſcitabant. Nam ſuperbia muliebris diligenti am cuſtodię indignabatur habere:dum omnia vellet potius pati q̄ fiducia priuari & fucoſum honorē cum ſeruitute vel metu poſſidere. ¶ Ad cleopatram igitur in quibus extaret frequenter ſe lamentan do deſtinabat poſtulans auxilium ſibi pręberi.Quę iuſſit ei furtim cum filio ſuo in ęgiptum ad ſe con fugere.Cumq; hoc ei placuiſſet:tale aliquid excogitauit. ¶ Duo locuta tāq̄ pro mortuorum exequijs parauit:in quibus ſeipſam & filium mitti dixit.pręcipiens concijs famulis ea nocte deferre & exinde viam ad mare facere:vbi nauim in q̄ nauigarent ad ęgiptum preparatam habuiſſet.Hęc ſabioni ami co alexandrę eſepus ſeruus eius edixit.Quod cum ſabio audiſſet & inimicus herodis eſſet ꝙ inter in ſidiatores antipatri de veneno conſcius putaretur odium lenire per indicationis fauorem ſperauit & nunciauit inſidias alexandrę.Qui cum eam vſq; ad conatum procedere dimiſiſſet . in ipſo facinoris opere detinuit.ſed inuitus conceſſit culpam:dum putaret nullatenus cleopatrā ceſſare.ſi contra ſe cau ſam inueniſſet. Palam ſibi magnanimitate vel modeſtia veniamt ei largitus eſt. ¶ Propoſuit cauſam oībus modis adoleſcentē perimere: ſed tacito propter veriſimilem diſſimulationem. cum ſibi taber naculorum feſtiuitas veniſſet quę apud nos cum ſumma veneratione celebratur tunc quidem diſtulit & in delitijs ipſe & reliqua multitudo degebat. ¶ Mouit tamen eū feſtinare voluntatem ſuam conf cere inuidia.Nam dum adoleſcens ariſtobolus ſeptimum decimū annum ducens:ſecundū legem ſu per aram aſcenderet victimas immolaturus & ornatu ſacerdotali circundatus celebraret religionis cō ſequentia magnitudinem ſuperare ętatis oſtendens.necnon & generis dignitatem.populi excitaui fauorem:& ariſtoboli aui ſui pręſens memoriam eis reduxit.Qui paulatim irritati alias prouocati vo luntates ſuas iam demonſtrabāt gaudentes ſimul & letitia perfuſi:voceſq; laudabiles in eum oratio nibus mixtas eminebant:vt manifeſtus fieret populi fauor. & temerarius ſub regno vtiq; conſtituti cum aliorum pręterita beneficia memorarent.Inter hęc oīa ſtatuit herodes voluntatem:quam in ad oleſcentem habuiſſet implere. ¶ Celebratione autē tranſacta dum in hierichonte maneret & in conu uio eos alexandra peteret.herodes adulabatur adoleſcenti & illicebat ad affluentiam potionis:para tus colludere vel iuueniliter ad gratiam illius iocari & loco ęſtiuo illic exiſtente collecti ſimul exierun refrigerium captantes.Cumq; fontibus aſſiſterent calorem meridianū aura tēperare.prius quidē na tantes ſeruos & amicos proſpiciebāt.Poſt autē adoleſcēs cū irritaretur herodis amici quibus hoc pr ceptū fuerat.tenētibus iam tenebris ſepe eū mergētes tanq̄ eludētes nō omiſerunt vſq;quo eum pr ſum fontibus ſuffocarēt Ariſtobolus quidē ita extinctus eſt.x.&.viij.annum agens etatis cum prin patū ſacerdotij anno non amplius tenuiſſet:quē rurſus ananelous ſuſcepit.Quomodo mulieribus n

Herodes alexandram timens occulte fecit eā obſeruari.

Sentētia notāda

Alexandra a cleopatra petit auxilium.

Alexandrę inſidię quibus vult ire in ęgyptum.

Sabio Alexandrę nunciat inſidias herodis.

Herodes omnibus modis Ariſtobolum quęrit occidere.

Inuidia herodis contra ariſtobolum ei fauēte populo.

Dolus herodis a riſtobolū ad potus affluentiam allicientis.

clato incessabilis eas statim dolor defuncti inuasit. Ciuitas etiam rumore delato lamentis cuncta completa est: omnibus calamitatem tanq̃ propriam & non alienam dolentibus Alexandra vero plus cōsumebatur conscia peremptionis. Nam dolorem ampliorem ab ipso funeris actu ferebat sed sustinere necessarium putauit: licet sepius sua manu vitam finiri niteretur. Desijt tamen si posset viuens sufficere ad dissimulationem insidiarum perempti. Vnde potius suam vitam tenebat. ne daret suspitionē filium suum insidijs perisse. per hanc enim dissimulationem sperauit tutius se oportuno tempore vindicare. Illa quidem sic continenter dolorem tolerabat. ¶ Herodes autem omnibus verisimilis videbatur: non insidiarum adolescentis auctor extitisse. Nam non tantum quę ad funus pertinent peragebat. sed etiam lachrimis visus aninę confusionem veram esse monstrabat. Interdū etiam & dolore vincenti eum ex aspectu pulchritudinis plangebat. & licet adolescētis mors pro eius tutela putaretur manifestum tamen erat ꝙ pro satisfactione ista faceret. Siquidem munificenter exequias eius honorans multum apparatum circa locellos & multitudinem aromatum fecit nimiumq; ornatum simul sepeijt vt dolorem mulierum pene deleret & solaretur eas per istam partem.

Alexandrę dissimulatio pro morte aristoboli contra herodem. Fictio herodis in exequijs pueri.

¶ Alexandra mali non immemor ad cleopatram per herodis insidias mortuum filium scripsit. Qua anthonium maritum ad vindictam incitante herodes satisfacere iubetur herodes itaq; ad Anthonium vadens iosippo rerum & regni relicto regimine mariannem si quod ab anthonio passus fuerit pręcipit occidere. Qui mulierum adulationibus emolitus regis sentētiam eis manifestauit. Quem Alexandra fama herodem occisum referente ad romana signa flexit secū fugere sed rumori herodes contrarias rescripsit litteras. Cui reuertenti ad iudeam Salome soror eius Alexandrę & marianne indicans consilium iosippum maritum suum accusat. marianne quoq; quam maxime herodes diligebat auditum a iosippo quod rex mandauerat secretum ipsi manifestante. Rex furibundus ab vxoris amplexibus declinans pene eam interfecit & iosippum vlterius ante faciem suam venire non permisit Alexandram quoq; iussit reseruari.

Capitulum tertium.

Alexandrā tamē nihil tale deficit sed semper mali memoria mestitiam incitabat. Et scripsit cleopatrę herodis insidias & filij perditionē. Quę dū festinaret petēti subuenire calamitates alexandrę miserta propriam omnem causam cōfecit: & petere anthoniū vindicare adolescentis interitū non cessabat: cū diceret non esse dignū herodē per eum regem statutū in regno ꝙ non ad eū pertineret qui in veros reges tales iniquitates ostēderet. ¶ Quibus cū flexus esset anthonius laoditiā perueniēs mittit pręcipiens herodem ad se proficisci sibiq; pro morte aristoboli satisfcere. Nam non recte insidię confectę si per eū extitissent. Qui cū nuisset causam & cleopatrę contrarietatē quę non cessabat anthoniū suadendo quatenus eū damnaret statuit quidem obedire iam enim nichil erat aliud quod ageret. ¶ Cumq; patruum suum Iosephum alias iosippū procuratorem regni & rerum reliquisset demādauit ei secrete vt si quid ab anthonio passus esset continuo mariānem occideret. Nā dilexisse vxorē fatebatur & timuisse ne cōtumeliā post eius mortē pateretur dū pulchritudo illius ab alijs desiderare posset per quę demōstrabat impetum anthonij quē in eam habuisset cū olim de pulchritudine audisset illius. Herodes quidē hęc pręcipiens spe incerta ad anthoniū perrexit Iosephus autē cū in desperatione rerū regni statutus esset & propter hoc frequēter mariānem cōueniret & de negotijs honoris causa reginā percunctaretur fauorem vel amorē herodis circa eam inseruit. Mulieres autē cum illū adulationibus emolissent & plus aum ab alexandra seductus Iosephus alias iosippus sententiā regis demonstrauit & mandatū explauit. dum fidē illi vellet facere ꝙ nec post mortē sine ipsa posset viuere: dū diceret vt si quid acerbū anthonio pateretur nō sufferret ab ea nec post interitū separari. Hęc quidē iosephus. mulieres aun nō hoc amore affectus herodis putauerūt. sed timuerūt ne reuersus tyrānica crudelitate sibi morn inferret. ideoq; suspitionē de verbo non paruā perceperūt. ¶ Eodem tempore rumor in ciuitate ierosolymorum ab inimicis herodis dispersus est ꝙ anthonius tormentis affecisset eum & occidisset quę fama cunctos quidem in aula turbauit. plus vero mulieres. Tunc vero alexandra iosephum flet vt cū ipsis ad romana signa confugeret. Nam romanum agmen tunc iuxta ciuitatē sub duce iu. pro regni custodia castra posuerat dicens: primum siqua turba in aula concurreret. ipse in tuto exirent dum romanos propitius haberent. Pręterea si mariannem anthonius prospexerit pricipatum ipere speramus nec in aliquod postea seruitium de regij generis propagine descendemus. ¶ Cum rationes fugę cogitasset litterę ab herode de oibus suis causis deportātur priori rumori contrarię m cum ad anthonium peruenisset confestim eū donis de hierosolimis deportatis recōsiliauit & ser nibus dicere cōpulit vt nequaq̃ contrarię quoddam de se haberet: & cleopatrę verba nihil aduersuam satisfactionem valerent. Nam non inquit iustum anthonius vt rex de suo principatu deposi pœnam luat. quia qui honorē ei dederūt ipsi ei vti potestate permiserūt. Quo dicto flexa est cleo

Alexandra mali memor cleopatrę scripsit filij mortem per insidias herodis.
Cleopatra āthonium ad vidictā cōcitat mortis aristoboli & mandatur herodes satisfacere.
Herodes ad anthonium vadēs mādat mariānē si quid ab anthonio passus fuerit occidere.
Iosephus mulierū adulatiōibus seductus regij sētentiā eis ostēdit
Herode fama referēte ab anthonio occisum ale. xandra Iosephū flectit secum ad romana signa cōfugere & causas fugę assignat.
Litterę herodis rumori cōtrarię qui anthoniū donis pacauerat.

patra sciens neq uaq̃ alienum principatum optari prodesse. Cum de his scriberet herodes aliosq; narraret honores quos ab anthonio in conuentu vel conuiuijs quotidianis haberet. & hæc obtineret licet in accusationibus cleopatra molesta minimis existeret. quę prouincię desiderio omnibus modis perire illum festinasset. Sed quia anthonium iustum circa se cognosceret. nichil iam difficile speraret ꝙ autem tardaret. fauore firmiore circa se authonij speraret cōsiliari cleopatrę animo posse: & se hoc facere dicebat. Nam anthonium petitiones suas adimplesse: & sibi inferiorem syriam concessisse denunciauit: & per hoc solatium refutaret vel reijceret appellationes quas cleopatra pro iudea fecisset. ℭ Cum heę litterę peruenissent desierunt ab impetu quem tanq̃ de mortuo habuissent vt ad romana signa confugerent. Non tamen latuit earum voluntas. Nam pręcessit anthonium rex ad parthos euntem. & ad iudeam reuertitur. Statimq; soror eius salomi alias salome & mater eorum consilium quod habuisset alexandra cum suis aperuit. Salomi vero contra maritum iosippum accusationem protulit dicens ꝙ cum marianne frequenter conuenisset hęc vero dicebat inimicitiarum causa ꝙ eum frequēter ignobilitatem generis eius in iurgio deprauaret. ℭ Herodes autem callidus semper & nimis mariannem amans licet statim conturbatus fuisset. non tamen patitur amore marianne aliquid temerarium in ea conficere sed in vtroq; anxius secrete eam inquirit: vtrum vera essent de iosippo quę audierat an falsa. Illa vero cum iuramento affirmante & satisfaciente: ꝙ in nullo peccato fuisset ei commixta paulatim rex deflectitur: & ira deleta coniugis amore superatur. vt etiam satisfactū sibi de his crederet honestati eius multas gratias agebat. Fauorem quem erga ipsam habebat vel amorem pandebat vel qualia sepe amantibus contingunt collachrimantur inuincem: & magno suo studio sese studio pariter diligentes. ℭ Cum vero rex suum affectum iam pretermissa emulatione confirmasset nō amantis inquit marianne ꝙ mandaueras iosippo: vt si quid patereris ab anthonio molestum me per tineret: quę tibi nichil peccassem. Quod verbum vt audiuit herodes exardescens in furorem statim eam ab amplexu dimisit clamans & suos capillos dilacerans dicendo manifestum signum cepisse iosippum cum ea habuisse communionem. Nam nullatenus prodijsset quod secrete audierat nisi maxima fides illis interfuisset. Credensq; de crimine pene suam interfecit vxorem: nisi victus amore furoris impetum refrenasset semetipsum consumens. Iosippum tamen nec vlterius ad suam faciem venire permisit Alexandram vero tanq̃ totius mali causam reseruari pręcepit.

Salomę consiliū alexandrę & marianne aperiens iosippum maritum accusat.

Maxie herodes mariānē amabat Marianne secretum quod reuelauerat iosippus detegente herodes furore repletus fere interfecit vxorem. Iosippum priuauit a facie & alexandram pręcepit reseruari.

ℭ Cleopatra natura auara nihil iniustum pretermittens fratrem suum regem habiturum veneno interfecit/ & sororē ad tēplū fugientē sacrilega extinxit cuius anthonius amore victus dedit ei multas ciuitates a qua herodes redditus cōduxit cū quo ipsa aliquid amatoriū passa aut eius regno potius insidians tētauit cōcubere. Quā herodes ipse sibi per luxuriā insidias parātē cogitauit occidere sed ab amicis suis retinetur. Et ei donis & muneribus satisfaciēs deduxit eā ad ęgiptū anthonius ꝙ tunc armeniā capiēs arthabazim cū filijs satrapū ligatū in ęgiptum destinās donans eos cleopatrę. Ca. iiij.

INterea per syriā turba cōmouebatur. cleopatra non desistēte anthoniū flectere quatenus oibus oppressis potentiā singulorū ablatam sibi donaret. Multumq; desiderio sui valebat illo inflāmato. Quę cū natura auara existeret: nihil iniustū reliquit. Siquidem fratrē suū quē iam habiturū regnū sciret veniēs aggressa cōsumpserat: quintum & decimū etatis annū agentē: sororē autē arsinoem ephesi ad templū diane cōfugientem per anthoniū extinxit. Iam pecuniarū gratia & tēplū vel corpora violabat: neq; sacrariū tam castū fuit aut asili priuilegiū tutū cuius ornatū ipsa nō abstulit: nec tam prophanū vel incestum quod solum potuisset auaricię illius satisfacere. Et cum omnia expoliaret. fœmineis cupiditatibus nullatenus satisfaciebat. Siquidē cuncta deesse suis desiderijs semper putabat. Quapropter & anthoniū compellebat aliquid ab alijs auferentē sibi donare. Nam cum transisset ad syriam cum eo: & eam cogitaret possidere & lysaniam ptolomei accusans filiū, quia parthos cōtra rempublicā duxisset occidit. Petijt autē ab anthonio etiā iudeę vel arabię reges occidi. Anthonius autē cū ex oibus amore fœminę victus esset: vt non tantū verbis. sed etiā venenis videretur obedire manifestam quidā iniquitatem videns petebat eam ne se tantū (vt peccaret) cōpelleret & ne cūcta negaret ei ne quanta illa pręcepisset perficiens palā iniquus videretur. Ideoq; partes prouincię vniuscuiusq; retollens donauit ei: pręstans etiā ciuitates quę inter fluuium eleutherum vsq; ad ęgiptum erant excepto tyro vel sydone quas a maioribus liberas esse cognouerat. licet multū eum illa sibi eas prębere supplicasset. ℭ Cū hęc cleopatra obtinuisset & deduxisset anthoniū vsq; ad eufratē cōtra armenios euntē reuertitur & intra appamiā & damascū. inde etiā ad iudeā peruenit. Quā cū herodes suscepisset cōduxit ab ea reditus in hierichontis. ℭ Nam balsamū terra illa gerit: quod pręciosissimū & nusq̃ alibi nascitur. & palmas multas vel optimas. ℭ Et dum multum tempore faceret cum herode: tentabat concubere. Nam cum eo natuliter & euidenter libidinibus exardescebat. Forsan tamen & aliquid amatorium passa

Cleopatra auara nihil iniustū pretermittens fratrē suum veneno interfecit & sororē extixit fugientē ad templum sacrilegaq; fuit. &c Feminę insatiabilis appetitus. Anthonius femine victus amore dedit ei ciuitates multas. &c.

Herodes reddi tus conduxit a cleopatra. Balsamus optimus i hierichontis.

est sed (quod verisimilius est) regno eius insidiabat si quo modo iniuriã in se factã posset p accusatio nẽ adipisci desiderio vero victã se esse mõstrabat. ¶ Herodes aũt licet olim nullatenus faueret cleo patrę dum sciret oĩbus eam molestã: nunc tñ & ampliori odio eius detentus qđ per luxuriã vellet illa insidias ei parare verba in prẽsenti refutauit. Consiliũ vero cum amicis suis sumpsit vt eam sub ptãte sua positã occideret. vt se & multos malis eius liberaret: quibus iam grauis facta vel fieri posse puta bat. Nam hoc ipsum & antonio pdesse quia nec illi fidelẽ eam esse dicebat. Cum hęc cogitasset phi bebant eũ amici primũ quidem suggerẽtes q nõ deberet maximũ periculum & manifestũ pro re tã ta suscipere. Cumq; pmãsissent supplicãtes ne quid temerarie conaret. Nam nullatenus antoniũ pos se pati dicebant: q̃uis eũ muneribus redimere putaret. cũ amore eius potius incẽderet & videret vio lẽtia vel insidijs illius se eius amore priuatũ. ne mediocre quid pro satisfactione posset dicere si cõtra fœminã hęc ageret: quę per illud tẽpus omnes dignitate superabat. Vtilitatẽ autem quã antonio di cit futurã verendũ: ne potius ille temeritatẽ existimet q affectu tali eũ priuaret. vnde non est incertũ (dicebant) q maximis vel cõtinuis malis principatus vel gñatio compleret. Refutare vero cõcubitũ (quem illa postularet) pro tẽporis honestate suadebãt. Qui cũ hęc designarent & pericula merito de mõstrarent: conatus eius cõpresserunt. ¶ Tunc herodes cleopatrę donis & muneribus satisfaciẽs de duxit eam ad ęgygtũ. ¶ Antonius autẽ cũ armeniã accepisset. artabazin tygrani filium cũ satrapũ fi lijs ligatum in ęgyptũ destinauit donãs eos cleopatrę cum oĩ regio eorũ ornatu Armenię vero prin cipatũ tenuit artaxias maior illius filius qui tunc euaserat. Quẽ cum archelaus & nero cęsar expulis sent tygranum nouissimũ eius fratrem ordinauerũt. Hęc quidem postea cõtigerunt. Vectigalia vero quę prębuisset de terra donata ab antonio cleopatrę prębere herodes iustũ iudicauit ex integro: ne occasionem ei odij prẽstaret.

> Herodes cleopatrã sibi p luxuriã isidias parãtẽ cogitauit occidere sed retinet ab amicis.

> Anthonius armeniam capit.

¶ Herodes Arethã arabum regem tributa sibi negantẽ persequi deliberauit sed propter bellũ roma num distulit postea tñ contra eum bellũ parans primo arabes vicit secũq; vicisset nisi athemon cleo patrę dux herodẽ & iudeos inuasisset. Herodes vero latrocinijs arabiam vexabat. Tunc quoq; anno herodis regni septimo terrę motus maximus in iudea quo decem hoĩm milia a ruinis perempta sunt Arabes autem audirent hostium prouinciã euersam nichil vlterius sibi aduersum credentes insurge re iudeorum legatos pacem petentes occiderunt.

Cap. V.

Arethas autẽ cum herodes redditus eius cõduxisset tempore quidẽ aliquanto reddebat duo milia talenta post ideuotus extitit vix partem aliquã prębens. herodes quidem hoc modo defraudantẽ: nichilq; scđm iusticiam facere volẽtem psequi deliberauit. Sed inte rim propter bellũ romanũ hanc distulit exactionẽ. Nã dum in actiaco littore speraret pugna quę cẽ tesima octogesima septia olimpiade cõtigit: & cęsar cum anthonio de republica decertaret: herodes ex opulenta puincia sua multo tpe redditibus & viribus collectis antonio deliberauit auxilia diligen ter pparare. Sed antonius nichil auxilia eius egere se dixit. Arabũ aũt persequi pcepit: nã iam audie rat a cleopatra pfidiam eius. Petebat enim hoc cleopatra dum sibi putaret pdesse. si vnus ab altero terneret. ¶ Cum hoc ab antonio iussum fuisset: & herodes milites cõgregauit: tanq̃ cõfestim in ara biam ingressurus: parataq; equitũ & peditũ multitudine in dio ciuitatẽ peruenit. Cumq; illic arabes ei occurrissent: pugna maxima commissa est. in qua vicerunt iudei. ¶ Postea multum exercitũ ara bum in chana vico congregatũ qui est in inferiori syria: audiens herodes venit super eos ducens ma iorem partẽ suę militię & prope calon sua castra metatus est vñ oportune pugnarent. Cumq; hęc di sponeret: populus iudeorum clamabat: mora dimissa contra arabas impetũ facere dum crederent se in hoc paratos esse. quia in priori pugna victores extitissent. Igitur suum studium milite ostẽdente: rex statuit magnanimitatẽ eorum nõ remorari dicens non se deesse virtuti eorum. Et primus se armans: eẽs perduxit ad aciem. Statim autem terror arabis incidit. Contra quos modicũ resistentes. vt vide rent expugnabiles omnesq; plenos virtute plurimi fugerunt fuissentq; perempti nisi athemon hero dem & iudeos inuasisset. Nam hic erat dux cleopatrę ibi constitutus inimicus herodis futuraq; non imprudenter pspexit: vt si quid clarũ agerent arabes ipse quiescere: victis autem eis quod & conti git ex proprijs reparatis militibus inuaderet iudeos: quos tunc lapsos etiam vicisse putãtes subito su perueniẽs prosternebat. Nam alacritatem animi contra manifestos inimicos consumentes iudei: & post victoriam remissiores citius a recensioribus hostibus obterũtur in locis asperis & saxosis. quorũ noticiã inimici amplius habuerunt. Arabes autem prius victi se recuperantes reuersi occidebant. Fie bantq; diuersa perditio. alias pernitio. Rex autem herodes pro actione pugnę vectus ęquo ducere temptauit auxilium. Sed non valuit licet festinasset subuenire. Sed castra iudeorum cum arabes ce pissent non mediocrem fœlicitatem & sine spe tenuerunt. Nam victoriam quam prius perdiderant post obtinuerunt: plurimum aduersariorum prosternentes exercitum. ¶ Exinde latrocinijs vtebatur

> Herodes arethã i tributo defraudantẽ psequivoluit sed propter bellum romanũ distulit.

> Pugna herodis cõtra arabes vbi victores iudei.

> Arthemon dux cleopatrę iudeos inuadit.

herodes.multamq; arabū terram discurrens vexabat.dum super montes castra disponeret: & omnino recusaret cum eis ex ęquo manus conserere. ¶ Frequenter tamen laborum diligentia lucrum sibi acquirebat. Nam & proprios milites omnibus modis fouebat ruinam suam capiens emendare. D

Terręmotus maximus in iudea quō hoim decē milia perempta sunt a ruinis.

Arabes occidūt iudeorꝝ legatos pacē petentes.

¶ Interea acciaco bello inter cęsarem & antonium gesto septimo imperij anno herodis terra iudeorum commota est.qualiter nunq̄ animalium pestilentia per prouinciam gesta. Perempta sunt etiam a ruina decem milia hoim.Milites vero dum sub diuo degerent:nichil ab oppressione sunt lesi.Qui cum arabes inquirerent:&(plus q̄ in veritate erat)audirent quę facta fuerant tanq̄ prouincia hostiū euersa:& hominibus peremptis.nichil vlterius sibi aduersum credebant insurgere. Quo cum legati iudeorum peruenissent pacem propter hęc quę euenerant facturi:arabes peremerūt eos:& cum alacritate contra milites eorum pręparabanť.qui nec inuasionem arabum sustinuerūt: licet calamitatibus oppressi & bellare decernunt dum non pares sese prelijs eorum pararent neq; auxilium haberēt rebus suis domi subuersis.

¶ Herodes iudeos ad bellum contra Arabes exhortatur eorum perfidiam & iniquitates adducens.Qua exhortatione animati iudei contra eos arma sumūt Iordanem trāseuntes & vincunt. vnde sic victi arabes ad herodem legatos mittunt belli dissolutionem petentes sed hos non recipit herodes neq; dona.Compulsi itaq; nimia siti arabes eorum multi seipsos hostibus tradiderūt. Alij vero nullatenus decertare valentes in prelio prostrati sunt. Et sic arabes priorem deponentes arrogantiam cesserunt & herodem suę gentis patronum ꝓnunciant. Ca.VI.

Orō herodis iudeos ad bellum cōtra arabes exhortantis.

Sic vos ita dispositos rex flectere sermone temptauit vt recuperaret eis antiquū alacritatis animū & exhortatur aliquos optimatum.Ausus est etiam & ad populū sermocinari.Nam prius pigebat eū ne male propter calamitates susciperet ab eis. ¶ Non ignoro socij qm̄ multa per hoc tempus facta sunt contra nostram rempublicā & forte nec hi modo de se cōfidunt:qui multum virtute pręcellunt.Sed quoniā compellimur pugnare nec est aliquid quod semel factum nō possit rursus tractatū emendari. peterevos elegi simul & docere per quę possitis in proprio alacritatis animo permanere.Volo tamē prius vobis ostendere ꝙ iuste id conamur bellum committere.propter iniurias aduersariorū. Nam maxima magnanimitate hęc causa vobis extitit. Potest vero declarari ꝙ nichil sint qui nunc nobis mala supuenerunt:sed multas nos spes victori possidere. ¶ Exordiar autem principia testes vos faciens mei sermonis:nam arabū iniquitatem nostis & circa alios omnes ita perfidiam tanq̄ barbarorꝝ:& quia nec deum cogitant. Sepius enim nos offenderunt auaricia vel inuidia sua.Et quid multa dicemus:dum immineret eis vt a proprio principatu deciderent: & cleopatrę seruirent:quis alter eos liberauit de hoc timore.nisi mea amicitia quam cum anthonio possidebamus.Et illius circa nos effectus:nichil nos importunū sustinere dimisit. Nam antonius cauebat agere quod nobis possit in suspitionē venire.Tamē & cum vellet cleopatrę partes aliquas ab vtraq; prouincia prębere.hoc quoq; ego dispensaui:multa munera secretius offerens tutelamvtrisq; acquisiui.Expensas autem ipse suscepi ducenta pręstando talenta: duo milia vero fide ducendo quę etiā pro redditibus adimpleuit: vnde nos nihil ab eis suscepimus.Et oportebat quidem nulli tributa ꝓuincię iudeos debere.Quod & si prębendū esset.pro nobis nō etiam pro arabis daretur:qui nobis nec gratias agūt.Nam pro bñficijs iniqua circa nos egerūt. Prius quidem ꝙ nos amicos non hostes redditibus priuauerūt. Nam si fides hostibus necessario seruať:multo melius amicis.Sed non apud hos ita est qui modis omībus optimū putant iniquitatē eligere si solum lucrū eis possit acquiri.Est sibi questio nobis vtrum oporteat iiustos punire:dum hęc etiam deus desideret & pręcepit semper iniquitates & contumelias execrari: quę nō tantum verbo sed etiam per bellum iussit vlcisci. Nam quod videtur iniustissimū apud grecos & barbaros:hoc si dici fas est in nostros legatos dinoscitur perpetratum. Gręci siquidem sacros & inuiolatos dicunt eos esse:nos autem optimum & beatum decretū & leges a deo didicimus. hi namq; & hominibus deum placant.& aduersarios hostibus reconciliant.Qualis igitur possit iniquitas peior agi:si legati qui pro iusticia loquūtur intereant. Quemadmodum autem possint vitam suam innoxiam custodire seu circa bellum fœliciter agere dum talia perpetrassent:michi quidem nō videtur:an forsitan rectum & iustum nobiscum est. Illi vero fortiores ob hoc putantur. Sed primum quidem indignum est nos hęc credere.Nam vbi iustum est ibi & deus. Deo vero presente multitudo cū fortitudine presto est: vt ergo de nobisipsis requiramus.vicimus in primo prelio in posteriore vero nec substiterunt sed statim cesseruut non sustinentes nostrę alacritatis impetum.vincentes nos athenio inuasit.bellum inferens non predictum.In primo vero prelio nomen & fortitudo nostra apparuit.in posteriore vero iniquitate vel insidijs cōcidimus.Cur igitur minora sapimus, in his vbi maiores spes possidemus.Quomodo autem stupescimus eos qui(cum palam decertant)peruincuntur.

De perfidia arabum contra iudeos.

Hostibus fides seruanda.

Deus ꝓcepit iniquitates execrari semper.

Maxima iniquitas legatos occidere.

Vbi iustū ibi deus est.

Cum vero sic vincuntur ab iniquitate illis hoc euenit. Virtus vero non expugnatione debilium sed in oppressione fortium apparet. Si tamen quemq; illa exterrent quę domi contigerunt. & in terręmotu acciderunt. primum quidem sciat quoniam hoc ipsum arabes decepit dum maiora q̄ contigerunt putarent. Pręterea non debent hęc aut illis audaciam aut nobis timorē immittere. Illi namq; nostris laboribus vel calamitatibus spes sibi assumunt. quas nos egressi contra eos viriliter auferemus. Vos autem accipite alacritatem pugnandi. Neq; enim intantum fuimus contriti: neq; ira dei vulnerati. vt quidam putant: quę potius accidentia sunt dicenda. Quę si sententia dei prouenerūt. liquet ꝙ iam scd̄m illius iudicium ira desijt dum satis vindictam de factis nostris acceperunt. Nam si vellet amplius nobis nocere: nequaq̄ flexus fuisset. Bellum autem quia & vult fieri & iustum esse cognouit etiam nobis ostendit ꝙ multis per prouinciam terręmotu peremptis nullus armatus interijt deo euidenter ostendēte: ꝙ si omnes cum filijs vel vxoribus militarent. nichil penitus eis importunum accidisset. Hęc reputantes sibi ꝙ in omni tempore patrocinium dei possidetis persequimini fortitudine iusta iniquos amicis perfidos maliuolos circa legatos. semperq; nostra virtute deuictos. ¶ Cum hęc audissent iudei multum audacię sumentes ad pugnam parabantur. Herodes autem hostijs celebratis. cum magno studio eos contra arabes transiens iordanem fluuium produxit: & prope aduersarios castra disposuit. Tum visum est ei castellum in medio positum occupare quod sibi multum ꝓdesse putauit volenti maturius prelium vel committere vel differre. Nam oportuno vel munito loco constiterat. Cumq; idem prouiderent arabes: bellum pro castello cōmittitur: & primū quidem pro celario: deinde vero ex vtraq; parte multis ad manum venientibus: arabes afflicti recedunt. Quod statim spes iudeis non minores erexit. virtutemq; accēdit. Dumq; magis omnia vellent arabes pati q̄ decertarēt & iudei castra eorum inuaderet arabes coacti recedunt. nullas vincendi spes habentes: sed tantum a multitudine audaciam sumentes. ¶ Itaq; pugna maxima facta multis ab vtraq; parte cadentibus arabes recedunt: quorum plurima mors fugiendo fiebat. Nam non tantum ab aduersarijs terrebanť sed ipsi fugientes sua multitudine contriti moriebantur. Vnde quinq; milia defuncta sunt. reliqui vero ad castra cōfugerunt: minime spes salutis firmas habentes necessariorum inopia. Et quod peius erat aquarum indigentia. ¶ Iudei autem licet persequerētur: tamen inuadere castra minime permittebantur. sed obsidentes erga vias eorum fugere volentes arcebant. ¶ Igitur arabes in his constituti legatos ad herodem dirigunt. primum quidem belli dissolutionem petētes. Nam sitis vrgebat eos omnia pati dum tantum in pręsenti licentiam aquam acciperent hauriendi. Qui nec legatos nec dona suscepit. neq; mediocre quidem pactus est: dum obstinate permaneret vlcisci trāsgressiones in suos ab illis factas. ¶ Qui siti compulsi nimia semetipsos tradiderunt: vt per quinq; dies quatuor milia caperentur. Sexto vero die reliqui de castris egressi: decertare cum aduersarijs nitebantur. eligentes omnia pati ne paulatim sine gloria deperirent. Quę cum deliberassent: nullatenus decertare valuerunt. Nam animo vel corpore calamitatibus afflicti. pro lucro mortem esse putauerūt. ne in tribulationibus vitam expenderent. Quorum septem milia priori prelio consternuntur. Cum his sibi casibus merentur alias vterentur arrogantiam priorem deponunt. miratiq; herodis prudentiā cesserunt. patronum eum suę gentis pronūciantes: qui cum multa fœlicitatis gloria reuertitur. maximā acquirens suę fortitudini dignitatem.

Virtus ĩ oppressione fortium.

Deus vult bellū Nullus armatus terręmotu interijt.

Aīati iudei herodis exhortatione cōtra Arabes arma sumūt iordanem transeuntes.

Victoria iudeorum cōtra arabes.

Arabes ad herodē legatos mittunt siti cōpulsi quos nō recepit Arabes nimia siti cōpulsi seipsos tradunt alijs decertare nullatenus valētibus in prelio ꝓstratis. Herodes arabū patronus.

¶ Herodes desperatus (Anthonio amico a Cęsare victo) timebat Cęsarem Hyrcanum solum de stirpe regia superstitem suspicatus. Alexandra vero spem in mutatione credens Hyrcanum Malcho Arabum regi rescribere mouet vt eos reciperet ad se fugientes. Qui muliebri coactus pertinacia epistolam Dositheo (quem amicum credebat) regi Arabum tradidit deportandum. Sed ipsam Dositheus Herodi prodidit. Herodes ergo regis Arabum recepta epistola Hyrcanum vocauit quem coram concilio de pactis cum Malcho interrogans interfecit. Alij autem hyrcani mortem describunt. Cuius laudes & eius varias calamitates in hoc capitulo inuenies.

Cap. VII.

Igitur licet optime per bellū Herodes res suas disposuisset. tamen in periculū incidit. Siquidem ꝓ republica decertantes Antonius in acciaco littore a cęsare vinciť. Tum in desperationē sui herodes venit: dum amici & inimici putarent nō impune amicitias ei prouenire quas cū antonio habuisset. Quapropter amici quidē desperabant. inimici vero licet in ꝓspectu contristarenť: tamen clam nimium letabantur sperantes meliora sibi rerū mutatione ventura. Herodes autē hyrcanum solum videns in dignitate regia constitutū prodesse suis rebus mortem illius opinatus est ne imminēte sibi a cęsare periculo ille daret occasionē. Qui solus regio videbať ex genere. Cū hęc cogitaret nec daret occasionē hyrcanus. Nam modestia morum illam rerum gubernationē curabat & rebus studebat bonis omnia cōcedens fortunę. ¶ Alexandra nimis pertinax: & spem rerum mutatione incōtinenter credens verba

Anthonio a cęsare victo herodes despatus ꝓpter mortē athonij amici timebat cęsarem & suspicabať hyrcanū q̄ solus de iudeorum regia dignitate eratsu perstes.

ad patrem fecit ne sustineret herodis iniquitatem in familiam suam procedere:sed custodire spes eo rum petebat. vt & malcho arabiam tenenti scriberet quatenus susciperet eos ad se refugientes. Nam si mors venerit inimico cęsaris herodi ad se principatum venturum:& propter populoꝝ fauo rem:& propter generis dignitatem. Dum his eum flectere niterētur:hyrcanus verba depellebat. sed pertinacia muliebri dum illa permanens nec noctu vel interdiu desinens herodis erga se insidias ac cusaret compellit eum epistolam dare dositheo cuidam amico.i qua scriptum erat vt arabs equites qui deberent eam ad se perducere mitteret prope paludem bituminis.quę distat ab hierosolimis st: diis ducentis.Credebat enim dositheo (dum nimis eum sibi amicum ipse & alexandra exstimarent propter inimicitias quas cum herode haberet) vt iosippi cognatus quem ille peremerat quia & illo rum(qui tyro prostrati fuerant ab antonio)prior frater existeret.Sed hęc dositheum nullatenus hyr cano fidum in ministerio parauerunt.Nam proponēs illi regias amicitias:porrigit hreodi epistolam Qui eum pro fide non tantum laudans.verumetiam iussit ei vt ministraret reliquę causę: quatenus epistolam signatam traderet malcho litterasq; ab illo acciperet:cum non paruum putaret illius sentē tiam cognoscere.Quę cum dositheus alacrius ministraret: arabs rescripsit & ipsum hyrcanū se susci pere compromisit:& omnes qui cum eo venirent.Destinauit etiam qui deberent eos caute perduce re. ❡Vt vero & hanc epistolam suscepit: confestim vocato hyrcano de factis eum cum malcho pa ctis requirebat.Cumq; ille negasset coram concilio demonstrans: virum interfecit. ❡Hęc nos con scripsimus quę in annalibus regis herodis continebantur. Alij vero non ita existimant sed magis he rodem insidias contra hyrcanum cōtexisse.quatenus eum interficeret. ❡Dicunt ita scribentes in al quo conuiuio sine suspitione hyrcani quendam sermonem protulit:si quis epistolas a malcho susce pisset.Qui dum se confessus fuisset salutarios apices accepisse: ille rursus interrogās si qua etiam su hęc dona recepisset:nichil amplius respondit quam quatuor iumēta transmissa suscepisse.Occasion hac inuenta dona esse perditionis vel corruptionis suę vociferans.virum iussit occidi. ❡Signa ver sunt minime hyrcanum peccasse quatenus tali termino occumberet.modestia morum eius ꝙ nich in iuuentute sua atrocius aut temerarius ęgisset. Quia & cum ipse regnum habuisset plurimam gu bernationē antipatro commiserat:cum iam octogesimum duceret annum:& cum multa tutela scire herodem regnum possidere & eufratē,transmisisse honorantes eum. Quę omnia despexisse eum & aliquid nouitatis molitum nimis incredibile est.quia nec nature illius aptum erat: sed molitione he rodis occisus est. ❡Ita quidem finem vite inuenit hyrcanus diuersas & varias calamitates expe tus.Nam principio vt mater eius alexandra regnauit: principatus sacerdotij gentis iudeorū nouem annis honorem obtinuit.Matreq; defuncta cum imperium suscepisset. & hoc tribus mēsibus guber nasset:depellitur ab aristobolo fratre.Restituitur autem iterum a pompeio:& quadraginta annis ho nore vsus.Secundo regnum per antigonum perdidit.& corporis diminutionē passus apud partho captiuus perductus est.& exinde ad propria post tempus remeans propter spes ab herode promi sas & nichil sicut sperauit ab herode secutus est.Itaq; multis vitę passionibus iuolutus. & ꝙ pessim est vt diximus in senectute non dignum vitę terminū impetrauit.Siquidem modestus & mediocri in omnibus existebat & plurima sui imperij sub dispensatoribus innocens tractabat:neq; callidus r gnum disponere antipatro & herodi vsq;ad hoc conamen aperuit iter.

Scribit coactus muliebri ptinacia hircanus ad arabē & epistolā tradidit dositheo quē amicū credebat epistolā tñ herodi porrigit.

Herodes arabis suscipiēs epł'am vocato hircano & de pactis cū malcho interrogato corā concilio ipm īterfecit

Alia opinio de occisiōe hircani

Laus hircani & malicia herodis

Calamitates q̄s passus est hyrcanus.

❡Herodes Cęsarem timens & alexandram habens suspectam omnia ferore fratri commēda uit.Et rebus ordinatis ad Cęsarem properauit ad quē deposito diademate cęteris insignibus regi remanentibus cautissime de amicitijs cum Anthonio verba facit: cęsarisq; maxima astutia ꝓcurau amicitiam.Cui cognita animi libertate maximam donauit indulgentiam & rursus sibi diadema im posuit.Qui firmiorem principatum q̄ prius recipiens pro Alexandro Anthonij amico supplicans n chil impetrauit. Sed rediens in iudeam cum amplissimo honore contraria sperantibus timorem in cussit. Tunc quoq; Alexandra & Mariannę in custodia afflictę Soemum sermonibus & donation bus flexerunt & regis secreta cognouerunt. vnde Mariannes (herode quę sibi acciderant & honor a Cęsare receptum enarrante)inter oscula gemebat in quam herodis mater & soror ipsum ad odiu incitant & quid nefandissimum tunc fecisset nisi festinus ad Cęsarem Anthonio & cleopatra inte emptis vocatus fuisset.

Cap.VII

Herodes cęsarē timēs & alexandram hñs suspectā oia ferore frī suo cōmēdauit & rebus ordinatis ad cęsarē properauit.

Herodes autem hyrcano interfecto a cęsare nichil optimum sperans de rebus suis propt amicitias quas cum anthonio habuisset laborabat.Cumq; in suspitionem alexandram h beret ne tempus nāciscceretur: & multitudinem & turbam in regno vel rebus suis cōcitar commēdauit omnia fratri suo ferore. Matrem autem Cipron alias Ciprìam cum sorore cognatione cuncta in massada constituit: vt si quid de se periculum audirent:principatum sibi assi merent'. ❡Mariannem vero suam vxorem ꝙ non potuisset vt inimica cum sorore vel matre co

uersari in alexādrio cum alexandra matre sua deposuit. Iosippum & ituracum Soemum super easdē mittens fidos sibi amicos quod sub specie honoris custodire mulieres reliquit. Quibus etiam mandauerat vt si quid de ipso periculosum audirent ambas interficerent. regnum vero filijs suis cum fratre ferore custodirent. ¶ Cum hęc mandasset ipse Rhodo ad cęsarem properabat. Cumq; ī ciuitate delatus esset deposuit quidem diadema: aliud vero de dignitate sua: nichil diminuit. Vt vero cōmunem cum cęsare sermonem inseruit cum multo potius suam magnitudinē: sueq; maiestatis honorem seruauit. dum nec ad prçces neq; ad petitiones conuertebatur tanq̄ de peccatis suis satisfaciens. & ratione actuum suorum confidens sine dubitatione cęsari dicebat amicitias sibi maximas cum anthonio fuisse: omniaq; pro virtute sua egisse. quatenus ille rerum potentiam sortiretur militię tamen eius nullatenus communicasse. eo q̄ occupatus arabas expugnaret transmisisse vero & pecunias & frumenta: minora tamen dignitate sua. Nam qui fatetur amicum vel benefactorem habere aliquem debet viribus animę & corporis aut substantię participem facere etiam ad periculū. Quod ego inquit minusq̄ oportebat effeci. Illud vero integre scio: quia quamuis victū in accaica pugna nō reliqui neq; manifeste transiui cum & ipsa transiret fortuna: sed seruaui ei fidem quamq; non oportunus auxiliator tamen consiliarius fidelissimus existens. Nam anthonio causa salutis & rerum potestas qualiter prodesset ostendi: dum cleopatram hortaret occididi. Quod si perempta fuisset illa. nullatenus a rerum principatu concidisset immo magis facilius & tuas indignationes mitigasset. E quibus nichil ille agendo. sed sibi quidem incōmode. tibi vero vtiliter profuturā pręponendo clementiā perijt. Nūc ergo siquidē pro anthonij ira: nostrā fidē fuisse iudicas. non sum denegaturus: quia parui neq; meū erga illū fauorē euidenter prędicans recusabo. Si vero persona ablata quis sim circa benefactorē. vel qualis amicus requiras poteris a factis me cognoscere. Nā licet nomen ablatū fuerit nichilominus amicitiarū firmamētū in nobis poterit approbari.

¶ Cum hęc dixisset & in omnibus sui animi libertatem ostendisset non medocriter cęsaris liberalitatē vel indulgentiam meruit intantum: vt criminum causas pro fauore eius vindicari deposceret: & tunc diadema sibi rursus reposuit cęsare inuitante dum nichil secus circa eum quam prius erga anthonium appareret. Tunc cęsar omnem ei honorem addidit ceterisq; regibus scribens cum omni alacritate herodem sibi occurrisse. ¶ Postq̄ vero hanc satiffactionem pręter spem susceptam cognouit vidensq; sicut prius firmiorem principatum a cęsare datum decretumq; romanorum sibi pro stabilitate sua mercatum. secutus est cęsarem ad ęgyptum ambulantem. ¶ Cumq; super vires suas ei vel amicis dona obtulisset. libertatem magnanimitatemq; suam ostendens. petebat ne alexander amicus anthonij aduersi aliquid peteretur. sed hoc non impetrauit. quia iam iureiurādo cęsar preoccupatus fuerat. ¶ Redijt autem iterum ad iudeam cum ampliori honore. & sperantibus contraria stuporem cum metu concussit. q̄ clarior a periculis dei prouidētia remeasset. ¶ Confestim ergo susceptionem cęsari per syriam in ęgyptum eunti parabat. Itaq; cū suscepisset eum cum omni regio apparatu ptholomaidę. & prębuisset exercitui sumptus affluenter omnino inter fidelissimos reputatus.

¶ Dumq; expeditionem cęsar deputaret in centum quinquaginta domibus ornatis eum cum amicis suscepit. Prębuit autem transeuntibus per loca arida necessariam humanitatem. ita vt nec vinum nec aqua quę potius militibus acceptabilis erat alicui deficeret. Ipsi etiam cęsari octingenta talenta donauit. omnibusq; demonstrauit q̄ plus clarior in regno suo remunerando eum apparuisset: vt magis fidem eius & alacritatem cęsar probaret. ¶ Cui & redeunti rursus ex egypto herodes nō minus priore largitatem exhibuit ¶ Tunc quoq; cum in regnum suum redijsset turbatam omnem domum inuenit. ac grauiter ferentem vxorem suam & matrem eius alexandram dum putarent non pro corporum tutela. in illo oppido se positas sed tāq̄ in carcere: cum nichil ille de suo neq; de alieno in potestate haberent. Mariānes quidem amorem regis & dissimulationem & deiectionem putabat. Augebatur autem q̄ si quid ille periculosum pateretur. nec spem vitę posset habere mādataq; iosippo data recordabatur. Quapropter custodes cum nimia diligentia mitigabat magis vero soemum dum illi putaret omnem potestatem creditam. ¶ Soemus autem initio fidelis nichil penitus de mādatis herodis patefecit. sed cum sermonibus & donationibus mulierum flexus paulatim deuictus esset in vlmo cuncta regis mādata dilucidauit dum tamen nō omnino speraret eum cum eadem potestate reuersurum. Sed potius periculū fugeret. si rediret insignior. Ideoq; non parua mulieribus putabat pręstare vtiq; ampliorem beneficiorum retributionem se accepturum credens si regnarēt. Q d si prospere cuncta gerens herodes reuerteretur nequaq̄ contra voluntatem vxoris cum posse facere sciret dū cognosceret omni ratione regis amorem erga Mariannem ampliorem existere. Itaq; cum huiusmodi res illum fefellisset secreta omnia indicauit. Mariannes grauiter valde audiens nec finem sibi de periculis Herodis inuenire putans (cui & infesta fuerat) nullatenus eum ęquitatem impetrare

Herodes depoīto diademate cetera regię dignitatis īsignia retinēs cęsari cautissie de aīcicijs cū anthonio verba facit.

Cōditō boni amici.

Maxia herodis astutia in p̄curāda cęsaris amicitia.

Cesar (cognita herodis aī libertate) ei maximā fecit indulgētiā & tūc rursus diadēa īposuit. &c.

Herodes p̄ alexādro anthonij amico supplicās nichil īpetrauit. &c.

Herodes ī iudeā rediēs cū āpliori honore sperātibus cōtraria timorē concussit. &c.

Magnificētia & liberalitas herodis regis.

Afflictio alexandrę & mariāne custodię traditarum.

Soemus sermonibus & donationibus mulierū flexus omnia regis secreta eis īdicauit.

Mariāne herode q̄ sibi accide rāt & honorē a cęsare receptū e narrante inter oscl'a gemebat. &c.

orabat: & licet difficilem vitam suam post mortem illius putaret nichil tamen de sui animi passionibus celauit. Nam cum ille maximas res pręter spem impetrasset nauigauit. & primum vxori suę de his bona nunciauit solamq; pręponens omnibus propter amorem & consuetudinem quam cum ea habuisset salutauit. Cui dum fœlicitatem suam referret nullatenus gaudentem. sed potius grauiter ferentem intellexerit: non hęc cęsare dolorem poterat sed pro decore nobilitatis suę ad oscula gemebat Narrationibus vero eius nequaq̄ lętabatur. sed potius se contristari demonstrabat. Vt vero non suspecta tantum sed etiam manifesta facta turbarent. contristabatur animaduertens in rationem circa se vxoris odium non celatum: idcirco duriter tolerabat. dumq; amorem ferre non potuisset nec in ira nec in amore permanebat/ semper ab altero in alterum transiens in vtroq; inconstans erat. Sic sibi inter odium vel amorem destitutus sepius parauit vindicare in illa superbiam sed timens ne preoccupata suam animā cupidine debilitaret nullatenus eam occidere pertulit dum vereretur ne perēpta illa maiorem pœnā pro amore illius interitus. sustineret.

Herodes inter amorē & odiū.

Mater & soror herodis eū i mariānē cōcitāt.

¶ Intelligentes ergo eum ita de marianne habentem soror eius & mater optimum putauerunt tempus pro illius odio recepisse. Et loquebantur non pauca: herodem incitantes ad odium. Qui nec insuauiter hęc verba attendebat: neq; facere quedam in vxorem tanq̄ credulus pręsumebat. Peius ergo dolorum passione succendebatur. dum neq; illa odium celaret. neq; iste amorem: confestimq; aliquid nefandissimum actum fuisset nisi cęsar nunciatus esset contrarios vicisse: & interemptis anthonio & cleopatra cunctam ęgyptum possedisse. Quapropter festinans ad cęsarem reliquit domum ita dispositam. Qui proficiscenti mariānem soemo commendans multas habere gratias ei pro diligentia confitebatur. Et partē magistratus ei a rege ꝑmeruit: & ille quidem honorem obtinuit.

Herodes ad cęsarē vadit.

¶ Herodem maximo honore cęsar recipiēs quadraginta satellites gallos cleopatre dedit ei regnumq; suum ampliauit. Qui cū cęsarē vsq; ad anthiochiam fuisset comitatus reuertitur in iudeā & mariannem quam maxime diligebat vocās hec cuius maxima erat pudicicia spreto eius concubitu matris & patris improperabat interitum. Quę salome inuentrice q̄ꝛ regi pręparasset veneno interitum accusatur eunucho eam excusante. Soemum vero herodes propter suspitionē interimi iussit: & in mariannem familiarium ꝓcurat accusationem. Que procurātes salome & alexādra mře multa in eā inhonesta simulante interficitur mulier certe generosissima & continentissima sed non modesta.

¶ Capitulum nonum.

Herodē maxio honore recepit cęsar cui quadragita satellites galos cleopatre dedit & regnum āpliauit.

Herodes vero cum in ęgyptum peruenisset cęsari cum ampliori fiducia sermonem inseruit tanq̄ iam amicus. Siquidem de satellitibus gallis cleopatrę quadringentos donauit: & terram ei rursus reddidit quam per illam perdidit. Addidit etiam regno eius gadra vel ypon & samariam & maritimam gazam vel antidonem vel Ioppen & stratonis turrim. ¶ Cumq; hęc acquisisset & cęsarem comitatus vsq; ad anthiochiam esset: reuertitur: & quantum res suas extrinsecus fœliciter tractabat: tantum de domesticis affligebatur: pręsertim circa coniugem de qua potius fœlicitatem quandam videbatur habuisse. Nam amorem non minorem illis pertulit quos in hystorijs cognouimus cupidine retentos. Sed hic merito mariānem dilexit quę cum in alijs casta vel fidelis esset muliebre vel modestum quiddam naturaliter non habebat. Nam dominabatur marito seruituti libidini & sepius contumeliosę eum aggressa est. Quod dissimulans ille portabat blandiebatur licet matris eius vel sororis ignobilitatem illa derideret & detraheret.

Maximus amor herodis ad Mariānē coniugē.

Pudicicia mariāne.

Mariāne ab herode vocata spreto eius cōcubitu matris & přis iproperat iteritū &c.

Accusatur Mariānę inuētrice salome herodis sorore q̄ꝛ ipi venenū ꝑparasset.

¶ Illa vero tempore maioribus accusationibus a suspitione nutritis. anni spacium completur ex quo herodes a cęsare reuersus erat Et cum iam dudum culpa volueretur. Tunc eripit alia occasione data. Meridie namq; dum voluisset requiescere accessit mariannem amore quem in ea semper habebat astrictus. Quę cum intrasset non cum eo concubuit: sed festinanter eum depulit & improperauit sui patris vel matris interitum. Qui cum grauiter contumeliam contulisset. & paratus ad facinus esset sentiens soror regis salome parat olim pincernam regium intromittit pręcipiens dicere qualiter suaderet ei mariannē amatorium confecisse regi. Et siquidem ille turbaretur & interrogaret quale hoc fuisset responderet venenum illā tenuisse petentemq; seipsum ministrare. Si vero nullatenus de amatorio rex commoueretur dimitteret vacuum dum nequaq̄ hoc ei periculum fieret. Hęc dicens eo illo tempore locuturum intromitti Qui tanq̄ verisimilia dicturus cum studia ingreditur: asserens mariānem sibi pręmia pręstitisse dum flecteretur amatoriū regi porrigere. Cumq; ad hoc rex commotus fuisset: venenum inquit erat quod illa monebat dari cuius virtutem ipse se nescisse fatebatur. ideoq; nunciasse quatenus ipse requireret Itaq; cum talia verba audisset herodes: & dudum iam furibundus. tunc potius excitatur: & eunuchum qui mariannę fidelissimus erat de veneno torquebat cognoscens q̄ꝛ sine illo tale aliquid non fecisset Qui cum necessitatibus interesset nichil quidem tortus de veneno dixit. Vxoris autem odium quod in eum haberet propter sermones quos soemus explanasset: manifestauit ei. Cūq; hęc dixisset ma

Eunuchus Mariānē excusat.

ex clamauit dicens. Soemum fidelissimum prioribus tēporibus nullatenus hęc prodidisset mandata nisi quid amplius inter eum mariannem prouenisset. Et soemum quidem protinus interimi pręcepit. Uxori vero iudicium colligens familiarium accusationem parauit: studioseq; executus est: de relatio nibus amatorij vel veneni. Erat tamen sermone incontinens iracundus. Quē postea ita sentientes qui pręsentes erant: mortiferam in eam sententiam protulerunt. ¶ Dum hęc sententia pronunciaretur. subuenit quidem ei vel aliquibus presentibus ne ita temerarie illā interficerēt sed deponerēt eam in aliqua regali custodia. Tunc salome cum suis festinauit emedio mulierem abducere que potius regem impulit. caue inquiens seditionem multitudinis si illa vixerit. marianne quidem ita trahebatur ad necem. ¶ Considerās autem alexandra tempus & ꝙ paruam spem haberet eandem passura ab herode contra priorem suam fiduciam nimis valde commutabatur. Nam volens ostendere se ignorasse causam: exiens contra filiam multa mala vociferata est. Et omnibus audiētibus clamabat: malam circa maritum & ingratam extitisse quapropter iuste pati ꝙ audacter ei restitisset & nec retribuisset beneficiorum tantorum remunerationem inter hęc talia inhonesta ea simulante & audēte etiam capillos suos euellere: multa quidē in ea ab alijs vituperatio deformis dissimulationis apparuit. Quod potius a pereunte comprobatum est cū nec verbū initio dedisset: nec ad vllius improperationes turbata respexisset: sed equaliter cum animi grauitate peccatū matris euidēter ferre demonstrabat. Ipsa quidem non timido gressu neq; mutato corporis colore ad mortem ducebatur generositatem suam equaq̄ in extremitate demutans. Et illa sic quidem interijt femina que ad continentiā & magnitudinem animi optima erat: modestia vero ei defuit. Pulchritudine namq; corporis & effabilitatis dignitate magis q̄ quis estimare posset omnes mulieres anteibat. Occasio tamen maior exinde prouenit cum nec gratia regis vellet viuere. Nam dum semper potiretur illius amore & nihil difficile ab illo speraret. fiduciam immoderatam habuit. Contristabant autem eam quę erga suos euenerant: hęc omnia ei quemadmodum passa ipsa fuisset dicendo ad vltimum sibi inimicas parauit matrē vel sororem regis: & illum simul in quo tantum confidens nichil quod molestum sibi oriretur sperabat.

Soemū pp mali cū mariāne suspitōe iterimi iussit & familiariū accusatione cōtra vxorē pauitq eā morti adiudicarunt.

Mariāne procurāte salome sorore herodis & alexandra sua mr̄ multa ihonesta i ea simulante interficitur.

Mariāne gnositas cū ad mortē ducebat in nullo mutata.

Cōtinētissima marianne sed non modesta &c.

¶ Herodes (mortua Marianne) in eius amorem magis accensus nomen eius sepius inuocabat. Et tunc pestis super populum superuenit quam omnes pro peccato erga Mariannem commisso per dei iram suspicati sunt. Herode quoq; in sebaste ciuitate infirmante & de eius sanitate desperātibus Alexandra ab herode custodias ciuitatis procurauit auertere. Quem ipse quodā eā accusante pręcepit interfici. Herodes inq̄ in omnibus causis fastidiosus ad pœnam paratior idcirco amicos necessarios interemit Custobarum: Lisimachum & Antipatrum. Custobarus enim idumeus (quem sorori maritum dedit priori Iosippo scilicet occiso) ab vxore auctoritate propria repudiatus & aduersus herodem de seditione pro filijs babę (in quos ipse herodes inimicitias habebat) accusatus hunc omnes de genere hyrcani herodes occidi precepit. Cap. X.

Postq̄ vero interijt regis desiderium potius exarsit. vt sepius nomē illius inuocaret. Moliebatur autē omnia facere quę potuissent solatiū afferre cōuiuia colloquia quę nichil ei profuerūt gubernationes etiā regales recusabat & tātū doloribus tenebatur: vt aliquando mariānē vocare ministris tanq̄ viuentē valētemq; pręciperet. ¶ Cū sic haberetur superuenit egritudo pestifera quę plures populi vel amicorū eius honestissimos extinxit omnibus suspicari prębuit per irā dei hęc contigisse. Pro iniquitate erga mariannem confectam. eoq; ad peiora rex peruenit: vt in vltimo solitudines eligeret sub occasione venationis his confectus cogitationibus non potuit multos dies protrahere sed incidit in difficillimam valitudinē. Nam inflāmatione vel astrictione gutturis mentisq; mutatione tenebatur: & quę potuissent curam exhibere nichil penitus profuerunt sed contraria inueniebantur. Vnde postea desperatione facta medici cum nequaq̄ medicaminibus allatis egritudo decresceret & rex nichil potuisset accipere omnia quę vellet iusserunt ei preberi. desperationem salutis casui deuouentes. Et ille quidem in samaria sebaste nominata inualidus iacebat. Alexandra vero in hierosolimis habitans cum audisset in quibus esset herodes: festinauit custodias ciuitatis obtinere quę duę fuerant vna quidem ciuitatis altera templi. Quas si quis sub potestate sua comprehendisset omnem gentem sibi subdebat nam immolationes nullatenus sine his fiebant quas non exercere impossibile iudeis videbatur parati vtiq; magis vitam amittere. q̄ religionis dei solitum sacrificium non implere. Igitur custodibus earū alexandra sermonem obtulit ꝙ oportuisset ipsi vel filijs herodis eas tradere ne quis eas aliter preoccuparet illo defuncto rerumq; potestatem teneret dicens quia si a morbo quo detinetur euaserit tuti eas poterit custodire. Cumq; hęc verba fecisset non patienter tulerunt. sed qui fideles prioribus temporibus extiterunt. tunc magis & propter odium Alexandre putantes non se optime herode viuente desperare. Quorum vnus consobrinus regis nomine amabech confestim nunciauit regi alexādre

Herodes mortua mariāne in eius amorē magis exarsit &c.

Pestis sup pplm quā oēs suspicabātur p dei irā p pctō erga mariānē cōmisso.

Herodes i sebaste citate difficilie ifirmatur de salute desperātibus medicis.

Custodes alexādra procurauit auertere ab herode.

Herodes in oĩbus causis fastidiosus & ad pœnã peccãtiũ paratior & amicos necessarios interemit.

sententiã qui nichil remoratus:interfici eam ꝓcepit. Ipse vero vix & multo labore cum egritudinem euitasset animo vel corpore debilitatus simul & fastidiosus in omnibus causis factus ad pœnam peccãtiũ paratior erat.Idcirco & amicos sibi necessarios iteremit Custobarum alias custodibarũ vel Lisimachum vel antipatrũ Gadiam vocatum necnon & Dositheum ex hac occasione Custobarus genere quidẽ idumeus erat inter primos dignitate.qui a proauis sacerdotes videbantur Gozę.quem deum idumei arbitrabãtur.Hyrcano vero rempublicam eorum sub iudaicas leges redigẽte.cum herodes regno successit iudicem custobarum idumeę vel gazę declarauit. & dat ei sororem salome iosippum priorem eius maritum occidẽs sicut demonstrauimus.Cum hęc custobarus pręter spem libenter impetrasset.eleuatus fœlicitatem paulatim excedebat putans nõ esse bonum se iudicem herodis pręcepta perficere.neq; idumeos sub lege iudaica existere. Quapropter destinauit ad cleopatrã dicens idumeas semper illius maiorum fuisse ac propter hoc iustum esse vt peteret prouinciam ab anthonio.Nam se paratum confirmabat:transferre fauorem suum ad illam. Agebat tamen hęc non ꝙ potius cleopatram dominari desideraret:sed estimabat si pluribus viribus herodes priuareť facilius iam posset sibi gẽtis idumeorum principatum vendicare occasione generis & pecuniarum quas perpetuo per illicita lucra acquisierat: & cleopatra quidem petens anthonium prouinciã minime obtinuit.Nunciãtur autem verba herodi Qui paratus custobarum interficere:matris petitionibus vel sororis veniam ei donauit sed non in suspectum eum in posterum pro prioribus dereliquit. ❡Tempore vero interiecto cum cõtigisset salomem a custobaro discordare mittit ei statim repudium/ concubinũ rennuens:non scḋm leges iudeorum.Nam marito quidem licet apud nos hoc facere vxori vero nullatenus separari.& ducere alium nisi prius a marito priore dimittatur. Salome tamen non generali lege. sed potestatis sanctione cõnubium separauit & ad fratrem herodem dicebat pro fide illius maritũ se reliquisse:cũ cognosceret eum cũ antipatro & lysimacho vel dositheo nouis rebus studentem.Fidem vero sermoni de Babę liberis imponebat: ꝙ seruarẽtur apud eum duodecim annis. Quę multum stuporem regi pręter spem verba fecerũt. Nam babę liberos destinauit olim persequi ꝙ inimici sui fuissent tunc vero pro temporis longitudine de memoria eius exciderunt. Quorũ inimicitię & odium hinc ortum est.Cum antigonus regnum haberet & herodes ciuitatem hierosolimorum obsideret.necessitate vel malis(quanta obsessis assistunt) plures inuocabãt herodem & ad illum clamabant. Babę autem filij dignitatibus pręcellentes & apud populum validi permanebãt cũ antigono:& herodem accusabant & seruandum regio generi principatum suadebant.Ciuitate vero capta cum herodes rem publicam tenuisset custobarus exitus ciuitatis obstructus ordinatur:quatenus non recederent ab ea qui ciuium rei aut regi cõtrarij extitissent.sciens in opinione vel in honore populi Babę liberos esse:& putans magnam partem sibi eos fore in rerum mutatione.Qui illorum saluti studens abscondit in proprijs pręsidijs. Et tunc quidem iureiurando flexit. nichil de illis scisse se. Quare liberatus a suspitione:rursusq; ędicto a rege proposito: & omnem modum excogitãte vt eos inueniret non est confessus:sed cum primum negasset:non sine pœna sua putauit postea viros ostendere:& non fide iam tantũ sed & necessitate eos celare festinabat. ❡De his cum nunciatũ a sorore fuisset.rex destinans ad loca vbi commorabanť simul cum alijs accusatis illos occidit vt iam nichil esset residui de genere hyrcani sed regnũ suo possideret arbitrio.nemine in dignitatibus existente qui iniquitatibus eius resisteret.

Custobarus idumeus eleuatus cõtra regem herodem &c.

Repudio quõ iudeis licebat vti.

Salõe auctoritate ꝓpria cõnubiũ separauit & maritũ custobarum herodi seditiosũ accusat.

Inimicitiarũ herodis cum filijs babę causa.

Custobarus filios babę abscondens seruauit a morte.

Herodes sorore incitante oẽs de gñe hyrcani pręcepit occidi.

❡Hic machabeorum in sacerdotij principatu terminatur successio.

❡Herodes veterem legem peregrinis adinuẽtionibus corrumpens quinquẽnale certamen cęsari constituit Theatrum in hierusalem & emphitheatrũ in campo cõtra iudeorum mores condidit. & ferarum multitudinem congregauit in euidentissimam morum dissolutionem cõtra quem decem magnanimi viri iudei coniurauerunt sed accusati constantes perimuntur sed accusatorẽ quidem iudeorum rapientes membratim dilacerauerunt canibus cadauer apponẽtes.Herodes autem contra populi audaciam non remissior sed audacior sese vndiq; statuit munire & samariam quam (mutato nomine Sebastiã appellauit) muris circũdedit.Et in loco strationis turris cesaream ciuitatem cõstruxit/ & Gabã/ Sebastem quoq; ad cęsaris honorem Cęsaream appellauit. Capitulum.xj

Herodes legem veterẽ pegrinis adinuẽtionibus corrũpens quinquennale certamẽ cesari theatrũ in hierľm & amphitheatrũ i cãpo cõdidit cõtra iudeorũ mores.

IDcirco potius a patrijs moribus excedebat. & geregrinis inuentionibus veterem statum corrumpebat. qui nullatenus maculari debuisset. ❡Vnde non minora nobis in posterum mala prouenerunt. diuersis recedentibus maiorum impietate corruptis. Et primum quidem certamen quinquennale Cęsari constituit.& theatrum in hierosolymis condidit. & rursum amphitheatrũ in campo maximo vtraq; prospicua.moribus vero iudaicis aliena siquidem vsus aut apparitio talium nequaq̃ tradita fuerant. ❡Celebrationem quidem illam clarissimã per quinquẽnium

construebat:nuncians finitimis:& vocans ab omni gente athletas & omnia certamina de tota terra inuitabat vt spe propositorum pręmiorum & victorię gloria conuenirent.Igitur collecti sunt capitales artifices.Nam non tantum illi qui exercitationibus corporis pręualerent: sed & musica precellentes quos tymelitos vocant:proponens maxima victorię pręmia. omnes nobilissimos ad conflictionem conuenire vocitabat. Constituit quoq; quadrigis & vnius equi cursui non parua dona:& omnia quę munificentia vel decore apud singulos pręfulgebant volens habere clariora:spectaculum liberalitate constitui. ¶ Theatrum vero circa cęsaris ymagines habebat: & trophea gentium quas bellando ille deuicerat auro scilicet & argento puro cunctis instructis:& neq; de veste neq; de vasis aut lapidibus preciosissimum aliquid defuerat quod non certantibus offerebat. ¶ Apparatus etiam ferarum fuit. Nam leonibus multis congregatis:& alijs quę eminerent ferocitate & raro inueniuntur: quorum inter se altercationes & pugnę contra omnes excogitabantur:peregrinis quidem admiratio sumptuum & delectatio spectaculi videbatur.Prouincialibus autem euidentissima solutio morum qui apud nos coluntur. ¶ Impium enim est feris homines pro hominum spectaculo subdere.iniquum etiam solita peregrinis permutare.Super omnia vero contristabatur eos trophea dum putarent ymagines esse armis obsitas.quia non patrium illis fuerat talia colere quod nec herodem latebat.Qui violentiam quidem eis inferre oportunum non putauit. Loquebatur autem & consolabatur vt superstitionem eorum auferret.sed nullatenus persuadebat dum grauiter illi tulissent ea quę videbantur soluta lege cōmitti.Illi vero vnanimiter clamabant dicentes.Licet omnia existimemus tollerabilia:tamē hominum ymagines vel trophea non esse patrium in ciuitate admitti profitemur. ¶ Herodes autem turbatus& intelligens non facile eos resistentes deuinci sine solatio accersit quosdam primos eorum ad theatrū & ostendens trophea:consuluit quid illis hęc viderentur. Qui cum clamassent hominum ymagines pręcipiens auferri ornamentum impositum ostendit ligna nuda.Quę statim spoliata.risum plurimū spectantibus incusserunt.Tali modo multitudinis impetum mitigauit herodes: vt iam plurimi mutati non offenderentur. ¶ Quidam vero permanebant in difficultatibus suis ꝙ solita minime contuerentur & putabant initium patrijs legibus destruendis. Vnde optimum existimauerunt magis pericula q̄ mutatam rempublicam negligi dum herodem violenter prospicerent introducere quę non solita fuissent. verbo quidem regem:operibus autem hostem omnium demonstratum herodem. ¶ Vnde coniurauerunt omne periculum se subire decem ciues.& gladios sub vestimentis portabant. Inter quos fuit quidam oculis captus:qui per indignationem eorum quę audiebat fieri seipsum pati & quę illi firmabat. Qui non mediocrem eis impetum in conatibus periculosum immisit. Quod consilium cum deliberassent: ex composito ad theatrum pergebant sperantes non posse herodem fugere:si subito eum inuaderent.Cumq; parati cum audacia properarent vnus eorum qui per scrutantes singula indicabant regi eorum conspirationem intelligens: parato regi theatrum ingredi indicauit. Qui confestim sciens odium quod plures in eum habuissent & seditiones quotidianas.discedens ad aulam nominatim accusatos vocauit. Qui cum a ministris euidenter capti fuissent: scientes ꝙ non uitarent periculum ornauerunt necessarium vitę finem nullam deponentes animi sui fiduciam nec negauerunt actum. sed & demonstrauerunt gladios:confessiq; sunt bene & pie curationem se fecisse lucri quidem nullius causa neq; pro suis doloribus sed pro communibus causis: quas seruare aut pro his mori cunctis dignum videretur.Talia quidem illi de voluntate insidiarum fiducialiter prolocuti. a regalibus ministris circunsepti ducebantur: omnemq; pœnam passi perimuntur. ¶ Non multo post eum qui talia nunciauit odio quidam rapientes non tantum interfecerunt.sed & membratim dilacerantes canibus apposuerunt. Videbant autem multi ciuium quę fiebant& nemo nunciauit.vsq; dum herodi acerbiorem & certiorem inquisitionem facienti.mulieresquędam torte confesse sunt quę vidissent. Tunc herodes eos qui facinus commiserunt simul cum tota domo peremit. ¶ Concursus vero & audacia populi quam pro legibus habebant.non remissiorem faciebāt herodem.Sed multo potius cautiorem.Qui statuit sese vndiq; munire: vt si qui nouis rebus studerent: manifesta eorum fieret conspiratio.dum ciuitas ab aula in qua conuersabatur: & a templi custodia curaretur quę anthonia dicebatur. ¶ Samariam quoq; deliberauit muris circundare.quām mutato nomine sebastiam appellauerunt. ¶ Putans etiam prodesse prouincię locum munirę. qui de hierosolymis aberat vnius diei via. & olim vocabatur strationis turris.etiam eum constructum cęsariam nominauit:& in maximo campo electos equites deputans locum edificauit qui in galilea gaba vocatur & transfluuium sebontidem alias sobonitidem. Hæc ergo paulatim semper pro tutela sua molitus perfecerat:& circundans custodijs totam gentem:vt nequaq̄ potestatem haberet seditiones promptas agere quibus paruo motu facto frequenter vtebantur nec laterent si mouerentur assistentibus semper in proximo qui vel cognoscerent. Et multos quidem auxiliatores suos:plures autem ex finitimis illic habitare fe-

Tymeliti musici

Quadrigę.

Theatrum ymagines cęsaris habēs & triūphos.

Apparatus ferarū & cōgregatio

¶ Herodes risu multitudinis mitigauit.

Magnanimi decem iudei cōtra herodem legem deprauantē coniurauerūt sed apud regem accusati constātes perimuntur.

Accusatore interfecto membratī corpus dilaceratum canibus apponitur.&c.

Samariam (quā mutato nomine Sebastiā appellauit) muris circundedit.

Cęsaria ciuitas vbi stratiōis turris construitur.

Gaba.

Sebontis.

Sestasteni ciuitas ad honorem cęsaris cęsarea dicta.

cit.dum munificentia ductus templum construeret quo simile prius nec in nouissimis ciuitatibus existebat.quod magis pro tutela sua construens in honorē augusti cęsaris sebasteni appellauit.& prouincię partem meliorem quę prope fuerat distribuit habitatoribus vt prono animo conuenientes in ea conuersarentur:muroq; fortissimo circundans altiora loca custodijs communiuit:ne magnitudine minor esset maximis ciuitatibus. Nam viginti stadia intus habuit medio vero mensuram vnius& semis stadij locum statuit vndiq; decoratum:in quo tem plum amplitudine & puchritudine excellens edificauit.paulatimq; totam ciuitatem exornans: munitioni quoq; eius prospexit cuius pulchritudine memoriam posteris voluit relinquere suę largitatis.

Maxima calamitas in iudea anno regni herodis decio tercio.

¶Maxima in iudeam anno regni herodis decimo tertio calamitas.Gelu namq; terra percussa fructus non dabat & pestis ciues vexabat herodiq; plurima inopię necessitas imminebat qui(consumptis pecunijs in ciuitatum constructione)pręciosissimis vasis & regio ornatu non peperit vt populo subueniret.Et sic populo in calamitatibus subueniens clarum nomen acquisiuit mutata priori & opinione & infamia hic enim quinquaginta hominum milia pauit.Quingentos quoq; viros pro corporis custodia dedit cęsari miranda etiam construxit edificia eis varia nomina interponens. Capi.xij.

Maximum gelu Pestis.

Necessitas regis cōsumptis pecunijs i cōstructione ciuitatū ipediebat ipsum ferre populo auxilium sed non pręciosissimis vasis & ornatui regio vt populo subueniret nō pepcit.

Herodes subueniēdo populi calamitatibus clarū nomen acquisiuit mutata priori de eo ifamia & opinione.

Quiquagita milia hominum pauit herodes tempore famis.

Chorus mēsura

Herodes liberalitate sua hominū odia extinxit

Nota q̄tū valeat principis liberalitas erga subiectos.

Quigētos viros ꝑ corporis custodia cęsari dedit.

Edificia admirāda construxit & eis diuersa nomina imposuit.

Eodem tēpore tertio decimo anno regis herodis instante.magnę calamitates prouinciā occupauerūt:siue de vltione siue de casu sic occurrēte.Siquidem prius gelu percussa terra fructus nullatenus inferebat.Pręterea& ciues per inopiam frumenti.morbus & passio pestifera possidebat.Qui continue malorū diuersitate cōpręhensi:dum indigerēt cura vel alimentis plus peste moriebantur.Morbus autē ita pereuntiū & viuētiū solatia auferebat.Nam corruptis frugibus terrę horreisq; exhaustis:nulla spes alimentorū pręter pestilentię malū vllatenus expectabatur. ¶Necessitas ergo plurima inopię. nō minus ipsi regi q̄ populo imminebat.Siquidē vectigalia quę de terra solitus erat accipere minime colligere pręualebat:&pecunias cōsumpserat largissime ciuitates edificando.nec erat quod dignū auxilio videretur.Interea deliberabat tēpori cōferre pręsidiū quod difficillimū fuerat:dum nec vicini habuissent vnde alimenta pręberent quia nec ipsi leuiora tollerassent & pecunijs deficientibus licet potuissent pauca pluribus cōparare:bene tamē arbitratus nequaq̄ auxiliū negligere ornatū regiū icidit:neq; pręciosissimis vasis neq; artificio pręciosissimis parcēs.Mittebat autē pecnnias ad ęgyptū petronio pręsidi a cęsarea constituto.Et dū nō pauci ad eū cōfugissent propter eandē necessitatē:& amicus herodis priuatim existeret volēs subiectis eius subuenire primis ipsis deportare triticū cōcessit per oīa eos& i emptiōe & in nauigatione eleuās.vt maxima pars ipse huius auxilij fieret.¶Nā herodes his deportatis non tantū sentētias in horrore se prius habentiū mutauit immo maximā ostentationē sui fauoris & patrocinij lucidauit. Siquidē primū his quantū potuissent per se panificare triticū diuisit. ¶Pręterea multis existētibus qui senio vel altera infirmitate tenti nō sufficerent alimenta sibi pręparare prouidebat eis cōstituendo pistores qui paratos panes vendiderūt.¶Diligētiā aūt ne cū periculo hyemarēt habuit:cū cōpręhendisset eos etiā vestium inopia corruptis & oino cōsumptis pecoribus:neq; lanę neq; aliorū vestimentorū copiā habuerūt.Quę cū procurasset:iam & ciuitatibus finitimis conabatur prodesse semina syris prębēdo quod etiā ei multū profuit dū gratiā exinde acquisisset.Terra eni post hoc,fructus suos vberius ostēdēte. nō minus quiquaginta milia hoim quos ipse pauerat.ad propria destinauit.Cū hoc modo calamitatibus oppręssum regnū munificētia vel idustria recuperasset nō parua:& in circuitu similibus passionibus afflictos finitimos reuelauit Nā nō fuit qui per necessitatē ad eū veniēs nō eius auxiliū iueniret. secundū suā dignitatē. Sed & populi vel ciuitates & priuati ad eū cōfugiētes solatiū ipetrarūt intantū vt estimaretur indigentibus extraneis plus decē milia tritici choros dedisse.Chorus aūt habet modia attica decē i ipso aūt regno suo octogita milia expēdit.¶Hāc eius diligētiā & solicitudinē apud iudeos tantū cōtigit pręualeri & diuulgari apud alios vt antiq̄ in eū odia cōmota pro pręuaricatiōibus legū:per quas etiā regno totius gētis pœne priuari putaretur:liberalitate sua prorsus extigueret: aī sui magnificētiā pręter opinionē demōstrās.Populū aūt intātū mutauit vt talē eū arbitrarētur.nō qualē experti sūt dudū:sed qualē i necessitatibus ꝓbauerūt.Eodē tp̄e & auxilia cęsari quigētos electos sui corporis custodes destinauit.quos elegisseus ad mare rubrū ꝑduxit.Post hęc ad meliora rebus sibi ꝓueniētibus: palaciū superiori ciuitate cōstruxit magnas erigēs domos & ornatu p̄ciosissimas vt pluresviros āmiratiōe suscapere potuissēt.Secūdū mēsurā aūt & appellatiōes eis iposuit.Nā vna cęsaris altera agripę vocabat

¶Herodes cum nichil suę libidini pręponeret captus pulchritudine filię cuiusdam Alexandrin noie symonis quem regia cognatione indignū cognoscens eū per honores euehit & iesu fabetis filio deposito sacerdotij principem fecit & filiam eius duxit vxorem.Et castellum in loco vbi prius iudeo cum antigonum prosequeretur euicerat construxit.Duobusq; modis populum regebat timore & magnificentia.Magnificētia eni cęsarem & potentissimos placabat romanos,Ciuitatēq;i loco stratoni

turris eam cęsaream vocans construxit. Et maximam turrim a druso priuigno cęsaris eam drusum ap pellans. Perfecta autem ciuitate herodes anno regni sui duodecimo filios suos Alexandrum: & Aristobolum romam misit ad Cęsarem quos cęsar humanissime suscepit dans herodi licentiam(quem vellet) relinquere successorem.

Capitulum duodecimum.

Desiderio deinde commotus cum nichil pręponeret suę libidini. filiam autem symonis sibi coniunxit qui hierosolimita filius buzi cuiusdam alexandrini sacerdos inter nobilissimos: cum filiam haberet optimam. Et tunc in hierosolyma nominatam: huius pulchritudo animum herodis inflammauit. Et ne suspicaretur violentia vel tyrãnide hoc agere melius arbitratus est nuptijs puellam ducere. Ideoq; symonem indignum regia cognatione iudicans(dum suũ desiderium complere vellet) per honores euexit. Statimq; iesum fabetis filium a principatu sacerdotij deposuit & symonem ordinauit: atq; affinitati sue coniunxit. ¶ Cum vero nuptię perfectę fuissẽt: edificauit castellum in loco quo prius iudeos cum a principatu per antigonum pœne decidisset euicerat quod est ab hierosolymis sexaginta stadijs natura munitum. ad edificationem oportunissimum: instar collis manu factum: vt esset in rotondo circuitio eius. Concluditur autem in circuitu turribus. rectum habens ascensum ducentis gradibus edificatum. Intus autem domus regię preciosissimę & ad munimem & ad ornatum simul effecte. Circa initium collis habitacula constructionis perspicuę. & aquę ductus fecit. Nam non ille locus proprias habuit aquas: sed longe perplurimis sumptibus deductas. Circa campum vero ciuitas erat edificata: quę collem pro arce habebat. Cumq; omnia secundum spem euenissent: seditiones contra regnum nequaq̃ sperauit oboriri duobus modis subiectos regens. timore quidem q esset ad pœnam non meritis diligentia vero q in necessitatibus magnanimus appareret. Circumdedit autem tutelam extrinsecus tanq̃ murum subiectis parans. Nam & ciuitates extraneas diuersarumq; reges & patrijs muneribus ad amicitias suas flectebat. ¶ Vnde magnificentia sua cęsarem romanorum potentissimos placabat transgrediendo leges. dum templa erigeret ritui nostro contra. Nam nobis interdicta sunt delubra vel figuras more paganorum honorare. Quę foris prouinciam iudeam pro cęsaris fauore faciebat in ciuitatibus. pro quarum constructione multas pecunias expãdebat. ¶ Attendens vero prope mare locum oportunum ciuitati qui quondam strationis turris dicebatur. non qualem cumq; vrbem illic: sed lapide albo palacijsq; pręciosissimis ciuitatem construxit. Portum quoq; tranquillum magnitudinem similem pyreo tutaq; confugia nauibus prębentem construit. Quę ciuitas iacet in fœnice secundum pelagus ad ęgyptum inter ioppen & ora optima maritima. quę stationem nauium difficillimam habent propter affrici procellas. Cui difficultati remedium pręstans: descripsit in circuitu portum qui sufficeret maximis classibus locum prębere refugij lapides in altum ingentes vlnis viginti quinq; deponens: quorum longitudo viginti quinq; pedum erat. latitudo nouem. super quos turres disposuit. Quarum maxima drusus nominabatur a druso cęsaris priuigno. Ostia vero porticus contra aquilonem extabant: in medio autem turris erat. Super quam templũ cęsaris positum nauigantibus apparebat: habens statuas vnam quidem romę: alteram vero cęsaris. Ciuitas autem cęsarea vocatur. Quę subtus cloacas non minores superioribus edificijs habet. quarum quidem modice: spacio non longo ad portum & ad mare funduntvna vero media: omnium receptaculum purgamentorum. quę imbribus & mare influente diluuntur. ¶ Edificauit etiam theatrum in australi latere portus amphiteatrum quoq; multa milia hominum capiens in conspectu pelagi cõstruxit. Itaq; perfecta ciuitate duodecimo anno cum nec ab hac re cessaret nec lassaretur neq; rex sumptibus deficeret deliberauit filios suos romam transmittere ad cęsarem alexandrum & aristobolum qui cum ascendissent & in domo pollionis viri nimis illustris & herodis amici conuersarentur. cęsar autem eos cum omni humanitate suscepit. pollicitus licẽtiam herodi pręstare quem vellet sibi successorem reliquere. Insuper & prouinciã thraconẽ & bathaniã vel auraniten ei cõcessit hmõi occasione. ¶ Zenodorus latrocinijs Thraconem vexans a varrone pręside cęsari accusatur. Et herodes a cęsare deputatus latrones opprimens pacem in prouincia dedit. Quem zenodorus romam vadit accusaturus sed nihil agens reuersus est. Gadarenses etiam herodem accusantes hos ligatos Agrippa ad eum remisit. Ipsiq; Gadarenses cognita cęsaris & concilij intentione timore afflicti diuersis supplitijs se interemerunt. Mortuo quoq; zenodoro Cęsar possessionis partem maximã concessit herodi cuius maxima fuit fœlicitas qui cęsaris & agrippę amicitijs tertius confungebantur. Tetrarchiamq; pro fratre obtinuit pulcherrimumq; templum construens cęsari deuouit. Et sterilitatis occasione subiectis tributorum partem donauit. Herodes quoq; ocium auferẽs pręcepit suos semper laboribus occupari & his seuissima tormenta inferebãtur. Quiq; priuato indutus habitu nocte cum populo conuersabatur experimentum faciens quid de principatu suo sentirent. Genus autem Essenorum quod pithagorica vtitur conuersatione honorabat propter Manęmum esseum qui futura cognoscens herodem ad-

Herodes captus pulchritudine filię cuiusdam alexandrini noĩe symonis plebei eũ per honores euehens sacerdotij principem fecit iesu deposito & filiã duxit vxorẽ

Castelli descriptio ab herode edificati.

Duobus modis populũ regebat timore & magnificentia.

Magnificẽtia cęsarem & potẽtissimos placabat.

Ciuitas in loco strationis turris construitur quę cęsarea vocata ẽ

Drusus turris a druso priuigno cęsaris dicta.

Templũ cęsaris

Theatrum.

Amphiteatrum

Herodes perfecta cęsarea ciuitate filios suos alexãdrũ & aristobolũ misit romã quos Cęsar humanissime suscepit dans herodi licentiam quem vellet sibi relinquere successorẽ &c.

hue puerum tanq̃ regem salutans dixit eum futurum regem & eius posteriora manu feriẽs male pro peccatis asseruit finiturũ herodes vero cum iam eleuatus vsq; ad regnum fuisset de tempore quãtum regnaret Manęmum cõsuluit qui viginti & triginta respondit sed finem non addidit. Capitulum.xiij

Zenodorus la- trocinijs thraco nẽ vexans a var rone pręside cę- sari accusatur.

Zenodorus quidam conductor domus lysanię fuit. Cui cum redditus non sufficerent de la- trocinijs per thraconem amplius acquirebat: quę loca habitabant latrones: damascenorũ prędam agentes. Hos zenodorus nomine prohibebat propter communionem lucri. Cum ergo mala paterentur finitimi. Varronem tunc pręsidem interpellebant. rogantes vt cęsa- ri scriberet iniquitatem zenodori. Cęsar autem delata suggestiõe rescripsit latrocinia exterminari. pro uinciam autem deputari herodi tanq̃ illius diligentia indigentem. quia difficillima domicilia & a- quarum receptacula. & deposita frumenta habentes possent diu sustinere pericula muniti speluncis ¶ Cum hęc gratia cęsaris herodes accepisset: ad prouinciam thraconem pergẽs maliuolos latrones oppręssit & in circuitu desideratam pacem omnibus prębuit. Zenodorus autem contristatus. pri- mum quod a magistratu depositus fuisset. magis autem inuidia ꝙ pręfectura herodi tradita esset. a- scendit romę accusaturus eum. Vnde nichil agens reuersus est. Interea agrippę successori cęsaris trãs Ionium misso circa Mitilenem herodes locuturus occurrit. pristinaq; amicitia renouata redijt ad iu- deam. ¶ Gadarensium autem quidam dum ad agrippam peruenissent accusantes herodem. quos ille nullo responso dato ligatos regi transmisit. ¶ Arabes quoq; iam dudum infesti principatui hero dis seditionem conabantur rebus eius inferre occasione huiusmodi nacta. Zenodorus enim cũ iam de se diffideret. pręfecturę suę partem aliquam auranitidis quinquaginta talentis vendidit. Quę cũ in donatione cęsaris haberetur tanq̃ ea iniuste sublata cõtendebant. sepius quidem incursionibus vi- olentiam inferre necnon & inopes milites flebant expectãtes rebellionem quam desiderant qui stu- dent vitę suę male consulere. Quę cum cognouisset herodes de prouincia sua seditionum auferebat occasiones. ¶ Igitur septimo decimo anno regni herodis cęsar ad syriam peruenit. Vbi gadarensium plurimi herodem accusabant: grauem eum sibi: & tyrannum in pręceptionibus intimantes. Hæc au- tem eos dicere compellebat zenodorus. cum iurasset nullatenus eos relinquere vsq; quo ab herodis imperio eos auferret. Quibus commoti gadarenses & confitentes ꝙ nichil passi fuissent ab herode cum alias cui eos agrippa tradidisset. Qui crudelis quidem in proprijs. humanus autem erat in alio- rum peccatis: accusabant rapinas & contumelias probantes & euersiones templorum. Et herodes quidem indignatus paratus erat satisfacere: cęsar autem amplectebatur eum nichil de fauore suo di cens per seditionem multitudinis commutandum. Et in primo quidem de his sermones probati sunt in posterum vero nulla processit cognitio. ¶ Siquidem gadarenses videntes cęsaris & consilij inten tionem. timore ne regi traditi tormentis afficerentur quidam sese noctu gladio percusserunt: alij pręcipites sese dederunt. quidam in fluuio sponte submersi defecerunt. Quę videbantur temeritatis: nõ peccati fuisse supplicia. Quapropter cęsar nequaq̃ remoratus. Herodem a reatu soluit. necnon occu rit etiam non mediocris ei fœlicitas. Nam zenodorus pręcordijs ruptis multo sanguine fluente. in an thiochia syrię vitam finiuit. Cęsar autem & huius possessionis partem non paruam herodi concessit quę inter thraconem & galileam arat vlatha vel panaida alias paniada & in circuitu terram. Permi sit autem eum & procuratoribus syrię pręcepit vt secundum illius sententiam omnia tractarentur ¶ Qui intantum fœlicitatis processit: vt cum duo isti romanorum imperium regerent cęsar vel agrip pa. tertium sibi amicitijs coniungerent Herodem. Qui cum in tanta fiducia consisteret fratri suo fe rorę petiuit tetrarchiam a cęsare centum talentorum fideiussor existens ita vt si quid ille pateretur filij eius immunes euaderent. ¶ Sed cum cęsarem comitatus esset vsq; mare. rediens in terram zeno dori pulcherrimum ei templum construxit iuxta panaida. vbi spelunca pulcherrima in monte consi stit. Sub qua terrę altitudo inaccessibilis est. aquis immobilibus plena. Inde fontes iordanis fluuij n scuntur. Quem locum templo constructo cęsari deuouit. ¶ Tunc etiam partem tertiam tributorum concessit subiectis suis occasione sterilitatis plus autem reconcilians eos ne aduersarentur vlteriu Nam in talibus operibus pietate soluta modeste de pręuaricationibus legis inferebant. & sermone faciebant ad inuicem. ¶ Qui dum his incitarentur diligentiam habuit hæc sedare. auferens quide ocium & pręcipiens semper laboribus eos occupari. Nam neq; conuẽtus in ciuitate fiebat neq; co munis deambulatio. sed omnia custodiebantur: & seuissima tormenta captis inferebantur. cum mu ti palam vel furtim in carcere hyrcano tracti illic extinguerentur. & intus in ciuitate pariter & in vi Nam erant qui conuenientes in vnum speculabantur eos. ¶ Dicunt etiam nec ipsum hoc neglexi sed prius priuatum accipiens habitum nocte cum populis conuersabatur. experimentũ faciens qu de principatu suo sentirent. Et si quos omnino atroces nec approbantes opera sua inuenisset. om bus modis persequębatur: & reliquam multitudinem sacramentis impellebat sibi fidelem existere

Herodes latro- nes opprimens pacem in prouĩ- cia dedit quẽ ze nodorus accusa turus romã vadit

Gadarenses he- rodem accusan- tes ligati ad eũ remittuntur.

Herodes ãno re gni sui.xvij. a ga darẽsibus accu- satur.

Gadarenses co- gnita Cęsaris & concilij intentio ne timẽtes diuer sis supplitijs sese interemerunt.

Mors zenodori cuius possessio- nem cęsar hero di dedit. &c.

Fœlicitas hero- dis qui impera- torum amicitijs coniungerentur

Tetrarchiã pro fratre obtinet.

Pulcherrimũ tẽ- plum construxit herodes & cęsa ri deuouit.

Occasione steri litatis tributorũ partẽ diuisit sub iectis.

Herodes ocium auferens pręce- pit suos ꝑ labori bus occupari & seuissima tormẽ ta captis infere- bantur.

cogebat fauorem cum iureiurando sibi vel principatui custodire. Quorum multi placantes eum vel timentes veniebant ad quod postulasset. Alios vero seruantes suam opinionem: & grauiter ferentes q cogerentur: modis omnibus occidebat. ¶ Flectebat autem & pollionem. grauiter phariseum & sameum sociosq; illorum sibi iurare qui licet non obtemperassent. tamen non sunt torti dum venerationes eius per pollionem impetrassent. ¶ Liberati sunt etiā de hac necessitate hi qui dicuntur apud nos essent. Genus autem hoc est quod conuersatione vtitur: quam apud grecos pythagoras tradidit. De his quidem in alijs certius explanabo. Essenos autem ex hac causa sic honorabat. quia maius quiddā de his sentiebat q̄ de mortali natura dicere alias dignum puto nam non inhonestus sermo videbitur in hystoriarum genere de his talibus intimare. ¶ Quidam essenorū nomine Manęmus fuit. per omnem vitam benigna voluntate probatus pręscientiam a deo futurorum habens. Is dum adhuc herodem puerum ad doctorem pergentem vidisset. vt regem iudeorum salutauit. Qui illusum se reputās commouebat eum sermone adhuc priuatus. Manęmus hic ridens & feriens manu posteriora eius. regnabis inquit fœliciter. Nam iam a deo dignus iudicatus es. Recole manęmi plagas. vt hoc tibi sit signum de peccatis committendis. Nam optima est ratio si iustitiam & dei pietatem dilexeris: & modestiam circa ciues habueris. Sed non te talem futurum intelligo. dum omnia agnoscam. Fœlicitate nāq; omnes pręcelles & habebis gloriam eternam: obliuionem vero pietatis & ęquitatis possidebis. Hęc non latebunt deum in vltimo vitę pro tuo facinore. Quibus statim nullatenus animum intendit cum spes herodi deesset. Paulatim vero cum eleuatus vsq; ad regnum fuisset & fœliciter principatum egisset. accersijt manęmum. & de tempore quantum regnaret consuluit eum. Manęmus autem cum omnino nihil respondisset sed tacuisset interrogauit si decem tantum anni regni sui essent Respondit & viginti & triginta. sed finem non addidit. Herodes autem istis contentus. Manęmum cum honore dimisit: & omnes essenos propter illum honorauit. ¶ Hęc igitur licet miranda legentibus demonstrare festinauimus: & ostendere multos apud nos positos: talem diuinationis habuisse noticiam.

> Essenorū genus pythagorica cōuersatiōe vtitur. Essenos honorabat herodes propter manemum prophetam. Manęmus essenus futura cognoscens: herodem adhuc puerū dixit fore regē eu3 tāq̄ regē salutās sed male ꝑ peccatis finiturum. Herodes (accesito manęo) eum q̄tum regnaret consuluit.

¶ Herodes anno regni sui decimo octauo maximum deo templum instar illius quod a salomone fuerat edificatum construere inchoauit & populum ad hoc oratione incitauit & ad eius constructionem necessaria pręparauit & decem milia artifices: mille sacerdotes cementarios & fabrilignarios ordinauit vbi turris quam ante herodem reges & sacerdotes generis assemoniorum construxerant bam denominantes vbi sacerdotalem stolam deponerent quam occultauit herodes sub signaculo nec cum pontifibus sine potestate permisit. Sed vitellius syrię procurator permittente tiberio iudeorum potestati restituit quam tamen postea Cassius longinus pręses & Caspius in Anthonia turrę quę & turris dicta est iudeos deponere coegerunt. Peracto octo annis templo lęticia populus completus est et rex trecentos boues deo obtulit & alij secundum vires suas. Cumq; ab herode templum construeretur ne constructio impediretur de die non pluit de nocte vero imbres descenderūt. Capitulū. xiiij.

Interea decimo & octauo anno regni herodis post pręd icta edificia opus non minimum inchoauit. Siquidem dei templum maximum construere & multum altum & decorum erigere iudicauit: dum putaret id nobilibus omnibus suis factis perficere & ad eternam memoriam peruenire. sed dum nō populo facile persuaderi cognosceret propter operis magnitudinem conuocans eos oratione mulcebat dicens. Alia quidem in regno quę a me acta sunt o viri contribules mei vt de his laudē proferam credo superfluum tanq̄ michi quidem minorem licet nobis maiorem vtilitatem ferre videantur. In difficultatibus neglexi quę ad vestra commoda pertinerent. neq; in exstructionibus michi magis q̄ vobis omnibus festinaui tutelam impendere. Et puto q consilio dei ad hanc fœlicitatem euectus sum: ad quā non prius gens iudeorum aliquāndo peruenit. Constructę namq; sunt per prouinciam ciuitates tas habitatoribus plenas munitionibus ordinantes genus nostrum exaltauimus. quas operosum videtur michi scientibus enumerare. Quod autem nunc nitor efficere: omni pietate pręcellentius explanabo. Bene enim nostis q illud maximo deo templum nostri patres edificauerunt cum a babilonia meassent. & quia desunt ei ad magnitudinem in altum cubiti sexaginta. secūdum instar illius quod salomon construxerat. nemo negligentiam pietatis parentum nostrorum accuset non culpa illorum factum est breuius templum. sed cirus & darius histaspę filius huiusmodi mensuram edificationis fieri preceperunt. Quibus illi seruientes vel successoribus eorum: & post illos macedonibus non habuerunt aptum tempus quo ad eiusdem antiqui formam. istius mensuram perducerent. Nunc autē quoniam nutu dei principatui meo pax larga concessa est: & diuitiarum possessio: & multitudo redditu͞u quod maximum est amicitia fauorq; romanorum qui omnium rerum domini existunt. cur non studemus relictum necessitate seruitutis tempore opus corrigere & integrum deo prębere & pro beneficijs his in meo regno collatis. ¶ Talia cogitante herode multis ammirationem sermo pronunciatus prę

> Herodes āno regni sui. xviij. tēplum deo maximum voluit cōstruere. Oratio herodis ad populū iudeorum pro tēplo edificando sicut fuit primum tēplum a salomone constructum

Herodes pręparat necessaria ad templi constructionem. Decem milia artifices mille sacerdotes cemētarios. Fabri lignarij. Descriptio templi herodis. Descriptio templi herodis. Ab oriente. Ab oriente duplex porticus. Ab aquilone. Stola sacerdotalis i bari recondita per herodem Vitellius syrię ꝓcurator stolā sacerdotalis sub iudeorum potestate (consentiente tyberio) posuit. Cassius lōginus pręses syrię & caspius stolā sacerdotalē, in anthoniana terrę iudeos deponere coegerunt. Baris turris ad templi custodiā edificata ab herode anthonia vocatur. Ab occidente. A meridie.

ter opinionem imposuit: nec alia desperatione commoti sunt.nisi ꝙ anxiebātur ne eo soluto aliquid emergeret:& opus moraretur ad finem vsq; perduci. Idcirco maior illis & difficilis putabatur magnitudo conaminis. Quos cum herodes cerneret dubitantes: adhortabatur eos dicens se non prius deponere templum. nisi omnia pręparentur quę ad perfectionem eius pertinerent. Nam neq; mētitus est:ex hoc quod promiserat.Ille enim plaustra parauit quę lapides veherent. Decem milia enim elegit peritos artifices:& mille numero sacerdotes. quibus stolas secundum eorum honorem habitumq; parauit.sed & quosdam cementarios. Alios autem fabros lignarios erudiens. ad templi fabricam hortabatur.¶ Cumq; omnem apparatum alacriter aggregasset.autiquis fundamētis solutis noua posuit.Super quę templum erexit longitudine centum cubitorum.latitudine centum cubitorum:altitudine centum & viginti. Qui viginti cubiti per tempus fundamentis desiccatis residerunt. Quod post temporibus neronis renouare deliberauimus. Edificatum est autem templum ex lapidibus albis & tenacissimis quorum magnitudo in longitudinem viginti quinq; cubitorum: altitudine octo : latitudine duodecim erat. Totius templi namq; circuitus & porticus vndiq; humillima : altissimum vero medium fuit vt a multis stadijs conspiceretur. & in prouincia constitutis & contra habitantibus aut accedentibus cerneretur. Ianuas autem introitus & superliminaria necnon & vela iuxta templi magnitudinem vario ornatu decorauit. Aureos flores ambientes columnas fecit super quorum capita vitis tendebatur botros aureos habens pendentes. Qui mirandam magnitudinem & artificij claritatem videntibus exhibebat.propter variam pulchritudinem.Circumdedit etiam & porticibus maximis omne templum. & secundum quantitatem vniuscuiusq; rei sumptibus omnia priora superauit porticus autem duę maximis parietibus fulciebantur: ipsi autem parietes vario opere constructi erant Nam collis erat saxosus paululum erectus a parte orientali ciuitatis pronus super arcem.quam dudum salomon rex per dei prouidentiam magnis operibus muro circundederat ab inferioribus incipiens:quem vallis altissima circundabat.Saxa vero ab affrico exposita plumbo ligauit: vt interiora loca complerentur:multum spacium structura compręhendente: & in alto quadrangulo facto vt vastitas lapidum a fronte videretur.ab interiore vero parte ferro ligati compaginem munirent immobilem per omnia tempora. Cumq; ita factum opus continuaret vsq; ad summitatem collis perduxit & fossas circa murum positas complens planum super equalemq; confecit. Quadriporticus vero in circuitu vnaquaq; porticu longitudinem stadij concludente & intra hanc porticum murum circa ipsam summitatem alius murus superius saxosus ambiebat omnia. Ab orientali vero parte pari longitudine porticum duplicem habebat contra templi ianuas constitutam quam multi priores reges construxerant.Circa vero omnem sacrarij vrbem spolia barbarorum fixa quę rex herodes deuouit. Addens etiam quę & ipse a barbaris ceperat.Per latus autem aquilonis:turris alta angulosa munita valde fuerat quam ante Herodem reges & sacerdotes generis assomoniorum alias Asamoneorum construxerunt & barim denominauerunt:vt illinc sacerdotalem stolam deponerent quam cum opus habuissent vt immolaret princeps sacerdotum induebatur. Post cuius obitum sub romanis fuit vsq; ad tempora tyberij cęsaris.Sub quo vitellius syrię procurator.cum profectus hierosolymis & cum tunc temporis susceptus a populo clarissime fuisset volens eis vices retribuere vt sacerdotalem stolam sub sua potestate haberent. scripsit tyberio cęsari & ille concessit:& permansit stola sub potestate iudeorum vsq;quo obijsset rex agrippa.¶ Postq̄ cassius longinus cui tunc syria parebat cum caspio fado i deę procuratore imperauerunt iudeis in anthoniam turrim eam deponere dicentes romanos oportere dominos eius esse sicut & prius. Destinauit igitur legatos ad claudium cęsarem vt de his peterē Qui cum peruenisset iuuenis agrippa rex romę constitutus petens ab imperatore potestatem eiu accepit scribente vitellio syrie procuratore.Prius autem sub sigillo principis sacerdotum & custodum pecuniarum fuerat:qui ante vnum diem celebrationis ad principem custodię romanorum ascende tes & requirentes suum sigillum.stolam tollebat . Transeunte vero festiuitate in eodem loco depo tantes & principi custodię ostendentes. similiter cum sigillis deponebant . ¶ Hanc autem barim i est turrim iudeorum:rex herodes munitiorem construens pro templi custodia. ad gratiam anthon amici quidem sui principis vero romanorum anthoniam nominauit. ¶ A parte autem occidental muri quatuor portę stabant quarum vna ad aulam tendebat interposita valle quę erat ī medio ei vię duę autem ad suburbana.quarta vero ad ciuitatem multis gradibus ad inferiorem vallem tende tibus. & exinde rursus ad superiora tendentibus.Nam ex aduerso templi ciuitas in modum theat iacebat circundata valle altissima per omnem australem tractum.¶ Quarta autem frons quę ad m ridianum solem posita erat:habuit & ipsa quidem in medio portas super quas regia porticus tripl longitudine terminata ab orientali valle incipiens ad occidentalem finita amplius tendi non potu Opus autem fuerat dignum narratu omnibus qui sub sole sunt . Siquidem altissima vallis sic erat

nullatenus videri potuisset. si quis eius altitudinem attēdisset super quam illa porticus steterat ex qua si quis a summo id est a tertio tecto notasset. Et profunditatem edificiorum videre vellet tenebris ef fundebatur. ita vt non posset visus ad immensam magnitudinem peruenire. ¶ Columnarum autem ordines consistebat in quadro per longitudinem. Nam quartus paries colligebatur parieti lapideo. Grossitudo vero vniuscuiusq; columnę tres coniunctas vlnas habebat longitudo autem pedes viginti & septem publici spina supposita. Magnitudo autem omnium centum sexaginta duę fuerunt. Capita vero columnarum secundum modum corinthium sculpta tam miranda propter magnitudinem operis. Cumq; quatuor ordines fuissent. tres quidem media loca tegebant quorum duo eodem modo facti: longitudinem habebant pedum triginta longitudine stadia tria altitudine quinquaginta pedibus tendebat. Medius vero ordo latitudinem viginti quinq; pedum habebat: altitudinem centum. Nam dupla super vtrumq; fuerat. Tecta vero lignis sculptis in diuersas figuras apparebant. Medię vero porticus altitudo in immensum tendebat habēs columnas compositas politas vndiq;: quarum compago incompręhensibilis omnibus videbatur. Talis quidem primus murus fuerat. A media vero non multum secundus distabat: gradibus paucis ascendendus. Quem paries circuibat lapideus titulum habens qui prohibebat alienigenas ingredi: morte interminata. Interior autem murus. per australem partem & aquilonis tractum in pariete ianuas habebat a sese distantes per orientalem vero vnam maximam. per quam transiebamus purificati cum mulieribus. ¶ Inaccessibile autem sacrariū fuit intra quod tertium erat: vbi sacerdotibus solis ingredi licebat. ¶ Ante quod sacrarium ara erat: supra quam immolationes & holocausta deo imponebamus horum atrium nullo modo rex herodes intrauit: cum vtiq; prohiberetur: quia non sacerdos existeret. sed operibus muros & porticus exteriores curabat. ¶ Quę cum octo annis edificasset: templo per sacerdotes in vno anno & quinq; mensibus peracto omnis populus lęticia completus est. Et primum quidem pro celeritate deo gratias agebant. deinde de alacritate regis quam in dedicatione habuit laudibus extollebat. Rex autem trecentos boues obtulit deo. & alij secundum vires suas. quorum numerus nullatenus estimatur. Nam dum occurrisset templi dedicatio. regisq; natalicius dies quo principatum assumpserat insignis est celebrata festiuitas. Cōstruxerat effossam viam ad aulam ab antonia intra templū ducentem per orientalem supra quā iam & turrim edificauit quatenus & subterraneū haberet accessum propter populi seditiones. Dicitur autē per illud tēpus dum templū cōstrueretur. quia in die quidē non plueret. nocte vero imbres descēderūt: quatenus cōstructio nō prohiberetur. Quod verbū patres nr̄i tradiderunt: nec est incredibile si & aliā dei prouidētiā aliqui cōsiderēt. Templū quidē huiusmodi cōstructione finitū est.

Columnarū ordo quantitas & numerus.
Ordo columnarum quatuor.
Titulus alienigenas prohibens ītrare sub pœna mortis.
Sacrarium inaccessibile.
Ara añ sacrariū.
Cōpletus lętitia populus prędictis omnibus octo annis completis. &c.
Sacrificiū regis & aliorū secūdū vires suas in tēpli dedicatione & regis natalitio quo principatū assumpsit.
Cū tēplū ab herode cōstrueretur: de die non pluit nocte vero descēderunt imbres.

¶ Explicit liber quintusdecimus.

¶ Incipit liber Sextusdecimus qui continet tempus annorum duodecim.

¶ Herodes iniquitates prohibere volens legem ad patrię confusionem & consuetudinis solutionem qua fures vēderentur. Eoq; tempore filios de roma secum adduxit Alexandrum scilicet & aristobolum. Qui statim contra salomen inuidiosi pro matris morte visi sunt & cum patre commorari recusabant vnde in eos patris odium exarsit quod tamen dissimulans nobilissimas iunxit vxores Beronicem scilicet salomę filiam Aristobolo & Glafiram Archelai regis capadocum filiam alexandro. Tūc quoq; Marchum Agrippam inuitās ad iudeam venire eū honeste recepit. Qui Agrippa immolatis deo centum bobus magnifice populum pauit & multis ab herode donatus muneribus cum suis festinauit ad ioniam. Ad quem rex multis nauigationibus secundo veniens ab ipso sinope pontica honorifice est receptus & postulata herodis arbitrio complebat prouocabaturq; ad beneficia. Capitulum primum.

IN ministratione rerum studium habens rex omnes iniquitates prohibere quę per ciuitatem & prouinciam fiebant legem posuit nullatenus prioribus similē in qua ipse firmauit fures vendi. Quę res non ad pœnam tantum sed ad confusionem patrię solutionemq; consuetudinis existebat Nam aliegenis & non ad eundem vitę modum habentibus seruire in his quę imperassent peccatum in religionem non pœna excedentium erat: dum in prioribus cautum de hac pœna fuisset. Nam iubebant leges quadrulum fures reddere non habentem vero tantum venundari: non tamen alienigenis neq; in perpetua seruitute. sed iudeis: sextoq; anno absolui. Ergo pręter constitutionem & pręter legem reddi hāc pœnam superbię pars videbatur nec regis sed & tyranni in vniuersos subiectos tormentum atrocissimum excogitatum: quod populi parabat discordiam. ¶ Eodem tempore herodes ad Italiam nauigauit cęsarem salutare. & videre filios romę degentes desiderans. Cęsar quidem amicabiliter eum suscipiens perfectos ei doctrina filios reddidit: & ad propria reduxit. Cum vero ab Italia redijssent studium populi circa iuuenes erat: & perspicui omnibus facti magnitudine corporis & ornatu regio forma nō decente. Et inuidiosi statim visi sunt salomi alias salome sorori regis & illis qui accusationibus marian-

Herodes legē instituit qua fures venderentur ad cōfusionem patrię. &c.
Herodes filios suos de roma adduxit.

Alexãder & aristobolus iuidiosi cõtra salomen & alios pro morte mariãne mr̃is & cũ p̃rę cõmorari recusabant.

Odium herodis in filios quod tamen dissimulãs vxores iũxit nobilissimas scilicet aristobolo beronicẽ filiam salome/ & alexãdro Glafiram archelai capadocũ regis filiam.

Herodes multis nauigationibus venit secũdo ad agrippam.

Herodes ab agrippa i sinope põtica honorifice receptus est.

Agrippa postulata herodis arbitrio cõplebat & prouocabatur ad beneficia. &c

nem dãnauerãt: dum putarẽt quia si pręualerẽt vltionẽ exigerent de his quę in matrę sua cõmissa videbantur. Causam vero timoris ad illorũ criminationẽ transferebãt cum dicerent non libeuter cũ patre eos cõmorari propter matris interitũ: & quia iniustũ eis videretur simul cum intefectore genitricis conuersari: & ex veritate sumentes initium ad verisimile dęscendẽtes affligere eos attentabant: & fauorẽ patris quem circa filios habebat auellere. Quod nõ manifeste ei dicebant sed in multitudinẽ rumorem spergentes herodi nunciari credebant. ¶ Vnde odiũ in eos patris exarsit. Interea omni suspitione vel accusatione pretermissa rex amore filiorũ honores eis largitus est. & vxores nobilissimas iũxit: aristolo quidã filiã salomę beronicẽ: alexãdro vero archelai regis capadocũ filiã glafirã. ¶ Cũ hęc disposuisset & audisset marcum agrippã nauigasse rursus ab Italia ad asyam festinauit ad eum. A quo petijt vt ad regnũ eius accederet vt obtineret quę oportebat ab hospite vel amico. Qui cũ flexus esset lętus ad iudeã peruenit herodes aũt nihil quod ei lateret reliquit in nouis ciuitatibus eũ suscipiendo: edificia ãplissima demõstrãdo & oĩ deliciarũ apparatu reficiendo eũ cũ amicis in sebastia vel cęsareę portu a sese cõstructo & in oppidis alexandrio vel hyrcanio. Ducebat etiã eũ ad ciuitatẽ hierosolymorũ occurrẽte cũcto populo cũ laudibus. Agrippa autẽ deo quidẽ centũ boues immolauit: pauit etiam magnifice populũ. Qui licet multos dies illic vellet remorari: tamẽ propter tẽpus nauigationis festinauit rursus ad Ioniã multis muneribus ab herode donatus vna cũ suis amicis nobilibus peruenit. Rex aũt post hyemẽ veris tẽpore properauit rursus ad eũ sciẽs ad bosforũ exercitũ productũ. Cũq; per rhodũ & choo nauigasset putauit eũ in lesbo inuenire. Flatu vero aquilonis in chio remoratus est: vbi multos sibi occurrẽtes donis regalibus honorabat. cũq; ciuitatis porticũ vidisset dirutã quã in bello mitridatico depositã nõ facile propter magnitudinẽ restaurari cõtigerat pecunias prębẽs quãtę superabũdare potuissent ad operis perfectionẽ pręcepit ciuibus vt nõ negligerẽt. Ipse vero cessante procella ad mitilenã accessit: & exide ad bizantiũ profectus est. ¶ Cũq; audisset vltra ceruleas cautes iam agrippã nauigasse. festinauit & ad synopẽ ponticam descendẽs subito illi insperatus apparuit: a quo libenter exceptus honoribus fruebatur: cũ quo & totius expeditionis tẽpore labores partitus est. ¶ Cũq; prouincias põticas ordinasset per paflagoniã & capadociã & exinde per maximã frigiam profecti ephesum peruenerũt vnde ad samũ nauigauerunt. Multa vero per ciuitates singulas beneficia regis secundũ petitiones interpellantiũ fiebant: dum largitionibus minime parceret. Sed & si qui aliquid ab agrippa petissent. arbitrio suo postulata cõplebat. Cũq; bonus & largus pręstãdo petentibus esset nullũq; cõtristaret agrippã similiter ad bñficia prouocabat. Nã Iliensibus cũ recõciliauit iratũ: persoluit & pecunias quas ꝓcuratoribus cęsaris chij debebãt. aliorũ quoq; petitiones munificẽter cõpleuit.

¶ Iudei herodis medio qui eis nicholaũ oratorẽ dedit violẽtias quas patiebãtur a gręcis cõquesti Agrippę referebãt. Cõqueritur itaq; nicholaus pro iudeis quia vectigalibus grati diebus festiuis ad iudicia & mercimonia in religionis contumeliam traherentur. Antipatri quoq; auxilia olim romanis data commemorat vnde & ipse a senatu honoratus ciuis Romanis ordinatus est. Gręci vero hęc dicente nicholao nullam facientes controuersiam pro satisfactione tamen inquilinos iudeos violẽtiam per prouinciam habitatoribus fecisse dixerunt.

Capitulum secundum.

Iudei (Herodis medio qui eis nicholaũ quendã amicum suũ dedit oratorẽ) violentias quas patiebantur a grę cis cõquerẽtes agrippę referebãt Nicholai pro iudeis oratoris oratio.

Cvmq; ad Ioniã alias oniã ꝑuenissẽt iudeorũ ppl'i q ciuitates habitabant tp̃s & fiduciã nacti violẽtias referebãt quas patiebãtur dũ & legibus ꝓprijs vti nõ sinerẽtur dãna etiã p calũniã exactorũ i festis diebus. darẽt & pecunias quas ad hierosolimã trãsmittebãt & multis calamitatibus opprimerẽtur romanis sẽp ꝑcipiẽtibus eis scd̃m ꝓprias leges viuere. Quę cũ suggessisset herodi. ꝑsẽtauit eos vt audiret agrippa eorũ allegatiões. Nicholaũ aũt quẽdã ex suis amicis dedit qui ꝓ eis peroraret. Agrippa vero romanorũ nobilissimos & reges potẽtes q tũc p̃sto erãt eũ ad cõciliũ secũ ꝑduxisset: nicholaus ꝓ iudeis ita locutus est. Oẽs quidẽ o maxĩe agrippa indigẽtes oportet ꝓ necessitate cõfugere ad eos qui violẽtiã ab eis auferre possit. Hi vero nũc ĩterpellãt fiduciã a vobis datã quã sepius optauerunt nullatenus perdere sepe nos postulãt q dedistis. Postulãt enĩ vt hęc quę acceperũt a vobis q solus potestis p̃stare seruẽt. Nã dãnis afficiũtur nõ ab aliquo meliore: sed ab his quos pariter secũ subiectos vobis esse cognoscũt. Et si quid est maxĩa sũt quę a vobis meruerũt laudabiles videnĩ qd̃ ita ꝓbauerũt se bñficijs dignos: si vero minora sũt ĩhonestũ est: si nec hęc firmauerit qui p̃stiterũt. Hi enĩ qui violẽtiã iudeis ingerũt nisi putarẽt bonos eos esse quod a vobis talia meruissẽt nõ eis iuiderẽt & nostra bñficia cassare niterẽtur. Quos si quis ĩterroget vtrũ velint patrijs legibus ipsi priuari id est: immolationibus & põpis quas festis diebus offerũt: scio libẽter eos oĩa pati q̃ ꝓprias leges amittere. Nã & bella ꝑpter hoc multi ãplectũtur verẽtes ne trãsgrediãtur patrias leges & libertatẽ: quibus nũc vniuersũ hoĩm genus per vos potitur. Quod nos etiã petimus vt liceat nobis p ꝓuiciã seruare solẽnia Cur ergo hi quę pati nolũt alios cõmittũt. Illud ergo cõsideremus. Nũq d est ppl's aut ciuitas aut gẽs aliq hoĩm q̃bus maximũ bonũ appuit cõtinẽtia vr̃i iperij vel potentia romanorũ vel audet ali

quis eorũ infirmare bñficia licet sit amẽs.Nã nemo est qui nõ horũ particeps vel publice vel priuati existat.Quod & si quis auferat quę vos donastis nichil firmũ neq; sibi qđ per vos hũerit obtiebit.Vestra eni dona quis enumerare preualeat si recordatus fuerit regnũ ãtiquũ & modernũ imperiũ.Multa existunt quę a fœlicitate vestra cõcessa sunt.Nostra vero licet clara sint.nõ tamẽ inuidiosa ꝑpter vos qui dedistis alias donastis.Hoc tm̃ perfrui postulamus vt sine impedimento patriã religionẽ seruemus.Quod & per se non debet inuidiosum esse.Siquidẽ deus lętatur honoratus.Ex nostris vero solemnibus nichil in humanum est:omnia vero religiosa & iusticia salutari deuota.Neq; celamus mãdata quibus vtimur monimentis pietatis & humarum professionum.Septimum vero diem remittimus doctrina nostrorum solemnium imbuti.Quapropter nullatenus peccamus.Bene itaq; ꝓbantur leges quas colimus si quis per se eas requirat & antiquę existẽtes licet & aliquibus nõ sic esse videatur vt earũ honor per longitudinẽ tẽporis nõ facile repellatur ab his qui eas caste custodiunt quibus nos priuant per violentiam.Pecunias namq; quas conferimus rapientes manifestum sacrilegiũ committunt vectigalibus vero grauantes nos in festis diebus ad iudicia & ad mercimonia nõ necessaria trahunt pro contumelia religionis quam nos tolere cognoscũt.de qua non iustum odium habent.Siquidem vestrum imperium quod omnibus dominatur probitatem quidem laudat cõtumelias autẽ fortiter abhorret.postulamus igitur maxime agrippa violentias auferri ne prohibeamur legitimis nostris solẽnitatibus perfrui & ne substãtię nostrę rapiantur ab his quibus nullã violẽtiã inferimus. Nã petimus nõ tm̃ iusta:sed etiam a vobis primo donata:possuntq; pro his senatuscõsulta & tabulas ĩ capitolio positas legere quas certum est experimento fidei nostrę circa vos datas.Et si nullatenus fideles vobis apparuissemus:debent tamen firma esse quę donatis.Et non tm̃ nobis sed etiam oĩbus hominibus pręstatis eos beneficiorum largitionibus ampliantes quorũ singula sepius enumerat potest nmẽsem orationẽ longo sermone cõficere.Nos vero hęc iuste impetrasse si velimus ostendere:sufficiat nobis vt priora taceamus.hic noster rex qui vobiscũ presenti consĩdet:qualiter eius fides erga vestram familiam claruit.Qui enim fauor eius.aut quis in vos non cogitatus honor aut causã quę denit.Quis cohibet vestra circa nos numerãda beneficia explanare?Sed bonũ puto prius patris eius antipatri res gestas explicare:qui dũ in ęgiptũ cęsar intrasset cum duobus milibus armatis minus ei auxiliaturus occurrit: in terrenis certaminibus naualibus armatis minus ei apparens.Et quid oportet dicere quãtum profecit illo tempore tot donatiõibus cęsaris accumulatus.Sigulas vero memora cęsaris epistolas quas tunc senatui pro ipso destinauit publicos etiam honores quod ciuẽq; romanum antipatrem ordinasset superfluũ puto referre.Sufficit enim demõstrare iuste nos beneficia nostra possidere quę per vos postulamus confirmari. Quę & si prius non extitissent sperabamus affectum circa vos nostri generis & vestri erga nos acquirere.Nunciatur enim nobis ab hierosolimorum iudas qualiter prouinciã ingressus esses & deo perfectas immolationes.& honorãdo eũ integris supplicijs placuisset.& quomodo populum pauisses & ab illo munera suscepisses:quę per gẽtes & ciuitates signa vel inditia hospitalitatis & amicitię vestrę putantur quẽ meruit iudeorũ gẽs per herodis prouidẽtiã. Hęc amonentes vna cum isto tibi confidente rege.petimus te nichil superfluum:sed vt quę vos dedistis ne concedatis ab alijs auferri. ¶Cum hęc nicholaus disseruisset nulla facta est a gręcis controuersia.Non enim in iuditio hęc:sed in conuentu ventilabantur. Hac tamen occasione pro satisfactione vsi sunt dicẽtes ꝙ inquilini iudei per prouinciã violentiam habitatoribus eius ingerent. Dum illi indigenas se demonstrabant:& licet suis solemnibns vsi:tamen nichil lederent eos.

Conqueritur nicholaus pro iudeis quia vectalibus grauiter & diebus festis ad iudicia trahuntur & mercimonia pro contũelia religionis vtinã cristiani essent ita soliciti sua festa colere.&c.

Antipr̃i mẽorat auxilia data romanis vt & ipse a senatu honoratus ipse ciuis romanus ordinatus est.

Excusatio grecorum.

¶Herodes confirmato iudeorum priuilegio per agrippam prospero nauigio redijt ad propria.Qui conuocato iudeorum consilio quę iudeis in asia prouenissent enarrauit & quartam fiscaliũ partem pręteriti anni condonauit.Tũc quoq; domestica seditio in herodis familia fuit nam filij eius pro morte matris & imperii ambitione contra salomẽ & feroram mouebantur & odium paterat alteris modus aũt dissimilis quia filij manifeste quidem detrahebant alij eũtem calide & seditiose eos accusantes vnde ipse adolescẽtum deiectionem ãtipatrum añ regnũ depriuata vxore genitũ repręponit quare adolescẽtes ipi duplicata eorũ tristitia patrẽ apud amicos iniuste herodes vero antipatrũ honorãs eius matrẽ dudũ cõtẽptã reuocat & ꝑ eo cęsari scribit:ipm̃q; secũ duxit ad agrippam. Qui timẽs ne mutatus pater modestus fratres diligeret incitabat patrẽ ad fratrem odium scribẽs fratris veteri interitum.

Confirmatio priuilegiorũ & petitionis iudeorũ pro agrippa. Herodes ꝓspero nauigio reddit ad propria.

Capitulum tetium.

Ergo intelligens agrippa violentiam eos pati:hęc respõdit propter herodis amicitiam vel fauorem paratum esse cuncta iudeis concedere. Tamen hęc inquit quę postulant per se iusta prospiciuntur:& si amplius petissent.non me pinguisset quę non ledebant romanum imperium eis concedere. Sed quoniam hęc & prius cœperunt infirmari nullatenus concedo quos sine molestia propriis solemnibus potiri.Cum hęc interlocutus fuisset cõsiliũ dimisit. Herodes

Herodes ꝓspero nauigio redit ad propria.

autem affectui eius gratias excoluebat ille pariter eum amplectebatur. & ita tunc discesserũt ¶ Rex autem domũ reuerti volens nauigauit: & ad cęsaream deductus nõ multis diebus prospero flatu vẽtorum ad hierosolimã peruenit. ¶ Vbi consilium totius populi congregans cum multi ex prouincia venissent contione habita rationẽ totius suę profectionis explanauit. & quę iudeis in asya per eũ prouenissent vt sine violentia in posterum possent degere. Narrauit etiam quid ve fœlicitas vel gubernatio sui principatus eis profuisset necnon ad quartam partem fiscaliũ pręteriti anni concessit. Qua illi oratione vel gratia letati: cum summa exusatione bona regi orãtes recesserunt.

Herodes cõuocato cõsilio quę iudeis i asia prouenissent enarrauit & quartã fiscaliã ptẽ preteriti anni cõcessit.

¶ Procedebat autem seditio domestica: & acerbiorẽ accipiebat prouectum cum tanq̃ hereditarium odium circa adolescẽtes suscepisset salome. & sumpsisset de matris eorum morte audaciam dum vellet neminem illius relinquere qui posset mortem eius vindicare. Cumq; adolescentes a genitore discordarent memoria matris quę falsis accusationibus fuerat interempta & imperij cupiditate rursus simile malum prioribus ortum est. dum derogationes ab illis circa salome & feroram fierent insidię vero ab his circa adolescentes.

Odiũ per alterutris modus aũt odio dissimilis quia filij quidẽ manifeste detrahebant alij autẽ callide & seditiose.

Nam odium par alterutris fuerat, modus autem odij non similis: dum illi quidem manifeste detraherent inhonestum putantes iram celare: illi vero non tali modo. sed callide & maliuole accusationibus vterentur. seducẽtes semper adolescẽtes: quorum audaciam putabant ad necẽ posse fieri genitoris. Qui nullatenus pro matris flagitio confundebantur: nec eam credebant iuste perisse. immo magis festinabant in auctorem homicidij vindicare. Deinde cuncta ciuitas istis sermonibus completa mirabatur innocẽtiã adolescentiũ. Diligentia vero salome crescebat & ab illis occasiões accipiebat: dum sic contristarentur propter indignum matris interitum. Dicebant enim miserę: quidẽ F contigisse matris obitum: se vero miseriores. q compellerentur cum interfectoribus matris cohabitare. Hęc autẽ ad peiora absentia regis procedebant.

Salome & ferora adolescẽtes regi accusant.

¶ Cum ergo herodes redisset & populo interlocutus esset sicut prędiximus statim sermones ad eum per feroram & salomen proferebantur magnũ ei ab adolescentibus periculum imminere: quod minime sustinerent inultum matris interitum. Addebant etiam quod archelai capodocis spe niterentur tanq̃ per illum ad cęsarem profecturi: & patrẽ herodem accusaturi. Per quę confestim herodes conterritus obstupuit: quod & alij hęc eadem nunciassent Recordabatur autem priscas calamitates quod nec vxore priuatus seditionibus domus eius liberata fuisset. quę priorum peiora & grauiora pateretur. Quapropter contristabatur q̃ oĩa pręter spem fœliciter ei forinsecus deus pręstitisset: & domesticis calamitatibus vinceretur.

Herodes i deiectionẽ adolescẽtũ antipatrẽ ãte regnũ genitũ de priuata vxore p̃ponit eis in regno.

¶ Turbatus ergo & huiusmodi calamitatibus afflictus: in deiectionem adolescentium antipatrum filium suũ ante principatum sibi genitum de priuata vxore illis pręponens omnia in eum transtulit dum putaret sic conterere fiduciam filiorum marianne & temeritatem eorũ damnare. dum illi crederent alium pręter se patri succedere: deposito quę ãtipatri profectione supercilio. posset eos ad meliora cõuertere. Quod non sicut putauit euenit. Nam pueris omnino sua deiectio grauis apparuit. Qua antipater fiducia potius quam prius non habuit festinauit pueros affligere eorumq; accusatoribus consentire. Quibus facile pater credebat: alienatus a filiorum amore. Sodalibus ergo ministris vsus ne ipse in suspitionẽ veniret: patris animum in fratres accendebat. Nam multos iam acquisierat suę voluntatis ministros propter spem quam de regno iam habuit: fide vero patris putabatur hęc facere. Vnde plus tristitię adolescentibus occasiones crescebant. Nam sepius ab eis lacrimę pro contemptu suo & matris recordatione fundębantur: patremq; manifeste apud amicos tanq̃ iniustum accusabãt quę maliuoli p antipatrum herodi renunciantes. non paruam in aula seditionem cõmouebãt.

Tristitia adolescẽtũ multiplicata patrem apud amicos iniustũ accusabant

Herodes antipatrẽ honorãs eius matrẽ reuocat & p eo cesari scribit & secũ cõduxit ad agrippã.

Quare exacerbatus rex accusationibus & humiliare nimis marianne filios volens maiora honorem antipatri excogitabat adeo vt & matrem eius dudum contemptam reduceret & cęsare pro eo sepius scribens. ¶ Agrippa vero post dispensationem decẽnalem asyę romam ascendente rex ab iudea nauigans ad eũ solun antipatrum secũ duxit. Cui eum cũ multis donis cõmẽdauit quatenus rome cęsari amicum facere vt iam omnes crederent contemptis adolescentibus in illum regnum patris trãsferri. Ipse quoq; scribens romę multis amicis antipatrum cõmendabat. Qui cõtristabatur q̃ absens fratres suos solit accusare minime pręualeret. Timebat etiam ne mutatus pater modestius filios mariãne diligeret. C q; hęc cogitasset sua maligna volũtate vsus exinde incitare patrem sperabat. Vnde contra fratres frequenter scribens vereri patris interitum simulabat: vsq; quo herodem ad tantum ire vel furoris produxisset vt iam apperte contra filios niteretur. At ille ne tantum facinus perpetraret melius putauit romam nauigare & filios apud cęsarem accusare. nichilq; sibi tale permittere: quod propter magnitudinem impietatis periculosum existeret.

¶ Herodes romam proficiscens filios secum adducens eos Cęsari accusat quia patrem vol sent perimere. Qui difficilem patris accusationibus estimantes satisfactionem tenerrime lacrimab tur. Vnde facti miseratione digni patrem commouerunt ad misericordiam & alexander patris ac

sationibus prudentissime satisfaciens respondet. Et cęsar audita responsione placatus est & herodes mitigatus. Cęsar vero adolescētes ideo peccasse pronūciauit quia patri crimiatiōis didissent occasio nē & ipis se ad pris pedes ꝓijcere psuasit quos pater lacrimabiliter est āplexus qua recōsiliatiōe fa cta antipater simulat leticiā. Cęsar autē iterū potestatē cōcessit quē filiorū vellet successorē relinque re quo facto herodes p elensam que aliquando sebastem dicta est vbi inuento Archelao capadocū rege de concordia gaudente redijt in iudeam.

Capitulum quartum.

Herodes romā ꝓfectus filios se cū adducēs eos cęsari accusat ꝙ patrē suū voluis sent perimere.

CVm vero romam peruenisset & ad aquileiam ciuitatem perrexisset cęsarem compellere festinans tempore apto de maximis calamitatibus suis intimauit. filiosq; suos pręsentans insolentia eorum & audaciam accusauit ꝙ festinassent patrem suum perimere. regnūq; tyrannico more inuadere. dum ipse licentiam haberet non necessitate sed recto iudicio tradere regnū permanenti filio circa paternam pietatem cum a cęsare percepisset vt quē vellet filio rū sibi successorem relinquere. cū illi nō solum regno sed & vita mererentur priuari qui tale facinus in patrem moliti sunt: quorum temeritatem diu portans nunc cogeretur cęsaris aures talibus verbis polluere. cum nichil passi sint molestum aut graue a patre. Cur ergo iniustū eis videretur: si principa tum quod multis laboribus vel periculis suis acquisiuit concederet & preberet ei quem meritum e stimaret. Nam hoc inquit pręcium alias premium cū alijs iusticie donis exstitit. si meritis quisq̄ gra tiam pręcedentem recompēsauerūt ei qui talē diligentiā habuerit vt retributione tāta dignus exi stat. Impium enim est vel de hoc ipso cogitare dum nō possint ad regnum nisi patre perempto acce dere: quibus hactenus pater honores vel delitias āministrauit: cōiugesq; nobilissimas genere copu lauit: aristobolo quidem filiam sue sororis: alexādro vero archelai regis capadocum. Pro quibus cō missis dum talia fecissent potestatem habens non in eos se vindicasse dicebat: sed ad communē be nefactorem cęsarem adduxisset. Et auferens a se totum quantum aut pater lesus. aut rex insidiatus potuisset agere. pariter eos in iudicio secum fecisset astare: & reliquum esse aut eos occidi ne cū timo re maximo ipse viueret / aut se opprimi. quatenus vtriq; fabula hominum vel opprobrium forent.

Adolescētes pa tre eos accusan te lacrimātur dif ficilem patris ac cusationibus e stimantes satis factionem.

¶ Cum hęc herodes apud cęsarem filios suos accusando dixisset. iuuenesq; eo dicente lacrimaren tur & confusi de tali accusatione. licet liberum sermonem & fidelem a conscientia possedissent tamē patris criminationibus. difficilem satisfactionem putabant dum arbitrarentur honestate vel cum fi ducia patrum redarguere. Erat ergo inopia dicendi. & lacrime cum gemitu: dum timerēt ne putarē tur mala conscientia satisfactionem inuenire. Turbationem autem eorum cęsar attendens sicut erāt innoxij: credidit ꝙ non conscientia facinorosa: sed imperitia & modestia minime sese ꝑualerent pur gare. Vnde etiam facti miseratione digni cunctis pręsentibus patrem commouerunt ad veram mise ricordiam: videntesq; propitium eum & cęsarem & alios pręsentes: vnus eorū alexāder accusatiōes dissoluere visus est.

Alexander pr̄s accusationibus respōdet prudē tissime & eis sa tisfacit.

¶ Pater inquit tuo quidem erga nos affectus euidēter manifestus ex ipso iudicio apparuit. Nam si quid in nos crudele cogitasses non nos ad omnium seruatorem alias senatorem cę sarem deduxisses: dum tibi qđ velles liceret vt patri. Nemo enim quemq̄ interficere volens ad tēpla cū sacrariaq; perducit: vnde vita conquiritur: quę nobis peior morte existeret si tale aliquid in patrē cogitassemus. Squidem sermonem fiducia veritatis inuenit. beati sumus nos te mitigantes ac falsam delationē fugientes. Si vero accusatio pręualuit: solem iam videre nos superfluū iudicamus. Quid ergo dicis regnum desiderare nos: verisimilis contra iuuenes causa videtur: & ꝙ de miserę matris in teritu subiungis a priore calamitate argumenta percipiens nobis ingens crimen. Considera tamen quia hęc communia cunctis existunt & similiter in alijs dici possunt dū nichil prohibeat si regis filij sint iuuenes matre eorum defuncta. omnes in suspitione patris esse tanq̄ insidiatores. Sed opinio ad talē crudelitatem non sufficit. Dicat vero quisq̄ si tale aliquid pręsumptum est a nobis. vn̄ credibilia hęc appareant. Nunquid hoc manifestis indicijs poterit approbari. aut veneni confectio: aut equa lū coniuratio: aut seruorum corruptio: aut litterę contra te destinatę: dum & hęc possint licet non fa cta criminationibus confingi domo regia non concordante. Principatum etiā quem tu dicis premiū esse pietatis: sepius conuenit causam fieri malignam regi: culpamq; nostram nullus probabit. Accusa tiones vero quomodo soluat. Qui non vult audire quicquid locuti sumus. Sed non contra te nā hoc iniustum esset: sed in eos qui si quid dictum fuerat minime tacuerunt. Matrem vero quidē nr̄am plā gimus non quia defuncta esset: sed quia derogabatur ei ab indignis volentibus principatum inuade re. Scimus ne patrem possidere quicq̄: & nos non possidemus. Et dum regijs honoribus fruamur fru stra festinamus. Si te occidendo regnum tenere voluerimus. Quibus pro hoc facinore nec terra per uia nec mare nauigabile videtur. Nunquid subiectorū pietas & gens religiosa concedere habuit p ricidias rempublicam obtinere: aut sanctissimum a te confectum ingredi templum. Vt vero hęc om nia omittam: homicidium multum viuente cęsare potest dimitti. Sed neq; filios impios creasti neq;

stultos.sed infœlices teq; indignos. Si vero neq; causas habes.neq; isidias iuuenis. quis tibi ad fidē sufficiet in tali crudelitate. An putas de matris interitu coniecturā sumere.quę nos non incitare sed magis mitigare posset. Ampliorem quidem satisfactionis volebamus sermonem inserere.sed nō recipiunt prolixiorem orationem quę minime commissa creduntur.Qua propter ante oīum dn̄m cęsarem pręsenti tempore paciscimur si sine suspitione tua cum veritate circa nos tuum ostendis affectum pariter possumus viuere licet nō fœliciter.quia maxima mala sepius ex falso crimine generantur.pmanēte i te aliquo merore culpę nostre.Nam nobis vita iocūda nō videtur:si tu eam vt immeritis largiaris. ℭ Cum hęc dixisset & cęsar nec prius magnitudinem criminationis crederet.tūc magis placabatur:& frequenter herodem attendens videbatur mitigari.Cumq; pręsentiū miseratione rumor in aula diuulgatus esset:regem faciebat inuidiosum incredibilis accusatio.Nam adolescentium etas:corporis pulcritudo.miserandum eis auxilium conferebat.plus vero quia oratio cōueniente & sapienter in alexandro verbis occurrerat. ℭ Cęsar autem modicum remoratus adolescētes q̄dem licet accusatione extranei viderentur.hoc ipsum tamen peccasse eos pronunciauit:ꝙ nō tales se patri prebuissent:vt non darent criminationis occasionem herodem vero petebat vt omnem opinionem abiiciens reconsiliaretur cum filijs dum non esset credibile ab eis scelus hoc potuisse cōmitti.Cum hęc persuasisset:iuuenibus innuit ad vestigia patris sese proijcere: qua supplicatione pater eos lacrimantes & flebiliter est amplexus/Quod cernentes qui aderant.flexi miseratione i lacrimas facile proruperunt. ℭ Illi autem gratias cęsari agētes pariter discesserunt: & vna cum his antipater simulans leticiam pro eorum reconsiliatione celebrata. ℭ Postera die herodes quidem cęsari donauit trecenta talenta ad spectacula & munera populo romano tribuenda.Cęsar autem ei metalli eris cyprij dimidios redditus & dimidij procurationem prębuit & hospitalibus eū & muneribus honorauit & de regno potestatem concessit.quem vellet filiorum successorem relinquere vel partiri vnicuiq; regnū vt ad omnes perueniret.illo tamen viuente hoc agere nō permisit dicēs oportere eū dū viueret & regni & filiorū dominationē possidere. ℭ Hęc dū ordinasset rursus ad iudeā redijt.In cuius absentia nō parua ps regni defecerat trachonitidis.quos relicti iudices iterum sub īperiū redegerūt Herodes vero cū filijs dū nauigaret & peruenisset in eleusa cilitię que postea sebaste dicta est inuenit capadocię regem archelaum expectantem & filium reconsiliatione gaudentem/& ꝙ alexander q̄ filiā eius habuisset ab accusatione solutus esset:donationesq; inuicem vt reges dederunt vnde cū herodes ad iudeam peruenisset.& ingresses templum fuisset.de suis prosperis actibus allocutus est populū cęsaris in se munificentiā explanās.In finem vero ad persuasionem filiorū sermonē cōuertit vt i aula & in alijs cunctis cōcordarēt quos & post reges futuros demonstrauit primū quidē antipatrum postea vero & filios marianue alexandrum & aristobolum:hortabaturq; eos vt dum ipse viueret sibi in omnibus obedirēt.quia nec per ętatem impediretur nec per senectutem suā rē publicā gubernare.Cū hęc dixisset:cōcione dimissa sub expectatione filiorū eius multi nouis rebus studebant

Cęsar audita Alexandri orone placatus est & herodes mitigatus.
Cęsar adolescētes ideo peccasse pronunciauit quia pr̄i crimiatiōis dedissēt occasionē & illis p̄suasit ad pedes se ꝓijcere quos pr̄ est lachrimabilr̄ amplexus.
Antipr̄ recōsiliatiōe factā simulat leticiam.
Cęsar herodi potestatē cōcessit quē filiorū vellet successorē relinquere.
Sebaste aliquando eleusa dicta.
Herodes ad popullum & ad filios.&c.

ℭ Cęsarea ciuitate decennali tempore edificata eiusq; dedicatione maximo cum apparatu in honorem quinquennalis Cęsaris celebrata cui Cesarium iulia vxore maxima liberalitate direxit apparatum. Et post antipatridam ciuitatē nomine patris herodes edificauit necnon &matris nomine cyprum vbi fratris nomine phaselum turrim appellauit pythium in Rhodo sumptibus suis cōstruxit. Et olympiacum certamen refecit. Hic enim herodes & munificentissimus fuit & circa domesticos durissimus ferus & pietate alienus & vtriusq; causa fuit.herodes enim qualiter maioribus adulabatur sibi similiter a subditis fieri expetebat .interea afflicti iudei per asiam & libiam ad Cęsarem legationem mittunt qui scribens per prouinciam eos vti suis legibus pręcepit rescripti Cęsaris exēplum hic habetur & rescripti agrippe & Gaij norbani.

Capitulum quintum.

Cęsarea ciuitate decēnali tp̄e edificata eius dedicatio in honorē quinquēnalis cęsaris maximo appatu celebrata est.
Antipatrida ciuitas.

Eodem tēpore pfecta est cęsarea quā edificauit decēnali tēpore vicesimo octauo regni sui olipiade cētesima nonagesima secūda.Cuius in dedicatiōe celebratio vel apparatus munificētissimus fuit.Nā pręceperat carmina musica vel palestras conuenire.Pręparauerat etiā feras & gladiatores cursusq; equorū & reliqua mirāda spectacula in honorē quiquēnali cęsari.Cui cū sua vxore iulia ꝓ dedicatiōe ciuitatis maxia liberalitate sūmū ei direxerat apparatū quorū sūma quingētis talentis estimata est.Cūq; multitudo ad ciuitatē cōuenisset pro spectaculis & legatiōes quas populi destinauerat bn̄ficijs eius gr̄as agētes pariter occurrissēt.cūctos suscepit i diuersorijs & i cōuiuijs & p dies quidecim spectacula vel delitias mīstrauit.Vnde insignis eius magnanimitas potuit diuulgari.Quapropter p̄hibēt cęsarē vl̄ agrippā sepius dixisse ꝙ magnanimitatibus herodis deesset eius imperium & dignū esse syrię vl̄ ęgipti regnū possidere.Post huius vrbis dedicationē:i cāpo q capharbasa vocabat.loco aquoso & terra optia arboribus & fluuio circūdata ciuitatē edificauit quā noīe patris sui antipa

tridam nuncupauit pulchritudine vel amenitate decoratã. ¶ Necnon & in nomine matris locũ iuxta hiericõtẽ edificãs munitione vel domicilijs optimũ cyprũ nominauit. Immo & in nõie fris phaseli propter amorem quem in eũ hũerat cõstruxit turrim in ea ciuitate nõ minorẽ pharo alexãdrino pro munitione ciuitatis quã i fratris memoriã phaselũ vocauit. Appellatiõis vero eiusdẽ: & ciuitatem circa hierichontẽ cõdidit. Beneficia vero ipsius quę alijs ciuitatibus per syriã & hellada vel apud quos contigit eum proficisci donauit mime possumus explanare. ¶ Nobilissima vero vel maxia facta eius in rhodos al's rhodios extiterũt. Siquidem pithium ipse suis sumptibus construxit & prębuit multa talenta ad nauium cofectiones. ¶ In nichopolitana etiã ciuitate quã in accio al's in accioco cęsar edificauerat: multa publica loca condidit. ¶ Antiochenis vero magnam ciuitatem syrie habitãtibus. plateam longã i ciuitate positã exvtraq; parte porticibus ordinauit: & viã lapide polito strauit ad ornatũ & voluptatẽ hitãtium. ¶ Necnon & olipiacum certamen appellatione dignũ propter pecuniarum inopiã melius redditibus deputatis refecit: & immolationibus vel reliquo ornatu celebrationem eius insignem reddidit: pro qua munificentia perpetuus agonizeta nominatus est. ¶ Alijs quidem mira videtur differentia voluntatis naturę eius. Nã si largitiones considerentur. quas omnibus dõauit hominibus: quis potest negare eum munificentissimę naturę fuisse. Si vero tormenta & iiqtates i subiectos vel domesticos eius attendantur. durissimus & ferus omniq; pietate alienus putatur: Vnde inconstantem & sibi contrariam voluntatem eius existimant. ¶ Quod ego mime puto: dum vnam causam in vtroq; dominãtẽ cõsidero. Nã dũ ad imensã largitionẽ munificẽtia produceretur: si alicubi pręsentis glorię spes vel futurę occurrisset sumptibus profusis alacriter eã emere festinasset. Qua propter cõpellabatur seuus i subiectos existere dũ pręsentibus cõsũptis pecunijs al's vellet acquire. e. Cumq; cognosceret propter violentias suas se subiectorũ odio teneri: corrigere quidem vitia non facile poterat. Conabatur autem odium suum occasione pecuniarum vlcisci. Familiarium vero q̃ eum verbo non placasset se seruum dicendo. Aut suspicatus fuisset aliquem de principatu cogitare nulla ✓ reuns se poterat moderari: se persequębatur & cognatos & amicos tanq̃ hostes: & dũ vellet solum se honorari talibus delictis succubuit. ¶ Testimonium autem michi perhibent huiusmodi passionis eũ fuisse in cęsarẽ vel agrippã: vl' i alios amicos: honores exhibiti. Nã qualiter ipse adulabatur maioribus similiter sibi fieri a subditis expetebat. Sed gens iudeorum lege hoc agere prohibetur. & contempta vana gloria. solam expectat iusticiam. Vnde rex eos exosos habebat. ꝙ non potuissent eum templis vel imaginibus honorare. Huius rei gratia arbitror herodem in suos quidem seuissimum: extraneis vero munificum paruisse. ¶ Interea iudei per asyam & libidiam atrociter affligebantur: dum nõ iisdem legibus sicut ab antiquis regibus vterẽtur: sed violentia paganorum opprimerẽtur. vt pecunias sacras violenter amitterent. Ideoq; ad cęsarẽ legationem pro his destinauerunt. Qui scribens p prouinciam suis eos vti legibus pręcepit: quarum exempla subiecimus. Demonstrans enim voluntatem quam ad initio pro nobis romani imperatores habuerunt. ¶ Cęsar augustus pontifex tribunicę potestatis dicit. Quoniam gens iudeorum fidelis non solum pręsenti tp̃e. sed etiam priori & magis patri meo dictatori cęsari populoq; romano. & princeps eorum hyrcanus apparuit: placuit michi & senatui: cum sentẽtia populi romani iudeos suis legibus & patrio iure frui permittere & pecunias ab his ad hierosolimam transmissas reddi custodibus pecuniarum sicut sub hyrcano principe sacerdoti altissimi dei: & sacraria eorum iuiolata permanere neq; vadimonia sabbato vel die sexto ab hora nona exigi. Si quis autem inuentus fuerit auferens sacrosanctos eorum codices aut pecunias a synagogis: huiusmodi sacrilegio teneatur & substãtia eius publico romę deputetur. Suggestionẽ vero eo i pro pietate mea quã hẽo super omnes homines per gaiũ marcũ cẽsorinũ michi porrectam. & hoc decretũ pręcipio proponi i nobilissimo loco. quẽ omnis asya meo nomine dedicauit. Si qs autem trãsgressus fuerit hanc constitutionem: non mediocrem pœnam exoluet ¶ Sriptum est in cęsaris templo. Cęsar norbano flacco salutem. Iudei qui antiqua cõsuetudine solent pecunias sacras ad hierosolimã transmittere sine impedimento hoc faciant. Hęc quidem cęsar. ¶ Agrippa vero scripsit pro iudeis hoc modo Agrippa magistratibus. senatui. populoq; ephesiorum salutem. Pecuniarum sacratũ quę in hierosolimorum templum transmittuntur diligentiam in asya iudeos habere pręcipio secundum patrium morem. Hos autam qui sacras pecunias iodeorum auferunt. & ad asylum confugiunt iubeo extrahi: iudeisq; reddi quos iure etirm sacrilegi detrahunt. ¶ Scripsit vero siliano al's silano magistratum gerenti ne sabato iudei compellantur vadimonia prębere. Marcus agrippa cirenensium magistratibus: senatui & populo salutem. Iudei qui per cyrenem sunt. quibus iam augustus scripsit i lybia pio magistratum gerenti: alijsq; illius prouincię procuratoribus: quatenus sine impedimento pecunię hierosolimis secundum morem suum trãsmittantur: nunc me interpellauerunt. quia ab aliquibus calumniatoribus affliguntur occasione tributorumq; nequaq̃ debent & prohibentur solemnia sua p.

pris noie edificata.
Cyprus ciuitas noie mr̃is vbi nomie fr̃is turri cõstruxit vocãs eã phaselum.
Nobilissia opera herodis.
Pithiũ sũptibus suis i rhodo construxit.
Olipiacũ certamen.
Herodes & munificẽtissimus fuit & circa dõesticos durissimus ferus & pietate alienus.
Cã munificẽtię & ferocitatis in herode.
Herodes qualiter maioribus adulabatur sibi similiter fieri a subditis expetebat:
Afflicti iudei p asiam & libiã ad cęsarẽ legationẽ mittũt q scribẽs p pu̇iciã eos vti legibus pręcepit
Exẽplũ rescripti cęsaris p libertate iudeorum.
Aliud rescriptum cęsaris.
Rescriptũ agrippe p iudeorũ libertate.
Aliud rescriptũ Agrippe.

Rescriptū Gaij Norbani.

Rescriptū Iulij pro consulis.

agere. Quos nullomodo impediri ammoneo: sed & si quas sacras pecunias ciues abstulerunt: has ip sis reddi precipio/ & in reliquo corrigi ne talia commitantur. ¶ Gaius norbanus: flaccus proconsul sardinensium magistratibus & senatui salutem Cesar scripsit michi pręcipiens nequaq̄ iudeos prohi beri patria consuetudine pecunias colligentes ad hierosolimā trāsmittere scripsi ergo vobis vt sciatis qm̄ cesar & ego sic volumus. ¶ Nichilominus & iulius proconsul scripsit ita ephesiorum magistrati bus sanatui & populo salutem. Per asiam iudei habitantes idibus februarij ephesi michi indicanti. de monstrauerunt cęsarem augustum & agrippam concessisse eis propriis vti legibus: immo & pecunias quas singuli eorum sua volutate. pietatis causa quam ī deo hn̄t solent transmittere habeant licentiam sine impedimento hoc agere. Petierunt autem vt & ego similiter cū decretis a cęsare vel agrippa: me am sententiam confirmarem. Volo igitur vos cognoscere quoniā decretis augusti & agrippe parens: pręcepi eos vti & seruare sine impedimento sua solemnia. ¶ Hęc ideo explanauimus. quoniā cū scri pta nostrā apud gręcos ventura sunt demonstrem eis quia cunctum honorem ab initio impetrātes nichil ex patrijs legibus prohibiti sumus a magistratibus agere. sed & defendebamur religionē & ho nores in deum seruantes quorum facio mencionem: vt mutatis seculi odijs causę quę nobis ob hoc vel illis irrationabiliter insertę sunt euellātur. Nam legibus hisdem nulla gens semper vtitur dum & p ciuitates multa religionis differentia seruetur. Iusticię vero a cunctis hominibus similiter studetur. quę cōmoda gręcis vel barbaris existit: de qua nostre leges multam rationem habētes omnes homī nes debēt nos vt amicos & hospites amplecti. Nam oportet non differentia nos religionū alienos fa cere: sed non seruatur benignitatis affectus quę omnium hominum cōmunē vitā poterit custodire. Rodeo ad reliqua monimenta conscriptionis.

¶ Herodes suis cōsumptis pecunijs tumulū dauid noctu aperiens & ibi nō iuētis pecunijs aurea vasa & ornatū tulit sed dū diligētiorē faceret iq̄sitionē & iterius igredi ad vrnas ī q̄bus dauid & salomonis corpora posita erāt tiore pterritis duobus suis satellitibus flammis ab interiori parte oc currētibus exustis. Et pro pinaculo monumentum ex cādido lapide an̄ ianuā magnificētissimis con struxit expēsis. Cuius Nicholaus damascenus historicus meminit sed descēsū regis dum ī honestum hod factū cognosceret obticuit. is enim iiq̄tates eius tacēs tm̄modo quę ad eius gloriā ptinebat adul torū more cōscripsit & multa cōfixit herodes itaq; domesticis malis affligebatur. Salomeq; mariāne filijs iimica filiam suam aristoboli vxorem seducebat vt sui mariti secretū cognosceret. ferora quoq; Alexandro herodem ī vxoris amorē incidisse dixit quod ipse postea patri manifestauit vnde iratus herodes ferorā criminatur. Et ferora excusans hoc salomē persuasisse affirmat. Quod ipsa negat.

Capitulum sextum.

Herodes suis cō sūptis pecunijs tumulum dauid noctu apiens & nō inuentis pe cunijs aurea va sa plura tulit.

Territus hero des duobus suis satellitibus exu stis.

Nicholaus histo ricus cū herode degēs iniq̄tates eius mutans tm̄ mō quę ad eius gl'iam ptinebāt cōscripsit & adu latorū more mł ta cōfixit.

Domestica hero dis afflictio.

Salōe filijs mari āne iimica filiā Aristoboli vxo rē seducebat.

Igitur herodes sicut prędixi consuptis suis pecunijs āudiēs hyrcanū ante se regē apu isse tumulū dauid & tria milia talētorū inuenisse multo plura credēs deposita quę ad oēs sūptus suos sufficerēt. tumulū appiens igreditur noctu: dū nequaq̄ vellet hoc ci tatē sentire. Vnde fidelissimos aicos tantū ducēs. pecunias quidē depositas sicut hyr canus nō iuenit ornatū vero & vasą aurea plura tulit. ¶ Dūq; oē studiū poneret. & i quisitionē diligētiorē faceret. ac vellet iterius igredi ad vrnas ī quibus dauid vel salo monis corpora posita erāt: duo eius satellites flāmis exusti sunt ab iteriore pte occurētibus. Tūc ille ti more pterritus egreditur & pro pinaculo monumētū ex lapide cādido ante ianuā magnificētissiis cō struxit expēsis/ ¶ Cuius & nicholaus hystoriographus meminit: sed descensum regis obticuit: dum inhonestum hoc factum cognosceret. Quod semper ī suis egit conscriptis. Nam viuente rege & cum eo degens ad gratiā eius & fauorē tm̄mō dicebat: quę ad gloriā eius pertinebāt. Multas vero iniqui tates eius mutabat & cum summo studio celabat. Nam marianne filiorumq; eius mortes crudeliter factas ad satisfactiones cupiens perduccre. vt luxuriosam illā. & adolescētes patris īsidiatores accusa uit. Res gestas autem regis amplioribus laudibus extollens: delictis eius studiose satisfacit. Venia dā da est: quia nō hystoriā. sed laudē conscripsit. ¶ Nos vero generi assamoneorū regū propiqui & cum honore sacerdotium habentes aliquid mentiri non putamus: ideoq; cum veritate. gestorū memoriā recēsemus. ¶ In domesticis vero malis herodes cōstitutus affligebatur. Nā multi ex regis ira accipiē tes audaciā accusabant propiquos & amicos eius. Quibus ita inter se dispositis. nulla requies erat. ¶ Siquidem salome iimica filijs mariāne aristobolo filiā suā cōiunctā nullatenus fidelem ei dimitte bat: dum flecteret eam vt quicquid secrete locutus fuisset nunciaret ei. Et in altercationibus quę iter coniugales sepius contingūt: cogebat puellā dicere quę de marito sciebat. Illa vero dicebat q̄ sepius memoriā suę matris mariāne faceret: & q̄ patrē odio haberet. Frequēter autem iterminaretur quia si principatū obtineret: filios quos herodes ab alijs vxoribus habebat traditos magistris litterarum in agris constitueret dū apta esset ad hoc opus quā habebāt circa studia diligētiā. Vxores vero si quan

do videret maternum indui ornatum:pro presentibus ornamentis cilicijs intercludi ne solem vide, ret.Que confestim per salomen regi nunciata:dolorem eius inflammabant. Vrgebatur aūt mlto pe ius omnibus credens.& inuicem se accusantibus.Tunc autē filijs īterminatus satisfactionibus eorū ad presens mollitur in posterum atrocius exarsit.¶Nam ferora cum ad alexandrum venissent filiā archelai glafiram sicut prediximus habentem:salomen(inquit)dicentem audiui herodes in amore glafire sue nutus incidisset & minime desiderij solatium possit inuenire.Quod ille audiens adolescē cia vel emulatione commotus que honoris causa circa puellam ab herode fiebant propter amorem hec eadē facere suspicabatur.Dolorem ergo minus tolerans:patri nunciauit cum lachrimis que fero ra dixisset.herodes autem multomagis feruens.& mendacium impudice criminationis non ferens turbabatur.& sepius exclamans maliuolenciam familiarum qualis ipse circa eos inuenisset:conuoca uit ferorā.quē hmōdi verbis aggressus est.Pessie oīm ī quo ad tā imēsā vl īfādā īdeuotionē· puenisti vt talia de nobis existimes aut loquaris Nōne video tuā volūtatē.qua nō in meā iniuriā talia verba producere:sed insidias & venena immittere filio pro mea perditione prodidisti Quis enim alter nisi dei bonitate retentus(quā hic puer in se habet)portare potuisset in patrē nō vīdicare tā crudelē opi, nionē.Prius enī gladiū ī dextra:q̄ hocū verb in animo eius debebas īmittere cōtra patrē Quid autē conaris male loquēdo de me nisi vt eorū fauorē fraudibus tibi cōsilies.Nā talia dixisti:que tue impie tatis fuissent cogitēda. Abscede iā pessime circa fratrē atq; benefactorē.& tecū q̄dē hec malitia con, sciētie cōuiuat:ego vero vīdico sicut soleo meos:nec vindicās merito in eis sed magis beneficio exor nās.quibus indigni esse noscātur.Talia quidē rex.Feroravero statim mestitia plenus salome inqt hec persuasit.& ab illa sermones audiui.Que mox vt audiuit nā presenserat.exclamauit qd nichil ab il, la tale dictum fuisset.& qd festinarent omnes ad odiū regis eā pducere.cūctisq; modis occidere.pro pter fidem quā erga eum semp habere cognosceret.In presenti vero sibi insidiari qd sola reflecteret fratrē ne vxorē quā nunc hēre repudiaret regisq; filiā sibi in matrimonio cōiūgeret.Quapropter me falsis inqt accusationibus aggressus est.Cū hec dixisset crines suos dilacerās.& pectora manibus tō dens.veri similis ad denegationem esse constabat.maliuolētiā vero morū dissimulatione redargue, bat.Ferora aūt medio resistit nullā habēs satisfactionē. Nam alexandro se dixisse cōfessus est.audis se vero a salome minime comprobauit.Vnde diu confessione sermonū inter eos facta rex fratrē vel sororem auersatus:filiū pro constantia laudauit:q̄ sibi sermones ferore nunciasset.

¶Salome omnibus odio hēbatur quā herodis vxores abhorrentes eam ipsi accusabant. Que a rege male tractata ad dispēsatoris regis arabū q silleus vocabatur cōsensit nuptias sed ipse cir cumcidi recusās abscessit salome ex illo die de adulterio a ferora & herodis vxoribus accusata Et ma xima ī herodis familia turbatio & dissentio quotidie crescebat eunuchi quoq; regis accusati q̄ ab a, lexādro peccunijs essent corrupti ī tortura confessi sunt Alexandrum contra prēm odium hēre.Sicq; herodis coniurationem timens custodias vndiq; muniuit & cunctos odio hn̄s contra isōtes acerbus factus est,ppiq quoq; herodis seipos preuenientes accusabāt & rex andromachum & gemellū ami cissimos ex suspitione eicit a palatio.Quorum malorum antipater erat auctor & ipso suadente hero des tormentis fidelissimos Alexandri interrogabat vnde qdā tortus Alexādrū propter corporis ma gnitudinem & alia laudatum dixisse retulit bona nature potis efficere dū pater inuideret extra filios accusat patrem perimentes romam confugere regnum petituros Alexandrum itaq; sic accusatum gauit herodes quē alius iuuenis accusat romam misisse patrem accusaturum & venenū ī aschalone parasse:herodes igitur in accusationibus credendis facil in familia sua maxime fuit turbatus.

Capitulum septimum

HAc lite facta salome vt accusationis commote caput omnium odio tenebatur:quā vxores regis vt maliuolam abhorrebant:& q̄ natura eam malignam cognoscerent. Occasione er go data semper eam accusabant herodi quarū fiducia ex huiusmodi causa magis accreuit ¶Rex arabū ouadas nomine:naturaliter regis & regni negocijs pene inefficax. habebat dispensatorem regni sui astutum iuuenem & in omnibus nimis ornatum:cuius ditioni omnis arabia placebat.Is pro cā quadam cum ad herodem peruenisset.& cenaret cum rege.vidit salomen & de, siderio eius captus est:audiens presertim q̄ vidua esset amplius inflammatus loqtur de nuptijs eius Salome vero male tunc a fratre tractata iuuenisq; accensa decore:libenter consensit ad nuptias Et cū rursus ad cenam conuenissent:monstrabantur non mediocria signa cupidinis eorum: que mulieres regi nunciauerunt Herodes vero cum ferorem interrogasset & obseruare precepisset in cena quid illi nutitis facerent vel oculis:non letabantur de suo pudore.Post hec arabs quidem in suspitionem ve, niens recessit.Cumq; tribus mensibus remoratus esset rursus redijt ad hoc ipsum sermonem herodi facturus postulāsq; dari sibi matrimoniali iure salomen:dum non incommoda ei foret affinitas eius

Ferora alexan, dro dt herodē ī amorē sue vxo, ris īcidisse quod ipse postea ma, nifestauit prī.

Hero des ad fe, roram.

Nota.

Excusans fero, ra dicit salomē hoc persuasisse sed hec negat,

Salome oīm o, dio tenebat quā regis vxores ab horrētes eam ac cusabāt herodi.

Salome male a rege tractata cō sensit ad dispen satoris regis ara bū nuptias qui sileus vocbat.

cum arabum principatū quod iā sibi nunc adesse: magis vero futurū ex plano credebat. Cumq; hūc herodes sermonē sorori retulisset. interrogans si ad nuptias cōsentiret. illa sine more consensit. Tum illum quoq; inquiri si vellet legibus inscribi iudeorū & circūcidi: eo ꝙ aliter non posset salome penitus iungi. Ille respondit nullatenus ista consentire: quia si actū fuerit: se ab arabis non solum regno sed & vita priuari. Quo dicto recessit. ¶ Salomē autē ex illo die feroras iam de luxuria criminari cepit. & regis vxores quę dicerent eam cū arabo adulteria cōmisisse. Puellā namq; qua fratri suo ferorę rex despōsauerat. ipse quidē non accepit: victus amore sicut prędiximus vxoris absentis. Salome autem rogabat filio suo de custobaro nato eā cōiungere. & dissuadet rex a ferora dum adolescētē suspectum haberet propter patris interitū: iustius aūt esse si duceret eam filius suus qui magistratus tetrarchie successor extabat. Cūq; priore pacto soluto puella duceret a filio ferorę. pręstitit dotē centū talēta. Itaq; dissentiōes familiares nō cessabant, sed maiores ei turbine crescebāt: & incidit tale aliquid: causa non honesta. & ocius ad facultatē vsq; processit. ¶ Fuerūt enim enuchi regi propter pulchritudinem nō mediocriter acceptabiles: quorū vnus pincerna: alter insertor. alter vero lectuli regis creditarius. qui & cū filio eius intererāt de quibus cū nūciauit quidā regi ꝙ hi ab alexandra multis pecunijs corrupti essent. Qui requirēti regi de facta quidem cōmunione vel ꝑmixtione cōfessi sunt. aliud vero nichil acerbum scire de patre dixerunt. Cūq; magis torquerent & in necessitatibus essent semp q; ministri atroces in eos insisterent. ad gratiā antipatri cōfessi sunt. quod odium circa patrem & inimicitias haberet. & ꝑsuaderet eis herodē spernere velut superfluū & cooperientē senectutis suę tempora dū annos etatis celaret: & ad se iam respicere. tanq̄ regnū habentē & inuito patre & ꝙ alij nullatenus sed sibi citius primus locus vēturus esset: nō ꝓpter genus tantū: sed pręparationibus paratā ei dominationē esse quia ꝑlures qui cuncta pro se pati vel facere essent parati. Herodes autē cū hęc audisset totus in furore metuq; tractus. ea quę ad cōtumeliam dicta cognouit moleste tulit: alia vero in suspitionē periculosam suscepit ¶ Vnde ex vtrisq; incitatus timebat ne pro veritate cōflata fuisset in eum coniuratio fortior priore. & custodias vndiq; cōmuniens secrete quęstionē fecit. speculatores autem eis de quibus suspicabatur opposuit. & dum opinione vel in odio cūctos haberet: arbitrium pro tutela concipiēs. multum contra insontes acerbus factus est: sed magis ac magis validi videbant ei & terribiles quos non frequēter nominabat propter īsolitam cōuersationem. & si forte vacasset statim de interitu suo securi non erant. ¶ Posteavero omnes propinqui dum nichil habuissent firmum ad spem suę salutis: contra se conuersi existimabant vtile si quis anticipans alium accusasset hoc sibi salutem posse conferre, si suis facinoribus alios onerarent. & eo cadebant: in quo ceteros insidiabant immittere. Nam regis penitētia ne filios occideret: ꝙ non manifeste peccassent ītercedebat. ipsi vero & quod peius est nō desistebant cōmittere. sed ad pœnam currebant parem: dum vlciscerent in eis quę prius accusassent. ¶ Talis ergo dum fuisset in aula turbatio: multis amicis rex palaciū interdixit. ¶ Quam interdictionē maxime eis constituit: qui fiduciam potiorē habebant. Siquidē andromacū & gemellū viros ab initio amicissimos, qui multum in republica eius legationibus & consilijs domesticis profuerunt: eiusq; filios docuerant: & qui de filijs primum fiducię locum haberent recusauit suscipere. Andromacum quidem ꝙ filius eius demetrius amicus alexandri esset. gemellum vero fidelem illi sciens. quia & in conuiuijs & in studijs rome cum ipso degebat. Quos honeste quidē expulit: ne indecens aliquid contra viros nobilissimos constituere videretur. sed caute agens, fiduciam eorum cū honore amputauit. ne per potentiam aliquid in eum committerent. ¶ Horum omniū malorum antipater auctor erat: qui patris incōstantiam intellexerat cum iam dudum ei cōsedisset: vnde magis suadere videbatur. vt auferetur vnusquisq; potentum. ¶ Tunc ergo rex (andromaco cum ceteris expulso) de colloquio vel fiducia reliquos fidelissimos alexandri cum tormētis interrogauit. vt si quid contra se conflatū scirent edicerent: ille vero consumebatur: quia tales quales existimabat nō inueniebat. Callidus autem antipater ꝙ ex veritate ad cōstantiam & fidem deducere non valebat plus incitabat requirendo a pluribus latentem coniurationem. ¶ Proinde cum aliquis ex pluribus tortis retulisset. ꝙ cognosceret adolescentem, cum laudaretur corporis eius magnitudo. vel sagittandi peritia: cumq; alia quę ad virtutem super omnes haberet. hęc sibi dixisse potius bona naturę officere dum pater inuideret: & idcirco cum eo ambulando sese humiliare ne longior appareret: in venationibus vero cum sagittaret illo presente, nou recte iaculari propter genitoris inuidiam: quam de gloria sua haberet. Cumq; verbum scrutaretur & remissio penarum corporis ītereuenisset. addebat quia fratrem aristobolum conscium haberet vt in venationem patrem perimentes ad romā confugerent regnumq; peterent. Repertasvero & litteras adolescentis ad fratrem aristobolū in quibus accusabat patrem non iuste fecisse: dum terram tribuisset antipatro ducentorum talentorum redditus. ¶ Quibus dictis putauit herodes verum existere ꝙ de filijs suspicabat. & statim appręhēdens alexandri

Arabs nō cōsentiens circuncidi discessit.

Crimiat salome a ferora & vxoribus herodis de adulterio.

Dissēsiōes familiares in familia herodis.

Enuchi regis accusant ꝙ corrupti essent pecunijs ab alexādro &c. qui ī tritura cōcessi sunt filiū aduersus patrē odiū hr̄e &c.

Herodes timēs coniurationē custodias vndiq; muniuit & cunctos ī odio hn̄s cōtra īsontes acerbus factus ē.

Maxia tribulatio ꝓpinqs herodis qui seipos pręuenientes accusabant.

Rex ex suspitione ādromachū & gemellum amicissimos a palacio eiecit.

Herodes tormētis Alexandri fidelissimos interrogabat suadente Antipr̄o.

ligauit. Deinde vero remisit suam atrocitatem. dum nec quę audisset crederet: & ęstimaret nichil dignum pro insidijs ex his conflatum apparuisse. sed querela esset vel iuuenilis temeritas: & q manifeste interficientes romam confugerent non verisimile videbatur: & maius aliquod sperans inuenire iniquitatis filij signum dicebat non sibi placere: temerarie filium colligasse. Torquens autem amicos nobilissimos alexandri non paucos: nichil penitus de quibus suspicabatur confessos inuenit. ¶ Cum q; in hoc multus apparatus existeret. & terrore vel turbatione palatium plenum esset. vnus quidam iuuenis vt in necessitatibus prouenit romam dixit transmisisse alexandrum. & petisse vt citius euocaretur a cęsare: habere se manifeste causam suggere contra patrem q regem parthorum mitridatum sibi contra romanos conciliasset. addens quia venenum etiam alexander in ascalone ei parasset. Tunc herodes hęc audiens & credens q solacium temeritatis inuenisset. statim de veneno pręcepit inquiri: quod tamen nullatenus potuit inuenire. Magnitudinem ergo malorum alexander volens confirmare. negare quidem distulit incitando temeritatem patris ad multa maiora delicta: forsan autem & per hoc amputare volens facilitatem eius quam in accusationibus credendis habebat. Tum nullatenus obtinuit: dum omne regnum concutere voluisset. Siquidem & litteras in quatuor libris destinauit dicens q non oporteret torqueri quemq̃ nec vlterius hoc procedere. quia reuera insidię factę essent. in quas coniurasse feroram vel fidelissimos amicos eius asserebat. Salomen autem noctu super se ingressam: & cum inuito concubuisse. cunctosq; simul illic contra eum iure vẽturos quatenus eum occidentes perficerent quod semper habere in expectatione meditatus esset. Inter hos etiam ptolomeus & sabinus fidelissimi regis accusantur. Nam nichil aliud videbatur quam si rabies quędam inuidisset beluarum more. vt amicissimi contra se armarentur. Idcirco satisfactio veritatis habebatur: sed indiscrete perditiones pronunciabantur. Cumq; aliquibus vincula & alijs mortes alijs vero inspe rate dolores infligeret turpiter regnum a priore fœlicitate dehonestatum est: & seuissima erat herodi vita dum turbatus nemini crederet. magnumq; expectationis tormẽtorum haberet. Ita noctu vel die turbatus in furorem & insaniam pene lapsus est.

Alexander filio accusatus quia romã patrẽ accusaturus misisset & venenum ei i ascalone parasset. &c.

Herodes facilis in accusatiõibus credẽdis & ideo maxie fuit turbatus i familia sua.

¶ Archelaus capadocię rex tristis de herodis turbatione pro filia & genero alexandro venit in Iudeam & filium patri recõciliauit similiter feroram fratri herodes quoq; romã vadens Titium sirię procuratorem archelao fecit amicum & ipso reuertente factum est bellũ inter ipsum & arabas habitantes in trachonitidi ab eius principatu fama eũ mortuũ vulgante subtraxerũt & transfugas Silleus arabię procurator recepit quos ipse ab Arabis postulans eos reddere negãtes debellauit & Castellum quod repta vocatur euertit sed & nacebum arabum ducem cum suis interfecit. Capitulum octauum.

Archelaus autem rex capadocię cum hęc de herode audisset territus pro filia vel de adolescente contristatur. Pro tantis amici turbationibus in iudeam venit: nec in contemptu quę contigerant ponens. diligenter prius cuncta percũctatus est: nec tamen in aliquo quasi culpans herodem q temerarie fecisset aggressus. verẽs ne eum ad reconciliationem furoris non perduceret sed alium tenens ordinem emẽdare quę acciderant cepit. Nam iuueni interminabatur: herodem autem mitem dicebat dũ nihil temerarie fecisset. matrimoniũ quoq; filię soluere promittens. & nec ipsi parcere si in aliquo reperta illi conscia non indicasset. Cum talem præter expectationem herodis archelaum vidisset: & quia plus ipso furorem suum demonstrasset. rex ab iracundia mutatus dum putaret iuste acta quę fecisset paulatim ad patris affectũ redijt. Misericordia ergo inter vtrosq; apparuit. cum aliqui pro iuuene satisfecissent. & herodes ab ira mutaretur. Tum archelaum similiter increpantem attendens: petebat vt nuptas solueret quod minatus esset quia quamuis parum ire adhuc habebat. in his quę iuuenis commiserat. Archelaus tamen vti moderatorem eum faceret criminationes in amicos referebat. dicens illorum esse q iuuenẽ malignitate sua corrumperent fratremq; regis magis in suspitionem mittebat. Nam dum herodes iram contra feroram habuisset: & ferora indigere regis reconciliatione simulq; credens q archelaus eum flectere posset accessit ad eum cum veste nigra petens vt fratrem pro eo peteret. Quem archelaus nec sprę uit nec confestim se herodem suadere posse promisit. Tunc hortatus est eum ad regem accedere: & supplicando confiteri se omnium malorum auctorem extitisse. quia prodessent hęc ad indignationẽ mitigandam potius q̃ sua suggestio. His flexis ferora quę inter se ambo constituerant: pręter spem adolescentis accusationes absoluit. Cumq; & feroram reconciliasset archelaus ad capadociam reuertetur: gratus tanq̃ nemo alter illo tempore factus herodi. Quapropter & muneribus eum munificentissimis donauit. & omnibus magnifice ditauit. & inter necessarios amicissimum arbitratus est ¶ Cõstituit autem & romam proficisci quoniam de his cęsaris scripta susceperat: & vsq; ad anthiochiam eius simul euntibus syrię procuratorem. Titium inimicum archelai ei herodes amicum fecit. ¶ Cumq; romę fuisset & inde reuerteretur: factum est bellum inter ipsum & arabas: ex huiusmodi causa. Qui trachonem

Archelaus capadocię rex de herodis turbatiõe tristis pro genero venit in iudeam & ipsum patri reconciliauit & feroram fratri

Ferora archelaũ petit ꝓ regis reconsiliatione.

Herodes romã vadẽs Titium ꝓcuratorem syrię Archelao fecit amicum.

Habitantes trachonitidi subtraxerunt se ab herodis principatu fama cum morte vulgāte & transfugas silleus procurator regis Arabię recepit.

alias trachonitidem habitant regionem quam cęsar a zenodoro tollens herodis prouincię addidit latrocinandi diligentiā habebant: sed agrum colere vel sub quietę viuere cogebātur quod illis minime commodum erat multaq; herodis gloria pro diligentia sua resurrexerat. Igitur quando nauigauit romam vt filiū alexandrum accusans. cęsari commendaret antipatrum: fama vulgauit eum esse mortuū Qua comperta. trachonitidi habitantes subtrahētes se ab eius principatu: rursus ad solitum morem finitimos agros depopulabantur. Contra quos egressi procuratores regis omnes domuerunt. Ex quibus quadraginta principes latrones cum cognatione sua ad trachonem prouinciam & ad arabiam recesserunt. Silleo suscipiente eos pro causa irę quam habebat negatis nuptijs salome. Quibus cū locū munitū dedisset. illi non tantum iudeam sed & inferiorem Syriam deprędabātur: refugia sibi pręstāte silleo. Herodes autem roma reuertens: comperit plurima regni sui a latronibus male tractata. Nec posse duces suos latrones cōprehendere: nec habere qualiter tutelā suā muniret: illis arabum patrocinijs fultis. Cumq; hoc grauiter ferret: ipse quidem trachonē perueniēs familiares eorum peremit. Unde potius illi ad iracundiā incitati legemq; habentes vt in eos vindicarent qui familiares suos occidissent: cunctam herodis terram vexabant & deprędabātur. Ille vero referebat hęc cęsaris ducibus. Saturnio & volumnio: volēs latrones ad penam petere. Nam illi fortiores & plures facti oīa perturbabāt affligendo regis herodis prouinciā: & villas deprędando. & captos hoīes interimēdo: vt bello similis esset violentia quam faciebant. Nam iam plus mille extabant. Herodes autem latrones quidem petebat & debitum quod per silleum mutuassent ouado alias obdo talentorum sexaginta iam constituto die trāsacto in quo statutum fuerat reddi pecunias. Silleus autem ouadum despiciens. dum ipse cuncta gubernaret. latrones quidē denegauit per arabiam esse de pecunijs vero differebat. Quapropter cognitiones corā saturnio vel volūnio procuratoribus syrię cōmittebātur. Qui statuerunt intra tricesimum diem herodem pecunias debere recipere. & eos qui de vtroq; regno confugissent inuicem reddere. Et apud herodem quidem mullus arabum penitus inuētus est. nec per affectionem nec aliomodo tentus. Arabes autem passi sunt latrones apud se teneri. Cumq; constitutus dies transisset nec silleus de quo statuerat aliquid composuisset. romā ascendit. Redditionem vero pęcuniarū & latronum herodes exequebatur. Cū saturnius & volumnius pręcessissēt indeuotos persequi: exercitus assumēs herodes arabiam ingressus diebus septē mansiones fecit. Cūq; prope castellū vbi latrones erant peruenisset cœpit quidē oēs eos insidijs. Euertit vero castellū quod repta vocabatur cū neminem penitus lesisset. ¶ Itaq; arabis ad auxiliū veniētibus cū nacebo duce pugna cōmittitur: in qua pauci quidem herodis. Nacebus autē arabū dux cū viginti suis cecidit reliqui vero ad fugā conuersi recedunt. Puniens autē rex horū tria milia circa trachonē ydumeorū locauit exercitū & latrones ibi constitutos arcebat & de his ducibus circa phenicē existentibus mādauit demōstrando quia nihil amplius in indeuotos executus arabas q̄ oportebat egisset quę illi quidē requirentes inueniebāt nequaq̄ mentitū.

Herodes latrones trāsfugas ab arabis postulās eos reddere negātes debellauit

Herodes castello (qđ repta vocabatur) euerso latrones insidijs cepit nemine penitus lęso,

¶ Cęsar iratus Silleo herodem de vastatione arabię & occisione Nacebi inuidiose accusante dura ipsi & grauia scripsit Arabes quoq; herodem furore cęsaris humiliatum cognoscentes iudeos afflixerunt vnde turbatus rex perdita cęsaris amicitia qui iam legationes secundo modo susceperat iterum Nicholaum damascenum ad placandum cęsarem mittit Sed interea mortuo ouado arabum rege dinea qui post Aretha dictus est arripuit regnum qui muneribus Cęsar pacificare volens Silleū in multis accusat.

Capitulum nonum.

Cęsar iratus (Silleo herodē accusāte de vastatione arabię. &c.) Ipsi dura scripsit & grauia.

Nuncij vero silleo cum romę gesta indicassent & magis exaggerassent & ille in aulā permaneret tunc inter cęsaris amicos statim hęc audiens mutata nigra veste ad eum ingressus: suggessit q bello cuncta arabia conflicta totumq; regnum commotum ab herodis exercitu fuisset: & lachrimis fusis quingentos quidem cum duobus milibus arabum primates perijsse dicebat interfectum autem & ducem eorum nacebum propinquum & affinem sibi: diuitias autem Reptę castello constitutas deprędasse dum pro egritudine contemptus ouadus ei non sufficisset occurrere: quia nec ipsi nec exercitus arabię interfuissent. Talia silleo dicēte & inuidiose insuper addente q nec ipse rediret ad prouinciā nisi crederet quia cęsar de pace omnium cogitaret: neq; si pręsens fuisset cōmodum esse cum herode bellum committere. His dictis cęsar iratus pręsentes homines percunctatus est qui tunc a syria venissent: si exercitum herodes ad arabiam deduxisset. Qui cum hoc dicere cōpelerentur nec causam facti suggerent. ira cęsar commotus scripsit herodi cuncta quidem grauia. ¶ Sūma vero ępistole hęc erat. Olim amico nūc vero subiecto. Scripsit autem de his silleus arabis: qui releuati neq; latrones ad se fugientes reddiderunt neq; pecunias sed etiā & pascua quę mercede tenebant minime soluto redditu possidebant: iudeorū rege cęsaris furore humiliato. Tūc quoq; trachonitidem habitabāt cū arabis aggressi custodiā iudeorū afflixerūt eos nō tātū pro sua vtilitate: sed & memoria prioris belli p herodē sibimet irrogati. Quę rex ferebat perdita fiducia quē cęsaris amicitijs ha

Sūma epl'ę cęsaris ad herodem.

Arabes Iudeos Herode Cęsaris furore humiliato afflixerunt.

buerat: dum secundo legationes suas satisfacturas pro culpis non susceptas cognosceret. Estuebat etiam de silleo cui credebatur a cęsare qui pręsens romę conabatur defuncto ouado arabum in regno succedere multis cęsari promissis pęcunijs alijsq; in aula potentibus. ¶ Interea ouado moriēte dinea qui post aretha dictus est regnum arripuit. Cęsar autem arethę minabatur quod regnare pręsumpsisset: priusq̃ sibi de hoc scriberet. Ille vero donis cesari coronam auream multorum talentorum destinauit: & epistolam per quam silleum criminabatur vt maliuolum seruum: & ouadū venenis eius peremptum. Vxores arabum ab eo adulteratas dum causas reipublicę rege viuēte gubernaret: immo & ere alieno sibi vellet: & per pecunias principatum acquirere. Quibus nullatenus animo cęsar intendens: remisit dona. Arabia vero vel iudea pluribus malis affligabatur. dum regnum vnus quidem quia nec dum firmum imperium habebat. prędatores nullatenus prohiberet. ¶ Herodes autem iratum cęsarem pro sua vindicta videns. omnes illorum iniquitates portare cogebatur. Deinde tantis circūstantibus malis iudicauit iterum romam transmittere. si posset per amicos cęsarem placare. Direxit autē nicholaum damascenum.

Turbatus herodes perdita cęsaris amicitia. &c. Mortuo ouado: arabum rege dinea regnum arripuit q cęsarēmuneribus pacificare volēs silleum ī multis accusat. Iterum herodes ad placādū cęsarē Nicholaū damascenū mittit.

¶ Maxima herodis domui turbatio superuenit Euride lacedemonio viro prodiciosissimo multa confingente & herodis animum odio contra filium impleuit. Qui contra Alexandrum & Aristobolum non tantummodo sicut prius accusationes audiebat sed licentiam dedit volentibus cōtra eos referens. Iocundus autem & tirannus olim herodis amici expulsi Alexandrum secuti ab eo honorabantur sed post tormentis victi ipsum filio regi accusant Accusatus quoq; priceps Alexandrij torquetur & filius eius contra filios regis filia profert testimonia litteras ꝙ nomine Alexandri confinxit quo facto rex cum in hierichonte produxisset filios & accusatores eorum multi super alexandrum impetum fecerunt quos prohibuit rex & filij custodię traditi sunt aristobolus vero ad salomen sororem existimans eam calamitatis condolere verba facit quę oīa regi reuelante abinuicem distracti ligantur. Tūc quoq; alexander archelao legatum mittente coram de fuga interrogatur quem glafira ligatum vidēs stupefacta lachrimatur herodes quoq; de Archelao suspitionem habens ei restitit. Capitulum. x.

Domus autem vel filij sui multo peius illo tēpore erant dispositi: & licet siue suspitione nunq̃ fuissent. Malum tamen tunc plus ex huiusmodi causa pręualuit. ¶ Lacedemonius euri des nobilis domi magis autem animo luxuriosus ad herodem veniens multis donis fauorem eius comparauit vt inter necessarios amicos deputaretur. Qui manens apud antipatrum: addi... em vel consuetudinem cum alexandro habebat. Nam archelao capadoci sese dicebat hospitē: ideo per glafiram valde honorabat eum cunctisq; blandiebatur. Semper autem dicta vel facta notabat: vt exinde posset accusationibus consertis gratias herodis acquirere. Vnde singuli existimabant multum sibi fidelem existere. Quapropter tractus alexander vt adolescens: & dolens de his quę passus fuisset: narrauit q̃ pater alienatus fuisset. & mater sua interfecta ab eo perijsset: antipatrum autem sibi preposuisset: & quemadmodum illi intolerabilia de eo patri dixisset & ad odium incitasset: vt nec conuiuijs eos nec conuentu dignaretur adesse. Cum ergo talia dolens defleuisset: statum in eurides antipatro omnia nunciauit dicens. Non pro mea vtilitate tibi hęc nuncio: sed tuis iam victus honoribus rei magnitudine. pręcipio cauere alexandrum. Nam hęc non sine dolore dicens: inesse verbis suis audaciam demonstrabat. Igitur antipater cum eum sibi fidum existimasset esse magnas ei donationes contulit. & deinde flectit herodi hęc eadem explanare. Qui non sicut ab alexandro audierat intimauit. sed verbis suis aliquam falsitatem accusationi addēs. animum regis immutabili odio filiorum impleuit. Quia rege donationem quinquaginta talentorum accipiens: ad archelaum regem capadocię profectus. Alexandrum modestum vel bonum referebat: multumq; laborasse quatenus patri eū conciliaret. Quapropter ab illo quoq; multa dona suscipiēs recessit. Qui nec in lacedemonia talia facere desistens: multis iniquitatibus immersus patria priuatus excessit. ¶ Rex autem iudeorum non vt prius contra alexandrum vel aristobolum tantummodo accusationes audiebat. sed & si nullus aliquid nunciasset ipse perscrutabatur: licentiamq; dedit volētibus cōtra eos referre. Tum vero euarestum quendam licet vellet tamen non libenter accusantem audiuit: quia & ipsum conscium abhorrebat. Superuenit autem contra adolescentes aliquid peius dum omnes pręmiorum promissione ducebatur aliquid acerbum contra hos nunciare tanq̃ pro salute regis dicentes etiam falsa suggerebāt. Duo enim fuerunt amici herodi fortitudine vel magnitudine corporis pręcellentes. iocundus & tyrannus nomine. Qui cum offendissent regem: expulsi alexādrum secuti in exercitationibus ab eo honorabantur: pecuniasq; & donationes accipiebant. Quorum rex statim in suspitionem ductus torquet eos. Qui cum multo tempore sustentassent. post victi dicebant ꝙ eis suasisset alexander herodem venationi feras frequentatem ab equo deijcere: vt ita facile suis telis perfoderent. quod olim ei cō... erat. Demonstrauerunt etiam aurum in opido celatum & prępositum venationis conuincebant. ꝙ

¶ Maxima domus herodis turbatio per euridē lacedemoniū ꝓdiciosissimū virū

Nota maximā viri proditionē.

Herodes contra filios iratus.

Iocūdus & tyrānus olim Herodis amici expulsi Alexandrū secuti ab eo honorabātur ipsum filio apud herodē accusant. &c.

Accusatur princeps oppidi alexandrij torquebatur. &c.

Epistola ficta.

tela regalia alexandri iussionibus dedisset. ¶ Post hec princeps custodię alexādrij oppidi appręhensus torquębatur quasi vellet suscipere custodia adolescentes & prębere eis in castello positas regales pecunias. Et ille quidem nichil tale confessus est: filius vero eius ista facta dicebat litterasq; porrexit quasi manu alexandri factus: quę ita continebant Cum dei auxilio omnia que proposuimus confecta sunt. Ergo veniemus ad vos sed sicut promisistis in castello nos suscipite. ¶ Post hanc epistolam herodes quidem de filiorum insidijs credidit Alexander autem diophantum inquit scriptorem imitatum suam manum & has propter antipatrum litteras astute scripsisse. Diophantus enim talis erat. Quapropter in alijs huiusmodi rebus conuictus inter it. ¶ Rex autem cū coram multitudine produxisset in hierichonte filios & accusatores eorum hos quidam multi manu iaculantes interemerunt. Cūq; impetum & super alexandrum occidendum fecissent: rex eos per ptolomeum & ferora prohibuit. Custodiebantur autem ne quis ad eos ingrederetur. & speculabantur ne quid facerent vel dicerent. Et quid amplius. Cum damnatorum infamia tenerentur vnus eorum aristobolus existimans suam socrum condolere suis calamitatibus & regem in odio habere & tu inquit perditioni periculo communicas. dum accusata de nuptijs Sillei cuncta putaris prodere. Hæc autem illa statum fratri nunciauit. Qui nullatenus sese continens ligari eos: & distractos ab iuicem quę male de patre sensissent scriptis porrigere pręcepit. Qui pręceptis coacti scribunt insidias quidem contra eum non cogitasse nec instruxisse: fugam vero meditatos & hanc propter necessitatem: dum ī suspitione vel difficultate vitam suam haberent. ¶ Eodem tempore cum de capadocia legatus ab archelao Męla nomine nobilissimus peruenisset: herodes volens erga se perfidiam archelai manifestam facere. vocauit alexandrum sicut in vinculis erat rursus cōsuluit de fuga. qualiter vel vbi statuisset discedere. Cum alexander ad archelaum dixisset. & ab eo fuisse promissum sibi vt romę destinaretur. nihil vero aliud neq; importunū aut acerbum cogitasse. nec ea quę per maliuolentiam aduersariorum conficta essent vera existere ac velle si tyrannus adhuc viueret vt questione cautiore: facta veritatis apparerēt: sed hunc citius perisse antipatro per amicos populum incitante. Cum talia retulisset iussit melam cum alexandro simul ad glafiram duci: vt interrogaretur si quid ea cognouisset de insidijs in herodem cōstructis. Qui cum venissent. statim glafira alexandrum ligatum videns caput suū percussit: & stupefacta nimis ingemuit. Fuerunt autem adolescentis & presentium lachrime & spectaculum dolore plenum. nec diu potuerūt interrogare vel respondere. Deinde multopost ptolomeo qui iussus erat eos perducere. interrogante glafiram si quid de his quę fiebant cognosceret alexander respōdit. Quid meum hęc ignoraret. quę anima mea plus michi diligitur: dum & communes filios haberemus. At illa clamauit quod nichil cognosceret importunum si tamen aliquid saluti eius prodesset: non recusaret mentiendo confiteri. Alexander autem nichil impium inquit: nec quod pater meus suspicatur. quia nullatenus hoc ipse cogitaui. Tu vero mulier quid aliud scis nisi quod ad archelaum fugere deliberauimus. & exinde romam ascendere. Eadem & illa confessa herodes in archelaum de perfidia suspitionem habuit: deditq; olipio & volumnio litteras pręcipiens eas transeundo per ęleusam ciuitatē cilicie archelao tradere: culpans eum ꝙ insidiarum participes cum filijs suis esset & exinde romam nauigarent. Vbi si nicholaū inuenirēt aliquid profecisse: nec cęsar in eadem difficultate permaneret: darent litteras vel argumenta quę contra iuuenes constructa destinauerat. Archelaus autē litteras accipiens. suscipere quidem adolescentes est confessus: quia prodesset eis vel patri ne quid peius per discordiam eueniret ad cęsarem autē trāsmittere. vel aliud perfidum contra illū agere nihil adolescētibus penitus promisisse. Legatiuero cum hęc audissent: & romam peruenissent litteras porrexerunt: quia cęsarē placatum inuenerunt.

Diophantus scriptor Alexander & aristobolus in vinculis custodiuntur.

Aristobolus ad salomę socrū verba faciēs hęc ipsa fratri nunciāte ab iuicem distracti ligantur.

Legato Archelai ad herodem veniente Alexāder coram eo de fuga īterrogatur

Glafira maritū ligatum stupefacta nimis lachrimata ē abūdās.

Herodes suspitionem habuit in archelaum & eis rescripsit.

¶ Nicholaus autē herodis legatus ad Cęsarem ipsum herodem Cęsari reconciliare cupiēs primo Silleum herodis accusatorem corā imperatore accusat deinde multa pro herodis excusatione adduxit vnde hac oratione promotus. Cęsar & ad Silleum conuersus furore plenus eum interrogat & contra eum mortis dedit sententiam herodi reconsiliatus. Cęsar autem cū adhuc arethę esset iratus Arabiam herodi cogitauit tradere sed receptis litteris quibus filios accusabat pricipatū addere seni & de suis filijs male sentienti non estimans principatū ipsum receptis donis Arethę cōfirmauit. Capi. x.

De legatione autem Nicholai taliter euenit. Vt hic ad aulam ascendit: primum quidem non pro quo venerat. sed silleum accusare deliberauit. Quod multi intelligentes Nicholai ad eunt & iniquitates omnes sillei nunciabant: & ꝙ multos ouadi peremisset. Quorum iudicia manifesta ex litteris eius demonstrabantur. Nicholaus fœlicitatem quandam sibi existimus oblatam. moliebatur per accusationem sillei cęsarem herodi reconsiliare. Sciebat enim quia si velet satisfacere de factis eius permitteretur: si vero silleum accusaret: tempus pro herode dicendi posset inuenire. Cōstituto ergo die. Nicholaus pręsentibus legatis arethe accusabat silleū. & cū ceteris addebat regis multorū ꝙ simul iteritū: & pecunias quas mutuo accepisset ꝓ nullo reipublice cōmodo: necnō

Legatio nicholai ꝓ herode cęsari recōciliādo.

Nicholaus primo accusat Silleum herodis accusatorem.

A adulteria non tantum per arabiam ſed etiam romanorum mulierum. Addebat q́ acerbius concitaret regis animum nichil verum docuiſſe de factis herodis Cumq; ad hunc locum perueniſſet cęſar quidem interrogauit ſi exercitũ contra arabiam non duxiſſet. nec duo milia quingẽtos occidiſſet. neq; captiuos traxiſſet prouinciamq; vaſtaſſet. Ad quę nicholaus reſpondens: pro his magis ſe velle ſuggerere: quod nichil aut multo minus vt audierat factũ fuiſſet. Sed tu inquit vir iuſtus hęc attrociter eſtimaſti Quod cum cęſar preter opinionem audiſſet & iuſſiſſet vt diceret: nicholaus ſatiſfaciendo quingentorum talentorum conſcriptionem produxit: in qua cautũ fuerat licere herodi conſtituto die tranſacto pecunijſq; non redditis: totam arabiam inuadere. Introductam vero per prouinciam miliciam non expeditionem dicebat. ſed multitudinem ſuas volentem pecunias exigere: nec cõſtituto die ſed multo poſt introductam. De qua re ſepius cum quidem ſaturnium & volumnium procuratores interpellaſſet. deinde coram illis in beritho cum ſilleus per tuam fortunam iuraſſet intra triceſimum diem pecunias ſe prębere: necnon & eos qui a regno herodis tranſfugiſſent nichil horum eo faciente rurſus ad procuratores herodis peruenit. Cui cum pręcepiſſent pignora ſumere. ſtatim prouinciam ingreſſus eſt cum ſuis: quod iſte bellum dicit ad inuidiam procuratorum tuorum qui hoc fieri denunciauerunt ſecundum conſcriptionem ſtatutam. iſte vero inquit qui non tantum deos ſed tuum nomẽ alias numen periurans decepit. Reſtat iam michi de captiuis diſſerere. Latrones trachonem habitãtes quadraginta primum deinde multi tormenta factorum timẽtes refugium fecerũt arabiam. Quos ſilleus cum ſuſcepiſſet contra omnes homines. veſtabat terram quam eis habitandam prębuit: educta latrocinij cum eis partiebatur. Spopondit autem per eadem ſacramenta & hos reddere: die quo promiſerat debitum ſe ſoluturum. Quid ergo poteſt ne demonſtrare in pręſenti quemq̃ alium ex arabum prouincia quam hoſtes abſtractos quos refero. nec cunctos vt ait. ſed qui nequaq̃ latere potuerunt. Ita ergo calumnia de captiuitate declarata: maximum cęſar intellige mẽdacium & falſitatem ad tuam excitandam iram ab iſto confictam. Nam cũ ingreſſus arabiam noſter exercitus fuiſſet: & vnus vel alter de ſocijs herodis concidiſſent: coactus reſiſtere. Nacebum ducem eorum cum viginti quinq; proſtrauit. Quorum pro vno quoq; centum iſte referent: duo milia quingentos periſſe dixit. ❡ Hac oratione cęſar permotus & ad ſilleum conuerſus: furore plenus interrogauit quanti arabum periſſent Qui conturbatus erraſſe ſe dixit. Deinde pacta debiti leguntur: litterę q; imperatorum & ciuitatũ quę latrocinia criminabantur. Mutatus ergo cęſar. ſilleum quidem mortis ſententia damnauit: herodi vero reconciliatur. ſatiſfaciens quod ex falſa criminatione attrociter ei ſcripſiſſet. Nam ita ſilleo reſpondiſſe perhibetur. Quis eſt iſte qui me impulit mendoſa ſuggeſtione virum michi amicum offendere. Silleus quidem pecunias creditoribus redditurus. & poſt puniendus deſtinatur. ❡ Cęſar autem adhuc iraſcebatur arethę quia principatum non de ſuis pręceptis: ſed propria pręſumptione cepiſſet. Cogitabat ergo & arabiam herodi tradere: ſed impedierunt litterę quas rex miſerat per olimpium & volumnium. Qui cum audiſſent cęſarem placatum. ſtatim pręcepto herodis litteras vel probationes quas de filijs miſerat porrexerunt. Quas cum cęſar legiſſet: principatum alium addere ſeni & male ſentienti de filijs non eſtimauit. Videns ergo legatos arethę & improperans quod temerarie viſus eſſet non ab ſe regnum accipere: dona ſuſcepit. & principatum ei firmauit.

Nicholaus ꝓ excuſatione herodis.

Cęſar orõne promotus Silleũ interrogãs contra eũ mortis dedit ſentẽtiam herodi reconciliatus Cęſar adhuc iratus cõtra arethã arabiam herodi tradere cogitauit ſed receptis litteris quibus filios accuſabat principatũ addere ſeni & de ſuis filijs male ſẽtiẽti nõ eſtimauit ſed receptis donis pricipatum Arethę cõfirmauit.

❡ Cęſar herodi reſcribens q́ ei placatus eſſet & de filijs eius triſtis poteſtatem ei dedit congregato concilio ipſos punire herodes itaq; omnes a cęſare pręter Archelaum cõſtitutos conuocauit coram quibus filios accuſat furore turbatus. Quos ſaturnius conſularis & tres eius filij damnauit iniuſtum tamen eos interfici arbitrati ſunt volumnius vero circa patrem iniquos inuentos morte puniendos reſpondit. Nicholaus autem de roma veniens illos ligatos ſub cuſtodia coherceri monẽs patrẽ ne plus iracundia q̃ modeſtia moueatur. Tiro autem miles cum filio ſuo coequeuo & amico Alexandri cum libertate locutus clamat veritatem periſſe & iuſticiam ab hominibus receſſiſſe quem triphone regis tõſore falſo accuſante rex teneri iubet cum filio & torqueri ſed eum liberauit filius ſuus herodes itaq; filios in concione producens eos in Cęſarea laqueo perire pręcepit.

Capitulum duodecimum.

Herodi vero ſcripſit quod placatus ei fuiſſet & de filijs eius cõtriſtaretur pręcipiẽs vt ſi quid acerbum pręſumpſiſſent perſequęretur tanq̃ in patris pręuaricatores. Nam huiuſmodi poteſtatẽ ei conceſſit. Si vero fugam tantũmodo cogitaſſent: vt improperanter mitigaret eos ne quid crudele peragerent. Ammonuit vero vt concilio in beritho congregato quo multi romani habitabant & ſimul imperatoribus ſyrię & archelao rege capadocię quantoſq; alios exiſtimaret amicitijs eius vel honoribus clariſſimos & eorũ ſententijs quod oporteret impleretur. ❡ Herodes autem cum litterę veniſſet pro recõciliatione. & q́ ſibi poteſtas ſuper filios fuiſſet cõceſſa ſtatim accerſijt cũctos a cęſare cõſtitutos ad cõſilium pręter archelaum quẽ propter offenſam noluit intereſſe. ne quid volũtati ſuę impediret. Cũq; in beritho imperatores & alij cõueniſſent: filios vero nõ permiſit ad

Cæſar ad herodẽ reſcripſit q́ ei placatus fuiſſet & q́ de filijs triſtaretur: & poteſtatẽ dedit illico cõcilio congregato ipſos punire.

cõcilium accedere.sed in villa quadã sydomorũ palestum noĩe iuxta ciuitatẽ reliquit:vt vocati ad consilium pręsentarentur. Solus autem ingressus cum centum quinquaginta viris consedentibus accusabat filios:& causa quidem non erat acerba quantum ad veritatis inditia.multum vero dissimilis patri filios criminanti.Nam violenter perorabat. & in approbatiõe causę turbabatur & maximi furoris vel ferocitatis signa monstrabat.Defendebat etiam tanq̃ vera. quę in odio filiorum dicta fuerant: & quę ipse contra filios scripserat legebat:in quibus insidiarum vera nulla cõscriptio fuit.tantum vero ꝙ fugere cogitassent:& derogationes quasdam & opprobria propter se:& clamauit iurando ꝙ melius vita priuaretur.quam talia vellet audire.Deinde cum dixisset quod & natura & cęsare concedente potestatem haberet.addidit & patriam legem sibi pręcipere.si quando parentes filios accusarent.& super capita eorum manus suas imponerent:necesse esse populos circunstantes lapidare. & huiusmodi morte perimere.Quam legem ipse paratam in patria quidem vel in regno facere noluisset. sed expectasse illorum iudicia.Cognitores autem venisse eos in manifestis odiorum & non paruis criminibus vt tempus habentes dignum nullatenus deberent negligere:ne alijs tali prouenirent.¶ Cum itaq; rex hęc dixisse nec adolescentes ad satisfactionem transissent:videntes iudices ꝙ modestiam vel reconciliationem minime rex assumeret:potestatem ei confirmauerunt.Et primus quidem saturnius vir consularis & in dignitatibus clarissimus mitem sententiam protulit dicẽs.Damno filios herodis interfici vero non iustum arbitror quia & ipse filios habeo:& regem puto sic velle.quamuis infœlices filios se habere consentiat. ¶ Post quem saturnini filij tres qui eius erant legati:sententiam eandem cum patre pronunciauerunt.¶ Volumnius autem econtra morte puniendos filios herodis respondit: ita circa patrem iniquos inuentos.Eadem cum plures dixissent.vt cum nichil ambiguum esset quo minus intelligeretur morte damnatos adolescentes statim herodes ad tirum perueniunt ducens miseros adolescentes.Cumq; nicholaus ad eum roma de latus esset & prius ipse sententias in beritho de filijs pronunciatas audisset:herodes consuluit quid amici eius de hoc rome deliberassent. Ille ait quod & michi videretur scilicet impia esse: illi de te senserant.oportere vero ligatos & custoditos cohercere. & si quid tibi aliud visum fuerit:prouide tamen ne plus iracundia q̃ modestia vsus esse videaris.Nam minime dimitti solutos puto:ne talia committant quę nullatenus possint corrigi.Multi etiam eadem tuorum amicorum rome deliberauerunt. ¶ Herodes autem cum tacuisset mestitia tentus: post iussit nicholaum secum nauigare. Moxq; vt ad cęsaream delatus est:rumor a populo de filijs eius euolabat. cunctis sustinentibus vbi causa eueniret dum sic periclitarentur & doloribus eorum condolerent:dicere aliquid palam.aut dicentem audire sine periculo non erat.Vnde iram cum dolore conclusam:sine voce comprimebant.Vnus autem miles nomine tiro cum filio suo equęuo vel amico alexandri.cuncta quę alij timore tacite dolebant cum libertate loquębatur: & clamabat sepius inter multitudinem. dicens ꝙ perijsset veritas ꝙ iusticia ab hoĩbus recessisset.Vigent inquit mendacia vel malignitas:tãtamq; nebulam humanis negocijs intulerunt.vt maximę calamitates vel miseria pro nichilo iudicentur.Cum talia sepius exclamasset:& licet non sine discrimine.veritas tamẽ omnes mouebat. Quapropter timentes singuli occultabat & illum dicentẽ libenter audiebant.Qui cũ regẽ petijsset vt solus soli quę vellet ediceret:concessumq; ei fuisset:non possum inquit rex continere pro tali dolore fiduciã vel audaciam meã necessariam quidem tibi & commodam si quid vtile velis ab ea suscipere.meę vero tutelę contrariam. Deinde subsecutus ait.Quo tua mens sagacissima recessit:aut cur superabundans sapientia sensu multatur:quo plures vel maximos acquisisti triũphos.Quid est quod cognati vel amici remorantur petitionibus tuã flectere pietatem.Quos tibi minime iudico esse cognatos vel amicos:si despexerint tale scelus in tuo beatissimo fieri principatu.Tu vero non pręuides quid eueniat:si duos adolescentes ab vxore regia pro creatos & in oĩ sullimitate virtutis pręcellentes occidis:teq; solũ in senectute relinquis cũ vno filio male suã spẽ disponẽte. & cũ cognatis quos ipse totiens iam morte damnasti.Nõne cogitas ꝙ multitudo tacẽs crudelitatẽ tuã cõspicit & odit/exercitus quoq; cunctus & primates eius miam quidẽ de infœlicibus odiũ vero in te hęc faciẽte cõcipiũt.¶ Cũ hęc rex initio non libẽter audisset.& cõmouissent eũ verba tyronis per quę manifeste familiarũ perfidiam exprobrauerat paulatim immensa & militari fiducia vsus cõcidit tyro.& turbatione cõpleuit herodẽ.Qui cũ magis inciepari q̃ ammoneri se putasset.& quia milites eius abhorrerẽt & primates eorũ indignarẽtur.pręcepit nominatos cunctos cum tyrone ligatos in custodia detineri. Cũ hoc factũ fuisset & triphon quidã tonsor regis inuẽta occasione regẽ adijsset:ait.Suasit mihi sepius tiro:vt regem tondens guttur eius inciderem.Nã inter primos apud alexandrum poteris esse:magnasq; donationes ab eo percipere.Quę cũ dixisset:eũ rex cõprẽhendi pręcepit:& tormentis tyronẽ & eius filiũ atq; tonsorẽ subdi.Cumq; tyro ita cõsisteret: videns filius patrem suum crudeliter laceratum nec habentem spem salutis futurũq; sibi iudicium ex tormentis intelligens paratum.se inquit regi veritatem nunciare:si verbo confirma-

Sẽtentia saturnini cõsularis & filiorũ eius cõtra filios herodis.

Sẽtentia volũnij filios Herodis morte puniẽdos

Sẽtẽtia nicholai de filijs herodis

Tiro cũ filio coequęuo & amico alexandri veritatem libere locutus est herodi.

Tiro filon a triphõe regis tõsore accusatus captiuus cũ filio ligatur & torquetur quem filius a tortura liberauit.&c.

ret tormenta patris & sua remittere. Cumq; rex fidem dedisset: dixit constituisse sibi tyronem manu sua regem adire & occidere si copia daretur vt solum eum inueniret: multaq; pati quatenus alexandro prestaret. Que cum ille dixisset: patrem a necessitate soluit. ¶ Incertum autem est vtrum hec veritate aut necessitate retulerit. vt aliquod perfugium in presentibus malis inueniret. ¶ Herodes autem licet deliberasset iam dudum filios interimere. tunc tamen festinauit crudelitati sue finem imponere. Et in contione producens trecentos priores militum: reos factos cum tyrone filioq; eius & accusatione tonsore: criminabatur coram omnibus. Et illos quidem multitudo peremit. Alexander autem & aristobolus in cesaream tracti patre precipiente laqueo perimuntur. Corpora vero eorum noctu alexandrium ponuntur quo matris eorum pater. pluresq; cognati vel proaui positi esse videbantur.

Alexander & aristobolus patre præcipiente laqueo perimunt

¶ Explicit liber Sextusdecimus.

¶ Incipit liber Septimusdecimus qui continet tempus annorum quattuordecim.

¶ Antipater ab omnibus propter fratrum occisionem odio habitus herodis patris mortem vt regnaret desiderabat omnium aduersus patrem odia lucris concitabat hic ad fingendas amicitias callidus & ad dissimulandum omnium credibilis/ & ad celandum semetipsum satis astutissimus nutricem tamen suam decipere non velabat interea herodes salomen sororem Silleo arabi propter libidinem cōiungi volentem cum alexa fecit inire connubium/ herodes quoq; ad Archelaum regem glafiram filiam cum dote remisit & filiorum occisorum filios nutriebat erant enim alexandro ex glafira duo mares Aristobolo ex beronice tres mares & due puelle. Et maiori filio alexandri filia ferore desponsatur & filio aristoboli filia antipatri/ & prima filia aristoboli filio antipatri alium vero herodi filio regis ex filia pontificis. Et circa infantulos antipater ea voluntate qua & circa patres eorum versabatur. Herodes tunc vxores nouem habuit ex quibus multos habuit filios / antipatri mater/ & filia pontificis ex qua homonius illi filius fuit. due neptes ex quibus nulla proles germinauit. Samarea vxor ex qua antipas archelaus/ & filia olympias/ cleopatra hierosolymites ex qua philippus & Herodes/ pallas ex qua phaselus fedra/ & helpis ex quibus due filie examana & salome. Capitulum primum.

Antipatro autem postq̄ fratrum extitit accusator. & in patris facinus extreme impietatis & crudelitatis impulsor. haud sane pro voto spes vite sequentis aperitur. Nā q̄uis amittendi regni metu fuerat liberatus quod iam videlicet illud cū fratribus se communicaturum fore non cerneret. Operosius tamen & ambiguum regnū fieri sibi magis magisq; sentiebat. Siquidem vniuerse gētis aduersus illum odiū erat exortum. Fuit vero illi hoc etiam valde contrarium quod totam contristabat militiam dum aduersam ab ea gereret protinus voluntatem in qua procul dubio omnia regni munimenta consistunt: & maxime quotiens gentem aut populum vniuersum nouarum rerum cupidine perturbari contigerit. Tantum etenim periculum ei fratrum procurauit interitus. Verū tamen cum patre simul participabatur regnandi negocium: non aliter q̄ si ipse rex cōsisteret. Ampliaq; ei a patre negocia credebantur: & vnde perire debuisset. firmitatem magis fauoris inuenerat: ꝙ quasi pro herodis tutela fratrum suorum proditor extitisset. & nō inimicitia qua circa illos & circa ipsum patrum detinebatur. Talibus enim maliloquijs eum induxerat. que omnia machinationes erant viam construentes alias constituentes q̄ aduersus herodem tenderet. vt antipater accusatores nō haberet. de his que parare cogitabat: herodes autem omni refugio nudaretur. non habens qui sibi auxiliaretur: cum antipater hostis manifestis existeret. Proinde odio paterno illas fratrum insidias perpetrabat. Pulsabat autem eum amplius vt ab incepto non desisteret: ꝙ cernebat moriēte quidem herode. certo sibi principatum esse venturum. Prolixius autem viuente patre multa sibi surrectura pericula si eius factio proderetur cuius extabat ipse compositor: & que si palam fieret. hostem illi patrem compellebat existere. Propter que ad donandum erat largus & affluens: & etiam eos qui circa patrē erant lucris pulsabat in gentibus vt aduersus eum omnium odia concitaret: & maxime illos quos rome possidebat amicos. missionibus magnorum munerum sibi beniuolos comparabat. Ante omnes autem saturninum qui tunc curam syrie gerebat: inducere magna spe incitabatur: sed & saturnum fratrem promereri festinabat. ad hec sororem regis viro inter primos apud herodem coniunctam suo modo vtēs id se volebat attrahere. ¶ Erat quippe ad fingendas amicitias colloquentibus secum callidus & ad odium dissimulandum valde credibilis. & ad odium dissimulandu semetipsum satis astutissimus. Nō tamen decipere valebat suam nutricem que illum iam ante abunde cognouerat: & ab eo falli non poterat. Siquidem omnibus eius factionibus: iam antea fuerat reluctata ob morum eius improbitatem: quamuis eius filiam haberet vxorem prouidentia matris antipatri. & eius ipsius instantia illam susciens. que primo fuerat aristoboli sociata connubio. Nam alteram calleas viri eius filius habebat vxorem. Sed nullum hoc ei tutamen erat. quo minus eius intelligeretur iniquitas sicut nec prius cogno

Antipater ab oībus propter fratruꝫ iterfectionē odio habitus est

Antipater herodi mãifestus hostis q patris mortem vt regnaret desiderabat odia omnium lucris aduersus patreꝫ concitabat. &c.

Antipater ad fingendas amicitias callidus & ad dissimulandum odium credibilis nutricem tamē decipere nō valebat. &c.

tio.quicq̃ obstiterat.quo minus odibilis haberetur. ¶ Interea salomen festinantem silleo arabi coniugi corporali libidine concitatam.herodes compellit cum alexa inire connubium:cooperante quoq; illi iulia & persuadente salome ne illius renueret nuptias:ne inimicitie inter eos maturius orirentur. Iurabat quippe herodes nunq̃ se circa salomen beniuolum fore.nisi coniugium alexę susciperet:& obediebat iulię.vt pote cęsaris coniugi.ad hęc etiam vtilia suadenti. ¶ Interea filiam archelai regis herodes ad suum destinauit patrem. quę fuerat alexandro iugata:dotem etiam restituens vt nullum inter eos certamen oriretur. Ipse autem enutriebat filiorum filios:diligenter admodum. Erant enim alexãdro quidem ex glafira virilis sexus duo:aristobolo autem ex beronice salome filia masculi tres:puellę due. Et sepius amicis pręsentibus coram se constituens herodes illos infantulos.filiorumq; fortunam casumq; deplorans.orabat ne quicq̃ tale illorum filijs accidisset. sed vt cum virtute crescentibus vicissitudinem illi nutricationis & educationis exoluerent. ¶ Desponsabat autem eis maturo iam tempore decurrente:maiori natu quidem alexandri filiorum filiam ferorę:aristoboli vero filio.filiam antipatri. Filiam vero aristoboli denominat antipatri filio.alteramvero ex filiabus aristoboli herodi filio suo Fuerat is regi natus ex filia pontificis. ¶ Paternus quippe mos erat vt simul plures haberemus vxores. Agebat autem filiorum desponsationem rex misericordia infantulorum parentibus orbatorum: ad beniuolentiam eorum per societatem coniugalem antipatrum prouocare desiderans. ¶ Antipater autem non cessabat circa infantulos ea voluntate versari:qua circa fratres quoq; fuerat agitatus. Incitabat autem eum studium patris quod circa infantulos gerebat:sperãs eos maiores ac meliores suis fratribus fore pręsertim cum in virilem etatem prorumperent: archelao etiam auxilium prębituro nepotibus viro in regni culmine constituto & ferora in nurum vnam ex eis suscepturo filiam tetrarches alias tetrarcha enim erat isti. ¶ Excitabat autem eum vniuersa quoq; multitudo quę circa infantulos quidem misericordi mente mouebatur aduersus autem eum odium in omnibus gerebat propter q̃ claruerat tante in fratres iniquitatis astructor. Machinabatur quoq; dissoluere quę patri placuerat: aduersum sibi reputans si contra se talium adunaretur potentia:& differebat quidem herodes sequi postulationes antipatri. vt ipse quidem aristoboli filiam in cõnubio susciperet:ferorę vero fratris eius filius filia aristoboli & sponsionem quidem nuptiarum huiusmodi regebantur alias gerebantur rege tamen inuito. ¶ Herodi vero regi ea tempestate vxores erant nouem:antipatri mater/& filia pontificis:ex qua etiam homonius alias homoninus illi filius fuerat procreatur. Erat autem fratris filia coniuncta & cum ea neptis altera. Ex his quidem proles nulla germinauerat. Erat etiam in vxoribus ex gente samareorum vna ex qua filij extiterant antipas & archelaus/& filia olimpias nomine. & hanc quidem Iosippus postea suscepit vxorem qui regis fuerat fratruelis. Archelaus autẽ & antipas romę apud quendam familiarem educabantur. ¶ Coniuncta illi erat etiam cleopatra hierosolimites:sed& filij ex ea nati fuerant.herodes & philippus qui etiam romę educabantur. ¶ Erat etiam in vxoribus pallas:quę phaselum ei peperit filium. ¶ Super has quoq; fedra/& helpis erant vxores:ex quibus duę filię fuerant procreate examana nomine ac salome. Filię autem eius maiores natu ex vna matre procreatę cum alexandro quarum intuebatur ferora nuptias.coniunctę erant:vna quidem antipatro sororis filio altera vero phaselo. Et iste quoq; fratris herodis fuerat filius. Et hoc quidem ex dispositione factum erat herodis.

Herodes archelao regi filiã cu3 dote remisit & filiorũ filios nutriebat duos alexãdri & tres aristoboli mares & duas puellas.

Maiori filio alexandri filia ferorę despõsatur & filio aristoboli filia ãtipatri & prima filia aristoboli filio antipatri altera vero herodi filio regis ex filia pontificis.

Malicia antipatri circa filios fratrum.&c.

Herodes tunc vxores nouem. Antipatri mater filia põtificis neptes duę samarea vxor.

Pallas phedra helpis.

¶ Herodes aduersus trachonitidas vicum edificãs contra eos zamari virum iudeum babilonium de anthiochia euocauit dans ei terrã siue tributis ad habitandum. Qui zamaris bathiram vicum constituit ibi & populo repleuit & cũ virtute viuens mortuus filios reliquit optimos Iachimũ & heli Iachinus senio confectus moritur filium relinquens philippum fortissimum. Qui cum agrippa rege amicitia coniunctus militiam eius curabat. Herodes vero cũcta regni negocia antipatro filio ipsum vtilem credens cum eius nequitiam nesciret commisit vnde antipater maxima vsus est astucia circa ferorã & alios quorum medio patri vult insidiari. Erant enim quatuor mulieres ei omnimode fauentes quibus salome omnino contraria erat & earum cognoscẽs factiones regi reuelebat pharifeos quoq; quorum hę mulieres consilio inducebantur mulctauit pecuniario damno quod ferorę vxor pro eis contulerat ideo vicitudinem referentes herodis regni terminum dixerunt adesse & ad feroram & suos venturum quod cognoscens rex eos fecit interimi & vagona eunuchum & charum & filios ferorę; fratri pręcepit vxorem abijcere quod ipse negat potius velle mori q̃ illa care affirmans Antipatro quoq; & eius matri cum ferora & alijs mulieribus interdicit miscere colloquium. Capitulum secundum.

Herodes aduersus trachõitidas vicu3 edificauit cõtra eos zamari babiloniũ virum iudeum.

TVnc autem volens aduersus trachonitidas munitus existere:cogitauit vicũ iudeis edificare non distãte magnitudine ciuitatis.vt per hoc inaccessibiles faceret hostibus limites suę prouincię. Et cognoscẽs virũ quendã iudeũ ex babilonia cũ eqtibus quingẽtis.& sagittarijs plurimis.cognatorũ etiã multitudine vsq; ad cẽtũ ferine numerũ virorũ eufratrem flu-

uium transmeasse & in antiochia in loquo qui dr̃ daphne syrie cōuersari cū saturnino qui tūc ibidē ĩperator militię cōsistebat: illū ei locū ad habitādum benigna largitate cui balatha nomē erat cedere compromisit euocabat ergo eum cū tota multitudine oīm qui eum fuerant consecuti spondens datu rum se terram in regione quę dr̃ bathanea. Determinauerat eñ eū: in trachonitidē cōstituendū volēs eius habitationē obstaculū cōtra hostes habere. Promittebat itaq; illā regionē sine tributis esse daturū & liberos fore quę moris illius regionis habitātibus exhibere. imunēq; eis terrā & nullis illatiōibus obnoxiā ꝓbiturū. His persuasus babilonius venit & suscipiēs regionē oppida & municipia plura construxit. Et vicū bathyra noīe cōstituēs obstaculū erat oppositum quoddā ille vt aduersus trachonitas iudeis de babilonia veniētibus ad hierosolimā per sacrificiorū tp̄a ne quis eorū latrocinijs trachonitarū insidijsq; lederetur & aduētabāt ad eū plurimi: maximeq; illi vndiq; cōcurrebāt a quibus paternus mos iudeorū & instituta colebātur al's celebrātur. Quibus rebus illa regio breui populosa facta est ꝓpter qđ imunis ab oībus fūctionibus pmanebat: viuēte dūtaxat herode. Ceterū postq̄ philipus filius eius pricipatū regni suscepit modicas paruo tēpore fūctiones illis imposuit. Agrippa vero maior & filius eius homonynus quoq; illi cōstabat eos admodū grauauere. si tñ eis de libertate ipsorū cum possēt vllā intulere potētiā sed romani deide dominatū illius regiōis adepti libertatis quidē eorū etiā ipsi seruauere dignitatē ĩpositionibus aūt eos fūctionū vsq;quaq; grauauerūt. Et hec quidē oportuno tp̄e diligēter exequar orōne ꝓcedēte. ¶ Zamaris aūt babilonius iter hęc vita defūgitur. q ad possidēdā illā regionē ab herode fuerat acquisitus quiq; cū a virtute viuēs filios quoq; optimos dereliquerat. Iachimū quidē q fortitudine clarus extabat. Is equites babilonios qui sub illo fuerāt cōturbati & hely quos rex efficiebat abūdare muneribus. ¶ Sed lacrimis ĩ senectute sepultus philippū filiū derelinquit & magna bonū & alijs virtutis artibus vsui supra quēlibet accōmodū. Ob hoc fida illi amicitia & firmissimus fauor cū agrippa rege ꝓuenerat: maliciāq; totā quā rex habebat iste curabat. & vbicūq; deducēdā ratio postulabat eius regimine deducebatur. ¶ Herode aūt in quibus retuli constituto in antipatrū spectabant cūcta negocia ꝓpterea quia vtilis ac prōptus a rege putabatur: & ex hoc firmitatē nō amiserat ptātis quā ei pater prōptius ĩdulgebat spe quasi fauoris eius ac fidei. Ad hęc erat etiā ad deriuādā ĩ se potestatē audacissimus qm̄ incognita erat patri eius nequitia. & qm̄ ad fidē faciēdā callebat. erat etiā cūctis terribilis nō tm̄ magnitudine potestatis quātū peruersitate morū & qđ erat ad male loquēdū ꝓcacissimus. Maxīe aūt feroras eū accurrabat: vicissiq; curabatur. Nā eñ callide circūuenerat valde antipater & maxīe p mulieres ad occupādos eius animos ābigebat alios ambierat. Deditus quippe fuerat feroras vxoris matriq; eius atq; sorori. licet mulierū genus abhorreret ob iniuriā filiarū suarū virginū. verūtamē has patiebatur ab hisq; ducebatur & nichil ab eo sine illis mulieribus agebatur. Nā hominē illū etiā medicaminibus accurabāt. sed & sibimet ĩuicē cooparī nequaq̄ muuo fauore cessabāt. Itaeñ eas oīmodis ātipr̄ ĩduxerat. partim p semetipsū ptim etiā p propriam marē. Nā idē hę mulieres quatuor sentiebāt ideq; loquebātur. Ferore tñ circa antipatrū suis in nonnullis minimis sane rebus mutabatur. Erat aūt illis ĩ cōtrariū nitēs regis soror iādiu cuncta circunspiciēs: & amicitiā eorū in pniciē herodis cōstrui cernēs & annūciādo nō abstinēs. ¶ Illi aūt sentiētes molestā esse regi suā ad inuicē beniuolentiā cōsiliū ineunt vt manifesta eorū nō esset amicitia neq; palā cōuenū facerēt odiū aūt & maliloquia vbi tp̄s exigeret cōtra semetipsos cōfingerēt maxīe aūt sub herodis presentia. vt ad eū de semetipsis talia deferrēt secreto vero beniuolentia inter eos firmior certioq; cōtaret. & sic quidē illi gerebāt. ¶ Salomē aūt nichil prorsus latebat: neq; primū eorū propositum ad huiusmodi negocia festinare neq; tunc qñ secretas machinationes construebāt. Cuncta quippe illorū illa mulier indigebat quę amplificans & attrociora faciens, ad fratrē propriū proferebat. secretos eorū conuentus insinuans & conuiuia & consultationes occulte semotimq; consertosq; ad eius interitū tendere nisi maturius proderentur. Indicabat quoq; illos in manifesto quidē aduersarios semetipsos quasi constare: & ad lesiones mutuas ficte loqui finemq; festinare secrete & ab alterutris remoti beniuolentiam inter se confirmari maximam. Et quotiens in quibusq; negociis singulis fierent: illud agere quod amicitia postularet & polliceri sibi etiam pugnare contra quos opus esset: modo illud astu vel fauore mutuo non sentirentur efficere. Illa quidem hęc & huiusmodi inuestigabat omnia & interea ad fratrem conueniens cuncta deferebat sentientem quidem iam etiam ipsum plurimum per se metipsum: sed audiendum aliquid licet execratus esset sororis accusationibus retardantem. ¶ Erat enim porcio quedam iudeorum hominum de scrupulositate & subtilitate paterne legis gloriantiū culturam diuinitatis simulentium: a quibus inducebantur mulieres supra memorate. Hi pharisei icebantur qui possent maxime regi non modicum afferre presidium. Erant enim procaces ad bellum gerendum lesionesq; inferendas immaturius eleuat. ¶ Cum igitur cuncta gens iudaica iurando iurasset Cesaris se propriam fore & omnibus regis rebus fauere. ¶ Illi vero nomi-

cū suis euocauit de anthiochia dās ei terra sine tributis ad habitandum.

Balatha.

Bathira vicus quē ta maris babilonius constituit populo repleuit sibi ab herode data libertate.

Zamaris babilonius cū virtute viuēs moritur filios relinquens optimos iachimum & hely

Philipus filius iachimi aīcus agrippe regis miliciā eius curabat.

Herodes cūcta ragni cōmisitāti patro negocia quia vtilē putecū eis nequitiā nō cognoscebat

Anti patri astutia circa ferorā & suos quorum medio vult patri insidiari.

Quattuor mulieres eiusdē opinionis q bus soror regis contraria erat.

Fingunt inter se odium habere manifestū quę omnia cognoscebat salome fratri nunciabat.

nauerunt. Erāt enim numero supra sex fere milia. quos rex pecuniario damno mulctauerat/quod dā- D num vxor ferore pro eis contulerat. Illi vero beniuolentiam quasi pro vicissitudine referentes futurorum sibi agnitionem nutu diuinitatis infusam esse predicabant: ꝙ herodi videlicet terminus regni iā esset ex superna maiestate decretus: tam ipsi q̄ eius vniuersę cognationi. Illam autem regnum possessurem atq; feroram. vel filius qui ex eorum semine essent descensuri. Et hec quidem regi nunciabantur. Non enim salomen ista fugiebant. & qm̄ plurimos regalis aulę corrūpere niterentur. ℂ Rex autem interficit phariseos qui causa seditionis extiterent & vagoan eunuchum & earum quēdem qui tunc primatum inter eos habebat honestatis dignitate decoratū: filiosq; eius peremitomnesq; ei connatione vel familiaritate coniunctos quibus ille phariseus presagebat. Magnificabatur autem apud eos etiam vagoa sicuti pater & plurimis rebus bene meritus ac profuturus apud regem futurum. In manibus enim eius cuncta fore predicabat prebente illi rege & coniugij firmitatem & filiorum veluti proprijs filijs. ℂ Herodes itaq; vultus ex phariseis qui fuere conuicti conuentum congregat amicorum & accusationem ferore coniugis iniuriamq; virginum & audaciam illius mulieris exponens & crimen vxoris ad diminutionem dignitatis illius referens & honoris. ꝙ ei certaminum seditiones aduersus fratrem & bellum ex illius ingenio & verbis operibusq; consurgerent. Et quantum poterat hortabatur. vt illa inter eos simulatio solueretur quod fore firmabat si societatem illius effugeret propter illa quę gesserat. Nichil enim cum fratre ferora gratie permanere posse definiebat si secum illam retineret quę bonū ingenium circa se fratris euerteret. Iubebat ergo vxorem abijcere quę iter fratres causa pelli constaret. & si magni precij consanguinitatem suam duceret illam coniugaret. Sic enim posset E nullomodo caritas fraternitas imminui At feroras licet illo sermone moueretur. tamen affirmabat neq; aliquid viris ex germanitatis necessitudine detracturum. neq; dilectionem coniugis abnuere. eligerē se potius mori dicebat q̄ illa muliere priuari. quę grata sibi constaret. Herodes vero differebat circa ferorā super hoc iracundiā: quāuis cuperet pro rebus gestis vltionem sumere ℂ Antipatro tamen ī terdixit & mater eius cum ferora miscere colloquium. vel cum illis mulieribu squę cum eo erāt obseruarentq; ne in vnum aliquatenus conuenirent. Illi vero profitebantur quidem conueniebant tamen quando temporis opportunitas prouocabat: & simul etiam conuiuabantur feroras & antipater. ℂ Ferebatur etiam sermo ꝙ antipater ferorę coniugi misceretur: cooperante illis ad conuertus faciēdos antipatri matre.

> Rex phariseos ī terfecit & vagoā eunuchū & filios. &c.
>
> Herodes ferorę fratri precipit vt vxorē suam abijciat qđ ipse negat potius mori vel se dicens q̄ illa carere.
>
> Antipatro & eius matri iterdixit rex cū ferora miscere colloqū & cū alijs mulieribus. & c.

ℂ Antipater suspectum patrem habēs & timēs amicis rome scribit vt patri persuadeant antipatrum celeriter romam cum muneribus mittere & testamētum in quo post se regem declararet antipatrum. Quo facto pergit & vna secum Silleus arabs quem accusauit coram cesare antipater. Silleus quoq; magnas policitus est pecunias cuidem corinthio regis corporis custodi vt ipsum interficiat. Sed hoc ei reuelat fabatus & corinthus tormentis examinatur omnia manifestauit. Ferora quoq; in amore coniugis permanēs ad suam tetrarchiā abscessit iureiurando constringens non prius reuerti q̄ herodis mortem aduerteret. Sed eum herodes egritudine laborentem visitauit & ipsum mortuum ī hierusalem detulit honorifice sepeliandum. Cuius mortis exemplum omnibus notandum est q virtutis volūt esse cultores. Mortuo enim ferora eius filij ad herodē veniētes veneno fuisse occisum narrāt matrē accusantes. Cuius veritatem herode inquirente ancilla quedā antipatri matrem omnium malorū causam esse accusat omnibus itaq; manifestatis herodes contra se paratas cognouit insidias.

Capitulum tertium.

SVspectum autem patrem habens & timens antipater ne circa se amplius eius odium processisset: scribit amicis rome postulans vt scriberent herodi quatenus celeriter antipatrum mitteret. simulq; cum eo munera digna mandaret & testamentum etiam in quo post se regem declararet antipatrum quoniam defunctus iam erat herodes qui ei ex filia pontificis fuerat procreatus. Quo facto pergit vna quoq; cum antipatro & silleus arabs nichil ex his quę preceperat cesar peragens: vnde quoq; antipater ante cesarem eius accusator extiterat: pro quibus prius nicholaus patiebatur inuidiam. Accusabatur etiam & ab aretha silleus eo ꝙ plures occiderit ī petra castello benemeritorum hominum preter suam conscientiam maxime autem Sondum virum omni virtute decoratum. iusticiaq; pollentem sed & fabatonem cęsaris seruum. Silleus autem causas habuit ex idem criminibus propagatas. ℂ Erat quidem corinthius herodis regis vnus ex custodibus corporis cui maxime plura commitebantur. Huic persuadet silleus pecunias magnas pollicens vt herodem occideret. Hoc etiam ille prumiserat. Quod agnoscent fabatus silleo indicante statim regi denunciat. Ille vero corinthium tormentis examinans: fecit omnia depalari. Detinuit autem & secum duos arabas confessioni credens corinthij & philargum alias Philarchum ꝙ sillei fuisset amicus qui etiam ipsi nam eos rex tormentis affecerat confessi fuerant ꝙ eos exhortaretur: nuncians corin-

> Antipater suspectū patrē hn̄s & timēs scribit amicis romę vt patri persuadeāt ipsū cū muneribus romā mittere & regni successorē facere.
>
> Herodes filius herodis ex filia pōtificis.
>
> Accusatus silleus arabs:
>
> Silleus magnas policēs pecunias cuiđ corithio custodi regis vt ipm occidat qđ ei reuelat fabatus:

thium non agere molliter:& sic vbi opus esset rei. ferro cooperarētur ad perpetrandum facinus inter eos complacitum. Ad hęc etiam saturninus omnibus ei ab herode denunciatis:romam eos destinauit. ¶ Ferora vero fortiter in amore coniugis permanentem discedere ad propria herodis pręcepit. Ille vero gratenter accipiens.ad suam tetrarchiam non moratus abscessit plurimum se iureiurando constringens.non primum reuerti anteq̄ mortem herodis aduerieret.Proinde etiam ab herode morte constricto petitus vt veniret pro aliquibus sibi mandatis si mors contingeret iniungendo.nullomodo persuasus est aduenire:ne iurisiurandi violator existeret.Non tamen herodis i his rebus illius imitabatur exemplum meliorem circa feroram voluntatem suę mentis ostendens.Nam paulopost ipse cœpit egritudine laborare.Ad quem herodes non euocatus aduenit:sed & mortuum eum recepit.atq; ad hierosolimam detulit:& iuxta morem exequias ei honorabiliter magnificeq; celebrauit ingentemq; luctum super eum supraq̄ quisq̄ ratus erat exposuit hoc antipatro licet romā nauigasset malorum tñ extitit aduersorumq; principium.Ex hinciam cœpit fratricidij factio denudari.¶ Narrabo itaq; oēm super hominis rationem.exēplū generi humano in futura tēpora permāsurū ad vtilitatem qui voluerint virtutis esse cultores.Ferora igitur mortuo humanatoq; celebritate magnifica quo ex liberis eius qui ab eo in honore habebantur ad herodem veniunt postulātes ne multam fratris mortem relinqueret quin potius inquisitionem faceret acerbe mortis & calamitose repentineq; translationis.Illo autem attonito facto liberorum sermonibus:fidelia namq; narrabant.id coniugē die proxima anteq̄ egritudinem incurreret eum cenasse retulerunt venenum autem in cibo sumpsisse: exeoq; perijsse:q̄ venenum allatum esset ab arabica muliere amoris faciendi gratia amare namq; se fingebat: re autem vera ad interitum erat ferorę petitum.Sunt quippe ad venena conficienda artificiosissime arabicę mulieres.Persuasū enim illi dicebāt vt venenum venundaret:ad loqua quippe illa venisse matrem referebat ferore coniugis & sororem vnde illud venenum apportantes cenam illi pręparare in qua illo veneno sumpto perijt.¶ His verbis protinus excitatus ancillas illarū mulierū tormentis examinat inter quas aliquas etiam liberarum.Et adhuc in occulto remanente negocio.quia nulla illarum aliquid depelaret nouissima quedam inflictis ei magnis in tormento doloribus.nichil quidē aliud dixit nisi deum inuocans vt talibus supplicijs matrem antipatri traderet imprecata est.quę omnium malorum illorum causa existeret Hęc ad instandum herodem magis magisq; coegerunt:vt cū ista illarum mulierum secreta tormentis erueret.Tunc omnia palam facta sunt & conuiuia & conuentus secreto facti sepissime sed etiam sermocinatiões quę ad ipsas ad filium solum fuerant factę:vel illa quę ab eo ad mulieres ferorę deferebātur Erant autē munera centum talentorum:vt secreto ferorę persuaderēt quicqd antipater imperaret.prodebatur etiam odium quo in patrem concitaretur & lamentationes quas ad matrem propriā frequentabat q̄ tam prolixe pater aduiueret:sibi etiam imminere senium vt etiam si ei regnum veniret non liceret iocunde iam viuere per ętatis gratitudinē atq; molestiā:ad hęc etiā multos sibi fratres in illo regno coadolescere & fratrū plures filios ex quibus omnibus minus spē suā tutā haberet His etiā addebat dixisse q̄ per idē iā tēpus fratri potius in regno suo licētiā habere cōcederet crudelitatē quoq; plurimū regis accusare & filiorū cedes se quoq; timere ne vsq; ad ipsum hoc malū pertingeret. Artē quoq; romam pergendi consiliumq; narrabat feroram quoq; ad suam tetrarchiam ex eius discessisse sententia.Quibus herodes auditis cognoscebat sermones sororis suę quos ad se sepe detulerat.Incitabatur aūt rex super antipatri nequitia iussitq; matrē eius ornamēta sua cūcta contradere quę multorū cōstarēt precio talētorū Quę postq̄ abstulit reiecit eam & in amicitia mulierū ferorę pro damnatione dedicauit.

Ferora d tetrea chiāabscessit se iureiurādo cōstringēs nō prius reuerti q̄ herodis mortē aduerret.

Ferorā egritudinē laborātē visitat rex & ipsum mortuū i hiers̄m detulit honorifice sepeliēdū.

Exēplū i morte ferore notandū.

Arabice mulieres venenifice artificiose.

Herodes exquirēs veritatē quedā ācilla antipatri matrē omniū malorū eē cām accusat Et sic oīa manifestata sunt & cognouit rex cōtra se insidias.&c.

¶ Antipater samarites qui filio regis antipr̄o curator fuit regis iracūdiā accēdebat venenū dicēs mortiferū parasse antipatrū & illud antiphilū de egipto attulisse theodionēq;dedisse ferore hoc q; modo ad vxorē ferorę deuenisse dāte marito ad custodiēdū Quod ita eē vxor ferorę fatebatur que mittēte se de tecto deorsū nō interijt insidiarū modū declarauit accusata insuper filia pontificis regis vxor expellitur & patre suo principatu priuato mathias substituitur Batilus quoq; antipatri de roma veniēs aliud venenū attulisse inuenitur.Tūc etiā antipatro patri de roma scribēte nichil de hijs quę in iudea fiebant ei significatum est obstante omnium in eum odio & viarū custodia illi tamen herodes suam celans indignationē rescribit & litteris lectis suarum suasus consilio redijt in iudeam

Capitulum quartum.

Amplius autē aduersus filiū iracundiam regis incendebat vir samarites antipater nomine qui filio regis antipatro curator extabat.Nā cū alia quidē eius in tormētis aperuisset illud quoq; prodit quoniā venenū mortiferū cōfecerat dederatq; ferorę iubēs vt post eius abscessum:cū iam spaciū aliquanti temporis cucurrisset vbi ratio p̄uocaret patri protinus p̄pinaret & dicebat attulisse illud venenū egipto antiphilum alias antiphalū

Antipater samarites antipatrū dñm suū venenū pa̅sse accusat

Antiphalus & theudio veneni delatores.

Fierore vxor omnia cōcedēs misit se de tecto de orsū nō tñ iterijt sed isidiarū modū declarauit.

vnum ex amicis antipatri transmissum autem ferorę per theudionem fratrem matris antipatri & hoc modo ad vxorem ferorę puenisse dante marito ad custodiēdū. ℂ Qđ illa quoq; fatebatur rege scrutāte negociū & procurrēs tanq̄ venenū allatura/misit se dę tecto deorsum nō tamē interijt/q̄ cadēs in pedes terra suscepta sit. Ac deinde postq̄ recreauit animā promittit ei herodes salutē eiusq; domesticis. dūmodo nequaq̄ ab ea occultaretur veritas. neq; se illi malum pro ingratitudine redditurū iurabat si cuncta cum veritate ꝑderet vel modū quo gesta cōstarēt: Ad hęc illa dicebat iusta atq; ab alijs sibi nunciata firmabat. allatū esse venenum ex egipto ab antiphilo medico quippe esse fratrem eius aiebat a quo prouisum fuerat per theudionē autem viro suo transmissum. se vero illud custodire a ferora susceptū aduersum ipsum sane antipatro preparatum. Cum igitur feroras ęgritudine teneretur. & eum aduentu tuo consolationeq; curares. videns circa se tuam beniuolentiam cōcidit mente deiecta & me vocans. O mulier inquit induxit me antipater aduersus patrem suum. fratremq; meum cōsilia iniqua constituens. Nā venenū in eius perniciam nundinatus est. Nunc itaq; quoniā frater erga me nec ante iniquum aliquid gessit & nunc propositū bonę voluntatis ostēdit: me autē nō post multum de hac luce sentio recesserūt age ne cum cōscientia fratricidij ad nostros progenitores abierim illud venenum apportās ępistolāq; antipatri me vidente cōbure. Ego autē plurimū eius igni cōtradēs aliquantulum reseruaui: vt ferora defunsto si meo rex male fortassis attēderes. illo vsa seculi huius necessitates effugerem. Hęc dicens & venum & pixidem in medium protulit ℂ Sed frater & Antiphili & mater eius eadem fatebātur tormentorum vehementia: pixidem quoq; illam nichilominus agnoscebant. ℂ Accusabatur filia pontificis vxor regis tanq̄ omnium cōscia fuisset: sed ea celare maluerit. Ob quę illam quidem herodes emisit filium autē eius ex testamento deleuit in cęteris permanente. Sed etiam socerum pontificatu priuauit simonem boethi: substituit vero mathiam thiophili hierosolimitē genere. ℂ Dum ea gerūtur batillus quoq; ex libertis Antipatri venit ex roma & tormentis examinatus inuenitur venenū attulisse aliud q̄ matri Antipatri daret: & illa ferore tradendum. vt si primum venenum minus regem forsitam peremisset: & hoc maturius vterētur. Apportabat etiā litteras ab amicis herodis romę cōstitutis: consilio antipatri & dictatione compositas: accusationē habentes Archelai atq; Philippi qđ quasi de patre quererētur ꝑ nece aristoboli & alexandri. Semetipsos quoq; herodi misereri nunciabant & euocabantur quidem a patre veluti nō ob alias res nisi vt etiam ipsos extingueret. Hęc quippe magnorum numerum amici gerebant opitulātes antipatro. Scripsit etiā anti pater patri de fratribus culparū genera magna confingās: omnimodo eos adiudicans. ętati corū causam ascribens qua impelli possent nequitiam sui patrasse propositi. Ipse vero certamini quod cum silleo gerebat magno studio fuit intentus: & accusationi primorum virorum romę constitutorum se totum dederat. monilia quoq; preciosissima ducentis talentis empta parauerat. ℂ Miretur fortasse aliquis quoniam tantis aduersus eum in iudea motis turbinibus: ferme septem mēsium tempore decurrente nichil illi fuerit nunciatum. Causa vero huius rei erat obseruatio viarū atq; custodia & odiū omnium quo circa eum tenebantur. Nullus enim erat qui pronus esset proprio periculo illius tutamē salutemq; conquirere ℂ Herodes sane antipatro scribente q̄ cuncta quę oporterent peragens maturius adueniret: cęlans indignationē suā rescribit iubens ne vlla desidia ad iter agendum prępediretur ne quid in eius absentia ipse forte pateretur. Et simul quoq; de matre ipsius minimum quidam expostulanda causatur promittens tamen se reconciliatum iri cum ipse protinus adueniret: & in omnibus erga eum dilectionem suę quasi mentis aperiebat: formidans ne forte quicq̄ suspicans differret in eū de me negocium atq; romę demorās aliquas sibi difficultates pararet: & in regno romano rumoris amicius fieret amminister. Has autem litteras in cilicię suscepit: alias autem tarenti in quarum textu ferore occasus declarabatur. Quibus lectis ęgre satis tulit & aspere nō propter ferorę gratiam sed quia patris interitum vt promiserat non peracto defecerat. Circa celeuderū aūt cilicię veniens: cœpit de causa nauigationis ambigere: vtrum deberet domum sicut instituerat tendere abiectione matris adductus in dubium. Tunc ex amicis pars suadebat expectare donec agnosceret quę domi mota gesta q; fuissent. alij vero hortabantur ne nauigationem domi differret: soluturum enim suo aduentu omnes causas aduersitatis aiebant. Nam neq; tunc aliunde illos fluctus euenisse nisi eius absentia facultatē accusatoribus virtutēq; tribuisset. His persuasus protinus nauigauit: & exceptus est portu nomine sebasto: quem Herodes opibus magnis constructum sebastum ad honorem cęsaris appellauit.

Accusata filia pōtificis vxore herodis rex emisit & socerū Symonē de pōtificatu priuauit & mathiam substituit.

Antipr̄ pr̄i rescripsit de roma.

De p̄dictis quę cōtra antipr̄m i iudea fiebant sibi nichil sigrificatū est obstāte oim i eū odio & viarū custodia Herodes antipatro suā idignationē cęlans rescribit.

Dubius antipr̄ si domū adeat &c

Sebastus portus

ℂ Antipatrū in apertis malis positum nō p̄cibus secundis sicut, cum fuisset ingressus hoīe ꝑsequebātur: sed aduersus eum maledictis non prohibebantur excipere. Tunc quoq; varus quintilius Hierosolimis aderat ab herode pro cōsilio postulatus quem antipatro regiam aulam ingrediente iudicem omnium constituit antipatrum autem repulit fratricidij accusans. Qui tanto malo audito fatigatus vsq; ad crastinā abscessit Posteraq; die cōuocato cōciliovbi varus rex & Salome soror & si q̄

nunciaturi forent contra antipatrum quem iubens herodes in medium produci & primitus lacrimatus propter filios ingratitudinem antipatri cœpit accusare & nicolaum damascenum regis amicum rogauit vt residua loqueretur quęcunq; ad demonstrationem cause redargutionemq; proficerent.

¶ Capitulum quintum.

IN apertis iam malis erat antipater nullo ad eum quominus accedēte.nullo colloquēte sicu ti cū fuisset egressus:votis eū ac secūdis precibus persequebatur .nunc econtra aduersus eum maledictis nō prohibebātur excipere. Verebātur euiū cūctiq; penā esset fratribus pro sua impietate soluturus. ¶ Ea tempestate contigerat varū quintiliū fortte in Hierosolimis agere:qui successor saturnini ad Syrie regionem fuerat destinatus. Venerat quippe consultatum herodi ab eodē postulatus pro causis in quarū dispositionibus hęsitabat. Quibus vna concessum habentibus venit antipater cunctis illis rebus incognitis. Qui ingressus aulam regiā purpura indutus & ipsū quidē ianitores excipiūt amicos vero qui circa illū erāt aulā accedere ꝓhibebāt Cœpit itaq; pturbari:in qua mala deuenerit manifeste cognoscēs. Deniq; pater salutatus accedētē repulit fratricidij accusans simul & consilia obiectans super suimet ipsius interitu quorū omniū auditorē aut iudicē in crastinū varū forte cōfirmat. Et ille quidē tāto malo audito:atq; pariter imminente ipsa magnitudine fatigatus abscessit. Cui mater & vxor accurrūt quę residua fuerat de filiabus ātigoni qui ante herodē ī iudea regnauerat ex quibus vniuersa cognoscēs cœpit se certaminis iudicio preparare Sed die postera concessum faciūt varus simul atq; rex amici etiā vtrorūq; cōuocātur. Aderēt quoq; regis cōsanguinei:& salome soror:& si qui nunciaturi forent quę prodiderant examinatione tormentorū serui deniq; antipatri ex materno illi iure conuenientes qui pauloante fuerant comprehensi epistolā deferētes antipatro quę fuerat in hāc perscripta sententiam ne ad patriam repedaret ꝙ cuncta videlicet ad patris notitiam reuelata peruenissent solūq; illi suffugium remāsisse vel cesarē & sub patris potestate non cadere. Antipatro vero patris genibus prouoluto atq; deprecante ne iudiciū de illo rebus incognitis promereretur quin potius facultate auditorij sibi contribura purgaturum iri se apud patrem posse firmabat. Quem iubens Herodes in medium produci ipse lamentari primitus cœpit ꝙ tales illi filios habere contigisset per quos ei fortune tales exurgerent:aut vnde tātā diuinitatis indignationem comparauerit:vt sua senectus ī ātipatri nequitias incidisset. Memorabat etiam enutritiones & educationes quas filijs studiose prebuerat opum quoq; ac facultatum affluentiam in quibuscūq; temporibus ipsi cuperent semper illis protinus adijcere nullumq; esse impedimentum quo voluntas eorum cōsilio periculum mortis incideret. dū illi regnum impie rapere festinarent anteq̄ ipse legi nature concederet. Vndevalde se mirari dicebat Antipatrum cuius spe subleuatus auderet sinevlla refrenatiōe ad talia tantaq; prorūpere q̄nquidē eū regni successorē etiā scribēdo declarasset. sed etiā vitę suę tēpore in nullo minor existeret non claritudine dignitatis nō virtute potētie. Quinquaginta deniq; illūq; talenta ex redditibus sumere ad hęc trecenta talenta romam eunti dono dedisse. Increpebat illum etiam de fratribus:ꝙ si velut malignos accusauerit. cur eorum imitator extitisset. Si vero innocentes fuissent:iniq; aduersus consanguineos crimina cōfinxisset. Nam illa omnia quę de illis nunciata fuissent. a nullo alio nisi ab illo semetipsum protinus aduertisse:cōsilioq; eius gessisse cuncta quę aduersus illos fuerint gesta quos nūc prorsus ab solueret. isto herode illis ī parricidij facinore succedente. Hęc simul dicēs profundebat lacrimas quę illū iterclusa voce loqui amplius nō sinebat. ¶ Verū nicolaus damascenus regis amicus & in omnibus vna cū eo semper cōuersatus & modū quo res fuerit geste assecutus rogabatur a rege vt ipse residua loqueretur quęcūq; ad demonstrationē causę redargutionēq; proficerent.

¶ Antipatro seipsū excusare nitēte eius verbis assistētes miserebātur herodis ꝙ animus quasi ad misericordiā est inclinatus. Sed nicolaus cōtra ipsū criminū probationes adducēs ipsius ingratitudinē erga patrē & proditionē manifestat & varū iudicē excitat cōtra ipsū ferre sententiam.

Capitulum sextum.

SEd antipater econtra conuersus ad patrem semetipsum excusare nitebatur. Enumerabat itaq; cuncta suę circa illum benignitatis exempla:honoresq; a patre concessas quos minime precepisset nisi virtute dignus & officijs circa illum meritus haberetur. Enimuero prouisse se semper vt vsui necessaria forent. consiliumq; semper circunspectis rationibus antecepisse:ac si quando ad rem explanandam manu opus esset:suo labore negocia cuncta peregisse ne credibile constaret vt qui sepius ex aliorum insidijs patrem strennue liberaret nunc ipsum insidiatorem patris effici:vt deleret omnia suę virtutis monimenta:vetera molimine repentini facinoris prętertim cum iam successor regni fuisset ostēsus:& simul etiam rerum honorumq; potiretur:quę vsq; ad presens tempus eum habere constaret. Neq; illud esse verisimile prorsus aiebat vt qui cunctarū rerū

Varus quītilius.

Antipr̄ rebus sibi īcognitis regiam aulā intrat.

Herodes antipatrē repulit eū fratricidij accusās & varū iudicem oīm cōstituit.

Assistētes ī iudicio cōtra antipatrē.

Lacrimatur herodes propter filios & antipatri accusat īgratitudinem.

Nicolaus damascēus regis amicus cōtra ātipatrem.

Antipater seipsum excusare nititur.

dimidium siue periculo & cum virtutis honestate teneret.vellet totum cũ crimine atq; periculis appetere incertus vtrum ne valeret affectum suę cupidinis obtinere presertim cũ pro tali causa fratres suos vidisset extinctos:quorum facinoris & nunciatorem & accusatorem ipsum esse constaret quod nisi ab illo proderetur:occultum proculdubio permaneret quorũ etiã postmodum quod esset malignitas eorum circa patrem ad fidem perdita punitor extaret.Et ibi quidẽ hęc sua dicebat esse monumenta quibus cõuersationẽ suam cum magna beniuolentia circa patrẽ agitasse probaretur.Romę vero quę gesserit cęsarem conuocabat:quem iuxta ac deum fallere nemo posset quorum fidem facere litteras ad eodẽ cęsare destinatas quibus litteris:haud rectum esse fortiores aut filiorrs reputare accusationes hominum volentium inter se turbas & iurgia cõcitare quas accusationes a suis inimicis confictas aiebat quas se reuerso vltra iam habere non possent.Causabatur etiam de tormentis ꝙ eorum violentia factum esset vt falsa dicerentur.Doloris quippe vel naccessitatis eam esse naturam vt doceat eos qui subfecti sunt illa loqui que viderint grata dominanribus:quorum se potestate tormentis adigi sentiunt.¶ His dictis mutatio est facta totius concessus.Satis etenim miserebantur antipatrum profusione lacrimarum & vultus humilitate miserabilẽ ita vt etiam inimicis lamentabilis appareret.Iam quoq; flectebatur herodis animus inclinatus:licet conaret suam mẽtem alijs nõ esse manifestam.¶ Nicolaus autem exorsus ab illis verbis quibus rex principium fecerat causã amplificare cœpit & cuncta quę vel tormentis eruta vel testibus erant relata proferens cõgregabat vndiq; criminum probamenta.Maxime vero virtutem regis & clementiam longa narratione proferebat qualiter nutritiones & educationes in studijs doctrinarum filijs suis impenderat quarũ rerũ labor in nullo ei profecisset accõmodo in alijs ex alijs calamitatibus irruenti quamq̃ se non imitari diceret primorũ filiorum inconsiderationẽ ꝙ & adhuc fuissent adolescẽtuli & deceptui faciles a prauis suasoribus corrupti in trãsuersum declinassent naturęq; iura reliquisse:vt maturius q̃ oporteret regnandi cupidine raperentur.Antipater vero furiam admodũ expauescere se prorsus:nõ propter paterna beneficia in quibus eũ affatim fuerat numerãs:quę cum essent tã multa magnaq; eius tamẽ animũ lenẽ reddere nequiuere more venenatorũ repentium licet illa repenta quãlibet sint aspera beneficiis aliquatenus leniuntur . Non solum argo in hoc expauescere se dicebat prauitatem antipatri verũ ꝙ fortunę iam fratrum exemplo precederet. quominus imitator eorum existens.impetum suũ a crudelitate retineret.Quã q̃ o antipater qui temeritatis fratrũ nũciator extitisti:& seruator documẽtorũ & pugnitor redargutorum.cur non repulisti animum quem in illis te prodente culpamus: sed potius ad mitigandum flagitium illorum insana libidine raptus es.Vnde claret ꝙ nec illa a te pro tutamine patris gesta sunt:sed pro fratrum infœlicium interitu festinata:vt illorum odiũ ostẽtãdo amator quasi patris crederis:quatenus posses ad eius insidias iter facilius adipisci potestatẽ a patre percipiens.Quod etiam ipsis operibus approbatur. Ambiebas enim: vt fratres interimerentur de neqtia redarguit vt autem conscij eis proderentur minime curasti.Vnde certum est te quoq; cum illis aduersus patrem insidias construxisse accusationem illis preparãs:vt si forte ad effectum venissent tibi lucrum parricidij prouenisset vt ex duobus pro certaminibus tu fructus percipies gaudiorũ suis moribus competentes.Et circa fratres quidẽ qualis extiterie manifestus es.Nam super eorum morte velut de rebus gl'iabare magnificis:qđ quidẽ eẽt dignũ ita te sapere:si tu deterior nõ extitisses. Sed te occulto aduersario patris extãte claret qa illos non veluti patris ĩsidiatores hẽbas exosos nã haud ita exorbitare: si ĩam neqciẽ cupiẽs ꝑpetrare:sed timẽs ne regni fierẽt successores quos tibi videbas iustius posse preponi.Patrẽ autẽ super fratres extiguere festinabas:ne celeriter tua aduersus fratres factio proderetur.& pro quibus tu merebaris penas licet ab infœlici patre supplicium sumere conabaris.Ac parricidium non commune cogitasti sed quale vix a quoq̃ nunc vsq; in vita hominũ vel videri potuit vel audiri.Non solũ eni filius patri insidias preparabas verũ diligẽti quoq; & beneficia multa prestãti Socius quippe regni cõstabas successor in nomine in dispositionibus particeps in fruẽdo cõmunis.Nã & successor ãte iã denunciatus & iocunditatem ac fructum regni iã ante capere in nullo prohibitus.ad spem etiam futuri gerendã ex sententia patris & litteris communitus.Sed tu tamen ex herodis clementia:rerum iudex erat sed tue voluntate ac nequicia opera paterna pensabas. volens patre in omnibus tibi obediente.etiã patrem quã possidisset arripere & confingebas verbis velle salutare eum quem rebus ipsis & operibus interimere nitebaris.Et non solum tu malignũ extabas verum etiam matrem prauis tuis replebas inuentionibus:fratrumq; voluntatem aduersam sedicioiãq; reddebas .Quin etiã patrem bestiam ausus es appellare .Cum habeas ipse mentem omni serpte peiorem.Siquidem aduersus patrem venena colligebat.Et quem patrem Qui te tantis beneficimuneratus est & cõtra cũ auxilia diuersas postulabas & artibus varijs ꝑ viros atq; mulieres vtebar quatenus interimeres hominem senio & ętate confectum quasi ad nocendum non sufficeret so

Notãda sentẽtia
Antipr̃i verbis assistẽtes misera bãtur & herodis animus quasi ad miam inclinatus
Nicolaus cõtra antipatrũ adducit criminũ probationes.

Ingratitudo maxima ãtipatri.

Proditor ãtipr̃i

tue mentis iniquitas. Et nunc venisti post tormenta liberorum atq; seruorum: que propter te viris ac mulieribus constant inflicta & contra denunciationes coniuratorum inficiatum ire festinas & non solū patrem hominibus auferre meditatus es. sed etiam leges virtutem vari & ipsius iura nature ipsamq; conaris interimere veritatem. Ita ne tua confidis impudentia vt etiam tormentis temetipsum subici velis. cum eauseris de tormentis eorum qui examinati sunt: vt illi quidem qui ea dixerunt que ad liberationem tui patris attineant veritatem minime tenuisse videātur. tormentis vero que tibi fuerint adhibita velis inda gasse veritatem. ¶ Nonne saluas o vare nonne liberas regem factionem a suo sanguine sustinentem. Per maiestatem imperij romani per virtutem tuam obtestamur & hanc atrocissimam bestiam que per proditionem fratrum patri se beniuolum esse simulabat quatenus posset solitarius & omni consanguinitate deserta de regno percellere adiudices atq; condemnes Non pronūcias hunc sceleratum ducendum ad necē. sciens quoniam parricidiū communis iniuria est & nature ipsius & totius vite hominum. Neq; minus facinorosus reputādus est qui cogitauerit tam & si eum effectum non contigerit adipisci. Naturam ipsam iniuriat. qui talibus supplicia non importat. ¶ Addebat etiam illa que mater antipatri ad aliquos stoliditate muliebri locuta est: ariolationes quoq; oc diuinationes super rege factas & sacrificia memorabat. Aiebat item & quicquid antipater cum ferore mulieribus lasciuire dicebatur. comessationes quoq; sordidas umoresq; narrabat. Deniq; examiationes tormentorum & testificationes plurimas inferebat. que sane plurime constabant. Nam alias quidem ante parauerat alias ex repentinis nuncijs summitates acceperat. ex quibus priora magis magisq; firmabantur.

Nicolaus verū iudicē excusatur ad iudiciū contra antipatrem confitendum.

Parricidiū cōis iniuria est nature.

Accusatiões cōtra antipatrē.

¶ Plurimi qui antea timore tacebāt ceerantes antipatrum accusationibus odibilem oīa contra eū tūc prodebant Qui & si ad mentiendum prōptissimus esset tamen p̄dicta negari non poterat varus aūt venenū in mediū proferri vt experiretur que nam est vis eius. Et adducta quidē morti adiudicatus bibit iubente varo & statim moritur herodes autem continuo antipatrum varo recedente in anthiochiam in vinculis ligari iubet & romam mittit ad cesarem Tunc quoq; bine epistole antiphili. ad antipatrum misse inueniuntur & epistola agme iudee in seruitio iulij cesaris vxoris ancille Quibus visis ostupefactus herodes magnitudine nequitiarum filij inpellebatur statim eum perimere votus autem antipater antiphilum omnium causam fuisse accusat iterumq; mittit romam ad filium accusandum intimandaq; omnia que agme in factione fuerat suffragrata exemplaria quoq; misit epistolarum.

Capitulum septimum.

Plurimi quippe homines que antea timore antipatri sillentio pre tereūda mandabāt cernentes cum accusationibus plurimis odibilē & aduersa fortuna inimicis eius aperte promptēq; traditū. q odio ineffabili aduersus eum nitebātur. omnia tunc prodebant. Incitabātur quoq; ad accusandū eorū nō solū horrore factorū eius & magnitudine scelerū que vel patrauerat vel patratū ire presumpserat improbitate quā circa patrē & fratres exercuerat parricidiis. & q semper eū sēserāt. neq; amorē benignitate circa quēpiā habuisse sed sue tātū cōmoditatis intuitū Quorū omniū illud eū amplius aggrauabat. q nulli extiterēt q res ex equo bonoq; iudicabāt q eorū animus odio amicitie iure careret. Dicebāt ergo se olim ista sensisse prohibitosq; semp a nuncianda libertate vero data in mediū cuncta deferre. A quibus proferebantur multiforma probamenta nequaq̄ de falsitate accusari valentia q neq; benignitate circa herodē neq; timore periculoso tacerent. sed solum rerum iudicio iniquitatem antipatri proferebant dicentes q in suis actibus Antipater non vtilitatem herodis & munimen attenderet sed sola nequitia ad illa facinora fuerit concitatus. propter quod omni pœna dignum esse loquebantur. ¶ Multa etiam a plurimis sine vlla interrogatione dicebantur. ita vt antipater quamq̄ in omnibus rebus impudens & ad mentiendū promptissimus atq; calidissimus tanta confusione fuerit oppressus: vt neq; negaret neq; contradicere valuisset. ¶ Nicholao igitur finem dicendi redarguendiq; faciente Varus iubebat antipatrum vt se tantis criminibus expurgaret. si aliquas astructiones haberet quibus obnoxius illorum que importata erant non esse monstraretur. Nam ipse quoq; optare se patrem certe nosse dicebat vt in nullo contra se cogitasse fieret manifestus. Ille vero in faciem prouolutus deo rem omnibus commendabat qui ibi testificarentur nichil se improbum cogitasse atq; signum a deo fieri postulabat insidiatorem se patris penitus nō fuisse. Solent quippe vniuersi quibus iusticia deficit quando facinorum aliquorū perpetratores existū liberū arbitrū sibi dicēt ex diuinitate cōcessū quādo vero in periculo ceciderit iustū accipiētes iudiciū. per inuocationē eius omnia testimonia conantur aduertere. Quod etiam antipatro contingebat. Cum tanta namq; velut absente diuinitate ante gesserat. tunc autem iusto iudicio vndiq; concludente defectu purgationum ad dei iudicium absolutionem accusationum omniumq; criminum referebat potentie diuine causam tribuens vt eius testimonium in medium veniret quan-

Plurimi antipatrē tūc accusare nitebātur.

Antipater & si ad mētiēdū prōptissimus eēt tñ predicta negare nō poterat

Facinorosorū cōditio.

Quidā morti adiudicatus ꝑ experimēto bibit (varo iubēte) venenum qd̄ filius patri pauerat & statim moritur.

ta pro patre gesserit:quantaq; periculosa pro eius salute presumpserit.¶ Varus autem cū sepius interrogaret antipatrum & nichil amplius ille q̄ dei proferret inuocationem. videns in infinitum rem pergere.iussit venenum in medium proferri.vt experiretur quę nam esset vis eius. Et adductus quidem eorum qui fuerant morte damnati bibit iubente varo confestimq; moritur. Tunc exurgens abi bate concessu/& die posterā manthiochiam perrexit vbi frequens illi fuerat conuersatio.eo ꝙ syrorū regnum ibi fuerat constitutum. ¶ Herodes autem continuo in vinculis filium abstringi iussit. Incerte autem erant plurimis confabulationes vari:quę ad regē habebātur. Dicebant nonnulli quod ex eius sententia fecerit quecunq; de antipatro gesta sunt.¶ Ligās ergo eum destinauit romam ad cęsarem litteras omnes declarantes negocium sed etiam qui pręsēti relatione cęsarem docerent nequitias antipatri.¶ Deprehenditur autem in eis diebus etiam epistola ab antiphilo ad antipatrum scripta. In ęgypto autem erat iste. Que soluta a rege talia declarabat. Misi tibi epistolam ab agme alias agmes nō parcēs animę meę. Scis enim quoniam periclitabor a duobus domesticis:si hoc fuerit agnitū. Tibi autem prosperitas ad regendam causam proueniat. Et epistola quidem talia loquebatur. Rex autem querebat alteram epistolam quę tamen iuueniri non poterat. Nam & seruus antiphili qui lectā apportauerat epistolam:aliam suscepisse denegabat. Cum autem hesitaret rex vnus amicorum herodis inspiciens interiorem tunicam serui.nam duabus erat indutus arbitratus est in interiore tunica litteras obcelari & erat ita. Inuenitur ergo epistola:in qua erant scripta hęc. Agme alias agmes antipatra Scripsi patri tuo qualē voluisti prorsus epistolam· & rescriptum faciens epistolę quę ad meā dominā veluti a salome directa est destinaui. quam cum legerit certo scio punituram salomen tanq̄ insidiarum. Erat autem epistola tanquam salome ad dominam eius ab antipatro dictata sub salome nomine quantum ad sententias pertinebat stilo autem agmes compositas in qua continebantur ista Agme regi herodi. Ego studium habens ne te quicq̄ lateat que aduersum te geruntur.inueniēs epistolā salome ad meam dominam contra te scriptā cum periculo quidem meo sed cum tua tamē vtilitate conscripsi vbiq; direxi. Hanc autem illa conscripsit:volens silleo coniungi: Scidi igitur hanc epistolam ne fortassis ego de vita mea periclitarer.¶ Ad ipsum autem antipatrum scripta erat ꝙ eius iussionibus ministerium gesserat vt ad herodem scriberet:eo ꝙ quasi salomę insidias illi preparare festinaret. Sed etiam rescriptum eius epistolę quę quasi ad suam dominam fuerat a salomę destinata direxerat.¶ Erat autem agme iudea quidem genere in seruitio autem erat iulię cęsaris coniugis.& hęc gerebat amicitiam quam cum antipatro iūxerat.comparata ab eodem antipatro magnis pecuniarum muneribus vt eius aduersus patrem & nutricem suffragaretur insidijs.¶ Herodes autem obstupefactus magnitudine nequitiarum antipatri impellebantur quidem vt eum cōfestim perimeret velut procellā magnarum turbinemq; causarum & nō solum sibi sed etiam sorori insidiātē:domumq; Cęsaris sua iniquitate corrūpētem. Accedebat autem etiam salome pectus crebro percutiens & se interfici postulans.si quid forsitan tale in ea probaretur. Herodes autem conuocans filium interrogabat:iubēs vt si quid haberet aperiret. Increpabaturq; a patre dicente. Quoniam inimicus omnino repertus es.age nunc & qui tecum ad hęc negocia operam dedere nullo modo moreris aperire. Ille autem in antiphilum cuncta referebat nullumq; alium causam horum extitisse firmabat.¶ Herodes autem admodum dolens volebat romam ad cęsarem filium destinare vt supplicium pro suis factionibus sumeret. Timens autem ne fortassis amicorum suffragio valeret effugere ipsum quidem vinctū sicuti & antea custodiebat. Verum legatos misit cum litteris ad accusandum filium.intimędaq; omnia quę agme ad perficiendam factionem fuerat suffragata:exemplaria quoq; transmisit epistolarū. Interea legati romā proficiscūtur:doctq; in pręsentia queq; loqui repondereq; debuissent.

Herodes antipatrū filiū i vīculis ligari iubet Romā & mittit ad cęsarem.

Ep̄la antiphili ad antipatrum missa inuenitur.

Alia ep̄la eiusdē adeūdē iuenit.

Ep̄la scripta nomine salome.

Agme iudea in seruitio iulie cęsaris vxoris.

Antipater accusat antiphilum oīm causā fuisse

Herodes mittit iterū romā accusādū filiū & agmen.&c.

¶ Herodes morbo pręgrauatur testamentum scribit minori filio regnum tribuēs & cęsari/iulięq; cęsaris vxori filijs emicis liberis cęsaris filijs etiam suis filiorumq; filijs pecunias & redditis distribuit Salomenq; locupletauit. Ipse morbo exasperatus cū annū ageret septuagesimū oīa iudeorū si potuisset quia ab eis se contēni putabat disperdere volebat Iudas vero & mathias iudei iuuenes eruditissimi scientes regē irremediabiliter morbo pregrauatū populū regis opera cōtēnere incitauerunt & aquilā aureā quā supra portā tēpli cōstruxerat cōtra dei legē amouerūt. Quos iubēte rege dux regis ꝑsequitur:& iudā & mathiani fugiētibus alijs captiuos duxit ad regē. Qui cōstāter regi respōdentes paratos pro legis dei cōseruatione obtulerūt ad quecūq; supplicia. Quibus ligatis rex iudeorū ex Hierichōte principes vocat corā illis iuuenes accusans. Mathiamq; sacerdotē Qui cū semel sacerdotali fungeretur officio recordatus ꝙ ꝓcedēte solemnitatē vxori fuit cōmixtus propterea quia sacerdotio perfungi nō potuit Iosephus eius cognatus vno illo die functus est sacerdotio hunc ergo mathiā sacerdotio priuauit & Azatim vxoris fratrē promouit. Mathiē aūt qui seditionē excitauerat cū socijs igni viuū cōtradidit

Capitulum.viij

Sed rex morbo prægrauatus testamentũ scribit minori filio tribuens regnũ: odio quod circa archelaum philippũq; ex antipatri accusatione concœperat. Cesari vero mille taléta dereliquit: iuliç vero cęsaris vxori & filijs: & amicis & libertis cęsaris quingéta: filijs etiam suis filiorũq; filijs pecunias et redditus distribuit. ¶ Salomé sororem suã magnifice locupletauit ꝙ eam scilicet erga se beniuolam semper agnouerit: & nunq̃ aliquid ex aduerso molientem. ¶ Desperans autem contra morbum se posse subsistere: nam annũ agebat circiter septuagesimũ: exasperatus est irreuocabili furia et amaritudine mentis incensus: volebat si potuisset iudeorũ cũcta disperdere. Causa vero huius rei erat ꝙ se cõtemni putabat: eo ꝙ casum suum iocunde totam gentẽ existimabat excipere. ¶ Super hęc quoq; quidam popularium hoĩm sedicionem excitauerant propter huiusmodi causam. Erat quidam Iudas Arphei: & Mathias margalothi iudeorũ eruditissimi et supra cęteros legis expositores doctissimi: populo etiam amabiles propter iuuẽtutis eruditionem. Sẽper enim apud eos totos consummebant dies: cuncti quibus inerat studium & cura virtutis. Isti igitur audientes regem morbo prægrauatum & remedij minime receptibilem omnem excitauere iuuentutem: vt opera quęcumq; a rege pręter paternam legem facta fuissent euertentes: pro lege dei gloriosa niterẽtur exercere certamina. Et enim propter eius pręsumptionẽ & ꝓpter quod p̃ter humanũ morẽ fuerat cõuersatus in plures oĩa illi mala cõtigisse firmabãt: ęgritudinem quoq; p̃sentem nõ ei ob aliud accidisse. ¶ Fecerat enim herodes quædã contra legem quę iudas & mathias vociferabãtur. Nã cõstruxerat super portam templi munus quasi deo propositũ aquilã auream immanẽ vel qualitate vel quãtitate satis opulẽtam. Prohibebat autẽ lex ymaginum eleuationes vel aĩalium propositiones cõstruere his qui volunt scd̃m pręcepta cõuersari. Proinde hortabãtur: illi sophistę. aquilã illã loco diuellere. Eniuero mortalibus inquiebãt multo iocũdius debet esse periculũ qđ ꝓ cõseruatione pr̃nę legis & ꝓ virtute suscipitur q̃ vitę quãtacũq; dulcedo. Nã morte qđẽ fama & laus sẽpiterna cõqritur & nascit̃ is hoĩbus memoria iocũda relinqtur exẽplũq; virtutis et gl̃ie. Nã etiã si qsq̃ sine piculo valeat aliqñ p̃cla rũ opus efficere post paululũ tamen venturam mortem naturę lege nõ valebit effugere. Proide pulchrum est his qui studium habent amoremq; virtutis: cum laudibus & cum honoribus de hac vita discedere. Leuigatio quippe maxĩa est ꝓ bonis operibus ĩterire. Quę nõ nisi meditatione piculi cõquãruntur filijs atq; cognatis. vel alijs quibuscũq; qui ab eodem stemate deducuntur siue fuerint viri siue mulieres siue quilibet alteri quibus prouideri debet in posterum vt ad eos vtilitas glorię pueniat Et illi quidem huiusmodi verbis iuuenes excitauerunt. ¶ Defertur autem ad eos repente rumor regem decessisse: qui sophistis illis admodum suffragatus est. Mediaq; die ascendentes euulsere aquilã & securibus conscidere. Cumq; plurimus tumultus esset in templo: ecce dux Regis cum militibus venit (Nunciatus quippe fuerat illi nisus illorum) & existimans ex maiore illos aspiratione etiam manu congressuros ad prælium ampliorem secum numerum militum duxerat qui possent impetum illorũ sustinere: qui moliebantur anathema templi deicere Quo irruente super eos nequaq̃ vim eius substinere valuerunt: sed sicut solet turba vulgaris: pręsumptione magis stulta q̃ cauta prouidẽtia cõgregata: omnes continuo profugere. Ex quibus quadraginta soli iuuenes animi confidentia remansere. Quos dux cõpręhendit cum principibus facti Iuda & mathia. Inglorium enim iudicauerunt loco cedere: aduentũq; ducis effugere. Hos oẽs perducit ad regem. ¶ Quos cum interrogasset cur in tãtam audaciam prorupissent vt ornamenta templi conuellerent & illi: gessimus quę gesta sunt: & consulto nos illa gessisse ꝓfitemur quę ad virtutem attinent: quam viros decere certum est. Siquidem prudentium est defensare dignitatem legis & numinis. Nec mirari debes si tuis institutis: instituta p̃ferimus: quę nobis moyses inspiratione dei cõscripta dereliquit. Mortem quoq; ac supplicia quęlibet ĩportes cum iocunditate subimus. Non eñ ꝓ iniusto facinore se pro amore pietatis nobis substinenda sunt. Et illi quidẽ talia loquebãtur: in nullo minora verba q̃ cõmissi pręsumptione proferentes. ¶ Rex autẽ in vinculis eos cõstringi p̃cipiens. euocauit ex Hierichõte iudeorum princeps. Quibus aduenientibus conçessus oĩm congregatur. Ipse vero in lecto recũbebat: ꝙ prę valitudine stare nõ poterat. Enumerabat igitur p̃sumptiones seditiosorum iuuenum: in quibus fuerant sepius depręhensi templi quoq; ornamenta (quę suis essent magnis sumptibus constructa) memorabat qualia per annos centũ viginti sex: neq; Assamoneũ regem construere neq; prosapiam eius valuisse narrabat. Se autem ad honorẽ diuinitatis illud templum anathematis ammiratione dignis ornasse: quo post eius mortem gratã sui memoriã iocũdãq; relinqueret. Exprobrabat etiam ꝙ iniurias illi non dubitarent ingerere. Cæterũ pręsumptũ facinus verbo quidem ad suas pertinere iiurias dicebat: re aũt ipsa & veritate si qs vellet meritũ examinare facinoris sacrilegium commissum esse firmabat. ¶ Ad hęc illi ꝓpter eius crudelitatem ne cõtra se quoq; fortassis exasperatus vltiones in eos aliquas molieretur humiliter responderunt dicentes neq; ex sua sententia cõtigisse: neq; illa cõmissa inulta esse debere. ¶ Ille vero circa cę-

Hærodes infirmus testamẽtũ scribit minori filio tribuens regnum & cæsari mille taléta. &c.

Hęrodes septuagenarius morbo exasperatus volebat si potuisset cũcta iudeorum disperdere quia eos se contemni putabat.

Aquilam aureã super portam tẽpli construxerat hærodes contra legem dei. &c.

Iocũdũ dꝫ eẽ piculum pro conseruatione legis

Aquilam de tẽplo amouentes p̃sequit̃ dux regis & Iudã & mathiã (alijs fugientibus) captiuos ducit ad regem.

Constans iuuenũ r̃nsio ad regẽ qui patos se offerunt pro legis conseruatione.

Rex (ligatis iuuenibus) iudeorum ex Hierico princeps conuocat corã illis iuuenes accusans

teros quidem quasi mansuetus extiterat. Mathiã autẽ pontificem sacerdotio remouit velut vi quadã conscium: & causam seditionis extantem: promouit autem azarum põtificẽ fratrem vxoris suę. ℭ Mathię autem pontificatus tempore prouenerat alterum esse pontificem ad vnius videlicet diei fũctionem: quam iudei cum ieiunio celebrant. Causa vero talis fuerat. Mathias sacerdotali fungens officio nocte quę in solẽnẽ illucebat diẽ: in qua futurũ erat ieiuniũ visũ est sibi oĩno mulieri fuisse cõmixtum propterea sacerdotio pfungi non potuit: sed Iosephus elmi filius cognatus eius scdm carnẽ pro eo munere sacerdotali perfungitur. Hunc ergo Mathiam Herodes põtificatu remouerat alterũ ero Mathiã qui seditionem excitauerat: & aliquos viros ex socijs seditonis illius viuos igni contradidit. D

Mathias sacerdotali fũgẽs officio recordatus ꝙ nocte prece dẽte solemnitatem vxori fuit commixtus Iosephus eius cognatus vno illo die fũctus est sacerdotio.

ℭ Herodis amarior morbus indies vrgebat comissorũ scelerum supplicia deo expetente Ignis intrinsecus corpori operabatur incendium. Auiditas cibi inexplebilis semper inerat/ Intestina vlceribus interius tabida putrescebant/ Humor liquidus tumidos pedes occupabat/ Similis quoq; & circa pubem erat afflictio/ Sed & verenda putredine corrupta scatebant vermibus/ Spiritus quoq; incredibilis erecta tentigo (quę fuerat satis obscœna) diri fetoris & anhelitus respiratiõe creberrima. cõtractus per cuncta membra spe tamen salutis instabat medicos aduocans quinquagenas quoq; dragmas auri militibus plurimaq; ducibus distribuens reuersus in Hiericontẽ Qui audiens Iudeos cum gaudio mortem eius expectantes nobiliores eorum conuocauit & in ypodromo cõcludẽs Salome & Alexę eius viro eos in morte sua occidere pręcepit vt omnis Iudea mortem inuita plangeret. Tunc Herodi a roma litterę deportatę sunt ꝙ Agme pro facinoribus suis Cęsare pręcipiente extincta sit. Qui Antipatrum in sua voluntate relinquit puniendum Herodes pomum parãdo seipsum occidisset nisi. Atiatus nepos suus manum tenuisset. Alexandrum quoq; magna carceris custodi promittẽtem: iubet herodes occidi & sine honore in Hyrcanio sepeliri. E

Capitulum nonum.

Multiplex herodis morbus quẽ deus ꝓpter peccata ei immisit.

Sed etiam luna eadem nocte defecerat. Porro Hærodem amarior in dies morbus vrgebat supplicia deo commissi sceleris expetente. ℭ Ignis quippe lentus inerat non tantum conflagrationem in superficiem corporis agentem prodens quantum intrinsecus crescens operabatur incendium. ℭ Auiditas quoq; inexplebilis semper inerat cibi: nec tamen satietas vnquam rabidis incitata faucibus pręualebat implere ingluuiem. ℭ Intestina interius vlceribus tabida putrescebant. ℭ Doloribus quoq; colli seuissimis cruciabatur. ℭ Humor liquidus ac luridus erga pedes tumidos oberrabat. ℭ Similisquoq; illi & circa pubem erat afflictio. ℭ Sed & verenda ipsa putredine corrupta scatebant vermibus. ℭ Spiritus quoq; icredibilis erecta tentigo (quę fuerat satis obscœna) diri fetoris & anhelitus respiratione creberrima. ℭ Contractus quoq; per cuncta membra subsistens vim noxiam operabatur: quę omnem tolerantię contulerat firmitatẽ. Dicebatur igitur ab his quibus inerat diuinandi peritia: diuinitus has pœnas ob impietatem eius & multa crudeliter gesta deposci. ℭ Ipse tamen multum spe salutis instabat: si forte posset contra morbos aliqua remedia ꝓuidere. Medicos quoq; aduocans vt vterentur quę possent ad salutem proficere postulabat & transiens iordanem fluuium aquis calidis quę sunt circa callioram die noctuq; fouebatur. He igiť aquę calidę super alia quę habebant commoda etiam potabiles erant. Pergebat autem aqua illa in paludem quę sulphurifera vocitatur. ℭ Pręterea visum est medicis: vt eum in dolio oleo pleno confouerent. Vbi cum esset ita defecit vt omnibus mortuus putaretur. Tunc grandis seruorum vlulatus exortus est. ℭ Cum igitur nulla iam de eo spes salutis existeret: iussit militibus quiquagenas. Dragmas auri distribui. Plurima quoq; ducibus & amicis suis munera tribuebat. ℭ Deniq; reuersus in Hierichõtem pręualentibus nigris coleris exasperatus iniquius est: vt ipso moriente indignum facinus ageretur. ℭ Venerant quippe ex omnibus locis per eius pręceptum iudeorum optimates & erant plurimi: siquidem ex omni genere erant congregati alias conuocati ℭ Ad hęc etiam fuerat mors contempto ribus pręcepti proposita. Magna igitur in omnes regis furia concitata innoxius pariter culpabilesq; in ypodromo concludens. Salomen sororem suam virumq; eius Alexium alias Alexam conuocat: & mortem suam non in longum differri denunciat. tantis se doloribus circumuentum fore cunctis satis optabilem: se autem sine luctu & deploratione periturum. Quod regibus maxime autem sibi magni meroris esse firmabat: ne quo suum arbitrium iudeos falli proposito ꝙ eis sua mors amabilis foret & grata. Nam etiam se viuente sæpius illos seditiones & secessiones fuisse molitos. & in eius iniurias seper fuisse festinos. Cęterum leuigationem quandam illis natam esse dicebat ꝙ talibus ipse doloribus vrgeretur. Proinde petere se ab illis ꝙ eos sciret contra eius gloriam in nullo venturos vt agerent qualiter eius exequiæ honorabiles super cęteros reges & luctus amplior ageretur. Quod futurum dicebat si peregissent vt iudei ex animo in eius morte deplorare lamentariq; cogerentur. Cum igitur inquit animam videritis me expirare. Circumuallantes Ypodromum omni militia nec dum mea morte vulgata confestim omnes illos inclusos iugulari perficite; & ita cunctis intereuntibus duo

Mřta salutis spe istabat medicos aduocans. &c.

Aq; calidis callore fouebatur

Sulphurifera palus.

Dolio pleno oleo positus pene defecit.

Herodes audiens iudeos cum gaudio morteȝ expectantes nobiliores ex Iudea cõuocat & i ypodromo concludens ꝑcepit Salome sorori suę vt eos i morte sua occideret vt i mortem omnis iudea inuita plangeret.

commoda prouentura quod & regnum illis post suam mortem firmum perseueret hostibus amputa tis & super mortem suam luctum celebrandum esse magnificum. Et ille quidem lachrymabundus ta lia lamentatur & cognatos omnes beniuolentiam circa se fidemq; seruare postulat inuocationem di uinam in his, interponens, ne cum inhonorificentia sua mors & cum indignitate tractarentur. Illi ve ro profitebantur in nullo se eius pręcepta transgressuros. ❡ Sed ego comperio illius hominis men tem considerans illa que in anteriori tempore appetebat ꝙ ex more temporalis vitę fecerit quecun q; parentibus gessit: considerans etiam pręsentia mandata nihil humanum penitus habuisse. Siqui dem etiam de hacvita: discedens procurabat quatenus omnem gentem orbatam & desertam parē tibus dilectissimis relinqueret iubens vnum ex vna quaq; domo interimi: qui nichil iniustum neq; in ipsum neq; in alios admisisse fuerant deprehensi. ❡ Hec igitur in illo suis parentibus demandante deportantur & littere ab legatis qui ad cęsarem romam fuerant missi. Quarum hęc erat sententia ꝙ agme indignatione cęsaris extincta sit pro facinoribus quę cum antipatro perpetrare temptauerat. ipsum autem antipatrum in patris voluntate dimissum vt quod placeret rex eius sententia fieret ip sum enim & patrem esse & regem: siue illum in exilium detrudi: siue illum morte mulctari vellet in eius proposito constitutum. ❡ His auditis hęrodes paulisper animum refouit voluntate scriptorum & morte agmes in superbiam subleuatus & potestate quam acceperat in filium puniendi. Sed pre ualentibus crescentibusq; doloribus interitui propinquabant: & quanq̄ in multo defectu continere tur: appetebat tamen cibum. Et postulans malum quęsiuit et cultrum. ❡ Erat enim illi talis mos vt ipse per semetipsum malum accurans per partes modicas recideret: et comederet. Sumens ergo cul trū circūspiciensq; ne qs adesset: voluit semetipsū īterimere. Quod forsitā pfecisset nisi puenēs manū eius atiabus cōtineret Nepos autē eius erat et magnū clamans: statim vlulatus p totā aulā exortus ē & tumultus. ❡ Quę cum ad Antipatrum peruenissent: credidit suum patrem vitæ terminum susce pisse percipiensq; fiduciam tam verbis q̄ motibus ita totus animo gestiebat tanq̄ fuisset liberatus vin culis & regnum in suis manibus sine vllo labore percœperit. Tunc cœpit cū custode ergastuli de sua dimissione fabulari: magna se continuo spondens dona tributurum. Ille vero non solum non acquie uit vt faceret quę volebat antipater verum etiam cuncta regi denunciat: intimans eius mentē & que ab eo munera spondebantur. Tunc hęrodes quamuis et ante non minore odio fereretur in filiū: cū audisset custodem ergastuli illa narrantem: magnum protinus exclamauit. Tunc quassans caput quā quam in extremo vitę teneretur et cubito sese attolleus statim destinans quendam armigerorum suo um sine vlla dilatione celeriter necari iubet antipatrum sepulturamq; eius in Hyrcanio. sine vllo ho nore fieri.

Mādata Hęrodis in humana.

Lr̄e hęrodi a roma de portate ꝙ agme sit extīcta a cęsare ꝓ facinoribus cōmissis cū Antipr̄o & antipr̄m i hęrodis voluntate di mittit. C ęsar Herodes seipm parādo pomū occidisset nisi Atiabus eius nepos manū tenuisset.

Antipr̄m magna custodi carceris ꝓ sua dimissione promittē tem iubet hęrodes occidi & sine honore i hircanio sepeliri.

❡ Hærodes mutato priore testamento Antipam quem sibi suecessorem in regno designauerat Te trarcham facit Galileę regionis Archelao vero regnum contribuit. Philppo filio suo Gaulanitidem & Trachonitem commisit Iamniam & Azotum sorori opes suas & alia distribuens quinto die post filij Antipatri occisionem/ mortuus anno vero regni post Antigoni occisionem tricesimo quarto: & post susceptionem regni a Romanis anno tricesimo septimo. Cuius crudelitatis/ pręterea quę hic de eo enarrantur maximum dat testimonium occisio innocentum. Quam Matheus in euangelio capi te secundo descripsit / quo mortuo Salome & Alexa captiuos quos rex occidere mandauerat absol uunt: & epistolam regis militibus promulgauerunt ad monētes eos fidem seruare Vrchelao qui & tūc rex a militibus proclamatur. Hęrode itaq; maximo cum pomposo apparatu in Hęrodio sepulto Ar chelaus transactis diebus paterni luctus populi fauore procurato regis nomen quousq; a Cęsare pa tri probetur testamentum renuit recipere dyademaq; recusat & populi exaudit petitiones.

Hęrodes mutato testamēto antipā galileę & Poroe fecit tetrarchā & archelao dimisit regnū philippo filio Gaulanitidē & Trachonitē &c. cōcessit Iamniā Azotū &c. Salome sorori. &.c.

❡ Capitulum decimum.

TEstamētum interea scribebat mēte mutabili: & Antipam quidē/ quem sibi successorē in regno designauerat Tetrarchā facit Galileę regionis atq; peroe Archelao vero re gnum cōtribuit Gaulanitidē autē & Trachonitem & Bataniam & Panaidā Philip po filio quidē suo fratri autē Archelai Germano Tetrarchiæ iura cōcessit. Iamniā ve ro & Azotū & Phaselidā Salome sorori distribuit: sed & atgēti signati Miriadas qui quaginta. ❡ Disposuit autē de cęteris suis cōsāguineis atq; cognatis: opibus eos red ditibusq; locupletans. Cęsari sane argenti signati mille Miriadas pręterea vasa quędam aurea quę dam argentea & metallis pręciosa & artificis operæ venustissima: dereliquit indumenta quoq; pre ciosa. Iuliæ vero Cęsaris coniugi & alijs nonnullis quingentas Miriadas. ❡ His dispositis quinto die postq̄ Antipatrum filium necauerat defungitur: regnās postq̄ Antigonum interimit annos quattuor & triginta Postq̄ a Romanis regnum perceperat septē & triginta: vir crudelis quidē in omnes ęqua

liter:ire quidē subditus a iusticia vero effrenatus:fortuna porro propicia supra quemlibet affluentur abusus.ex plebio in regnum assurgens & perecula plurima eludens quibus sepius fuerat rircūseptus D Diuturnitate vitę perfunctus est:domi vero circa filios quantum quidē ad eius sententiam : etiam ibi prosperitate potius eo ꝙ se suos inimicos superasse censebat in eo.vero iudicio sup oēs īfœlicissimus. ¶ At salome et alexas anteq mors regis diuulgata foret:ex ypodromo iudeos abire ꝑmittūt ad proprias domos:dicētes regem:iusisse vt vnusquisq; in suas regiones abscederet. Hoc autē fecerūt beneficium illi genti prestare cupientes Interea mors regis magis magisq; diuulgatur. ¶ Tunc Salome & Alexas cuncta milititiam congregantes in amphiteratro quod Hierochonte erat primum quidē epistolam regis legi fecerunt.quam ad milites fecerat: deinde gratias eius in eos pro beniuolentia quam circa eum exhibuerunt insinuant: orationes quoq; eius vt similis se circa Archelaū filiū eius exhiberēt quem regem constituit intimabant. ¶ Ptholomus etiā cui fuerat testamentum a rege creditum:annulusq; de quo signauerat commissus continentia testamenti denunciat:quod testamentū non posse robur firmitatemq; suscipere dicebat:nisi cuncta quę in eo essent deferrentur ad cęsarem. ¶ Fit continuo fragor ingens honorantium Archelaum regem proclamātium Milites quoq; cuncti & vniuersi duces fauorem & beniuolentiam promittebant,paratosq; se ac promptos ad omnia profitentur.adiutoremq; deum supplicationibus aduocabant. ¶ De hinc sepulturam regi proparabant Curę namq; fuit Archelao vt exequię patris q̄ magnifica possent celebritate agerentur : vt quę memoratum testamentum proferent : cum mortuo producendum . Portabatur itaq; aureo lecto lapidibus depicto varijs atq; pręciosis : stramina;vero ostro erant auroq; contexta : eratq; ipse mortuus circumamictus puerperis vestimentis caput eius dyademate coronatum:sceptrum quoq; in manu eius velut a viuo teneretur erat appositum Circa lectum autem erat frequentia filiorum : multitudo cognatorum:circa quos omnis militia stipata pergebat per proprias distincta nationes & discreta nominibus. ¶ Erant autem ordine distributi:Nam primi quidē pergebant eius armigeri post quos omnis therecum manus:post istos etiam vario.Gemanorum atq; Galatarum. Hos item sequębatur cum ornatu maximo cuncta belli geretoria multitudo Cętera vero militia postremo sequebatur inleū scilicet modum degesti qualiter solebant in bellū procedere:& a suis ducibus ordinari. Post hos etiā sequebantur seruorum quingenti:odores varios & aromata deportantes. ¶ Pergebāt autem in Hęrodium.stadijs distans octo.Illic enim eius est sepultura ex eius iussione confecta. Et hęrodes quidē hoc modo defungitur. ¶ Archelaus autem per septem dies luctum super patrem honore regio ex more gerit Tantos & enim dies lex paterna pręcepit obseruari. Conuiuia itaq; celebrans & luctum exoluens: ascēdit in templum.Ibi magnis ei clamoribus fauebatur: magnisq; predicabatur laudibus secundum ꝙ vnusquisq; arbitrabitur ei maiora q̄ alij preconia. Tum vero tribunal ille conscendens quod sibi fuerat pręparatū & considens omnibus benigna loquebatur:& sibi propitios comparabat gaudio fauoris omnium & voluntate quam ex beniuolentia circa se cunctorum cœperat: gratisq; illis habere narrabat ꝙ lesi a patre nichil circa se malum ab illis reciprocaretur:se autem aduisurū vt eis bonorum vicissitudinem redderet:eorumq; remuneraret alacritatis affectum. ¶ Rogabat autem vt nunc interim,parcerent nomine illum regis honorare. sufficere sibi dicebat potestatis dignitatem quam tunc esse firmam aiebat:cū testamentū a patre scriptum a cęsare firmaretur. Ob quā causa neq; in hierichonte cuncta milicia dyadema illi ponere cupiente voluisse suscipere: ambiguum honorem estimans ex tali re sibi prouenturum quod esset ad huc incerta veluntas eius qui posset illi regnū proprie firmiusq; concedere:non sibi defuturam circa illos benignitatem quę beniuolentie eorum vicissitudinem reportaret .Festinare quippe se in omnibus enarrabat:melioremq; se suo patre circa illos ostendere. ¶ Illi vero sicut plebeia multudo consueuit in ipsis primis diebus videntes regis lene principium:voluntates suas laudibus & fauoribus aperiebant & quanto mansuetius cum eis loquebatur archelaus:tanto amplius nomen archelai prędicabant. ¶ Deinde ad munerum petitiones intercessionesq; vertuntur. Alij quidem functionum publicarum leuigationem postulabant cū clamore: pars vero vinctorum solutiones expetebant qui fuerant ab Hęrode deuincti . Alij vero grauedines quas hęrodes in emptionibus & in publicis nundinis constituerat auferri vociferabantur. Archelaus porro in nullo illis contraria respondebat:sed in omnibus eos placabat accarrans fore regni suffragium : se multitudinis beniuolentiam comparasse.Dehinc ad sacrificia offerenda deo conuertitur:& cum amicis conuiuia celabranda.

¶ Congregatis plurimis iudeorum iuuenibus sedicio maxima fit in iudea fit quoq; de morte Mathiæ & aliorum cum eo ab Hęrode interemptorum tumultuosa quęrela petentibus illis Archelao mortis illorū vindictā.Quibus Aarchelaus populi impetū volēs mitigare ānuere omnibus petitis ꝗ

Salome & Alexa quos occidi mādauerat rex absoluunt.

Ep̄l'e Hęrodis ad milites ꝑmulgatio & āmonitio fidei seruande circa Archelaū filiū quē regē constituit

Archelaus rex ꝓclamatur

Sępultura hęrodis pōposissima aureus lectus. &c.

Ordo assistētiū in sepultura

Quigenti serui cū odoribus

In hęrodio sepultus

Luctus septem dierꝫ pro morte patris Archelaus fauorē ppl'i ꝓcurabat.

Archelaus regis nomen non vult recipere quovsq; a cęsare pr̄is ꝓbet testamentum nec dyadēare cepit.

Fauor ppl'i Archelao.

Petitiones ppl'i exaudiuit Archelaus.

eius a Roma regressum ꝓmittit Sed ipsis non cessantibus timens Archelaus ne in deterius eorum audacia ꝓcessisset armatorum cohortem instituat: & ceduntur ab equitibus in die festo azimorū circiter tria milia alijs fugientibus Deinde Archelaus cum matre ad ꝓximum mare descendens Nicholaum & Ptholomeum secum assumens (Salome quoq; cum eo egreditur) Philippo fratri commendato regni regimine/ Romam nauigauit Sed interea Sabinus Cęsaris curator in Syria in Iudeā venit & Hierusalem ingrediens arces ab Archelai custodibus expetiuit Antipas quoq; Herodis filius Salome ortatu romam nauigat cum matre & Ptholomeo Nicholai fratre regnum (Hireneo rhetore incitante) petiturus.

ℭ Capitulum vndecimum.

Seditio aliquorū ꝓ morte Mathię in iusta petētium vīdictā ab Archelao.

CVm hæc interim aguntur cōgregantur iuuenes plurimi iudeorum nouarum rerum cupidine concitati: & cœperunt de morte Mathię aliorumq; cum eo ab Herode interemptorū tumultuosa voce causari: dicētes ꝙ iniuste perempti etiam exequiarum honore herodis timore caruerant. Erant autem isti (pro quibus turba loquebatur) qui fuerāt pro euulsione aureę aquilę perempti. Magnum ergo illa turba proclamāte. & calamitatibus vtente quasdam etiā iniurias quasi ex hoc possent ad illos mortuos aliqua leuigatio prouenire proterue ꝓcaciterq; iactante congregabantur magis magisq; numerosa multitudo & vltionem mortuorū ab Archelao fieri debere poscebant supplicijs eorum qui sub herode fungebantur honoribus. Et primum quidem omnium sacerdotio remoueri pontificem (quem herodes fecerat) proclamabant. virumq; mundum & secūdum leges suas dignum ad pontificatum ꝓmouendum esse dicebant. ℭ Archelaus autem (licet ista ferret grauiter) annuebat tamen impetum eorum mitigare festinans donec iter ad Romam (quod ꝓpositum habeat) sine tumultu perageret: & cum de sese voluntatem cæsaris agnouisset respicere quid agendū foret. & de cunctis petitionibus eorum legitime dispositurum. neq; tūc tempus esse dissensionis aut cōtumelias ingerendi magis autem vnitatis atq; concordię donec ex pręcepto Cęsaris ad eos cum firmitate regni recurreret tunc quippe in cōmune consulere de quibuscunq; illis tractandum esse videretur: tum autem sustinendum esse ne forte seditionis quoq; crimen incurrerent. Et ille quidem hęc dicens ducemq; suum edocens. mittit ad eos hęc ipsa locuturum. Illi porro proclamantes ducem loqui penitus non sinebant. Periculum quoq; minabātur. si quis eos ab assumptione sua reuocare voluisset: & instabant suam libidinem magis explere: q̄ imperantium subiacere consilijs. Graue namq; illis videbatur si cum herode viuēte amicis priuati fuissent: eodemq; mortuo nullam vltionem fieri mortuorū. Illud enim iustum legitimumq; non quod ratio dictaret. sed quod eorum libidini voluptatem posset afferre: fatui ad prouidendum quantum illis esset ex ea re periculum nasciturum. Plurimis itaq; ab Archelao missis vt tumultum seditionemq; mitigarent: alijs ex regis persona loquentibus: alijs autem ex illius quidem sententia veluti ex sua mente mouentibus illi penitus nullum aduertebant: sed amplior fremitus & turba fouebatur concurrente etiam plurima multitudine ꝙ illa tempestate iudeis dies festus imminebat quando azima secundum obseruationem paterni moris exercent. ℭ Pascha enim illa festiuitas vocitatur ad recordationem & memoriam exitus & ex egypto. & sacrificatur ab eis illo die cum alacritate magna pecudum numerosa multitudo: quanta in nulla alia solemnitate acta. Cucurrit ergo ex vniuersa regione magna copia populorum: plures etiam ex montanis locis adueniunt religionem numini soluturi. Sed iuuenes qui seditionem excitauere Iudam Mathiamq; lamantantur veluti doctores expositoresq; legis antiquę & persistebant in templo suffragatione quoq; victualium abūde subsistente, Nam seditiosis hominibus turpe non ducebatur ab alijs cybos expetere. ℭ Anxius autem Archelaus ne in deterius eorum processisset audacia cohortem destinat armatorum cum quibus etiā tribunum militarem mittit vt eorum coherceat impetum. Et primum quidem vt illos seditiosos repellerent & ab alia multitudine separarent. Sed venientibus militibus illi sediciosi cum ingenti alacritate excitata secum etiam turba super tribunum ac tota pręsidia. cum voce magna inuicem hortantes impetum faciunt: ex quibus plurimi fusi. pauci autem cum tribuno sauciati diffugiunt. Archelaus autem cuncta pessumire censebat. nisi multitudinis illius impetum frangeret: tumultumq; illū relecatū extingueret Cunctā sibi mittit militiam vt alij eos qui sibi in templo habitacula cōstruxerant exinde repellerent. Ceduntur itaq; ab equitibus circiter tria milia hominum: reliqua vero in montes ꝓximos refugit multitudo. Cęteros autem ex edicto cunctos ad suas iubet Archelaus discedere regiones. Qui q; continuo discesserunt festiuitatem deserentes minime celebratam maioris timore periculi propulsati licet essent in mortem temeritate pręcipites. ℭ Interea Archelaus ad mare proximum cum matre descendit Nicholaum secum & Ptholomeum agens. & amicorum plurimum comitatum Philippo autē fratri omnia gubernacula dereliquit: domum ei regnumq; commendans. Salome quoq; soror Hero-

Archelaus ppl'i ipetū volēs mitigare annuere omibus petitis postea a Roma regressum promittit.

Maxia turba in ppl'o cōcitatur die festo azimorū imminēte.

Pascha quid.

Archelaus Anxius cōtra sediciosos armatoꝝ cohortē mittit.

Tria milia cedūtur alijs fugiētibus.

Archelaus cuꝫ mr̄e ad ꝓximū mare descēdēs nicolaū & pthomeū secū duxit Philippoq; fratri regni gubernacula commendauit.

dis cum eo simul egreditur omnem secum ducens prosapiam. Ad hęc etiam plurimi cognatorū verbo quidem veluti cum Archelao collaboraturi vt ei regnum a cęsare firmaretur re autem vera vt aduersus eum niterentur & maxime illa quę ab eo in templo gesta sunt acccusando pręponerent.

D

Sabinus cęsaris curator ī syria ī iudeā venit pro cōseruatiōe thesauror̄ hęrodis

¶ Obuium fit Archelao Sabinus cæsaris curator eorum quæ in Syria possidebat in iudeam pergens pro conseruatione thesaurorum Hęrodis. Quem varus ab hac intētione reuocauit. Per Ptholomeum enim transibat ab Archelao conuocatus Sabinus ergo Vari gratia neq; arces obtinuit quæcumq; fuerant in iudeorum ciuitatibus constitutę: neq; thesauros cōsignauit sed omnia sub iure dimisit Archelai donec (quid de his Cęsari videretur) agnosceret Proinde cæsarea sustinuit Sic enim promiserat se esse facturum. ¶ Sed cum romam nauigasset Archelaus Varus autem Anthiochiā perrexit Sabinus in Hierosolimam ascendit: & aulas regias obtinet. euocansq; omnes populorū pręfectos. & quotquot rerum dispensatores fuerant. ratiocinari cœpit. & arces vt sibi traderentur multos expetere. Et hoc iā illi quos pręfecerat custodes Archelaus mandata eius implere non poterant: sed custodiebāt omnia secundum interdicta Sabini vsq; ad cæsaris pręceptum. ¶ Nauigat etiā Romam Antipas filius Hærodis in illis diebus. regnum etiam petiturus ortatu Salome & promissionibus incitatus dicentis iustiores causas illum habere ad regnum percipiendum Archelao: q̄ primum testamentum in quo is successor regni fuerat constitutus firmius esset q̄ illud quod posteriore tempore factum est. Siquidem illud sana mente fecisset Hęrodes: hoc autem iam sensu prę valitudine diminuto conscripserat. Ducebat etiam secum matrem & fratrem Nicholai Ptholomeum amicum Hęrodis satis honorabilem: sed etiam sibi valde gratissimum atq; fauentem. ¶ Maxime autem incitabat eum ad regnum petendum hyreneus rhetor vir opinione clarus: & ad dicendum acerrimus: idcirco etiam frœti eos qui persuadebant cedendum Archelao. siue q̄ regis testamento successor fuerit institutus: siue q̄ maior natu esset: aduertere contendebant.

Sabinus (archelao romā ascendēte) hirsem venit arces ab Archelai custodibus expetens.

Antipas Hęrodis filius ortatu salome romam nauigat regnū petiturus cum mr̄e & Ptholomeo fr̄e nicolai Hyreneus rhetor.

E

¶ Applicantibus Archelao & Antipa romam cognati ab Archelao discedentes odio illius irritati maximeq; libertatem desiderantes romanorum iudices magis q̄ reges proprios habere cupiebāt & Antipam magis q̄ Archelaum regem impetrare laborabant Sabinus quoq; Archelaum accusabat. Cęsar itaq; (receptus hinc & inde instrumentis) conuocat concilium & omnibus cōuocatis de quibus monerentur ędicere promissum est Ibiq; primum Antipater Salomę filius Archelaum regnum propria auctoritate vsurpasse accusat accusationemq; multipliciter probat Cedemq; in die festo factam maxime exaggerebat accusationibus quoq; testes producit Nicholao vero pro Archelao accusationibus respondente Cęsar ipsum Archelaum sibi ad genua procidentem cum honorificentia subleuauit eum dignum regno pronuncians cuius mater morbo pręgrauata defungitur.

¶ Capitulum duodecimum.

Sed cum romam venissent omnes cognati ab Archelao discedentes ad istum cōueniunt. nō beniuolentia circa eum aliqua constricti: sed odio quo aduersus archelaum irritabant. Maxime autem libertatem desiderabant: & romanorum iudices magis q̄ reges proprios habere cupiebant Quod si hoc minus procederet: antipam magis quam archelaum sibi regem conducibilius existimantes impetrare laborabant. ¶ Sabinus quoq; accusationem Archelai apud Cęsarem deposuit. ¶ Inter hęc cęsar suscipiens ab Archelao litteras in quibus iura a patre sibi relicta ꝓposuit: testamentum quoq; cognoscēs & ratiocinia thesaurorū hęrodis cum illo consignatorio (quem Ptholomeus apportauerat) cœpit conspicari quid ordinandum ratio postularet. Legēs quoq; litteras Vari & epistolas Sabini: summam quoq; thesaurorum vel quid pecunię per singulos annos impenderet aduertens litteras quoq; (quas antipas pro regno promerendo transmiserat, recensens: congregat ad cōsultandum omnes senatorij ordinis & amicos: in quibus etiam Gaium filium agrippę: & iulię suę filię odoptiuum. Deinde illis omnibus in consessum inductis copiam facit vt quisq; de quibus moueretur ędiceret. ¶ Ibi primum Salome filius Antipater dicendi potentissimus: & Archelao satis infestus huiuscemodi verba locutus est: dicens Archelaum quidem verbo pro regni petitione se fingere laborare: opere vero omnem regni potestatem possidere anteq̄ ei a cæsare in quo cuncta potestas sita esset indulgeretur Huius testimonium esse dicebat audaciam quam præsumpserat in die festo interimere: qui & si iniustum aliquid gessissent: alius inter eos deberet vlcisci. qui eos posset legitima & ordinata potestate compescere: & non ab illo tantam cedem fieri oportere: quasi vt rex illud fecisset. contumeliam grandem cęsari intulisse firmabat: quod ignorans quid de eo adhuc dispositurus esset: regia iam vti potestate pręsumeret. Si autem vti priuatus illa gessisset amplius illum deliquisse narrabat. q̄ regnum non possidēs supplicia quibuslibet intulerit: de quibus decretum cęsaris debuit expectari. Opponebat illi etiam iudiciū miliarium: mutationes & ordinationes. Ad hęc etiā sedisse illū i solio regali & cās plurimas iudicasse: ac determiasse ꝓclamabat: tāq̄ a rege legitimo eius ptātis integrū possidere

Iudei magis iudices romai os q̄ reges ꝓprios cupiebāt & magis volebāt Antipam q̄ Archelaum.

Sabinus archelaū accusat.

Cæsar receptis hic & inde istrumētis) cōuocat concilium.

Antipater Salome filius archelaum accusat regnum ꝓpria auctoritate vsurpasse & accusationē ꝓbat.

F

Petitionũ quoq; plurimarum ꝓmissa publice facta memorabat. Quid eum amplius iures ac ptãtis habiturum: dũ in regna cęsare firmaretur. Opponebat illi etiã ꝙ ex ypodromo vinctos a sponte di miserit: & plura alia siue quę facta fuerant: seu quę facta quidem non erant sed credibilia videbantur propter naturã sui ꝙ fieri posse indicabãtur a iuuene. Tum etiam accẽsuʒ regnãdi cupidine dicebat etiã luctum patris eũ pœnitus neglexisse prohibitos quoq; omnes a rege cum moreretur vidẽdo. Vnde initiũ quoq; seditionis affirmabat exortum ꝙ eum videbãt circa patrem suũ mortuum/ qui ei multa & magna bona pręstiterat/tam nequiter conuersari. Et velut in se lachrimas per diem publice confingentem occulte autem voluptate regni percepti ꝑfrui: & noctes in delitias agitare. Erga cęsarem quoq; huiusmodi ꝓbiturum. Archelaum cum ei regnandi iura tribuerit qualem se circa patrem exhibuisse cognoscitur Tripudiate nãq; et captius alias cautius exercere i mortẽ patris tanq̃ si hostis aliquis interiret. & quod nũc aduenisset ad cęsarem calliditate vsum didicebat: vt se regni firmitatem petere simularet cum omni iam vsus esset antea potestate: quanta illi nec ampliora Cęsare rerum domino posset attribui. Maxime vero cedẽ/quę in templo facta fuerat/verbis exaggerebat & impietatem obiectabat. ꝙ in die festo/sacrificijs diuinis instantibus multa milia hominũ cęsa fuisset in q̇bus multi peregrini plurimi insontes indigne miserabiliter occubuerũt: templum quoq; plenũ cadaueribus mortuoꝝ/nõ alienigena forte perimente/sed eo qui se regni iura legitime ꝑcepisse iactabat. Vñ apparet illud opus crudelitatis libidine ꝑ̃fecisse: vt integre se plenũ tyrannidis negociũ persecutũ eẽ testetur per iniquitatẽ admissam qua cũctis hoibus cõstaret odibilis Festinabat ei quo quo mõ regnũ accipere. sciensq; pro sui merito nunq̃ posse vel in somnis regiam potestatem legitimo iure promereri Nam & patri suo certos esse suos mores agnouerat vnde se regni ab eo successorẽ disponi ꝓcul dubio desperabat: nisi per egritudinẽ ac morbos: quibus non solum corpore defecerat verum etiam animo parũ validus erat ceteruʒ quando mens eius sospes fuisset & sana et corpore forti digne ac mẽte negocia cuncta disponeret: in antipam potestatem regnãdi contulerat: testamento iure legitimo q; confecto. Qualis porro rex iste possit existere. qui aut contẽpto: cęsare ius sibi totius potestatis arripuit aut si a cęsare se dominum fieri & ab eo regnum sperabat accipere cur ciues suos sine illius ꝓ̃cepto priuatus adhuc & in templo die festo instante tam crudeliter iteremit. ❡ Et Antipater quidẽ huiusmodi verba locutus testes etiam introduxit: & plurimos ex cognatis per quos sua dicta firmaret. ❡ Cumq; his loquendi finem faceret: surgit Nicolaus pro Archelao verba facturus dicebat itaq; illa quidem quę in templo contigerãt improbitate potius eorum qui passi sunt: q̃ Archelai potestate contigisse. Si quidem tantum eos facinus aggressos fuisse vt non solum iniurias contumeliasq; iactarent: sed etiam eos qui deuoti humiliterq; viuere disponerent. vlcisci pertenderent. Cũq; hostilia multa operarentur verbo/quidem aduersus Archelauʒ rei autem acerbitate aduersus cęsarem: necessarium Archelaus iudicauit vt eos ab hac insolentia & improbitate reuocaret. Sed illi/eos quos archelaus ad sedandas turbas miserat interimere festinabãt. sine vlla vel loci: vel dei alias diei festiuitatis reuerentia. Mirari se sane dicebat non confundi Antipatrum ꝙ talium defensor existeret. dummodo/inimicitiæ suæ quã contra Archelaum gerebat libitũ faceret & odio magisq̃ natura iusticiæ iudicaret illos purgare gestiendo: qui cũ tãto scelere aduersus suos principes arma corripuerit. ❡ Cętera vero de quibus archelaum accusauerant in eos ipsos accusatores referebat dicens nihil sine cõsultatione vel consensu factum gestum ve fuisse: sed animo ledendi nunc in transuersũ ab ęquitate discedere. Nam neq; scirent taliter res esse dispositas qualiter accusabãt. sed ad inuidiam archelai cũcta deprauare. et tam illos cupidinem inuasisse obsistẽdi archelao viro quidem consanguinitate propinquo conuersatione autem eis familiari per omne tempus adiuncto. ❡ Testamentum etiam patrem sana mente couscripsisse narrabat. firmiusq; illud esse quod posterius fuisse scriptum ꝙ in hoc posteriore dominum cunctę ordinationis cęsarem constitueret: quem minime illorum improbitatem imitaturum dicebat qui iniuriam hęrodi laterent: in cuius vita omnibus essent bonis. omniq; potestate perfuncti nunc autem ad contumelias voluntatis qui demeius et intellectus in omnibus festinarent Sed nequaq̃ cęsarem iniurias illius viri permittere. qui & amicus fuerit & auxiliator et omnia in sua potestate dimiserit: neq; pati vt testamẽtum eius solueret quod de sua fide frœtus scripserit neq; virtutẽ cęsaris imitaturam esse illorum acccusatorum criminatorumq; nequiciã. Fidẽ eius in omni mundo ad exempla ꝓpositam. & idubitatã cunctis gentibus esse referebat. Vnde nequaq̃ posset hęrodes alienatione & furia mẽtis scribere quẽ ꝑ multũ tẽpus optime gessisse regnũ cognouerit successionẽq; optimo filio dedicasse: sed neq; iudicium regis circa electionem successoris peccasse firmabat: immo magis prudenter & optime iudicasse ꝙ oĩa ad voluntatem potestatẽq; cęsaris redegisset. ❡ Postq̃ hęc nicolaus enarrauit & finẽ loquẽdi fecit cęsar archelaum sibi ad genua ꝓcidẽtẽ cũ honorificẽtia eũ subleuauit ꝓnũciãs eũ dignũ regni ꝑceptiõe mãgnũq; suę mẽtis mõimẽtũ al's momẽtũ grãmq; de

Marginal notes:

Accusatiões filij Salome contra Archelaum.

Cedẽ i die festo azimoꝝ i tẽplo factã exaggerebant accusando

Antipater accusationibus suis cõtra Archelaũ testes produxit.

Nicolaus ꝑ Archelao ad accusatione rñdit.

De testamento nouissimo hęrodis ꝙ sit validũ

Cęsar (auditis ꝑtibus) Archelaum dignũ regno iudicat.

clarauit non aliter se fuisse facturum nisi quecũq; testamẽto cõtinerentur. ¶ Interea archelao cũcti fauere nec tamen certum aliquid fuerat definitũ. Igitur facta solutione concessus apud seipsum cęsar cõsiderabat: vtrum ne archelao regnum confirmari deberet, an omni herodis: generi dispertiri. Interea mater archelai morbo pregrauata defungitur.

Mr̃ Archelai moritur

¶ Varus autem tunc ad Cęsarem litteras mittit iudeorum seditiones significans Sabinus quoq; (recedente Varo) manens in iudea: iudeos voluit opprimere cuius ĩprobitatẽ iudei repellere volentes maximam circa penthecostem congregauerunt multitudinem quę in tres diuisa est partes Sabinus itaq; tãtam multitudinem timẽs ad Varum pro habendo auxilio scribit & (ipso Phasellum turri ascẽdentem) Romã, iudeos euadunt maximaq; fit pugna magna quoq; iudeorum multitudo (Romanis porticibus ignem submittentibus ęrarium insuper templi romani deprędati sunt. Ruffus autem & Gratus cum suis Romanis se sociarunt & tunc maxima iudeorum fuit turbatio.

Lr̃as mittit varus ad cęsarẽ seditiones iudeorum significans

¶ Capitulum decimũtertium.

TVnc aũt a Varo q̃ ĩ syria mgr̃ militię erat lr̃e veniũt: significãtes seditiões discessiõesq; iudeorũ postq̃ ei Archelaus nauigauerat cũcta gẽs varijs motibus fuerat tumultuationibusq; turbata. Sed Varus adueuiẽs eos qui causa seditiões extiterãt supplicijs & tormẽtis adegit: rebusq; cõpositis ĩ Antiochiã repedabat: vnũ ordinẽ militũ ĩ hierolimis derelĩqẽs qui iudeis si forte aliquid seditionis molirẽtur obuiã irẽt. Sed nec sic tamen seditio terminat̃. ¶ Nã post Varus abscessit Sabinus curator Cęsaris illic remanẽs iudeos cœpit opprimere ex militia sibi multos armigeros faciẽs: quorũ satellitio aduersus iudeos affligendos vtebatur. Vnde illi perturbati ad seditiones excitandas necessitate cogebantur. Sed etiam arces violenter obtinuerat lucrorum & rapinarum cupidine cõcitatus. ¶ Imminente igitur pẽthecoste festiuitas namq; hęc apud nos sic p̃naliter appellatur non tantum ergo religionis gr̃a quantum indignatione succensi propter improbitatem & imp̃ssionem Sabini multa milia congregata hominum galileorum: & Hierichõtinorum immensa multitudo & quotquot trans iordanem fluuium habitabant: sed etiam incolarum magna manus adunata qui plus aliis incensi in vltionem Sabini conspirauerãt In tres itaq; p̃tes diuisi: diuersa loca occupãt. Et vna quidem pars ypodromum tenuerat ceterarum vero duarũ altera pars ab aquilone ad austrum versa circa templum erat altera vero ad orientem loca posita detinebat. Tertia vero pars ypodromum sicut diximus ad occidentem occupauerat: quo loco etiam aula regalis extabat. Erat autem illis tota festinatio vt romanos obsessos inclusosq; constringerent. Sed Sabinus timens tam etiam multitudinem eorum q̃ nobilitatem: alias nobilitatem ingenij. quippe quibus mors contemptui erat, dummõ cepta perficerent: cõfestim scribit ad varum postulãs vt q̃ citissime subueniret: in magno periculo esse cunctam a se militiã derelictam Ipse autem altissimã turrium arcem ascendẽs cognomẽto phasellum ĩ honore fratris Herodis phaselli edificatam atq; ita denominatã qui in prelio parthoram defecerat annuebat romanis vt iudeos exeuntes aggrederẽtur. cumq; ipse neq; ad amicos auderet vllo pacto descẽdere: alios ante se pro suarum facinore rapinarum mortem hortabatur appetere. Sed romanis egressis cum fiducia: pugna iterũq; satis aspera exorta est. Et licet romani ope bellico & experiẽtia superiores existerẽt: & plures ex iudeis occumberẽt tãq̃ obstinatio iudeorũ nequaq̃ tam dira belli facie frãgebatur. sed circueũtes pene tẽplũ ascendũt in porticus quę phani areã, continebãt & ibi multũ prelium profligatur. Saxa quidam manibus voluebãt quidã fundis vel tormentis ceteris emittebãt: Ad hęc etiã cũ arcubus ĩtermixti romanorũ plurimos sauciebãt. Nã oportunitate loci iudei sup̃iores extiterãt Romani vero ĩ ĩcerto positi. nec ictus accipiẽtes euitare nec hostem vllis iaculis poterãt vulnerare. ¶ Proinde cum in hũc modũ: nõ breui tp̃e pugnaretur postremo romã impune se talia p̃petim nõ ferentes: ignẽ porticibus sub mittũt iudeis q sup porticus erãt nõ sẽtiẽtibus. Ignis porro a plurimis appositus continuo iflãmas ex estuat tectaq; corripuit. Quorum materies q̃ erat pice cum cera peruncta & in sup̃ficiem deaurata. ignem confestim suscepit. Quo ĩcẽdio opera illa magna & ammiratione digna dispereũt Sed etiam eos qui super porticus pugnantes astiterant repentinus corripit & insperatus interitus Alij simul cũ tectis concidentibus pessumibãt pars hostium confixis periere vulneribus pleriq; defectu consilij & sub tali cladis stupore aut igni sese contradũt aut gladijs abusi suis intereunt. vt malum quasi quo se videbant circumseptos effugerẽt. Quotquot autem retrorsum via qua ascenderant recurrentes a ruina vel incendio liberabantur a romanis continuo sine vllo negocio necabantur. Quippe nudi armis & animi timore soluti, veniebant in manus romarorum. Proinde ex cunctis qui tecta conscenderant nullus valuit penitus euadere. ¶ Romani autem per illud incendium in fiduciam subleuati interius progrediũt̃: & ęrarium vbi templi opes seruabãtur arripiunt: & plurima quidẽ a militibus furata sunt ¶ Sabinus autem vix inde quadraginta talenta publica valuit ratione conquirere. ¶ Interea iude

Sabinus (recedente varo, ĩ iudea manẽs iudeos cœpit opprimere

Maxima iudeorum circa peuthecostem congregata multitudo cõtra Sabini ĩprobitatẽ que ĩ tres p̃tes diuisa est. &c.

Sabinus tãtam multitudinẽ iudeorũ timẽs scribit ad var̃ pro auxilio & (ascẽdẽte in turrim. phasellũ vocatã romani iudeos inuadunt pugna maxima

Romani ignem porticibus submittũt quo maxima iudeorum mltitudo perijt

Romani ęrariũ tẽpli furati sunt Sabino vix quadraginta talẽta cõquirente.

os primum contristabat tam interitus sociorum qui erarij anathematumq; direptio. Et tamen quot quot eorum vel peruersitate mentis obstinati. vel pugnaces promptiq; constabat aulam regiam vndiq; vallantes minabantur incendium & cunctosvna interitui dare nisi celeriter abcessissent. Nam se quoq; copiam illis exeundi si id eligerent daturos. Salbino quoq; si etiam ipse vellet exeundi facultatem tribuere. ¶ Dum ista geruntur. nonnulli ex regijs militibus ad iudeos transeunt. Ruffus autem & gratus tria milia pugnatorum ex militia herod sub se habebant viribus corporis exercitatos & strenuos. Cum his igitur omnibus sese romanis adijciunt. Ruffus etiã equites aliquantos habebat ipsos quoq; secum romanis auxilio duxerat. At iudei obsidionem misericordie negligebant sed etiam mœnia cuncta circuibant: hortabanturq; omnes vt illam oportunitatem de se saluandi & in libertatem patrem respirandi non perderent. Sabino vero optabile fuit vt egrediens abscederet. Sed committere semetipsum non audebat suorum consideratione factorum & q̃ hostes admodum infideli mẽte cognouerat. Simul etiam vari prestolabatur aduentum. eumq; si adesset obsidionem illam esse soluturũ ¶ Ea tempestate etiam alia plurima turbis tumultibusq; plenissima peruenerunt. quę totam iudeę regionem grauiter desolabantur. In quibuscunq; naturaq; locis alij lucri cupidine concitati. pars inimicitia iudeorum ad excitanda bella ferre militauerat quondam herodis duo milia hominum hinc inde congregatorum. Hi ergo in vnum collecti. & seorsum a ceteris discedentes: aduersus regios milites pugna congrediuntur. Vtebantur autem aciabo alias Alcibiade duce herodis nepote quem sibi prefecerant qui tam in campis ad pugnam strẽnue ferebatur q̃ in locis asperis arte preualebat. ꝓpter experientiam quam ex vsu belli perceperat.

Iudeorum aĩostas cõtra Romanas.

Ruffus & Gratus cũ pugnatoribus suis se romanis associant

Sabinus dubius

Maxima iudeę turbatio.

Aciabus dux nepos herodis.

¶ Iudas ezechię prepositi latronum cõgregans perditorũ virorum multitudinẽ aulam regiã pugnabundus inuadit. Symon quoq; herodis seruus dyadema capiti præsumpsit imponere & rex pronunciatus regiã aulam in hiericonte succendit. Sed eius milites rei bellicosę ignari a regijs militibus occiduntur Symone ipso fugiente cuius caput Gratus abscidit Artonges pastor quatuor fratres hñs in regni potentiã ausus est conspirare. Qui dyadema sibi imponẽs contra romanos milites & regios bellum parat Captoq; maiore Archelai fratre nouissimus merore cõfectus fidei patruelis se cõmisit. Tunc profecto Iudea latronũ erat habitatio. Interea varus magnum exercitum congregans venit in iudeã Qui berithij & Arethas rex dederunt subsidium. Sephoris ciuitas Galileę combusta est. Aris & Saffus sed & Emaus castellum succensa sunt. Iosephus autẽ herodis nepos. Gratus & Ruffus similiter & Romani Sabino alia parte discedente in occursum vari aduenerunt varus vero his qui seditionem mouerunt punitis pepercit multitudini doctoresq; seditiosos mittit ad Cęsarem. Capitulũ xiiij

IVdas quidã erat filius ęzechie p̃positi latronũ qui multũ quondã p̃ualuerat: sed tẽporibus herodis cũ magno fuerat labore deprehẽsus Iste igit̃ iudas circa sefforimgalileę congregãs multitudinẽ virorũ perditorũ atq; desperatorũ: cum eis aulã regiã pugnabundus inuadit. Ex quo copiã armorũ quantũcũq; ille locus habebat arripuit: & exinde suos oẽs armat. Sumsit etiam cũctas opes quę ibidẽ pro custodia fuerant derelicte Hic terribilis vniuersis effectus est Nã huc atq; illuc ducebat & agebat & ductabat exercitũ libidine rei maioris accensus & emulatione regnãdi sine vlla virtute vllaq; prudẽtia: sed ad vim inferandã tantũ & ledendũ pronior & procliuus extabat: sperans ex hoc sibi dignitatẽ gloriamq; venturam. ¶ Extiterat quoq; symon seruus quidam herodis regis verum decorus vir magnitudine corporis ac fortitudine prestans: cui magna fuerant credita commissaq; negocia Is igitur intemperãtia subleuatus. dyadema suo capiti presumit imponere. & aliquanta multitudine congregata rex pronunciatur insania simul furiaq; populorum. Sed etiam ipse dignum semetipsum existimans sup omnes qui regnum ante gessissent aulam regiam in hiericonte succendit. Et omnia quę ibi habebantur arripuit. Multa quoq; in diuersis locis per vniuersam prouinciam vbi regia consistebant tabernacula cõburebat: cunctaq; exterminio dabat: ignibus concremando. Nam exercitus militũ regionũ qui se romanis addiderant: tota manu: totaq; virtute congrediẽs: occurrit symoni. Ibi multa vi die longo certatur. sed plures qui ex locis trãs iordanẽ cum symone fuerãt congregati neq; ordinis. neq; dispositionis bellicę ignari: si quidẽ temeritate magis q̃ disciplina pugnabant: a regijs occubuere militibus Sed etiam & ipso symone fugiente. & per montis fauces semetipsum saluare cupiente: gratus occurrens caput ei abscidit. ¶ Incensus est etiam his diebus super iordanem locum nomine emachoes: a quibusdam hominibus symoni consimilibus. ¶ Sic igitur in illa gente multa dementia vagabatur: propter quod regem proprium non habebat qui populum virtute ac moderatione disponeret: & propterea alienigenę irruperant per quod seditiosę mentes occasionem accipientes ad bella concitanda uccensę sunt: intentione sola deuastandi & aliena diripiendi. ¶ Cęterum & artõges vir neq; generis dignitate conspicuus: neq; virtute decoratus sed opum tantum cõfisus abundantia pastor enim erat

Iudas ezechię filius virorũ pditorũ dux aulam regiam inuadit.

Symõ seruus herodis dyadema capiti p̃sumit imponere & rex ꝓnũciatus aulam regiã i hierichõte succendit. &c

Symõis milites rei bellicę ignari a regis militibus occiduntur fugiente ipso symone cuius gratus caput abscidit.

Emachoes locus super iordanẽ incensus est.

Artõges pastor ausus est in regni cõspirare potẽtiam cui erant

quatuor fratres magni corpore. Quilibet fratrũ dux erat turmę &c

Dyadema ipo⸗nẽs sibi Athon⸗gesvna cũ fratribus bellũ pat cõtra Romanos & milites regios.

Conflictus belli Emmaus.

Arius centurio.

Capto maiore Archelai frẽ nouissimusmerore confectus fidei patruelis Archelai se committit

Iudea tũc latro⸗num habitatio.

Varus magnũ exercitũ cõgre⸗gãs venit i iudeam cui Berithij & Arethas rex subsidiũ dederẽt

Sephoris ciui⸗tas galileę com⸗busta habitato⸗ribus captiuis.

Arus vicus cõ⸗bustus.

Saffus vicus cõ bustus.

Emmaus castellum succẽditur.

iste & cunctis in oĩbus rebus obscurus verum magnitudine corporis & robore pręualẽs: ausus est etiã ipse in regni cõspirare potentiã. Erãt qppe illi fratres quatuor vasti etiã ipsi corpore & magni de fortitudine gloriãtes: & ex hoc credebãt sese regnũ modis oĩbus obtinere. Nã vnusqsq; eorũ propriã tur⸗mã ductabat. Cõgregat̃ itaq; ad eos plurima multitudo. Et illi quidẽ ductorũ fungebantur officio & sicubi opus erat discurrebant bellicos exercendo conflictus. Ille vero diadema suo capiti circumpo⸗nens ad consultãdum cõsilium conuocabat: vt quid facto opus esset decerneret. Videns autem cũcta in sua potestate: cepit insania maxime ferri quod rex a populo vocabat̃. ꝙ sibi ad gerendum quęvellet nihil esse impedimento cernebat. Deniq; tam ipse q̃ fratres eius magna cõspiratiõe fremẽtes odio romanorum & regiorum militum bellum gerere festinabant. Nam equaliter aduersus vtrosq; infesta mente ferebantur. Aduersus regios quidem milites propter iniurias quas eos sub herode perpetrasse reputabãt: aduersus romanos autem ꝙ eorum in pręsentia potestas existeret. Igitur huius mali asperitas tempore ꝓcurrente crescebat nullusq; interitum poterat euitare. Nam alios quidẽ spe lucri exterminabãt alios autem occidendi consuetudine perimebant. Incurrunt etiam aliquando romanorum turmę circa. Emmaum. & circundãtes arium centurionem qui ductabat exercitum: quadraginta ex eis vulnerauere: qui fuerant manuum exercitatione meliores. Cęteri vero timore fugiẽtes a grato qui multitudinem regię militia sub se habebat defensati saluãtur suos mortuos relinquentes: & multa parte diei romanos. regionisq; milites insequentes plurimos sauciabant. Superantur tamen postea. & cõ⸗pręhenduntur alius quidẽ cum grato confligens. alter cum ptolomeo. Maiorem aũt fratrem archęlai milites compręhendunt. Nouissimus autem eorum super his quę contingebãt merore confectus: hę⸗sitate cœpit qualiter saluaretur. Nã se solum remansisse cernens: & omni manu militum spoliatũ: fidei patruelis archelai se committit ac tradit. Sed hæc quidẽ postea contigerunt. ❡ Igitur sic iudea latrocinantium facta fuerat habitatio. Si quis enim manum aliquam congregaret: quę secũ ad seditiones faciendas conspirare ꝓsumeret. statim rex efficiebatur: exurgens ad communem regionis interitum in breui quidem & in minimis rebus romanis noxij existentes inuidia tamen cõtribulium ciuiumq; suorũ ad oĩa nequitię opera ferebantur. ❡ Interea varus mox vbi quę gesta sũt sabino scribẽte cognouit: timẽs illi legioni quã in hierosolymis dereliquęrat duas reliquas legionęs assumẽs tres quippe in Syria fuerant constitutę assumens etiam equitum alas quatuor. Et auxilia quę reges ac tetrarchę di⸗uersi mandauerant. maturabat pręsidium illis qui in iudea obsidione tenebãtur afferre. Dicebat autẽ omnibus ꝙ per Ptolomaidam pergeret. Dant illi etiam berithij trãseunti subsidium: mille quingentorum virorum. Mandat illi & arethas quoq; petrus qui odio circa herodem. Amicitiam cum romanis induxerat non paruam peditum & equitum manum. ❡ Congregato itaq; in Ptolomaida omni ex⸗ercitu exinde partem filio tradens. Vnum amicorum suorum galileos destinat expugnaturũ: qui su⸗per ptolomaidem habitabant. Ille autem galileam ingrediens magna vi pugnare cœpit. Et primum sephorim capiens habitatores quidem omnes captiuos abduxit ciuitatem autem ignibus tradidit. ❡ Varus autem samariam cũ om̃i manu ingreditur: sed a ciuitate abstinuit. Erat enim crimine seditionis imunis. Sed quodã vico Ptolomei arus noĩe castra collocat: quẽ virũ Arabes odio herodis hosti⸗li more cõburũt. Itẽ quoq; aggredientes aliũ vicũ saffo noĩe magnũ atq; opulẽtum Idẽ arabes cõpręhẽdẽtes icẽdio cõcremarũt: & q̃quauersũ exercitus ibat igne cũcta & cede replebant̃. ❡ Succẽdit̃ em̃ ẽmaus castellũ varo iubẽte gratia mortuorũ. ❡ Hic itaq; in hierosolymã tẽdit. Illi porro q ad obsidionẽ fuerant congregati faciem ipsam exercitus non ferentes passim cuncti diffugiunt: imperfecta seditionis opera relinquẽtes. Qui vero in hierosolymis fuere iudei. varo grauiter incusante. excusationi⸗bus diuersis semetipsos purgare nitebãtur. ꝙ multitudo illa propter festiuitatẽ fuerit congregata: bellum autem nequaq̃ ex eorum sententia contigisse. sed temeritate aduenarum fuisse commotum: se ipsos autem cum romanis obsessos potius. q̃ obsidẽdi gessisse propositum. Venerunt autem in occursum vari iosephus herodis regis nepos. & gratus atq; rufus omnem exercitum quem sub se habebãt secum pariter adducentes. Occurrerunt etiam romani qui obsidione tenebantur. ❡ Sabinus autem non volens in faciem vari venire: ex alia parte hierosolymis egrędiens mare versus abscessit. ❡ Interea varus per oẽm regionem partem militię mittit. quęsitum eos qui causa seditionis excitauerant. Deprehensus autem qui manifestabantur. alios qui causa mali extitere supplicijs cruciabat: quosdã vero dimittit. in quibus culpa lenior inuenitur. ❡ Fuere autem qui propter hanc causam in crucem acti sunt. ferme duo milia hominum. Hoc igitur modo rebus correctis atq; compositis. Maximam partem militię ad sedes proprias dimittit grauem eam illis locis existimans. Nam in plurimis excesserant. & eius decreta plura contempserant. lucrorum ac rapinę cupidine. ❡ Ipse vero decẽ milia iudeorum in vno loco fuisse congregatos audiens: festinus occurrit vt eos compręhenderet. Illi autem anteq̃ compręhensi fuissent: semetipsos tradiderunt hortatu aciabi. Tunc varus multitudini quidem

Varo hierusalẽ venienti Iose⸗phus herodis nepos gratus & rufus i occursũ cuz exercitu venerẽt & romani. Sabino alia parte abscedente.

Punitio eorũ q seditiõis scãuerẽt

veniam contribuit: ipsos autem ductores qui causam secessionis excitauerant mittit ad cęsarem. Cęsar autem plerosq; ex eis pretermittit. Illos autem qui herodis cognati fuere supplicijs adegit: quod nullum iusticię gerentes respectum. contra familiares et consanguineos arma temptauerāt. Et varus quidem ista disponens. et propter presidia vnam legionem quam etiam primo dimiserat. in hierosolymis derelinquens in anthiochiam repedare festinat.

¶ Legati iudeorum super octo milia Romę veniunt petētes suis legibus viuere sine rege quibus Archelai consanguinei ipsum relinquentes secreto aduersus eum consociabantur. Iudei quoq; regnū dissoluendum procurantes argumenta ex herodis iniquitate multa sumpserunt. Archelaiq; adducūt maliciam. Nicholaus vero herodem regem criminibus purgare satagit quia per totum vitę suę tempus non fuit accusatus. Archelaumq; excusat. Quibus auditis Cęsar Archelaum non regem pronunciat sed dimidię iudeę regioni diarcham constituit policitus se facturum regem si digne exerceat Alteram vero partem philippo & antipę herodis filijs bifariam diuidens distribuit legataq; herodis Salome & cęteris consanguineis confirmat duabusq; filiabus eius virginibus vltra patris legata largitur munera Ethas cęsar filijs ferorę coniunxit. Ceteraq; herodis bona distribuens vascula pauca pro regis memoria sibi retinuit.

Capitulum quintumdecimum.

Legatio Iudeorū Romę super octo milia hoim petētiū vt suis legibus viuerent.

Archelao vero apud Romā aliorū negociorꝫ pricipia pullulabāt quorum hęc erat causa Venerat Romā legatio iudeorū super octo milia hominū petentiū vt suis legibus viuerent. Et legati quidē qui ex decreto totius gentis fuerant missi quinquaginta fuere: cętera vero multitudo Romę antea fuerat. Cęsar autē consiliū faciēte cū amicis cęterisq; Romanorꝫ primatibus. & in apollinis eos templum congregante. quod ab ipso fuerat magnis opibus. impensisq; fundatum: legati quidē cum vniuersa multitudine indigenarum iudeorū causam acturi conueniunt. Archelaus autem econtra cum amicis aderat. Quotquot autem regis fuere consanguinei ab archelao per odiū seperabātur: iudeis autē aduersus eū cōsociabātur: non tñ semet, ipsos publice demonstrabāt: graue putātes. & ad cōfusionem ꝓpriam ꝑtinere: si ante cęsarē cōtra cōsanguineū & familiā loqui præsumerent. ¶ Aderat etiam philippus de Syria veniens vari concitatus hortatu. prima quidem causa vt fratri adesset. Nam ei plurimum varus fauebat. Enimuero arbitrabatur ꝙ illo regno soluto per partes posset distribui: siquidem plures essēt qui suis legibus viuere postulabant. Vnde vero philippū hortabatur vt pro se laboraret quo posset etiam ipse partem aliquā regni percipere. ¶ Data igitur iudeorum legatis copia dicendi cœperunt pro dissoluendo regno multa loqui & primū ex iniquitatibus herodis argumenta multa sumere dicentes eum nomine tātū fuisse regem. re autē vera tyrānidis facinora ꝑpetrasse & multam per eum desolationē rerum factam esse iudeorum. Naturaliter eū etiam ad nouitates inueniendas pronum fuisse clamabāt. & multos quidem iudeorum eius crudelitatibus interisse: quantos nunquam ex historia perisse cognoscerent sed multo amplius infœliciores semet. qui viuerent existere non solū eos quibus ostensione vultus asper. & indignatione mentis terribilis apparebat: sed etiam eos quibus substantias suas arripuit. Ciuitates quidē extraneas & ab alienigenis habitatas eū ornare & locupletare cum perditiōe & exterminio eorꝫ qui sub eius regno habitabant omnem gentem penurię necessitatiq; cōtradidit. Cum paucis autē regno delicijsq; frueref plurimos quoq; ex nobilibus ciuibus & nobili natos genere perimeret nullis rationabilibus subsistentibus causis. nisi vt eorum substantias rapuisset: & quibus fortasse viuere concessisset. rerum suarum amissione damnaret. Iam vero exactionibus functionū. alia quidē pro muneribus publicis cum augmentis annalibus exigebat alia vero lucrorum gratia post functiones a seruis exactoribus vel amicis eius diripi soluere causabantur. ¶ Nec solum ista quę ad damnum auri vel argēti ꝑtinebant agi virgines etiam corrumpi matronas pollui. quę pudore sui similiter ab eis qui passi erant tacebātur sicut ab illis qui gerebant desiderabantur. qui videlicet facinora sua timebant. ne facinora eorum in publicum proderentur. Tantasq; se iniurias sub herode & cotumelias passos fuisse. quantas nec vlla bestia posset ingerere si facultas daretur hominibus imperaret. Et multas quidem sepius calamitates suam gentem passam dicebāt sed nunquam se in tantā infœlicitatem tantāq; cladem protinus incidisse. Exemplum nāq; iniquitatis & facinoris herodem vniuerse genti fuisse. Et optaliter se archelaum quidem regem denominasse firmabāt: quia post herodem quemlibet malum ferēdum & tolerandum vtiq; decernebant. Qui tamen ipsis initijs quasi se mitiorem herode conabatur ostendere: verum postea verens ne non proprius herodis filius crederetur. nihil vltra distulit: sed statim aperuit suę mentis indicia. Et cum nondum regni erat cōsecutus integram firmitatem: ꝙ in cesaris arbitrio cōsisteret illius regni potestatē vel tribuere vel negare: dedit tamen ingenij sui propositiq; monimēta qualiter posset in futuro regnū illud agere ex his quę in ipsis initijs perpetrare presumpsit vt ciues in tēplo die festo velut numini eos offerēs auderet occidere vnde iuste vniuerse gēti illum fuisse

Concilium in tēplo apollinis cōgregatum.

Cōsāguinei Archelai ab ipso ꝑ odiū secreto seperabant vincti cōtra eū Iudeis.

Orō Iudeorꝫ petētium regnum dissoluēdum primo argumenta ex herodis iniqtate multa sumētes.

Mala quę cōmisit hærodes adducunt Iudei.

Stupra raptus & impudica scelera herodis.

Hærodes exemplū iniquitatis & facinoris vniuersi genti fuit.

Arguunt Iudei maliciā Archelai adducentes.

D

exosum propter merita suę crudelitatis & scęleris. Ob id quoq; ad has querelas legationē totam gentem destinasse firmabant. ¶ Petebant ergo vt eorum prouincia regibus careret & Syrię iungeretur vt ab illis iudicibus regerentur qui illud ex Roma ad gubernandam prouinciam mitterenť: & tunc posse cognosci dicebāt vtrumne seditiosi essent & tumultuum concitatores: aut subiecti & deuoti si probis iudicibus & rectoribus vterentur. ¶ Talia iudeis dicentibus Nicholaus regem criminibus expurgabat. Herodem quidem quoniam per omne tempus quo aduixerit nunq̄ fuerat accus..tus. Non enim vera posse dicere confirmabat eos qui cum haberēt aliquid vnde possent causari illo viuente prętermitt ntes quando possent in quibus lesi fuerant vindicari: illo mortuo querelas importune confingerent. ¶ Illa vero quę sub Archelao acta essent ad illorum improbitatem iniuriasq; redigebat qui contra ius & leges talia commisisse præsumpserint: quiq; cedis fecere principium, in eis qui se a tumultibus prohibebāt. Incusabat etiam eos q͡ seditionis libidine tenerenť: & q͡ ptinates essent ad obediendum vel legibus: vel iusticię: dum cuperent in omnibus suis assumptionibus vincere. ¶ Hęc itaq; Nicholao dicente. cęsar hincinde quę dicta sunt audiens conuentum dimisit & post paucos dies Archelaum quidem regem non ꝓnunciat. dimidię vero iudeę regioni (quę tributa herodi reddebat) toparcham alias tetrarcham constituit: spondens ei regiam quoq; dignitatem. si laboribus & fauoribus circa semetipsum meritus appareret. Alteram vero bifariam distribuit alteris herodis filijs Philippo videlicet & antipę. qui contra fratrem Archelaum de vniuerso regno certauerant & huic quidem regio trans iordanem galilea reddebat quę constabant in talentis ducētis per singulos annos Philippo autem Iturea cum traconitide. & auranitis cum aliqua parte domus quæ Zenodori dicebatur: reddebant talenta centum. Ceterum Archelao ydumea & iudea & samaria. Hęc enim leuigata fuerāt quarta parte functionū ex decreto cæsaris. ꝓpter qd̄ in seditione cęterę multitudini participes non fuere. ¶ Erant autem ciuitates quę Archelao tributa reddebant. strationis turris. & sebastea cum Ioppe & hierosolymis. G..za vero & gadara & ipse gręcę fuere ciuitates: quas abscidens a dispensatione Syrię additamento iudeę regioni coniunxerat. Accedebāt ergo Archelao tributa per vnum quemq; annū secenta talenta ex omnibus regionibus quas in sua potestate susceperat Et hęc quidem de filijs herodis ordinata sunt. ¶ Salome autem super illa quæ frater in testamento reliquerat erat autem iamnia & azotus. & phaselus. & argenti signati miriades quinquaginta. Cæsar etiam donat ei ad habitādum aulam regiam quę fuerat in ascalone constituta. Intrabant autē etiam huic redditus ex omnibus suis talenta per annos singulos sexaginta: domus autem eius in regionibus erat quę sub Archelai fuerant potestate. ¶ Accipiunt sanę regis quoq; cōsanguinei: quęcumq; in testamento declaranť. ¶ Duabus autem filiabus eius virginibus pręter illa quę pater reliquerat Cęsar etiam vtriq; dona largiť. vicenas quinas miriadas argenti signati. easq; coniunxit ferorę filijs cuncta vero quę illi fuerāt dimissa per filios herodis distribuit: erant autem quingenta & mille talenta: pauca sibi sumens vascula quæ non tā ei magnitudine vel precio. q̄ recordatione regis accepta constabant.

E

¶ Iudeus quidē iuuenis Alexandro herodis filio interēpto simillimus suę gentis assumens adiutorem dicit se esse alexandrum a morte præseruatum Qui (multis sibi pecunias donantibus quasi de regio sangune descendisset) diues factus. Romam ibat & (multis ei tamq̄ regi obsequētibus) plurimos propter similitudinem fallebat cumq; iudei propter maternum genus plurimum honorabant Cæsar vero (audito nuncio, non credebat herodem sciens non facile decipi posse sed quendam liberum suū (qui sepius cum illis infantulis fuerit conuersatus) mittit vt videret Alexandrum qui sicut multitudo fuit receptus cum tamen inter ver..m Alexandrum & fictum dissimilitudo esset Cæsar factum examinat de Aristobolo eum interrogans Et eum a ceteris segregatum deceptionis quęrit inuētorem quē Iuuenis timore compulsus manifestat Et hunc deceptionis suasorem iubet Cæsar interfici & Alexandrum in numero constituit nautarum.

F

¶ Capitulum sextum decimum.

His igitur a Cęsare dispositis. iuuenis quidam iudeus quidem genere: sed apud sydonios nutritus a quodam romanorum libertino qui eum in cognationem herodis induxerat similitudine formæ prouocatus: qua videbatur Alex: ndro consimilis filio herodis qui fuerat interemptus testificabanť quoq; illi cūcti quorum aspectibus occurrebat. Ex hoc occasionem sibimet esse reputabat quo regnum posset excipere assumens secum adiutorem suæ gentis hominem scientem cuncta quę in palatio gerebanť. & ingenio callidum ad magna negocia perturbanda: eo fiebi huius factionis misterium p̄bente cōscendit. Dicebat ergo se Alexandrum herodis filium ex morte seruatum ab his quibus eum vt perimerent fuerat delegatus. Occidentes quippe alios p quos imaginem complete iussionis ostenderent & expectatores fallerent: illum eiusq; fr..trem aristobolum saluauisse: His ergo figmentis & ipse in superbiam extollitur: & alios quotquot occurrerent eruidebat.

Conclusio petitionis legatiōis Iudeorum.

Nicholaus regē criminibus purgabat qm̄ p oē tp̄s vitę suæ nō fuit accusat⁹ &c.

Excusat Archelaum.

Auditis hinc & inde cæsar archelaū nō ꝓnūciat regē sȝ dimidię iudeę regiōi diarchā cōstituit policitus se factuꝝ regē si digne exerceat & alterā bifariam Philippo & antipę herodis filijs &c.

Ciuitates archelao tributarię.

Legatū datum Salome confirmat cæsar.

Legatū consanguineorū confirmatum.

Legatū filiaruȝ cōfirmatū & auctū q̄s cōiunxit cæsar filijs ferorę & cætera herodē bona paucavascula ad regis memoriam retinuit.

Iudeus quidem iuuenis simillimus alexādro filio herodē interēpto & suę gētis assumēs adiutorem dicit se esse Alexandrū ex morte seruatū &c.

Interea crœtam appulsis iudeorum omnibus qui cum illo colloquia miscuere persuasio facta est. Vnde ille quoq; pecuniarum Habundantia cœpit affluere: plurimis hinc inde donantibus preter hec venit ad melum: ibi quoq; congregat meliora. Nam ei plures offerebantur pecunię fide qua ex regio sanguine illum descendere iudicabant & spe qua posset paterni regni iura pcipere vicemq; pręstantibus reportare. Ibat igitur Romam plurimis in eius obsequio venientibus: & dicearcheam appulsus ibidem quoq; qui habitabant iudeos: similibus fallacijs illudere deciperęq; non destitit. Occurrebāt nāq; illi veluti regi: & alij quidem plurimi: maxime tamen illi qui familiaritatem & amicitiam cum herode possederant. Causa vero maxima deceptionis erat hominibus ꝙ illum casum cum voluptate a referentibus aduertebant. Ad hęc etiam accedebat fides ex formę vultusq; similitudine. Et enim etiam qui plurimum fuerant cum Alexandro conuersati: nichilominus inducti fuerant ad credendū illum non fuisse alterum: sed Alexandrum Herodis filium. Ita vt etiam alij nescientibus iurare pręsumerent. ❡ Proinde ingrediendi romam: & famasui cuncta replenti in occursum eius egreditur iudeorum plurima multitudo: instar miraculi salutem eius factam diuinitus ammirantes: & cum gaudio maiore illum suscipiunt: maxime propter maternum genus quod erat valde clarissimum. Proinde cum ciuitatem intraret: per plateas & vicos in sella portabatur cuncto regali cultu compositus ex opibus & quęstibus quas per diuersa loca percœperat: congregatur itaq; ad eum maxima multitudo voces plurimę clamoresq; cum fauore reddebantur: & omnia fiebant ad quę solent gaudia mentes hominum concitare: pręsertim in tali euentu vbi pręter spem salutis illius factam esse mirabatur. ❡ Sed vbi Cęsari nuncium illud allatum est non quidem credebat: propter quod sciret Herodem non facilę posse in quibuslibet negocijs decipi. Pręsertim in illis in quę animum incenderetur: tamen sperās potuisse contingere celatum: quendam suum liberum qui sepius fuerat cum illis infantulis collocutus mittit vt videret Alexandrum. Ille autem cum vidisset: nulla meliore discretione vsus est: q̄ vsa fuerat multitudo. Verum Cęsar decipi omnino non potuit: quoniam erat quidem ille similis Alexandro: sed non ita vt eos posset inducere: qui prudenter inspicere discernereq; valerent: siquidem iste falsus alexander ex labore & opere valde constabat attritus in illum autem delicatudo ex delicijs: & fortitudo de frequenti exercitatione concurrerant: huic autem durius & grossius erat corpus. ❡ Intuens igitur mendacia conspirantem iuxta discipulum atq; doctorem: et cum fiducia verba proferentes: examinabat rem etiam de aristobolo cuncta perquirens quid de illo quoq; fuerat factum. et semetipsum obstupescere simulans rogabat ob quam causam aristobolus quoq; non venisset quo regnum etiam ipse dignitatemq; sibi deposceret. Cumq; ille respōdisset in cypro illum insula remansisse marinis periculis simul fatigatum: & tetritum vt si fortasse sibi aliquid non optabile prouenisset saltem ille saluaretur ne omne genus marianne penitus interiret. Talia enim illum doctor ille respondendo docuerat. ❡ Cęsar semotum adolescentulum a cęteris abducens. tibi inquit mercedis gratia salus a me pręstabitur si non temptaueris etiam me arte deceptionis inducere. Dic itaq; michi quis tu sis: & quis te ad talia confingenda pepulerit. Maior quippe est tua ętate hęc ad inuenta calliditas. Tunc ille neq; enim vltra mentiri potuit in periculo constitutus: aperit cęsari om̄e figmentum vel quali modo vel a quo fuerit commenttaum. ❡ Tunc cęsar falli quidem alexandrum nequaq̄ cōtra quod promiserat fecit. Videns enim eum laboribus aptum in ordine constituit numeroq; nautarum. Illum vero qui ta lia pręsumendo persuasit: morte condemnat: Meliensibus autem condemnatio sufficiens visa est: vt quantoscumq; sumptus vel pecunias in falsum alexandrum erogassent irreparabiliter amisissent. Et circa falsum quidē alexandrum res cum magna temeritate pręsumpte fine huiusmodi perceperunt.

Simulatus Alexāder multis pecunijs sibi donātibus q̄si de regio sāguine descendisset diues factus ibat Romā multis ī eius obseqo venientibus tāq̄ regi plurios ꝑpter similitudinē fallebat Simulatū Alexādrū Iudei maxime honorabant ꝑpter maternū genus & regali cultu per plateas portabāt. &c. Cęsar audito nūcio nō credebat sciēs herodē nō facile decipi posse mittit tn̄ quēdā suū liberū q sepius fuit cū illis īfātulis collocutus vt videret alexādrnm qui sicut multitudo decœptus est. Cęsar semoto adolescētulo a cęteris cū interrogat qs deceptionis fuerit iuētor qd iuuenis tiore cōpulsus manifestat & tūc Cęsar Alexādrū in nūeroconstituit nautarū suasorē vero iussitīfici.

❡ Archelaus suscepta tetrarchia venit in iudeam & Iozarum de pontificatu subrogato Eleazaro fratre amonit & Archelaidem vicum Edificauit Glafiramq; fratris vxorem sibimet matrimonialiter coniūxit Iesus quoq; Eleazari a sacerdotio amoto substituitur Cęsar autem Archelaum omni iudeorum nobilitate accusante ipsi indignum scribere iudicans Archelaum quendam ad Archelaum tetrarcham mittit expellendum & exul relegatur in viennam galliarum Cuius somnium Symon Essenus exponens rerum mutationem significauit Glafira quoq; eius vxor somnium vidit quę statim reuelato somnio moritur Regio ita Archelai Syrię dispensationi coniungitur quo tempore Cyrinus a Cęsare in Syriam destinatur censum dispositurus.

Capitulum septimum decimum.

ARchelaus autem tetrarchiam suscipiens mox vt iudeam attigit Iozarum boetij de pontificatu remouit: exprobans ei ꝙ cum seditiosis vna conuenerit: Eleazarum autem fratrē trem eius ad pontificatum subrogat. Edificat in hiericonte aulam regiam cum elegantia & decore mirabili. medietatem quoq; aquarum quę ad irrigationē agrorum īfluebāt. tractu ductuq; constructo diuertit in campum qui ab ipso fuerat palmarū arboribus consitus, Vicum etiā edificauit

Archelaus suscepta tetrarchia venit ī iudeā & Iozarū de pontificatu amouit eleazaro fratre subrogato.

Archelausvicus cui nomen archelaidem constituit. ¶Paternam quoq; legem transgrediens glafiram archelai quidem filiam alexandri fratris coniugem ex quo filios quoq; susceperat: sibimet accersit vxorem. Iudeis autem fas non erat fratrum vxores accipere. ¶Sed neq; Eleazarus in pontificatu diurturno tẽpore perseuerat. Siquidem etiam super ipsum constituit iesum oseę filium. ¶Interea decimo anno principatus Archelai omnis nobilitas iudeorum primatesq; Samarię non ferentes crudelitatem eius moresq; tyrannicos apud Cęsarem ei accusationem instituunt: maxime quia cognouerant eum Cęsaris mandara transgressum. Nam ei pręcœperat vt mansuete clementerq; versaretur ad populum. Cęsar igitur vt aduertit indignatione commotus: curatorem eiusdem archelai: rerum earum quę Romę fuere Archelaus etiam ipse dicebatur protinus aduocat. Cęterum scribendum archelao indignũ existimat. illum autem destinat vt archelaum celeriter exhiberet. Ille continuo sine vlla dilatione nauim ascendens: nauigauit cęleriterq; pergit & in iudeam venit archelaumq; occupat cũ amicis ępulum celebrantem. Mentem ei Cęsaris aperuit: vt confestim egrederetur ciuitatem compellit. ¶Cęsar vero viuente archelao aliquibus accusatoribus astantibus causam hinc inde cognoscit: sed vbi se parum expurgat archelaus in exilium retrudi pręcipitur: in vienna ciuitate gallię habitaculo contributo. pecunias vero eius rationibus iussit sociari fiscalibus. ¶Sed anteq̃ romam vocatus fuisset Archelaus somnium suis amicis tale recitauit. Vidisse se namq; dicebat spicas decem numero plenas tur gentesq; frumentis vigoremq; integrum possidentes: quas videbat a bobus comedi. Sed hocvidens magnis fluctibus eius animus fatigabatur. A quibus dum sciscitaretur illi per diuersas contrarias opiniones solutionesq; discinduntur. ¶Tunc Symon vir Essenus veniens mutationem rerum illo somnio significari dicebat Archelao non sane in rebus secundis aut commodis prouenturam. Boues nãq; labores & miseriam significare firmabat: propter quod soleat illud genus animalium laboribus affligi & conteri. Mutationem autem illo somnio demonstrari rerum dicebat ꝙ terra boum laboribus & operibus exarata in semetipsa permanere penitus non sinatur. Per spicias autem decem peryodũ decem annorum terminari manifestabat. Vnam quippe futuram estatem: & tempus suppleri asseuerabat archelao: quo de principatu suę potestatis exiret. Et ille quidem hoc modo somnium illud exposuit. Quinto vero die postq̃ illud somnium archelao fuerat demonstratum euocator eius archelaus procurator suus in iudeam venit a Cęsare destinatus. ¶Similiter & glafirę vxori eius & regis archelai filię prouenit. Quę primo sicut supra ostendimus: Alexandro in coniugium sociata constabat Herodis quidem filio: & fratri archelai. Postea ergo q̃ idem alexander a patre fuerat interemptus: Iobato libiorum alias liciorum regi coniungitur. Quo defuncto item illam induatam in capadocia a patre Archelaus in coniugium suscepit: Mariam alias Mariannem excludens quę sibi fuerat coniugata. Tantus siquidem illum glafirę amoris ardor intenderat. ¶Cum ergo iuncta esset Archelao: tale somnium ipsa quoq; contuetur Videbat quasi alexandrum sibi astantem & se quidem illi aggaudere: eumq; libenter & alachriter amplexari: illum vero exprobrationes ei protinus imputari dicentem O glafira nempe vel nunc confirmas prouerbium quod dicitur: fidem mulieribus non habendam. Nonne michi iureiurando constricta es & iugali fœdere virgo sauciata. Postq̃ filios quoq; suscepimus: mores nostros oblita es secundarum nuptiarum cupidine. Sed neq; hoc tibi sufficere iudicasti quin etiam cum tertio sponso concumbere presumpsisti & sine pudore domum nostram ingrediens thorum genialem alias genitalem polluisti cum Archelao ius coniugale consocians: vt illum virum haberes quem meum fratrem esse constaret. Verum ergo nunq̃ tui penitus obliuiscar: neq; beniuolẽtia qua semper circa te detentus sum caream. Liberabo sane te vniuersis obprobrijs: meam sicuti fui sti firmam stabilemq; perficiens. ¶Quę cum familiaribus mulieribus retulisset: post paucos dies vita defungitur. ¶Hęc ergo haud sane importuna huic nostro operi ratus in serui. Primum quia ea sũt quę circa ipsos reges contigisse noscuntur: inde vt exemplo vera probentur dicere illi a quibus immortalitas disputatur animarum: ac etiam vt appareat diuina prouidentia rerum humanarum cũcta disponi: neq; incredulitate huiusmodi rerum homines ledantur in moribus. Enimuero qui hæc crediderit: nullomodo prohibebitur per singulos dies ad virtutis augmenta procedere. ¶Archelai vero regio tributaria facta syrię dispensationi coniungitur. Interea cyrinus vir consularis a Cęsare destinatur censum in syria dispositurus & domum rediturus.

Marginalia: Archelausvicus. Glafiram vxorẽ fris sibimet cõiugem accersit. Eleasaro amoto iesussubstituitur. Omnis iudeorũ nobilitas Archelaum accusauit apud Cęsarem anno principatus sui decimo. Cęsar idignum scribẽt iudicans archelaũ mittit ad archelaũ tetrarcham expellendum. Archelaus exul truditur in viennam gallię. Symon essenus somnium exposuit archelao. Mariti glafire filię Archelai regis capadocię. Somnium Glafirę archelao cõiuctę expulsa marianne. Prouerbiũ verũ. Glafira reuelato somnio parũ post moritur. Immortalis aia. ¶Regio iudeę quę fuerat Archelai Sirię coniũgitur dispẽsationi quo tẽpore Cyrinus cõsularis a cęsare i syriã cẽsũ destinatur dispositur.

¶Explicit Liber septimus decimus.

¶CIRCA HOC TEMPVS Natus est Iesus Christus deus et homo: anno quadragesimo secundo. Imperij Cęsaris Augusti.

¶Incipit Liber octauus decimus qui continet tempus annorum triginta trium

A ¶ Cyrinus ad Syriam censor a Cęsare destinatus & cum eo Copinius in Iudeam venit etiam Cyrinus in Iudeam (quę dispensationi Syrię fuerat adunata) vniuersorum depręciaturus substantias Iudei vero (licet primitus descriptionis nomen dirum haberent) subiciuntur tamen Iozaro pontifice illis persuadente Sed Iudas Gaulonites & phariseus quidem sibi coniunctus multitudini non parere persuadebant talem descriptionem integram affirmantes seruitutem & exhortationibus ad suam libertatem defensandam incitabantur tunc quę in iudea maxima fuit seditio per illos excitata Hij enī apud iudeos quartam philosophiam introduxerunt cum tamen illis ab initio tres essent philosophiæ a patrijs institutis derelictę Essenorum Saduceorum & tertia phariseorum quorum mores varij habentur pharisei enim futurum iudicium credunt vbi cunctos homines ꝓpria merita recepturos/ animasq; immortales secundum merita aut demerita pręmiandas aut puniendas Saducei vero animas mortales existimant simulq; cum corpore interire Esseni autem ad deum cuncta redigunt animasq; ponunt immortales & remoti ab omni populo sacrificia offerunt/omniaq; apud eos sunt communia Neq; vxores ducunt neq; seruos habent quorum cibus simplex & habitus mūdus/mortem quoq; cōtempnunt & amicorum amissionem.

¶ Capitulum Primum.

Cyrinus autem vnus de his (qui semper in consultatione congregabantur) vir per omnium magisteriorum & principiorum officia celebratus per cunctas aministrationes ad consulatus culmen ascendens & in cunctis alijs dignitatibus clarus cum paucis venit ad Syriā censor gentis a cęsare destinatus: & approbator vniuscuiusq; sententię. ¶ Mittitur etiam cum eo Copinius ductor totius equestris agminis potestatemq; iudeorum omnium ferens. ¶ Venit etiam Cyrinus iudeam nam dispensationi Syriæ fuerat adunana vniuersorum depræciaturus substantias: & Archelai redditurus pecunias. Porro iudei (licet in ipsis initijs descriptionis nomen dirum haberent) subiciuntur tamen ne amplius resisterent: persuadente illis pontifice Iazaro. (Boethij namq; erat iste filius) Et illi quidem cuncti ratione pontificis: depręciari suas permisere substantias nihil amplius hesitantes. ¶ Sed Iudas Gaulonites homo ex ciuitate (cui nomen erat gamalas) saddochum phariseum sibi coniungens: recessionem facere festinabat depręcationem & censum nichil aliud esse dicebant q̄ integram seruitutem Proinde ad defendendam suam libertatem totam plebem diuersis exhortationibus incitabant. Omnem quoq; cooperaturam illis esse creaturam si pro bono libertatis honorē suū & gloriam magnanimitate tuerentur: sed etiam deum non aliter illis auxiliatorem fore: nisi talibus cōsilijs ad agendum procederent. ¶ His itaq; diebus amplius eorum animus concitatur vt etiam ab homicidijs se nullo modo arcerent quoniam magna voluntate quicquid ab illis dicebatur hauriebant: atq; hoc modo in magnum malum sedicio illorum & audacia prorumpebāt. Nichilq; fuit malorum qd per illos non pullulauerit viros & supra q̄ dici potest illa gens continuationibus est repleta bellorum & clades inter eos & latrocinia depredationesq; gerebantur: optentu quidem vtilitatis defensionisq; communis: reuera autem propriorum lucrorum gratia tota seditio gerebatur. Multę itaq; cedes ciuiū sociorumq; perpetrantur postremo in inuicem conuertuntur: non secus q̄si cōtra hostes infensius agerentur. Bellum itaq; quotidie depredationes/captiuitates/ cedes vbiq; concurrebant: ita vt etiam templum dei ignibus concremarentur. Tantum valuit nouitas & institutionum mutatio paternarum.
¶ Si quidem iste Iudas & saddocus quartam Philosophiam nouiter introduxerant: cuius amatorum copiam conquirentes seditionibus ac tumultibus repleuere publica: sed etiam malorum futurorum radices pessimas plantauere per insolentiam inconsuetæ Philosophiæ de qua volo pauca differere.
¶ Iudeis Philosophię tres erant etiam inde ab initio institutis patrijs derelictæ essenorum saduceorum & tertia qua Philosophabanī qui dicebatur Pharisei. Et quamq̄ de eis explanauerim in secundo libro Iudaici belli: tamen etiam nunc commemorationis gratia breuiter attingam. ¶ Pharisei enī quotidianam conuersationem exiguam habent & prorsus abiectam nihil molitudini aut delicatudini penitus indulgētes: sed quęcumq; iudicio rationis oportere comperta sunt illa sequuntur pręposítis nullūmodo reluctantur Maiores natu competenti honore venerantur ita vt nec contrarium quidam alicubi aliquando respondeant: fato geri omnia credunt: sed neq; liberum arbitrium hominis auferunt. Iudicium dei futurum esse sentiunt. Illic cunctos homines ꝓpria merita recepturos tam eos quidem qui secundum virtutem vixerint quam illos qui nequicia deprauati sunt. ¶ Animas autem immortales dicunt sed etiam in inferno congrua vnicuiq; habitacula pro merito vel iniquitatis vel virtutis attribui sicut vnicuiq; viuenti gerebatur studium & alias quidem animas eternis retrudi carceribus alias autem reminiscendi facultatem percipere: & ob hæc populis quidem credibiles acceptabilesq; Quantacumq; ad culturam diuinitatis pertinet orationum celebrationes templorum constitutiones expositionibus suis facienda esse prædicant. Nam tantum virtutibus eorum prelatum est

Cyrinus ad Syriā cēsor a cęsare destinatus & cū eo Copinius in Iudeam.
Cyrinus venit ī Iudeā depciaturus substātias & hoc qd̄ dicit. Luce capitu.ij. Exijt edictuȝ a Cęsare augusto vt describereī vniuersus orbis &c.
Seditio maxīa ī Iudea p Iudaȝ & saddocū phariseū latrocinia & depdationes gerebanī obtentu vtilitatis communis sȝ reuera ꝓprioꝝ lucroꝝ grā tota seditio gerebaī.
Quartā phīam introduxerī iudas & saddocus
Tres phię ab iītio apd̄ Iudeos Essenoꝝ saduceorū & phariseorum.
Phariseorū conuersatio & mores. Iudiciū futurū credūt.
Aīas imortales dicūt & sc̄dȝ merita aut demerita puniēdas &c.

testimonium: vt ad eos plurime ciuitates & maxima multitudo cum studio grandi cōfluerent opinione adducti qua meliores ceteris existimantur. ¶ Saducei autem animas mortales existimāt: simulq; cum corpore interire. Nullas vero alias obseruationes preter legem custodiunt. Aduersus autem doctores philosophie sue certare & reniti gloriosum annumerant: sed ad paruos admodum doctrina peruenit vel modus exercitationis. Primates autem apud eos dignitatibus honoribusq; celebrāt. ¶ Esseni autem ad deum cuncta redigunt. Immortalem animam dicunt iusticiam autem rem præciosam pro qua vsq; ad mortem pugnandum esse predicant. In templo autem anathemata proponēda prohibēt. Sacrificia vel hostias cum populo non celebrant q̄ se plurimum ab eis putant mundicia vel sanctitate differre & merito se a communi congregatione discernunt remotim sacrificia facientes. Cultu vero morum atq; conuersationis optime ad colendam terram & exercendam omni studio intenti. ¶ Illud etiam habent dignum valdeq; mirabile q̄ in alijs non inuenias gentibus tam grecorum quam etiam barbarorum q̄ omnes illis opes in medio sunt: & ab eis omnia cōmunia possidentur: nichil amplius inter eos dicior fruitatur nichil pauperior defraudatur ac si nichil omnino possideat. Et illi quidem hoc modo sese gerūt. Sunt autem super quattuor milia hominum numero. ¶ Vxores non ducūt neq; seruos habere festinant. Aliud quippe iniquitatis: aliud sedicionis oportunitatem estimant. Isti ergo semotim apud semetipsos aduniunt mutuas sibi vicissitudines ministrantes susceptores autem reddituū promouent curatoresq; constituunt qui cuncta que terra profert in vsus necessarios amministrēt: Sacerdotes autem optimos viros eligunt & cibus illis simplex est: habitus insumptuosus & mundus.

¶ Quarto vero philosophie Iudas princeps extitit: cuius fecimus mentionem. Huius sequaces in vestitu: in habitu: ceterisq; alijs phariseis consentiunt: circa libertatem vero immobilem retinent mutabilemq; sententiam: Nam huius rei cupido magna eorum mentibus est infixa: Solum enim principem & dominum dicunt deum: Mortis autem multas & varias species sustinere pro nichilo pendunt: vel cognatorum supplicia vel amicorum amissiones omnino contemnunt: dummodo nullum hominem dominum dicere compellantur: Nonnulli namq; viderunt qualiter aliqui eorum sepius in supplicijs immutabiles permansere: Vnde plurimi quoq; illius gētis hoc stulticie morbo insanabiliter egrotarūt: cestio floro aliās Gessio fluuio principatum huius vanitatis obtinēte. Nam ex hac quoq; superbia ad seditiones excitandas romanis recedendiq; ab eis & ipse p̄cipitatus est: & alios precites dedit. Et philosophie genera quidem hec atq; huiusmodi sunt apud iudeos.

¶ Cyrinus (restitutis Archelai opibus descriptioneq; perfecta) Iozarum a sacerdotali deposuit officio Annanum substituens Herodes quoq; Tetracha Sephorim Muro circundedit auctocraridem appellans & Bethorantam similiter Iuliadam vocans. Philippus autem Cæsaream & Iuliam ciuitates edificat. Copinio Iudeos regente Samarite in festo azimorum ossa mortuorum iacientes templū polluerūt. Itaq; Copinio Romam reuertenti marcus successit in iudea sub quo Salome Herodis soror moritur iulie cesaris vxori relinquēs omnem Toparchiam post Marcum Annius Ruffus (sub quo Augustus moritur) cui Tyberius tertius Romanorum imperator successit) principatū iudee recepit post quē Valerius gratus quintus Iudeorum rector efficitur. Is Annanum a sacerdotio remouens Ismaelum filium Iabim pontificem designauit & ipsum multosq; mutauit sacerdotes Cayphasq; qui & Iosephus dictus est sub eo functus est Sacerdotio huic pontius. Pylatus successor effectus est Herodes insuper ad Tyberij honorem ciuitatem edificauit Tyberiadem vocans & ciuem loci fieri septem dierum habitatione instituit.

Saduceorū mores q aīas mortales existimāt.

Essenorū cōuersatio & mores aīam īmortalē; discentium &c.

Remoti ad omī pp'lo sacrificia offerunt.

Oīa apud eos cōmunia.

Vxores non ducūt neq; seruos habent.

Quartæ phiæ princeps Iudas fuit.

Mortem cōtemnūt & amicorū amissionem.

¶ Capitulum secundum.

INterea Cyrinus opibus restitutis Archelai descriptioneq; perfecta quæ facta est tricesimo & septimo anno postq̄ Antonius acciaco bello fuerat a cesare superatus. Iozarū quoq; pōtificem seditionem a multitudine passum sacerdotali deposuit officio. Annanum in pontificatu substituens. ¶ Herodes autem & Philippus Tetrachiam suam eorum vnusquisq; suscipiens: Herodes Seforium Muro circundedit instar & similitudinem galiee quam Autocrandā appellant. Alia autem Bethoranta ciuitas etiam ipsa est quam Muro circum sepiens & iuliadam vocās ex nomine Iulie vxoris cesaris. Philippus autem paniadem que est circa fontem Iordanis construens cesarem nuncupauit: Tum etiam Bethsaidam proxima stagno genesara edificat & dignitatem ei ciuitatis attribuit habitatorumq; multitudine replet. Aliarumq; necessariarum rerum copia refertam facit: & Iuliam ob memoriam cesaris filie vocat. ¶ Copinio autem illo iudeam tempore gubernante quem supra documus cum Cyrino destinatum: huiusmodi factum in iudea prouenit. Azimorum dies agebantur (quam festiuitatem pascha vocamus) in qua mos erat ex media nocte portas templi a sacerdotibus aperiri. Et tunc itaq; apertis portis viri quidam Samaritæ occulte in hierosolymam venientes

Tempus descriptionis.

Herodes tetracha Sephorim Muro circūdedit. Autocraridā vocās & aliā iuliadem.

Philippus cesareā & Iuliā ciuitates edificat.

per templi cūctas porticus & per totum phanum ossa iaciunt mortuorum. Et ex illo cœpit in templo custodia maiora sacerdotibus exerceri. ¶ Copinius autem non post multum tēporis romam reuertitur. Cui successor regende prouincię marcus efficitur. Sub quo etiam salome herodis regis soror vita defungitur iulia cęsaris vxori derelinquens iamniam & omnem suam toparchiam & i campo phaselidā & archelidā cōstitutā que etiā plurimis cōsiti fuere palmetis quorū fructus optimus & valde p̄cipuus. ¶ Sed & huic quoq; succedit annius rufus. Sub quo etiam cęsar moritur romanorum secundus imperator septem & quinquaginta annos aduiuens in imperio menses sex dies aliquantulum super duos. ¶ Ex quibus quatuordecim annis simul cum eo antonius reipublice gubernacula rexerat Viuens itaq; annos septuaginta & septem vita decessit. ¶ Huic succedit in principatu tyberius nero vxoris eius iulię filius: qui fuit romanis tertius imperator. ¶ Sub quo quintus iudeorum rector valerius gratus afficitur. Annij rufi successor. Is ananum remouēs scerdotio. Ismaelam filium . Iabi pontificem designauit. Sed & hunc multo post abiiciēs eleazarum annę pontificis filium sacerdotio subrogauit. Post annum vero etiam hunc arcet officio: & symoni cuidam canuti filio ministerium pontificatus attribnit. Sed non amplius & ipse q̄ vnius anni spacio eodem perfūctus officio. Iosephum cui cayphas nomen fuit habuit ordine successorem. ¶ Et gratus quidem talia gerens romā reuertit̄ postq̄ vndecim annos in iudea compleuerat. ¶ Huic successor pontius pylatus effectus est. ¶ Herodes autem tetrarcha ad magnam amiciciam tyberij perueniens edificat ciuitatem quam ex eius cognomento tyberiadē denominat mœnibus eam firmis fortibusq; circundās in galilee regione iuxta stagnam genesar. Vnde aquę calide non longe distabāt in vico cui nomen erat amathus. In hāc sibi confines plurimi defluere: atq; etiam ex tota galilea non parua multitudo concurrit. Et omni quoq; regione que sub illo fuerant constituta, ab eo coacti cōueniunt: vt ibidem commanerent. Multi etiam ex nobilitate illuc habitandi gratia transferūt̄. Suscœpit etiam quotquot inde veniebant in opes & egenis plerosq; etiam quos liberos non esse constaret: quibus tamen securitatem libertatis attribuit & beneficia plura contulit: vt hoc inuitamento nollent ex illa ciuitate discedere. Priuatas etiam domos ex proprijs opibus fabricabat: terras largiebatur vt his omnibus habitatores stabiles efficeret. Maxime autem ex paterna lege transcribens in qua significabatur vt habitatio septem dierum ciuē loci perficiat.

Copinio romā reuertēte. Marcus successit ī iudea sub quo salome herodes soror moritur. Annius succedit marco sub quo morit̄ āno imperij sui. lvij. Tyberius succedit augusto tertio. Multos mutauit sacerdotes Cayphas qui & iosephus dictus est sacerdos. Pylatus iudeorū pręses. Hęrodes tetrarcha ad hoeorē tyberij ciuitatē edificat tyberiadam vocans. Hitatio septem dierū ciuem loci facit.

¶ Phraates parthorū īperator īsidijs aphraate filio ex cōcubina. Thermasa Ithala nata parasis cooperāte matre moritur Pharates autem Iuuenis parricidio & infando matris amore exosus expulsus emoritur. Quo mortuo parthi hęrodem vocant eis regnaturum qui propter crudelitatem eis suspectus extinguit̄. Deinde missa legatione bonones rome obses ad parthis imperandum mittitur qui mansuetudinem eius spernentes ab imperio illum deturbant obsidatum iudicantes seruitutem Arthabanus quoq; medorum rex ab ipsis vocatus venit cui bonōes occurrens cum exercitu eum fugat sed non post multum tempus congregato exercitu confligit cum bonone qui victus fugit. Sileuciam deinde ad thesifontem. Et postea iteratū est bellum contra Arthabanum vbi bonones captus Sillano syriæ pręsidi traditur qui quoniā eum romę cognouerat eum honorifice tractauit. Eo tempore mortuo comagene Anthiocho rege plebs aduersus nobilitatē scinditur etvtraq; pars legationē mittit. Et senatus Germanicum cuncta Syrie negotia mittit correcturum qui veniens in partibus orientis a pisone veneno perimitur.

¶ Capitulum Tertium.

IN illis diebus moritur phraates parthorū imperator insidijs illi a phraate filio pręparatis. secundum hūc modum. Fraates imperator postq̄ legitimos filios habuit asciuit sibi Ytalici generis concubinam: cui nomen erat thermusa. A cęsare iulio cum alij muneribus hęc ei fuerat condonata. Et primū quidem ea sicut dixi pro concubina vtebat̄ captus mira pulchritudine mulieris. Procedente vero tp̄e filioq; ex ea fraate suscepto cōiugē eā legitimā designauit: quā honorabiliter tractabat in oībus quicq̄d ei etiā diceret obediebat. Itaq; festinās vt parthoꝝ pricipatus filio suo cōtingeret q̄d videbat aliter fieri non posset nisi exinde legittimos filios aliq̄bus argumētis excluderet: p̄suadet īperatori vt illos romē obsides destinaret. Proinde illi non eni facile fuit fraati dispositionibus thermusę resistere romā a patre mittunt̄. Et solus in regno fraates filius enutrit̄. Sed postq̄ adoleuit: graue reputans ac molestū vt principatū patre tribuēte susciperet: insidias p̄parat patri cooperante sibi etiā matre. Nā sermo quoq; fere erat q; ei cōcubitu miseret̄. itaq; ꝓ vtroq; facinore gēti factus est exosus: tā parricidio q̄ amore matris infando seditionibusq; excitatis anteq̄ amplior fieret. ex regni potestate depulsus emoritur. Concordantes itaq; in vnum parthorum fortissimi: cernentesq; sine principe se non valere consistere ceperūt inspicere quisnā illis ex genere arsaciadaꝝ fieret imperator. Nā aliunde fieri nō licebat. Vnde quoq;

Phraates pthorū īpator īsidijs a filio ex cōcubina suscepto patis cooperante matre moriuur. Phraates iuuenis gēti exosus parricidio & infādo mr̄is amore expulsus emoritur & pthi hęrodē vocant regnaturum eis.

Herodes ferocissimus multitudini propter crudelitatem suspectus extigit

Legatiōe missa Bonones romę obses ad iperandū mittiť partis q māsuetudinē eius spernētes illū perturbāt impio obsidatū iudicātes seruitutem.

Bonōes victus fugit ad seleutiā deinde ad Thesifontem.

Iteraū bellum cōtra Arthabanū vbi captus Bonōes Sillano syrie psidi traditur.

Mortuo antiocho rege comagene plebs aduersus nobilitatē scinditur & vtraq; pars legationē mittit. &c.

vsq; in hodiernum diem pollutum dicunť & iniuriatum ex semine mulieris ytalicę illud imperium.
Herodem quoq; per legatos asciscunt. Sed postꝗ iste quoq; suscepit imperium: cœpit inuiduosus est
se multitudini atq; suspectus propter immensam crudelitatem. Erat quippe ita ferus: & omnibus mo
dis immitis. Hunc ergo congregati simul extingunt. Pleriq; dicebāt ꝙ eum in sacrificijs inter altaria
peremerunt. Nam eis moris erat in diuinis celebrationibus cultros portare. Apud plurimos tamen
opinio illa est ꝙ dum venatum pergit occisus est. ¶ Legationē itaq; romā mittunt: vnum ex obsi-
dibus ad imperum postulantes. Et mittitur illis bonones ceteris suis fratribus antelatus ꝙ iudicabať
fortunam suam potestatemq; non insolenter aut nimie tractaturus Sed barbarę multitudini celerria
conuersio suboritur. Siquidem sunt etiam natura mutabiles. Mansuetudinem itaq; eius cœpere con-
temnere indignum putantes vt seruo subicerentur alieno. Nam obsidatum seruitutem esse desinebāt
Neq; iure belli datum: sed quod peius putabant in pace ad iniuriam suę gentis & regni: alienis esse
contraditum. His ergo querelis gens vniuersa commota: illum perturbat imperio. ¶ Comfestim ar-
tabanum euocauit regem medorem ab arsacidarum genere descēdentē. Persuasus itaq; artabanus
venit cum omni milicia cui bonones occurrit: & multitudine congregata parthorum cum eo bello:
congreditur. Artabanus autem victus: confugit ad montes Medię. Et non post multum tēpus cōgre
gans etiam ipse magnas turmas exercitus cum bonone confligit & victus bonones cum ad seuliciā
fugit equitatu. Artabanus autem fusum parthorum exercitum insequēs: magnam stragem operatus
est. Tunc barbaris grandi metu compressis ad thesiphontem als contextifontem cum magna multi-
tudine pergit. Illo itaq; parthis imperāte: bonones in armeniā venit: & primo quidem in illa regione
cœpit imperare: deinde vero ad romanos legationem mittit. Sed vbi tyberius petitionē eius abnuit
ille recte ad parthos conuertiur: & bellū arthabano denunciat: quando quidem nulla illi recuperandi
regni machinatio succurrebat. Cęterum armenij qui circa nifatem habitabant artabano fuere sociati
a quibus detentus bonones: rectori syrie sillano cōtraditur. Ille autem ex verecūdia qm̄ romę eū no-
uerat custodiuit: honorificeq; tractauit. ¶ Armeniā Orodi Orodes arthabanus vni suoꝝ tradidit fi-
liorū. ¶ Ea tēpestate moriť comagene rex anthiochus & plebs aduersus nobilitatē scinditur et mittit
vtraq; pars legationem romam nobilitas quidem statum reipublicę habitumq; mutare desiderās vt
pręsidiali dispensatione regetur: multitudo vero regnū proprio more habere cupiebat. Senatus au-
tem vtraq; legatione suscepta ex decreto germani committit cuncta Syre negocia correcturum: agē
te fortuna quo facilius interierit. Nam veniens in partibus orientis & in melius cūcta disponens a pi-
sone veneno perimitur: sicut iam in aliis iudicatum est.

¶ Pylatus iudeę rector assumpto de Cęsarea exercitu legem iudeorum soluere nisus statuas
in templo collocauit primus enim cum signis ciuitatem intrauit prędecessoribus suis pręsidibus siue
signis mœnia ciuitatis ingressis ipse vero iudeorū admiratus fortitudinē quos pro legalium custodia
ad mortem paratos videt ymagines de hierosolimis auferri & in Cęsaream iubet produci. Sed ex opi
bus templi aquę ductum fabricare volens Iudeos hoc impedientes militibus eos adorso circuūenire
pręcepit qui magnam multitudinem prostrauerunt.

¶ Capitulum quartum.

Pylatus ciuitatē cū signis primus itrauit prioribus Iudeę rectoribus sine signis mœnia ciuitati sigressis.

Pylatus iudeos paratos ad mortē ꝓ custodia legaliū vidēs ymagines de hierusalē auferri pcepit perducitq; in Cęsaream.

P Ylatns autem iudeę rector exercitum de cęsarea secum assumens tendit ad hierosolimā
vt leges solueret iudeorum. Nam secum statuas que in signis militaribus inerant intro-
mittit. Imagines autē aut aliquid huiusmodi facere lex nostra prohibet: & propter hoc
ante illū oēs iudeę rectores sine signis ingrediebanť mœnia ciuitatis. Primus autē pyla-
tus ignorātibus populis itrogressū signa quę secū apportauerat in ciuitate cōstituit. ¶ Il-
li vero mox vt rem cognouere congregati veniunt cęsaream diebus plurimis supplicantes vt ymagi-
nes de hierosolimis auferātur. Pylato vero abnuente ꝙ iniuriam cęsaris si fieret estimabat: iudei nul-
lomodo discedunt. Tunc ille oculte in insidiis armatos milites collocauit. ¶ Cumq; pro tribunali se-
disse quod ei fuerāt ornatum in stadio nam eum locum insidiis quas preparauerat aptum esset per-
spexerat: iudeiq; iterum supplicarent: signo dato milites processere: iudeisq; vndiq; circūdatis cœpit
pylatus mortem comminari nisi quieuissent. At illi mortem se potius electuros ꝗ constitutiones le-
gis sue transgressum ire firmabant. Tunc pylatus ammirans fortitudinem iudeorum in conseruan-
dis legalibus cōstitutis confestim ymagines de hierosolimis auferri pręcepit. Cęsareamq; perduci.
¶ Voluit etiā ex opibus tēplia aque ductū pgētē in hierosolia fabricare: suscipiēs initiū torrentis q sta
dioꝝ duū miliū interuallo distabat. Sed iudei non libenter accipiunt & circa eos qui operabanť mul
ta milia hominum congregata: clamabant vt ab illo opere cessaret. Pleriq; etiā maledicttionibus vte
banť contumelias quoq; iactantes: sicut vulgaria solet multitudo. Ille vero milites iudeos a dorso cir
cūuenire pcipiens iubebat vt discederēt. Illis aūt ad cōtumelas iniuriasq; cōuersis dato signo militibus
iussit vt iudeos iuaderēt. Milites porro āpliora ꝗ iussi fuerant ppetrantes: multitudinē magna cede ꝓ-

sternunt. Plures igitur ibi deficiunt pleriq; aūt sauciati discedūt atq; hoc modo illa seditio terminat.

TESTIMONIUM DE IESU CHRISTO UNIGENITO DEI FILIO

Testimoniū virtutū Iesu Christi q multos iudeorū & multos gentiliuū sibi adiunxit quiq; p Pylatum accusatiōe Iudeorū cruci adiudicatus est sed tertio die resurrexit scđm ,pphetias de eo diuinitus inspiratas & ab eo xpianorū q ab ipso nūcupati sūt nomē & genus pseuerat. Cpm.v.

Fvit autem isdem temporibus IESVS vir sapiens si tamē virū eū nominare fas est. Erat enī mirabilium operum effector & doctor hominum eorū qui libenter quę vera sunt audiunt & multos quidem iudeorum multos etiā ex gentibus sibi adiūxit. CHRISTVS hic erat. Hunc accusatione primorum nostrę gentis virorū cum pylatus in crucē agendum esse decreuisse: non deseruerūt hi qui ab initio eū dilexerunt. Apparuit eī eis tertio die iterū viuens scđm q diuinitus īspirati ,pphetę vel hęc vel alia de eo īnumera miracula eē futura p̄dixerāt Sed & ī hodiernū. CHRISTIANORVM qui ab ipso nuncupati sunt: & nomen perseuerat & genus.

Testimoniū virtutū xpi Iesu.: Ad iudicatus cruci p pylatum Resurrexit tercia die. Nomē xpianorum & genus a christo.

Paulina Romana Saturnini vxor honesta et pulcherrima cuius amore Mundus equestris emeritus diues & nobilis captus maxima illi pro concubitu promittens dona sed eiectus maximo affectus est morbo quem Ida liberta quedā ex parētibus lenona astutissima sanare cupiens sacerdotes templi isidis pecunia corrumpit qui paulinam mulierē castam & simplicē decipiētes finxerūt Anubū Egiptiorum deum paulinam diligere & eius Thorū appetere. Quod liberter illa & optababiliter suscœpit ad amicas gloriando denunciat hoc etiam marito qui grata propter vxoris pudicitiā cōcessit Illa igit per gēte ad templum cū ipsa cenasset & tēpus quiescendi venisset vniuersa a sacerdote claudunt substractis luminibus Mundus aūt ītro latitans venit ad mulierē quem deū existimās illa reuerenter recœpit & cū ea mūdus pernoctans circa vicinam lucis recessit. Tertia vero die occurrens Mūdus dolum detegit pauline que scissis vestibus facinus cognoscens ad virū occurrit & factionem aperiens iiuriam vlcisci ipsū deprecata est qui imperatori tyberio cuncta nunciauit. Qui diligēter causam examinans sacerdotes cum ida adegit in cruces & templū funditus euertit statuāq; insidis in tyberim iactari pręcœpit Mundū vero Exilio dānauit. Capitulū sextum.

Iisdē tēporibus iudeos alia seueriora perturbant. Nam etiā in templo isidis quod romę fuerat institutū factū quoddā turpitudine plenū opprobrioq; contigit. Quod primū explanabo: tum demū ad illa quę apud iudeos euenere trāsibo. Paulina quedā mulier erat romę p̄clare morū dignitate studio castitatis intenta. honestatis opinione cōspicua. Erat etiā opū locuplex magnitudine & vultus pulchritudine decorosa ętate aūt qñ maxime mulieres pudicitia decorāt. Hęc nupta erat saturnino: etiā ipso genere opibus cetero cultuq; cōsimili. Huius itaq; amore detinet iuuenis quidā Mūdus noīe ex numero equestri sed in gradu iā emerito cōstitutus & dignitate magna sublimis: ydoneus etiā ad munera largienda sumptusq; faciēdos Nam memorate quoq; mulieri maiora dona promiserat Quę illa contemnente maximo fuerat amore succensus: vt etiam viginti miriadas dragmarum atticarum se daturum pro vno concubitu spopondisset. Sed neq; sic illa deflexa est. Tunc ille nimiam infœlicitatem morbi sustinens siquidem neq; cibum valebāt accipere morti se addixerat: hoc vnum sibi iudicans tāti mali fore remedium. Et ille quidem tale decretum animo infigens: per singulos dies hoc agebat vt celeri morte rapareī. Erat autem Mundo liberta quędam ex parentibus nomine ida: omnium maiorum & iniquitatum coagulum. Quę grauiter ferēs q ille iuuenis damnaret se in mortem nam clarebat omnino periturus accedēs erexit eum: & cœpit cum eo talia fabulari quę animū eius bone spei facerent. Promittebat namq; se actutam apud paulinam: vt quinq; miriadas accipiens concederet iuueni quod volebat. His itaq; dictis iuuenem de morte reuocans, sumpsit ab eo pecunię quantū placuerat. Sed non eadem via paulinam aggreditur qua fuerat ante temptata. Cernens animum mulieris nullo modo capi pecunijs: sciensq; illam quemadmodum esset occupata cultura Isidis: tale aliquid machinatur. Accedit ad quosdam ex templo isidis sacerdotes quibus interpositione iurisiurandi fidem seruare persuasit dans etiā in presenti duas miriadas & dimidiam promittens etiā aliud tantū si quod vellet habuisset effectum. Tunc causam aperit: amorē iuuenis indicat. orat vt & mulierem quibus possent modis inducerent. illi aūt pecuniarum cupidine capti: promittunt quicquid imperaret protinus ipleturos Presertim aūt ipse maximus sacerdotū vt paulinā conueniret ac suis verbis impelleret pollicet. Finxit itaq; se ex egypto venisset ab āubo destinatū q is grādi circa paulinā amore teneret eūq; deū sibi iussisse vt romā venire mulieriq; precepti numinis aportaret Libenter illa & optabiliter suscepit atq; ad amicas gloriādo denuncat q̄d ab anubo tali merito iudicet. Hoc ēt itimat & marito q ab ea thorum & conam anubus cōcupiscat. ille autem grate concessit: pudiciā cōiugis nō

Paulinę romāę Vxoris saturnini laudes & pulchritudo.

Mundus equęstris emeritus diues & nobilis amore captus paulinę illi maxima ,pmittens dona ,p vno cōcubitu ē reiectus Ida liberta Mūomniū iniquitatū coagulū leonona astutissia.

Astutia diabolica mulieris faus Sacerdotes tēpli isidis pecunia corrupti. Fallacia maximi sacerdotis ad paulinā. &c

ignorans. Illa igitur pergit ad templũ & cũ cenasset templusq; quiescendi venisset vniuersa a sacerdote clauduntur cuncta quoq; lumina subtrahũtur. ❡ Mundus autem intro latebat abscõditus qui postq̃ silentium factum est: ad mulierem venit. Illa autem existimans deum esse reuerenter accipit: atq; ita cum ea mundus pernoctans: circa viciniam lucis abcessit. Illa autem manefacto consurgens: atq; ad suum virum veniens: aduentum ad se numinis enarrauit. Similiter etiam loquitur ad amicas magnã sibi ex hoc gloriationẽ reputans prouenisse: & quia verba quoq; ad illam fecisset anubus indicauit. ❡ Sed exaudientibus alij nos credebant natura inspicientes rei: pars autem credebat. Quidã vero miraculum dicebãt pudicitiam attendentes: dinitatemq; referentes. ❡ Tertia vero die postq̃ factum est occurrẽs ei mundus o paulina inquit saluasti mihi viginti miriadas: quas posses familiaribus tuis rebus adijcere. Nunc autem nec meis postulationibus defuisti: & damnificatiõe liberasti. Nam in tẽplo tota nox a te cum mũdo peracta est: nec mei nominis interest voluptas precepta Nihil enim ad parficiendum negociũ offuit: quod anubus vocitatus sum. Et ille quidem talia locutus abscessit. Illa vero in mentem rediens tunc primum illud facinus intellexit: & scissis protinus vestimentis ad virum occurrit factionemq; aperit tam magni facinoris: deprecata ne suam iniuriam neglexisset. At ille imperatori cuncta denunciat. ❡ Tunc tyberius causam diligenter examinans vniuersum sacerdotum scelus inuenit & ipsos quidem cum Idã que causa totius iniquitatis extiterat adegit in cruces. Tẽplum autem ipsum funditus euertit statuamq; Isidis in tyberini fluuim iactari pręcepit. Mundum autem exilio damnauit: dignum eum maiore pœna non iudicans: q̃ amoris vehementia deliquisset. Et ea quidem quę in templo isidis prouenere tali fine conclusa sunt.

Mũdo detegẽte dolũ paulia scissis vestibus facinus itelligẽs ad virũ occurrit & factionẽ apiens iiuriã ipsũ vicisci deprecata ẽ. Tyberius cognita sacerdotũ negtia ipos cũ ida adegit i cruces euerso funditus templo. &c.

❡ Iudei cuiusdam a patria propter transgressionem legis profugi malicia qui vna cũ tribus sibi similibus fuluiam quandam de cetu nobiliũ decipientes auri & Ostri plurimum accipientes pro ornatu templi vsibus proprijs assumpserunt quo cognito Tyberius propter horum quatuor hominũ nequitiam omnes iudeos a Roma iubet excedere: Samareorũ quoq; gens tunc turbata est hos enim Caphedon vir mendax peruertit falsis promissionibus in monte Garizim congregans quos ascendẽtes pylatus occidit Quem Samareorum principes de huiusmodi occisione apud Vitellium syrię pricipem accusant & illum romam mittit decimo anno presidentie sue Marcello subrogato Sed anteq̃ pylatus romam veniret Tyberius occubuit.

❡ Capitulum Septimum.

Iudei pfugi a patria qa mosaicę legis trãsgressor accusatus malicia qui vna cum tribus sibi similibus Fuluiam quandam de cetu nobiliũ decipientes auri: & ostri plurimũ accipiẽtes p ornatu tẽpli vsibus pprijs absũpserũt Quo cognito Tyberius oẽs iudeos e roma excedere iubet Et sic propter quatuor nequiciã vniuersitas punit Iudeorũ.

Nunc ad rem redeo vt explicem que iudeis romę eodem tempore cõtigerũt: sicut etiã ante prestrinxi. Erat quidẽ vir genere iudeus de sua patria pfugus. accusabatur autem de legalium transgressione pręceptorum. Vnde apud suos quoq; reus habebat & malignus in oibus. iste per multos dies legem se Moysi exponere simulauit: & tres viros in omnibus sibi similes cõsocians seducunt fuluiam quandam vnam de cetu nobilium: vt legi iudaicę animũ suũ dederet. Cui persuaden vt ostri & auri plurimum in hierosolymam mitteret templi ornatui profuturum. Quod illi sumentes proprijs vsibus absumpsere. propter quod etiam argumentis & fallacis antea cuncta pegerant. ❡ Tunc tyberius nam ei totum negocium saturninus insinuat vir fuluię pariter amicus & tutor iubet roma cunctos iudeos excedere. Consules autem quattuor milia ex iudeis militãtes mittũt in sardoram insulam. Plurimos autem militare nolẽtes propter legis paterne custodiam affecere tormentis. ❡ Atq; hoc modo propter neqciã quattuor hominum: vniuersa ex vrbe pellitur multitudo. Sed neq; Samareorũ gens turbis expers fuit: vel tumultibus aliena. Hos enim peruertit vir quidam mentiri pro nihilo ducens. Caphedon nomine qui omnẽ plebem suasionibus artificiosis induxerat vt in montem Garizi omnes accurrerent: q̃ eum sanctũ hẽrent ac venerabilem. Pollicebatur enim se ascẽdẽtibus ostensurũ vniuersa vasa quę ibidem a Moyse fuissent obruta. At illi persuasi verbis illius armar & cõsederãt i quodã vico cuius nomẽ cyrithua atq; hic ide plurios cõgregabãt vt cũ maxima ml'titudie mõtẽ ascẽderẽt. Sed hos in ipso ascẽsu Pylatus accupat. omnẽ eqtatẽ pcedere iubẽs: & ductu velocissimos atq; ibi circa memoratũ viciũ pugna cõmittitur & alios obtrũcant pluresq; in fugam vertunt: maximam partem capiunt quorum seditionis principes vel eos qui in fugiendo plurimum valuerant pylatus interfecit. ❡ Sed ex hoc Samareorum gente turbata cuncti priores ad vitelliũ veniunt qui per idem tempus gerebat Syrie principatũ: atq; apud eum Pylatũ accusant quod iniuste tãtos occiderit Non eñi a Romanis discedendo: sed iniuriã pylati declinãdo in Tyritua cõgregatos esse profitebanr. Tunc vitellius marcellũ vnũ ex suis amicis q curaret in iudea constituit: pylatũ aũt romã pgere vt de his qbus a iudeis accusabar: se i iudicio cęsaris expurgaret. ❡ Tũc pylatus postq̃ i iudea decimũ annũ cõpleuit pergit romã vitellij visione cõpulsus Nõ eñi posset eius dispositionibus reluctari. Sed anteq̃ pylatus romam veniret: tyberius ex humanis rebus abscessit.

❡ Vitellius i paschate hierl'm ascẽdẽs iudeis magnificis & liberalis venaliũ rerũ pciũ minuit stolãq; põtificis & ornatũ eius i tplo sub põtificiũ custodia pmisit sed; ãtiquũ morẽ herodes nãq; & eius

filius archelaus in Antonia terrę custodiri pręceperant hic iosephum caypham cognominatum a sacerdotio remouit subrogato Ionatha Annę filio Scribente quoq; tyberio ad vitellium vt amicitiam cum Arthabano conficeret ille magnis muneribus suadet hybereorum & lambanorum regi vt cum Arthabano sine vlla dilatione pugnarent At illis a pugna abstinentibus Scithę parthorum terramva stant & contra Arthabanum bellum maximum faciunt ibi filio eius interfecto. Quod audiens Tyberius vitellio iubet cum Arthabano amicitiam facere quod & factum est filio eius obside tyberio cum muneribus dato cum quo etiam iudeum hominem nomine lazarum propter magnitudinem gygātem vocatum mittit vitellius autem pacis tractatum Herode prępueniendo cęsari rescribente maxime contra eum iratus iram in animo reseruans.

Capitulum octauum

Vitellius autem veniens in iudeam ascendit in hierosolimā & erat tunc forte festiuitas a maioribus instituta quę pascha vocatur. Vitellius itaq; magnificus ac munificus extitit ī populo. Nam & venalium rerum pręcia leuigauit & in alijs plurimis circa eos liberalis apparauit Sed & stolam pontificis vniuersumq; eius cultum atq; ornamentum in templo haberi permisit & sub pontificum potestate seruari secundum moris antiqui institutionem. Nam anteq̄ vitellius venisset in antonia seruabatur. Arx enim huiusmodi nomine censebatur: vt autem ibidem seruaretur talis extiterat causa Pontificum quidem hyrcanus nomine vnus ex multis nam plures hoc vocabulo fuerāt nūcupati prius in loco templi vicino tabernaculum cōstruxerat & ibi ex maxima parte degebat ibi etiā stolam pontificalem habuit. Nam custos eius existebat propter quod eam soli licebat induere quando templum intrabat. Cęterum quando in ciuitatem exibat: priuatis indu minibus vtebatur. Hanc itaq; consuetudinem & ipse & filij eius & eorum filij multo tempore conseruabant. Sed primo q̄ herodes accessit in regnum illud tabernaculum oportuno loco sibi situm existimans opulentius cōstruxit & antoniam ex noīe antonij q̄ erat amicus appellauit: Sed & stolā sicut eā repperit ibi eā etiam custodiri existimans ex hoc nihil seditionis aduersus se populum commoturum. Similiter etiam fecit archelaus filius eius postq̄ herodi successit in regnum & deīde archelao excluso a romanis seruabatur stola pontificis in illo tabernaculo ex lapidibus fabricato sub sigillo sane pontificum & Gazophilatio habebatur quo & ceteri tēpli ornamēta & cādelabrū quoq; seruabatur: quod tamē per dies festos ad vsum pontificū tradebatur. Transacta vero festiuitate iterum ī loco proprio reponēda reddebatur: & per tres ita festiuitates singulis quibusq; annis & per ieiunia dabatur atq; reddebatur. Vitellius autē tunc secundū morem antiquū stolā illā pontificum potestati contribuit neq; permisit vt quando vsui opus esset a Gazophilage alias Gazophilacio peteretur. ¶ Hoc itaq; beneficiū iudeis indulgens pontificem Iosephum cognomento Caipham sacerdotali remouit officio: cui Ionatham filiū annę in pōtificale ministeriū subrogauit. Quę cum egisset: iter confestim quod ī anthiochiam ducit ingreditur ¶ Mittit etiā tyberius ad vitelliū litteras iubens ei vt amicitiam cū arthabano parthorū imperatore conficeret. Terrebat enim eum q̄ inimicus exstaret & armeniam inuasisset: ne forte amplius eius cōcepta pgrederetur audacia. monetq; vt nō aliter eius amicitię crederet nisi filios suos obsides pbuisset. ¶ Hęc itaq; ad vitelliū scribēte tyberio ille magnis muneribus psuadet hybereorū & lābanorū regi vt cū arthabano sine vlla dilatione pugnarēt. At illi a pugna quidē abstinēt verum scithas cōcesso eis trāsitu aperiētes capiaspilas ī arthabani regiōes īmittūt atq; ita deuastatur armenia oīsq; terra parthorū hostibus īpleuit & cladibus. Nā primi eorū passim vbiq; perimūtur turbis & luctu cūcta cōplētur: filius īperatoris ī ea pugna perimitur cū exercitu vniuerso Nā multe miriades defecere parthorū Ipsūq; arthabanū per munera vitellius corruptis amicis eius & consanguineis: pene perdiderat. Sed cū dolos intelligeret arthabanus seq; circūuentū irremediabiliter agnouisset. nā erant & plures & primi a quibus insidie pabātur: cū paucis fidelibus ad superiores satrapias abscessit: atq; ita se insidiantiū dolis eripuit. Postea vero magnā manū dacorū suorūq; cōgregās & superās suū tutatus est pricipatū. ¶ Hęc igitur audiēs tyberius: iussit postea cū arthabano amicitiā fieri quod ille etiam libenter amplectitur. Hoc autē quādo gerebatur circa eufratē fluuiū erāt arthabanus & vitellius atq; ibidē de pacis fœdere colloquūtur: in medio sibi pōte fluminis occurrētes: paucos secū vterq; qui sibi munimento forent adducēs. Ibi de pace postq̄ locuti sunt. Herodes eius tetrarcha conuiuiū in medio loco preparat tabernaculū ex velamentis pręciosis exornās. Tūc arthabanus dat obsidē tyberio dariū filiū suū. cū quo etiam munera magna multaq; trāsmisit: in quibus etiā hominem magnitudine septem cubitorū genere iudeū noīe lazarū qui propter corporis vastitatē gygas vocabatur. His itaq; peractis vitellius ad anthiochiā: arthabanus aūt in babiloniam reuertuntur. ¶ Herodes autē volens semetipsum cęsari tali nuncio cōmendare: litteras per huiusmodi destinat portitores ī quibus intonat pacem factam obsidēq; susceptū postremo cuncta denunciat quę ad negociū ptinebāt nichil penitus ptermittens postea vero cū a vitellio destinarētur de his rebus epistolę: rescribitur a cęsare quod cūcta iā ante co

Vitellius in paschate hierusalē ascēdens iudeis liberatis fuit venalium rerū pręcium minuēs & stolā pōtificis & ornatū eius ī tēplo sub pōtificū custodia pmisit secundum antiquū morem.

¶ Antonia terris ab herode edificatur vbi stolā custodiri precipit & similiter Archelaus filius eius.

¶ Vitellius iosephū cōnoīa um cayphā a sacerdotio remouit sub rogato Ionatha Annę filio.

Tyberius ad vitellium pro amicitia cum arthabano conficere scribit.

Tyberius vitellio amicitiam iubet cū arthabano fieri qđ & factū est filio eius obside cū muneribus dato.

Lazarus Iudeus Gygas.

Gaius Tyberio succeſſit imperio

gnouit herode de oībus edocente. Ex hoc vitellius ſupra q̄ quiſq̄ ratus erat īdignatiōe turbatus. Nō tamē ſuū animū aperit ſed iram mēte ſeruabat donec reuerteretur. Gaio ſumēte regimē principatus.

¶ Philippo tetrarcha herodis fratre cuius mores & ab ſubiectos cōuerſatio laudatur anno.xxij.imperij Tyberij ſine herode mortuo principatum diſpenſationi ſirię commiſit Tyberius. Tūc quoq; inter Aretham Petreū & Herodem regem Simulatio maxima fuit quia herodes filiam Arethę habēs vxorē herodiadem Ariſtoboli filiam coniugēq; viuentis Philippi fratris vxorem accoepit. Quod arethę filia cognoſcens ad patrē remeauit. Et hoc inimicitiare fuit inter aretham & herodem inimicitiū atq; belli vbi herodis exercitus maxime fuit debilitatus. ſed ſunt nonnulli qui herodis victum exercitum propter iniuſtam Iohannis baptiſtę mortem fuiſſe dicunt. Timens eñ herodes ne plebs Iohannis ſanctiſſimi monitis a regno diſcederet fecit eum detrūcari. vitellius autē cōtra arethā pręcipiente Tyberio bellū parat varus vero cū herode hieruſalē aſcēdens hoſtias immolauit Ionathā a ſacerdotio remouēs qd fratri eius cōtradidit. Quartoq; die poſt litterę de tyberij morte allatę ſunt. Capi.ix.

Philippus tetrarcha herodis frater āno.xxij.imperij tyberij defunctus eſt.

Philippi conuerſatio honeſta & boni mores.

Tyberius philippi ſiue Hærode morietis pricipatum commiſit diſpenſationi ſirię Hic herodes (vt dicit magiſter hiſto.ca.xliiij.euā. hyſto) vocabat philippus & erat binomius & quē euāgeliū philippū vocat hic herodes dicit vide ibidē & Nichola.lira.ſuper Mathei ca.xiiij.

TVnc etiā philippus herodis huius frater vita defūgitur viceſimo quidē ſcdo āno iperāte tyberio. Ipſe aūt p trigita & duos alias quiq; ānos rector aduixit ſub ſuo iure poſſidēs trachonitidis & gaulanitidis regionē. Ad hęc etiā varitaneorū gentē vniuerſam ſuo regimine gubernabat. Is moderatū & māſuetū ſe cunctis quibus imperabat exhibuit: nullas impręſſiones aliquibus importans. Nam eius ad ſubiectos conuerſatio talis erat: ꝓcedebat in itinere cū paucis electis ſibiq; gratiſſimis: ī cauſis iuſta iudicia ꝓferebat: occurſantibus vel opis ęgentibus auxiliabatur impigre ac ſi forte oppreſſionē ſenſerat alicuius ſtatim ī ſolio cōſidēs cauſam audiebat iuſte parti adiutor iniuſte autem punitor exiſtēs. Hic ergo moritur in iuliada. vnde magnis exęquijs in monumentum defertur quod ab ipſo ante fuerat conſtitutum iuxta Pauiadā exęquieq; ſunt illi magnifice celebratę. ¶ Principatum autem tyberius cęſar aſſumens. Siquidē nullū reliquęrat filium diſpenſationi. Syrię regiminiq; cōiunxit. Functiones autē tributarias quęcunq; colligerentur in eadem pręcepit tetrarchia ſeruari. ¶ Hiſquoq; tēporibus inter arethā petreū & herodem regem ſimulatio magna contigit: propter huiuſmodi cauſas. ¶ Herodes tetrarches vxorē habuit arethę filiā: cum qua non paruū tempus aduixerat. Sed cū Romam euocaretur. herodes trāſiens in domū Herodis exceptus eſt. Frater eius etiā erat ipſe ſed nō ex vna matre progenitus. Herodes eñ ex filia Symonis ſacerdotis fuerat procreatus. Cumq; ibi eſſet Herodiadis amore captus eſt vxoris alterius herodis Filia enim erat iſta ariſtoboli: ſoror aūt agrippę maioris. Audet igitur cū muliere de nuptijs ineundis miſcere ſermonem Illa vero ſuſcipiente. pacta firmantur. vt cum roma reuerſus fuiſſet. Illa cōnubij iura ſuſciperet. Erat enim in pactis vt filiā arethę regis excluderet. Et herodes quidem romam talibus pactis firmatis aduehitur. Sed cum reuerſus eſſet peragens romę propter quę fuerat euocatus vxor eius fideliter cūcta cognoſcens quę inter eum herodiademq; fuerant compoſita. anteq̄ eam ille cuncta cognouiſſe ſentiret rogat virum vt in macheronta vbi limes erat arethę herodiſq; regionis ab eo mitteretur nihil ſuę voluntatis aperiens. Hoc herodes libenter accipiens mittit vxorē: nihil eā ſenſiſſe penitus arbitratus. Illa vero pręmiſerat enim ante multum tempus ad patrē vt ei apud Macheronta omnia pararentur quę itineris vſus expoſceret: a ductoribus arethę ſuſcipitur confeſtimq; intrat arabiam: atq; ibi ab illis ductoribus ad alios ab illiſq; rurſus ad alteros tranſmiſſa cum ſumma celeritate patri perducit̄ cui cunctam herodis aperit voluntatem. Ille vero ex huic inimicitiarum ſumpſit exordium. atq; ab vtroq; exercitu congregato in regione gamalica bello confligitur non quidem ipſis præſentibus: ſed ductoribus ab vtraq; parte tranſmiſſis. Pugna itaq; facta. & exercitu herodis afflicto proditione profugarum qui ex philippi tetrarchia ad herodem quaſi auxiliandi cauſa venerāt hęc herodes ſcripſit ad tyberium. Ille aūt indignatus ꝙ arethas talia ꝑpetrauit ſcripſit vitellio vt ei bellū incūctāter inferret & aut viuū eū victū adduceret aut certę mortui caput afferret tyberius quidē vt hęc ageret rectori ſyrię demādabat. ¶ A quibuſdā aūt iudeorū videbatur ideo periſſe exercitū ꝙ ī eū ſatis iuſte indignatio diuina commota ſit pro vindicta iohannis (qui vocabatur baptiſta). Hunc cum herodes occidit virū valde bonum qui pręcipiebat iudeis virtuti operam dare & iuſticiam colere in deum ſeruare pietatem & per baptiſmum in vnum coire tum demum enim baptiſmum acceptabilem fore ſi non ſolum ad abluenda peccata ſumatur. verum etiam ad caſtimoniam corporis: atq; ad animę iuſticiam purificationemq; ſeruetur omniumq; pariter virtutum velut ſignaculum & cuſtodia quędam fidelis habeatur. Quę cum ab eo præcepta huiuſmodi docerentur. Atq; ad audiendum per plurima multitudo concurreret: veritus herodes ne forte doctrinę eius perſuaſione populi a ſuo regno diſcederēt videbat enim ꝙ pręceptis eius ac monitis parata eſſet plebs in omnibus obedire: melius credidit priuſq̄ noui aliquid fieret pręuenire hominem nece: q̄ poſtmodum turbatis rebus Seram plenitudinem gerere. Ex ſola ſuſpitione herodis: vinctus in caſtellūmarechonta adducitur iohānes: iſtiq; obtrūcatur.

Herodes ſuis ab arethę exercitu victis militibus ſcripſit ad tyberiū qui indignatus ſcripſit ad vitellium bellū arethę inferre. &c.

Laudes iohānis baptiſtę.

Herodes timens ne plebs monitis iohānis baptiſtę a regno diſcederet fecit eum detruncari.

Iudeis autem sicut iam diximus videbatur pro eius vltione interitum illi exercitui deum importasse: quo herodes sumpsisset digna supplicia. ¶ Vitellius autem cœpit omnia præparare: vt bellum cum aretha perageret. Sumens igitur duas legiones: & expeditorum & equitum vniuersam manuum: cũctosq; auxiliarios ex regibus qui sub romanis erant simul adducens: volebat per iudeam transitum facere. Sed venientes in occursum eius primates iudeorum postulabant ne per eorum regionem iter ageret: ne compellerentur contra legem suam ymagines & signa suscipere. Quibus auditis ille persuasus mutata sententia quam ante consulto prouiderat: per campum magnum ire pręcepit exercitum. ¶ Ipse autem cum herode tetrarcha & amicis ascendit in hierosolymam: deo hostias immolaturus. Nam dies festus iudeorum propinquus instabat: ad quam festiuitatem occurrens fauorabiliter ac decenter ab omni multitudine iudeorum exceptus est. Ibiq; peragens festos dies. Ionatan pontificali remouit officio qd eo filio eius fratri contradidit. ¶ Quarto aũt die allatę sunt illi litterę: in quibus significabatur mors tyberij: & vt omnem multitudinem congregans ad deuotionem gaij iurare compelleret. Milites quoq; & auxilia cuncta ad loca propria dimittebat q̃ bellum iam gerere non valeret nesciens gaij propositum in quem potestas rerum translata constaret. ¶ Dicebatur etiã q̃ hoc arethas ex augurio antea cognouisset. Nam cum ad eum vitellius nuncium belli misisset. Fertur vitellij militibus respondisse impossibile prorsus vt ad Petros romanus exercitus adueniret. Antea enim vnum ex principibus moriturum vel eum qui bellum imperauisset vel illum qui imperantis proposito ministraret vel illum aduersus quem prẹlium pararetur. Vitellius interea in anthiochiam repedauit.

Vitellius bellum cõtra arethã pat

Varus cũ herode hierusalẽ veniẽs deo hostias ĩmolauit: & ionatham pontificali remouit officioquod frĩ eius contradidit.

¶ Agrippa herodes Romam venit vt ab imperatore aliquam obtineat potestatem. Hærodes enim omnis origo propter eius impietatem citra centum annos consumpta est. In quo ad humilitatem & modestiam humanum genus perducitur cum illius familiæ calamitates audierit. Epylogus autem generationis illius hic habetur. Capitulum decimum

Agrippa vero aristobili filius ãno anteq̃ tiberius moreretur romã venit: volẽs apud ĩpatorẽ agere vt sibi aliquã tribueret potestatẽ. ¶ Volo igitur plenius explicare de vniuerso herodis gñe q̃liter fuerit ꝓpagatũ. Simul eñ & sermo ad hanc historiã ꝑtinet & ãplius enitescet nihil ꝓdesse vł exercitus vł corporis valitudinẽ vł alia quę vidẽtur mortalibus appetẽda: sine pietate qua colit̃ deus. Siquidẽ ĩtra cẽtũ ãnorũ spaciũ p̃ter paucos nã admodũ plures erãt: cũcta hẹrodis origo cõsũpta est. Sup hęc etiã ad humilitatẽ & modestiã humanũ genus pducitur: cũ illius familiæ calamitates audierit. ¶ Postremo etiã oĩs res agrippę declarabitur digna maiore miraculo qualiter ex priuato & abiecto ad tãtã magnitudinẽ potestatis ascẽderit: quod nullus scientiũ eũ de illo hoĩe aut sperare posset aut credere. ¶ Dixi quidẽ iam & antea de his tamẽ nũc quoq; diligentius explicabo. ¶ Hẹrodi maiori fuere ex mariãne hyrcani filię duę ex quibus vna idest salome nupta fuit phasello nepoti suo filio phaseli fratris hẹrodis. Hãc eñ pater ipse tradiderat. ¶ Altera vero idẽ cypros antipatro: etiã ipsa nepoti quidẽ hẹrodis: filio autẽ sororis eius salome. ¶ Et phaselo quidẽ ex salome procreantur filij quiq; antipater: herodes & alexander. Filię autẽ alexãdra & cypros quã ĩ cõiugiũ agrippa acceperat filius aristoboli. Alexãdra autẽ honorabilis vir cyprianus ex nobilibus habebat vxorẽ: sed nullos suscipiens filios cypros emoritur. ¶ Verũ ex agrippa quidẽ pueri procreãtur duo filię aũt tres: beronice mariãne: drusilla. Agrippa autẽ & drusus pueri vocabãtur. Quorũ drusus anteq̃ ad adolescẽtiã veniret moritur agrippa autẽ a patre nutriebatur. Hẹrodes autẽ & aristobolus & beronice etiam hij quoq; fuerũt filij hẹrodis maioris. Beronice custobari alias custodibari fuit & salome filia sororis hẹrodis: hos infantulos aristobolus dereliquẹrat occisus a patre cũ alexãdro fratre. sicut ante iã diximus. Sed hij postq̃ adoleuerũt ducit herodes quidẽ iste Agrippę fratre mariã alias mariãnẽ filiã olimpiadis herodis regis filię & iosippi: qui erat hẹrodis regis frater. Habuit autẽ ex hac filiũ aristobolum. ¶ Tertius autẽ agrippę frater aristobolus ducit. Iotopolam alias Iotopatham Sigerami alias Sigeramini filiã emersorũ regis: ex quibus nascitur puella cuius audiendi sensus fuerat opturatus: nomine iotapa. Et esti quidẽ masculorũ filij fuere. ¶ Hẹrodias quoq; erat his soror progenitaq; hẹrodi Hẹrodis maioris filio fuerat iuncta quẽ ex mariãne susceperat symonis pontificis filia. Ex istis etiam salome filia procreatur. Qua procreata hẹrodias legẽ paternã transgrediens hẹrodi coniungitur fratri viri sui ex vno patre progeniti viuum deserens virũ. Hic autẽ cui cõiuncta est tetrarchiã habebat galilcę. Filia vero eius salome philippo filio hẹrodis nupta est tetrarche trachonitidis regionis. Sed isto sine filijs moriente aristobolus eã in coniugẽ suscepit filius hẹrođ frater agrippę ex quibus filij quoq; nascũtur tres hẹrodes agrippa aristobolus. Et salome quidẽ talimõ ꝓsapia propagatur. ¶ Ei aũt ex ãtipatro filia ꝓcreatur cypros quã alexas salicias sumit vxorẽ. Alexę vero huiusq; mulieris filia fuit rcẽ cypros. ¶ Herodes autẽ & alexanđ quos fratres diximus ãtipe sine filijs moriuntur. ¶ Alexãdro autẽ herođ regis filio q a patre fuerat interẽptus alexãder & tigranes filij gñantur ex archelaica

Agrippa Herodes romã venit.
Notãda sẽtẽtia.

Citra cẽtũ ãnos herođ origo cõsũpta est ꝓpter eius impietatẽ.

Epylogus gñatiõis maioris herodis.

Filij Salome ex phaselo.

Agrippę filij & filię ex alexãdra

Herodias filia aristoboli.
Herodias paternã legẽ transgrediẽs virũ deserẽs viuũ herodi fratri viri sui cõiungitur.
Filij alexandri interempti.

padocorum regis filia. Et tigranes cum regnaret quidem in armenia accusatus in roma sine prole de fungitur. Alexandro autē tigranes hōnius alias hōmius fratris eius gignitur filius. Et iste Alexander qui duxit Antiochi cōmaginorum regis filiā Iotapam nomine. lisidi cilicię ciuitatis a vespasiano rex efficitur. ¶ Et alexandri quidem origo confestim vt pullulauit culturam gentis suę dereliquit: ad ritus transiens moresq; gentilium. ¶ Cętere vero filię herodis nullam prolem penitus habuerunt. Herodis autem quam memoraui prosapia: permansit vsq; ad tempus quo agrippa maior regnū accepit

Alexādri origo ad ritus transit gentilium.

¶ Agrippa Romę maximam familiaritatem cum Druso Tyberij filio & Antonia eius vxore habuit. Qui prodigus mortua matre opes effundens ad magnam peruenit paupertatem & mortuo Tyberij filio in Iudeam redire compulsus est grauatusq; debitis seipsum interemisset nisi fuisset ab vxore prohibitus. Quę illi ad herodiadem sororem quam herodes tetrarcha vxorem acceperat scribere suasit vt propter consanguineitatem & vellet in ęgestate constituto ferre auxilium. Illum itaq; Herodes & herodias euocantes ęgentem aliquo tempore nutrierunt sed sibi herode exprobrante agrippa exprobrationis impatiens abscessit & amicitiam cum flacco Syrię gubernatore procurauit. Qua prodita accusante eum fratre. Extrema penuria circuncœptus sub vsura pecuniam recipiens a Marsia Nauim ascendens & herennium capitonem pollicitis decipiens Alexandriam profugit vbi Alexandrum inueniens ab illo quinq; talenta mutuo accepit.

Capitulum vndecimum.

¶ De herode agrippa.
Magr̄ hysto. Actuum apostolorū. lix. lx. lxi. lxij. lxiij. lxiiij.
Agrippa prodigus mortua matre opes effūdēs ad magnam peruenit pauptatē.
¶ Agrippa mortuo tyberij filio cogitur in iudeam redire.
Agrippa grauatus debitis voluit semetipsum interimere sed ab vxore ꝓhibetur
Herodis: & herodes tetrarcha agrippa euocantes egētē aliquo tpe nutrierunt.
Agrippa apud flaccū syrię gubernatorē amicitiā procurauit.

HIs itaq; de herodis gn̄e declaratis nūc de agrippa narrabo vl' qualis illi aduersitas fortunę prouenerit: qualiter oēs calamitates effugerit: itēq; ad magnā dignitatē potestatēq; cōscenderit. ¶ Ante paucū igitur tēpus q̄ rex herodes de vita discederet: agrippa apud romā erat: vbi maximā familiaritatē cū druso tyberij filio conquisierat & cū antonia drusi maioris coniuge: propter quod hęc matrē eius in honore magno haberet & venerabiliter appellaret. Agrippa vero magnus & natura largus existens. & ad donandū valde munificus viuente quidē matre suam voluntatem non valebat ostendere: verens ne illā in aliquo cōtristaret. Mortua vero matre & proprij factus arbitrij cœpit opes suas abundāter effundere: vt alia quidē quotidiani victus gr̄a opulenter erogaret alia muneribus in diuersos expēderet: plurima vero lebertis ꝙ ipse p eos posset aliquid adiuuari. Proīde hoc modo semetipsū exhibēs: breui ad magnam penuriam ęgestatemq; peruenit. ¶ Accessit illi etiam aliud. Vnde romę permanere prohiberetur. Contigit em̄ tyberij filiū mori. Quo mortuo tyberius prohibuit omnes amicos filij sui omnesq; familiaris ante faciem suam accedere ne illis visis recordatione filij facta dolor ei luctusq; moueretur. Ob hanc igitur causam in iudeā Agrippa nauigādo perrexit. vidēs se apud romā miserabiliter viuere ꝑpter quod oēs opes suas amiserat: & nulli illi additus essent. Vnde posset aliquos questus habere Nā multas ibi etiā pecunias sub fœnore acceperat a quibus cum vrgeretur vnde debitum cō solueret nō habebat. Defectu igitur consilij & confusione ꝙ se aliter videret discessit in quendā turrē quę in malato es fuerat cōstituta addicens semetipsum vt de hac luce defūgeretur. Quę cū vxor eius Cypros alias cypris ita esse sentiret: cœpit oībus modis laborare vt eū a morte prohiberet. Inuenit ergo consilium vt ad suā sororem herodiadā scriberet quam herodes tetrarcha vxorem acceperat intimans ei in quibus esset Agrippa constitutus vel qualiter vellet morte damnare. Oportere illā ꝑpter consanguinitatem auxilium ferre. ¶ Illi vero Euocantes agrippam habitationem illi in Tyberiada construunt: & aliquantum ęris per singulos dies quod ad victum eius ministraretur dari pręcipiunt. Sed in hoc herodes non multo tempore perseuerat. Licet etiam ipsa quę daret sufficientia nō essent Nam cū in aliquo die Tyro per vinum hoc herodes exprobraret Agrippę Agrippa impatiēs exprobrationis abscessit atq; inde perrexit ad flaccū virum consularem. Cum quo Romę non paruam amicitiam induxerat. Is enim tunc gubernationem Syrię dispensabat. Cūq; susceptus esset a flacco: apud eum interim degebat. Retinuit ibi flaccus etiam aristobolum fratrem Agrippę: sed simultate diuersū: haud sane per hoc in aliquo præpediebantur. Quo minus amicitiā consulis honorē mererentur. Sed non tamen aristobolus aduersando cessauit. Donec eum flacco quoq; reddidisset inuisum huiusmodi causam offensionis inueniens. Damasceni cum Sydonijs pro militibus certamen exercebant. Cumq; inter eos flaccus auditurus foret: illi cognoscentes. Agrippam ꝙ apud eum plurimum posset. Rogabant vt eorum partis fautor existeret: ar[illegible]entum ei plurimum promittentes. Et ille quidem omnia studiose gerebat. Quod damascenis suffragaretur auxilium. Aristobolus autem non enim eum latuit pecuniarum quę facta fuerat promissio causam deportat ad flaccum. Quę cu[illegible] [illegible]ret examinatione manifestior: a sua gratia repellit Agrippam. ¶ Ille autem extrema penuria circu[illegible]ptus ad Ptolomaidā pergit. atq; ibi necessitate rei familiaris astrictus Consilium capit in ytaliam n[illegible]gandi Sed cum eum sumptuum prohiberet inopia marsiam libertum suum rogabat vt ei tanto m[illegible]mine adiutor existeret ab aliquibus pecunias mutuando. Et marsias primum quęndam beronicę [illegible]atris agrippę libertū

Agrippa ꝓdita gr̄a flacci accusāte eū fr̄e penuria circundatus.

sed iure testamenti eius factum ditionis antonię postulat vt ei aliquas pecunias daret:scriptura & fide mediante. Ille vero querebatur de agrippa pro cuiusdam fraude pecunię: & compellit marsiam se cautum daturum milium atticarum facereq; vt duo milia minus quingentis acciperet. Ille porro concessit:quia non erat aliud quod egisset. Sumpta itaq; pecunia Agrippa ancedonam venit: & reperiēs nauim iter propositum peragebat. Hoc agnoscens Herennius capito lānie curator milites mittit vt ab eo argenti triginta miriades exigerent: quę Romæ de thesauris Cæsaris debebantur. Quiq; conuenientes agrippam dare pecuniam compellunt. Ille vero facturum quod iubebatur assimulans: nocte Alexandriam profugit: vbi alexandrum deprecatur Alabarcum vt ei viginti miriades mutuas largiretur. At ille ipsi quidem se daturum nō promisit Cypræ alias Cypridi autē similia postulanti nō abnuit: obstupescens studium dilectionis eius erga proprium virum: & q eam videbat honestatis cuncto gerere decoratam. Alexander igitur quinq; illis talenta in alexandria mutuat: promittēs vt cum inde Archeā veniret ibi reliquum daret: timens agrippam q in expensis esset effusior. Et cypros quidem exinde virū in Italiam nauigaturū dimittens ipsa cū filijs in iudeam reuertitur.

Agrippa sub vsura pecuniā recipiens nauī ascendit &c.

Alexanđ agrippę & vxori qnq; talenta mutuat.

¶ Agrippa puteolis appulsus ad tyberium scribens ab eo in capreis honorifice est receptus sed a capitone accusatus q .xxx. miriades exactores fugiens non soluisset cęsaris amisit gratiā. Ipse vero ab Antonia .xxx. miriades mutuo recipiens debitum soluit et gratiam recuperauit & Gaio cęsaris nepoti coniungitur et a quodam Samareo centum miriades mutuo recipiens debitum Anthonię reddidit Quiq; cum Gaio mortuo Tyberio debitum diceret imperium Euticheus libertus silentio verbum tradidit & cum ab Agrippa furti accusaretur ductus ad Tyberium dicit ad pisonem verba quedam velle enunciare Tyberio. Tyberius autem habuit eum in vinculis more suo vtens qui neq; legationes facile recipiebat neq; cito remittebat/ Officiarios quoq; suos propter vtilitatē subditoꝝ nō mutabat nouos officiarios dicens ad furta & rapinas esse promptissimos exemplū vulnerati hoīs ad cuius vulnus iniuste plurimę congregantur adducens hic enim .xxij. annis permanens in imperio solum duos in iudea habuit dispēsatores/ vinctorum quoq; & non sine causa differebat examinatiōes.

¶ Capitulum duodecimum.

Agrippa vero puteolis appulsus epistolam ad Tyberium Cęsarem scribit/ qui tunc capreis agebat pñtiam suam significans: vt dignus fieret vultui cęsaris apparere: vt continētiam ab eo mereret. Petebat ergo vt ei capreas venire cōcederet. Tyberius aūt nichil dilatione producens clementer illi & humane rescripsit. inter alia quoq; gaudere significans illum ad se sospitem repedare. Cumq; ille capreas aduenisset nichil minus ei cęsar alacritatis exhibuit q̄ per litteras ostenderat. Nam & eum amplexatus est: & magnifica hospitalitate suscepit. ¶ Sed postero die allatis litteris ab Herennio capitone in quibus significabat q agrippa triginta miriades debens liber soluendo nō esset: & ob id tempore quo se spoponderat redditurū profugit exactores euitans animus cęsaris immutatus est. Nam cum illam legisset epistolā indignatione commotus ingressum ad se interdixit donec ab eo debitum redderet. Ille autem nequaq̄ ex cæsaris idignatione turbatus Antoniam deprecatur Germanici matrem & claudij qui postea Cæsar effectus est vt ei triginta miriades impartiret. ne ab amicitia tyberij decidisset. Illa autem Beronice matris Agrippę recordatione/ nam se he mulieres admodum diligebant· siquidē Claudio pariter lac prębuerant pariterq; illum enutrierant argentū quod postulabat impartitur. Quod cū pro debito reddidisset: nullo modo post hęc ab amicitia tyberij prohibetur. ¶ Deinde Tyberius Cęsar eum suo nepoti cōiunxit iubens vt ei in omnibus processionibus adhęsisset. Agrippa vero ꝓpter quod ab Antonia cū magna grā fuisset exceptus cœpit omni nisu vt gaiū eius filium in oībus accusaret qui fauore matris in magnis habebaī honoribus. ¶ Erat ibi forte quidem genare Samareus libertus Cæsaris ab eo mutuat miriadas centū. eo quibus Anthonię restituit quod debebat. Ex reliquo autem Gaium amplius accusabat: vnde apud eū maiorem adipiscitur dignitatē. Per dies igitur Agrippa circa Gaium in melius ꝓcedente. quodam die sermo fit de tyberio. Cumq; Agrippa ex affectu vota profunderet vt celeriter defuncto tyberio Gaio daretur imperium quem meliorem digrioremq; in omnibus esse firmabat/ inter auditores horum verborum forte fuit quidem quem Euticheus Agrippę libertus & Auriga. Et tunc quidem silentio quod audierat tradidit. ¶ Postea vero cum eum Agrippa furti argueret. pro vestibus aliquibus & reuera aliquanta vestimenta subtraxerat/ fugiens comprehenditur. Cumq; ad pisonem duceretur/ qui tunc fuerat custos ciuitatis: causam fugæ requisitus verba quędam secreta cęsari enunciare dicit eius munimini salutiq; profutura. Proinde vinctū mandat ad capreas. Tyberius autem more suo vtens habuit eum in vinculis custoditum. Magnam enim sollicitudinem pro semet gerebat super quemlibet aut imperatorem cogitans: aut tyrannū. Nam neq; legationes facile suscipiebat: neq; ducū suorum vel curatorum vel aliorum in cęteris constitutorū offi-

Agrippa ad tyberiū scribens ī capreis honorifice ab eo est receptus.

Agrippa a captione accusatus q non soluēs .xxx. miriades exactores fugisset cęsaris gratiā ꝑdidit.

Agrippa ab anthonia .xxx. miriades mutuo recipiēs debitū soluit & tyberij amicitiā recuꝑauit & gaio cęsaris nepoti cōiungiī.

Agrippa a quodā Samareo cētū miriadas mutuās Anthonię reddidit debitum.

Euticheus libertus furti ab agrippa accusatus victus dncit ad tyberium.

cijs remotiones prouectionesq; celebrabat:nisi forte cum quisq̄ in aliqua deprehenderet offēsa. Alioquin nulli ab eo dabatur nisi morte successio. Nam vinctorum aliquas secretas denunciationes suspectas habebat. Vnde cum amici causam huius dispositionis inquirerent respondisse fertur legationes quidem ideo nec facile suscipere:nec cito dimittere nec ceteri vidētes alios facilius absolutos ex hoc plures ad se venire incitarentur & sibi frequentia legatorum molestiam inquietudinis apportaret p̄sertim cum necesse esset etiam eis dona largiri. ¶ Magistratus autem semel datos ideo iugiter pmittere dicebat illis quibus fuere concessi:qđ intelligeret consuli per hoc & prestari ex magna parte subiectis. In natura namq; omnem āministrationem hoc habere firmabat vt circa opes acquirendas faceret homines studiose festinare. ¶ Cum igitur non se aliquis perennem in officio permanere perspexerit:manifestum esse ꝙ omne gerat studium vt anteq̄ arceatur officio quāplurimum possit acquirat vnde quoq; ad furta & rapinas plurimi concitantur. Si vero perseueraturos se in amministrationibus certo cognoscant. licentia plurima conquirendi pigriores:& quietiores fiunt ad furta vel fraudes aliquas faciendas. Cum autem sceleres successiones dantur hominibus nequaq̄ subiecti sufficiunt ducibus depredantibus quibus largitas non est temporis attributa: quo repleti cessent studium omne lucrandi deponere. ¶ Exemplum etiam eis proferebat quēdam vulneratum ad cuius vulnus musce congregabantur plurimæ. Quem quidem transeuntium cum vidisset miseratus eius calamitatē ratusq; ꝙ imbecillitate nimia muscas illas a se non posset abijcere opusq; haberet alterius beneficio: interrogauit eum causam cur sibimet ipse non auxiliaretur molestiam repellendo muscarū. Cui ille respondens:amplius michi inquit lesiones importas:si has presentes fugaueris. Iste quidem iam replete sanguine non eo modo moleste sunt:quinetiam aliquātulum remissius insistunt. Si vero his amotis famelice congregentur:ita illud vulnus inuadunt vt etiam si intereant non valent effugari. ¶ Propterea igitur & seipsum dicebat subiectis per rapinas iudicum fatigatis consulere. per hoc ꝙ non crebro in amministrationibus alios subrogaret: qui more muscarū cum naturaliter ad lucra ferrentur cum etiam remotionis timore amplius incitarentur:ad rapiendi cupidinem. ¶ Testificat̄ autem huic meo sermoni ꝙ huius esset nature tyberius ipsum opus eius inspectum quādoquidē duobus & viginti annis in imperio actis. duos tantum dispensatores in iudeam misit quorū illa gens gubernatione regeretur gratum atq; pylatum qui ei successerat. Nec in sola iudea forte talis extitit: sed etiam in ceteris regionibus non alter apparuit. ¶ Sed & vinctorum examinationes se differre dicebat propterea quia si incōdemnati morerent̄ liberatio per hoc hominū malignorū alias oīm malorū imminentiū illis adesset:cumvero in custodia tenerent̄:rem illis sicut meriti essent inferri calamitatē. Propter has igitur & huiusmodi causas Eutichus auditus non fuerat retinebatur in vinculis.

Officiarios nō mutabat ꝓpter vtilitatē subditorum.

Officiarij nō ꝑmanentes ad furta & rapias concitātur.

Exēplū notandū cōtra rapinā officiariorū

Tyberius.xxij. ānis i impio ꝑmanēs solū duos dispēsatores misit in iudeā.

Vinctoꝝ examiationes differebat tyberius. nota causā.

¶ Agrippa Anthonie medio (que apud Tyberium pluribus de causis honorabilis erat) rogabat vt Euthichei aduersum se discuteretur accusatio quod diu Tyberius differt dicens ꝙ si in examine datus Euticheus vera dixisse probatum fuerit omnis pœna in Agrippam conuertetur. Sed agrippa (cum hec ei ab anthonia dicerentur) magis instabat. Et Tyberius Euticheum produci iubet & examinari. Qui adductus Agrippam accusat in examine quod Tyberius verum existimans agrippam vinctum ad carcerem mittit qui cum duceretur siti anxius aquam a Thaumesto recipiens & promittit libertatem. Germanus quoq; Agrippæ conuinctus Bubone super arborem vbi agrippa erat vinctus cōsidente eidem futurum eufortunium auguratur finem quoq; predixit vite cum iterum Bubonem viderit.

¶ Capitulum tertiumdecimum.

TEmpore vero procurrente Tyberius ex capreis tusculanum venit:distantem a roma interuallo stadiorum centum. Agrippa vero rogabat anthoniam vt ageret ꝙ eutici aduersum se discuteretur accusatio. Honorabilis quippe apud Tyberium habebat Anthonia & cognationis & dignitatis grā:nam drusi fratris eius vxor extiterat:sed etiā virtute pudicitie. Etate namq; viridi viduata permansit spernens secundi viri coniugium:cum etiam ab Augusto quicūq; nubere iuberetur omnēq; vitam suam liberam detractioibus gesserat. Tyberio quoq; beneficiū grāde prestiterat cum fuisset a Seiano insidie præparate amico viri sui & potentiam tunc magnā habenti ꝙ multarum tunc maliciarum ductor existeret & ꝙ in cōsilium eius perplures ex nobilitate cōcurrerēt. libertorūq; se ad eum magna manus addiderat. sed & omnis milicia fuerat aā corrupta. Igitur omnibus per dies augmentum accedebat insidijs:& pœne seianus totum opus impleret:nisi ātonia seiam malignitate prudētior suam exercuisset in hac causa fiduciam. Nam cum cognouisset que de Tyberio tractarentur scribit ad eum omnia diligenter: & perpallantem quēdam seruorū suorum fidelissimum litteras in capreas destinat ad Tyberium. Ille autem insinuata cognoscens seianum cū socijs vniuersis interemit. Anthoniā aūt licet eam etiam ante venerabilem haberet venerabiliorē ta

Antonia honorabilis apđ tyberium. Nota causas.

Insidias Seiani Antonia tyberio manifestat.

men ex eo habuit:eiq; in omnibus obediebat.¶ Ab hac igitur tyberius rogatus vt examini daret Eutichum siquidem inquit tyberius mendacium est aduersus agrippam quod dicitur meritum habebit Euthicus sibiq; dignum supplicium. si vero in examine datus quę dicit vera clarucrint: in illum qui causam examinari compellit omnis pena reuertetur. Sed agrippa cum ei hęc ab anthonia dicerētur magis instabat depręcans examinationē cause fieri Antonia vero nō enim valebat agrippam contēnere ꝙ erat vehemens in petendo:tempus oportunū inueniens procedente etiam Gaio eius filio & Agrippa pro meridiano. iam quippe pransi processerant postulat tyberium vt vocato Euticho celebraretur examen. Tunc ille sciunt inquit Anthonia dij quia non ex mea sentētia: sed a te coactus gerā quicquid in hac causa fuerit gestum.Hæc dicens iubet macronem qui seiano successerat: vt adduceret Eutichum. At ille sine vlla dilatione cum esset adductus cœpit eum tyberius ꝑcunctari quidnā dicendum haberet aduersus eum qui ei libertatis munus indulserit. Tū ille o dn̄e inquit vehebat̄ carruca Gaius & agrippa cum eo: ego aūt ante pedes eorum assidebam & cū multi sermones verterent̄ hoc etiam inter plura locutus ad Gaium agrippa. O si veniat aliquando dies qn̄ isto sene defūcto tu mundi suscipias principatum. Nichil enim tyberius filius eius impediet ꝙ a te facile valebit occidi. Tum enim mundus beatus erit:& ego cum eo beatus efficiar. Tum tyberius credibilia quę dicta sūt reputās simul etiam ꝙ iram veterem reseruaret agrippę propter quod eū iusserat tyberiū suū filium nepotem Drusi frequentare suis conscientijs & curare.quam iussionem agrippa cōtempserat: totūq; se Gaio dediderat.hunc inquit macro vinciri facito. Sed cū macro non satis intelligēs de quo verius illud imparet nam nec sperabat eum de agrippa tale vnq̄ aliquid cogitare:sed interrogauit vt certius de eo quid iuberetur agnosceret.Cūq; cęsar in ypodromo daambulabat peruenit ad agrippam: eūq; manu cōprehendens dixit.O macro hunc iussi vinciri Illo etiam tunc requirente quēnam pręciperet agrippam inquit. Et agrippa subito perturbatus ad depręcationes conuertitur commemorationeq; eius faciens cum quo fuisset vna nutritus: & tyberij cum quo pariter fuerit educatus.Haud tamē proficiebat aliquid sed ducebatur ostro vestitus in vīculis & erat magnus ardor Nam estatis tempus extabat:& ex vino quo in epulis fuerant multi vsi cœpit siti vehemēter incendi.Vnde quoq; anxius factus p̄ter decus atq; dignitatem cœpit cūcta respicere vn̄ posset sitis inuenire remediū conspiciēs quēdam ex famulis Gaij Thaumastum nomīe aquā in vase portātē petijt bibere. Illo autē porrigente suscepit atq; auide bibit.Et spero īquit o puer ꝙ in bono tibi hęc effecta fuerit ministratio.Nā cum hęc effugero vincula nullomō tardabo libertatē tibi a gaio ꝓmereri qui mihi etiam vincto ministeriū prębuisti sicut etiam antea nunq̄ neglexisti cū fuissem in dignitate cōstitutus.Neq; hęc dicens mentitus est:sed vicissitudinem ei meritam reddidit.Nā:postmodū rex effectus thaumasto libertatem a Gaio ꝓmeruit curatorēq; eū fecit suę substantię: sed & moriens filio suo agrippę.& Beronice filię in eodē ministraturū officio dereliqt atq̄ i hoc honore senio grādeuo defūgit̄.Et hęc quidē postea facta sūt.

¶ Agrippa vero tūc victus stabat ante palaciū in quadā arbore prę āxietate reclinatus cū plurimis q similiter fuerāt vincti:& quodā alite cōsidente super arborē in qua fuerat agrippa reclinatus: quē Bubonē Romani appellant quidā ex vinctis germanus noīe contēplatus: interrogauit milites quisnā esset ille q ostro vestiret̄. Et agnoscens ꝙ agrippa vocaret̄: genere autē esset iudeus ex his q in illa gente primates haberent̄ petiuit colligatū sibi militē vt ad eū copiā acciperet accedendi qd̄ vellet ab eo de patria eius aliqd ꝑcunctari.Quod cū ei concederet̄ accessit: & p interprerē o iuuenis inqt affligit quidē te repētina mutatio magnā tibi fortunā calamitatis īportās:sed verba tibi denūcio que tibi ex numine diuino fugā totius mali portēdūt.Scito ergo deos tā meę patrię q̄ huius loci testes iuoco ex quoꝝ ꝓuidētia hęc vincula nobis ꝓuenerūt.ꝙ neq; cupidine fallendi:neq; vanum tibi gaudiū afferre desideris:dicam quę dixero.Siquidem tales ꝓnunciationes quę ipsis non valent operibus approbari magis faciunt meroris augmentū q̄ si nichil verborum aduertis illorum:ideoq; iustū putaui hoc deorum pręsagium nunciare.Impossibile est namq; non te cōfestim de his vinculis liberari & ad prouectum diuturnum magnę dignitatis & potestatis ascēdere:ita vt inuidiam ab vniuersis habeas:qui te nunc miseranter attendunt.Exitus etiam vitæ in beatitudine te recipiet constitutū:diuitiasq; plurimas omniaq; quę mortales prima dicunt tuis filijs qui tibi nati fuerint derelinques.Memineris autem quoniam cum iterum hunc alitem videris:intra quinq; dies finem tibi vitę venturum.Et hec quidem tibi cuncta complebūtur:nisi vano hęc a numine disponūtur cui placuit pręnūciādi causa.illum alitem destinare.Ego autem iniustū putaui si talia cognoscens te quoq; ne cognosceres defraudarē. Nam vtile tibi fore iudicaueris paululum afflictum esse meroribus.cum in manus tuas cuncta mortalium bona deuenerint:& omnē infœlicitatem in qua nūc detrahimur effugeris. Et germanus quidē talia prędicēs:tantū risum excitauit agrippe quantū postea apparuit dignus miraculo.

¶ Agrippa permittente Macrone medio Antonię in vinculis paululum relaxatur ab amicis

Antonia ab agrippa icitata tyberiū rogat euticū examiari quod diu dif fert.

Eutichus examinatus agrippā accusat.&c.

Agrippa iubēte tyberio vinctus ad carcerē ducitur.

Agrippa siti ā xius cū in carcerē duceret̄ aquā athaumasto recipiens libertatē ꝓmittit Thaumastus liber agripe medio factus est.

Bubo sup arborē vbi agrippa victus tenebat̄ consīdit Germanus vinctus agrippę victo futurū eufortuniū auguratur.

Prędixit finē vitę agrippę futurū cū iterum Bubonē viderit.

humaniter visitatus. Tyberio aũt febre correpto Tyberius gemellus et Gaius Germanici filius(cuius maxima sunt pręconia cuiusq; mortem vniuersi deplorabãt gratia cuius cunctorum amor ad filium Gaium peruenit)ab Euodo pręsentatur Tyberioq; dijs supplicãti & signum petenti (vt cognoscetur quisnam post eum esset imperaturus) omen demonstratum est Et Gaius Tyberio iuueni cibis occupata/primus secundũ omen ei pręsentatus est. Cui Tyberius Augurium deflens cum nepotẽ Tyberium potius imperare voluisset/ imperij ex deorum decreto contribuit potestatem Tyberium ei commendans quod benigne se facturum promisit ficte tamẽ quia in imperium veniẽs ipsum Tyberium iuuenem extinxit. Mortuus est itaq; Tyberius in ira importabilis et ad quicquid cupiditas impulisset irreuocabilis postq̃ sex menses & xxij. imperauit annos.

Capitulum quartũdecimũ.

AT antonia grauiter ferẽs agrippe calamitatẽ intercedere quidem pro eo apud tyberium suspectum esse cernebat: ad hęc etiam infructuosum fore. Sane inuẽti sunt ei a macrone ex militibus tales: qui eum sine districtione seruarẽt. Adhibetur etiam talis centurio qui illis pręesset militibus sed etiam qui cum colligaretur talis inuẽtus est. Lauacra quotidiana cõcedebãtur. sed etiam copia libertis & amicis suis ad eum intrãdi tribuitur. Aliaq; omnia permittũtur quibus sollicite curaret. Intrabant autẽ ad eum amicus sylas & ex libertis marsias & stocheus cibos afferentes quos libenter edebat aliamq; diligentiam quę necessaria solet esse in rebus talibus exercebant: indumenta quoq; portantes sub obtentu vendendi. Cum autem noctis adesset aduẽtus stramina componebant: conscijs fauentibusq; militibus. Nam eis macro cõmendãs ante pręedixerat. Et hęc quidẽ agebãtur per menses sex quibus agrippa in his fortunis habebat. ¶ Tyberius autẽ reuersus in capas febrium ardore corripitur & primo quidem mediocriter sed in peius egritudine procedente contrariam de eo spem habebat euodus amãtissimus ei omniũ libertorum. Iussit ad eum filios eius adduci. Oportere namq; dicebat vt cum eis loqueretur anteq̃ terminum vite susciperet. Erant autem illi nõ quidem proprij sed adoptati. Nam drusus eius filius iam fuerat mortuus. Cuius filius tyberius fuerat adoptatus cognomento gemellus & gaius germanici fratris filius iam adolescentulus & liberalibus apprime disciplinis institutus: qui etiam & populo & honorabilis erat & carus propter germanici patris eius virtutem. Nam hic ad magnum honorem apud populos fuerat sublimatus propter mansuetudinem morum & propter affabilitatem qua cunctis gratus extabat. Et cum ipse clarus esset: nõ se tamẽ preferebat sed omnibus patrem esse volebat. His igitur rebus non solum apud populũ sed etiã apud ipsum senatum magnus habebatur. Ad hec etiam vnusquisq; diuersarum gentium alius consabulationis gratia alter fide ac mansuetudine quã eius moribus motibusq; cernebat ad amorẽ fuerat excitatus. Cęterum eius morte luctus magnus apud vniuersos expositus est non sicut assolet (vt principi placaretur ficto dolore monstrato/ sed vera cuncti tristicia merebant. Nam eius mortẽ vnusq̃sq; suam propriam reputabat ita eius mores: eiusq; colloquia cunctis hominibus grata fuerãt. Vnde ad filium quoq; ipsius amor cunctorum: fauorq; peruenerat. Maxime autem omnis milicia eius amore tenebatur ita vt gloriam reputarent pro eo mori si ratio postularet quo ipse susciperet principatum. ¶ Sed tunc tyberius euodo iussit vt sub ipso diluculo iufantulos illos adduceret: ipse autem dijs patrijs supplicabat vt ei signum manifestum ostenderet quisnam post eum in imperiũ succederet festinans quidem vt nepoti suo principatum relinqueret: maiorem tamens credens sua sententia suoq; cõsilio diuinę dispensationem prouidentię/ab illis sibimet demonstrari desiderabat. Supplicãti deniq; illi omẽ tale monstratur ad illum videlicet venturum esse principatũ qui ad eum sequẽti die primus ex omnibus aduenirer. Hęc ille cognoscens mittit ad nepotis sui pedagogum iubens vt primo mane puerum ad se perduceret putans illa re numinis superare sententiã. Sed deus econtra de imperio decernebat. Illo igitur talia cogitante ecce dies illuxit: iubetq; euodum vt quisquis foris esset infantulorũ eum ad se primitus euocaret. Ille autem ęgressus gaium ante tabernaculũ reperit. Nam tyberius necdũ aderat: ciborum acceptione tardatus. Ille aũt ignorans totum qđ agebatur quodq; tyberius cuperet: veni inquit vocat te pater. Et hoc dicto eum in tabernaculum introduxit. Tyberius autẽ vt vidit gaium tum primum intellexit maiestatis supernę potentiã. & quod non sit in hominũ potestate de imperij constitutione decernere. Tunc ille primum lamentatus semetipsum quidem ꝙ eius cõsilium fuerat infirmatum: & ei potestas ordinandi quem vellet ablata tyberium autem nepotem ꝙ nõ solũ de imperio decidisset: sed etiam ipsam salutem & vitam agere illi non sinę periculo fore cernebat: ad hęc etiam inuidiam illi ex cognatione futuram esse. Nam timore vel odio suspectum fieri gaium referebatur tam ex eo ꝙ pricipatum accipere festinauerit: q̃ ex eo ꝙ insidiaturum sibi velle putaturus esset quasi festinaturum in se redigere potestatem. Et tunc quidem in his malis erat Tyberius ex illo euentum augurij quod ei pręsagium fuerat eo ꝙ eius nepos amisisset imperiũ. Vnde multum anxius se quoq; culpabat ꝙ illum augurium postulasset accipere: & ꝙ cũ liceret de hac vita meroribus liberũ

Agrippa (pmittẽte macrone) in viculis paululũ relaxat̃ ab amicis hũaniter visitatus.

Tyberio febre correpto filij adoptiui ab euodo pñtãtur Tyberius gemellus & gaius Germanici patris Gaij pcoñia.

Germaici mortẽ vniuersi deplorabant. gra cuius cunctoꝝ amor et fauor ad filiũ gaium puenit.

Tyberio dijs supplicanti/ signũq; petẽti vt cognosceret qsnã post eũ i ipeiriũ succederet omẽ demõstratum est.

Vyberius iuuenis cibo occupatus amittit iperium.

Gaius secũdũ omen primus Tyberio pñtat̃ cõtra ipsius volũtatẽ q Tyberiũ nepotẽ volebat impare.

¶ Tyberius deflet postulasse augurium

F

abscedere ignorantia futurorum: per suam ipsius imprudentiam factum esse vt cum magna infœlicitate & magno dolore discederet. Tunc tamen licet valde turbatus q imperium ad quos nollet cernebat esse venturum pugnauit cum animo suo vt huiusmodi verba loqueretur ad Gaium. O fili inquit cum habeam propinquiorem tyberium. tibi tamen ex mea sententia deorumq; decreto imperij contribuo potestatem. Rogo autem vt nichil aduersus aliquem recorderis qui michi in principatu amminister fuerit vel qui michi beniuolentiam exhibuerit aut fauorem neq; aliquem ledas propter me qui te ad tantam sublimo magnitudinem dignitatis: neq; circa Tyberium minus aliquid caritatis exhibeas q̃ te & cognationi debere cognoscis & mihi qui tantorum bonorum auctor existo vt dignam vicissitudinem meę circa te beniuolentię reddas & simul tyberium cures vt etiam & cōsanguinitati quod debes exhibeas. & munimen tibi vel principatus. vel salutis acquiras cum eum tibi feceris adiunctū Nam solitarius quisq; amplius patet periculis. maxime cum in tanta potestate rerum quisq; fuerit constitutus. Ad hæc quoq; quia nec dij impunitum quicq̃ relinquunt: quod contra fœdus naturę perpetratum. Et hæc quidem tyberius loquebatur. ¶ Gaius autem & si ficta locutum tyberium senserat & ipso longe aliter animo gerebat: tamen pro tempore benigne respondit & facturum se omnia pollicetur. Cęterum in imperium veniens & tyberium extinxit & ipse non post multum tempus insidijs interemptus est. Sed hęc postea. ¶ Tunc autem Tyberius Gaium successorem in principatu pronuncians: paucis diebus aduiuens vita defungitur. Imperauit autem dies tres menses sex: annos duos & viginti. ¶ Gaius autem quartus romanorum efficitur imperator. At romani audientes Tyberij mortem Hylares agere cœperunt prospero letificati nuncio non tamen ad credendum vel exercendum gaudium fiduciam gerebant: non quia forte nollent. nam suis multis pecunijs comparare diligerent vt illud nuncium verum esset: sed timore ne si falso nuncio concitati gaudia sua proderent: ab illo cogniti perirent: q eius morte gauderent. Plures quippe ille nobiles romanorum extinxerat. Nam erat importabilis in ira irreuocabilis ad quicquid perpetrandum cupiditas impulisset: & sine ratione quoq; malorum occasionem inueniens & in omnibus quę facienda decernebat asper agrestisq; constabat. Ob hæc illi mortem eius audientes suam leticiam manifestare verberantur.

Verba tiberij ad gaium iperij successorem:

¶ Gaij benigna rñsio ad tyberiū facta tamen oppositum fecit q̃d promisit.

Tyberius obijt ãno imperij sui. xxij.

Gaio īperatore q̃rto substituto. Mores tyberij mali.

¶ Agrippa Marsia Tyberij mortem hebræa lingua sub hoc signo mortuus est leo nunciante gaudio extollitur & centurio qui Agrippę custodiendo pręerat quid vellet sermo ille interrogans audita Tyberij morte conuiuium Agrippę fecit sed quodam Tyberium viuere dicente turbatus centurio arciosi custodia constringit. Sequenti autem die a Gayo epistolę ad senatum de morte tyberij & ad pisonem pro liberatione Agrippæ mittuntur. Gaius autem magnificam Tyberio celebrauit sepulturam & ipso die Agrippam voluit absoluere sed ab Antonia prohibitus est ne putaretur mortem Tyberij gratanter accipere ipsum tamen postea non multis prætereuntibus diebus eum vocauit restituens in regno & pro ferrea auream dedit cathenam Agrippa itaq; permittente imperatore venit in patriam & pręter omnium spem rex ab omnibus cernebatur. vnde Hęrodias eius soror commota inuidia Hęrodem Tetrarcham Agrippę fortunam manifestans romam nauigare concitat vt a cęsare regalem obtineat dignitatem qui licet diu recusasset ocium diligens venit romam venit cum Hærodiade quorum agrippa intentionem cognoscens fortunatum libertum cum muneribus ad Cæsarem mittit & litteris aduersus hęrodem. Gaius autem adueniente hęrode Agrippe recepit litteras quibus accusationes contra Hęrodem continebantur & Cæsar veras credens Tetrarchiam Agrippę regno coniunxit & Hęrodem in exilium lugdunum expulit Hęrodiademq; cui Cęsar agrippe sororem cognoscens opes dederat omnia abrenuentem simul cum Hęrode in exilium damnauit omnem substãtiam tribuens Agrippę.

Capitulum quintumdecimum.

INterea Marsias bonū agrippæ deportat nunciū. Quem cū in balneo reperisset iam egredientē noto ei signo dato hebręaq; lingua locutus mortuus est inqt leo. At ille verbū intelligēs: gaudio cœpit extolli. Tibi inqt sup oĩa pro hoc etiā bono nuncio gratię abūdantes repositę sūt tantū vt vera sint quę dicuntur. ¶ Tunc cēturio q agrippę custodiendo pręerat intendens tā manifestationē Marsię qui aduenerit q̃ gaudiū agrippæ quod eius verbis illi cōtigerit ratus nouitatem quandā significatā īterrogabat eos q̃d vellet ille sermo qui fuisset allatus. Illi tantisper secretum efferre trepidabant. Sed dum vrgeret nichil hęsitans indicauit agrippa. Iam enim amicitiam magnam induxerant. Ille autem gaudium magnum illo sermone percipiens q etiam prosperitatem ex hoc agrippę euenire sciret conuiuiū ponit. ¶ His epulantibus potuq; indulgētiore procedente venit quidam dicēs viuere tyberiū: & ītra paucos dies in ciuitatē venturū. Tunc centurio aspere valde illo sermone turbatus propter quod cernebat morte digna quę gesserat: quod morte cęsaris audita. cum illo vincto gaudens conuiuium celebrauerit ex lecto ponit agrippam. Tu inquit fallere festinasti mortē imperatoris falso denūcians: sed scito hunc ser

Marsias agrippę tyberij mortē nuncians dixit mortuus est leo

Cēturiōe agrippę cōuiuium faciente quia tyberiū nunciauerat mortuū ecce q̃dem dicens ty

beriū viuere vñ cēturioturbatus agrippam arcio ri custodia con stringit.

monem pœna tui capitis expiandum. Hęc dicens confestim iubet ligari agrippam & constringi arci ori custodia. Et nocte quidem illa agrippa in malum fuerat constitutus. Sequenti vero die per omnē ciuitatem de morte tyberij sermo firmatur: & iam iamq; omnes illum sermonem confidenter ac pu blice proferebant. A gaio quoq; destinantur epistolę vna quidē ad senatum mortem tyberij nunciās altera vero ad pisonem custodem tunc temporis ciuitatis in qua iubebat agrippam ex militum aufer ri custodia & ad domum transferri in qua primitus habitabat anteq̄ haberetur in vinculis & ibi tunc interi erat in remissiori custodia. Sed gaius postq̄ romā venit tyberij corpus secum adducens: iustā ei secundum morem patrium opulenter magnificeq; celebrauit sepulturam. Agrippam vero cum ipso die desideraret absoluere antonia prohibuit non odio aliquo circa vinctū sed opinioni cōsulēs gaij ne putaretur mortem tyberij gratanter accipere si eum tam celeriter absoluisset quem ille deuinxerat Verūtamen non multis diebus pretereuntibus eum accersiuit in domum tonderiq; pręcepit & vesti bus cultuq; mutato: diadema capiti eius imposuit & regem confirmat: tetrarchiam philippi donās ei etiam lysanie alteram tetrarchiam. Pro cathena vero ferrea quam gerebat: auream ei pari pōdere cō donauit. Magistrum autem equitum in iudea constitutorum maxillum destinat. ¶ Verum secundo anno gaij cęsaris agrippa postulat vt nauigare permitteretur ad propria: quo prouinciā sibi cōmissā aliqua necessaria certa dispensans moderatione reuertatur. Et permittēte imperatore venit in patriā & pręter spem omnium rex ab omnibus cernebatur cum magno miraculo: & in eo cunctis apparebit quantam habeat in omnibus fortuna licentiam Omnes etiam hesitabant comparantes pœnuriam hominis in quam tempore priore deciderat: & prosperitatem pręsentem qua fuerat sublimatus. Ple riq; enim beatificant hominem qui non fuerat defraudatus recuperatione fortunę. Alij etiam pœne incredibilia putabant: licet suis intuerentur obtutibus. Tanta quippe in agrippa rerum mutatio cer nebatur: vt quorundam mentes adducerentur in dubium. ¶ Hęrodias autem soror agrippę quę hę rodi coniuncta fuerat Tetrarcha enim galileę prouincię trans iordanem erat iste potestatem fratris ex inuidia non ferebat: ꝙ eum in maiori dignitate cerneret q̄ maritū & qđ de prouincia cum fuga di scesserit debitum non valens soluere reuersus autem esset cum amplissima dignitate. Contristabatur igitur grauiterq; ferebat: tantam mutationem fratris. Maxime autem quando eum intuebatur cum regalibus insignibus incedentem atq; hincinde circumferri multitudine populorum. infœlicitatem suę non tollerabat inuidię: sed viri animum concitabat exhortando vt romam nauigaret similemq; si bi dignitatem imploraret a cęsare. Intollerabilem namq; sibimet ipsis vitam esse firmabat. si agrippa filius Aristoboli qui culpatus a patre mori meruit inopia magna compressus: ita vt aliter non posset euadere creditores nisi nauigatione diffugeret: atq; hoc modo patria discedens cum regali fuisset di gnitate reuersus. Ipse vero cum esset filius regis & frater eius (qui Tetrarchiam illam ante possederat) vnde magis ei cognationis iure deberetur sederet in humilitatē priuatę degēs vite. Quod si antea ni chil Hęrodem cōtristabat qui minorem honorem parente proprio possideret saltem tunc excitari de beret consanguinei tam pręclarissima dignitate neq; se pati debere superari ab eo cui pecunia sua sub uentum est confusionemq; debere putare vt ille pręiret honoribus; qui anteriore tempore sua sustēta batur misericordia. ¶ Verū enimuero romam inquit pergamus: nec labori parcentes nec sumptibus Non enim pro auro reperituro debemus prohiberi ne ad honores ampliores valeamus ascēdere: sed omne quicquid nobis est expendamus: vt regnum valeamus adipisci. Ille vero repugnabat ocium di ligens & quietē: & molestiam rome declinans moliebatur eam ratione deplacare. At illi quanto vide bat eum quiescere cupientem: tanto amplius instabat: iubens ne aliquid agēdum pretermitteret quo posset regnum a cęsare promereri. His igitur illa nullomodo cessabat: donec sepius fatigando in suam eum fecit transire sententiam. ¶ Ille igitur pręparans opulenter vniuersa & nichil sumptibus parcēs nauigauit romam: simul secum hęrodiadem ducens. Agrippa vero intentionem eorum intelligens & qualiter præparabantur attendens etiam semetipsum ipse pręparat. Cum autem eos nauigasse co gnosceret mittit etiam ipse romam quendam ex libertis suis nomine fortunatum. plurima cęsari mu nera deportantem & epistolas aduersus hærodem. Ipsum etiam instruxit quę ore proprio Gaiū edo ceret oportunitate reperta. Qui eum subsecutus esset hęrodem epistolas cęsari reddidit. Nam simul in dicearchiam venientes gaium apud Baias inueniūt quę ciuitas est parua campanię. quinq; stadio rum interuallo distans a dicearchea habitacula quoq; ibi imperialia opulenter constructa sunt operi bus diuersorum per tempora principum magnifice pornata. Lauachra calida ille locus exhibet. aqs ex terra vltro manantibus aptis saluti corporum quos ibi lauari contigerit. ¶ Gayus autem mox vt hęrodem suscepit & primum sermonem cum eo commiscuit confestim Agrippę suscepit epistolas: q bus accusationes continebantur hęrodis. ¶ Accusationes autem erant huiusmodi consilium habuis se Hęrodem cum seiano aduersus Tyberium: & cum Arthabano Partho aduersus Gaium. Probamē

Eplę a gaio ad senatū de morte Tyberij & ad pi sonē pro libera tione agrippæ.

Agrippa voca tus a gaio regno restituitur & ꝓ cathena ferrea auream dedit.

Agrippa (ꝑmit tēte iṗatore) ve nit i pr̄iam & ꝑ ter oīm spē rex ab oībus cernit.

Hęrodias iuida ꝓ Agrippę fra tris ꝓspitate hæ rodem Tetrar cham cōcitabat romam nauiga re fortunam.

Agrippę mani festās vt regalē a cęsare dignita tem imploraret:

Hęrodias hęro dē icitat romam petere nec ꝓ re gno sumptibus parcere ille ve ro repugnabat ocium diligens.

Hęrodes cū hæ rodiade romam venit quorū A grippa itētionē cognoscēs fortu natū libertū cu; muneribus mit tit ad cęsarem & epistolas aduer sus hęrodem.

Lauacra calida vltro de t̄ra ma nantia.

um autem huius rei dicebatur: q; haberet herodes constructionem immensam armorum. qui septua ginta milibus pugnatorum sufficeisset. Hanc in armamentario Herodis repositam dicebat asseruari. Quibus lectis motus Gaius percunctantur herodem si verum esset q; de armis nunciaretur. Ille vero cum aliter dicere non posset ne veritate conuinceretur. respondit esse arma. ¶ Tunc Cesar veram credens accusationem tetrarchiam eius abstulit: & agrippe regno coniunxit. Sed etiam omnes opes similiter agrippe contribuit. Ipsum autem eterno condemnauit exilio: habitaculum illi constituens in lugdunensem gallię ciuitatem. Cognoscens autem herodiadem agrippe esse sororē opes & alia (quęcunq; propria esse probarentur) ei restituit: arbitrans in consilio viri consciam non fuisse. Tutabatur etiam eam q; sororem agrippe cognouerat. At illa tu quidem imperator inquit magnifice satis sicut tuam dignitatem decebat hęc michi largiris: verum ego vti non possum beneficio tuisq; muneribus propter dilectionem qua merito meo constringor: cui socia in prosperitatibus existens iustum non existimo vt eum in hac fortuna derelinquam. Tum ille magnitudinem animi eius indigne suscipiens simul eam cum herode misit in exilium eiusq; substantiam agrippę contribuit. ¶ Et herodiadi quidē pro inuidia quam circa fratrem gerebat: & herodi eo q; muliebres exhortationes & vanitates aduertit. tale iudicium ex prouidentia diuinitatis illatum est.

Herodes regnū credēs obtinere tetrarchiā amisit quā cęsar agrippe regno cōiūxit herodem, q; in exilium lugdunū relegauit. Herodiadē (cui Cęsar sororē agrippę cognoscens opes dederat) omia abrenuētē simul cum herode misit in exiliū & substantiam agrippe tribuit.

¶ Gaius q̄diu se humilem exhibuit fauorem habuit omnium sed procedente tempore eleuatus humanum perdidit intellectum volens se diuinitati esse similem Tunc namq; seditio inter iudeos & paganos Alexandrię orta ex vtraq; parte legati ad Gaium mittuntur: Et Appione Iudeos accusante (quia cęsaris honorem non curarent) illi simulachra constituere recusabant quo audito Gaius philonem iudeorum legatum doctissimum respondere paratum ex secretario iubet excludi qui egrediens circunstantes iudeos non fe ore. Gaij terreri hortatur. Gaius vero contra Iudeos iratus Petronium mittit in Syriam vt simulachrum suum erigat in templo Hierusalem. Ad quem iudei venientes cum deprecantur ne contra paternas leges simulachrum erigat in templo: ipsiq; illud deneganti iudeorū maxima multitudo mori pro conseruatione legis parata in Tyberiade occurrit supplicans vt legem eorum permitteret integram Ad illum quoq; Aristobolus Agrippę frater Elcias maior aliiq; plurimi optimi viri veniunt deprecantes vt multitudini parcat quę culturam terrę pro legis conseruatione negligebat.

¶ Gaius q̄diu se humilē exhibuit fauorem habuit omniū sed eleuatus humanū perdidit intellectū, &c.

Capitulum sextum decimum.

Gaius autem primo quidem ac sequēti anno magnifice rebus vtebat̄ & mediocrē semet exhibēs fauor illi p dies tā apud romanos q̄ apud cæteros subiectos āplior augebat̄. Sed pcedēte tpe magnitudine dignitatis eleuatus humanū perdidit intellectū: & sese volebat diuinitati cōsimilē diuinitatē quę vera est ihonorās. ¶ Illo tpe cū alexādrię seditio pueniret inter iudeos ibidem habitātes atq; paganos: trini ex vnaquaq; parte legati mittūtur ad gaiū. Erat vero inter alexandrinorū legatos vnus appio noie q iudeos plurimū blasphemabat multa quidē & alia dicēs illud aūt eos prę cęteris accusabat quoniā cęsaris honores haberent oīno contēptui. Nam cū romano imperio subiectos tēpla gaio fundare: altaria cōstituere atq; alia sicuti dijs celebrare firmaret: a solis iudeis duci proclamabat ingloriū: debere quoq; istos simulachris honorare cęsarē nomenq; eius iurabile. ¶ Hęc igitur appione & alia huiusmodi durissima prolocuto quibus eū in superbiā eleuari posse cēsebat philo ecōtra suscepit qui pręerat legationi iudeorū vt in oibus quidē magnæ glorię nā alexādri alabarce germanus extabat philosophie quoq; non expers ydoneus etiam defensare causas: & purgare quęcunq; accusationibus subiacebant. At hūc ex secretario gaius iubet excludi. absentemq; fieri. Nam tanta indignatione succensus erat: vt crederetur aliquid seuissimum perpetrare. Tūc philo egrediens secretario: dicit ad iudeos qui circa illū forte fuerant vt animo confidentes existerent neq; gaij furore terrerētur. Nam prope esse, vt ipsis operibus deum repugnare clarescceret. ¶ Interea gaius grauiter ferens q; in tanto despectu apud iudeos solos existeret: legatum in syriam mittit petronium successorem vitellio. iubens vt cum numerosa manu iudeā inuaderet: & siquidem sponte susciperent simulachrum eius erigeret in templo dei: si vero resistere molirentur. pugnando superans idipsum incunctanter efficeret. Atq; ita petronius in Syriam decreta exigens pergebat vt mandatis cęsaris minister existeret. Cumq; auxilia plurima quanta potuit congregaret: duasq; romane militię legiones assumeret. Ptholomaidam venit vt ibidem hibernia perageret: & primo veris tempore prælium posset agere cum iudeis. Inde quoq; consilium suum cęsari per litteras intimauit. Ille autē laudabat eius sententiam: iubens vt nullomodo pretermitteret: & si minus obedientes essent. pręlium iudeis intentus imponeret. ¶ Interea iudeorum multa milia veniunt ad Petronium in Ptholomaidam: deprecātes ne ad solutionem & ad transgressionem paternę legis cogerentur. Si autem modis omnibus statuisset simulachrū inferre ibiq; constituere: semetipsos primitus si placeret interimi postulabant. Neq;

Appio accusat iudeos q̄a cęsaris honorem nō curarēt illi simulachra constituere recusantes.

Philo iudeorū legatus idoneus & doctissimus gaio iubēte egrediens ex secretario circunstātes iudeos non furore Gaij terreri hortatur.

Gaius iratus cōtra iudeos petroniū legatū mittit in siriā vt simulachrū suū erigat ī tēplo hierusalē.

Iudei ad petroniū veniētes eū deprecantur ne contra patronę

legis transgres-sionē simulacrū i templo ponat. Excusatio Pe-tronij.

enim possumus inquiūt quoad viuimus rem istam admittere. quę nobis ne fieret iterdicta est ab eo legislatore cuius auctoritatem non valemus omnino contemnere:neq; illas constitutiones paruipē-dere possumus:quas proaui maioresq; nostri vsq; ad suum interitum seruauere. ¶ Petronius autē re-spondit. Si in primis essem vt meis vterer ad agendum quod oporteret consilijs:& iusta vobis ad me hęc esset oratio. Nunc autem iubente Cęsare incumbit michi multa necessitas eius decreta complen di:ne si contempsero aliud periculum maius incurram. ¶ Tunc iudei quoniam inquiunt ita sapis o Petroni vt transgredi Cęsaris mandata non audeas: neq; nos legis diuinæ pręcepta transgredimur: qui virtute maiorum nostrorum:& laboribus instituti nunc vsq; fine transgressione viximus: neq; in tantam ausi fuerimus nos pręcipitare nequitiam. vt quę a deo interdicta sunt fecerimus vel aliquibus bonis illecti: vel metu mortis adacti:sed fixum animo tenemus vt pro seruatione legis nostrę cuncta pericula subeamus spem gerentes fortissimam deum nobis auxiliaturum in pręsentia & mercedem postea redditurum:si pro eius cultura fuerimus aliqua mala perpessi. Si vero tibi voluerimus obedi-re non solum infamiam debilitatis incurrimus ꝙ timore legis transgressores efficimur verumetiam in aniter deum offendimus: qui etiam te iudice multo tempore censetur esse q̄ gaius. ¶ Tunc petro-nius considerans ex verbis eorum immutabile firmumq; propositum & sine pugna non posse gaij pręcepta perficere in eius erigendo simulachro:nec sine multa cede negocium illud euadere assu-mens omnes amicos & cuncta sua seruicia in tyberiadem pergit volens iudeorum & instituta cogno scere vel cuiusmodi essent vel qualibus ordinibus haberētur. Iudei vero magnum quidem sibi ex bel lo romanorum cernebant imminere periculum sed magis iudicabant subdi q̄ impij efficerentur in deum. Multa itaq; milia petronio in occursum veniunt ad thyberiadem vndiq; confluentes & suppli cationibus vtebantur ne cogerentur ad talia neq; pollueretur ciuitas erectione simulacri Ad hęc pe tronius. Et pugnabitis inquit contra cęsarem neq; illius potentiam neq; vestram putantes infirmita-tem? At illi minime inquiunt nos pugnare disponimus:verum sumus ante mori parati q̄ legis nostrę mandata soluamus simul in faciem prostrati perimi se paratos esse firmabant. Et hęc quidem per dies quadraginta. culturam quoq; terrę negligentes cū maxime tempus exigeret. Nam iam ea pars anni vertebatur: quando solent semina terre mandari. Tantus quippe eos moriendi feruor accende rat ne simulachrum aliquod in ciuitate poneretur. ¶ Taliter igitur se rebus habentibus Aristobolus agrippę regis frater:& elicias maior. alij quoq; optimi viri ex eadem ipsa familia. & plures de prima tibus ad Petronium venere. deprecantes vt bene de negocio pręsenti consuleret:neq; de tante multi tudinis perditione cogitaret:quin potius scribendum Gaio decerneret significās immobilem animū iudeorum neq; eos constitutionem simulachri velle suscipere omnem quoq; culturam terrę neglige re:sed in occursum suum venisse & pugnare quidem nec velle nec posse:mori tamen incunctāter pa ratos anteq̄ transgressores suę legis existerent. Debere igitur consuli ne in aliud intenta multitudine. terra inculta remaneat:& postea per inopiam lattocinia perpetrentur Fortassis enim possit gaius Ty berius emolliri & nichil crudele decernere:neq; talia disponere quibus ad seditionem populus exci-tetur. Et aristobolus quidem alijq; qui cum illo erant talibus petronium deprecabantur.

Cōstās iudeorū rñsio pro cōser-uatione legis.

Petronio i tybe-riade iudeorum multa milia oc-currūt supplicā-tes,ne cogerenī ad talia contra eorum legem. Iudeorū prōpti tudo ad mortē pro conseruatio ne legis.

Aristobolus & elicias & alij pri mates iudeoru; ad petroniū ve-niūt depcātes vt multitudini par cat quę culturā terrę pro conser uatione legis ne gligit. &c.

¶ Pacatus Petronius pro multitudine iudeorum ad Gayum proponit scribere conuocansq; in Tyberiade magnam multitudinem se excusat & eos remittit ad culturam. Deus autem suam repen-te manifestauit pręsentiam & adiutorum suum in omnibus fore petronio Ingente tunc pręter omniū spem descendente pluuia. Et sic petronius deum videns consolatorem pro iudeis scribit ad Gaium Agrippa autem amplius in Gaij crescens amicitia ępulum omnium superans diligentiam prępara-uit cuius magnificentiam Cęsar volens remunerare in donis hic respondit sibi suam sufficere gratiā nec quicq̄ gratia lucri agere & petere coactus pro omnibus ab imperatore quęrit statuam in templo non erigi quod concessit Gaius ad petronium scribens Sed resipiscens Gaius genus mortis eligere petronio rescribit quia eius contempsit adimplere mandata sed Gaius priusq̄ epistola ad petronium venerit mortuus est. deus enim Petronium remunerauit pro honore quem templo exhibuit qui vbi q; dilectus & senatorij ordine & qualibet est dignitate honoratus.

Capitulum septimum decimum.

Pacatus Petro-nius pro multi-tudine ad Gaiū ꝑponit scribere

PEtronius vero (instante aristobolo & cęteris) videns quoniā non pro rebus minimis sup plicabant: videns etiam iudeorum constantiam seuum quoq; ratus vt multa milia hoim per ipsum darentur in mortem si vellet gaij furię ministrare simul etiam se deum offēdē rū & cū pessimis postea spēbus aduiuere: multo melius iudicat vt scriberet gaio vt eius animū mitigās nihil per eum iniquū cōtigeret aut si forsitan indignatione cōcitaretur q eius mandata minime compleuerit & aduersus eum aliquid mali decerneret bene contētum esse iud cabat pro meliore causa & pro tanta hominum multitudine subire discrimen. Conuocans igitur u

yberiadem magnam multitudinem iudeorum(nam multa milia illic fuerant congregata)& consti- uens in circuitu cunctas militias & turmas visum est primo non suam sed Cæsaris proferre senten- iam dicens timere se iracundiam Gaij proinde se accessurum ad perficienda quę sibi præcepta sint.)portere se namq; firmabat qui tanto fuisset ex eius beneficijs honore sublimatus:vt nichil contra- um eius voluntati perageret. Verum non arbitror inquit iustum esse : vt salutem honoremq; meum on pro vob s qui tam plures estis impendam:nec permittam vt per me paternę vestrę legis institu- ı soluantur neq; a deo dignitatem templum dei contemnere. Vt per potestates principum iniurię estris religionibus ingerantur.sed scribam ad Gaium vestras illi voluntates intimans quantum pos ım causam adiuuans & vestrum in bono propositũ: & spero quia aderit deus cuius potestas potior st omni humano molimine.Humanaq; virtute Potens est enim & vos in conseruatione legis vestrę rotegere & maturari vt nec ab ipsis etiam excidam humanis honoribus. Qꝫ si etiam exasperet for- tan Gaius vt iram suam in me velit effundere:en sumam omne periculum omnem miseriam:quecũ ; corpori meo possit infligi:ne vos tantos pro rebus optimis pereuntes intuear. ¶ Ite igitur vnusquis- ; vestrum ad opus proprium & terræ vestrę culturam impendite:ego vero romam litteras destina- o:& omnia pro vobis tam per me q̃ per amicos(quę rei conueniant) agere non omittam. Hæc di- ens congregationem iudeorum iubet dimitti. vt culturę terrę diligentiam exhiberent.Omnes autẽ obiles alloqui populos adhortatur: vt spem meliorem gererent. Et ille quidem hoc modo multitu- inem letificare festinabat. ¶ Deus autem suam repente manifestauit pręsentiam:& adiutorium su- m in omnibus fore petronio Simul enim vt fiinem loquendi fecit confestim ingens descendit plu- ia pręter spem omnium.Nam illo die ab ipso solis ortu serenitas magna claruerat nullumq; signum luuię in celum fuerat visum sed etiam omnis annus magna fuerat ariditate siccatus: ita vt despera- o fuisset exorta non solum pluuię:sed etiam si posset vnq̃ celum tectum nubibus apparere. Tunc igi ır etiam pręter consuetudinem tanta inundatio venit aquarum vt iudeis spes magna fieret in nullo ustratum iri petronium pro eorum negocio laborantem. ¶ Petronius autem amplius obstupuerat idens manifestissime deum iudeorum se consolatorem ostendere & multam se declarasse sententiã a vt nec illi forte contradicere valerent:quibus religioni nostrę reluctari tota laborat intentio. Scri- it ergo ad Gaium postulans ne tanta milia hominum contemneret quę non possent sine bello & in enti cede ad transgressionem suę religionis impelli:peritura quoq; tanta tributa quę ab illa gẽte da ntur memoriam etiam non bonam romani nominis in posteriora tempora relinqui:super hoc quo ; virtutem diuinam iudeis pręberе pręsidium. Nam exploratum esse firmabat pro iudeis euidenter ıdicium:et petronius huiusmodi litteras destinauit. ¶ Agrippa vero rex iam enim tunc Romę fue- at:amplius in amicitia gaij gratiaq; crescebat. Et forte quadam die epulum pręparauerat cęsari. vbi agnam impenderat diligentiam.vt omnium in cibis elegantiam vinceret.omnesq; suauitates & de cias studiosius prouideret:ita vt non solum cęteros anteiret adinuentionibus epularum sed nec ipse Gaius multum cupiens ei posset ęquari. Tunc Gaius admodum ammiratus tam ingenium q̃ magni- centiam animi quia super virtutem suam sumptus expenderet ꝙ sibi placeret voluit munificẽtiam Agrippę remunerari. Tunc itaq; ex delicijs & voluptate ac vino Hylarior effectus. cum Agrippa ad otum inuitaret.primum inquit. Quamuis tibi honorificentiam exhibui pro beniuolentia & fauore uam circa me habuisti vt etiam apud Tyberium periculum ingens incurreres. Verum quia in omni us te video. & virtute pręditum & nos amore superãtem: indecorum existimo tuo circa me studio perari. Volo itaq; quod antea minus feci modo perficere:& tantas tibi numerum copias attribue- : vt magnum monimentum tuis opibus & tuis accedat honoribus. Et ille quidem hęc dicebat exi- imans ꝙ posceret aliquos reddittus sibi dono dari:vel ciuitates expeteret. Ille autem quamuis pręp- arat m haberet ꝙ petere cupiebat timens vero suam noluit indicare sententiam:sed confestim re- pondens gaio quia neq; primo lucro ex eius gratia delectatus vt contra tyberij pręceptum studium ius accusationis eius impenderet neq; modo se aliquid agere intentione lucri:sed sola eius gratia sẽ er fuisse contentum. Nam & multa sibi ab eo & maiora fuisse donata quę si tua inquit virtute tuaq; otentia minora sunt meo tamen hoc est accipientis merito & mea dignitate multum constant esse naiora. ¶ Gaius autem obstupescens eius continentiam:magis instabat vt diceret quid sibi cuperet onari. Ille quoniam inquit o domine magnanimitate nimia dignum me muneribus tuis existimas ostulem nichil quidem quod ad diuitias opesq; pertineat:nam me anterioribus tuis muneribus ad nodum locupletem reddidisti:sed illud peto quod tibi & opinionem pietatis efficiat & diuinitatis nereatur auxilium vna etiam michi gloria fuerit apud audientes: ꝙ nichil a te petierim ad vsus per nens temporalium rerum. Postulo igitur vt erectionem statuę quam in templo iudeorum faciendã ręcepisti petronio vltra nolis effici. Et ille quidem licet periculosum existimaret illud exposcere nã

Petronius ad iudeorũ multitudinẽ pro excusatiõe & eos remittit ad culturam.

Nota.

Ingẽs pluuia p̃ter spẽ omnium diuinitus venit.

Petronius deuꝫ iudeorũ videns consolatorẽ illis scribit ad Gaiũ.

Agrippa rex amplius in gaij amicitia crescẽs epulum Cęsari oim diligẽtiã supans magnificentissime p̃parauit cuius magnificentiã cęsar volens remunerari i donis suã respõdit sibi sufficere gratiam neq; quicq̃ lucri intentione agere. &c.

¶ Petit agrippa pro omnibus vt statua i templo non erigatur.

Hunc vtinã oẽs circa pricipes ex ĩstẽtes i hoc imitarentur honorẽ dei & ecclesie curantes ꝓpria & suorum contempta vtilitate.

Gaius ad petronium statuã non erigere scribit gratia agrippę.

nisi rectum quod petebatur iudicaret. Cæsar nichil aliud nisi mortem afferret illa petitio. Ergo quãuis periculosum esse censeret. tamen contemptis sibi alijs necessarijs & vtilibus. illud cęsarem postulauit. Gaius autem tum eo ꝙ Agrippa taliter fuerat accuratus tum quia indignum existimabat mẽdax coram tantis arbitris apparere ante quos alacriter compellebat Agrippam quod vellet expetere: paulūlum sui penitens mox vero virtutem Agrippę miratus ꝙ suum regnum non redditibus non pecunijs non alio quocunq; munere amplificare cupierit. sed pro conseruanda lege culturaq; diuinitatis illibata celebranda interuentor extiterit concessit ac scribit ad petronium laudans quidem eum ꝙ exercitus instruxerit pugnareq; cum iudeis paratus fuerit: & omni nisu laborauerit iniuncta perficere. Verum statuam inquit si te contigerit erexisse vt constituta est perseueret. Si vero necdum erecta est nichil vltra fatigandum exercitum & auxilia dimittenda. Teipsum vero ad ea quę missus es conuenit proficisci. Nam vltra iam opus non habeo vt erigatur statua. Hoc enim Agrippę gratię cõcessum esse volo: viro honorabili michi semper sed nunc amplius honorando. Et Gaius quidem talia scribit petronio. anteq̄ seditio maior oriretur. Nam ita iam mentes omnium timebant atq; talia voluntatum eorum indicia monstrabantur vt si forte contrarium nuncium aduenirent parati essent apertum bellum cum romanis gerere. Sed Gaij amicus erat obnoxius turpitudini alienus bono consilio & in omnibus quę facienda decerneret: ita magis pertinax ad implendum moderari se nullo modo sciens sed beatitudinem iudicans si omne quod esset voluptati perficeret: postea scribit petronio huiusmodi verba. Quoniam inquit quę tibi dedere iudei meliora iudicas q̄ mea complere pręcepta & cũcta quę illis libita sunt studes efficere mea mandata contemnens: iubeo temeipsum iudicem fieri & eligere quid debeas pati qui me ad tantam iracundiam concitasti vt exemplum efficiare cunctis & pręsentibus & pręcedentibus & futuris ꝙ nullus audeat imperatoris mandata contemnere. ❡ Hanc igitur ępistolam destinauit quidem petronio non tamen ipso viuente perducitur. Petronius autem tardius eam aliquanto suscepit remorantibus nauigio portitoribus intantum vt & ante hanc ępistolã alis litteras accepisset in quibus de morte cęsaris certior redderetur. Nõ enim obliuisci poterat deus tantorum periculorum quę petronius cum alacritate magna subierat vt iudeis in honorem eius religionis gratiam pręstitisset & gaium de medio auferens mercedem illi dignam pro illius impietate restituit: cooperatus est autem petronio. Nam illi tanta dilectio comparata est tam romę q̄ in vno quoq; regno: vt dei gratia super eum euidens appareret. Romę namq; senatorij ordinis & quotquot dignitatibus eminebant tam virtutis merito q̄ odio gaij quod propter eius crudelitatem iniquitatemq; conceperant: circa petronium magno fauore ferebantur. ❡ Mortuus est autem non post multum temporis q̄ fuerat ępistola scripta petronio in qua eum morte damnauerat. Causam autem per quã extinctus est & totum ordinem insidiarum: narrabo procedente sermone. Petronio autem prima venit ępistola mortem indicans gaij: post aliquantulum vero temporis in qua propria manu semetipsũ interimere iubebatur. Vbi miranda est diuinę clementię prouidentia quę modo sine vlla dilatione tãtam illi retributionem mercedis indulserit pro honore quem exhibuit templo dei: & pro adiutorio quod iudeis pręstitit vt per eum beneficium salutis acciperent.

Gaius resipiscẽs petronio mortis genus eligere rescribit quia contẽpsit eius adimplere mãdata ꝫ gaius prius mortuus est q̄ epistola venerit ad petronium.

Deus remunerauit petroniũ pro honore quẽ exhibuit templo.

❡ Mors gaij & mortis cã postea describitur.

Nota ꝓ honorãtibus templa.

❡ Maxima cedes & calamitas iudeorum in Mesopotamia & Babilonia duo namq; viri iudei Asianeus & Anuleus germani velaminum nauiũ operatores (eos corripiente operis magistro) fugerunt cum armis in vicum diruptionem fluminum vocatum ad quos iuuenum multitudo congregata est quorum ductores facti vicinos fecerunt tributarios eorumq; nomen omnibus erat formidolosum. Quos Babilonię Satrapa (congregato exercitu) clandestine legatos adducere procurans eos die sabbati inuadit Sed Asineus equorum hinnitus audiens socios arma sumere adhortatur & die sabbati contra hostes pugnare quos inuadentes vincunt & multis obtruncatis alios fugant. Illorum autem audita audacia Arthabanus parthorum rex eos videre cupiens per nuncium dextra & fide pręstita vocat. Et asineus differens fratrem cum muneribus mittit Arthabanus vero aduueniente anuleo cum fratrem audisset timore non venisse Anuleum remittit vt pręstito iuramento fratrem securum adducat. Anuleus ergo fratri regis munificentiam persuadens secum ad Arthabanum adduxit quos cũ gratia recipiens asinei mirabatur magnanimitatem qui sub breui corpore & contemptibili tantã habebat fortitudinem atq; prudentiam. Hos quoq; cum muneribus remittit eis Babilonię commendãs regionem prohibuitq; Abagadem ne occideret Asianeum. Qui reuersus oppida constituit & castella & omnem Mesopotamiam per quindecim annos gubernauit.

Capitulum octauumdecimum

Maxima calamitas & cedes iudeorum i mesopotamia.

Contigit etiam per idem tempus iudeis illi qui in Mesopotamia & Babilonia habitabant valde magna calamitas: ibi quoq; cedes multa accidit: quanta nunq̄ ante refertur in Hystoria. De qua cuncta diligenter absoluens & causas ipsas ex quibus prouenit insinuam

¶Neherda Babiloniæ dicitur ciuitas ad modum populosa habens circa se & plurimam fecundamq; regionem: quæ cum alijs bonis plurimis tum etiam hominibus ipsa referta est. hostibus quoq; madibilis. Nam eam eufrates vndiq; circuiens: in medio continet vniuersam. Ad hęc etiā mœnibus est munita firmissimis. ¶Est autem alia ciuitas cuius Nesibis alias Nisibis vocabulum. circa eiusdem fluminis fluenta constituta. Vnde iudei quoq; natura confidentes locorum censum. quem solent in honorem dei tribuere ibidem custodiendum illo tempore deponebant sed etiam alia munera decora templorum illis ciuitatibus habuere. Nam illis velut penu vel promptuario firmissima securius vtebātur. Hinc autem in hierosolimis cum tempus expeteret pecunias dirigebant: plurima quoq; inde milia hominum pascebantur. ¶Erant itaq; duo quidem homines Asineus alias Asianeus & Anuleus al's Anyleus vel Amyleus nomine Neherdacienses quidem genere & inter se germani fratres. His p̄cęperat mater (nam patre orbati fuere) vt nauium operarent̄ velamina quia non indecorum apud eiusdem loci ciues hoc opus habebatur ita vt etiam plures apud eos virorum eis exerceantur operibus: quę vsui marino ꝓficiant. Hos quadam die magister (qui eidem operi pręerat) apud quem etiā ipam artem didicerant de aduentu & tarditate culpauit eosq; verberibus vltus est. Illi ergo grauiter hoc ferentes arma quantacūq; in eius seruabantur domo arripiunt & pergunt in quendam vicum (qui diruptio fluminum vocatur) vbi optima solebant pascua germinari: eaq; ibi reposuerunt. Quo facto congregantur ad eos plurimi iuuenes: quotquot egestate laborabant. Hos armis instruūt ipsi vero veluti ductores agebant. Ibi quandam sibi extruentes arcem demandant vniuersis qui per illa pascua armēta ductabant vt eis censum redderent atq; ex hoc & cum eis amicitiam haberent: & aduersum hostilem populū (si forte ꝓrumperet) auxilio se fore firmabant. Illi vero dicto obaudientes fuere: non enim aliter facere valebant & ex pecoribus mittebant quanta cupere videbant̄ ac ꝓinde manus illis & virtus amplior accedebat & potestatem habebant quęcumq; animus vellet efficere: alios fugare vel ledere alios tegere vel curare non solum incolas regionis sed etiā quos forte transire contingeret nomēq; eorum formidolosum satis habebat̄ & per singulos dies de eis sermo crescebat donec ad regem parthorum vsq; peruenit auditus. ¶Satrapa vero babilonię postq̄ ista cognouit voluit eos in ipsis initijs reprimere anteq̄ eis licentia crescente malum amplius oriretur. Et congregans manum q̄plurimā potuit sed etiam ex parthis babilonijsq; q̄plurimos aduersum repente tendebat nolens eum nunciū sui anteq̄ veniret accipere. Igitur per occulta ductans exercitum & veniens in quendam nemorosum locum ibidem latuit: & sequenti die (nāq; sabbatum illucescebat in quo iudei nichil operantur) ratus resistere non ausuros atq; hoc modo sine pugna iunctos posse adducere: paulatim ergo ac pedetentim accedebat ad locum vt cum ꝓximus fieret statim in eos irrueret. Sed Asineus (sicut forte cū alijs nō nullis consederat ante quos arma fuere iacentia) o viri inquit hinnitus equoꝝ in meas aures allapsus est qui non equarum amore sed equorum viros vehentium videtur existere. Nam & strepitus frenorum simul aduerto. Vereor itaq; ne nos circumfusi hostes aggressi sint. Sed citius quispiam ex nobis spectatum ꝓcurret: qui nobis quidnam sit istud manifeste denūciet. Opto autē me falsa locutū fuisse & deceptum potius veri similitudine sonitus q̄ vera sensisse. Et ille quidem huiusmodi verba locutus est cum ecce simul quidam adueniunt speculati negocium & celeriter accurrentes ne tu inquiunt falleris: sed integre coniectasti quę aduersus nos geruntur. Ab hostibus quippe circumdati sumus dolo nil brutorum animalium differentes. Nam nos plurimus equitatus inuadit eo pręsertim tempore quādo nudi omnibus armis extamus: ob id quod lex paterna vacare nos & nihil agere: hodie pręcipiat. ¶Asineus porro non secundum speculatoris sentētiam ꝙ deberet fieri decernebat vt sine hostium vltione perirent. Sed legale magis existimans ne dimissis manibus pereuntes leticiam hostibus exhiberent oportere indicabat: arma itaq; corripit. alios qui circa illum erant similiter adhortat̄ eos in audaciam excitans vt virtutis memores hostes itinere fessos inuaderent atq; impetum facientes multos obtruncant. alios fugauerunt. Nam eos securitas (qua se putauerant quasi cuncta parata reperturos) ignauos & molles effecerat. ¶Parthorum autem imperator cum ei tale nuncium euenisset obstupefactus super illorum fratrum audaciam desiderauit eos videre: & cum eis miscere colloquium. Et mittit ex armigeris fidelissimū qui diceret quoniam imperator Artabanus quamuis lesus a vobis & q̄uis sua ꝓuincia deprędata tamen nulla circa vos indignatione qua debebat accensus est sed consideratione virtutis vestrę magis in vestram gratiam factus attonitus misit me dextram vobis fidemq; prębiturum vt ad eum veniatis & eius habeatis amicitiam nullum dolum aut insidias formidantes: dona etiam se datum ire promittit & honoribus sublimare: ex quibus vobis potentia maior accrescat. ¶Tunc Asineus ipse quidem distulit: sed fratrem suum Anuleum cum muneribus mittit quę pręparare potuerunt. Et ille quidem ita perrexit: atq; perueniens ad imperatorem ingredit̄. Artabanus autem audiens Anuleum venisse: interrogabat causam cur etiam Asineus non simul aduenerit. Cumq;

Neherda cītas Babiloniæ fortissima.

Nisibis ciuitas.

Asineus & anuleus iudei velaminuꝫ nauium opatores (eos corripiente magistro opis) fugerūt cū armis ī vicū diruptionē fluminū vocatā ad quos iuuenū multitudo congregata est quoꝝ ductores facti vicinos fecerūt tributarios eorumq; nomen oībus erat formidolosum: &c.

Satrapa babiloniæ (cōgregato exercitu) eos clā destine ꝓcurat ligatos adducere eos sabbati die inuadens.

Asineus audire equorū hinnitus socijs nūciat.

Asineus socios adhortat̄ arma sumere & die sabbati contra hostes pugnare quos īuadētes vincunt (multis obtrūcatis) alios fugant.

Asineus differēs fratrē suum cū muneribus mittit.

Mos barbarorum de fide seruanda.

Artabanus (iuramēto pstito) anuleū remittit vt fratrē adducat securū &c.

Artabanus fratres cū grā recipiēs asianei mirat̃ magnanimitatē q sub breui corpore & cōtēptibili tantā habebat fortitudinē atq; prudentiam.

Prohibet artabanus abagadē occidere asineum.

Artabanus remittit asineum ad ꝓpria cum muneribus Babilonię cōmendās regionem.

Asianei maxia virtus & prudētia in cōstruendis castellis & opidis q etiam oēm mesopotamiam gubernabat p. xv. ānos.

audisset ꝙ timore suum aduentum subtraxerit: cœpit per deos patrios obtestari nichil se malifactu rum in eos si se eius cōmitterent fidei. Inter illos enim barbaros esse solet iudicium vt nunq̄ quisq̄ inter eos postq̄ dexteram prębuerit mentiatur: nec quisq̄ de fide dantis dexteram dubitauerit. ¶ Et artabanus quidem ista gerens mittit Anuleum persuasurum fratri vt ad eum etiam ipse pariter adueniret Agebat autem hęc imperator opus habens illis fratribus pro tutamine illius satrapię propter quam in illa regione facile possent ab imperio suo decedere vt anteq̄ aliquid tale contingeret ipse illos per amicitiam occuparet. Timebat etiam ne in babilonia plurimi se Asianeo coniungerēt & ille manu valida cōgregata pręsertim in illis locus tam munitissimis: facile persarum imperium defensaret. Et ille quidem talia reputans mādabat Anuleum anuleus autem persuasit fratri intimans ei munificentiam & alacritatem imperatoris tum etiam iusiurandum quod ei prębuerat. Proinde ad artabanum cum alacritate pergebat. Ille autem eos cum gratia magna suscipiēs ammirabatur asianeum ꝙ tam magnanimus extitisset cum corpus possideret ad videndum breue: & ꝙ contemptui ab intuētibus haberet̃. Eiusq; prudentiam & strennuitatem considerant fert̃ ad amicos dixisse: ꝙ maior esset anima corpore tam minore. Ostēdensq; asianeum vni ductorum suorum abdagadi nomine atq; nomen eius indicans: omnemq; virtutem & strennuitatem eius intimās qualis extitisset in bello: abagades postulabat permissum sibi contribui vt eum occideret atq; iniurias eius & depopulationes (quas in prouincias cōmiserat) vltum isset. Non permittam (inquit imperator) hęc fieri in eum virū qui mea fide pręsumptus: dexterā a me iurationemq; deorum accipiens venire ꝑperauit. Tu quia vir bonus extas in bello nichil periurijs meis opus est vt parthorum iniurias vlciscaris. Discedētem namq; si cupis insequere, eumq; si poteris iure belli superato. Mane itaq; facto acciri iubet Asianeum. Tibi tēpus est inquit o iuuenis ad propria discedendi ne forte plurimos ductorum ad te irrites: & sine mea conscientia pereas. Cōmento autem tibi babilonię regionem vt eam ledi a latronibus nō permittas sed tua virtute a malis omnibus defendatur. Dignus namq; sum ab optimo homine hāc reciprocationē accipere: qui tibi fideles animos omnino seruauerim, neq; ad eos attendi qui fuerant ad tuum seruitium irritati: sed salutem tuam tutandam sedolo festinaui. Hęc dicens eum donatum muneribus cōpetentibus in ꝓpriā destinat regionem. ¶ Ille autem domum reuersus oppida constituit & castella quę primo fuere restauranda cōfirmat: atq; ita breui magnus effectus est tātaq; per eum negocia geruntur: quanta nunq̄ ab alio ante ipsum geri potuerunt. Tantus ergo fuerat factus vt etiam ab ipsis parthorum ductoribus honoraret̃. qui ad illam regionem p tempora mittebant̃. Nam solam babiloniorum honorificētiam habere minorem ducebat: quam suę virtutis merito debere iudicabat exolui. Omnia igitur negocia quę in mesopotamia gerebant̃ ex eius potestate pendebāt & amplius eius fœlicitas per annos quindecim amplificata crescebat: & bonorum omnium vigore ac flore pollebat.

¶ Dum fratres tali prosperitate fruerentur conuertantur ad iniurias paternas leges transgredientes vnde eos mala occupauerūt Anuleus namq; mulieris pulchritudine deceptus virum eius occidit & eam sibi coniunxit quę ad ydolatriam attraxit Anuleum quē socij sui mouent mulierē ydola colentem (hebraico ritu contempto) non debere accipere sed Anuleus correctorem peremit qui moriens occisori & socijs pmittentibus maledixit Plurimi quoq; anulei peccatū corripere volentes fratrem magnis vocibus talia permittentem adeunt increpantes Qui crebris accusationibus compulsus fratrem increpat & mulierem hortat̃ relinquere quod cognoscēs mulier illi venenum inter cibos dedit & mortuus Anuleus ergo solus exercitum sumens cōtra Mitridatem Artabani generum bellū mouet & omnia prędę committit deinde Mitridates contra Anuleum occulte bellum parat (quo cognito) anuleus eos dormientes inuadit multisq; interfectis & alijs fugientibus Mitridatem viuum capiens super asinum duxit quem occidere (hortantibus amicis recusat sed remittit ad patriā Cui reuertente vxor eius (ꝙ iudei hominis captiuus fuisset) exprobrabat ipse contra iudeos arma parat & superbientem anuleum vincit. Sed fugiens in siluam pessimorum multitudinem congregat cū quibus Babilonios inuadit. Et ipsi in Neherdam venientes anuleum sibi dari petunt qui capientes (aditu ei patente) anuleū & quotquot inueniunt obtruncant. Quo mortuo Babilonij iudeis molesti qui in Seleuciam cum suis migrauerunt factaq; est maxima iudeorum ruina ex corruptione Babiloniæ vnde eis in Tesifontem fugientibus terrore pręmebantur omnibus vicinis sibi formidolosis.

¶ Capitulum nonumdecimum.

Malorū contra asineū & fremcā trāsgressio legū paternarū.

Sed dum tali prosperitate fruerentur: subito illos malorum occupauere principia: quę huiusmodi de causis acciderūt postq̄ enim strennuitate ac virtute ad magnam peruenere potentiam conuertunt̃ ad iniurias perpetrādas: & transgressiones paternarū legum cupiditatibus in transuersum agētibus. ¶ Deniq; parthorum quendam ductorem inuadūt (qui ad guber-

mandam illam missus fuerat regionem) quem etiam propria vxor fuerat comitata. Hæc cum in aliis plurimis rebus laudabilis extitisset: tamen pulchritudine cunctas fœminas antelbat: ita vt magnum decoris miraculum spectantibus apportaret. Hanc anuleus siue pulchritudinem eius auditu cognoscens siue proprio visu prospiciens adamauit. Deniq; cœpit insidias eius viro preparare: eumq; hostiliter inuadens interemit: illam autem arripiens sibi cõiunxit. Quæ mulier haud equidem sine magnis calamitatibus anulei domum ingressa est sed tam ipsi q̃ asianeo fratri magnorum malorum deportauit aggeriem per huiusmodi causam. ¶ Cum enim illa post mortem viri deorum suorum simulachra sumpsisset: quę more paterno tam ab ipsa q̃ a viro eius religione colebantur: cœpit ea domi habere: & simili cultu ea venerari. Etiam cum alicubi pergebant forte in exteras regiones secum illa simulacra portabat. Et primo quidem latenter hunc ritum religionis exercebat: posteavero cœpit etiã monstrare marito quali modo vel lege deos suos cum primo coniuge suo coleret. Tunc socij eorum qui ab eis inter primos honorabantur primum quidem ad ipsum Anuleum locuti sunt: quia non deceret hebraico ritu contempto. & neglectis suis legibus eam mulierem accipere. quę cõtrario ritu aliam religionem habens: inter dicta sibi sacrificia dijs extraneis exhiberet. Debere illum aiebãt rebus suis bene consulere ne forte amore mulieris. & voluptate corporis captus illa celebrari permittens seq; regnumq; suum pessundaret Sed cum nichil proficerent talia commonentes. verum etiam quendam illorum qui maximo inter eos honore fungeretur (quoniam ampliore fiducia locutus sit) interemit. Ille vero moriens maledixit ipsi Anuleo fratriq; ipsius Asianeo. Cunctisq; socijs vt similiter ab hostibus interirent imprecatus est. Ipsi quidem qui tale facinus perpetraret: illis autem qui non prohibuerint: neq; vllum auxilium tulerint homini pro legibus paternis & pro tanta gente proloquenti ¶ Cuius mortem omnes grauiter quidem ferebant tollerabant tamen non ob aliud nisi quia illorum potentia ad infœlicitatem ducebatur. ¶ Cum autem culturam etiam deorum parthorum audissent vltra tollerandum esse non iudicabat opus Anulei: quia in legem patriam iniuria gerebatur. Tamen plurimi congregati ad Asianeum accedunt: & eum magnis vocibus increpant dicentes. Bene quidem esset si neq; primum tale aliquid fieret. Sed quoniam factum est saltem nunc correctio consequatur: anteq̃ illud peccatum illi cum cęteris omnibus adducat interitum. Eiq; exprobrabant propter nuptias cum alienigena muliere confectas contra consuetudinem legis ipsorum & superstitionem mulieris quę ad iniuriam dei sui fuisset inducta. ¶ Ille vero quamuis peccatum fratris agnosceret magnorum malorum fuisse causam & fore: veruntamen victus consanguinitatis fauore tolerabat: veniamq; fratri dabat qui fortiore malo libidinis vincebatur. Sed cum plures ad eum per dies accusationes a pluribus deuenirent tum de his anuleo loqui compulsus est: increpans eum & quiescere iubens denuo ab illis operibus & vt mulierem ad sua propria parentesq; reuocaret: sed nichil eorum verborum percipiebat effectum. Mulier autem sentiens tumultum qui propter se populos obtineret venenum inter cibos dedit asiano quo ille accepto defunctus est. At illa sine timore vllo postea degere cœpit solum sui iudicem habens quem sentiebat suo amore constrictum. ¶ Porro anuleus solus regni moderamina excipiens exercitum sumens vicos mitridatis inuadit viri apud parthos in primo loco cõstituti & regis arthabani filiam in coniugio possidentis. Vbi cum irrumperet omnia prede dedit: & multas pecunias inde multosq; captiuos abripuit & numerosum pecus abduxit: & alia plurima que ad diuitias opulẽtiamq; pertinere noscuntur. ¶ Sed cum hęc mitridates audisset ꝙ talis in suis vicijs captiuitas fuisset effecta grauiter tulit ꝙ ipse ante nichil lesisset anuleum. Anuleus vero ꝙ exordium tantę sumpsisset iniurię: tanta in se dignitate contempta. Congregans itaq; q̃ plurimum potuit equitatũ sed etiam etate feruentium non minimam manum aduersus anuleum venit: & contendebat vt cum eo bello decerneret. Sed anteq̃ ad eum venisset quodam vico occulte castra constituit vt inde proxima die i hostes irrumperet quoniam sabbatum illucebat quando a iudeis ocium & vacuitas exercetur. Anuleus autem ista cognoscens a quodam homine Syro alienigena ex alio vico: qui cum alia integre nunciaret eum etiam vicum intimabat: vbi Mitridates mansionem fecerat. Milites itaq; cenatos faciens continuo castris egressus est: cunctis ignorantibus ꝙ aduersus Parthos tenderet: & circa noctis fere quartam custodiam hostes inuadit. Alios dormientes obtrũcat: plerosq; in fugam conuertit. Mitridatem autem viuum tenens secum ducebat super asinum nudum imponens. Quod valde ignominiosissimum apud Parthos haberetur. ¶ Cumq; ad locum proprium peruenit: hortabantur amici vt Mitridatem perimeret. Sed contra ipse consilium aliud docebat non rectum esse videns vt mitridatem extingueret virum primo genere apud pathos ortum. & necessitudine connubij apud regem arthabanum magnifice honorabilem. Nunc autem tolerabile vt cunq; tolerabile censeatur esse quod factum est quoniam acsi iniuriatas est. Mitridates verũtamen beneficio salutis erit se liberantibus grãm debiturus. Si vero quicq̃ patiatur nequaq̃ regem arthabanũ patienter laturum: sed magnã cladẽ iudeis

Anuleus mulieris pulchritudie deceptus isidio se virũ eius occidens eã sibi cõiũxit quę sibi & frĩ magnorũ malorum causa fuit

Anuleũ socij sui mouẽt nõ debere mulierẽ ydola colẽtẽ hebrai co ritu contẽptu accipere. &c. sed Anuleus correctorẽ iteremit q moriẽs maledixit occisori & socijs permittentibus cõtra paternas leges.

Plurimi peccatũ Anulei corripere volentes asianeum adeũt magnis vocibus increpantes eũ talia promittentẽ. Asineus crebris accusationibus cõpulsus fratrẽ increpat & mulierẽ reliquęre hortatur quod mulier cognoscens venenum ei inter cibos dedit & mortuus est.

Mitridates contra Anuleum occulte parat bellũ qd cognoscẽs Anuleus eos inuadit dormientes & multis interfectis alijs fugientibus Mitridatem viuũ capiens super Asinum adduxit.

Reuertēti mitridati vxore sua exprobrāte q₎ iudei hominis captiuus fuisset ipse cōtra iudeos parat exercitum Anulei superbia & temeritas.

importaturum babilonię constitutis. Parcere itaq; illi melius videtur & propter cōsanguinitatem qua regi coniunctus est & pro tanta dignitate qua inter suos honorabilis ac magnus habetur. Et ille quidem talia in concione loquens. omnibus persuasit Dimittitur igitur mitridates. ¶ Sed ei reuertenti eius mulier exprobrabat: nisi festinaret vt pote regis gener. & in tanta dignitate constitutus: supplicia sumere de his qui contumeliam ingessissent. Turpę namq; esse illa dicebat vt salutem eligeret postq̄ captiuus in manus iudei hominis fuisset: & nunc aut vltum ire suam iniuriam intenderet: aut se per deos iurare coniugij fœdera soluturam. Has ille exprobrationes per dies singulos minime ferens magnanimitatem etiam mulieris metuens ne inter eos coniugium solueretur: non sponte quidem neq; volens congregans manum q̄ plurimam potuit aduersus iudeos tendebat in Ptholemniam alias Tollemnam ipse salutem estimans. si parthus impune repulsus fuisset a iudeis belli certamine. Anuleus autem vt agnouit ad se tedentem cum multa manu Mitridatem: inglorium iudicās si in locis suis maneret & non magis anteueniens hostes occurreret. ex prosperitate prima confidens iterū se pugnaturum credens audientibus virtutis etiam robur accrescere. Multi itaq; superborum illi exercitui cōiunxere sperantes prędam se sicut antea relaturos: & ipsa prima facie hostibus horrorem illaturos. Pergunt itaq; illo stadia nonaginta per loca vasta & inaquosa iter faciens: sed medio die ardore solis ingenti sitis iudeos occupat Mitridates autem apparens continuo fessos itinere ac siti fatigatos inuadit. Illi nec estum nec arma ferre valentes: profugiunt. Parthi vero insequētes cedem magnam faciūt iudeorum multe miriades occumbunt. Anuleus autem & quotquot circa eum erant: in silua se recipiunt. Mitridates vero magnam victoriam sumens: magno gaudio cœpit exultare. ¶ Congregatur autem ad Anuleum infinita multitudo hominum pessimorum: & suam salutem paruipendentium. Quos anuleus suscipiebat: volens ex his recompensationem efficere multitudinis quę bello perierat Sed haud sane similes illis qui bello perierant: nam erat vulgus inexercitatum. Sed etiam hac multitudine irrupit in vicos Babiloniorum eosq; passim depopulabatur. ¶ Tum babilonij quāuis ad bellum parati mittunt tamen in Neherdam ad iudeos qui ibidem habitabant tradi sibi Anuleum expetentes. Illi vero nequaq̄ sermonem illorum accipientes neq; cum traditione Anulei pacem facere volētes prouocabant ad eos ad prelium. Veruntamen aditum legatis Babiloniorum permisere vt ad anuleū venirent & cum eo quicquid vellent protinus loquerētur. Babilonij vero locum integre speculantes quo se constituerat Anuleus: & cuncta diligenter inspicientes occulte nocte somno depressos inuadunt: necantq; quantoscumq; reperiunt: ipsum & Anuleum obtruncant: atq; hoc modo Babiloni iniurijs anulei & grauedine liberati sunt. ¶ Impressio namq; eis illa magna constabat: odio quo circa eos detinebatur. Nam pœne semper iimicitias exercebant. Causa vero huius rei fuit lex eorum paterna quam ille oppugnabat: & propterea sibi inuicem semper emulabantur. Vnde si quisq̄ oportunitatem inueniret ab iniurijs non parcebat. ¶ Tunc itaq; hoc modo anuleo pereunte: cœperunt Babilonij iudeis instare. Illi vero & grauiter ferentes impressionem babiloniorum & repugnare pœnitus nō valentes: in seleuciam cum suis omnibus migrauerunt. Ciuitas admodum erat opulens & decora quā seleucius nichanoris fabricatus est. Habitabant autem eam macedoniorum plurimi: & gręcorū abundantissimi. Est ibi etiam syrorum non minima multitudo. ¶ In hanc igitur iudei refugiunt & per quinq; quidem annos illesi inexpertes malorum fuere. Sexto vero anno babilonię corruptio eorum magna contigit & ruina & ob hoc plurimi in seleuciam magis magisq; cōfugiunt: sed & eos amplior clades ibi suscipit: propter causam quam breuiter narrabo. Gręcis in seleuciam habitātibus aduersus syros ex maxima parte inimicitię auide gerebantur: sed gręci semper superiores extabāt. Tunc itaq; cohabitabant eis & Iudei qui aduenerant. Syri autem seditionem mouētes cœperunt superiores existere. ex consensu & auxilio iudeorum hominum inconsiderate se pericula præcipitantium & intentionem solam ad bellum gerendum habentium. Tunc iudei hac seditione superantur. Ibi nullam aliā rationem cernebant qua possent statum suum pristinum & dignitatem reformare: nisi syros a iudeis separent. Vnusquisq; igitur eorum verba faciunt ad Syros cum quo quisq; se familiaritatem habere cernebat: atq; hoc modo pacem amicitiamq; componunt. Primates itaq; viri ex vtraq; parte pacta quibus & pax & concordia seruaretur instituunt: atq; hoc modo inuicem exhortantur vt cum iudeis bellum gerant. Quos ex constituto repente inuadunt: interimuntq; super quinquaginta milia hominum. Pereunt igitur omnes pręter admodum paucos qui forte aut amicorum aut vicinorum misericordia conseruati sunt. Et qui iam cum ibidem essent viuere non poterant: discedunt. Exinde in Tesifontem ciuitatem vicinam seleucię. vbi consuetus parthorum rex per singulos annos hiberna peragere vbi etiam plurimę eius opes & plurimus regni cultus asseruatur. Nulla tamen iam eis spes viuendi fuerat derelicta. Nam etiā ibi omnis gens iudeorum terrore pręmebatur. Nam tā babilonios q̄ seleucios formidolosos habebant. Sed etiam omnis multitudo syrorū quę in illis locis habitabat idipsum

¶ Victus anulei exercitus fugiēte ipso i siluam. Multitudo pessimorū hoim ad anuleū cōgregatur i recōpensationē eorū qui i bello pereūt cū quibus Babilonios inuadit. Babilonij ad neherdā venientes petunt sibi dari Anuleum. Causa odij.

Anuleo mortuo babilonij iudeis molesti vnde ipsi iudei in seleuciam cū suis migrauerunt. Maxima iudeorū ruina ex corruptione babilonię.

Quīquagīta milia iudeorum occisa. Iudei intesifontem ciuitatē fugientes terrore pręmebātur oībus vicinis eis formidolosis.

um seleucis loquębatur: vt bellum gererent cum iudeis. ¶ Ob hoc ergo discedunt etiam inde in Ne erdam & in Nesebim vbi propter munimentum illarum ciuitatum tutos se esse posse censebant. Su er hoc etiam habitabantur illę ciuitates ab hominibus bellicosis. Et ea quidem quę circa iudeos ba lonię constitutos acta sunt huiusmodi fuere.

Neherda & nesebi ciuitates fortes.

¶ Explicit liber Octauusdecimus.

¶ Incipit liber Nonusdecimus qui continet tempus annorum octo & mensium sex.

¶ Gaius non solum in iudeos sed etiam in omnes Romanos subditos imperio suam manifesta it insaniam maxime circa Romanos senatores quorum plurimos (ablata eorum pecunia) morte da̅ auit. Diuinumq; honorem non solum cum hominibus sed & in templo se Iouis fratrem appellans surpauit atq; tan̄q deus maris graue putans remis ipsum transire pontem in medio mari voluit con ruere Templorum quoq; depopulator dicebat pulchras res pulchro i loco quem Romam vocabat olum debere esse Iouem verum olimpium Romam transferre voluit sed Menius impediuit Natam utem sibi filiam in capitolio perducens & super simulachri genua constituens communem sibiIoui ; natatam duos patres vni prole confirmabat Molitus est etiam seruos ad dominorum excitare accu itionem vnde & Polliceudes seruus Claudium dominum suum accusauit. Et itaq; audacia seruoru̅ ontra dominos mala fecit in republica maxima Proinde mors Gaij legem corrumpentis reipublicę naxime fuit vtilis contra quem omnium erat odium cuiusq; mortem omnes propter eius iniquitates onestum opus reputabant & maxime famę cupiditas Chaeream ad eius mortem excitabat Qui a aio exactiones colligere constitutus humilibus parcens & depręssis ipsum ad iracundiam prouo uit ita vt eum de mollicie & de socordia criminaretur plurimas ingerens illi iniurias. Capitulum .j.

Gaius no̅ solum in iudeos sed etiam in omnes Romano i̅perio subditos sua̅ manifestabat i̅sania̅ maxime circa romaos senatores quoru̅ plurimos morte damnabat eorum ablata pecunia.

GAius autem non in solos iudeos qui in Hierosolymis fuere & eos qui in his regio nibus habitabant iniusticię suę demonstrabat insaniam: & per omnem terram & per omne mare super eos pręcepta destinabat quaquauersum imperium Roma num protenditur: & pluribus cuncta calamitatibus adimpleuit: quales ante nun̄q hystorię prodiderunt. Maxime autem omniu̅ roma cladem perpetiebatur quam in nullo honorabiliorem cęteris ciuitatibus estimabat. Nam cum omnes cęteros libenter tractaret. Haud senatum & omnes quanticunq; ex nobilibus vel genero vel clarissimi constabant. Multa enim plurima crimina perpetrabat aduersus equites Romanos. uidem dignitatis nomine censebantur. Opibus autem pœne senatoribus pares existeba̅t propter d etiam in conuentu senatus interesse assolebant. Quos valde inhonoros habuit plurimosq; ex eis orte damnabat: quorum & simul pecunias auferebat. Nam multas quoq; cedes non ob aliud nisi vt orum auferret pecunias perpetrabat. ¶ Diuinum vero sibi cultum & honores volebat non cum ho inibus exhiberi: sed etiam in templum Iouis veniens (quod capitolium quidem vocant) venerabi us autem illis est omnium templorum: fratrem se Iouis ausus est appellare. Sed etiam alia quę gere at: non erant furoris aliena. ¶ Nam etiam dicearchea ciuitate (quę in campania sita est) ad mesa am quę alia quoq; maritima ciuitas est graue putans vti remis cum transitum faceret: putansq; sub cere sibi hoc etiam elementum posse velut domino maris existe̅ti; talia etiam in fluctibus gerere vo bat: qualia solet terrę natura sustinere. Vult ergo vt a littore ad littus stadia ferme trecenta in medio nari & intra tam vastum sinum pontem construere: super quem carrucis & diuersis vehiculis itinera aleret efficere. ¶ Sed etiam templorum paganorum nullum non depopulatum reliquit. Quęcun enim aut pictura aut sculptura venusta fuere vel alio quolibet opificio pulchra simulacra atq; om imoda anathemata: deferri iussit ad se. Non enim alibi pulchras res esse dicebat oportere: nisi in pul hriore loco. Hunc autem Romam esse firmabat Non solum autem suam domum sed etiam ortos a aq; sua habitacula vbicunq; terrarum Italię constabant: ex talibns repleuerat ornamentis. ¶ Nam tiam Iouem olimpium qui maxime apud gentiles venerabilis habetur quem phidias atheniensis fe erat ausus est in romam transferre ciuitatem. Non tamen ad effectum res perducta est architectis di entibus ad mœnium regulum cui res illa fuerat imperata: eo q̄ si illud moueretur simulacru̅ aliquod nalum posset accidere. Fertur autem mœnius etiam prodigijs propter hoc multis acceptis: detulisse egocium. Veruntamen huiusmodi verba scribit ad Gaium: vnde periculum mortis illi protinus im inebat. Euasit tamen quoniam Gaius morte pręuentus est. ¶ Intantum etiam proruperat eius in nia vt cum ei filia fuisset exorta eam perducens in capitolium super genua simulacri constituit: com nunem sibi natam iouiq; confirmans: duos patres vni proli constituens. Et hæc illum talia perpetra̅ em proch nefas homines tolerabant. ¶ Molitus est seruos etiam ad accusationes excitare domino um quęcunq; vellent crimina in publicum deportare. Illi autem quęcunq; illis pessima oriebantur in

Diuinu̅ honore̅ non solum cum hoibus sed etia̅ in templo iouis vsurpabat fratre̅ se iouis appella̅s

Gaius ta̅q deus maris graue putans remis ipsu̅ transire pontem i̅ medio mari voluit construere.

Ione̅ olimpiu̅ voluit transferre romam sed Menius impediuit.

Gaius nata sibi filia ea̅ i̅ capitoliu̅ pduce̅s super q; genua simulacri co̅stitue̅s co̅mune̅ sibi iouiq; nata̅ confirmat.

Pollideuces seruus Claudiũ dominum suum accusat.
Audacia seruorum contra dominos mala maxia fecit in repu.
Mors Gaij legē corrũpentis reipublicę maxime fuit vtilis sicut & cuius licet mali principis.
Emilius.
Cassius.
Municianus
Odiũ omniũ cōtra gaium.

animo nulla prohibebantur dicere ratione cernentes illi gratum fore quicquid mali dixissent. Ita vt etiam Claudium auderet pollideuces seruus eius accusare:& ille patiebatur aduersus patruum suum geri capitale indicium:sperās etiam ipsum quo faciliorem potentiam aduersus cęteros adipisceretur extinguere. Non tamen assecutus est quod volebat. Repleta igitur vniuersa republica diuersis malis: diuersisq; calumnijs ex audacia seruorum aduersus dominos vbiq; insidię gerebantur:ab alijs quidē vt suas iniurias pro his quę passi sunt defensarent ab illis autem pręuenire dominos cupiētibus: cum sibi ab eis pro culpis suis aliquid supplicij imminere sentirent. Proinde quoniam corruptis legibus & hoibus in afflictione constitutis non paruũ beatitudinis momētũ illius mors hoīs apportauit:sed etiā genti nostrę quę breui iam omnis interiret nisi mors illum celeriter occupasset volo super eo cūcta deserere. Nam alias quoq; magnam fœlicitatem confert hominibus & solatium in calamitatibus constitutis aut etiam correctionem his qui putant prosperitatem esse perpetuam: docetq; ne rebus secundis quisq; pessime commutetur:sed virtutis studium esse percolendum. ¶ Vias equidem tres mors illa parauerat:& harum vniuscuiusq; viri boni primatum in consilijs habebant. Emilius enim regulus ex Corduba hiberię ciuitate originem ducens cōgregauit plurimos:vt siue per illos siue per semetipsum alacriter gaium perimeret. Alterius autem principatum gerebat Cassius chereas tribunus:sed& Minutianus nō paruam partem hominum ad hoc opus aggregauerat. ¶ Causa autem illis erat odiũ quo circa Gaium vniuersi tenebantur. Et regulus quidem iracundiam eius & iniusticiam qua in cunctos vtebatur horrebat Gerit quippe indignationis aliquid animus liber. vt iniquitatem ferre non valeret. Hic igitur cum multis aduersus Gaium consilium capit cum amicis cum alijs qui efficaces ei videbantur ad causam. Minutianus autem vt lepidum vlcisceretur amicum suum. Hunc enim cum aliquibus suis conciuibus Gaius extinxerat. Super hoc quoq; sibi timebat:ne a gaio similiter pateretur Nam videns ex alijs exemplis sibi mortem imminere festinabat suum pręuenire periculum. Chereas vero confusionem & Gaij opprobria non ferebat quibus eum arguebat ꝙq; quasi nichil in se fortitudine gereret super etiam periculum quoq; sibi per dies singulos imminere cernebat. Mortem quoq; Gaij omnes honestum opus & liberum libenter excipere reputabant cęteri vero cupiebant sup hoc habere commune consilium:videntes iniurias tantas & exemplum prauum dari cupientibus principatum. Omnes ergo vt tantis cladibus liberarentur desiderabant aduersus Gaium aliquid geri. Decet namq; ad talia negocia bonos viros accedere pro salute pietatis & imperij macula auferēda etiā cum suo discrimine. Super omnia autem Cheream ad opus gerendum excitabat melioris famę cupiditas. & quia cernebat facilē sibi aditũ fore ad gaium tribunus namq; erat & per hoc se oportunitatem reperturum putabat qua perimeret gaium. Interea ludi currules agebantur:circa quę spectacula magnum geritur a romanis studium Concurrunt enim alacriter ad circum & pro quibuscunq; rebus opus habuerint ab imperatoribus congregatione facta deposcunt. Illi vero ꝙ multitudini non iudicant resistendum confestim grate petita concedunt. Rogabant tunc itaq; Gaium cum omni intentione postulationibus vtentes vt censuum reuelationes efficeret:& grauedines cunctas auferret. Ille vero nolebat ista concedere. At illi voces eleuabant amplius. Tum ille diuersos per diuersa loca mittēs iubet clamantes arripi:& sine vlla dilatione confestim interimi. Et ille quidem talia iusserat quibus autem pręceptum erat iussa complebant. Plurimis itaq; pro hac causa morientibus: populus spectās clamare cessauit. Tunc omnibus suę facultates in contemptu fuere:videntibus illos pro suis opibus ad interitum peruenire. Hæc & huiusmodi chęream excitabant vt magnanimiter ingrederetur i causam:& insidias quas parauerat gaio perficeret vt eum tam nequiter aduersus homines exasperatum reprimeret. Et sepius quidem in conuiuijs alias conuiuio gaij rem voluit aggredi:& tamen consideratione reuocabatur non cernens se inuenire oportunitatem qualem negocio aptam esse iudicabat ne frustra ad tantum opus accederet:sed ita rem modebatur vt consilium suum annuũ sequeretur effectum In hoc igitur multo tempore militabat: non libenter conuersationem sustinens gaij. Cum autem eum constituisset gaius super omnes functiones & cętera alia quę cęsaris erant inferenda thesauris:per illud omne tempus arato negocio priuabatur. In quo tamen maiorem sibi virtutem implendi operis aggregabatur ꝙ more suo magis rebus vtebatur:q̄ gaij obediebat imperio. Parcebat enim humilibus atq; depressis. Vnde ad iracũdiā quoq; ꝓuocauit gaium ita vt eũ de mollicie prius & de socordia criminaretur nō valentē sicut ipse vellet pecunias cōgregare. Cōtumelias igitur plurimas illi ingerebat & muliebria oppingebat nomina omni cōfusione plenissima. Et hęc quidem cum alijs increparet ipse magis ferebat in quibusdam celebrationibus ministeriorum quas ipse constituerat. Stolā nāq; muliebrem induebatur & circumpositionem complicatorum crinium adhibens:aliaq; cętera quę ad ornamentum cultumq; muliebrem pertinent:ipse sustinens huius confusionē criminis audebat alijs exprobrare. Chereas autem quando hęc vestimenta cęsar sūmebat īdignatiōe ferebatur: maxīe aūt

Mortē gaij oms honestũ opus reputabant ꝓpter eius iniquitates

Famę bonę cupiditas Chæreā excitabat i mortem gaij.
Ludi currules.
¶ Occasio accepta de iterimendo Gaio.

Cherea cōstitutus ad exactiones colligendas parcens humilibus & depressis ad iracundiam ꝓuocauit gaiũ.

cum illa vestimenta ministris irridentibus redderet: ita vt etiam tribuni in derisione eum haberēt & opprobrium. Nam cum sumpturi essent ministri a cęsare muliebria vestimenta prędicabant aliquas vt cōsueti ad lusum illum pręferre facecias: propter hoc etiam fiducia maior accessit vt socios quosdā acciperet: quibus ostenderet non pro causis minoribus indignari. Nam erat etiā pōpidius senatorius qui pœne per oēs ordines & gradus āministrationis transierat epicureus autē erat: & propter hoc ocij & quietis studiosus. Hunc dimidius alias Timidius inimicus eius accusauit eo ꝙ posset gaiū maleloquijs turpibus infamare: & eo assumens quintiliam mulierem que in rebus scœnicis propter pulchritudinem claram plurimorū amorem habebat & studium. Nam etiam ab ipso pōpidio diligebatꝛ Accusatio autem fuerat falsa. Illa vero graue indicante testimouium in causa mortis aduersus amatorem proferre: puniri eam dixit debere dimidius. Tunc gaius excitatus iubet chęream sine vlla dilatione continuo tormentis examinare quintilliam. Nam in rebus capitalibus & vbicunq; tormentis opus esset eodem cherea vtebatur: propter quod eum crudelius arbitrabatur ministerium exhibere timentem ne ab eo de mollicie & socordia culparetꝛ. Quintillia itaq; dū ad tormenta duceretꝛ cōsciorū cuiusdam pedem calce deprimens: significauit eos debere cōfidere & nichil de tormentis eius pœnitus dubitare. Chęreas tamen ac si nolēs tormentis eam adegit timens propter illam ipse subire periculū & nichil differens eam in cōspectu gaij deducit fœdam tormentis atq; deformatā vt etiā ab amatoribus suis sine vlla voluptate videretꝛ. Tunc gaius illam speciem nō sustinens sed admodū compassus quintillię eo ꝙ grauiter tormentis fuisset affecta liberam crimine absolutamq; ꝓnunciat & cū ea simul pompidium: ipsa tamē etiam pecuniarum dono muneratur vnde illi solatium esset propter quod grauiter erat debilitata tormentis. Nam non solum sanitas eius corporis ex supplicijs corrupta erat sed etiam pulchritudo defœdata.

Pōpidius a dimidio inimico accusatus.

Quintilia mulier scenica pulcherrima.

Quintiliā pōpidiū recusātem accusare chęreas (gaio iubēte) dat tormētis.

¶ Chęreas grauiter motus ꝙ p eū hoīes torquerentꝛ cōqueritꝛ clemēti & papinio de imperatoris insania Quem comprimere oportere dicebat cuius clemens consilium manifestius approbabat sed iubebat facere Sed continuo mutans sententiam clemens quęcunq; cepit efferre p plurimos & Chęreas formidans perrexit ad Sabinum libertatis amatorem opus putas vt celeriter quę cogitabat inciperet Exinde cōuertitur ad Minutianū virtute parem & licet cōsanguineus esset gaio illi tamē ꝑpter lepidi mortem suspectus erat. Chęreas vero cū curiam īgrederetur augurium audiuit vocem scilicet pręcipientem vt intētum perficeret Omnes quoq; tuuc ad tyrannicidiū erant parati: chęreas autem nullam moram gerebat & omne tempus oportunū Indicabat. & Gaium capitolium vt pro filia sacrificaret ascendem cogitauit pręcipitare.

¶ Capitulum secundum.

Hec igitur chęream grauiter cōmouerunt: ꝙ per eam hoīes torquerentꝛ Vnde quoq; suam iracūdiam non sustinēs dixit ad clementē atq; ad papiniū quorum clemēs quidē super militiam cōstitutus erat papinius sup eos qui gaij fuere custodes. O clemēs inquit nimis fecimus in agendo que pro impatore cōstant. Nam etiā eos qui aduersus eius principatū cōiurationem fecerant multa ꝓuidentia vigilātes & laboribus desudantes alios quidē extinximus alios autē tormētis affecimus: intantū vt etiā ipsi gaio miserabiles videanꝛ ita nostram militiā nimia seueritate tractamus. Tacente autem clemēte grauiter se quidē ferre quę imperabanꝛ tam erat oculis q̄ vultu & colore manifestus: verbo autem insaniā imperatoris aperire iniustū esse iudicauit. Chęreas autē cohortes prouidentur pręparans cœpit fiducialibus vti sermonibus & ad eos enarrare mala quę ciuitates & illud optinerent imperium. & ꝙ verbo quidē gaius illorū esse causa malorum dicatur: si vero quisq̄ rem īquit cum veritate discutiat inueniet. O clemēs ꝙ ego sum totius mali causa & hic papinius & tu qui romanis & vniuerse humanitati omnia tormēta & omnes clades ingerimus non imperijs compulsi gaij sed nostra in hac voluntate progressi. Festinemus igitur comprimere tantū iniuriatorem in ciues socios oēsq; subiectos cui nos ministeriū exhibemus & veluti satellites atq; carnifices ad eius crudelitates implendas extamus. Et arma quę aduersus hostes proferre debemus in nostros ciues cōuertimus non pro libertate non imperio romano sed pro salute eius qui suę iniquitati festinat cuncta subicere. Nam simul & nostra corpora & nostras conscientias p singulos dies polluimus tormentis & sanguine miserorū: donec etiā alter aliquis inueniaꝛ qui in nos quoq; tale gaij ministeriū exequaꝛ. Non enī ꝑpter hęc quę gerit circa nos cum fauore cōuersabitꝛ. magis autem cum suspitione ad hec etiam cum pereuntium multam stragem efficeret. Non enim poterit vnq̄ gaij seuicia terminari: quoniam non iudicio in talibus causis intēdit sed sola libidine ad hominum cedem impellitur tum demum etiam cunctis pereuntibus tandem cōiunget & nos. ¶ Ad hęc clemens cōsilium Chereę manifestius approbat taceri autem iubebat ne in plures sermo ferretur. Et diffusis passim rebus quas gererent: anteq̄ res consequaꝛ effectus secreto ꝑdito insidijs depalatis ipsi ducerētur ad pœnam sed tempore procedente rem spei cōmitterent (opor

Chęreas grauiter motus ꝙ p eum hoīes torquerentꝛ cōqueritur clemēti & papinio de īperatoris insania.

Cōiuratio aduersus gaium.

Clemens consiliū chereę approbat.

tunitatem tribuente forma)opus gnauiter adimpleret. Rem tamē dicebat per se cunctātem nō posse audaciam gerere ad tantum negocium inchoandū. His vero quę a te O chęrea tractata dictaq; sunt cautius aliquid fortassis inueniam: decentius autem quid poterit inueniri. Et clemens quidem continuo mutans sententiam: omnia que audierat queq; ipse dixerat cœpit efferre per plurimos. ¶ Chęreas autem formidans perrexit ab sabinum extantem virum dignum quē etiam libertatis cognouerat amatorem: & propterea dispositiones illorum temporum hostiliter abhorrentem. Opus itaq; putans vt celeriter quę cogitabat iciperet oportunū ratus vt cum eo rem cōmunicare maxime duce timore ne per clementem secreta proderentur: super hęc etiam dilationes temporum aliquid contrarium reputabat allaturas. Cum autem libenter sabinus tali cognationi alias cogitationi consentiret taliq; voluntati tunc quidem tacere se dixit & ad nullum de tali re suam proferre voluntatē si vero tempus & omen nāsisceretur. Tunc non solum silentium obiecturum: sed etiam suam voluntatem manifestaturum esse firmabat. Sed si aliquid viriliter volumus efficere nichil dilationi penitus detur. His ergo dictis exinde conuertuntur ad Minucianum. ipsis quidem studijs & virtute parem & similia ex animi magnitudine cupientem consanguineum tamen Gaij: sed suspectum propter mortem lepidi. Multā namq; in se amicitiam minutianus lepidusq; possidebāt & propter etiam ipse timore periclitabatur ne similiter eum perimi contingeret. ¶ Erat quippe gaius omni nobilitati terribilis vt putaret aduersus vnum quemq; singulari insania promptus. Propter hoc enim altetutri sibimet erāt pro rerum necessitate formidini: & voluntatem quam circa odium Gaij gerebant indicare non poterant: ob cuius vtiq; suspitionem ne deuotionem sibimet aperte impendere pręsumebant. Dum igitur conuenissent & Minutiano honorem sicut prius exhibuissent erat ei dignitate pręclarus ciuium & cunctorum ore laudatus inter principia sermonum præcellens ille verba fecit ad ceream requirens quod signum illa die perceperat. Per totam namq; ciuitatem grata Chereę videbatur iniuria: quam per signorum dationem ipse portabat. Et ille inter verba iocunda nichil motus minutiano respondit eiq; sermonē de rebus talibus faciēdum esse commisit. Ei tu michi inquit da libertatis signum gratias agenti tibi. qui me amplius acuisti q̄ egomet implere cōsueui: neq; michi sermonibus pluribus iā opus erit Sed hoc sufficere iudico. Si etiam tibi idem placeat quod & michi quādo etiam priusq̄ cōueniremus eiusdem noscimur fuisse cōmunionis. Vno ita gladio sum' accinctus qui sufficere possit ambobus in quo cōsecuti fortiter & accedamus ad opus princeps autem si vis ipse consisto iubens operibus imminere qđ si cœpero tui cooperationē solacij psequar grassatione ferri cōcessa michi (te cōfirmante) fiducia qua scilicet ipsum quoq; ferrum efficatius solet existere. Impellor enim ad actum non pro his quę ego patior: dum spe ipse circumferar. Non enim hæc leuitas mea periculosa tantummodo considerare permittit: dum & libere patrię atq; legibus & ademptę virtuti & tante cōdoleam pesti: quę cunctos simul propter gaium appręhendit. Dignus enim sum apud te iudicem fide rerum huiusmodi quādo etiam tu sapere talia comprobaris. Tunc minutianus considerans ardorem. Sermonem eius libēter amplexus est & eius audaciā approbauit atq; laudauit. Et vale dicto cum votis eū pręcibusq; dimisit. Quidam enim asseuerabāt ea quę cōtigebāt quodam auspicio fuisse firmata. Nam cum chereas ingrederetur in curiam vox cuiusdā de populo fertur emissa quę quasi ammoneret dicens: perfice quod agē dum est opitulante diuinitate. Quo facto primum quidem chereas expauit ne quis cōiuratorū videretur prodidisse secretum. Nouissime vero considerans quia hęc pro inuitatione dicerentur siue commonente aliquo sociorum seu certe deo qui cuncta humana respicit consulte: cum omnibus ad cōfortationem insidiarum causa pctuisset: Vniuersi simul armati sunt. Alij quidem ex ordine senatorio. alij vero romanorū militum qui conscij esse videbantur. Neq; enim erat vir nobilitate seu fœlicitate prædītus: qui Gaij transitum non ardenter appeteret. Qua propter omnes quo possent studio vt vita priuaretur totaq; confidentia atq; virtute ad tyrannicidium erant & sermonibus & operibus pręparati. Nam & calixtus libertinus Gaij vir vnus potentia summi culminis eleuatus: q nichil aliud potestate sua q̄ tyranno equus esse putaret Timore cunctorum & magnitudine pecuniarum quę ei nimis accesserant. eo quod esset in muneribus accipiendis & iniurijs exercendis acerrimis. Et vigorem vltra modum haberet cū naturā Gaij istabilem esse sciret in quibus declinasset nequaq̄ posse reuocari & multas quidem alias periculi causas necnon & magnitudinem pecuniarum haberet: accedēs ad claudiū lalenter sperans quia si ei cederet principatus deficiente Gaio honorem ei similem pręberet eo q̄ illi & verba clementię impendisset primitus ait ergo quia iussus a gaio claudiū veneno perimere crebras huius rei dilationes exquisisset ne talia perpetraret. Sed michi videtur quia fingebat hęc calixtus volens capere claudium. Nam neq; gaius studens interfici claudium honestas poterat occasiones exquirere neq; calixtus iustus optabilem Gaio rem perpetrare si distulisset mādata domini sui pericula potuit dedicare. Sed claudium quidem diuinitus a Gaij vesania libetat: calixtus autē pro cōmendatio

Clemens mutā ta sentētia promulgat audita pluribus.

Chęreas ad sabinū libertatis amatorē.

Minutianus cōscius in cōspiratiōe cōtra gaiū

Gaius nobilitati terribilis.

Chereas auspiciū audiuit vti pficerat itentū.

Oēs ad tyrānicidiū erant parati.

Calixtus gaij libertinus cōiuratiōis cōscius accedit ad claudium. &c.

ne finxit hanc gratiā quę ei nequaq̄ probabat̃ iniuncta. Hi quidem qui circa Chercam erant differebant quotidie: dum multos segnicies detineret. Chereas aūt nullam moram gerebat sed omne tēpus ad agendum oportunissimum iudicabat. Nam dum gaius in capitolium ascendisset vt pro filia sacrificaret venit frequenter ad eum & imperialis loci culmine stantem ac populo auri & argenti pecunias dispergentē dum hęc ministeria gererent̃ pręcipitem ex eminenti loco cogitauit impellere: cum se a nullo videri putaret. nec insidias fecisse videretur. Et licet mors optata non euenisset. Ipsi tamen ac cessit audacia vt etiam pręter ferrum interimeret gaium. Tamen habuit cum cōiuratis chereas ardorem metuens ne tēpora oportuna diffluerent. Illi vero videbant quidem pro sua libertate sollicitum: poscebant autem vt paucum tempus vsq; ad solemnitatē spectaculorū differret: nedum conamen ne quiuerit impleri: turba fieret ciuitati: dum conscii requirerent̃ a Gaio & insidiarum tamē non valeret vtilitas in futuro: sed hoc vtile fore Vt in celebratione spectaculorū res potius agi temptaret̃. Hęc spectacula in palatio ob honorem cęsaris in paruo eius rotundo templo agunt̃ qui primus potestatē templi conuertit in seipsum. quę scilicet romani nobiles cum filijs simul & cōiugibus libenter spectare noscunt̃. Tunc enim gaius negligens ad omnes ita facilis erat incursus quādo multa milia hoim paruo loco cōcurrerant vt potuisset quilibet ad eius necem audacter accedere absentibus corporū custodibus: qui licet vellent non tamen ei pręsidium facile deportarēt. Spectabat ergo chereas. Et venienti bus spectaculis prima die nitebat̃ vt quod fuerat pręcogitatū sine dilatiōe fortunę solacijs adimpleret qui tñ tribus diebus ludorū transactis vix die nouissimo opus valuit terminare.

Chereas cogitat gaiū p̄cipitare ex capitolio.

¶ Chereas ad audaciam coniuratos cōtra Gaium excitat & armatorū multitudine ad palacium cōueniente petētibusq; tribunis vt moris erat signum a Gaio Cui sacrificante augurium cruor scilicet super vestem Asperne senatoris aspersus apparuit Cuius etiam mortē Vatinius senator prędixit quē cluditus tacere iussit duoq; Gaio auguria in spectaculo prouenerūt. Et minucianū vt Chęream cōfortaret surgentem Gaius retinuit Sed ipse paululum quiescens denuo surrexit & abijt. Gaium itaq; ad balneas euntem pręcedebant cōiuratores inter quos Chęreas euaginato gladio occurrit eum vehementē plagam non tamē mortalē (nota causam) intulit. Quem nō clamantē sed fugientē Sabinus impulit & eum cadentem singuli discerpserunt.

¶ Capitulum tertium.

Itaq; chęreas aduocans coniuratos satis inquit o etiam preteritum tempus nostrā potest subiurgare segniciem: pro his quę cum tanta virtute tractata sunt & neglecta noscunt̃. Et melius est vt p̄ditione facta pereat causa & potius gaius nos afficiat cunctorūq; auferat libertatē his diebus quos nos tyrānidi eius adijcimus & cum nos de cetero debeamus esse liberi & alijs prębere causam fœlicitatis pręteritiq; seculi honorē & miracula reparare. Illis vero nequaq̄ cōtradicentibus quasi nō bene fuisset hortatus: neq; actum hunc aduersum suscipiētes sed potius cōtiscentibus: cur inquit o fortissimi segnes sumus. An non videtis hodie spectaculorū diem esse nouissimū: & gaium ferri ad alexādriam nauigaturū vt ęgyptum cōtempletur. Bonum ergo est vobis vt vestris manibus romanę glorię auferatis opprobriū: & hoc terra mariq; diuulgetur. Nā quomodo non iuste erimus cōfusionis obnoxij: si quis eum ęgyptius videat̃ perimere iniuriam nō ferens libertatis oppręsse. Ego siquidem nequaq̄ cogitationes vestras differri patior sed hodie ad pericula simul accedo: grate ferens quicquid ex eis euenerit animo scilicet cōsistens ad pericula omnia pręparato quā vt michi huius laudis possit euenire priuatio. Hęc ille dicens & ipse audacius armatus est & reliquis fiduciā pręparauit cunctisq; iam erat desideriū vt conamē attingeret̃. Nichilq; differens diluculo ad palaciū multitudo ęquestriū armata cōuenit. Mos erat tribunis ense cinctis petere ab imperatore signum quod ei cōpetebat vt signum acciperet. Cōcurrebant ergo ad palacium omnes: vt pro spectaculo sibi loca occuparent. Cumq; multa plebe atq; cōpręssione gaius exultaret ita vt pre multitudine neq; senatui nec romanis eqtibus locus esset sed oēs permixti sederent cum viris pariter mulieres & liberi vna cum seruis (Gaius processu sibimet facto) pio cęsari solemniter immolabat cuius etiam spectacula celebrabat. Et cum de sacrificijs aliquid sanguinis cecidisset: contigit vt ex eo cruore cuiusdā senatoris Asprene alias Asperne nomine vestis adimpleretur. Quod factum Gaio quidem prębuit risum. Asperne vero augurium fuit apertum: qui scilicet vna cum Gaio peremptus est. Fertur itaq; gaium vltra suam naturam illa die mitissimum: ita vt omibus eius humilis salutatio mira videretur. Qui post sacrificia ad spectaculum veniens pręsidebat: & circa eum primi procerū. ¶ Est autem ipsum spectaculū. Vbi annis singulis exhibet̃ in duabus cellis quarum altera quidem ducit ad atrium altera vero ad porticum ingressibus & egressibus apta: quatenus nō turbentur qui interius esse noscunt̃. Est etiam illic & alia cella vbi lusores exerceri solēt atq; cantores. Residente itaq; populo & cherea cum tribunis non pocula gaio dextrum namq; cornu cęsar tenebat quidam vatinius ex ordine senatorum vir militaris cluditum id est consolatorē virū

Chereas coniuratos ad audaciā excitat.

Mos tribunis signū ab imperatore petere.

Auguriū (gaio sacrificāte) cruor sup vestē aspne cecidit.

Locus spectaculi.

Vatinius senator mortē prędixit gaij.

iuxta se residētem nullo audiente requirebat: si quis ei dixerit aliquid nouitatis. Quo dicente nichil sibi ea die nunciatū o cludite inquit hodie tyrannide alias tyrānicidij certamē agitur. Tunc cluditus O fortissime tace. Et mox versum subiunxit omeri grece dicens quod latine ne quis alius maliuolus sermonem exaudiat. Cum multa poma in theatro spectantibus spargerent & pariter aues innumerę & quæ pro raritate sua sunt comparantibus preciosę: gaius lites & rapinas propter hæc actas libēter inspiciebat. In illo siquidem spectaculo duo ei auguria prouenerunt. Mimus namq; introducitur quo actum est. Vt iudex deprehensus crucifigeretur. Et panthomimus fabulam salutauit cynare alias Cynire in qua & ipse occisus & eius filia Myrrha videbat: atq; sanguis inimica arte diffusus & circa iudicem crucifixū & circa Cynaram atq; mirrhā. Constat autem quoniā & dies ipse fuit quo philippum aminthę macedonū regem in spectaculum ingredientem vnus sociorum sustineret in spectaculo vsq; ad finem eo q̄ nouissimus erat dies: an certe balneis atq; cibis illic deinde remaneret sicut & prius.

Duo i spectaculo auguria gaio ꝓuenerūt.

¶ Minucianus iuxta gaiū sedens ac ne inuacuū tempus efflueret metuens surgens etiā cum videret chereā egressum pergebat vt confortaret eum. Tunc egredientem tenuit gaius a veste & quasi per amicitiā quo ingens pergis O beatissime At ille reueritus cęsarem cum timore resedit: & paululū quiescens denuo surrexit & abijt. Cui egredienti non īpediuit iter gaius: credens eū ad necessaria ꝓgredi.

Minutianū surgentē vt chere am cōfortaret; retinuit gaius.

¶ Aspernās quoq; cum esset & ipse particeps operis. Ammonebat gaiū sicut & prius vt ingressus ad balneas atq; prandium ad spectacula remaneret Querēs vt ad finem sua tractata perducerent. Illi siquidem qui circa chereram erāt exacuebant alterutros quasi tēpus esset singulos pręparari: ne ad opus absentes inuenirentur & negligentes oportunū tempus amitterēt. Erat namq; etiā dies iam circa horam nonam. Chereas itaq; tardante gaio erat paratus vt ingrederet ad sedem eius Pręscius tamē qa illic necem principes cum multo sanguine senatorum & equestrium simul adipleret: licet arderet melius tamen esse indicauit omnium tutamen libertatemq; seruari. Cumq; essent omnes ad spectaculorum vota conuersi. Gaius signum surgendi fecit: turbaq; repente facta conuersi sunt cōiurati & populos impellebant vt quasi Gaio secreti officium perhiberent: opere vero volentes habere licentiam vt eum in silentio trucidarent. ¶ Precedebant itaq; claudius patruus eius & marcus minutianus sororis coniunx: necnon & valerius asiaticus: quos etiam si voluissent repellere propter dignitatis reuerētiam nō valebant. Gaius vero sequębatur cum paulo aruntio. Cumq; iam esset inter regalia rectū dimisit iter vbi constituti erant famuli q ei gratifice ministrabant claudio scilicet pręcedēte & cōuersus est ad locū quedā augustū silētio iturus ad balneas simul & pueros q venerāt ex asia cōtēplatus qui eorū forent vtiles ad hymnos ministeriorū quę erat celebrare cōsuetus: aut qui ad pirricā in theatris apti esse viderent. Tunc itaq; occurrit ei chereas vt signum peteret: q̄ quasi ad eius illusionem signū ante languentiū. Nichil ille moratus iniurijs vtebatur aduersus gaiū: & euaginato gladio intulit ei plagam vehementem: non tamen omnino mortalem. Sunt qui dicunt hoc prouidentia Cherę factum ne Gaius plagę vnus vulnere morerer; sed plagarum multitudine sauciatus. Maiori dolore cremaret sed michi non videtur hic sermo credibilis: eo q̄ in huiusmodi actibus talem timor non exigit rationem. Nam si Chereas ita cogitauit: omniū stulticiam pręcessisse credendus est voluntatem magis fauori prębens q̄ per celeritatem sibi & coniuratis periculorum euasionem acquirens dū possent multę machinationes auxilium Gaio conferre anteq̄ potuisset mori. Vnde certum est quia Chereas non circa supplicia Gaij restitit. Sed de se & amicis eius potius cogitauit quando etiam acta causa silētio magis vsus est vt Iudicium fugeret & iracūdiam. Et quatenus res gesta celaretur ne sermonibus vsus & se perderet simul & tempus. Et hęc quidem licet (vt voluerit) vnicuiq; tractare. Gaius itaq; vulneris dolore ferebatur. Inter humerum enim & collum ensis illatis inguli ossibus est retentus ne vlterius potuisset accedere. Quo facto neq; clamauit nec vocauit quemlibet amicorum siue incredulitate Siue imprudentia. Sed dolorem fortiter ferens interius fugiebat. Quem suscipiens cornelius sabinus. Et ipse iam sua mente pręstructus impulit. Tunc genu flexo cadentem multi circumastantes singuli ad inuicem gladijs Et quasi ad certamina discerpserūt. Cōstat autem quia vltimus Aquilas ei mortis intulit plagam. Omnis itaq; causa cherę indubitanter attribuenda est. Nam licet cum multis hoc opus esse cerit. Tamē primus cogitauit quemadmodum gereretur & primis cęteris hoc ausus sit edicere: qbus suspicientibus illius vocem verbo subinde alios congregauit: & sapienter cuncta disponens etiam sermonibus vsus est vtilibus non necessitatem suę pręsumptionis imposuit vt dum tempus exigeret manibus vterentur. Is quoq; rem prior agressus est: & virtutem illius necis impulit: atq; vsum facilem gaio iam moriente concessit. quapropter iustum est vt etiam quęcunq; ceteri gesserunt. Cherę cogitationi & labori manuum ac virtutibus applicentur.

Cōiuratores

Chereas euaginato gladio vehemētē plagā fecit gaio.

Gaius sauciatus non clamauit sed fugiētē Sabinus ipulit & cadentē singuli gladijs discerpserunt Ois mortis causa cheree attribuenda est.

¶ Gaij occisores populum stulte principem honorantem timentes a cede per aliam viam redierūt & germanicum Gaij patrem occiderunt Germanis itaq; (quibus Gaij mors prio cognita est)

inquirentibus interfectores Aspernas occurrēs occisus est similiter Norbanus & Atheius Omnibus vero Gaij mors grata erat preter mulieres & infantes ꝓpter spectacula & seruos qui eius auxilio cōtra dños habebant accusationem & cum varia fuisset populorum de Gaio opinio Aruntius venaliū rerum preco Gaium mortuum proclamauit in teatro & ipsius cognita morte Germani ab ira quieuerunt. Laudatus quoq; est Chereas pro opere & inquirēte populo Gaij peremptores Asiaticus valerius vtinam (inquit) ego quo audito consules Gaium accusantes populo & militibus iusserunt ad propria remeare pacem nunciātes adesse & requiem.

Capitulum quartum.

Gaius itaq; hoc modo multis vulneribus iacebat extinctus Chereas autē & ceteri perimentes Gaiū per eadē itenera reuertentes euadere se impossibile iudicabant. Propter hec vtiq; que fuerant gesta. Non enim paruum erat periculum peremisse principem stulticia populi sepius honoratū cum & a militibus non sine sanguine de morte eius facienda esset seditio Ita cum essent anguste vite in quibus hos opus effectuȝ est & maxima turba repleret eas militum qui illo die pro custodia principis ederant: per vias alias discendentes ad domū venere germanici patris Gaij: quem tunc etiam vna peremerūt. Erat eñ hec domus coniuncta regalibus: eo ꝙ hi qui in eminentia cōstituti sunt diebus sue potētie in talibus habitare noscuntur. Et declinantes multitudinis inuasionem esse iam videbantur in requie. ¶ Cum itaq; lateret adhuc pestis illata Gaio: primum germanis est agnita. Erant enim armigeri equiuocum gentis sue celtice habentes tacina quorum patrie mos est importabili vti furore sicut Hyspanis aut ceteris barbaris eo ꝙ omnes huiusmodi homines ratione minore sint corporisq; robusti. Et impetu primo cuiuscunq; congressus hostibus preualentes cum non haberent virtutis discretionem pro vtilitate cunctorum. Sed tantum sibi prospicerent quibus Gaius carissimus ideo erat ꝙ pecuniarum muneribus eos sibi placauerit: euaginatis ergo gladijs ingressi sunt domum perscrutētes cesaris peremptores: quorum tribunus sabinus erat. Qui non tantum virtute & fortitudine maiorum quantum suo robore cum monomachus esset. Hanc obtinuerat dignitatem. ¶ His itaq; inquirentibus Aspernas primus occurrens exsoluit penas (cuius vestem sacrificiorum sanguis sicut prediximus cruentauerat) & nō ei bonum fuisse videbatur augurium. Post hunc occurrit eis Barbarus Norbanus fortissimus ciuiū & de cuius maioribus imperatores multi processerant: cuius etiam ciuitatis eminentiam non ignorabant. Is cum esset valitudine robostus: primo sibimet occurrentium arripiens gladium permixtus alijs cōtendebat ne sine aliorum interitu moreretur. Qui multorū agmine constipatus frequentium vulnerum illatione defunctus est. Tertius autem Antheius ex ordine senatorio. Germanis sicuti priores occurrit. Is (vt videret Gaium iacentē & letaretur aduenerat) quia patrem illius eiusdem nominis effugauerat eumq; nec sic satiatus militibus destinatis occiderat. Aderat ergo Atheius vt Gaij videret funus: turbaq; subita dū se voluisset occulere furentes germanos & iter subtiliter inquirentes (qui Gaiū occiderant) etiam innoxios vna perimētes latere non potuit & illi quidē ita sunt mortui. ¶ Dum igit̄ in theatro de gaij morte venisset sermo ammiratio & incredulitas facta est. Alij namq; valde delectabant̄ in eius morte. & licet dudum scirēt sibimet vtilem fore. Hoc non sinebantur credere per timorem: quibusdam vero hoc in desperatione erat cum neq; vellent circa gaium huiusmodi aliquid prouenire nec vere hoc crederent: quasi nō possent aliquis hominū opus eius virtutis implere. ¶ Erant eñ (quibus non erat grata mors Gaij) mulieres & infantes & quidam militum Alij propter mercedem & nichil aliud ꝙ tyrāno conueniente ad iniurias potentissimorū ciuium in illius ministerio preparati. Mulieres autem ac iuuenes propter spectaculorum & monomachorum munera (in quibus solet vulgo delectatio ministrari) & propter carniū dilacerationes (quas in ludis agebat gaius) vt quasi populo voluptatē exhiberet. ꝓ veritate autē ad faciandā sue crudelitatis insaniā. ¶ Serui aūt dños cōtemnebant. & ad iniuriandū eos Gaij fulciebant̄ auxilio. facile nāq; eis mētiētibus cōtra dños credebat̄ eorūq; pecunias ostēdentibus & libertas & diuitie succedebāt nec accusatione metuebāt pœnā qbus erāt ꝓposita ꝑmia octaua pars substātie senatoꝝ. ¶ Igit̄ vel aliqbus in theatro credibilis videbat̄ de gaij perēptiōe sermo: eo ꝙ aut ꝑscissent insidias aut optassēt. De his que nūciebant̄ nō solū gaudia retinebāt: sed etiā audire: hoc aut dicere fugiebāt metuētes ne cū verū nō appareret pœne succūberēt. quasi vota sue volūtatis apperientes. Illi vero (q insidias ꝑsciebāt) āplius se celabāt formidātes ne dū alicui amatori Tyrānidis; hoc pāderēt: pro diti viuēte Gaio punirent̄. Nā & alius sermo fuerat dispsus in ppl̄o quia res quidē a coniuratis fuisset tēptata. nec tamē gaius extinctus sed ablatus a medicis ductus fuisset ad curā: nullusq; erat verax cui se quicūq; cōmitteret aut suā pāderet voluntatē. Nam & si quis amicus erat propter fauorē tyrāni videbatur esse suspectus: & multomagis odiosis non poterat credi. Dicebatur autem senatoribus a quibusdam eorū animos perturbātibus eo ꝙ inter ipsa pericula atq; vulnera vt erat sanguine cruētatus venisset in forum & concionem habuisset ad populum que reficiebāt eorū mētes neq; loca sue custo

Gaij occisores timētes ppl̄um stulte principeȝ honorātē rediērūt a cede ꝑ aliā viā ī domū germanici p̄ris gaij quem etiā occiderunt.

Occiso Gaij primo germanis cognita corpis custodibus.

Mores germanoꝝ & hispanoruȝ minores qd ratione copore robusti.

Sabinus monomachus peremptorū tribunus.

Aspnas interfectoresgaij pscrutans occiditur a germanis.

Norbanus morit̄ a germanis occisus.

Atheius occidit̄ a germanis.

Grata mors gaij multis.

Mulieres & infantes propter spectacula mortem gaij deflebant.

Serui gaij auxilio dños cōtēpnētes eius mortem deflebant.

Opinio ppl̄orū de morte gaij varia.

diẹ relinquebant: formidātes ne illis quęlibet impigeretur culpa: quando non qua voluntate discederent accusari poterant aut damnari: sed quemadmodum vellent accusatores & iudices. ¶ Cū itaq; turba germanorum euaginatis gladijs spectaculum circumdedissent cunctis spectantibus metus suę perditionis accessit: & ex omnibus aditibus terror erat quasi repente ingredientium gladijs caperentur & neq; discedendi securitatem habebant: nec in theatro poterant morari sine periculo. Illis igitur irruētibus in theatro fragos eruptus est supplicantium atq; dicentium quia & quę cogitata fuissent si tamen aliquid prouenissent & quę dicebantur gesta nescirent & deberēt parcere nec alienā pręsumptionem eis qui non essent culpabiles irrogarent sed & exquirerēt commissores: si tamē aliquod scelus probaretur esse commissum. Et illi quidem hęc & his potiora cum lachrymis & persecutiōe vultus sepius clamitabāt facientes ea quę periculi vel mortis vicinitas exigebat. Ad hęc militū ira cessauit & penitentia ducti sunt in spectaculo cōstitutos occidere. Erat enim crudele etiam illis licet viderentur exasperati. ¶ Portabāt enim capita Asperne: & eorum quos vna peremerent. Quę cū viderēt in spectaculo positi amplius sunt concussi pro dignitate virorum & misericordia huiusmodi casuum Quapropter & semeipsos a talibus erumnis euadere nō credebant & incertum sibi fore si tanta pericula declinarent. Ideoq; licet aliquid aperte & iniuste odium circa gaium habuissent eius alacritatis munus expulere cum ad tanta pericula peruenissent: & spe totius cecidissent vitę. ¶ Fuit igitur aruncius quidā gratus homo inter pręcones rerum venalium & propterea magnitudine vocis vtebatur indutus vestibus diuersi coloris: instar nobilium romanorum: habebatq; potentiam agendi (quę vel let) in ciuitate in his quę tunc & postea gerebātur. Is enim aptauit semetipsum veluti legentē als dolentem (licet & ipse odio gaium habuisset) eratq; timore superior eius cōcio atq; milicia qua nitebatur salutem in rebus presentibus aperire & omnem ornatum quasi de carissimi principis morte amisisse cōfingens progressus est in theatrum vt mortem gaij pronūciaret. Quo facto quies omnibus affuit ne possent vlterius ignorātia fluctuare. Deinde etiā statuas arūtius & loca singula circuibat: reuocans germanos & cum eo tribuni iubentes recundi ferrum atq; manifestātes gaium fuisse defunctū. Hoc ergo factum aperte in theatro collectos eripuit & vniuersos qui furorem incurrerant germanorum a morte seruauit. Nam prius spem habentes viuere gaium a nulla factione pœnitus abstinebāt. Tantā enim deuotionē circa eam habuerant vt etiam post amissionē animę eius fauorabiles essent. ¶ Quē dum aperte mortuū cognouissent ab iracundia diuersorum & supplicio quieuerūt eo ꝙ vendictum illis iam non esset: nec foret qui eis pro talibus repensaret deinde timentes ad potiorem iniuriam pro rumpere: ne senatum contra se prouocarent si ad eos imperij summitas deueniret igitur germani a sua rabie quę eos inuaserat pro gaij morte quieuerūt Chereas aūt dū nimis esset de Minutiano sollicitus ne germanorum insania fuisset extinctus. singulos militum de eius salute requirebat. Et minutianum quidem clemens adduxit in medium. Ad chereum vero cōuersus cum multis alijs senatoribus iusticięq; & virtuti eius testabat: laudans cogitatum & actum sine fortitudine cōpletum. tyrannidem dicens ad nihilum fuisse perductam eo ꝙ iniuriarum voluptate fuerit eleuata quippe cum posset fœlix vita illi pręberi: qui virtuti probaretur odibilis. Sed cum tali calamitate deficere quali gaius qui etiam ante coniuratorum cōsensum proprium facinus sibi cōstituit inimicum agendo iniurias diuersorum Et prouidentiam legis exterminando vt quos habebat caros sibi hostes efficeret. Et sermone quidē alios eius esse perēptores: opore vero semetipsum sine dubio perdisse. ¶ Iam vero surgebāt de atrio custodię quę primo perniciose fuerant quādo oīnes abscedere festinabāt. Cuius mali tunc causa fuit altion medicus areptus quidem ad curam aliquorum vulneratorum. Et mittēs qui cum eo quasi ad medicinam necessaria deportarent: quos inde pro veritate dirigebat: vt pericula declinarēt. Iterea cōuētus agitur senatorum & plebis in foro. Et populus quidem inquisitionem de Gaij peremptoribus vehementius faciebat: aderat & senatus. Inter quos Asiaticus valerius vir consularis stans in pplo (tu multuantibus illis & dirum esse clamantibus eo quod imperator eis ignorantibus videretur occisus dum eū cuncti requirerent qui sunt qui Gaium interemerūt) vtinam inquit ego. Ad hęc autem & cōsules edicta proposuerūt accusantes gaiū atq; iubentes populo simul & militibus vt ad ꝓpria remearent: populo quidem multem requiem promittentes, militibus autem honores si tamen solita disciplina consisterent & nulli quodlibet cōtumelię genus inferrent. Erat enī metus ne forsitā exasperati mala ciuitati facerēt. & ad rapinas aut a temporum spolia verterentur. Cōuenerat itaq; omnis multitudo senatorum. Et maxime cōsentientes aduersus gaium fiducia iam vtentes & in contēptu maximo constituti quasi in eis respublica resideret.

Arūcius pco venaliū rerū Gaij mortem in teatro ꝓclamauit.

Cognita Gaij morte germani ab ira quieuerūt.

Laudatus chereas pro facto.

Altiō medicus. Ingrit pplus de peremptoribus Gaij.

Asiaticus valerius (ingrētibus pplis qs gaium interemit) iquit vtinam ego quo audito consules accusantes gaiū pplo & militibus iusserunt ad ꝓpria remeare nūciātes pacem adesse & requiē

¶ Consilio inter milites inito de Claudio Gaij patruo imperatore creando Sentius Saturnius pro recuperanda libertate & seruanda orationē habuit ad populum plures itaq; magis sine principe q̄ sub tyrannide viuere eligebant Chereas vero Lupum tribunum ad interimendū Gaij vxorem &

filiam quibusdam hoc crudele iudicantibus: misit hęc enim omnium malorum causa fuit poculumq; ei ad vesaniam transformatiuũ dederat. Ipsa vero vltro iugulum occisori pręparante occiditur cum filia.

Capitulum quintum.

INterea subito de domo raptus est claudius milites enim facto consilio: alterutri de rebus agendis dedere sermonẽ. Videbant em̃ impossibile fore vt tantis rebus existẽtibus quis rem publicam non gubernaret: nec sibi vtile si quis illorum qui cooperatores in nece Gaij fuerant ad imperium perueniret. Sed bonum esse si nõdum perfectis rebus. Claudium principem facerent: defuncti patruum. Et omnium senatoria dignitate pręcipuũ: virtute maiorum fultum: militiarũ disciplina pariter eruditum. Hunc deliberauerunt in medio stantes imperatorem facere: dignis solẽnitatibus honorare. ¶ Sentius itaq; saturnius licet claudium cognouisset raptum. Et quasi pro laude refugiẽtem. Qui videbaꝛ quidem ad hoc inuitus accedere. Non tamẽ declinabat integra voluntate: stans in medio senatus nichilq; metẽns apud liberos fortesq; viros perorauit hęc dicens. Licet incredibile sit romani libertatis nos acquisisse dignitatem eo q̄ longo tempore nobis abfuerit. Verũtamẽ tenemus eam: incertam quidam quantum ad magnitudinem pristinę seruitutis. Sed tamẽ alacritatẽ ferre possibile est: si eius fœlicitatẽ nequiuerimus amittere. Satis est em̃ & vna hora sensum virtutis habentibus cum secreta voluntate in libera patria vitam degere & legibus florentibus aliquãdo cõmunicare. Ego siquidẽ iam prioris libertatis oblitus qua olim quidẽ amisimus nũc autem magna beatitudine retinemus reuerẽtiã exhibendã his qui geniti in ea atq; nutriti sunt: & nõ minorẽ a dijs honorẽ his viris prębendũ esse discerno qui licet sero & in hac etate nos eã gustare fecerũt: ita vt etiam in futuro seculo eius pręmia teneamus. Sufficiet itaq; etiã hęc dies & iuuenibus nostris & quicunq; senuimus senibus quidẽ quando eius cõspicientes libertatẽ cum dulcedine moriemur: iunioribus autem q̄ sit eis doctrina virtutis. Vnde constat viros istos quorũ labore cõsistimus propter hęc quę nuper gesta noscunꝛ quia nichil q̄ cum virtute degere maius est: de qua cõsueuit libertas humana solũmodo cogitare. Ego siquidẽ antiqua noui auditu cognoscens quę vero visu conspexi valde sunt grauia. Malis enim ingẽtibus inuaserunt rempublicã principes tyrannidum prohibentes vtiq; omnem virtutis modum & magnaminitatis officium: libertati derogantes docentesq; blandimenta pariter & timorem: eo q̄ nomine principum cuncta subijciuntur. ¶ Ex quo enim Iulius cęsar potestatem populi soluit & ornamenta legum comprimens rempublicam turbauit iusticiam pręuaricatus: & sua dilectione victus: nichil est mali quod non irruit ciuitatis successoribus ad inuicem imperium detrahẽtibus sibi ad destructionẽ scilicet patrię libertatis. Et vt pręcipue in defectum robur ciuiũ deueniret arbitrati suam esse munitionẽ: si viciosis vterentur hoĩbus: & virtute pręcelsos nõ solũ glorie imanitate priuarẽt sed etiam ad mortẽ vsq; pducerent singuli nãq; regnantiũ queq; sunt grauia cõmiserunt. Quoꝝ gaius qui hodie mortuus est amplius extitit seuior vniuersis: qui nõ solum in ciues/sed etiam in cognatos pariter & amicos effrenatã intulit suę ferocitatis insaniam iniuste pœnas exigens: & velut furiosus in homines atq; deos ferus existens. Nichil etenim tyrãnus suauitatis habere potest. Nõne cum iniuria nobis abusus est. Nonne in pecunijs vos & cõiugibus cõtristauit. Nõne omne votũ vestrum pręcibus agebaꝛ insistẽtibus inimicis. Aduersa siquidẽ tyrannis cuncta libertas est: nec eis vnq̄ fauere potest. Sed nec ipsi qui cõsentiunt eis patiũtur turpia sustinere. Sentientes nãq; tyranni quibus malis insignes viros affligant & eos videntes patienter talia sustinere. nec tamen ignorare qđ geritur sed solaciũ expectare: hoc solũmodo suam credunt comparere securitatẽ: si eos potuerint pœnitus amputare. ¶ His igitur erepti malis & sub alterutra vestri ditione constituti quod reipublice maxime prodest: & ad pręsentem respicit deuotionẽ: insidijs amputatis & restiuta ciuilitate iustum est vtilitati cũmuni prouideatis: & q̄ placet non imminẽte periculo censeatis: quãdo non erit dominus qui rempublicam gubernaturus eligitur vt ciuitatem ledere & imperiali iure cuilibet loquenti pœnarum multa genera possit inferre. Sub tyranno siquidem quod illi displiceat dici non potest nec diuersa sententia reluctari. Hactenus sibi amittentes delectationes pacis: & consueti degere modo seruili: importabiles incurrentes Erumnas etiam proximis malorum videbamur auctores: fugiẽtesq; cum virtute mori: nouissima cõfusione peribamus. Quaptopter primitus tyrãnicidis decernite honores egregios & maxime cassium chaeream principem fortium virorum annunciate: qui cum alijs vir vnus & consilio & opere acquisitor nostrę libertatis apparuit: cuius nunq̄ dignum est obliuisci. Contra tyrannidem nostram libertatem primus sumpsit & semetipsum periculo pro salute nostra ante cũctos igessit. Opus enim oportunum est & viris liberis optimũ beneficiũ pręstãtibus aliquid repensare dignũ qualis scilicet vir iste circa vos fuerit: nõ similis cassio & bruto qui gaium iulium pemerunt. Illi namq; principia seditiõis bellorum ciuiliũ subuersionẽq; ciuitatis excitauerũt. Hic autẽ cũ tyrannicidij grassatione etiam malis eius priuauit vrbem. Sentius itaq; his sermonibus vsus est senatu delectabiliter

Cõsiliũ de claudio, gaij patruo ĩpatore creãdo

Sentius saturnius ad senatũ pro recupata libertate & seruanda orõnem habuit mortuo Gaio.

Insania Gaij & ferocitas ĩ oẽs.

Mos tyrãnorũ vt in securitate viuant.

Cõsulendũ cõmuni vtilitati.

Honores decernẽdi tyrannicidis qui libertatẽ acquisierũt.

Dfferẽtia inter cõiurationẽ cassij & Bruti: & Chereę & sociorum.

Trebellius maximus.

audiente: & equitibus romanis qui pręsentes erant. ¶ Quod facto quidam trebellius maximus insiliens anulum de digito traxit habentem lapidem clausum in quo forma Gaij celata videbatur quem ille sibimet studio dicendi (quę suadebat impleri) fu erat oblitus auferre. Et celatura qdem est agnita: vox aūt cōtinuo subsecuta. ¶ Chereas vero cum signum a cōsulibus petisset & illi libertatis ei dedissent miraculū faiticunctis & velut incredulitas quia reuersa videreť ad consules hęc potestas. Hi siquidem anteq̃ tyrānus inuaderet ciuitatē rebus ciuilibus militaribusq; pręsidebant. Chereas vero percepto signo militantibus presidebant: qui senatui consentiebant. Erant enim cohortes. iiij. quibus viuere sine principe magis q̃ sub tyrannide complacebat. Milites itaq; cum tribunis abibant. Et populi discedebant leti hanc spem habentes atq; cogitationē quasi ipsi gubernationē reipublicę rursus acquirerent. Et nequaq̄ alij subiacerent. Inter quos chereas pręcipuus existebat. ¶ Igitur chereas periculum credens si Gaij vxor & filia superessent, & non omnis domus eius pariter deperiret: quādo si quis derelinquereť. Nō hoc sine peste ciuitatis letoq; constaret: insup & propositū suū perficeret & odium quod circa Gaium habebat explere festinans misit lupum vnum tribunorū qui vxorem Gaij filiāq; perimeret. Erat enim is lupus cognatus clemētis: cui officium tradiderūt quatenus vel hoc opere & virtute tyrānicidij particeps esset & quasi in omnibus videretur insidijs prioribus consensisse. Quibusdam vero coniuratorum crudele videbatur vt contra mulierem taliter vteretur dicētibus gaium sua magis natura malis vsum q̃ vxoris consilio facinora molitū quibus & ciuitas vexata esset & flos ciuium deperisset. Et illi quidem his assertionibus eam defendere nitebantur. ¶ Omniū autem malorū quę gesta fuerant hec erat caput. Gaio namq; dederat poculum vt eius mentem suo potuisset subiugare seruitio & amori & incantationibus ad vesaniam transformatum sibi ita deuinxerat: quatenus fortunę omnium romanorum & totius orbis (cui pręsidebat) ei subdite viderentur nichilq; defensores eis valere potuerunt. ¶ Missus itaq; lupus in nullo moratus est ministerium eo momento differre ne culpabilis esset in his quę ei pro vtilitate publica videbātur iniuncta. Veniensq; ad palaciū inuenit Cesoniam gaij cōiugem iuxta viri corpus humi prostratā. Et omnes in luctu positos sicut moris est mortuis exhiberi corporibus, eratq; sanguine vulnerum eius plena. Et maxima calamitate circūdata necnō & filia iacebat simul nichilq; aliud illic audiebatur nisi culpa gaij tanq̄ nō bene gubernatus: & quia vxor eius frequēter talia ventura prędixisset: hęc em̄ ratio & tunc. Et nūc similiter estimať & in omniū mentes ita est circa eos qui compatiuntur. Alij namq; dicebant quia suasisset Gaio vt recedens a seuitia. Et crudelitate ciuium humiliter & cum virtute rempublicam gubernaret qui cum in sua seuerirate viueret propterea taliter deperisset. Alij vero quia cum sermo de cōiuratis peruenisset ad Gaium suasisset illa vt sine vlla dilatione velociter cunctos placeret quia licet nichil iniuste aliqui tēptasse probarenť tamen hoc agens cuncta picula declinaret. Quę vero a Cesonia dicta sunt & quę de ea homines dicebant hęc sunt. At illa cum vidisset lupum venientem corpus Gaij monstrabat & (vt proximius veniret) cum lachrimis exorabat. Cumq; eum mente vidisset attonitum & nulla compassione motum cognoscens ad quod venerat ei suum iugulum pręparat. Et lugens promptius ea faciebat quę agere soliti sunt qui in vitę desperatione constituūtur. Tunc inuitauit vt quæ decreta fuerant, non moraretur adimplere. Et illa quidem magnanimiter hoc modo a lupo perempta est. Et super eam pariter filia est extincta.

Chereas signū petēs a consulibus libertatis signum habuit mirātibus cunctis qa ad cōsules hęc reuersa videreť ptās.

Plures magis sine principe q̃ sub tyrānide viuere eligebāt.

Chereas lupū tribunū mittit ad iterimēdum gaij vxorē & filiā qbusdā crudele hoc iudicātibus. &c.

Vxor gaij oim malorꝝ cā fuit poculumq; ipsi dederat ad vesaniā transformatiuū.

Cesonia Gaij vxor & filia iuxta corpus iacētes cōquerebātur gaiū nō bn̄ gubernasse, & ideo perijsse.

Cesonia vltro occisori iugulū p̄parat & occidiť sup eā filia.

¶ Gaij anno imperij quarto occisi pessimi mores quiq; sorori permixtus ciuitatis incurrit odium hic orator grecus & latinus (quem Tyberius fecerat erudiri) scientia abusus & potestate peruenit ad mortem Claudius autē de teatro fugiens se in arctissimo celabat loco quem Germani suęvtilitati consulentes Gaii requirentes peremptores latentem inueniūt & eum gratus timētem confortās ei datum imperium a dijs significat Ipsumq; propter corporis debilitatem fugere non valentem ī vehiculo ad palatium portant & propter Germanici fratris fauorē principē stante festinabant. Seditio vero tunc populi fuit & senatus hij pristinam appetētes dignitatem populus autem senatus auariciā fugiens raptum Claudium imperatorem esse gaudebat. Senatus enim ad Claudium mittit vt senatui imperium pro communi vtilitate cedat aut imperium a senatu accipiat. Sed claudius senatus cognoscens arrogantiam ad militum & Agrippę instantiam cogitur non credere.

Capitulum sextum.

Gaius āno ipij quarto occisus &c. cuius mores pessimi describuntur.

GAius igitur quarto imperij sui anno minus quatuor mensibus ita defunctus est vir & ante regnum nequitia summus libidinibus subiugatus derogationibus amicus, in rebus terribilibus timidus: & semper auidus potestatis: in quibus non oportebat nimie largus acquirens diuitias occidendo & contra leges agēdo & diuinitate ac legibus maiorem se esse studens atq; videri volens. Is fauore populi sepe despectus quęcunq; leges tanq̄ turpia sapiunt suę credidit esse ornamenta virtutis: & amicitiarū imemor quando contra hęc cū illatione supplicij frequēter

xorsus est inimicū sibi estimās quicquid virtutis esset altissimum & in his quę conspiceret nullo con/
ra dicente cedens. ¶ Vnde etiā proprie sorori permixtus odium ciuiū maxime cœpit habere eo ꝙ
mile aliquid longo tempore minime factum esseconstaret. ¶ Opus autem magnum aut regium ni
hilab eo advtilitatem pręsentiū tēporum aut futurorum reperitur gestum nisi quod circa regium &
liciam alias Syriam propter aduentum nauium frumenta ex ęgipto deferētium horrea decenter in
ituit. Hoc enim constat maximū: & nauigātibus vtillimum. Quod tamen non venit ad effectū sed
miplenum ab eo dum segnius construitur, derelictū est. Cuius more hæc causa fuit: eo ꝙ rebus in/
tilibus sibiq; placitis voluntatibus studens & ibi expensas efficiens melioris operis dereliquit vtilita/
m. ¶ Insuper & rethor fuit optimus gręca lingua pariter & latina. Et ad docendum velocissimus &
d intelligendum aliena opera pręparatus ita vt maiore oratione dictis contradicere alienis. & acer/
mo ingenio meditationisq; labore suum magis excellere opus dictionis fortitudine comprobaret.
lunc nāq; tyberius tanq̄ fratris nepotem: quem etiam habuit successorem magna necessitate studuit
rudiri: cum ipse eidem in his primo floruerit. Gaius itaq; puer colebat hęc quasi cognatus & ymago
rincipis: ob quam rem ciuibus meruit pręsidere: quod non tamen obtinere pręualuit. Neq; ex erudi
onis opere bona congregata seruare. Sed abusus potestate peruenit ad mortem. Difficile namq; est
t illis possit acquiri virtus quibus facile videtur agere quo trahuntur. Initio siquidem faciende erudi
onis causa amicis studebat dignis zelo meliorum rerum postea perductus ad iniuriam onus & odiū
uod circa eum homines omissa priori deuotione gerebant ad id vsq; descendit vt ab eisdem insidi/
s passus extingueretur. ¶ Claudius igitur sicut dixi superius interruptione facta viarum egredieba/
ır de theatro. Qui Gaio mortuo & domo Cęsaris nece turbata & in angustia pro sua salute consistēs
t in quodam arctissimo loco deueniens se celabat: nullam periculorum causam nisi ruborem formi/
atus. Is enim cum priuatus esset mediocriter se tractabat inter omnes sufficiens doctus & disciplina
axime gręca compositus: qui etiam ab omni se turbarum inquietudine subtrahebat. Tunc itaq; dū
epidatio populos obtineret & omne palacium ferocitate militum plenum esset & terror atq; indisci
inatio cunctos appręhendisset summi duces in curia de his quæ forent agenda tractabant. Et Gaij
uidem interitum paruipendentes eo ꝙ iuste videretur extinctus: quę sibi essent vtilia potius cogi/
bant quemadmodum bene cuncta disponerentur. ¶ Cumq; germani ad necem peremptores gaij
quirerent. & suę magis q̄ cunctorum vtilitati consulerent, Claudius turbatus & nequaq̄ de sua salu
securus maxime quia capita ferri viderat Asperne: & quos cum eo constabat occisos stabat in quo/
am loco super paucos gradus obscuritate celatos. Tunc gratus quidam militum in palatio videns
ım: nec perfecte pręobscuritate cognoscens: credens hominem esse qui magis in eo loco insidias
ceret: proxime veniens eumq; appręhendens agnouit seq; sequentibus ait. Iste germanus est eum
onstituamus imperatorem. ¶ Claudius videns eos in suo raptu pręparatos & metuens ne propter
aium ipse quoq; mereretur: parcendum sibi esse poscebat. eisq; sua facta commemorabat. ¶ Tunc
ratus subridens dexteram ei porrexit & noli inquit de tua salute pusillanimis esse cum te magis op/
orteat magnanimiter de imperio cogitare. Quod dij auferentes gaium mundoq; prospicientes tuę
onsensere virtuti Perge nunc maiorū tuorum respice solium. Supportabantq; nequaq̄ quam valen/
m pedibus ambulare propter timorem scilicet gaudiumq; dictorum. ¶ Concurrebant autem circa
ratum & multi militum: videntes Claudium duci quasi ad supplicium rerum gestarum tanq̄ pro vi/
sua vita quieto & multa pericula in principatu gaij perp ssō dolebāt. Pluribus autem militibus ag/
regatis. Factaq; turba: fugę re totius plebis exorte sunt. ¶ Tunc Claudio propter corporis debilita/
m fugere non valente eum in vehiculo rapientes pro eius incolumitate solliciti cum fuga ad pala/
ım deuenerunt: qui locus vt sermo tradit Primus in ciuitate Romana habitaculum dedit homini/
ıs. Cumq; iam rempublicam tenere videretur multomagis militum concursus procedebat. Cunctis
; vtq; aspectum Claudij libenter inspicientibus eumq; principem statuere festinantibus pro: fauore
ermanici eius fratris qui magnam gloriam suæ vitę reliquerat vniuersis: insuper etiam cogitantibus
e auiditate senatorię potestatis. Et quę pridem suo principatu deliquerant. ¶ Inter hæc etiam rur/
ıs cogitabant. Quia imperium deductum ad vnum periculo non careret: quando quodcunq; so/
s vellet efficere pro fauore senatui gratiam perpensaret sufficienter alterutro cohortabantur & quę
olent prouenire quotidie loquębantur. Erant ergo diuisę hę sententię populi atq; senatus hi quia di
nitatem pristinam appetebant & onerosum seruitium pro tyrannorum iniuria declinabant: popu/
s autem inuidiam circa senatum habens & auariciam eius effugiens in raptu Claudij pro impera/
oris ordinatione gaudebat. Tunc itaq; pene bellum iam ciuile sub pompeio flagrabat quod tamen
mperatore constituto sedatum est. ¶ Inter hęc senatus agnoscens Claudium a militibus arreptum:
isit ad eum de suo cœtu viros virtute claros qui eum ammonerent vt pro adeptione regni nullam

Sorori pmixtus odium incurrit ciuitatis.

¶ Gaius orator grecus & latinus optimus quem fecerat erudiri tiberius.

Abusus scientia & potestate peruenit ad mortē.

Claudius de theatro fugiens ī arctissimo se loco celabat.

Interitus gaij pᵱuipensus germani suę vtilitati cōsulētes gaij peremptores reqrētes claudiū latētē inueniūt. &c.
Gratus claudiū timētē cōfortat ei a dijs datū imperiū significās.

Claudius ꝓpter corporis debilitatē fugere non vblētē eū in vehiculo ad palacium portant & ꝓpter fauorem germanici frīs pricipem statuere festinabant.
Seditio ppl'i & senatus hij appetētes pristinā dignitatē ppl'is autē senatus auariciā fugiēs raptū claudiū ipatorē esse gaudebant.

℄ Senatus ad claudiũ mittit vt senatui imperiũ cederet pro cõmuni vtilitate.

vim faceret sed magis vt senatui tantorum virorum vnus cederet & communem vtilitatem prospiciẽtibus legis subiaceret vtq; memor esset quorum malorum prisci tyranni occasio fuerint ciuitati & quę sub gaio etiam ipse cum eis pericula pertulerit neq; imitaretur tyrannidis onus & iniuriã ab alijs grauiter irrogatam sponte ad subuersionem patrię coarmaret: sed vt magis priorem virtutem suę quietis ostẽderet: quatenus ei honores liberorum ciuium & legũ decreto succederent. Quo facto fauorẽ imperantiũ: & quibus imperatur acquireret: quia si neq; morte gaij tẽperari vellet nec cederet auctoritati senatorię grandem manũ ad resistendum haberent & armatorũ copiam & multitudinem famulorum quibus aduersus eũ fortiter vterentur maximũ vero sibimet esse remedium spei atq; fortunę sed etiam deos non alijs prębituros esse solacia: nisi eis qui cũ virtute & boni principio ad congressionem certaminis aduenirent cũ ipsi scilicet pro prię libertate pugnarẽt. Et legati quidẽ veranus alias venarius & braccus ambo tribuni his vtebantur verbis & prostrati claudiũ suppliciter exorabant ne bellorum aut subuersionis foret occasio ciuitati videntes vtriq; eum militum multitudine circumseptum & in comparatione illius exercitus consules nichil esse Suadebantq; simul vt si appeteret principatum a senatu magis sibi datum acciperet quod esset prosperius atq; fœlicius si non cum iniuria sed cũ fauore decernentiũ potius imperaret. ℄ Claudius igitur sciebat quidem cum qua senatus arrogãtia dixisset & ad pręsens initi sententia se mediocriter tractabat sed tam propter metum & instanciã militum q̃ regis agrippę pręcepto cogebatur tantam principatum quod spõte venerat cedere nõ debere

Veranus & braccus legati senatus claudiũ hortãtur vt imperiũ a senatu accipiat Claudius senatus cognoscẽs arrogantiam cogitur ad instãtiam militum & agrippæ non cedere.

℄ Agrippa completis Gaij exęquijs venit ad claudium quem paratum cedere inueniens imperium: monuit defendere & ad senatum vocatus dicit pro gloria curię se mori paratum & a senatu ad Claudium missus latenter exacuit imperialiter respondere Claudius autem exercitum conuocat eorum percipiens secum permanendi sacramentum cuilibet largitur munera Conuocato vero senatu centum tantum sunt collecti alijs se absentantibus quibus clamor exercitus congregati est emissus imperatorem petentium & non a multis solui romanum principatum; Diuisioq; maxima fuit inter eligẽtes & pœne facta sunt homicidia Chęream autem & socios ad milites verba facere nitentes multitudo disturbauit & senatu desolato Sabinus seipsum interficere primitus minatus est q̃ Claudium facere imperatorem. Et quintus pompeius milites senatui accusans nisi a claudio fuisset pręseruatus fuisset occisus quem a periculo ereptum fecit sibi consularem. Claudius vero Agrippę monitis senatum conuocauit sententiamq; protulit in chęream. Qui cum ad mortem duceretur lupum socium flentem redarguit militemq; rogauit vt gladium quo Gaium occiderat ad necem suam deportaret Et vna plaga mortuus est. Lupus vero mollius ceruicem pręparans pluribus plagis crudeliter est peremptus. Sabinus autem seipsum interemit.

Capitulum septimum

Agrippa cõpletis gaij exęquijs venit ad claudiũ quẽ paratũ cedere inueniens monuit iperium defendere & ad senatũ vocatus dicit pro gloria curię se mori patũ.

Hic ergo Agrippa completis solemnibus circa mortem Gaij (a quo fuerat honoratus) & eius lecticam lugubriter persecutus. Agnoscens Claudium a militibus raptum festinabat ad eum Quem turbatum inueniens. Et paratum vt senatui cederet exacuit monens vt imperium sibi defenderet. Cumq; talia dixisset abscessit. Quem cum senatus euocasset ad curiam: vngens caput suum quasi ab scorto remearet senatum interrogabat quid de claudio gereretur. Illis autem quę fuerant gesta dicentibus & cõsulentibus quam ipse sententiam possideret. Paratum se quidem mori pro gloria curiæ sermone professus est: & tractandum suasit de vtilitate cunctorum opus esse dicens si resistere Claudio vellent armis itaq; milibus quibus eum viriliter expugnarent. ne forsitan imperatiuiuere viderentur in malis ℄ Respondente vero senatu armorum copiam & pecunias abundare: sed etiam militum aliquam partem congregandam quatenus libertas seruis emergeret. Opto inquit Agrippa. O curia peragere vos quę desiderij vestri sunt. ℄ Dicendum tamen est indubitanter q͛ credo fore pro nostra salute Scitis militiam quæ pro Claudio pugnat loco tempore armis imbutam. Nostra vero pars hominum est incerta fluctuatio. Et turba multorum. Et seruitute ĩopinabiliter libertas retineri difficilis. Non ergo aduersus expertos bella suscipimus producentes viros neq; gladios scientes educere. ℄ Quapropter michi videtur esse mittendum ad Claudium qui Suadeant componendam esse huiusmodi causam si censetis etiam legatione fungi paratus sum. ℄ Hæc cum dixisset cunctis consentientibus missus cum alijs Claudio tumultus senatus exposuit eumq; magis latenter exacuit imperialiter. Et dignitatis potestate respondere. ℄ Tunc Claudius ait non esse mirabile si imperatorem non libenter exciperet curia: quæ crudelitate priorum principum fuerat vulnerata. Sed dum eius mansuetudinem pręgustaret. Cum nomine tantum ipse princeps foret opere vero communitas imperaret eo quod multarum variarumq; rerum videretur expertus prospere eius imperium sibimet obuenire gauderet. Et legati quidem hæc audientes verba: reuersi sunt ad senatum. ℄ Claudius autem congregato exercitu loquebatur ab eis iusiurandum secum permanendi percipiens donauitq; singulo

℄ Agrippa legatus a senatu ad claudium missus. ℄ Rñsio dulcis claudij ad legatos senatus.

custodum corporum quinq; milibus dragmis. Et ducibus numerorum promeriatam portionem largitus est sed & militibus absentibus similia compromisit. Consulit itaq; cõuocare senatum ad templum triumphatorijs alias triumphatoris tubis adhuc existente nocte quorum alijs quidem semetipsos in ciuitate celauerunt consultationem refugientes eorum alijs vero in agros proprios sunt egressi prospicientes quoniam si res ad effectum venisset in libertatis desperatione consisterent: prestantius iudicantes sine periculo seruiendi cum segnitie viuere: q̃ possidentes dignitatem patrum sub salute dubia cõmanere. Veruntamen centũ non amplius collecti sunt. Quibus in cõmune de presenti statu tractantibus. repente clamor congregati exercitus est emissus petentiũ vt militaris imperator eligeretur & nequaq̃ principatus Romanus a multis solueretur. Et hoc quidem milites apud semetipsos decreuerãt ne cunctis simul. Sed vni traderetur imperium hoc tantum senatui concedentes vt ipsi qui dignus videretur eligerent. Ob quam rem contraria erant vota senatus & populi multomagis autem tam pro amissione glorię libertatis Quam pro formidine claudij. ¶ Erant vero qui eligerent aliquos ex genere nobilium dignitatibus & coniunctione coniugium prępollentes. ¶ Minutianus namq; Marcum fortitudine dignum qui iuliam Gaij sororem habebat vxorem studebat eligere: vt rerum culmine potiretur. Consules vero diuersis occasionibus differebant. Sed etiam valerium asiaticum: minutianus ante ponebat & pœne homicidia facta sunt desiderantium principatum vt Claudio quoquo modo repugnaretur. ¶ Monomachorum vero turba nõ parua militum per noctem ad ciuitatis custodiam positorum concurrebat ad claudium. Quapropter alij negantes vrbis libertatem alij quoq; claudium metuentes: a consulibus abscesserunt. ¶ Diluculo autem Chereas cum socijs ad medium transeuntes verba facere nitebantur ad milites. Quos dum multitudo vidisset. silentium postulantes & dicendi initia facientes continuo disturbauit non acquiescens eis vt aliquid allegarent eo q̧ ipsi pariter ad Monomachiam conspirassent. Tunc regnaturo fauebant tanq̃ non patientes senatui cedere potestatem: qui etiam si imperare niterentur milites non sinerent interfectores Gaij regnare. Inter hęc igitur chereas iram non ferens imperatorem poscentium populorum daturum repromisit ducem qui ei signuʒ abeunti deportaret. Erat enim hic ethius agitator parasmi gaio & militibus circa solennitates circensium. Et seditiones atq; opera inhonesta deuotus multaq; chereas oprobria sibi reluctantibus inferebat. Sed & caput Claudij dicebat ablaturum Pessima namq; est insipicienda cum furore. Milites ergo non reuerentes verba chereæ. Sed euaginantes gladios & signa tollentes ad claudium deuenerũt Communicaturi illis qui etiam prębuerunt iusiurãdum. ¶ Senatus autem & consules in desolatione relicti sunt non differentes aliquid a priuatis: eratq; eis formido pariter & angustia ignorantibus vel quid passuri forent dum claudius pręualeret & sibimet ipsis adinuicem derogabant & penitentiam facti gerebant. Sabinus autem vnus interfectorum gaij transiens ad medium. Primitus semetipsum interficere minatus est q̃ claudium principem constituere: & seruitutem dominari videre. Sed etiam Chheream hanc magnanimitatem assequi compulit. Qui dum contempsisset Gaium & primus auctor bonę vitę fuisset neq; sic patrię potuit vindicare libertatem. Chereas autem de morte quidem in nullo diceb at esse dubitandum: velle tamen mentem claudij trutinare. Et illi quidem in his erant: ad milites autem omnis vndiq; populus concurrebat. Interea quintus pompeius dum accusaret milites & pro libertate senatui supplicaret impetu facto euaginatis gladijs nisi mitis claudius ꝓhibuisset opus eum necis impleuerant. Tunc claudius ereptum consulem a periculo fecit sibimet assidere. Senatores autem qui cum quinto fuerant non simili honore suscepit Nam quidam eorum etiam plagis affecti ad eum venire sunt compulsi. Anthonius antem vulneratus effugit eratq; periculum vniuersis. Tunc rex Agrippa accedens ad claudium postulauit vt circa senatum mitis existeret dicens quia si quid crudelitatis exerceretur in curia. non esset super quos eius consisteret iam potestas. Claudius autem his flexus: senatum ad curiam conuocauit. Cumq; de palatio per ciuitatem ipse procederet obseruentibus in eius processu militibus cum multo minus impetu atq; ridiculo Gaij interfectores in publicum proruperunt chereas atq; Sabinus prohibentes eum mandato pollionis quem ante paululum claudius ducem custodum corporis instituerat. Claudius itaq; dum ad palacium denuo venisset congregans alios protulit sententiam in cheream cuius opus quidem videbatur esse pręclarum. Sed pollui pręcipue causam mortis applicabant: qui tm̃ opus fieri persuaserat: & vt ipse pariter pro metu futuri temporis deperiret iustum esse clamabant. Ducebatur itaq; chereas ad mortem & lupus cum eo sequębanturq; multi romanorum. dicitur autem quia chereas magnanimiter hanc cladem exceperit non solum vultu nequaq̃ deposito sed etiam lupum resolutum in lachrimas obiurgando. Cumq; turba ad videndũ prosequęretur: dũ deuenisset ad locum requirebat militẽ si interficiendi haberet medicationẽ rogauitq; vt gladiũ ad necẽ suã deferret quo gaiũ ipse videbatur occidisse. Feliciter ergo mortuus est chereas vnius vulneris persecutione finitus Lupus autẽ crudeliter est extinctus plurimarũ ictu

Cõuocato senatu cẽtũ tm̃ sunt collecti alijs se absentãtibus q̧bus clamor exercitus cõgregati emissus est petẽtiũ ĩpatorẽ eligi & non romanũ principatum a multis solui.

Cheream & socios cũ ad milites mltitudo disturbauit

Chereas iratus multitudini insipiẽter loquutus

Sẽtẽtia notãda.

Senatus desolatio.

Sabinus primitus seipsũ iterficere minatius q̃ claudiũ pricipẽ cõstituere cuius magnanimitatẽ chereas secutus est.

Claudius agrippę monitis flexus senatum cõuocauit.

Claudius sentẽtiam protulit in cheream.

Lupus mollius inuicem ꝑparãs pluribus plagis crudelit occisus

plagarũ eo q̃ ceruicem mollius preparasset ad necem. ¶ Post paucos vero dies imminente festiuitate Romani honorauerunt facta Chereæ petentes expiationem fieri: eo q̃ eius memorię fuissent ingrati. Hoc itaq; modo Chereas vita priuatus est. ¶ Sabinus autem dum eum claudius non solum sol uisset a culpa. Sed etiam dignitatem quem habuerat remisisset iniustum credens vt relinqueret coniuratos semetipsum occidit gladio sic incumbens donec eum vsq; a capulum vulnus absorberet.

Sabinus seipsũ occidit.

¶ Claudius Agrippę regnum confirmauit adijciens herodis regnũ & Lisanię tetrarchiam anthiochiq; regnum cum eo publicę fœdera celebrans Seditione quoq; inter iudeos & paganos in Alexandria existente mortuo gaio Iudei sub Claudio recepta fiducia veniunt ad bellum Claudius eum egipti prefecto pro iudeis mandauit vt seditionem ammoueret Edictumq; omni orbi pro Iudeorum libertate destinauit Agrippa autem maximis honoratus donis a claudio maximoq; cũ honore & imperatoris fauore venit in Iudeam vbi hostias celebrans multosq; nazarenos tondẽs & cathenã instar ferrę quę ligatus fuerat a Tyberio auream in tristis fortunę memoriam in templo suspendit Seophilũ vero a pontificatu ãmonens Boethum instituit & Sylam prefectum fecit militiæ. Capitulum octauũ.

Claudius agrippę regnũ cõfirmauit adijciens regnũ Hærodis & lisanię tetrarchi anthiochiq; regnum cum eo publicę fœdera celebrans.

Claudius itaq; susceptos milites dispergens edicta proposuit & principatum Agrippę quẽ Gaius eius prestiterat: ipse confirmãs regeq; collaudãs: adiecit eidem regnũ herodis quod ad vsus eius super iudeos & samaritas habuerat. Et hęc quidẽ tanq̃ debitũ proprij generis ei restituit. Abelã vero lisanię. Et quæcũq; in libano mõte sunt ei de suo pariter adiecit imperio & publicę in media ciuitate romana cũ Agrippa fœdera celebrauit. ¶ Antiocho vero auferẽs regnum quod habebat: ciliciam & cõmagenim don[a]uit ei. ¶ Distribuit autẽ lisimachum antiquo sibi amicitiarum iure coniunctum qui etiam anthoniæ matris eius tutor exstiterat. Et circa Gaium deuictus erat cuius filius beronicę agrippę filiam duxit vxorẽ Quã dũ marcus alexandri filius fuisset mortuus resumẽs virginem fratri suo herodi agrippa cõiunxit petens ei regnũ calcidis a claudio. ¶ Hoc itaq; tpe seditio inter iudeos atq; paganos in alexãdria ciuitate surrexit Moriẽte nãq; Gaio sub cuius principatu ab alexãdrinis videbatur afflicta gẽs iudeorũ recepta fiducia repẽte veniũt ad prelia claudius autẽ Egipti prefecto mãdauit vt seditionẽ amoueret. & supplicantibus sibi agrippa pariter & herode edictũ misit in Alexandriã atq; Syriam huiusmodi oratione conscriptum. Tyberius claudius cęsar pius germanicus tribunicię potestatis dicit Notũ est iudeos in alexandria cõstitutos qui etiam alexandrini vocãtur cohabitasse temporibus priscis alexãdrinis. Et patria ciuitatis iura a principibus impetrasse quod palam est ex rescriptis eorum pariter & dictis. Sed postq̃ nostro iperio Alexandria per Augustum noscitur subiugata seruata sunt eis iura sua a prefectis per diuersa tẽpora destinatis & nulla de legibus eorũ mutatio facta est tẽpore quo aquilas in alexandria fuit. moriẽte vero augusto principe gentis illorũ statuerunt vt singuli eorum in suis solemnitatibus permanerent: neq; coacti sunt religionis paternę iura trãscendere. Quapropter alexãdrinos eleuatos cõtra iudeos ibidẽ cõstitutos q temporibus gaij cęsaris pro vehemẽti eius superbia simul & imprudentia q̃ nollet gẽs iudeorum patriã religionem trãscendere & illũ deũ appellare humiliati sunt precipio vt nequaq̃ propter imprudẽtiam Gaij de iudeorum iure aliquid auferre nitãtur: sed seruanda eis iura priora: manentibus vtiq; in suis solemnitatibus. Quamobrem partem vtramq; precipio magnam habere curã. Vt postq̃ hęc fuerint edicta proposita nulla de cętero turba fiat. Edictum siquidem in alexãdria pro iudeis missum huiusmodi esse dinoscitur. ¶ Quod vero in omni orbe directũ est his continetur eloquijs tyberius claudius cęsar pius germanicus tribunicię potestatis consul ordinarius secundo dicit. Petentibus me regibus agrippa & herode charissimis quatenus eadem iura concederem iudeis in omni imperio romanorũ potiusq; in alexandria constitutis libenter hoc prebui non solum petentibus hoc concedẽs: sed etiam ipsos pro quibus rogatus sum dignos existimãs propter fidem & amicitiam romanis impẽsam precipue iustũ esse decernens vt neq; grecorũ vlla ciuitas eorum iure priuaretur quoniã ad dei cultura hęc seruare noscuntur. Optimũ est ergo iudeos in omni mundo sub nobis constituto paternas solẽnitates sine prohibitione celebrare quibus iam nũc precipio vt hãc meã clementiã mansuete custodiant & ipsi aliarũ gentium religionem nequaq̃ annichilari pertẽptent sed suas leges obseruent. Hoc igitur edictum meũ iudices ciuitatũ atq; coloniarum & municipiorum intra italiã & extra eã regesq pariter & potentes per proprios legatos transcribere velint: propositũ non minus triginta diebus esse debet in loco vnde ex humili ab oĩbus legi possit. His igitur edictis in alexãdriã & in omnẽ terrarũ orbẽ directis: ostẽdit cęsar claudius quã volũtatẽ circa iudeos habuerit. Mox autẽ etiã agrippã reddito ei regno maximis cumulatũ donis remisit ad ꝓpria: pricipibus ꝓuinciarũ atq; presidibus litteris suis scribẽs vt ei honorẽ debitũ exhiberẽt. Ille vero dũ meliore fuisset fortũa ꝑfectus cũ celeritate reuersus est veniẽsq; ad hierosolymã gratificas hostias celebrauit nichil quod erat legitimũ derelinquẽs vnde & multos nazareos tonderi precepit. Aureã vero cathenã quam ei dederat Gaius factã istar põdera

Seditione inter iudeos & paganos in alexãdria existẽte mortuo Gaio sub Claudio iudei recepta fiducia veniunt ad bellum.

Scriptũ claudij ad prefectum egipti pro iudeis

Edictum omni orbi a claudio, p iudeorum libertate directum.

Clementia claudij erga iudeos oñdr ex ꝑdictis

ferreę cathene in qua manus regię fuerant obligatę vt tristis fortunę memoriam reuocaret: & testimonium de rebus melioribus perhiberet in templo suspendit supra gazophilacium vt & maximum eius indicaret casum & simul ostenderet posse eum qui corruerit denuo suscitari. Hoc enim illius cathenę oblatio omnibus indicabat quoniam rex agrippa ex parua causa anteq̄ dignitatem acciperet fuerat alligatus & post paululum compedibus absolutus ad regnum priscum clarius probatur euectus. Propter hęc ergo oportet intelligi quia res hominum & lapsu faciente corruunt & inclinatę ad culminis fastigium sepius producuntur. ❡ Agrippa igitur cultu exhibito deo seophilum quidem ione filium pontificatu semouit: & boetho symonis cui cognomentum erat cāthara honorem eius attribuit. Duo etenim erant fratres symon & boethus cuius filiam habuit rex herodes vxorem sicut superius declaratum est. Cum fratribus ergo boethus sacerdotium habuit. Symonis autem onię filij tres in macedoniorum principatu fuerunt: sicut in priori scriptura contradidi. ❡ Rex igitur agrippa hoc modo sacerdotes constituens hierosolymitis compensationem eorum deuotioni restituit: & vniuscuiusq; modum bene disponens: affectuosam prębuit largitatem. ❡ Pręfectum vero totius militię fecit sylam virum qui in multis laboribus ei sepe communicauerat.

Humanarū rerum instabilitas

Seophilus a sacerdotio semouetur & Boethus instituitur.

Sylam pręfectū militiæ fecit Agrippa.

❡ Doritis cęsaris simulachrū in templo ponētibus iudeorum agrippa exaggeratus venit ad petronium contra ipsos conquęstus ad quos petronius ipse pro iudeorum libertate scripsit misitq; Cesaris edictum Symone vero canthera a sacerdotio priuato & iona anne filio recusante mathias eius frater pontificatum recepit. Et marsus petronio successit Et Sylam autem regis agrippę pręfectum ipsi improperantem beneficia a pręfectura remouens mittit in vincula quem mitigata ita vocauit ad conuiuium sed illum venire recusantem dimisit in carcere Agrippa itaq; muros hierusalem munitissimos fabricans a Claudio perficere prohibetur hic enim agrippę i nullo maiori herodi similis circa omnes fuit mansuetus Symonem vero quendem regem a templi limine prohibuisse accusatum rex euocatum & nichil habentem quod responderet mansuete cum muneribus remisit ad propria. Capitulū.ix

Igitur tempore paruo pretereunte. Dorite iuuenes pręponentes venerationi pręsumptionē cum natura viderentur audaces tollentes cęsaris simulacrum in synagoga statuere iudeoru3 quod opus Agrippam vehementer exaggerauit. Videbatur namq; ad destructionem paternarum legum esse celebrandum. Pro qua re ad publicum petronium pręsidem Syrię festinanter aduenit: & contra doritas conquęstus est qui non minus indignatus cum vtiq; & ipse transgressionem legum factam nimiam esse iudicaret impietate indisciplinatorum doritarum hęc magna cum indignatione scripta direxit. ❡ Publius petronius legatus tyberij claudij cęsaris pij germanici: primatibus dorientium dicit. Audiuimus quoniam quidam vestrum tāta superbię pręsumptione sunt vsi vt nec diuis claudij cęsaris pij germanici subderentur quibus sācitum est iudeos paternarum obseruationi legum esse dimittendos: nosq; omnia contraria fecisse cognouimus Synagogam consistere prohibētes iudeorum cum in ea posueritis Cęsaris simulacrum/ pręuaricationem scilicet agentes non contra iudeos tantum. Sed contra ipsum imperatorem Cuius simulachrum melius poneretur in omni iudeorum templo q̄ in debito loco: cum vtiq; decreto cęsaris sit sancitum vnumquemq; habere in locis proprijs potestatem: veruntamen cum edictum imperatoris pręcipientis. vt iure solemnitabus suis vtantur. Et cum gręcis pariter conuersentur contempseritis: risibile est si dicam cur mei iudicij fueritis immemores quapropter eos qui contra edictum cęsaris talia commiserunt cum etiam eorum iudices indignentur quando non propria voluntate asserunt. Sed impetu plebis impletū a cēturione probo viuellio ad me perduci pręcipio quatenus possint gestorum reddere rationē. Primates vero seu principes moneo vt si nolunt iudei hanc quęrelam sua voluntate celebraturā culpabiles personas cēturioni demonstrent nullam seditionis aut litis relinquentes occasionē: quā scilicet maliuoli venerari his operibus demōstrantur. Michi nāq; & charissimo meo regi agrippę nulla potior cura est q̄ ne gens iudeorum occasionem sumat vindicte gratia: & ad tumultū seditionis accedat. Vt autē perfectius sciatis quæ cęsar ex huiusmodi causa pręcepit edicta eius alexādrię destinata huic scripturę pręposui. Quę licet oibus nota esse videātur tūc etiā apud tribunal meum michi charissimus rex agrippa hęc legit: allegans vt nō oporteat eis dona iperatoris auferri Agite siquidē me pronūciante vt de cetero nulla seditionis aut turbe quęratur occasio sed vnusquisq; suę religiōis iura sectetur. Petronius igitur hoc modo quę fuerāt cōmissa correxit: vt denuo nihil posset hmōi perpetrari. Rex aūt agrippa symonē canterā pōtificatu priuauit Et denuo ionā annę cōstituit eū scilicet existimās dignicrē: cui tñ gratū non fuit tantā recipere dignitatē. Pro qua re supplicabat hęc dicēs Tu quidē o rex meo honori cōgaudēs ac mihi restituis ꝓprio cōsilio dignitatē: licet me hoc pōtificatu nūq̄ dignū iudicauerit deus Semel enim cū indutus sim stola sacerdotij sufficit mihi. Prius enim sū dignius idutus q̄ nūc denuo recepturus Tu vero si modo vis vt accipiat dignior hūc honorē: agnosce quia omni peccato mūdior apud deū

Doritis Cęsaris simulacrū i templo ponentibus iudeorū Agrippa exaggeratus venit ad petronium contra ipsos conquęstus.

Ep̄la petronij sirię p̄sidis ad doritas missa ꝓ iudeorū libertate.

Mittit petronius edictū cæsaris ad doritas. &c.

Symō cāthera a sacerdotio priuatus iona vero annę filio recusāte dignatē frat eius mathias pōtificatū recepit.

&.iij.

¶ Marsus petronio successit.

& apud te rex frater est mihi q possit adhuc dignius accedere. In his ergo semonibus rex agrippa collaudãs ionę voluntatem: prębuit mathię eius fratri pontificatum. ¶ Et nõ multo post tempore petronio successit marsus qui Syriam gubernabat. ¶ Silas igitur pręfectus regis agrippę quoniam in omni fortuna ei fidelis extiterat & nec in periculorũ eius communione recesserat. Sed cũ eo ĩ manifestis laboribus atq; necessitatibus succubuerat circa eum magnã habebat fiduciam cõcedere sibi petens apud eum partem honoris pro amicitiarum pristina firmitate. & nequaq̃ patiebatur ei legaliter obedire ita vt maxima ab eo beneficia postulando onerosus esse videretur. cum semetipsum immensa arrogatione glorificaret: & regi sepius ad memoriã causam communis tristitię ꝓducere. vt studiũ quod circa eum tunc gerebat ostenderet. Quod dum crebro faceret vt michi videtur improperare beneficia noscebatur cuius apertam fiduciam tolerare non potuit Nõ est enim temporum ignobilium grata memoria neq; suauis agnoscitur qui frequenter ea quę pręstat improperat. Quid plura dum frequenter Sylas regis prouocaret irã. Et ille plus indignationi q̃ rationi tribueret: non solum remouit eum a pręfectura. Sed etiã tradendũ vinculis in patriam destinauit. Cũq; eius ira longo fuisset tempore mitigata: & perfecta ratione in memoriam reuocasset quantos pro eo labores ille pertulerit eius remisit culpã. Die siquidẽ festiuo natiuitatis suę dum cuncti quibus imperabat in leticia magna consisterent Syiam reuocari iussit secum scilicet cõmesturum. Ille vero modũ libertatis quẽ iustũ esse credebat venientibus ad se nõ tacuit dicens. En ad quem me honorẽ rex euocat: quẽ denuo post paululum ablaturus est Quippę nec primos honores exhibite duotionis custodiuit qui iniurijs me afficere nõ quieuit. Cum qua ergo fiducia aut qua conscientia adueniam ad eum. Quantis eum malis eripui pericula quanta sustinui. vt illa salus acquireretur & honor. Pro quibus om̃ibus retributionem merui vincula & carcerem tenebrosum. Nunq̃ ergo his obliuiscar malis. Michi enim pro bonis actionibus etiam post absolutionem carnis & anime hęc memoria reseruatur. Hęc autem loquens: poscebat vt regi dicerentur agrippæ. Qui dum eum cognouisset animo nõ posse mitigari: dimisit eũ in carcere custodiri.

Agrippa syllã a pfectura remouẽs mittit in vincula quẽ mitigata ira vocauit ad conuiuiũ sed venire recusauit

Agrippa hierusalẽ muros publicis sũptibus munissimos fabricãs a claudio ꝓhibetur pficere.

¶ Hierosolymorum vero muros qui circa nouam respiciunt ciuitate n publicis sumptibus munitissimos latitudine & altitudine fabricatus est. Et omni humano opere reddiderat fortiores: nisi marsus Syrię pręses claudio cęsari quod agebatur suis litteris indicasset. Quamobrẽ claudius rebellandi causa suspicatus hoc fieri: agrippę mandauit vt a murorum edificatione cessaret. Qui mox vt agnouit: reluctandum ei non censuit.

Laudes Agrippæ in nullo regi herodi similis.

Mores agrippæ circa omnes mãsueti.

¶ Fuit etiã rex iste natura bonus. Et ad beneficia munifica pręparatus. Et ciuitatem proprijs sumptibus exornare nõ tardus ita vt sua claritate muneribusq; gauderet: & fauorabiliter suę vitę iura disponeret in nullo similis herodi regi. ¶ Illi namq; mens erat calida: & ad supplitia pręparata. Et aduersus odiosos sine retentatione perniciosa gręcis magis q̃ iudeis familiaris existens & alienigenarum ciuitates nobilitans: impensa magna pecuniarum balneas theatra & templa porticusq; cõstituens: iudeorũ vero ciuitates nulla fabrica reparauit nec aliquam eis prębuit impẽsam vnde potuisset habere memoriã. ¶ Mores autem Agrippę mansueti circa om̃es beneficia similia cõferebat alienignis quoq; erat clemens etiam in illis dona suę voluntatis ostendens: circa suam gẽtem pro modo benignus: & potius compassione pronus grata siquidem ei commoratio atq; frequẽs ĩ hierosolymis erat: seq; paterna solemnitate seu puritate seruabat nullaq; dies pręteriebat hostijs viduata solemnibus.

Symon regem a tẽpli limine ꝓhibuisse est accusatus quẽ rex euocatũ & nichil habẽtem qđ respõderet mãsuete cu; mũeribus remisit ad ꝓpria

Nota sentẽtiam

¶ Quidam igitur in hierosolymis vir nomine Symon qui putabatur mandata legitima perfecte discernere multitudine in ecclesia conuocata cum rex cæsaream perrexisset eum accusare præsumpsit quasi non sanctum & iustum suadens vti rex ꝓhiberetur ad templi limine: quo nisi dignis ingredi nõ liceret. Hæc ergo regi litteris indicata sunt a pręfecto: quia Symon talia concionatus est. Quem euocatum rex dum tunc esset in theatro sedere iuxta se fecit. Et sub silentio mitissimo requisiuit. Dic michi inquit quid horũ quæ hic aguntur contra legem esse censetur. Ille vero nichil quod responderet habens Veniam postulabat. Tunc rex magis circa eum placatus q̃ ab aliquo crederetur. Indicans etiam mansuetudinẽ conuenire potius q̃ furorem muneribus honoratum remisit ad ꝓpria.

¶ Berythios inter ceteros multũ rex Agrippa honorauit eis theatrũ/ ãphitheatrũ/ balneas/ & porticus construens Qui celebratis spectaculis Anthiochus commaginẽsis rex & damascenorũ Sãsigeranus & cõtis minoris armenię ad se veniẽtes ĩ tyberiadẽ hũanissime recepit marso vero veniẽti agrippa ĩ occursũ vadit q tot regũ cõcordiã & amicitiã suspectã habẽs vnũquẽq; ad ꝓpria mãdauit remeare qđ agrippa grauiter ferẽs marso factus est ĩimicus Et lioneus mathia ei ·cto sacerdos cõstituit Insup agrippa ĩ cæserea ad honorẽ cęsaris spectaculũ celebrãs stola vndiq; argẽto cõtexta ĩdutus fulgẽte veste ab adulatoribus deus est appellatus sed qa verba nõ cõpescuit male sibi accidit vidẽs nãq; bubonẽ malorũ causã ĩtellexit passionẽ mortiferã ĩ corde suscepit & a cęsarea ad regalia deportatus ãno etatis quĩquagesimo quarto & regni septimo filiã agrippã noĩe & tres filias relinquens mortuus est. In biblia dicit̃ cõsumptus a vermibus expirauit Sylas vero ab aristiõe herode & telchi occidit̃ mortuo

itaq; Agrippa cęsarieñses & Sebasteni blasphemias in eū exercētes eius filiarū statuas deluserūt ad for nicaria loca deferētes imemores ipsius & aui herodis qui illas edificauit ciuitates bn̄ficiorū claudi us quoq; audita agrippę regis morte regnū filio dedisset nisi a cōsulibus fuisset ipeditus p̄fectū quoq; cu spinū fadū agrippā honorās misit p̄cipiens cęsarieñses pro contumelijs cohibere. Capitulum decimū.

Berithios hono rauit eis theatrū amphitheatrū balneas & por ticus construēs. Magnificentia agrippæ.

ET cum multis multa concesserit. p̄cipue berithos honorauit. Instruxit eni eis theatrū amplitudine & pulchritudine precipua decoratū: & amphitheatrum copia impēsa cō structū. Sed & balneas & porticus celsis operibus exaltauit. nullaq; tenacitate sūptuū aut pulchritudinē fœdauit aut magnitudinē quālibet minuit quorū oīm dedicationē largissime ac magnifice ministrauit. Cū igitur in theatro spectacula celebraret musica queq; instrumēta illic perduxit & varia delectationū opera affluēter exhibuit. In am phitheatro autē multitudine monomachorū suā largitatē cūctis ostēdit vbi volēs numerositate cōcer tantiū delectationē spectantibus exhibere alios septingentos pugnaturos emisit quoscūq; malignos habuit in hac actione distribuens vt & illi hoc modo pugnarent & opus belli voluntas pacis existe ret. Hos itaq; passim hoc modo cunctos extinxit. ¶ Quibus spectaculis celebratis: in tyberiadem ci uitatem galilee migrauitq; eratq; inter alios reges valde conspicuus Ad quem venit commaginensis rex antiochus & damascenorū sansigeranus alias Sigerānus & cōtis: minoris armenię qui etiā & in ponto polemoniaco regnabat: pariter & Herodes frater eius qui & ipse calchidis habebat imperiū; habuitq; colloquiū apud eos susceptione & amicitia valde dignissimū ita vt ostenderet suę sapientię culmē: & in p̄senti eos videretur regaliter honorare. Sed his apud agrippā ita degētibus marsus syrię prēses aduenit. Verū agrippa rex sci[...]s honorabilē romanis esse processit e ciuitate occursurus ei qua ab stadijs septē hoc eteni principum inimicitiarum circa marsum fuit. Sedēs eñ in tribunali agrip pa inuitauit alios reges quorum concordia marso & tanta pariter amicitia in suspitionem repēte ve nit non credendi expedire romanis reges huiusmodi habere cōsensum. Mox itaq; ad vnūquēq; mit tens mādauit vt insigniter ad propria remearet. Hęc agrippa dolēter excepit. Et p̄pterea marso qui dē factus est inimicus. Mathia vero pōtificatu spoliato, p eo cōstituit sacerdotē cyloneū alias elioneū canthere natū. ¶ Igitur cum tertium annū in iudeę complesset regno venit in cęsareā ciuitatem q̄ æ primitus turris stratonis appellabatur ibiq; spectaculum ad honorem cæsaris pro eius salute celebrat ad quam festiuitatem omnis prouincię multitudo nobilium simul & procerū vna cōuenerat. Secun da vero spectaculorum die stola vestitus vndiq; argento cōtexta ita vt textus esset valde mirabilis ve nit ad theatrū incipiēte die: & primis radijs sole oriēte demissis argēti claritas repercussa fulgorem red didit valde perspicuum. & oculis inspicientibus formidandum. Mox aūt adulatores voces fauorabi les emittebant quę nec illi bonę pro veritate videbantur deū scilicet appellātes eum atq; dicētes pro pitius nobis esto quia licet hactenus velut hoīem timuerimus: attamen iam nūc superioris naturę te esse cōspicimus. Has autē voces rex nequaq̄ cōpescuit nec impia verba cōpressit. ¶ Post paululū ve ro respiciens vidit supra suū verticem in quodam culmine residentē bubonē quē etiam mox esse ma lorum causam intellexit qui fuerat ei aliquādo bonorū. Mox ergo passionē mortiferā corde suscipiens vehementer vteri dolore percussusq; respiciēs suos amicos ego inquit vester deus iam vitā muta re cōpellor: repente namq; increpitus sum: cum mendaces ad me clamarent. Namq; qui vocabar im mortalis a vobis ecce ducor ad mortem. Suscipienda est sentētia quę profertur a deo. Viximus eteni non praue sed claritatē beatitudinis appetētes hæc itaq; cū dixisset crescente dolore cōprimebatur. Tunc cum festinatione ad regalia reportatus est. Et sermo apud cunctos egressus est quia indubitan ter moriturus esset. Mox itaq; cuncti cum cōiugibus simul & liberis lege patria in saccis iacētes depre cabantur pro lege deū: & oīa luctu gemituq; cōplebantur. ¶ Rex autē cum in domo sublimiori iace ret deorsum despiciens atq; vi lens eos prostratos esse: nec ipse a lachrymis potuit abstinere. Quinq; vero diebus cōtinuo vētris dolore cōfectus vita priuatus est habēs annū etatis quartū & quiquagesi mū: septimū vero regni. Quatuor nāq; sub gaio cęsare regnauit ānis. Sub philippi quidē tetrarcha tri bus quartum vero cū herode tres autem reliquos sub Claudij cōpleuit imperio: in quibus & iudeam cœpit & samariā atq; cęsaream & tributa sui munera auxit imperij. ¶ Multū a diuersis mutuū sum psit. Nam cum esset valde munificus supplicātibus larga munera cōferebat & dona sine aliqua p̄ci te p̄babat. ¶ Igitur cū mors eius populis esset ignota cōspirantes simulis herodes calchidis rex. Et chalchis p̄fectus & regis amicus aristionē quendā fidelissimū ministrorū destinauerūt. Et Sylā q̄m eo erat inimicus quasi iubēte rege peremerūt. Rex igitur agrippa hoc modo cōuersatus decessit a vi ta qui de suo gn̄e filiū reliquit noīe agrippam agentē septimū & decimū etatis annū & filias tres qua rum alia q̄dē noīe beronice sexto decimo etatis āno herodi fratri p̄ris videbat̄ esse cōiūcta virgines autē erāt due Maria & drucilla: alia quidē decimum agēs annū: drusilla sextū Eratq; despōsata a suo patre

Antiochus Sansigerannus contis reges: & herodes fratres ad Agrippam ve niunt in tyberiade quos huma nissime recepit.

Elioneus sacer dos (Mathia eiecto) constituit

Agrippa bubo nē videns malo rū causam intel lexit passionem in corde morti feram suscipiēs. Agrippa a cęsa rea infirmus ad regalia reportat̄

¶ Agrippa an no etatis quin q̄gesimo quar to & regni sēpti mo mortuus. In biblia dicitur cōsūptus a ver mibus expirauit

maria filio archelai celchij alias cheleuci: drusilla vero filio antiochi comagensis regis qui dicebatur epiphanes. Cumq; mors agrippę cunctis innotuisset: Cesarienses & Sebasteni benefactorum eius im memores pessimas leges egerunt: blasphemantes vehementer indecenterq; defunctū sed & militum quę tunc adherat multitudo in domum eius abeuntes & statuas filiarum regis virginum diripientes pariter ad loca fornicaria detulerunt: & statuentes eas in publico reclinantes eis fœdas cōtumelias in ferebant. Et turpiora facinora q̄ dici fas est scelestis actibus adiplebant. celebrātes cōuiuia publica coronati & madentes vnguētis & oleo. Sacrificia pariter exhibentes: presidiaq; sibimet alterutri pro regia morte reddentes. Erantq; autē immemores nō solum agrippę qui multas eis prębuerat largitates Sed etiā aui eius herodis qui ipsas ciuitates instruxerat. Porticusq; simul & templa claris probabatur fabricatus impensis. ❡ Filius vero defuncto agrippa erat tunc romę: & alebatur a cęsare. ❡ Tūc claudius audiens Agrippam fuisse defunctum. Et sebastenos atq; cesarienses ei mortuo cōtumelias intulisse: graui dolore percussus est eratq; preparatus vt eius filium agrippā in illius regnum dirigeret suc cessorem: volens etiam iusiurandū quod cum illo habuerat confirmare Et conuocatis amicis indicauit quod deliberaret super cōmendato suę fidei puero interrogans quid ipsis videretur vterū cogitata de hoc manere vel non decernerent qui perspecto cęsaris animo prudentius aliquid cōsiliati sunt collaudantes quidē benignitatis eius propositum voluntatē incautam esse dicentes vt puero qui nec infantiles annos excesserat magnitudinē tanti regni cōmitteret cui esset impossibile tanta gubernacula detinere. ❡ Cumq; videret eos cęsar rite locutos: prefectū in iudeam totumq; regnū direxit cuspiū fadū. Quo facto etiā honorem defuncto prestitit ne marsū ad eius regnū qui illi fuerat inimicus eueheret. Prę oībus autem phado pręcepit claudius vt cesariēses & sebastenos pro defuncti cōtumelijs coherceret cohortē vero cęsariensiū & sebastenorū & quinq; numeros ipotentū trāsferri iussit vt ibidem militarēt & ex numeris romanorū in syria cōstitutis eligerentur milites qui eorum loca cōplerēt Sed nequaq̄ tali iussione migrati sūt mittētes nāq; legationē ad claudiū supplicauerūt: & i iudea cōsistere meruerunt. Vnde etiam futuris temporibus causa maximarum calamitatum iudeis effecti sunt sumentes initio semina belli sub floro quamobrem tempore quo vespasianus vicit: sicut post paululum referemus eos ex illa regione migrauit.

Cęsariēses & sebasteni mortuā Agrippam blasphemias exercuerūt & filiarū statuas detulerunt ad fornicaria loca.

Claudius (audita regis morte) filio regnum voluit dare sed cōsules eum impedierunt.

Prefectū cuspiū fadū i iudeā mittit Agrippā claudius honorans et pręcipiēs cęsariēses ꝑ cōtumelijs coherceri Cā maxia calamitatum iudeis cęsarienses. &c.

❡ Explicit Liber Nonusdecimus.

❡ Incipit Liber Vicesimus qui continet tempus annorum viginti sex.

❡ Mortuo rege Agrippa Claudius defuncti memor Cassium longinum narso successorem in syriam pręsidem mittit phadus vero Iudeę procurator Iudeis indignatus propter philadelphinos occisos seditionis auctores puniuit Ptolomeo quoq; latronum principe a phado occiso iudea latronibus est mundata. Cassio autem & phado sacerdotibus tunicam sacerdotalem in Anthonia reponi pręcipientibus sub romanorum potestate petunt iudei vt ad claudium legatos mittant vt in eorū maneat potestate quod eis concessum est datis obsidibus filijs hocq; Agrippa a claudio obtinuit Et claudius ad phadum rescripsit herodes vero Agrippę regis frater templi potestatem & sacerdotum ordinationem a claudio impetrauit & Chanterio remoto Ioseph sacerdotem fecit.

Capitulum primum

Mortuo rege agrippa claudius memor defūcti cassiū lōginum successorē narso mittit i Syriā pręsidē phadus quoq; ꝓcurator Iudeę indignatus iudeis est ꝑpter Philadelphinos occisos. Ptolomeo latronū pricipe phadi ꝑcepto occiso iudea latronibus est mūdata

M Oriente siquidem agrippa rege sicut in libro pręcedente narrauimus Cęsar claudius misit successorem narso cassium longinum memorię conferens hoc defuncti a quo viuente rogatus fuerat ne narsus vlterius syrię pręsideret. Phadus itaq; dum cum pręfecture culmine in iudeam venisset: comperit iudeos habitantes trans fluuium contra philadelphinos habentes contentionem pro finibus vici cui nomen est meas. Erant illic armatorum plurimi congregati qui pręter voluntatem primatum suorum sumentes arma multos philadelphinorum peremisse noscuntur. Hęc audiens phadus vehementer accensus est eo q̄ non eius: reseruassent iudicio qui se dicebāt a philadelphinis fuisse lesos: sed vsq; ad arma venissent. Qui sumens tres priores ipsius seditionis alligari pręcepit. Deinde quendam eorum Antibam nomine iussit occidi: duobus autem reliquis amaraco & eleazaro fugam cōmisit. Ptolomeus autem princeps latronum & qui multa mala ydumeis & arabis frequenter intulerat non multo post captus & deductus ad eum morte mulctatus est. Hoc itaq; modo cuncta iudea latronibus est mūdata: phadi prouidētia atq; sollicitudine. Is enī phadus tūc cūctos vocās sacerdotes & priores hierosolymitarū āmonuit eos vt talarē tunicā & sacerdotalē stolā qua solus pontifex indui solet in ātonię castro reponerēt vt sicuti prius in romanorū potestate iacerēt. Illi vero nequaq̄ cōtradicere presumpserūt sed rogabāt phadū atq; lōginū nam & ipse cū multo exercitu ad hierosolymā venerat metuēs ne pręceptis phadi multitudo resisteret iudeorū: & ab eis suppliciter exorabāt vt sinerēt legationē ad claudiū destinari quatenus ab eo peterēt vt sacerdotalem vestem in propria potestate haberēt: & ipsi sustinerēt donec claudij respōsū perciperent. Illi vero se ita hęc prestare dixerūt: si eorū filij obsides prę berētur. Quibus obedientibus filiosq; dantibus legati sunt missi.

℄ Cumq; romam venissent audiens agrippa iuuenis defuncti filius a .luentus eorũ causam erat nãq; sicut prędiximus apud prędictum claudium cęsari supplicauit vt eisdem iudeis concederet mittens ad phadum sua scripta quę de sacerdotali veste poscebant. Vocãs itaq; claudius legatos iudeos se cõcedere quę petebãt promisit:iussitq; vt agrippę gratias dignas exoluerent cuius pręcibus hęc eis iura donaret. Quamobrem ad phadum huiusmodi misit ępistolam. ℄ Claudius cęsar germanicus tribunicię potestatis quinquies consul ordinarius quater imperator decies pater patrię Hierosolymitarum principibus curię populo iudeorum & cunctę genti:salutem. Agrippa meo pijssimo quem ego connutriui & habeo mecum perducente ad me legatos vestros gratias agẽte eo q̀ habeam gentis vestre sollicitudinem & cum summa deuotione pro sacerdotali veste atq; corona supplicante vt sub potestate vestra consistant:quę sunt a me postulata concedo sicut vir fortissimus michi carissimus vitellius fecit. Huic itaq; voluntate consensi primum quidem propter pietatem meam volens vnumquemq; exhibere suam in paterna traditione culturam. Deinde sciens quia dum hęc fecero & ipsius regis herodis & aristoboli iuuenis potentium personarum quorum circa me pietatem & circa vos studium esse cognosco:amplissimas amicitias collocabo. Scripsi vero ob hanc causam & cuspio phado meo procuratori. Nomina vero litteras deferentiũ hęc sunt. Cornelius. Leo. Triphõ Theodonis alias Theodionis. Dorotheus. Nathelis. Iohannes. Iouis. Panis. Data terciodecimo. Kalendas consulibus rufo. & pompeio siluano. ℄ Petijt autem a claudio cęsare & herodes frater agrippę defũcti cui illo tempore calchidis regnum videbatur esse commissum potestatem templi:& sacerdotũ ordinationem & omnia pariter impetrauit Et illo autem fuit apud oẽs eius liberos hæc potestas vsq; ad finem belli. Herodes itaq; a pontificatu remouit Cantheriũ alias Cautherũ & Ioseph cami alias cani filium ei successorem dedit.

Agrippa iuuene pro Iudeis a claudio obtinuit q̀ vestis sacerdotalis maneret in eorũ potestate & scripsit ad phadũ claudius

Herodes agrippæ regis fr̃ tẽpli potestatem & sacerdotũ ordinationẽ a Claudio impetrauit q̀ cãtherio remoto ioseph sacerdotem fecit.

℄ Monobazus adiabenorũ rex cum manum super ventrẽ vxoris helenę pręgnantis & dormientis poneret vocem audiuit vt manum deponat ne puerũ vexet qua voce turbatus vxori auditũ nunciauit & natum filium Iazatem vocauit. Qui a patre multũ dilectus ei fratres inuidebant quod pater cognoscẽs timensq; ne ei aliquod malum accideret eum cũ muneribus ad Abnergium regẽ misit cuius postea filiam habuit vxorem Ipsum quoq; iam pater senex euocans illi Carrum dedit Iazates vero legibus credens iudeorum circuncidi voluit sed eum mater prohibuit. Ipse vero Eleazaro iudeo legem moysi explicanti deuotionem manifestans cicunciditur quem & eius filios a multis liberauit periculis Helena quoq; filiũ regnũ videns pacifice gubernare & esse beatũ visitandi hierusalem habuit desiderium cuius aduentus multum profuit ciuitati nã eius medio ciuitas a fame est liberata. Capitulum. ij.

HOdem siquidem tempore helena Adiabenorum regina & filius eius Iazatis alias Iazates ad solemnitatem iudeorum hac causa proueniente migrauerunt Monobazus Adiabenorũ rex cui cognomen erat Bazeus alias Bozeus sororem helenã amore captus duxit vxorem: quę dum ex eo haberet in vtero cõtigit vt dum ea dormiẽte super ventrem mulieris manum poneret per soporem. Et quandã subito vocem audierit pręcipientem vt manum de ventre eius auferret ne infantem in eo vexaret: qui prouidente deo & principium esset & finem fœlicissimũ possessurus. Qua voce turbatus repente surgens hęc dixit vxori:& natum filium Iazatem nomine nuncupauit. Habebat autem ex helena & alium filium seniorem nomine Monobazũ. Et alios filios ex alijs mulieribus procreatos. Maximam tamen deuotionem quasi vnigenito Iazati desiderabiliter impẽdebat:pro qua re ille inuidiam fratrum sustinebat. Habebat & odium:quando cuncti contristabantur quia pater eum oĩbus pręponebat. Hoc pater aperte cognoscens. Illis quidẽ ignouit sciens quia non hoc agebant pro malicia. Sed quoniam singuli fauorem patris desiderabant habere. ℄ Iazatem vero cum pro eo valde metueret ne odio fratrum mali aliquid sustineret:multis muneribus farcinatũ in castrum pasini misit ad Abennerigũ alias Abnergiũ regem. Cõmendans ei nati salutem. Abennerigus autem libenter excœpit Et pro multa deuotione filiam suam amacos nomine ei dedit vxorem: donauitq; prouinciã ex qua perciperet multa tributa. Monobazus autem cum iam senectute grauaretur & paucum sibi tempus viuendi superesse videret. voluit aspectum filij anteq̃ moreretur inspicere:& vocans eum delectabiliter est amplexus. Cui dedit quoq; prouinciam quę dicitur Carrũ terra fertilis amomi in qua etiam reliquię sunt archę noe quę ex ymbriũ diluuio liberata fertur. Et hactenus videre volentibus demõstrantur. Cõmorabatur Iazatis in hac regione & arthabanẽ parthicũ ad iudeam destinauit. Cũ q; legibus crederet iudeorũ studebat & ipse cõuerti credens se perfectum non esse iudeũ nisi signum circuncisionis acceperat:eratq; agere p̃paratus. Quod dum cognouisset mater eius ꝓhibebat dicens ei fore periculũ quia cũ esset rex multorũ acquireret inimicitias subiectorũ cũ peregrinas solẽnitates & suę genti extraneas adimpleret:nec pati eos super se regnare iudeũ. Et illa quidem hęc dicens omnino prohibuit. At ille ad ananiam verba referebat. Qui matri dixit atq; interminatus est:quia nisi acquiesceret repente decederet. Cui mater ait metuere se ne causa omnibus indicata periculũ ipse sup.

℄ Monobazus adiabenorũ rex helena sorore & vxore pręgnãte cũ manũ sup vẽtrem vxoris dormiẽtis poneret audiuit vocẽ vt manũ deponat ne puerũ vexet qua voce turbatus dixit vxori & filium Iazatem vocauit.

Iazatẽ senex pater vocat & Carrũ terrã illi dedit

Iazates legibus credẽs iudeorũ voluit vt perfectus esset iudeus circũcidi sed eũ mat̃ ꝓhibuit

plicij sustineret. qui quasi auctor & doctor existeret operum indecentium apud regem. Tunc audiens ille hęc respondit quia posset etiam pręter circuncisionem colere diuinitatē si omnino apud se decerneret leges iudaicas obseruare & hoc esse firmius q̄ circuncisionem accipere: veniamq; illi daturum deum opus hoc non implenti propter necessitatem subiectorumq; formidinem. Tūc ergo rex huiusce modi sermonibus acquieuit. ¶ Post hęc autem cum nequaq̄ suū desiderium abiecisset. Iudeum quēdam alium de galilea venientem. Eleazaro nomine & leges eruditum patrias inuitauit: vt circuncisionis opus impleret. Qui cum intrasset ad eum & inuenisset legem moyseos legentem: ignoras (inquit) o rex moyseos iura: & per hoc deo facere videris iniuriam. Nō enim solum legere oportet eas sed primitus facere quę pręcepta sunt. Quamdiu sine circuncisione permanes legibus nequaq̄ nosceris obedire. Sed si nondum legisti ex hoc legem vt scias quapropter geratur impietas vel nunc lege. Hęc audiens rex actum differre non pertulit sed ad aliam conuersus est domum & vacans medicum qd pręcipiebatur impleuit. ¶ Tunc euocata matre & anania doctore eis quod egerat explanauit. Quid repente non mediocri timore sunt territi ne causa cunctis manifesta rex periculum deiectionis incurreret non patientibus subiectis virum extranei dei cultorem sibimet superesse ne ipsi pariter pericula sustinerent quasi huius rei viderentur auctores. Deus autem pręsens erat qui illorum metum non perduxit ad terminum Nam cum multa pericula & Iazatis & eius filij sepius incurrissent eum ex ingentibus liberauit angustijs & salutis dona concessit ostendens quia respicientibus ad eum & ipsi soli credentibus nequaq̄ fructus pietatis aufertur. Sed hęc quidē postea explanabimus. Igitur helena regem videns regnum pacifice gubernare & filium suum esse beatum & vltra cunctas gentes prouidētia diuina religiosum desiderium habuit hierosolymitarum conspicere ciuitatem atq; cūctis hominibus diuulgatum dei templum suppliciter adorare & hostias pacificas offerre. Ob quā rem filio supplicauit. Quo matri petenti prone consentiente & multam pręparationem itineris faciente & plurimas dante pecunias descendit in hierosolymam etiam filio multo eam itinere deducente cuius aduentus hierosolymitis tunc profuit valde. ¶ Nam dum eorum ciuitatem illo tēpore fames apprehendisset. Et multi essent egestate consumpti: helena regina misit quosdam suorum alios quidem ad Alexandrinam vrbem vt frumenta ex eius pecunijs compararent alios cyprum: quatenus carrucas ex abundanti deferrent. Cumq; venissent hec onera deportantes alimenta indigentibus illi dimisit. Quapropter genti nostrę beneficiorum suorum maximam memoriam dereliquit. ¶ Cuius filius Iazatis audiens hanc famem multas pecunias Hierosolymitarum primatibus destinauit. Et alia quidem multa bona hi principes in nostra ciuitate gesserunt quę postea declarabimus.

Iazates Eleazaro iudeo moysis legē explicante circunciditur.

Deus Iazatē & eius filios a multis liberauit periculis.

Helena filiū vidēs beatū hierusalē visitatē voluit & filio ei mł̄ta donāte dona & etiā multo itinere descēdit cuius aduētus mł̄tū pꝰfuit ciuitati ¶ Iazatis multas pecunias iudeis destinauit.

¶ Arthabanus parthorum rex satrapas inimicos timens ad Iazatem veniens ab eo honorifice est receptus & eius medio in regno est restitutus qui beneficiorū non immemor multa ei dona dedit post paululum vero arthabanus filio suo Bardani regnum diuisit qui contra Romanos pugnaturus a iazate petit auxilium & eidem deneganti bellum fecit. Illum vero regem parthi extinguentes regnum cotardi dederunt cui Vologesis successit Monozabasus regis frater & tota cognatio (relicto paganismo) ad iudaismum conuertentur Cuius subditi ad Abiam Arabię regem scripserunt bellum contra suum regem mouentes. Qui contra iazatem bellum faciens occisus est cum plurimis. Vologesis vero Adiebenorum proceribus eum inuitantibus bellum contra iazatem bellum mouet & occasione non inuenta honores quos ei pater dederat repetit iazates autem dei auxilio confidens hostis expectat aduentum dicens deum cunctis hoibus esse meliorem & eum terrę prostratus inuocans est exauditus volo gesis nāq; daco & isaco prouinciā diripientibus remeauit. Iazates vero āno etatis quīquagesimo quīto & regni vigesimo quarto moritur. viginti quatuor filios & totidē filias relinquens & Monobazum regni faciens successorem. Qui fratris & matris ossa hierusalem misit sepelienda. Capitulum tertium.

Arthabanus itaq; rex parthorum sentiens sibimet satrapas inimicos degere apud eos sibi iudicauit incautum. Quapropter ei visum est vt pergeret ad iazatem regem salutem apud eum inuenire se credens: & ita ad regnum proprium remearet Sūptis ergo cognatorum atq; familiarium circa mille viris: venit ad regem iazatē. Cumq; ille illum aperte nosset. Iazates vero arthabanum pœnitus ignoraret: inueniens eum in itinere constitutum & astās ei prior secūdū morē patrium adorauit. Deinde o rex inquit nec me despexeris tuum seruum nec sis superbus circa supplicem. Miser eī rerū mutatione factus existēs ex rege priuatus: tuum posco solatiū. Perspice siquidem inconstantiam fortunę & hanc scito esse cōmunem & vim similem habiturā. Nam si me sine vindicta despexeris: erunt audaciores plurimi etiā circa alios reges. Hęc arthabanus cū lachrimis edicebat: capite reclinato deorsum. Iazates autē vt eius nomē audiuit & arthabanū suppliciter sibi respexit astātē mox ex equo resiliēs habe inquit fiduciā o rex nec te pręsētia facta cōfudāt. Velociter eī erit tibi mu

Arthabanus pthorū rex ad Iazatē timēs satrapas iimicos iuit Arthabani oratio ad Iazatem. Fortunę inconstātia oibus cois Iazatis benignissima responsio.

tata tristicia. Amicū enim me & auxiliatorē inuenies plusq̄ credis Aut enim in parthorū regno te rursus: aut in meo constituam regem. Hęc dicens eleuauit artabanū. Ipse rursus equo ille pedibus: sequebatur: honorē tribuens ei quasi regi maiori. Respiciens igitur hoc Arthabanus grauiter tulit: & p̄ presentē fortunam honorēq; iurauit descensurū se nisi ille rursus ascenderet atq; pręiret. Tunc ille equū ascendens eumq; ad regalia sua perducens: omnē ei honorē libenter exhibuit & in consessu atq; cōuiuijs primū recumbere pręparauit non pręsentē fortunam intendens: sed eius pristinam dignitatem: eūq; ratione frequenter cōsolatus est quia cōmunes sunt omnibus fortunę permutatiōes hominibus ¶ Scripsitq; parthis suadens eis vt Artabanū susciperent regem promittens eum pristinorū in se nō habere memoriam. simul & iuramenta prębens. Parthis vero suscipere quidem se velle eum non negantibus sed non posse dicentibus habere regem/eo q̄ Cynnamū iam cōstituissent principē. ne forte certamen inter eos emergeret: agnoscens Cynnamus eorum volūtatē mādauit vt veniret artabanus regnum proprium recepturus. Cui itaq; credens artabanus reuersus est occurritq; ei Cynnamus adorans eum & regem simul appellans auferensq; de suo capite imposuit eius vertici dyadema. Sic ergo Artabanus per Iazatem rursus in regno (vnde per proceres suos ceciderat) reuersus est. Nec fuit immemor beneficiorū in se gestorū sed Iazatem magnis muneribus redonauit alias reditauit. Nam & tyara recta p̄misit ei vti & in aureo lecto (quod solis parthoꝝ regibus licet) dormire concessit. deditq; ei maximā & optimam regionē regis armenioꝝ cuius terrę nomē est Nisibis in qua etiā primitus fecerūt Anthiochiā ciuitatem quam Migdomiam nūcupauerūt. His itaq; muneribus a rege parthoꝝ Iazates honorat̄. ¶ Post paululū vero tp̄s Artabanus regnum Bardani filio dereliquit. Is autem veniēs ad Iazatem suadebat ei vt sibi cōtra Romanos pugnaturo ferret auxiliū: cui tamē suadere nō potuit. Iazates enim romanorū sciēs potentiā atq; fortunā: putabat impossibilia bella tentare. Insuper dū misisset quinq; filios etate nouellos vt linguę patrię & eruditionem sub integritate cōdiscerēt: sed & matrem vt templum sicut prediximus adoraret erat segnior ad bellandum. Sed & Bardanem sepius prohibebat. narrans ei romanorum virtutes & credens eum per talia verba terrere. quatenus a desiderio contra romanos bellandi recederet. In his ergo parthorum rex indignatus bellum aduersus iazatem repente pronunciauit: sed nullum in hoc vtilitatem hr̄e promeruit deo scilicet spem eius annichilāte. ¶ Agnoscentes enim Parthi Bardanis voluntatem & quia contra romanos bellum suscipere decreuisset illum quidem extinxerunt: principatum vero cotardi eius germano contradiderunt. Cui etiam post paululum per insidias rebus humanis ablato successit frater Vologesis: qui duobus ex eodem patre germanis suis præbuit potestatem pacoro quidem seniori medorum tridati vero iuniori dedit armeniam. ¶ Monozabasus igitur regis frater pariter & eius cognatio videntes Iazatem propter pietatem quam circa deum habebat/ vltra omnes homines excellētem habuerunt & ipsi desiderium vt mores patrios derelinquētes iudaicis solēnitatibus obedirent horū nisus subiectis fuit valde ingratissimus: & in hoc proceres indignati iram equidē retinebant expectantes oportunū tēpus vt in eis vlciscerent̄. Quāobrem ad Abiā regem arabię scripserūt. multas se daturos pecunias promittētes si cōtra eorū regem castra moueret. Simulq; professi sunt circa primam congressionē cum se quoq; deserere: quem vellent propter odium q̄ eorū cultum reliquerat pœnas exoluere. Dictis ergo sacramēto firmatis festinabant ad terminum peruenire: his itaq; flexus arabię rex: cum multo exercitu venit ad Iazatem. Tunc in ipsa prima congressione anteq̄ ad manus accederent facto signo omnes Iazatem velut vno vincti funiculo reliquerunt & dorsum hostibus dantes effugerunt. Nō tamen Iazates expauit sed cōsilium p̄ditionis agnoscens a primatibus factum & ipse cū exercitu discessit: causamq; requirēs vt agnouit cōstitutū ad arabas factū: anctores equidem interfecit. ¶ Altera vero die congressus plurimos occidit: omnes autem simul in fugam vertit ipsumq; regem persequens in quodam castro arsa no nomine circumclusit. Quo tamen forti dimicatione pręualuit. Captoq; castro dum abiam regem non inuenisset viuum quoniam seipsū peremerat/arripiens omnem prędam quę in eo videbatur esse magna amplitudine constituta in adiabenorum regressus est regionem. ¶ Primo quidem conamine Adiabenorum proceres non valentes aduersus regem deo scilicet eos eius potestati tradente/neq; tunc quiescere voluerunt/ sed scripserunt Parthorum regi Vologesi: rogantes eum vt Iazatem occideret: & eis principem de Parthorum gente constitueret/ dicentes se odio habere proprium Regem quia iura patriæ destruxerat & axtranea diligebat. ¶ Hęc audiens rex Parthorum eleuatus ad bellum est & cum iustam belli non inueniret occasionem datos ei honores a patre repetit & resistenti bellum se inferre minatus est. His auditis iazates non mediocriter est turbatus: & iudicans sibi turpitudinē fore si propter metum collocatis honoribus cedere videret̄ sciens insuper quia etiam si his cederet parthorum rex ab eius inimicitijs non cessaret: decreuit magis deo curatori omnium animę pericula committere eumq; maximum se habere arbitratus auxiliatorem filios quidem & coniuęs

Iazatis hūilitas

Fortunę cōmutationes oībus hominibus cōmunes.

Artabanus Iazatis medio ī regno restitutus cuius rei nō immemor artabanus multa dona ei dedit.

Migdomia ciuitas aliquādo Anthiochia appellata.

Parthi Bardanem regē extinxerūt regnū Cotardi dederunt cui successit Vologesis al's Bogessis.

Monozabasus regis frater & tota cognatio, relicto paganismo ad iudaismū cōuertunt̄ cuius subiecti ad Abiā arabię regē scripserūt bellū cōtra suū regē facere mouentes.

Adiabenoꝝ p̄ceribus ad vologesem scribentibus ipse contra iazatē bellū mouet & occasiōe nō inuenta honores quos pater ei dederat repetit.

ges constituit in munitissimis locis cunctaq; frumenta & fenum & pabula cōgregauit. Quibus gestis hostium sustinebat aduentum. Veniente vero parthorum rege cnm exercitus sui multa virtute pedestrium pariter & equestrium & cum magna velocitate faciente vallum circa flumen medorū scilicet & adiabenorum ꝓuinciam terminantē etiam Iazates castra posuit procul ab eo habēs circa se equestrium quasi sex milia. Quo facto venit ad Iazatem nuncius a parthorum rege directus qui eorū virtutem ediceret quoniam ab eufrate fluuio vsq; ad brathorum terminos resideret simul & subiectos ei adesse dicens: iterminatus pariter quia pœnas Iazatis exsolueret eo q circa dominū suum esset ingratus a cuius manibus neq; deus eum posset (quem colebat) eruere. ❡ Hęc dicente nuncio Iazates nosse se quidem parthorum exercitum suo abundantius potiorem respondit sciendum quia cunctis hominibns melior est deus. Et (huiusmodi dato responso) ad supplicationem dei cōuersus terrę se ꝓsternens & cinere caput implens cum filijs & vxoribus ieiunauit inuocans deum atq; dicens. Dominator domine si non frustra tuę me dignitati subieci & iust e omnium te solum & primum domi esse cognoui adueni auxiliator non pro me solūmodo vlturus in hostibus sed quia contra etiā tuam virtutē cum nefanda presumptione locuti sunt. Et ille quidem hoc modo ingemiscēs: cum lacrimis supplicabat. Quem repente deus audiuit. ❡ Ea namq; nocte Vologesis accepit epistolas in quibus scriptum erat quia Dacus & Isacus cū maxima manu cōtemnētes eius absentiā ad diripiēdam Parthorum prouinciā deuenissent: quapropter nichil agens retrorsum denuo remeauit. Sic itaq; Iazates deo prouidētem parthici regis interminationem effugit. ❡ Post paululū vero tempus cum quinquagesimū quintū etatis & vicesimūquartū regni complesset annum relinquens filios masculos viginti quatuor & filias viginti quatuor: vita priuatus est. Successorem regni fratrem Monohazum haberi ꝓcepit repensans ei quia per eius absentiam post mortē patris regnum ei fideliter conseruasset. Cuius mater helena audita filij morte grauiter tulit: & sicut potuit mater (quę pijssimū filium videbatur amisisse) Verūtamen cōsolata est audiens regni successionem ad seniorē suum filium perductā ad quē etiam pergere festinabat. Cumq; venisset ad regionem Adiabenorū non multo tempore super filium Iazatem vixit. ❡ Monobazus autem & illius ossa pariter & germani mittens in hierosolimam sepeliri precepit i mausoleis quę mater tribus procul stadijs ab Hierosolimis cōstruxisse videbatur. Sed quęcūq; rex Monobazus vitę suę tempore gesserit postea declarabimus.

Rñsio Iazatis qꝛ cūctis hoibus melior est deus & eū terrę prostratus iuocans ab eo est exauditus.

Vologesis Daco & isaco ꝓuinciā diripiētibus remeauit.

Iozates āno ętatis .lv. regni. xxiiij. morit̄ xxiiij filios & totidē filias relinquēs regni successorē Monobazū faciens.

Monobazus ossa fris & matris sepeliēda hierusalē misit.

❡ Theodas magus populum iudeorum seducens semetipsum prophetam esse asserebat quē Phadus prohibuit capite trūcatum Phado autem Tyberius Alexander in iudea successit qui Iacobū & Symonem & filios Iudę rempublicam perturbantes occidi fecit Ananias Ioseph succedit in sacerdotio & Tyberio Cumanus mortuo vero Herode Agrippę regis fratre agrippa iuuenis a Claudio regnū recepit maxima quoq; Cumano Iudeam regente seditio maxima fuit vbi viginti iudeorum milia in festo azimorū vnius militis luxuria qui genitalia sua reuelauit in turba defecerunt Et quidē ex turba fugientes Stephanū Cęsaris seruū spoliauerūt latrocinij more quo audito Cumanus milites destinauit vicinos vicos ꝓcipiens diripi & vinctos nobiles adduci. Militem quoq; legē moysi blasphemātem capite truncari fecit.

❡ Capitulum quartum.

Igitur dum iudeam ꝓuinciam Phadus gubernaret. quidam vir Magus nomie Theodas populo multo suasit vt sumētes substātias suas sequerent̄ eum ad Iordanē fluuiū semetipsum asserens esse ꝓphetam & ꝓcepto fluuiū diuidere vt eis facile transitū prębe ret. Hęc dicens seduxit quidē multos: non tñ pmisit Phadus ad expimentū eos suę insipiētię puenire: sed repente cohortē misit equestriū sup eos quę inopinabiliter irruens multos quidem peremit plurimos aūt cœpit viuos: ipsūq; Theodam cōprehendētes capitis sectione mulctarūt. Hęc sunt quę iudeis contigerūt tēpore quo Phadus in eorū prefuit regione. ❡ Venitq; Phado successor Tyberius Alexandri filius qui etiam in Alexandria fuerat alabarchis idest pr̄iceps psalis genere diuitijsq; Alexandrinoꝝ cunctos excellens: sed etiā filio suo Alexandro diuina cultura melior quippe cū ille in paternis solēnitatibus non pmansit. Horū ergo tēporibus contigit illa maxima fames qñ etiam Helena regina multis pecunijs frumenta comparans ex egypto indigentibus sicut prediximus est parata. Insuper Iacobū atq; Symonem & filios iude galilei qui populum a Romanorum potestate subducere nitebantur sub Cyrino iudeę preside sicut prediximus crucifigi Alexander imperauit. ❡ Herodes autem rex Chalchidis remoto Ioseph a pōtificatu successionem hanc Ananię Nibedei cōtradidit. ❡ Tyberio autem alexandro Cumanus successor aduenit defūctusq; est Herodes frater regis Agrippę maioris octauo anno Claudij principatus tres filios derelinquens. Aristobolum qui ei de priori fuerat vxore progenitus & ex Beronicę fratris filia Bernicianum & Hyrcananū: cuius regnū Claudius Cęsar Agrippę iuueni dedit. ❡ Seditione igitur intercedēte in Hierosolimorū ciuitatē dum Cumanus in iudea pro rerum gubernatiōe cōsisteret: multi iudeo-

Theodas magus pplm iudeoꝝ seduxit semetipm asserēs eē ꝓphetā quē ꝓhibuit Phadus capite trūcatū. &c.

Tyberius alexādri ꝓses successit Phado in iudea.

Tyberius Iacobū & filios iudę rempublicā perturbātes occidi fecit.

Tyberio Cumanus successor venit in iudea.

rũ perempti sunt Sed primitus causam narrabo propter quã talia ,puenerunt. Instante festiuitate pa sche(qua mos est azima nobis offerre,dumvndiq; ad festiuitatẽ hanc populus conuenisset.Metuens Cumanus ne qua per multitudinẽ turba aut res vel actio nasceref iussit militibus vt vnam aciẽ arma torũ facientes circa porticus templi cõsisterent:vt si forte aliquid excitaref tumultuãtiũ inquietudinẽ ,phiberent.Hoc eñ & priores pręsides iudeę in huiusmodi festiuitatibus faciebant. Cũq; quarta di es eius celebrationis excessisset:quidam militũ reuelauit genitalia sua.& populo demõstrabat.Quod illi vidẽtes ad iram furorẽq; perducti sunt non semetipsos contumeliã passos sed in deo impietatẽ ge stam esse dicentes.Quidã vero procaciores Cumanũ blasphemabant:asserentes militem ab eo sum missũ.Cumanus aũt audiens & ipse non mediocriter ,puocatus est. Verũtamẽ hortabaf eos a seditio ne quiescere:ne in festiuitate ĩquietudines excitarent. Quibus dum suadere non posset:& illi ad blas phemias magis accederent iussit oẽs milites arma sumentes ad antoniam conuenire. Erat enim hoc castrum sicut prediximus suppositum templo. Multitudo siquidẽ videns milites ibidem cõgregari p territa cœpit effugere.Et dum se milites persequi crederent:per angustos egressus pariter cum timo re fugientes oppressi sunt & multos adinuicem cõterentes interemerũt.Viginti enim milia dinumera ti sunt qui in illa turba defecerũt.Quapropter eis erat pro festiuitate luctus & omnes obliti orationũ atq; sacrificiorꝝ ad lamentationes lachrimasq; cõuersi sunt. Has ergo passiones vnius militis luxuria generauit.¶ Nõdum igitur luctus quieuerat:& alter incidit denuo super eos. Quidam eñ ex illa tur ba fugientes euaserant via publica venientes quasi centum stadijs procul a ciuitate:& Stephanũ ser uũ cęsaris iter agentem more latrocinij spoliantes:omnẽ eius dirripuere substantiã. Audiens hęc Cu manus milites continuo destinauit pręcipiens vicinos diripi vicos:& nobiles ad se vinctos adduci. ¶ Igitur vastatione facta quidam militũ leges moyseos in quodam vico reperiens easq; sumens cun ctis videntibus rupit & multas blasphemias,atq; contumelias eis imposuit.Iudei vero hęc audientes & multi pariter concurrentes: in cęsaream descenderunt.Illic enim Cumanus erat. Ad quem accusa uerunt dicentes non se sed deum ad cuius iniuriam facta hęc videbantur vlturum:se autem nolle vi uere dum leges patrias sic tractari viderent. Cumanus autem metuẽs ne denuo tumultum populus excitaret:suadentibus amicis & milite qui contumeliam fecerat legibus securi percusso occasionẽ se cundę seditionis abrupit.

Occasio sedi tionis.

Quarta die azi morũ quedam milite geitalia demõstrãte po pulus ad irã cõ uertitur.

Vigiti milia iu deorũ in turba defecerũt in fe stiuitate azimo rũ vnius militis luxuria.

Blasphemantẽ legẽ moysi ,pcu rant iudei capi te trũcari.

¶ Seditionem inter samaritas & Iudeos orta iudei (Cumano pecunijs corrupto & iusticiam ne gante)Eleazarum in auxilium sumẽtes contra Samaritas bellantes omnia dirupuerunt quos Numi dio quadrato Samarite de violentia accusarunt qui seditionis auctores crucifixit & secundo Samari tas iudeos accusantes audiẽs quia ipsi populo a romana suasissent potestate recedere illos occidi mã dauit & Ananiam pontificem:& Anianum magistrũ romã misit ligatos quos Claudius Agrippę prę cibus absoluit & Samaritas occidi pręcepit.Cumanũq; misit in exilium & celerem morte mulctandũ remisit in hierl'm & fœlix procurator ĩstituitur Agrippę quoq; aucta est potestas cuius Drusilla soror Aziazo regi circũciso datur cuius nuptias Epyphanes nolens circũcidi renuit & Mariam Archelaus accepit vxorem.Drusilla vero sprẽto marito fœlici procurator iudeę nupsit Palemon autem Beroni cem mortuo hęrode pro diuitijs duxit vxorem sed ipsa virum ,ppter nimietatẽ coitus reliquit Et ma ria Archelaum repudians nupsit demetrio.

¶ Capitulum quintum.

Post hęc igitur inter samaritas atq; iudeos inimicitię huiusmodi causa prouenerunt.Mos erat galileis tempore festiuitatum ad sacram concurrere ciuitatem & iter facere p sama riam.Dũ ergo aliquando iter haberẽt per vicum nomie Ginais inter samariam & campũ maximum constitutum quidam conferentes litem multos eorum interemerunt. ¶ Pri mi siquidem galileorũ audientes quę gesta fuerant ad cumanũ venerunt: rogantes eum vt de interemptorꝝ nece inquireret.At ille pecunias a samaritis accipiens: neglexit hoc facere.,Tunc galilei dolentes multitudinem excitauere iudeorũ vt arma sumerent: & suam defenderent libertatẽ. Seruitutẽ namq; amarissimã esse dicentes: & importabiles iniurias in talibus non defendi. Ac ,pmit tente quia faceret vindictam cumano:illi pœnitus nõ acquiescentes ad arma progressi sunt.Et sumẽ tes in auxilium eleazarum dinei qui per multos annos latrocinia faciebat in montibus vicos aliquos samaritanorum incendentes cuncta diripuerunt.Cumanus hoc audiens atq; sumens sebastenorum cohortẽ & pedestriũ quatuor ordines & coarmãs pariter samaritas:super iudeos egressus est.Factaq; congressione multos quidem peremit plurimos viuos suscepit.Primi autem hierosolimorum genere pariter & honore videntes ad quantam calamitatum magnitudinem deuenissent induti saccis & ci nere capita sua cõplentes omnino eis qui resultauerant vt quiescerent supplicabant ponentes ante oculos eorum subuertendam regionem propriam & templum pariter concremandũ vxorum ac filio rum captiuitates futuras & ideo rogabant vt mutarent voluntatem & proijcientes arma quiescerent

Seditio inter iu deos & samari tas & seditiõis occasio.

Iudei cumano pecunijs corru pto neganteq; iusticiã eleaza rũ in auxiliũ su mẽtes cõtra sa maritas bella uerũt oĩaq; di rupuerunt.

& de cętero ad propria remearent. Hęc ergo dicentes flexerunt eos quorum alij recesserunt latrones autem ad munitiora loca profecti sunt. Ex illo omnis iudea latrocinijs est impleta Samaritanorũ vero primates ad Numidium quadratũ syrię prępsidem qui illo tempore in tyro erat aduenietes accusauerũt iudeos q deos eorum incęderunt ac dirupuerũt: & pro his quidem quę ipsi passi fuerant nõ tãtũ se dolore dicebãt nisi qa romanorũ cõtẽpserint ptãtem ad quorũ iudicium debuerant p suasi qua fuisset lesione concurrere. Nunc autẽ quasi romanos iudices nõ haberent hęc ab eis acta dicebant & propterea vindicta fieri pustulabat His ergo Samaritę querebant Iudei vero & seditionis & litis eos auctores fuisse dicebãt: & añ omnes Cumanũ munerũ oblatione corruptum qui peremptorũ necem noluit vindicare. Quadratus ergo cum audisset distulit vindicare. dicens tũc se sententiã platurũ cũ iudeam veniens veritatẽ subtiliter indagaret. Et illi quidẽ nichil agẽtes reuertebant. ❡ Post paululũ vero tps quadratus in samariã venit. vbi auctores seditiõis audiẽs: & quosdã samaritanorũ ac iudeorũ idisciplinatos inueniẽs crucifixit eos quos Cumanus captiuos habuerat. Exinde veniẽs in quẽdã vicũ noie Liddan nõ breuiorẽ magnitudine ciuitatis sedens in tribunali & scdo Samaritas audiẽs a quodã samareo didicit qm̃ quidã primus iudeorũ noie Dortus & aliqui cũ eo iuuenũ nũero quatuor populo suasissent vt a romanorũ potestate recederẽt. Et illos quidẽ pcepit occidi. Ananiã vero põtificẽ & Anianũ mgr̃m alligãs romã direxit. quatenus de his quę gesta fuerant redderẽt cęsari claudio rõnem. Iussitq; primatibus samaritanorũ atq; iudeorũ pariter & Cumano & celleri millenario & violẽtiarũ inhibitori vt ad ĩpatorẽ pgerent p alterius in se questiõibus audiẽdis. Ipse vero metuẽs ne multitudo iudeorꝝ seditionẽ iterũ excitaret hierosolymã venit ĩuenitq; vrbẽ in pace degentẽ & festiuitatẽ patriã deo celebrantẽ. Cõfidens nichil ab eis inqetudinis generari relinquẽs eos ĩ festiuitate reuersus est anthiochiã. ❡ Cumanus aũt & qui cũ eo erant necnõ & primi samaritanorũ romã directi acceperũt ab imperatore cõstitutũ diẽ in quo deberẽt rerũ suarũ causas exponere. Habebãt em̃ patrociniũ Cumanus & Samaritę libertorũ cęsaris & pariter amicorꝝ qui scilicet pualere potuerãt contra iudeos nisi agrippa iuuenis cũ Romę cõsisteret & primos Iudeorũ opprimi videret vxorẽ imperatoris Agrippinã suppliciter exorasset vt marito suaderet quatenus decenter audiẽs sua iusticia seditionũ puniret auctores. ❡ Claudius autẽ his pcibus pstrictus causam audiẽs dum agnouisset malorũ principes fuisse samaritas eos quidẽ qui ascẽderant ad eũ iussit occidi Cumano aũt fugam dedit: cellerẽ millenariũ pcepit in Hierosolimis duci & oĩbus vidẽtibus per totam vrbẽ tractũ laceratũq; dispdi. ❡ Misit aũt & Claudius fœlicẽ pallantis frẽm in iudeã psidẽ: q rebus ĩ regione iudaica psideret. ❡ Cũq; decimũ principatus cõplesset annũ Agrippę Philippi tetrarchiã donauit Bethaniã & Trachonitidẽ simul adiecit vna cũ Abela quę fuerat de Tetrarchia lysanię Calchidẽ vero ei abstulit cui quatuor pfuerat annis. ❡ Agrippa vero sumẽs donationẽ cęsaris Aziazo regi Amasorũ volẽti sese circũcidere sororẽ Drusillam deduxit vxorẽ. ❡ Epiphaues aũt regis Anthiochi filius eius nuptias refutauit. nolẽs iudeorũ solẽnitates seq: licet hoc facturũ se eius cõpromiserit prĩ. ❡ Mariã vero dedit Archelao Helchij filio cui ab Agrippa prẽ fuerat primitus despõsata. Quibus nata est filia noie Beronice. ❡ Nuptie quidẽ iter Drusillã & Aziazũ celebratę nõ multo tpe iteruenięte hmõi causa solutę sunt. Dũ fœlix ĩ Iudeã venisset ãministrator iudeis hãc cũctas mulieres pulchritudine pcellẽtem eius speciẽ cõcupiuit & quẽdam iudeũ noie Symonẽ amicũ suũ genere cyprũ magnũ mittẽs ad eã suadebat vt derelicto viro nuberet ei pmittẽs eã beatã fieri si eius nõ despiceret thorũ. Illa vero nõ bñfaciẽs & declinare volẽs iuidiam beronicis sororis pter pulchritudinẽ suã transcẽdere prñã solẽnitatẽ flexa est & fœlicis nuptias est secuta: ex quo susceptũ filiũ vocauit Agrippã. ❡ Sed queadmodũ iste iuuenis cũ vxore per incẽdiũ Bebij mõtis tpibus Titi cęsaris deperierit. postea declarabimus. ❡ Beronice vero post Herodis mortẽ q eius fuerat maritus & patruus multo tpe viduata fama discurrẽte quia cũ fratre coiret suasit Polemõ regi licię vt circũcisus eã haberet vxorẽ. Sic em̃ iudicabat falsas oblatratiões posse mõstrari. Polemõ aũt flexus est: maxime pter diuitias eius. Non multo tñ post eorũ quidẽ nuptię pmanserunt. Sed beronice pter nimietatẽ coitus vt dixerunt polemonẽ dimisit. At ille solutis nuptijs etiam solẽnitates iudeorũ pariter dereliquit. ❡ Eodem vero tẽpore & maria repudians archelaum cõiuncta est demetrio alexandrino iudeo genere: & diuitijs valde claro. Tunc em̃ & alabarces erat susceptumq; ex illo filium agrippę vocabulo nũcupauit. Sed de singulis horum subtiliter postea declarabimus.

❡ Claudius agrippinę vxoris veneno iterẽptus q Messalinã vxorẽ pter zelũ iterfecit Neroni octauiã despõsauerat. Nero aũt Britãnicũ veneno latẽter occidit matrẽ quoq; & vxorẽ multosq; ĩsignes viros Aziazo rege amasorũ mortuo successit eius fr̃ & aristobolus a nerone ĩ armenia est cõmissus & agrippę partẽ tyberiadis tetrarchię donauit Iudea quoq; latronibus & seditiosis magis plena quos fœlix iterfecit & eleazarũ eorũ principẽ victũ misit in hierl̃m Fœlix aũt inimicitias cõtra Ionathan sacerdotẽ habẽs eo q melius iudeis pręsidere moueretur eius pcurat mortẽ p latrones gladios sub veste

Numidius quadratus syrię pses ad quẽ venientes samaritę iudeos accusãt de violẽtia priore.

Excusatio iudeorum.

Quadratus auctores seditiõis crucifixit.

Quadratus (accusãtibus samaritis qdã iudei suasissẽt pplo a romana ptãte recedere) eos iterfecit & Anani põtificẽ & anianũ magr̃m ligatos romam misit.

Claudius agrippę pcibus iudeos absoluens samaritas occidi pcepit cumanũ q; misit ĩ exiliũ Et cellerẽ morte mulctãdum hierl̃m remisit.

Mariam duxit vxorẽ Archelaus quibus nata Beronice filia.

Drusilla (spreto marito) nupsit fœlici pcuratori quibus natus filius agrippa.

Palemõ circuncisus.

Beronicę virũ pter nimietatẽ coitus reliqt.

Maria repudians Archelaũ nupsit Demetrio.

habētes absconsos pseudo ,ppheta egyptius iudeorū seductor quorū multos Fœlix occidit ipso egyptio fugiente Seditioq; tunc fuit inter syros & iudeos pro equitate ciuilitatis in cesarea quos prefecti cōpescuerunt Ismaeleq; ab Agrippa & sacerdote instituto cōtentio inter sacerdotes & pontifices oritur sacerdotibus pre inopia morientibus.

Capitulum sextum.

Claudius interea cesar defunctus est cū impasset annis tribus & decem mēsibus octo & diebus viginti. Est em̄ sermo quorūdā quia ab vxore agrippina fuerit veneno interemptus. Cui agrippine pater fuit germanicus cesaris frater vir aūt eius dometius barbarus nobilissimus romanorū. Quo moriēte viduatā multotpe claudius duxit vxorē hn̄tem filiū qui patris nomine dometius vocabat̄. ❡ Claudius vero ,ppter zelū agrippine messalinā peremit vxorē ex qua filios habuerat britanicū & octauiā Erat aūt ei & antonia filia senior quā ex prima vxore noie petronia habuerat. ❡ Octauiā itaq; desponsauit neroni. Sic em̄ eum postea vocitauit cū cesar eū filiū adoptasset. ❡ Agrippina autē metuens ne britanicus crescēs regnū a patre pciperet & volēs imperiū suo filio preparare: de morte claudij sicut erat sermo tractauit. Quo mortuo repēte misit pricipē militie burrū & cū eo tribunos libertorū valde potētes q deducerēt de castris neronē: & eū more pricipis adorarēt. ❡ Nero siquidem hoc mō pricipatu sumpto britanicū quidē veneno latēter occidit: matrē vero ,ppriā interemit hoc ei retributiōis munus īpendēs non solū pro matris officio sed etiā q ei suis machinamētis romanorū p̄buerat pricipatū. Peremit etiā octauiā suam vxorē multosq; viros insignes quasi ei insidias fecisset. Sed de his quidē desino plura narrare. ❡ Multi nāq; de nerone historiā cōscripserūt quorū quidā pro gr̄a bn̄ficiorū eius neglexere veritatē: alij vero ,ppter odiū & eius inimicitias sic īpudēter mēdacijs inuoluti sunt vt aperta reprehēsione sint digni. Mirandi tn̄ a me nō sunt qui de nerone mētiti esse noscunt̄ dū neq; priora gesta cōscribētes veritatem videātur hystorie custodisse: licet circa eū neq; odiū habuisse noscantur cū longis post eū tpibus extiterunt. Sed his quidē qui veritatē hystorie preuidere volūt liceat scribere quod volūt. Probātur em̄ hoc habere gratissimū Nos autem propositū veritatis habere perfectionē preser tis negocij breuiter cōprehēdere nitimur & que nobis iudeis euenerūt enūciamus: negligētes aut calamitates aut delicta referare studentes. Reuertar igitur ad narrationē casuum gentis nostre. ❡ Primo nāq; imperij Neronis anno moriente Aziano amasoꝶ rege eius frater successit in principatu: & minoris Armenie presulatus Aristobolo Herodis regis Calchidis filio a Nerone cōmissus est. Sed agrippe donauit Cesar partē quādam galilee Tyberiadis Tetrarchie. pcipiēs vt esset ei subiectus. Deditq; & Iuliadā ciuitatē transfluuiū cōstitutā & vicos circūpositos quatuordecim. ❡ Res iudeorū cremētū semp a priori suscipiebāt. Latronū nāq; denuo & magorū hoim turba pplm seducētiū est repleta ,puincia Quorū multos quotidie cū latronibus capiēs fœlix necabat pariter & Eleazaꝶ Dinei filiū q latronū ordinē instituerat p insidias cœpit viuū: dās ei fidē qa nichil mali sustineret. Flexit eū ad se venire: quem vinctū romā direxit ad cesarē. ❡ Habēs aūt inimicitias fœlix apd pōtificē Ionathā eo q esset prius & ab eo moneret̄ vt rebus iudeorū melius p̄sideret ne querelā a plebe susciperet cū populus petisset a cesare vt ipse in iudeā dirigeret̄ āministrator. occasionē querebat p quā remoueret eū qui videret̄ ei sepius īportunus. Graue nāq; est nocere volētibus si crebrius arceant̄ Pro hac igit̄ causa fœlix fidelissimū amicorū Ionathe quēdā gn̄e hierosolymitā multarū pecuniaꝶ ,pmissione flexit, vt sup Ionathā latrones induceret qui eū vita priuarēt. Ille aūt sumpto cōsilio hoc modo p latrones necem illius appetiuit. Ascenderūt quidā eorū ad ciuitatē quasi adoraturi deū gladiosq; sub veste portātes: & ,pmixti Ionathe pemerūt eum. Cūq; mors eius multa remāsisset de cetero cū oī fiducia latrones in festiuitatibus ascēdebant: & gladios abscōsos hn̄tes quos volebant inimicorū pmixti populis pimebant: & non solū in reliqua ciuitate sed etiā in tēplo quosdā interimebant Nā & ibi sepius sedes facere p̄sumebant: nichil se agere īpietatis existimātes. ❡ Ob quā causā arbitror etiā deū aduersatū nr̄am vrbē & templū velut nequaq̄ suo habitaculo mūdū tradidisse romanis: & vt purgatio fieret ciuitatis ignē & seruitiū itulisse dū vellet nos cū vxoribus atq; filijs crebris castigare calamitatibus. Opa siquidē latronū hoc īplebāt scelere ciuitatē. Magi vero & seductores pplo suadebant vt eos in heremū sequerent̄ dicētes se dei ,puidentia signa & ,pdigia mōstraturos multiq; in hac insipientia flexi supplicia ptulerunt: qm̄ ad hoc dum decessissent a fœlice puniti sunt. ❡ Hoc em̄ tpe venit aliquis ex egypto ad Hierosolymā dicens se esse ,pphetam & populari multitudini suasit vti cū eo ad montē qui dicitur oliuarū positū e diuerso ciuitatis ,pcul stadijs quinq; cōscēderent: velle dicens eis exinde monstrare qa eo veniēte Hierosolimorū muri corruerēt vnde ingressū is faciendū esse ,pmittebat. Fœlix autem dum hec audisset iussit militibus vt arma sumerēt. Quo facto cū multis equestribus impetu facto ab hierosolimis irruit super eos & quadringentos quidem eorum gladijs interemit. ducentos vero viros cœpit. Ipse autem egyptius lapsus fuga disparuit. Rursus taq; populū latrones contra romanorū prelia concitabant suadentes ne eis subiacere deberēt & sibi

Claudij mors vxoris Ahrippine veneno
Claudius messalinā vxorē ,ppter zelum iterfecit.
Occasio mortis claudij ab vxore.
Nero īpator britānicū veneno latēter occidit & matrē ,ppriā & vxorē & multos viros insignes.
Multi de nerone historias cōscripsere.
Aziazo rege mortuo successit eius frater & Aristobolus in armenia a Nerone est cōmissus & Agrippe dōauit partē tetrarchie Tyberiadis.
Fœlix īimicicias contra Ionathā sacerdotē hn̄s eo q moueret̄ melius iudeis p̄sidere ,pcurat eius mortē p latrōes habētes sub veste absconsos gladios.
Occasio destructiōis hierl'm & templi.
Pseudo ,ppheta egyptius iudeorū seductor quoꝶ Fœlix mltos occidit egyptio fugiente.

Seditio inter syros & iudeos p equitate ciuilitatis in cesarea quos pfecti cōpescuerunt.

resistentiū vicos incēdebāt atq; diripiebant. ¶ Inter hec autē iudei inhabitatores cesaree cōtra syros pro equitate ciuilitatis hmōi:fecere seditionē. Iudei nāq; primos se esse dicebāt eo q cōditor cesaree rex Herodes de genere fuerit iudeorū. Syri vero de herode quidē ita esse profitebatur. Dicebant aūt Cesaream stratonis turrim primitus vocitatam & tūc nullum habitatorē ciuitatis ipsius fuisse iudeū. Hec audientes pfecti militie sumentesq; ex vtraq; parte seditionis auctores plagarū affecere vulneribus & tempestatē litis eorū ad breue tempus hoc opere sedauerūt ¶ Rursus autem iudei habitātes in ciuitate diuitijs cōfidentes & ppterea spernētes syros: blasphemijs studebant eos ad iurgia denuo prouocare. Illi vero pecunijs quidem minores sed sapientia fortiores. dum multi Cesariensium & sebastenorū sub romanis ibidem militarent pauco tempore & ipsi iudeis iniurias sermonibus iferebāt. Post alterutros se ita lapidauerūt donec ex vtraq; parte vulnerati conciderent. Verūtamen vicere iudei. Fœlix aūt cum vidisset belli modo esse eorum certamen metuēs petebat iudeos vt a lite cessarent quibus non audientibus milites armatos immisit: & multos quidem eorum peremit plurimos autem viuos cœpit & domos quorūdā multis pecunijs refertas expoliari militari irruptione pmisit. Iudeorū vero modestiores etiam dignitate nobiliores metuentes pro semetipsis rogauere fœlicem vt milites tuba missa reuocaret eisq; de cetero parceret. Quod fœlix facere eorū pcibus acquieuit. ¶ Hoc itaq; tēpore rex agrippa dedit pontificatū ismaeli filio fiab. Exorta est enim & pontificū cōtentio cōtra sacerdotes & hierosolimitarū primates. Vnusquisq; em eorū caternas procaciū & seditiosorū hominū colligens videbatur esse princeps & cōferentes semetipsos ad lites alterutris derogabāt & lapidibus obruebant. Qui autē prohiberet nō erat sed vt in ciuitate sine presule audaci potestate ab omibus talia gerebanť. Tantam siquidem impudentiā atq; presumptionē pontifices obtinuerant vt etiā seruos suos ad areas destinare presumpserint qui decimas sacerdotibus cōpetentes auferrēt: vnde fiebat vt sacerdotes p inopiā deperirent. Sic em inquietorū vis oppressa grauitate iusticie pualuerat.

Imael ab agrippa sacerdos instituiť & tunc iter sacerdotes & pōtifices sacerdotibus pre inopia moriētibus cōtētio oritur.

¶ Iudei fœlicem (portio festo successore illius directo) Neroni accusant Berillus quoq; pro Syris Cesarem contra iudeos orat. Latrones insuper siccarij in iudea populis in festiuitatibus permixti multos perimebant Festus quoq; super populos qui decepti fuerant a quodam Mago multitudinem destinauit & seductorē atq; seductos occidit Agrippa autem iuxta Teatrum in palacio edificium fabricatus est & iudei parietem excelsum triclinij regalis & porticus occidentalis auferens aspectū cōstruxerūt. vnde rex indignatus & festus eis opus precepit destruere sed iudei ad Neronem mittentes edificiū permanere obtinuerunt Ioseph (Ismaele cum Helchia obside) sacerdos istituitur Et Albinus mortuo festo prefectus ordinatur in Iudea Ioseph a sacerdotio priuato Ananus iunior subrogať qui saduceus Iacobum fratrem Iesu christi & aliquos tradidit lapidādos quod alij grauiter ferentes eum regi & Albino accusarunt qui eum de sacerdotio deposuerunt subrogao damei filio.

¶ Capitulum septimum.

Portio festo fœlicis successore in iudea indei fœlicem accusant Neroni.

Portio siquidem festo directo a Nerone pro successore fœlicis: primi iudeorum Cesaream habitantes ascenderūt romam accusaturi fœlicē qui sine dubio poterat pœnas exsoluere pro lesione Iudeorum nisi plurimum ei Nero pro fratris pallantis precibus indulsisset cui tunc maximū honorem impendebat. ¶ Interea primates syrorum cesariēsium berillo pedagogo neronis (qui officiū super grecos habebat) per epistolas multis pecunijs suaserūt vt a nerone peteret dari eis epistolā per quā ius ciuitatis quod cum eis habebāt iudei cōmuniter pœnitus fieri interminareť. Berillus ergo imperatorē rogauit atq; pmeruit vt huiusmodi scribereť epistola tamen gentis nostre postea ingentium malorum fuit occasio. Agnoscentes namq; iudei cesarienses que fuerāt scripta pro syris tantas suscitauere seditiones: donec bella succederent. ¶ Festo igitur i Iudeam veniente contigit vt prouincia a latronibus vastaretur: & vici omnes incēderentur. Precipue nāq; siccarij nunc abundabant vtentes gladiolis magnitudine similibus persicorū ensium cum sūmitatibus obuncis & quales sunt romanorū sice quibns etiam vocabulum sicariorum latrocinantes habuerunt. Hi namq; latenter permixti in festiuitatibus populorū sicut prius diximus ad ciuitatem pro cultura diuina conuenientiū quos volebant facile perimebant. Sepius etiam cum armis ad vicos iimicorum aduenietes diripiebant: & cuncta pariter cōcremabant. ¶ Interea diuersis rebus turbata prouincia festus multitudinē destinauit equestriū atq; pedestriū super populos qui decepti fuerāt a quodam mago salutem eis & malorum requiem promittente: si eum sequi in deserto cōtenderent. Quo facto & ipsum seductorē & seductos irruentes qui missi sunt occiderūt. Hoc tēpore rex agrippa fabricatus est edificiū magnitudine valde precipuum in palacio hierosolimorū iuxta theatrum. Quod palaciū factum est olim a filijs assamonei in loco eminenti positū quod etiam volentibus ciuitatē respicere delectabilē conferebat aspectū vnde rex inclinatus inspiciebat ea que gerebanť in tēplo. ¶ Hec itaq; videntes hierosolimorū primates grauiter habuerunt. Non enim patrium erat vt ea que fiebat

Berillus pro syro cesarē cōtra iudeos orat.

Latrones siccarij i iudea ppl'is i festiuitatibus pmixti multos pimebant.

Festus cōtra seductorē & seductos.

Agrippa iuxta theatrū in palacio edificiū fabricatus est.

in templo & maxime sacra dispensarētur aliquis exceptis sacerdotibus aspiceret. Quapropter parietem excelsum edificauerūt.circa ædē quę erat in sacrario iteriori ad oscidētem cōuersa. Hic vero paries nō solum triclinij regalis aspectū abstulit:sed etiam occidētalis porticus quę erat in extetiori tēplo vbi custodias in festiuitatibus propter templū habere romani solebāt.In his igitur īdignatus rex Agrippa & p̄cipue festus pręfectus:p̄cepit eis vt opus edificatū repente destrueret. ¶ At illi rogauerunt vt eis potestas daretur quatenus ob hoc legatos dirigerent ad Neronē dicentes nō se vitam habituros si quędā pars templi destrueref. Tunc pmittente festo miserunt de suis primatibus decem simul & Ismahelem pontificem & Helchiam Gazofilacem. Nero autem audiēs eos non solum veniā gesti operis cōdonauit.sed etiā edificium manere permisit.Hoc beneficiū pōpeie coniugi pro iudeis supplicāti cōdonans. Qui decem quidem qui venerāt redire p̄cepit Helchiā vero & Ismaelem ob fidum loco retinuit. ¶ Rex igitur hęc agnoscens pontificatū dedit Ioseph filio Symonis pontificis q cognomen habebat Gaddis. ¶ Porro Cęsar misit Albinum iu iudeam prefectū mortem festi cognoscens. ¶ Rex aūt denuo Ioseph quidem pontificatu priuauit & Anani filio qui & ipse Ananus vocabatur eius successionem dedit. ¶ Hunc etenim Ananū seniorem dicūt fuisse fœlicissimū. Filios namq; habuit qui omnes dei pontificatu sunt functi dum & ipse primitus hunc honorem plurimis tēporibus habuisset:quod nulli pōtificum apud nos pręuenisse dignoscitur. ¶ Ananus aūt iunior cū pontificatum suscepisset erat vehemēter asperrimus & audax secta saceus.qui circa iudicia sunt vltra omnes iudeos valde crudeles:sicuti iam declarauimus. Cum ergo huius sectę Ananus esset credēs se inuenisse tempus oportunū festo mortuo & Albino in itinere constituto consiliū fecit iudicum:& quosdam deducēs ad semetipsum inter quos & fratrem Iesu qui dicif christus nomine Iacobum quasi cōtra legē agentes accusans tradidit lapidandos. Qui autē videbātur esse moderatissimi ciuitatis & circa legis integritatē habere sollicitudinē grauiter hoc tulere miseruntq; latēter ad regem rogantes eū vt scriberet Anano ne talia perpetraret cū neq; prius recte fecisset. Quidam vero eorū etiā albino occurrerunt ab Alexandria venienti:eūq; docuerunt quia non licet Anano pręter illius voluntatem cōgregare consilium. Albinus autem eorum sermonibus flexus cum iracundia scripsit Anano intermi natus eum pœnas exsoluere. Quapropter & rex sublato ei pontificatu/quem tribus habuerat mensibus Iesum Damei filium in eius loco constituit.

Iudei parietem excelsū triclinij regalis & occidētalis porticus aspectū auferēs cōstruxerūt vñ rex indignatus & festus eis opus p̄cepit destruere.

Ioseph Ismahele manēte eum helchia obside sacerdos instituitur.

Ioseph a sacerdotio priuato Ananus iunior subrogatur.

Ananus iacobum frēm iesu xp̄i & aliquos tradidit lapidādos qđ grauiter alij ferentes accusauerūt eū Albio & regi q eum de sacerdotio deposuit subrogato iesu damei filio.

¶ Albinus siccariorū plurimos occidit Ananus vero fauorem populi habens Albinū & pontificem muneribus placans violēter a sacerdotibus eius famuli decimas rapiebāt vnde sacerdotes egestate deficiebant Sicarij vero noctu ciuitatem ingredientes scribam magistratus Eleazari filiū alligātes eduxerunt promittentes illum remissuros si Albinus decem viros quos vinctos habebat Ananię medio exsolueret. Cęsarea vero Philippi Neronia est appellata vnde odium aduersus Agrippam ortum est quia extraneam ornaret ciuitatem Iesus autem Gamalielis filius priuato Damei filio sacerdotium accepit vnde seditio inter alterutros orta est Custobarus quoq; & saul cū Anano maximā populo faciebant violentiam Albinus quoq; cognito qa florus successor fuisset directus carcerem a noxijs purgauit & prouinciā impleuit latronibus Leuitę autē hymnidici a rege petentes vt linea vtanf veste obtinuerūt. Oīa quoq; tunc paternis legibus cōtraria agebanf.

¶ Capitulum.viij.

Vmq; Albinus in Hierosolimitarū venisset vrbem omni prouidentia nisus est vt prouincia pacem haberet & ideo Siccariorū plurimos interemit. ¶ Pontifex igitur Ananias al's Ananus per singulos dies ad meliorem gloriam cōscendebat & fauorē ciuium habebat pariter & honorē. Erat em̄ locuples & quotidie albinū atq; pontificē muneribus cōplacabat. Habuit aūt famulos valde laboriosos qui cū procacibus viris conuersati pergētes ad areas sacerdotū decadas alias decimas accipiebant vim facientes.& nō abstinentes a cede nō dantiū. Sed etiā alij pontifices similia seruorum illius peragebāt cū nullus vtiq; prohiberet. Quapropter sacerdotes qui olim ex decadis al's decimis alebanf:tūc inopię necessitate afficiebanf al's deficiebāt. ¶ Rursus igif siccarij festiuitatis tp̄e noctu ciuitatē ingrediētes cōpręhenderūt vnum scribā magistratus eleazari filium ananię pontificis & alligātes eduxerunt e ciuitate. Deinde mittētes ad ananiā dixerunt ita se scribam remissuros ad eū si albino suaderet vt decem viros quos ex eis cœperat & victos habebat exsolueret Ananias autem propter necessitatē albino vt hoc faceret suasit quod opus maximorū malorum fuit initiū. Latrones namq; semper moliebanf vt aliquos famulorū caperent ananię quos non aliter nisi quosdam siccariorum reciperent dimittebāt. Cumq; numerus iterū accreuisset capta fiducia rursus p̄uinciā affligebant. ¶ Hoc itaq; tempore rex agrippa philippi cæsaream amplius fabricatā ad honorē neronis.neroniā alias neroniada appellauit & Berythijs theatrū pecunijs multis instructū annalibns spectaculis condonauit innumeras illic expensas efficiens. Frumenta nāq; populo copiosa & oleum: opulenter tribuit & omnem pariter ciuitatem statuarum pulchritudine: & antiquorū imaginibus ex

Albinus siccariorū plurimos interemit.

Siccarij noctu ciuitatē īgrediētes scribā magistratus Eleazari filiū alligātes eduxerūt p̄mittētes illū remissuros si Albinus decē viros quos victos habebat Ananiæ medio exsolueret&c.

Iesus Gamaliełis filius priuato Damei filio sacerdotiū accepit vñ seditio inter alterutros

Albinus(cognito q3 florus successor fuisset directus)carcerē a noxijs purgauit & ꝓuīciam latronibus impleuit.

Oīa cōtraria pr̄nis legibus agebantur.

Porticū orientalem ꝑsuaserunt regi altius eleuari.

Rex porticū eleuari negauit sed ciuitatē lapide albo sterni cōcessit.

ornauit:& pœne oē decus regium ibi migrauit. Quapropter crescebat aduersus eū odium subiectorū eo ꝙ illorꝫ pompā auferēs ornaret extraneam ciuitatē. ¶ Iesus autē gamalielis filius a rege successionē pōtificatus accepit iesu damei honore priuato & ꝓpterea seditio inter alterutros orta est. Faciātes etenim collectionē prauorum hominū frequenter vsqꝫ ad lapides(blasphemijs pręcedētibus) inciderunt. Ananias autem pręcellebat eos quando diuitijs suis paratos accipere pecunias redimebat. Custobarus enī & saul maximā ei multitudinē cōgregabant cū essent genere regio & propter agrippę cognationem populi fauorē haberent violenter scilicet iura & res infirmorū deripere parati. Ex quo pręcipue contigit nostram ciuitatem languere magis cum vtiq; res eius peiora proueheretur. ¶ Albinus itaq;(cum audisset sibi successorem cestium florum fuisse directum, volens aliquid hierosolimitis pręstare producens vinctos(qui erant indubitanter more digni)eos pręcepit occidi. Alios autem (qui ex parua querela tenebantur in carcere pecunijs sumptis abire pręcepit. Et ita gestum est vt carcer quidem purgaretꝛ a noxijs sed prouincia latronibus impleretur. ¶ Interea ex tribu leui quicunq; erant hymnorū dictores persuaserunt regi vt facto consilio eis concederet quatenus stola linea ꝓxime sacerdotibus vterentꝛ eius regnū decere dicentes vt memoriā de nouitate introducta perciperet. Quod petentes impetrauerunt. Rex etenim cum voluntate eorum qui concilio pręsidebant hymnidicis hoc concessit vt posita veste prima linea sicut voluerant vterentur. ¶ Omniaq; contraria paternis legibus agebantur quibus sprętis nō poterant pœne non solui. ¶ Igitur cum iam tunc etiam templum videretur esse perfectum & ciues conspicerent artifices vltra decem & octo milia vacantes operibus & labore indigentes vnde mercedes acciperent quibus scilicet ex opere templi alimenta ministrabantur pecuniasq; repositas propter timorem romanorum habere non valerent:tunc habito consilio vt cura haberetur artificum & eis potius liceret expendi thesauros quando si vna hora quilibet operaretur mercedes acciperet:regi persuaserunt vt orientalem Porticum altius eleuaret. Erat autem hęc porticus in exteriori templo posita in conualle profunda quadringētorū cubitorum parietes habens ex lapide quadrato alboq; cōstructos. Singulorum enim lapidum longitudo erat cubitorum viginti altitudo vero sex. opus Salomonis regis qui primitus templū omne cōstruxit. ¶ Rex autē dum ei a Claudio templi fuisset cura cōmissa, iudicans quia omnis operis destructio quidem esset facilis īstructio vero difficilis: & pręcipue ad hanc porticū & tēpore & copiosis pecunijs opus esset hoc quidem supplicantibus fieri denegauit: ciuitatē vero sterni albo lapide nō prohibuit. ¶ Iesu autē Gamalielis pontificatu priuato dedit hunc honorem Mathię Theophili sub cuius pontificatu & bellū Romanorum contra iudeos sumpsit initium.

¶ Cathalogus pontificum & Epylogus eorum vsq; ad belli finem quorum Aaron primus ex cuius sanguine descendētibus soli sacerdotiū debebatur & ab eo vsq; ad Finasū octogita tres ex quibus in deserto vsq; ad constructionem templi tredecim per totā vitam tenētes honorē postea vero viuentibus facta est successio Rei em̄ publice varia fuit gubernatio primo sub populi ptāte/secūdo sub vnius principatu/& tertio sub regibus. Ab exitu de Egypto vsq; ad templi constructionem anni sexcenti & tredecim sub.xiij.pontificibus. A Salomone vsq; ad captiuitatem Babilonicam anni trecenti sexaginta sex menses sex & dies viginti sub octodecim pontificibus. A liberatione captiuitatis permittēte Cyro vsq; ad Anthiochum Eupatorem sub sedecim pontifiribus anni.ccccxiiij. Anthiocus autem & Lysias Oniam deponentes sacerdotiū primo turbauerunt. Ioachim mortuo ciuitas septem annis fuit sine pōtifice. Herodes vero suscepto regno ignobilibus sacerdotalē tribuit honorem. Archelaus quoq; nullum de Assamonei genere sacerdotem fecit similiter nec romani pōtifices ab Herode vsq; ad destrnctionē Hierusalem per Tytum fuerūt.xxix.& anni centum & septem. Cestius quoq; florus Albino successit qui vxoris malignitate sacerdotalis dignitatis adeptus insulas iudeis crudelis fuit & Auarus hij enim propter latrones solemnitates omittebant fugientes ipsos ētiam Flori crudelitas & malicia bellum contra romanos coegit assumere.

¶ Capitulum nonum.

¶ Cathalogus oīm pōtificū & eorū epylogus vsq; belli finē

Pōtifices ab aarō vsq; ad Finasum octoginta tres.

De cessarium itaq; credo & historię pręsenti cōueniens narrare de pontificibus quō inchoauerūt & quibus fungi hoc honore permissum est:& quāti fuerūt vsq; ad belli finem. Primū itaq; omniū dicunt Aaron fratrem Moyseos pōtificatum suscepisse diuinū. Quo moriente successisse mox filios.& alijs eorum denuo liberis honorem vnius distributū Vnde legitimum est nullum posse pōtificatum percipere nisi de sanguine fuerit aaron. Ex alio namq; genere neq; si in regno constitutus sit pontificatū potest adipisci. ¶ Fuerunt itaq; omnes sicut diximus ab aaron primo vsq; ad Finasum qui belli tempore per discordiā pontifex ordinatus est numero octoginta & tres. Ex quibus in deserto temporibus moyseos consistente tabernaculo qđ moyses deo dicauit vsq; dum ad iudeam populus aduenisset vbi salomon rex deo edificauit templū pontificatū habuerunt vbi numero tredecim Primi namq; donec vitam morte finiret habebāt inerumpibiliter hunc honorem:postea

vero viuētibus successio pbebatur. Sed hi quidē tredeci Aaron existentes ex gñe per successionē sume bāt honorē. Fuit aūt hebręorū respublica primo quidē sub populi ptāte post hoc aūt sub vnius prin cipatu sita:tertio vero sub regibus. ¶ Tps ergo quo isti tredecim habuerūt principatū a die qua ęgy ptū patres nri Moyse duce reliquerūt vsq; ad edificationē tēpli quod Salomō rex hierosolimorū in vrbe cōstruxit:fuit annorū duodecim & secento. ¶ Post illos itaq; tredecim pōtifices decem & octo alij hanc renuere ptātem a Salomonis regis tēporibus hierosolymis sibi succedētes vsq; ad aduentū Nabugodonor Babiloniorū regis qui castrametatus aduersus vrbē tēplū quidā cōcremauit gentē ve ro nostram in Babilonē migrauit.ad pontificē Iosadach alias Iosedech captiuū duxit. Tēpus eñ pō tificatus horū trecētorū sexagintasex fuit annorū/mensiū sex dierū viginti:cū vtiq; iā essent iudei sub regibus cōstituti. ¶ Post tps aūt annorū septuaginta captiuitatis geste p Babilonios Cyrus rex psarū dimisit ex Babilonia iudeos ad propriā remeare terrā atq; cōcessit templū edificari captiuis. His ita q; remeātibus Iyson pōtificatū sumpsit & ex eius genere alij quidecim vsq; ad tēpus regis Anthiochi qui vocabatur Eupator hūc habuere pręsulatū. Cōuersabantur aūt populari ptāte annis quadringentis quatuordeci. ¶ Primusq; anthiochus quē pdiximus & priceps militię eius Lysias Oniā cui erat Me nelaus cognomentū pōtificatu deposuerūt perimētes eū in Beroea.& cōstituerūt pōtificē Ioachī ex gñe quidē aaron nō aūt ex ista domo. Propterea & Onias defuncti fratruelis & nomē referēs pris ve niēs in ęgyptū Ptolomei Philometoris amicus effectus & cleopatrę eius vxoris suasit eis vt scdm he lipoliticā legē deo cōstruerēt tēplū hierosolimitano sile & eū pontificē ordinarēt. Sed de tēplo quidē apd ęgyptū edificato sepius declarauimus. ¶ Ioachī vero cū tribus annis habuisset pōtificatū defun ctus est Cui successit nemo: sed p annos septē ciuitas fuit sine pontifice. ¶ Rursus aūt descendentes ex genere filiorū assamonei cōmissa sibimet potestate:gētis sumentes aduersus macedones bellū: Io natham septē annis constituere pōtificem. Quo per insidias moriente dolo triphonis sicut superius iam quodā loco narrauimus accepit honorē hunc symon germanus eius. Huic quoq; per dolū gene ri in cōuiuio morienti:filius successit hyrcanus. Qui cū tenuisset pōtificatum annis triginta & vno in senectute moriens cū & pōtificatū tenuisset & regnum. Quo defuncto Aristobolus eius maior filius ei successit qui primus sibi dyadema iposuit ac post annū moritur & hęredē fratrem reliquit alexan drum. Alexāder autē cum & regnasset & sacerdotiū tenuisset annis vigintiseptē vita priuatus est ale xandrę cōiugi precipiēs pōtificem ordinare. Quę pontificatū quidem hyrcano filio suo dedit regnū vero ipsa retinens annis nouē defuncta est. Cuius filius hyrcanus pet tempus pōtificatum obtinuit. Post mortē namq; alexandrę dimicauit aduersus eum aristobolus frater & dum vicisset illum quidē pontificatu remouit:ipse vero regnum obtinuit & dei pontifex fuit. Huius anno tertio regni mense si militer tertio veniens pompeius & hierosolimitarū ciuitatem forti dimcatione deuincēs ipsum quidē romam cū filijs vinctū misit:hyrcanū vero denuo in pōtificatū restituit. Quē gentis quidē pręsidatū habere pmisit diademate vero vti phibuit. ¶ Habuit aūt hyrcanus hanc potestatē sup nouē priores alios ānos viginti tres. Barzafanis aūt & pacorus pthie potētes trāseūtes eufratē & pugnātes aduersus hyrcanū ipsū quidē ceperūt aristoboli vero filiū antigonū cōstituere regē. Qui dū tribus ānis & mēsi bus totidē regnū tenuisset Sosius & hęrodes obsederūt eū antonius vero deductū antiochiā trucida uit. ¶ Hęrodes vero cōmisso sibimet regno a romanis nequaq̄ cōstituit ex genere assamonei pontifi ces:sed quibusdā ignobilibus & qui solūmō de sacerdotibus essent pter aristobolū tribuit hūc hono rē. ¶ Aristobolū nāq; filiū hircani qui a parthis captus fuerat pōtificē cōstituēs sororē eius mariannē duxit vxorē. Ob quā fauorē populi sibimet collocauit:propter hyrcani memoriā. Deinde metuēs ne cūcti ad aristobolū declinarēt eū in hierico suffocari dolo machinatus cū nataret sicut iā declaraui mus. ¶ Post hunc aūt nequaq̄ alicui ex genere assamonei pōtificatus tribuit potestatē. Similia quoq; gessit in cōstitutione sacerdotū archelaus hęrodis filius pariter & romani postea super iudeos obtinē tes imperiū. Sūt ergo viri qui ab hęrodis tēporibus pōtificatū habuerūt vsq; ad diē qua titus tēplum & ciuitatē capiēs cōcremauit cūcti simul viginti nouē. Tēpus aūt horū āni sūt centū & septē. Quorū quidā cōuersati sūt sub hęrodis regno & filij eius archelai post horū vero mortē ppli potestate cūcta regebantur pręsulatū tñ gentis pōtifices obtinebāt. Hęc aūt de pōtificibus dicta sufficiāt ¶ Cestius itaq; florus missus a nerone successor albino plurimis malis iudeos attriuit. Erat nāq; genere dazoni us habuit aūt vxorē cleopatrā nomie. Quę dū esset amica pōpeie neronis vxoris & malignitati mari ti nō minor p eā vir eius ifulas huius dignitatis adeptus est. Sic aūt florus circa potestatem malignus fuit & violētus vt pro magnitudine malorū eius albinū quasi beneficij largitorē iudei laudarent. Ille nāq; malignitatē celabat & ne pœnitus depręhēderetur a turba quodāmō puidebat. Cestius aūt florus quasi ad docēdā nequitiā missus iniquitates suas in gētē nostrā aperta malignitate pōpabat neq; dire ptioni parcēs neq; modū iniusti supplicij derelinquēs. Erat eñ inflexibilis ad miserandū & oībus lu

Reipublicę hebreorū varia gubernatio / pmo sub ppli ptāte scdo sub vnius principatu / tertio sub regibus.

A liberatiōe captiuitatis pmittēte Cyro tēplū edificare vsq; ad āthiocū Eupatorē sub.xvi. pōtificibus āni cccccxiiij.

Onias ī ęgypto tēplū cōstrui simile hierosolymitano fecit.

Ioachī mortuo ciuitas septē ānis fuit sine pōtifice.

Hęrodes suscepto regno ignobilibus sacerdotalē tribuit honorem.

Archelaus nullū de genere assamonei sacerdotem fecit sed nec romani pōtifices ab herode vsq; ad destructionē hierusalē p titū.xxix.& anni.cvij.

Florus ifulas sacerdotalis dignitatis p vxorē adeptus malignus fuit iudeis & violētus.

cris Auarus: qui etiã in latronũ direptionem cõmunicabat. Sine timore nr̃ q; multi ad hoc accedebãt cum illius ꝓmissione de sua salute minime cogitarent quod opus non erat mediocriter cõdolendum. ¶ Quapropter infœlices iudei cũ non valerẽt vastationes sustinere latronũ cogebãtur a ꝓprijs solẽnitatibus recedẽtes cuncti diffugere vt melius vbicũq; liceret apud alienigenas habitarent. ¶ Florus igitur fuit qui nos cõtra romanos bellum fecit assumere melius iudicans citius q̃ paulatim & per tẽpora nos perire. Initiũ quippe sumpsit hoc prẹliũ secundo quidẽ anno amministrationis Flori duodecimo aũt Neronis imperij. Sed ea quidẽ quẹcũq; aut facere coacti sumus aut pati perfecte scire potuerunt qui legere voluerint libros a me de iudaica dimicatione conscriptos. Hic igitur ponam terminũ antiquitatis historiẹ postq̃ etiam bellum cœpi conscribere.

Iudei pp latrones solẽnitates omittebãt fugientes.

Malicia Flori coegit iudeos bellũ cõtra Romanos assumere.

¶ Recapitulatio totius operis.

Epylogus cõtẽtorũ in viginti libris de antiquitatibus iudeoꝝ

Continet autem hoc opus a prima hominis natiuitate traditionẽ vsq; ad decimũ annũ Neronis imperij. Ea siquidẽ quẹ nobis iudeis prouenerũt in ẹgyptum & syriam palestinam & quẹcunq; perpessi sumus ab assyrijs & a babilonijs vel circa nos Persæ seu Macedones egerunt & post eos romani: sicut reor sunti cũ integritate composita. Nisus sum etiam descriptionem pontificũ conseruare: qui per annorũ duo milia sunt constituti. Cõscripsi etiam sine errore successiões regum actus eorum & cõuersationes annũcians & monarcharũ potestates enarrans sicut ex sacris libris ex rebus omnibus descriptio continet̃. Hoc eñ in pricipio historiẹ me facere compromisi. Dico siquidẽ cũ fiducia (opere iam pfecto) quia nullus alter (licet volũtatẽ habuerit) neq; iudeus neq; alienigena: potuit hoc negocium grẹcis ita subtiliter explanare. Habens enim indubitanter a cõgẽtilibus meis maximam eruditionẽ nostrẹ prouinciẹ: etiam grẹcas studui litteras adipisci. Artis namq; grãmaticẹ experimentũ sumpsi. Integritatem vero prolationis verborum possidere me paterna cõsuetudo prohibuit. quippe cũ apud nos nõ recipiant eos qui elocutionem multarũ gentium didicisse noscnnt: eo ꝙ cõmune putent hoc officiũ non liberis tantũmodo sed etiã volentibus seruis. Sapiẽtiam vero illos testãtur habere tantũmodo qui leges sub integritate cognoscunt & virtutem sanctarũ scripturarũ interprẹtari possunt. Propterea multis in hoc studio laborãtibus vix duo quidẽ aut tres adepti & laborũ fructum repẽte potiti sunt. Non erit forsan inuidiosum etiam de genere meo & vitẹ actibus postea breuiter enarrare. In his ergo dicere vlterius de antiquitate cessabo libris quidẽ exisientibus viginti: habentibus vero sexaginta milia versuum. Et si diuinitas concesserit per discursum commemorabo rursus & libelli & eorum quẹ ad prẹsentem diem quẹ est tertijdecimi quidẽ anni Domiciani Cẹsaris principatus michi a natiuitate quinquagesimi & sexti. ¶ Proposui vero vobis cõscribere etiam nr̃as idem iudeorũ sectas in quatuor libris de deo eiusq; substãtia & de legibus & cur secũdum eas illud facere permittimur aliud drohibemur.

Nullus hoc negocium potuit grẹcis conscribere.

Iosephus quinquagita sex habebat ãnos cũ hoc opus pfecit

¶ FINIS.

¶ Expliciunt Iosephi illustrissimi hystorici de Iudeorum antiquitate viginti libri. Ante hac quidẽ mendose Impressi ac in infinitis ferme locis corrupti: nuperrime vero per Eximium profundumq; sacrarum litterarum doctorem ac professorem magistrum Robertum Goullet: non sine multa lucubratione ingentiq; labore in pristinum nitorem restituti: expoliri pariter & castigati: ordinatimq; per capita diuisi adiectis singulorum capitum summarijs: necnon annotatiunculis in margine collocatis: lectoribus apprime cõducentibus: vna cum concordantijs non solum eorundem librorum sed etiam Bibliæ. Impressi inq̃ Parrhisijs per Anthoniũ Bõnemere impressorem. Anno domini Millesimo quingentesimo decimo nono.

Incipit Flauius Iosephus historicus illustrissimus de Iudaico bello per venerabilem Ruffinum presbiterum de greco in latinum traductus Antehac quidem mendose impressus ac in infinitis ferme locis deprauatus:nunc vero per grauissimum atq; profundissimum theologię doctorem necnõ professorem: magistrum Robertum Goullet:non sine multa lucubratione grandiq; labore in suum primum statum restitutus excultus & vbiq; emendatus adiectis singulorum capitum compendiosis argumentis: cum annotatiunculis perq̃ vtilibus in margine collocatis necnon cum concordantijs ad libros eiusdem Iosephi de antiquitatibus & ad Aegesippum christianum de Excidio Hierosolymitano.

PROLOGVS.

QVONIAM bellum quod cum populo Romano gessere iudei omniũ maximum quę nostra ętas vidit.queq; auditu percœpimus ciuitates cum ciuitatibus gentesue commisisse cum gentibus quidam non ꝙ rebus interfuerint. sed vana & incongrua narrãtium sermones auribus colligentes oratorum more perscribunt.qui vero presto fuerũt aut romanorũ obsequio:aut odio iudeorũ contra fidem rerũ falsa confirmant scriptis autẽ eorũ partim accusatio:partim laudatio concinetur nusq̃ vero exacta fides reperitur historię.Idcirco statui quę retro barbaris antea misi patria lingua digesta:greca nunc his qui Romano imperio reguntur exponere.Ego Iosephus Mathię alias mathatię filius hebręus/genere sacerdos ex hierosolimis.qui & initio cũ Romanis bello conflixi.postea gestis quia necessitas exegit interfui.Nam cum hic/vt dixi/motus grauissimus exortus:romanorum quidẽ populum domesticus morbus habebat.Iudeorum autem qui ętate validi & ingenio turbulenti erant.manu simul ac pecunia vigentes:adeo temporibus insolenter abusi sunt.Vt pro tumultus magnitudine hos possidendarũ spes illos amittendarum partium orientis mœtus inuaderet. Quoniam iudei quidem cunctos etiam/qui trans eufratem essent/gentiles suos secum rebellaturos esse crediderãt romanos autem & finitimi galathę irritabant.nec manus celtica quiescebat.dissensionumq; plena erant omnia post Neronem. Et multos quidem reges tempus adhortabatur:lucri autem cupidine pars militaris mutationem pręsentium desiderabat. Itaq; indignum esse duxi errantem in tantis rebus dissimulare veritatẽ: & parthos quidem ac babilonios arabumq; remotissimos & vltra eufratem gentis nostrę incolas itemq; adiabenos mea diligentia vere cognoscere vnde cepisset bellum:quantis cladibus constitisset.quoue modo desisset.Grecos vero & romanorum aliquos qui militiam secuti non essent figmentis siue adulationibus captos ista nescire:atq; hystorijs audent eos inscribere.Qui pręter hoc vt michi quidem videtur ꝙ nichil sanum referunt: etiam de proposito decidunt.Nam dum romanos magnos volunt ostendere:iudeorum rex extenuant & in humilitatem deijciunt. Non autem intelligo quonam pacto magni esse videantur qui parua superauerint.& neq; longi temporis eos pudet quo bellum tractũ: neq; multitudinis romanorum quam in ea militia labor exercuit.neq; ducum magnitudinis:quorum profecto gloria minuitur:si cum multum pro hierosolimis desudauerint rebus per eos gestis aliquid derogetur.Nec tamen ego contentione romanas res extollentium gentiles meos amplificare decreui:sed facta quidem vtrorumq; sine vllo mendacio prosequar: dicta vero de factis reponam: dolori atq; affectioni meę in deflendis patrię cladibus indulgens.Nam ꝙ domesticis dissensionibus euersa:& in tẽplum sacrosanctum inuitas romanorum manus atq; ignem iudeorum tyranni traxere:testis qui eam vastauit ipse cęsar titus per omne bellum miseratus quidem populum ꝙ a sediciosis custodiretur:sępe autem consulto differri passus ciuitatis excidium protracto obsidionis spacio:dum modo belli pœniteret auctores. Quod si quis me aduersus tyrannos eorumq; latrocinium accusatorie loqui putet. vel patrię miserijs ingementem calumniari pręter legem historię dolori veniam tribuat.Ex omnibus enim quę romano imperio parent:solam ciuitatem nostram contigit ad summum fœlicitatis gradum procedere:eandemq; ad vltimos casus deponi.Deniq; oĩm post condita secula res aduersas si cum iudeorum calamitatibus conferantur:superatum iri nõ ambigo. Et horum auctor nullus externus est. Vnde nec fieri potest vt a questibus temperetur. Si quis autem clarior misericordie fit iudex:rex quidem tribuat historię:lamenta vero scriptori.Quanq̃ merito grecorum disertos increpauerim:qui tãtis rebus sua memoria gestis quarum comparatione preterita olim bella exigua demõstrantur:iudices re

Iosephus iudeus genere sacerdos in initio belli contra Romanos conflixit.

Spes iudeis possidẽdarũ orientis partiũ & metus Romanis amittẽdarũ cã fuit Iudaici belli.

Adulatores quidã romanos volũt exaltare & iudeos deprimere

Sine mẽdacio pmittit vtrorũq; facta cõscribere

Fœlicissima primo hierl'm post ea miseria. &c.

sident aliorum facundię detrahentes. quorum & si doctrinam superant. voluntate vincuntur. Ipsi vero assyriorum & medorum gesta perscribunt veluti minus recte a scriptoribus antiquis fuerint exposita cum in scribendo tantum eorũ viribus cedant quantũ sententię. Erat enim vnicuiq; studiũ quę vidisset facta scribere: qm̃ & interfuisset rebus gestis: & efficaciter quod promittebat impleret: mentiriq; apud scientes inhonestum esse videretur. Enim vero noua quidem neq; ante cognita memorię tradere suisq; tẽporis res commendare posteris. Laude ac testimonio dignum est. Industrius autem habẽ non qui alienam dispositionem atq; ordinem transfert. sed qui noua dicendo etiam corpus proprium conficit historię. Sed ego quidem sumptu ac labore maximo qui essem alienigena, grecis & romanis gestarũ rerum memoriã repono. Ipsis autem indigenis ad quęstum quidem ac lites ora patent linguę quę solutę sunt ad historiam: in qua verum dicendum: summaq; ope negocia colligenda sunt obmutescunt concessa infirmioribus neq; scientibus licentia scribendi res a principibus gestas. ¶ Honoratur itaq; apud nos historię veritas quę a gręcis negligitur. Ab origine quidem iudeos repetere qui fuerint quoue pacto ab ęgyptijs discesserint: quasq; regiones errãdo peragrauerĩt: & quas vel quotiẽs incoluerint: & quemadmodum inde migrauerint neq; huius esse temporis & pręterea superuacuum existimaui: quoniam multi ante me iudeorum de maioribus huius gentis verissima composuerunt & nonnulli gręcorum quę illi scripserant patria voce prosecuti. non multũ a veritate deuiarunt. ¶ Exinde autem historię principium sumam: quo scriptores eorum & propheta nostri defierunt. Et bellũ quidem meis temporibus gestum latius quaq; potero diligentia referam. Quę vero etate mea sunt antiquiora summatim breuiterq; percurram quomodo anthiochus cognomento epiphanes deuictis penitus Hierosolimis cũ trienniũ sexq; menses eam tenuisset: ab Assamonei alias Asamonei filijs expulsus est. deinde ꝙ eorum posteri de regno dissentiẽtes ad res suas occupãdas populum romanũ pompeiumq; traxerunt: ꝙq; Herodes Antipatri filius eorum potẽtiam deposuerit auxilio sosij. Tum quomodo herode mortuo plebis in eos orta seditio est augusto quidem imperante romanis. Quintilio autem varo in locis degente: ꝙq; bellum anno duodecimo post imperium Neronis eruperit: quamq; multa per Sosium acciderint: quantaq; ad primos impetus armis iudei persuaserint quoq; modo accolas permunierint. Et ꝙ Nero propter Cestij alias Cessij peccata summe rei metuens Vespasianum Bello pręposuerit. & ꝙ is cum maximo filiorum iudeam intrauerit quantumq; romanorum exercitũ ducens. quantaq; manus auxiliorum per omnem cęsa fuerit galileam & ꝙ eius ciuitates quasdam victoria cœperit alias deditione vbi etiam romanorum in bello disciplinam curamq; rerũ & vtriusq; galileę spacia & naturam finesq; Iudeę necnon & peculiarem terrę ęqualitatem lacusq; & fontes capta rumq; ciuitatum mala cum fide sicut vidi aut pertuli expediam Nec enim miserias meas celauerim: cum eas scientibus relaturus sim. ¶ Deinde ꝙ iam fessis rebus iudeorum nero quidem morte obierit. Vespasianus autem in hierosolimam properans imperij causa retractus sit: queq; signa ei de hoc contigerint. romeq; mutationes: & ꝙ inuitus imperator a militibus declaratus sit. & ꝙ eo disponende rei publice gratia in ęgipto digresso. iudeorum status seditionibus agitatibus sit quoq; modo tyrãnis succubuerit. eorumq; inter se discordias: & ꝙ ex ęgipto tytus reuersus bis iudeorũ fines ingressus sit. quoq; modo exercitum & quo in loco congregauerit. vel qualiter & quotiens ciuitatem affecerit ipso pręsente seditio aggressus quoq; numerosos & quantos erexerit aggeres triumq; murorum ambitum & magnitudinem siue mensuram. & munitionem ciuitatis. & phani templiq; dispositionem. ad hęc arę spacium atq; mensuram verissime dicam. Festorum quoq; dierum mores aliquos septemq; lustrationes & munera sacerdotum. Itemq; pontificis vestes sanctaq; templi cuiusmodi fuerint. sine aliqua dissimulatione vel adiectione memorabo. ¶ Narrabo deinde tyrannorum in suos gentilium crudelitatem. romanorum in alienigenas humanitatem: quotiensq; titus ciuitatem simul ac templum seruare cupiens ad concordie fœdera dissidentes prouocauit. Discordiã vero populi vulnera & calamitates. ꝙq; multa mala nunc bello nunc seditionibus. nunc fame perpessi. postea capti sunt Nec ergo aut profugarum clades. aut captiuorum supplicia pretermittam vel quemadmodum templum inuito cęsare conflagrauerit. quaq; multę opes sacrę flamina raptę sint. ac totius quę reliqua erat ciuitatis excidiũ & quę pręcesserant portenta atq; prodigia. vel tyrannorum captiuitatem vel quę seruituti abducta est multitudinem aut cuiusquisq; fortunę sit distributus: & ꝙ romani quidem belli reliquias persecuti sunt in eorumq; munimina funditus eruerunt. Titus vero peragrato territorio cuncta restituit. eiusdẽq; reuersionem in italiam ac triumphum. ¶ Hęc omnia septem libris comprehensa pręscripsi: & neui tuperationes a rerum scientibus & qui bello interfuerunt sustineam: verum amantibus prout verius potui cuncta explicaui. Narrandi autem initium faciam: hoc ordine quo capitula sunt digesta.

Veritas historię a Gręcis neglecta a iudeis honoratur.

Modũ declarat auctor ꝓcedẽdi in pręsẽti opere Sũma tractãdorũ in hoc opere.

Epylogus dicẽdorum.

Septẽ libris peractũ opus de iudaico bello.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit Liber Primus.

¶ Contentione inter Iudeos orta multi eorum ad Anthiochum Epyphanem (relictis paternis legibus) confugerunt qui maximo cum exercitu veniens ciuitatem cœpit & militibus prędandi data licentia templum spoliauit & solemnitates per tres annos sexq; menses prohibuit vnde pontifex Onias ad Ptholomeum fugiens templum simile Hierosolymitano in ægypto edificauit Antiochus autem circuncisionem prohibens porcos fecit immolari. Matathias vero Asamonei filius & sacerdos Bachidem occidens fugit in montes sed inde multis sibi sociatis commisso prælio hostes superauit. Moriens autem Iudę filio principatum dedit qui Anthiochum vincens templum purgauit & noua vasa intulit. Mortuo quoq; Anthiocho filius eius Anthiochus odij hęres exercitum contra Iudeos parat Et eleazarus elephantem occidens sub ventre illius interijt Antiochus autem Hierusalem obsidens post paucos dies vtensilium pœnuria coactus recedit. Et iudas multis iterfectis hostibus occubuit & frater eius Iohannes.

Capitulum primum.

CVM POTENTES ALIAS gentes Iudeorum inter se dissiderent eo tempore quo de tota Syria cum Ptolomeo sexto Anthiochus (qui epyphanes dictus est) ambigebat. ¶ Erat autem illis contentio de potentia ꝙ honoratus quisq; grauiter ferret similibus subiugari. Onias quidem e pontificibus postq̃ pręualuit thobię filios expulit ciuitate. Illi autem supplices ad Anthiochum confugerunt: petentes vt semet ducibus in iudeam irrumperet: Idq; regi persuasum est: iampridem sic animato. Quare cum magnis militum copijs egressus & ciuitatem fortiter expugnatam capit. & maximam eorum multitudinem (quibus Ptolomeus carior erat) interfecit. ¶ Dataq; passim militibus prædandi licentia ipse & templum expoliauit: & quotidianæ religionis assiduitatem per annos tres sexq; menses inhibuit. ¶ Pontifex autem Onias effugit ad Ptolomeum acceptoq; ab eo in Hæliopotana regione solo ibi opidum condidit Hierosolymis simile: templumq; edificauit. De quibus iterum oportune referemus. Verumtamen neq; pręter spem deuicta ciuitas. neq; populatio: neq; tantę cędes Anthiocho satisfuerunt: sed intemperantia viciorum eorumq; memoria quę in obsidione pertulerat iudeos cogere cœpit vt abrogato more patrio nec infantes suos circuncidèrent porcosq; super aram immolarent. Quibus omnes aduersabantur optimus vero quisq; pręterea trucidabatur. Et Bachides pręsidijs ab Anthiocho prępositus: ad naturalem crudelitatem suam pręceptis impijs obsecundans omnem modum iniquitatis excessit: cum hic sigillatim viros honorabiles verberaret: communiter quotidie specie captę vrbis exhiberet: donec eos atrocitate incommodorum qui ea patiebantur ad vindictę audaciam irritauit. ¶ Deniq; Matathias Asamonei filius vnus ex sacerdotibus ex vico (cui nomen est Modin alias Moneir) cum manu domestica nã quinq; filios habebat: sic his armatus Bachidem occidit & statim quidem pręsidiorum multitudinem veritus in montes refugit. Multis vero ex populo sibi sociatis recepta fiducia descendit: commissoq; prælio superatos duces Anthiochi ex iudeę finibus exegit. Secundis autem rebus potentiam nactus suisq; nolentibus ꝙ eos ab alienigenis liberasset imperans: moritur relicto Iudę principatu: qui filiorum suorum natu maximus erat. ¶ Ille autem nec enim cessaturum existimabat Anthiochum & indigenarum conflabat exercitum: & cum romanis primus amicitiam pepigit Anthiochumq; epyphanem iterum in fines suos ingredientem vehementissima percussum plaga repręssit. Adhuc autem feruente victoria in pręsidia ciuitatis impetum fecit. necdum enim cęsa fuerant habitoq; conflictu milites de superiore ciuitate quę pars sancta dicitur ad inferiorem compellit. Phano autem potitus & locum purgauit omnemq; muro cinxit: & vasa noua diuinis rebus curandis fabricata in templum intulit veluti pro prioribus prophanatis aramq; aliam edificauit & religionibus dedit initium. ¶ Sacro autem ritu vix ciuitati reddito moritur quidem Anthiochus: regni autem eius in iudeos filius eius Anthiochus odijq; heres exigit. Quamobrem cõgregatis peditum militibus quĩquaginta equitum autem ad quinq; milia: octingentis vero elephantis per montana iudeę partes aggreditur. Et bethsuron alias bethsuram vel besferon quidem municipium capit: in loco vero cui betzacabrie alias bergazarie nomen est qua transitus erat angustior iudas cum suis copijs occurrit. Et priusq̃ congrederentur agmina eleazarus frater eius prospecto pręter alios excelso elephanto turriq; maxima & munimentis aureis ornato illuc Anthiochum esse ratus a suis procul excurrit: ruptaq; hostili acie ad elephantem vsq; peruenit. Sed illum quidem quem regem esse opinabatur contingere ꝙ multum supereminere minime potuit. Beluam vero in aluo percussam super se deposuit & obtritus interijt nulla re alia gesta nisi ꝙ magnum opus aggredi conatus post vitam gloriam habuit. Qui tamen regebat elephantum priuatus erat. Et si casu in eo fuisset anthiochus nichil plus eleazaro pręstitisset audacia ꝙ vt sola spe pręclari facinoris mortem videretur optasse. Hoc autem fratri eius etiam totius pręlij pręsagium fuit. Nam fortiter quidem Iudei diuq; decertarunt: sed a regijs secunda fortuna vsis numeroq;

Cõtẽtiõe iter iudeos orta multi ad ãtiochũ Epyphanem cõfugerũt relictis paternis legibus q maximo cũ exercitu veniens ciuitatem cœpit. &c Onias ad ptolomeũ fugiẽs templũ simile hierosolimitano ĩ ęgypto edificauit.

Crudelitas ãtiochi qui porcos ĩmolari iussit & circuncisionem prohibuit.

Matathias Asamonei filius sacerdos hñs quinq; filios bachidẽ occidẽs fugit in mõtes sed deiñ multis sibi sociatis cõmisso prælio hostes superauit & moriens iudę filio principatum reliquit.

Mortuo anthiocho rege filius eius Antiochus odij heres exercitum contra iudeos parat.

Eleazarus elephãtem occidẽs sub ipsius vẽtre interijt.

Antiochus hierusalē obsidet s; vtensilium poenuria disgredit.
Iudas m̄tis hostibus iterfectis occubuit & frat eius Iohannes.

prestantibus superati sunt: multisq; interfectis Iudas cum ceteris in Gosnilicam Topartiam refugit. ¶ Anthiochus autem ad Hierosolymam profectus ibiq; dies paucos commoratus vtensilium poenuria inde disgreditur: relicto quidem ibi presidio quantum satis esse arbitrabatur. Cetera vero multitudine ad hiemandum deducta in syriam. ¶ Discessu autem regis iudas non quiescebat sed accersione multorum sue gentis animatus aggregatis etiam quos ex prelio receperat apud vicum adasa cum Anthiochi ducibus congreditur factisq; fortibus in prelio cognitus. Multis hostibus interfectis occumbit. ¶ Et in diebus paucis frater eius iohannes occiditur. insidijs eorum captus qui cum Anthiocho sentiebant.

¶ Ionathas dux Iudeorum mortuo Iuda fratre Anthiocho reconciliatus dolose interficitur a Triphone Symon vero victoria potitus pontifex creatur liberans a mocedonum dominatione Iudeos. cvij. annis/ Sed generi sui insidijs in conuiuio occiditur. Qui captiuata vxore symonis cum duobus filijs tertium iuniorem filium iohannem qui hyrcanus dictus est voluit occidere. Sed ipse paternum honorem recipiens bellum contra Ptholomeum matri & fratribus auxilio futurus. Ptholomeus vero quotiens ab hyrcano premeretur matrem eius & fratres in murum productos verberabat & precipitare minabatur. vnde ad misericordiam commotus cessabat licet mater ipsa illum non parcere impio precaretur. Hyrcanus autem aperto Dauid sepulchro ablatis inde pecunijs Anthiochum iudeam vastantem placauit primusq; peregrinos aluit. Ciuitates quoq; Syrie bello inuadit Antiocho contra moedos bellante. Et contra Samariam mouet exercitum obsidioni prefectis filijs a quibus Antiochus victus fugit Samariaq; funditus diruta est. Inuidiam insuper gentilium contra hyrcanum & filios prosperitas rerum concitauit. Hyrcanus autem cuius virtutum maxima est laus anno principatus xxxiij. obijt quinq; post se relinquens filios.

Capitulum secundum.

Ionathas dux iudeorū mortuo iuda ātiocho reconciliatus dolose interficitur a triphone.

Symon potitus victoria pōtifex creatur liberās a Macedonū dominatione iudeos cētū & septē annis: & insidijs generi sui in cōuiuio occidit q capta cōiuge & duobus filijs tertium filiū iohannē qui hircanus dicebatur voluit occidere.

Pietas filij erga matrem.

Feriatus annus septimus apud Iudeos.

CVm autem successisset ei frater Ionathas: & in alijs que ad indigenas pertinerent cautius se se ageret suamq; potentiam romanorum amicitia corroboraret. Antiochi quidem filio reconciliatus: non tamen horum ei quicq̄ profuit ad periculum depellendum. Namq; Triphon tyrannus Anthiochi quidem tutor: sed insidijs eum captans & preter hoc amicis nudare cupiens ionathan cum ad Antiochum paucis comitatus Ptolomaida venisset dolo comprehēdit: eoq; vincto contra iudeam mouit exercitum. Vnde repulsus a Symone ionathe fratre: q2q; ab eo superatus esset iratus: eundem ionatham interfecit. ¶ Symon autem fortiter regendis rebus intētus. Zoaten quidē & iopam & iamnium capit. Euertit & Accharam subactisq; presidijs aduersus triphonem antiocho auxilium prebuit. quem Doris ante militiam quam in moedos habuit obsidebat. Sed regis auiditatem satiare non potuit: quamuis neci Triphonis suam quoq; operam adhibuisset. Non multo enim post antiochus cendebeum ex ducibus suis ad vastandam iudeam opprimendumq; seruitio symonem cum exercitu misit. Ille autē quanq̄ senior erat bellum tn̄ iuueniliter amministrabat & filios quidē suos cū validissimis premisit partem vero multitudinis comitatus alio latere aggreditur multisq; per multa loca insidijs etiam in mōtana dispositis in omnibus superat clarissimaq; potitus victoria pontifex declaratur: & centum septuaginta post ānos: iudeos liberata dominatione macedonū. Et hic autem moritur in conuiuio captus insidijs ptolomei generi sui: qui eius coniuge duobusq; filijs in custodiam conclusis certos misit vti iohannem tertium cui etiam hyrcanus fuit nomen interficerent. Cognito autem impetu qui parabatur adolescens ad ciuitatem properabat multo populo fretus & propter memoriam paterne virtutis: & quod iniquitas ptolomei cunctis esset inuisa. Voluit autē etiam Ptolomeus alia porta ciuitatem ingredi: sed a populo reiectus est qui maturius hyrcanum susceperat. & is quidem statim in quoddam vltra hierichonta castellum recessit quod dagon vocatur. Hyrcanus autem paternū honorem pontificis assecutus postq̄ deo sacrificia reddidit velociter ptolomeum petijt & matri simul & fratribus adiumento futurus: castellumq; agressus alijs quidem rebus superior erat iusto autem dolori cedebat. ¶ Ptolomeus enim quotiens premeretur matrem eius fratresq; in murum productos palam vt possent cōspici verberabat: eosdem precipitaturus nisi quā primum recederet minitabatur. Vnde hyrcanum quidem plus timor ac misericordia quam iracundia commouebatur. Mater vero eius nichil plagis aut intentata nece perterrita manus pretēdens filium precabatur: ne vel suis fractus iniurijs parceret impio. Siquidem ipsa sibi mortem a ptolomeo propositam immartalitate duceret meliorem: dummodo ille poenas eorum que in domum suam contra fas admisisset expenderet. Iohannes autem nunc obstinationem matris cogitans ac preces eius audiens ad irruendum impellebatur modo verberari eam lacerariq; conspiciens effeminabatur: totusq; plenus doloris erat. Ob hoc autem diu tracta obsidione: feriatus annus aduenit. Quem septimo quoq; orbe apud iudeos cessare moris est: exemplo septimorum dierum. Et in hoc ptholomeus obsidio-

nis requiem nactus (fratribus iohannis vna cum matre occisis) ad Zenonem confugit qui cotilla cognominatus est philadelph e tyrannum. Anthiochus autem ob ea quę per symonē passus fuerat iratus in iudeam ducit exercitum ibiq; assidens hierosolymis hyrcanum obsidebat. Ille autem patefacto sepulchro dauid qui regum ditissimus fuerat ablatisq; inde pecunię plusq̄ tribus militibus talentorum Anthiocho persuasit trecentis ei talentis datis ab obsidione discedere: primusq; iudeorum priuatis opibus alere peregrina auxilia cepit. ¶ Rursusq; tamen quando antiochus contra medos bello susce pto tempus ei vindictę prębuit: confestim aduersus ciuitates syrię perrexit vacuas pro pugnatoribus esse ratus. Quod erat verum Medabam quidem &.samagam cum proximis necnon & siccinam angarazin ipse caput & super his cuteorum genus & adiacentia phano loca incolentium exemplo eius qđ est in hierosolymis edificato. Capit autem idumeę quoq; non paucas alias ciuitates: & præterea Adoreon alias Adoreon & Maresan. ¶ In Samariam vero vsq; progressus vbi nūc est sebaste ciuitas ab herode rege condita ex omni ea parte concludit: filios quoq; suos Aristobolum & Antigonum obsidioni pręfecit. Quibus nichil remittentibus ad hoc famis qui erant intra ciuitatem veneruntvt etiam insuetam carnem attingere cogerentur. Igitur Anthiochum adiutorem sibi aduocant. spondium cognominatum Qui cum eis prompta voluntate paruisset: ab Aristobolo & Antigono superatur. Et ille quidem ad scitopolim vsq; sequentibus eum memoratis fratribus effugit. Hi vero in samariam reuersi & multitudinem iterum intra murum compellunt: & expugnata ciuitate ipsam diruunt: & habitatores eius captos abducunt. Prospere autem gestis ita cedentibus alacritatem refrigescere non sinebant. sed cum exercitu scitopolim vsq; progressi & ipsam peruaserunt & agros intra carmelum omnes inter se partiti sunt. ¶ Secundarum autem rerum Iohannis & filiorum eius inuidia seditionem gentiliū concitauit multiq; aduersus eos collecti nō quiescebat donec aperto bello deuicti sunt. Reliquum vero tempus Iohannes cum fortunatissime viueret optime rebus per annos triginta & tres administratis & quinq; relictis filijs moritur vir plane beatissimus & qui nullam dedisset occasionē cur eius causa de fortuna quispiam quęreretur. Deniq; tria vel maxime pręcipua solus habebat. Nam & gentis princeps & pontifex erat & preterea propheta. Cum quo deus ita colloquębaturvt futurorum pœnitus nichil ignoraret. Quin etiam de duobus maioribus filijs suis ꝙ rerum domini permansuri non essent ante vidit atq; prędixit. Quorum vitę qui fuerat exitus narrare non indignum videtur: quantumq; a paternę fœlicitate diuerterint.

> Hircanus aperto Dauidi sepulchro ablatis ide pecunijs anthiochū placauit & primus peregrinos aluit.
>
> Hircanus cōtrā Samariam filijs suis obsidio prę fectis.
>
> Antiochus ab aristobolo & Antigono victus fugit & ciuitas samaria diruitur a fratribus.
>
> Inuidia gentiliū contra Hyrcanum & filios ꝓ pace eorum.
>
> Hyrcani mors & laus.
>
> Hyrcanus princeps pontifex & propheta.

¶ Aristobolus patrę mortuo dyadema primus post captiuitatem accepit Antigonum fratrem pari honore honorans alijs fratribus cum matre vinctis Matre fame autem necata Antigonuʒ fratrem inuidorum accusatione consentiente regina dolose fecit interimi quem iudas esseus propheta prędixerat proxime moriturum Aristobolus quoq; celeris cogitatione sollicitus pertubato animo pro fratris & matris nece anno regni primo mortuus est quo mortuovxor eius fratrem eius Alexandrum dissolutis vinculis regem instituit qui fratrem suum regnum appetentem occidit & alterum priuata vita contentum secum habuit Prelium quoq; cum pthMolomeo latiro habuit a quo victus est: & ab Obedeo arabum rege.

Capitulum tertium

Patre namq; mortuo natu maior aristobolus translato in regnum principatu dyadema sibi primus imposuit: quadringentis & septuaginta quinq; annis ac tribus mensibus postq̄ populus in eam terram deuenit seruitio quod apud babilonios sustinuit liberatus Fratrem vero a se secundum Antigonum namq; illum diligere videbatur in honore pari ꝓducebat. Alios autem vinctos custodię tradidit matrem q; itidem colligauit. ausam aliquid de potestate contendere: namq; hanc rerum dominam Iohannes reliquerat: eoq; crudelitas processit: vt vinctam fame necaret. ¶ Horum autem facinorum pœnas antigonus fratris morte persoluit quem plurimum amabat: quemq; habebat regni participem. Nam & hunc interemit: adductus criminationibus & per maliuolos regni compositis. Itaq; primo quidem Aristobolus dictis fidem non habebat: qui & fratrem magnipenderet. & plerq; liuore fingi arbitraretur. Sed cum antigonus ex militia clarus redijsset festis diebus quos tabernaculis positis deo celebrare mos patrius exigebat: euenit eodem tempore vt aduersa valitudo Aristobolum corriperet. Antigonus vero circa festorum solemnium finem armatis comitatus templum ad orandum q̄ maxime petiuit plusq; vt in honore fratris ascenderet ornatus. Tumq; delatores nequissimi regem adeuntes & armatorum pompam & Antigoni arrogantiam priuata fortuna maiorem esse criminabantur: ꝙq; maxima caterua stipatus vt illum interficeret eo venisset. Nec enim perpeti honorem solum & regnum habere: cui regnum ipsum liceat obtinere. His paulatim quamuis inuitus: tamen credidit Aristobolus. Ac ne suspicari quicq̄ videretur prospiciens: & vt incerta præcaueret suos quidem Satellites in quendam sub terraneum & tenebrosum locum transire iubet: ipse autem iacebat in Castello Bari (post autem Antonia cognominato)

> Aristobolus p̄re mortuo dyademā primus accepit post captiuitatē ātigonū fratrē pari honore honorās alijs cū m̄re vinctis &c.
>
> M̄rem fame necauit Aristobolus & ātigonum fratrē iteremit ꝑ maliuolos falsos accusatum.
>
> Falsa iuidorum accusatio contra antigonum.
>
> Antonia turris añ baris vocata.

Regina cum insidiatoribus capit consilium.

& vt inermi quidem parcerent/ occiderent autem Antigonum pręcepit si cum armis adiret. Necnon & ipsi Antigono qui pręcederent misit vt inermis veniret. Ad hęc regina satis callidum cum insidiatoribus capit consilium. Namq; his qui ad eum missi fuerant persuadet vt mandata quidem regis taceant: dicant vero antigono ꝙ frater audisset arma sibi eum pulcherrima in galilea ornatumq; bellico sum fabricasse: quę ne sigillatim inspiceret morbum impedimento fuisse. Nunc autem pręsertim cum alio discessurus sit: libenter eum videret armatum. His auditis Antigonus ne quid enim mali suspicaretur fratris suadebat affectus cum armis velut ostensurus se veniens properabat. Sed vbi ad obscurum transitum qui stratonis turris vocabatur accessit a satellitibus interemptus est: certumq; documētum prębuit, omnem beniuolentiam, iusq; nature criminatoribus cedere: nullamq; optimarum rerum affectionem tantum valere, vt inuidię perpetuo possit obsistere.

Dolosus antigoni interitus.

Iudas esseus ꝓpheta antigonū prędixit proxime moriturum.

❡ In hoc etiam Iudam quis recte miretur. Esseus erat genere: qui nunq̄ diuinando peccauit, neq; mentitus est: is itaq; Antigono transeunte per templum mox vt eum vidit, ad notos qui aderant exclamauit. Non paucos autem papas discipulos siue consultores habebat. Nunc michi pulchrum est mori quando ante me veritas interijt: mearumq; prędictionum aliquod mendacium deprehensum est. Viuit enim Antigonus iste: qui hodie deberet occidi. Locus autem neci eius apud stratonis pirgum alias turrim fato fuerat destinatus. Et illi quidem sexcentorum ab hinc stadiorum interuallo distat: horę vero diei sunt quatuor sed vaticinationem tempus effugit. Hęc locutus senior mesto vultu & mente sollicita secum multum reputabat, & paulopost interfectus Antigonus nunciatur in loco subterraneo qui eodem nomine quo maritima Cęsarea stratonis pirgus alias turris appellabatur. Et hoc fuit quod vatem fefellit.

Cā deceptionis ꝓphetę similitudo vocabulorū.

Diuina aristoboli punitio.

❡ At vero aristobolo confestim sceleris penitudine morbus ingrauescit semperq; facinoris cogitatione sollicitus perturbat animo tabescebat donec mœroris acerbitate visceribus laceratis subito sanguinem vomeret. ❡ Hunc autem vnus ex seruulis eius ministerio destinatus foras efferens prouidentia diuinitatis errauit & vbi antigonus erat occisus super extantes adhuc cedis maculas cruorem interfectoris effudit. Vlulatu autem continuo sublato qui puerum tanq̄ de industria sanguinem libasse conspexerant clamor ad regis aures peruenit: causamq; requirebat. Et cum eam nullus prodere auderet: ad resciendū magis ardebat. Ad extremum autem minitanti vimq; adhibenti: verum quod erat indicauerunt. Atq; ille cum lachrimis opplesset oculos quantumq; poterat ingemuisset: hec dixit. Sperandum certe nō erat vt maximum dei lumen facta mea nefaria laterent. Nam cito me vltrix cognate cedis iusticia persequitur. Quatenus o corpus improbum fratri matriq; damnatam animam detinebis. Quamdiu paulatim libabo illis sanguinem meum. Simul totum accipiant: neq; iam meorum viscerum infernis fortuna derideat. His dictis illico moritur: cum non plus anno regnasset.

Penitentia Aristoboli sup nece fratris & matris & eius mors anno regni primo

Vxor vero fratrem eius (vinculis dissolutis) regem constituit Alexandrum qui etate maior erat & modestia pręstare videbatur. Sed ille potestatem adeptus fratrem quidem alterum regna appetentem occidit: alterum autem priuata vita contentum ablatis rebus secum habebat. ❡ Pręlium etiam cum ptolomeo cognomēto latiro committit qui opidum achoim cœperat & multos quidem peremit hostium: sed victoria in ptolomei parte propensior fuit. Postea vero q̄ iste pulsus a matre cleopatra discessit in ęgyptum & gaddaram capit obsidione alexander & castellum amatuntis omnium maximum quę trans iordanem sita erant vbi pręciosissima quęq; bonorum theodori filij zenonis habebantur. ❡ Repente hęc theodorus aggressus & propria recepit & sarcinas regis aufert iudeorumq; fere milia decem interfecit. Verum hoc vulnere superior fit alexander, conuersusq; ad maritimas regiones & Raphiam capit & Gazam: itemq; accedonem: quę post a rege herode agrippias nominata est. His autem seruitio domitis: cōcitatur in eum festo die populus iudeorum. Nam plerumq; epulę seditiones accendunt, nec videbatur insidias posse comprimere: nisi peregrinos haberet auxilio. Pisidas & cilicas: syros mercennarios respuebat: propter ingenitam cum iudeorum gente discordiam Cęsis autem supra q̄ octo milibus ex turba rebellium: arabię manus attulit: ibiq; sadamitis sub iugo missis, tributoq; eis imposito ad amachunta regressus est. Cumq; theodorum metus secundis eius successibus pertulisset castellum sine pręsidio repertum funditus eruit.

Alexander prelium cum ptolomeo latiro.

Gaddara.

Amathus.

Decem milia iudeorum, occisa.

Agrippias citas

Nota.

❡ Mox autem congressus cum Obedeo rege arabum qui locum fraudi opportunum in galensi regione pręuenerat captus insidijs totum amittit exercitum in vallem altissimam compulsum atq; obtritum multitudine camelorum.

Obedeus rex arabię vincit alexandrum.

❡ Maximum Iudeorum contra alexandrum odium quorum sex annis quinquaginta milia occidit quiq; Demetrium petunt contra eum auxiliatorem a quo victus est alexander sed eius crudelitas ad impietatem procedens octingentos captiuos crucifigi fecit & mulieres earumq; filios in conspectu matrum necauit. Anthiochus vero cum alexandro ipso a domesticis prelijs cessante bellum gessit quem vicit alexander qui post belli requiem morbo correptus anno regni sui, xxxvij, moritur regnum alexandrę vxori relinquens.

Capitulum quartum

IPse vero lapsus in Hierosolymam.olim sibi gentem infensam ad nouarum rerum motus magnitudine cladis accendit. Fit autem etiam tunc superior crebrisq; pręsidijs non minus quinquaginta milibus iudeorum per sex annos interfecit. Nequaq̃ tamen victorijs letabatur:quoniam regni sui vires consumeret. Vnde armis omissis sermone placido cum subiectis redire in gratiam conabatur. Illi autem inconstantiam eius morumq; varietatem in tantum oderant: vt percunctanti causam quonam pacto eos sedare posset. dicerent si moreretur. Nam vix etiam mortuo daturos veniam qui multa scelerate fecisset. ¶ Simul autem demetrij auxilium cui cognomentum accero fuit accersiunt. Qui cum his maiorum pręmiorum spe facile paruisset. venissetq; cũ exercitu miscentur auxilijs iudei circa siccimam. Vtrosq; tamen alexãder mille quidem equitibus sex autem peditum mercennariorum milibus excepit cum haberet ex iudeis quoq; ad decem prope milia bene sibi cupientium aduerse autem partis essent equitum tria milia peditumq; milia quadraginta. Et priusq̃ veniretur in manus intercedentibus nuncijs & pręconibus regis transfugia tentabant:demetrius quidem alexandri mercennarios alexander autem iudeos qui demetrium sequerentur obtẽperaturos sibi sperantes. Sed cum neq; iudei sacramenta neq; fidem gręci contemnerent:armis iam cominus decernebant. Superatq; prelium demetrius q̃uis alexandri mercennarij virtutem suam multis & animi & manus operibus demonstrassent. ¶ Finis autem pugnę pręter spem cedit vtrimq;. Nam neq; vincentem demetrium qui eius auxilium petierant expectare voluerunt:& immutate fortunę misericordia sex iudeorum milia se ad alexandrum qui in montes effugerat contulerunt. Huius inclinationis momentum demetrius ferre non potuit sed alexandrum iam quidem collectis viribus bello ydoneum esse ratus omnem vero gentem ad eum commeare estimans mox inde digressus est non tamen reliqua multitudo ob abscessum auxiliorum simultates deposuit. Bello tamen assiduo tã diu cum alexandro decertabat:donec plerisq; interfectis ceteros in mensilim alias mesalim ciuitatem coegit. Eaq; vastata:in hierosolymam captiuos adduxit. Verum immoderata fecit iracundia: vt crudelitas eius ad impietatem vsq; procederet. Octingentis enim captiuorum in media ciuitate cruci suffixis:mulieres earumq; filios in conspectu matrum necauit atq; hęc potans & cum suis concubinis recubans prospectabat. Tantus autem populum terror inuasit:vt etiam diuerse partis studiosi proxima nocte octo milia hominum extra totam iudeam profugerint quorum exulum mors Alexandri finis fuit qui cum eiusmodi factis tandem ęgreq; regno ocium quęsisset ab armis requieuit. Rursus autem fit ei turbarum initium antiochus qui etiam dyonisius dictus est: demetrij quidem frater sed eorum nouissimus qui seleucum generis auctorem haberent. Hunc enim timens arabas paratum bello pulsare:totum quidem super antipatrida montibus proximum & inter Iopes littora spacium fossa & altissimo vallo dirimit. Ante fossam vero murum edificauit excelsum:turresq; ligneas vt faciles aditus ob strueret fabricauit nec tamen antiochum arcere valuit. Exustis enim turribus fossisq; repletis cũ suis copijs transgressus est Vindictaq; post habita qua deberet eum a quo prohibitus erat vlcisci:protinus contendit in arabas. Horum autem rex in locis suę nationis commodioribus agens ad pugnam deinde ioppam cum equitatu reuersus habebat autem numerum decem millium in bella pręparatos ex improuiso anthiochi milites inuadit. Horum autem prelio depugnato quamdiu quidem superabat antiochus durabat eius exercitus q̃uis eam passim arabes trucidarent. Vbi vero procubuit succurrendo enim victis semper in periculis aderat:omnes terga verterunt maximaq; pars eorum tum in acie tum in fuga consumitur. Reliquos autem in vicum anna delapsos. alimentorum pœnuria perire contigit preter paucos. Huic Damasceni Ptolomeo Mennee filio infensi Aretham sibi sociam: syrieq; choeles regem constituunt. Qui bello illato iudeę. postq̃ pugna vicit Alexandrum pactione discessit. Alexander autem pella capta geras petiuit. Rursus opum theodori cupidus. triplici ambitu circumdatis defensoribus:locum pugnando cœpit. Necnõ & Gaulonem & Seleuciam quę Antiochi Phananem alias Pheranex dicitur sub iugum mittit. Ad hęc autem capto Gamala castello validissimo eiusq; rectore demetrio multis criminibus inuoluto: in iudeam regreditur expleto in militia triennio letusq; a gentibus ob res prospere gestas excipitur. ¶ Belli autem requiem secutum est morbi principium. Et quoniam quartanis febrium circuitionibus fatigabatur depulsum iri valitudinem credens si rursum animum negocijs occupasset in tempestiuis militię laboribus sese dedit: & vltra vires ad efficaciam corpus impellens inter ipsos tumultus tricesimo & septimo post regni sui anno moritur. Idq; alexandrę coniugi suę reliquit iudeos vel maxime dicto ob audientes fore nõ dubitans: q; longe ab eius crudelitate discrepans: & iniquitati resistens beniuolentiam sibi populi comparasset. Neq; spes eum fefelit. Namq; opinione pietatis obtinuit muliercula principatum. quippe morem gentis prĩum probe norat:qui sacras leges temerassent ab initio detestabatur.

Maximũ iudeorũ odiũ contra Alexandrum.

Iudei demetriũ petunt cõtra alexãdrum auxiliatorem.

¶ Victor demetrius.

Alexãder crudelis octingẽtos captiuos crucifigi fecit & mulieres earumq; filios ĩ conspectu matrum necauit.

Antiochus bellum cum alexãdro gerit ipo cessante a domesticis prelijs.

Arethas rex syrię.

Belli requiem secutus est morbus & post morbũ improbus labor mortem gignit.

¶ Hyrcanus maior filius Alexandri pontifex ab Alexandra matre declaratur sub cuius tempore pharisei prohibito populum rexerunt iudeorum qui dyogenem Alexandri amicissimum consentiente Alexandra interfecerunt Hęc contra Ptolomeum mittit excitum. Sed ipsa morbo laborante Aristobolus regnum inuasit propter ꝙ illa ipsius vxorem cum filijs in carcere conclusit ipsa autem mortua anno regni nono. Aristobolus contra hyrcanum fratrem quem omnium heredem reliquerat bellum mouet sed hyrcani militibus ad fratrem transeuntibus pax sub conditione fit inter eos permutatis eorum domibus Antipater autem Idumeus diues & nobilis Hyrcanum regnum repetere cui Arethas rex Antipatri medio hyrcano dat auxilium & victus Aristobolus fugit in hierusalem qui omnino captus esset nisi Scaurus Romanorum dux soluisset obsidionem. Qui ad eum fratrum missis legatis cũ muneribus corruptus est ab Aristobolo.

Capitulum quintum

Hircanus maior filius Alexandri põtifex ab alexãdra matre declaratur.

Pharisei sub alexandra populuз Iudeorum pro libito rexerunt.

CVm autem Alexandra duos alexandro generatos haberet. natu quidem maximum hyrcanum propter etatem declarat pontificem: & ꝙ preterea segnior esset quam vt potestate regia molestus cuiq̃ videretur regem constituit. Minorem autem aristobolum priuatim viuere maluit: ꝙ feruentioris esset ingenij. ¶ Iungunt autẽ se eiusdem mulieris ditioni quoddam iudeorum collegium Pharisei qui preter alios pietatem colere putarentur & peritius leges exponere. Ob eam causam proprius eos aspiciebat Alexandra. diuinę religioni supersticiose deseruiens. Illi autem paulatim femina simplicitate decepta omnes pro sua libidine summouendo ac deponendo itemq; vinciendo ac soluendo quos vellent iam procuratores habebantur: prorsus vt ipsi quidem regijs commodis fruerentur. expensas vero ac difficultates Alexandra perferret: sed eadem mire callebat res amministrare maiores. Itaq; augendis copijs semper intenta. duplicem conflauit exercitum. neq; pauca peregrinorum parauit auxilia: quibus non modo statum gentis suę roborauit. sed etiam metuendam se reddidit externę potẽtię. ¶ Imperabat autem alijs verum Phariseis ipsa vltro parebat. Deniq; dyogenem quendam insignem virum qui Alexandro fuisset amicissimus interficiunt: eius factum consilio criminati vt octingenti quos supra memoraui regis iussu tollerentur in crucem. Nichilominus autem Alexandrę suadebatur vt & alios quibus auctoribus in illos fuisset Alexander excitatus occideret. Cumq; his nimia superstitione nichil abnuendum putaret: quos sibi libuisset ea specie trucidabant: donec optimatum quisq; ad Aristobolum confugerit quorum periculum agebatur. Atq; ille matri suasit vt his propter dignitatem parceret ciuitate autem pelleret quos nocentes existimaret Illi quidem sibi data copia per agros dispersi sunt. ¶ Alexandra vero in Damasco misso exercitu quoniam Ptolomeus sine intermissione ciuitatem premebat illum quidem nulla re memoriali gesta suscepit. Regem autem Armeniorum Tygranem. qui admoto Ptolomaida milite Cleopatram circumsedebat: pactionibus donisq; sollicitabat. Sed illum domesticarum turbarum metus ingresso in armeniam lucullo iamdudum inde retraxerat. ¶ Inter hęc alexandra morbo laborante: minor eius filius aristobolus cum seruis quos multos habebat. omnesq; pro etatis feruore fidelissimos. vniuersa castella obtinuit & pecunia quam ibi reperit conductis auxilijs regem se declarauit. Ob hęc miserata querelas hircani mater cõiugem aristoboli cum filijs apud castellũ cõcludit quod a septẽtrione phano adiacens baris antea vocabatur vt diximus: postea vero antonia cognominatum est imperante antonio quemadmodum de augusti: & agrippę nomine sebaste & agrippias alię ciuitates appellatę sunt. Ante tamen alexandra moritur q̃ in aristobolum hyrcani fratris eius contumelias vindicaret quem deijci regno curauerat quod ipsa nouem annos ãministrauit: & heres quidem omnium fit hyrcanus cui regnum etiam viua cõmiserat verum aristobolus viribus atq; auctoritate prestabat. Habito autẽ inter eos circa hiericonta de rerum summa conflictu: pleriq; hyrcano relicto transeunt ad aristobolum. Hircanus autem cum reliquis fuga peruenit ad castellum antoniam ibiq; salutis obsides nactus est. Erat autem in custodia ibi vt premisimus coniunx aristoboli cum filijs. Sed priusq̃ graue quid fieret ea lege in concordiam redemit vt regnum quidem aristobolus haberet. Hircanus vero accederet quasi regis frater alijs cõtentus honoribus. Hoc modo in phano reconcilati cum in conspectu circũstantis populi benignissime alter alterum valere iussissent domos permutãt: & aristobolus quidem recedit in regiã. Hircanus autem in aristoboli domum. ¶ Metus vero & alios eius inimicos preter spem dominationis occupat: & maxime antipatrum iamdudũ inuisum aristobolo. Erat enim genere idumeus & nobilitate ac diuitijs aliarumq; rerum copia gentis suę priceps. Is igitur & hircanum vt ad aretham regem arabię cõfugeret eiusq; auxilio regnũ repeteret hortabatur: & ipse arethę vt hircanum susciperet atq; in regnũ deduceret suadebat: multa detrahẽs aristoboli moribus multisq; hyrcanum laudibus predicãs simulq; ãmonebat ꝙ eũ deceret regno clarissimo presidentẽ iniquitate oppressis manũ porrige. Hyrcanum autem iniuriam pati qui principatu iure successionis sibi debito caruisset. Sic instru

Alexandra pharisëis parebat q dyogenem Alexandri amicissimum interfecerunt. &c.

Alexandra exercitũ cõtra ptolomeum mittit.

Aristobolus filius infirma Alexandra matre regnũ inuasit propter quod aristoboli coniugem cum filijs in carcere conclusit.

Moritur alexandra anno regni none hircanu n oim relinquens heredem.

Antipater ydumeus diues & nobilis hircanũ regnum repetere hortatur Arethę regis medio.

ctis & preparatis ambobus nocte cum Hyrcano ex ciuitate profugit: citatoq; cursu in oppidū quod petra dicitur solus euasit quod regni sedes esset arabię Ibi postq̄ Hyrcanū in manu regis arethę tradidit multis dictis multisq; muneribus vt auxilium pręberet quo in regnum deduceretur effecit Erāt autem peditum equitumq; milia quinquaginta quibus nequaq̄ restitit aristobolus: sed primo impetu superatus in hierosolimam fugere cogitur. Atq; omnino captus esset: nisi dux romanorum scaurus aduersus horum temporibus imminens soluisset obsidionem. Namq; is ex armœnia quidem in Syriam missus erat a pompeio magno qui cum tygrane bellum gerebat. Sed vbi damascū venit: recens a metellio alias metello & lollio captā repperit. His inde summotis: cognitoq; quid ageretur illuc velut ad questum cucurrit. ¶ Deniq; mox vt fines ingressus est iudeorum legati ad eum veniunt a fratribus vtrisq; vt sibi potius adiumento esset orātibus sed trecentis talentis quę ei aristobolus miserat iusticia post habita est. His enim acceptis scaurus ad Hyrcanum & arabas legatos dirigit. Romanorū eis & pompeij nomē intentans nisi ab obsidione desisterent. Itaq; & aretha ex iudea in philadelphiam recedit metu perculsus: & scaurus damascum redijt. Aristobolus autem q̄ captus non esset satis sibi esse non credidit. Sed omnibus quas haberet copijs congregatis persequębatur hostes & circa locum quem Pampirona vocant pręlio commisso: supra sex eorum milia cedit. In quibus erat etiam fallion frater antipatri.

Antipātri medio arethas rex hircano dat auxiliū & victus aristobolus fugit hierl'm.

Scaurus soluit obsidionem.

Legati frm ad scaurū missi qui muneribus aristoboli corruptus est.

Aristobolus psequit̄ hostes.

¶ Hyrcanus & antipater apud pompeium accedentes multa (vt Hyrcano regnum restituatur) allegant. pompeius autem auditis illis Aristobolum petit: ipsumq; de Alexandrio castello iubet descendere. Qui perterritus pecuniā Pompeio promittens eum mitigat: sed ipso nō soluente iratus pompeius ipsum in custodiam collocat atq; ciuitatem tentat euertere: fitq; tunc hierosolymis seditio de pompeio recipiendo aut ejciendo ipse vero ingressus pisonem palacij & templi custodem fecit/ neq; iudei sacrificia etiam tempore belli intermittebāt. licet enim lex iudeos ab omni opere pręcipit sabbato abstinere. permittit tamē per sabbata pugnare. primus autem faustus cornelius ciuitatis muros ascendit vbi sacerdotes inter gladios magis mori q̄ sacrificia imperfecta relinquere eligebāt itaq; duodecim iudeorum milia occisa sunt Romanorum vero perpauci sed plures sauciati.

¶ Capitulum sextum.

Hyrcanus vero & antipater arabum priuati auxilio spem in aduersarios contulerunt. Et cum pompeius Syriam transgressus damascum peruenisset ad ipsum confugiunt: multisq; muneribus ei datis illa tantum quibus apud aretham vsi fuerant allegantes magnopere prę cabātur vt Aristoboli violentiam odio dignam putaret. regnoq; hyrcanum restitueret cui tam etate q̄ moribus deberetur. Sed nec Aristobolus sibi defuit corruptione scauri fretus. Venerat autem quantū potuit ornatus regio cultu: deinde offensus obsequijs neq; ferendū existimans abiectius q̄ regem deceret vtilitati deseruiret a diospoli regrediebatur. Ob hęc iratus pompeius etiam Hyrcano eiusq; socijs hoc precantibus post Aristobolum petit. Et romano exercitu & Syriorum simul instructus auxilijs. Cum vero pellam & scitopolim pretergressus coratas venisset. Vnde iudeorum fines incipiunt per mediterranea loca subeuntibus cognito Aristobolum in alexandrium confugisse (id aūt castellum est in monte pręcelso positum satisq; liberaliter accuratum) mittit. per quos iuberet eum inde descendere. Ille autem decreuerat quia pro imperio vocaretur: prędicari potius q̄ parere. Sed populum videbat horrescere: & amici monebant vt Romanā vim cogitaret quam sustinere non posset. Itaq; horum consilijs obediens descēdit ad pompeium quodq; iuste regnaret multis prosecutis in castellum redijt. Et cum iterum descendisset prouocatus a fratre ac de suis iusticijs cum eo cōcertasset: denuo regreditur non prohibente pompeio. Erat autem inter spem timoremq; medius. Et veniebat quidem velut exoraturus pompeium vt sibi cuncta permitteret: ad montem vero reuertebat̄ ne quid regiæ dignitat. derogare videretur. Quia enim castellis eum cedere pompeio placebat Hisq; prępositos monere litteris vt abstinerent: quibus pręceperat vt non nisi manu scriptis eoꝛ'is obtēperarēt iussa quidē facit: sed in hierosolimā cū indignatione discessit: belloq; iam cōgredi cū pompeio cogitabat ille aūt nec eni tēpus apparatui dandū putauit statim eū sequit̄. ¶ Multū quippe alacritati eius addiderat circa hiericontē mitridatis mors nūciata vbi pinguissima ydumeę regio & palmarū plurimū & balsamū nutrit. Cuius inciso lapidibus acutis robore stillantē lachrimam ex vulneribus colligūt. Cūq; illic pernoctasset mane in hierosolimam properabat. ¶ Itaq; hoc eius impetu perterritus aristobolus supplex occurrit: pecuniamq; pollicitus quodq; semetipsum ei cum ciuitate permitteret pompeium mitigat seuientem. Nec tamen quicq̄ eorum quę promisit effectum est Gabinium enim qui ad suscipiendam pecuniam missus fuerat nec in oppidum quidem Aristoboli socij receperunt His commotus pompeius aristobolū in custodiam collocat ad ciuitatem vero profectus explorabat qua ex parte felicior esset accessus. Nam & murorum eius firmitatem oppugnari posse facile nō videbat valleq;

Hircanus & antipātr ad pōpeiū accedūt vt hircano regnū restituat̄ multa allegātes.

Alexandriū castellum.

Aristobolus pōpeij iussu descēdit de alexandrio castello

Dubius Aristobolus.

Mors mitridatis nūciata.

pro mœnibus horribilem phanumq; illic cernebat proximum adeo tutissima munitione circūdatum vt etiam si ciuitas caperetur secundum esset hostibus in eo profugium. ¶ Hoc autem diu quid faceret hesitante seditio intra ciuitatem orta est. Aristoboli quidem socijs bellum geri potius regemq; liberare dignum esse firmantibus: qui vero cum hyrcano sentirent pompeio portas aperiri. Metus autem hos plures faciebat romanorū constantiam reputantes. Deniq; victa pars Aristoboli concessit in templum & ponte qui ab eo ciuitati iungebatur absciso: vt ad vltimum vsq; resisterent instruebatur. Cum autem alij romanos in ciuitatem recepissent. Hisq; domum regiam tradidissent: ad hęc obtinenda pompeius vnum ex ducibus sibi obedientibus pisonem cum militibus intromittit. Hisq; presidijs in ciuitate dispositis quia nemini eorum qui in templum confugerant pacem persuadere potuit omnia quę circum erant expugnationi parabat hyrcano eiusq; amicis ad consilia conferenda & ad efficienda quę iuberet alacriter armatis. Ipse in partes septētrionales fossam valleq; replebat omni genere materię per milites portato cum per se opus esset difficillimum propter immensam multitudinem & pręterea iudei modis omnibus desuper obsisterent. Mansissetq; labor imperfectus: nisi pompeius obseruatis diebus septimis quibus religio iudeos ab omni opere manus abstinere compellit per eos aggerem cumulare pręcepisset: inhibitis a pręlio militibus. Pro solo enim corpore iudeis etiam per sabbata pugnare licet. Igitur iam valle repleta & impositis aggere turribus admotisq; machinis tyro portatis mœnia temptabat: desuperq; obstantes lapidibus repellebantur cum diu turres obsidentiū magnitudine simul & pulcritudine prestantes vim repugnantium sustinerent. Verūtamen romanis tunc plurimum defatigatis pompeius iudeorum tolerantiam & in alijs admiratus est & pręcipue q̄ nichil de superstitionis suę ritu inter media tela pereuntes derogati passi sunt: sed velut in alta pace ciuitas ageret quotidie sacrificia & victimas omnemq; dei cultum diligentissime celebrarunt: nec vel in ipso excidio cum ad aram in dies singulos trucidarentur legitimis religionis suę muneribus abstinuerunt. ¶ Mense namq; obsidionis tertio vix vna turre deiecta phanum irruptum est. ¶ Primus autē murū transcendere ausus est cum suis agminibus Sillę filius faustus cornelius & post eum centuriones duo furius & fabius cum suis agminibus: & circūsepto vndiq; phano. Alios alio confugientes vel etiā paulisper repugnantes interficiunt. Vbi plurimi sacerdotum quamq̄ hostes strictis glaudijs irruētes videbant intrepidi tamen in peragendis rebus diuinis perseuerabant: & in ipso labandi templumq; adolendi ministerio mactabanł saluti quoq; pręferētes religionis obsequium. Multos autem sui gentiles aduersę partis studiose trucidabant: plurimi semetipsos pręcipitabant. nōnulli furibundi cunctis circa murum in desperatione succensis pariter conflagrabant. Itaq; iudeorum quidē milia duodecim occubuerunt: romanorū vero perpauci sed plures sautiati sunt.

¶ Pompeius cum suis templum ingressus cuncta contra iudeorū mortem prospexit (cū sanctum illud archanum prius nunq̄ alienis fuisset detectum) pecunias autem sacras nullatenus tangere permisit. Sed templum purgare fecit & sacra celebrare solēnia hyrcanū pontificem declarans hierusalem vero tributariā fecit & ciuitates quas in Syria cœperant militum duci parere iussit. Aristobolum captiuum cum familia (fugiente Alexandro) romam duxit pompeius Scaurum autem petram arabię ciuitatem obsidentem Hyrcanus fame fatigatum fouit per antipatrum & pacem fecit cum arabis alexander etiam bellum cōtra hyrcanum faciens Gabiniū timens fugit victo eius exercitu Gabinius itaq; subuersas reędificauit ciuitates & ad alexandrū misit castella omnia suę offerens ditioni.

Seditio hierosolimis de pompeio recipiēdo aut eijciendo

Pōpeius hiers. ingressus pisonē custodē templi & palacij fecit.

Lex iudeos pcipit ab oī opere sabbato abstiere sed pmittit p sabbata pugnare.

Sacrificia iudei etiam tpe belli non intermittebant. &c.

Sacerdotes magis mori q̄ sacrificia ipfecta relinquere eligebant.

Duodecim iudeorū milia occisa.

¶ Capitulum septimum.

Nichil autem grauius in illa clade iudeorum genti visum est: q̄ sanctum illud Archanum neq; cuiq̄ visum prius est alienis esse detectum deniq; pompeius vna cū suis comitibus in tēplum ingressus vbi neminem pręter pontificem adesse phas erat quæ intus erant candelabra cum lignis & mensis & in quibus libare atq; adolere moris erat vascula ex auro cuncta perspexit: congestamq; pigmentorum molem / sacreq; pecunię prope ad duo milia talentorum: nec tamen vel hęc vel aliud quidq̄ de sacrosanctis opibus siue instrumentis attigit. Sed postero die post excidium curare templum edituros ne quid haberet sordium iussit & solemnia sacra celebrare. Ipse autem Hyrcanum pontificem declarauit: q̄ se & in alijs rebus alacrem obsidionis tempore prębuisset promptāq; ad bellum agrestium multitudinem ab Aristobolo reuocasset pce quę sicut imperatorem bonum decuit beniuolentia potius q̄ timore plebem sibi conciliauit. ¶ Inter captiuos etiam comprehensus Aristoboli socer Idemq; patruus tenebatur. Et illos quidem qui maxime belli causa fuissent securi percussit: faustum vero & qui vna fortiter fecerant pręclaris pręmijs donat & hierosolimis tributum indicit. Ablatas autem gentibus etiam quas in Syria ceperant ciuitates Romanorū qui tunc erat militum duci parere iussit. proprijsq; tātum terminis circumclusit. Instaurat autem in gratiam cuiusdam ex libertis suis demetri Gadarensis etiam Gadaram: quam iudei subuerterant. Mediterraneas pręte-

Pōpeius cū suis tēplū ingressus cūcta ,pspexit sed nullatenus sacras pecunias tangere pmisit.

Aristoboli socer & patruus captiuus.

Hierusalē tributariā fecit & ciuitates quas in syria cœperant duci militū parere iussit.

rea ciuitates de eorum potestate liberauit quas preuenti nō exciderant Hypison alias Hyspion & scitopolim. Et Pellam & Samariam: & Marissa itemq; Azotum & Iamniam: & Arecusam necnō & maritimas Gazam & Iopē: & Dorem: & quę pridē stratonis pirgus alias turris appellabatur. post autē ab herode rege clarissimis edificijs transformata Cęsarea nominata est: easq; omnes indigenis redditas prouincię Syrię coniunxit. Huius autem iudeę cunctorūq; administratione ad ęgyptivsq; fines & flumen eufratē cum duabus cohortibus scauro permissa. Romam ipse per ciliciam properauit: captiuū ducens Aristobolum cum familia. Erant autem filię duę: totidemq; filij. Quorum vnus Alexander ex itinere fugit: minor autem ātigonus cum sororibus romam vectus est. ¶ Interea scaurus in arabiā ingressus: ad petram quidem regionum asperitate prohibebatur accedere. Quæ autem circum erant omnia vastabat multis & in hoc malis afflictus. Nam exercitum fames præmebat. Cui tamen Hyrcanus per antipatrū victui necessaria suppeditabat: quem velut arethę familiarē etiam scaurus ad eum allegauit vt bellum pactione deponerent. Itaq; persuasum est Arabis trecentis talentis decedere: atq; ita scaurus ex arabia traduxit exercitum. ¶ Alexander autem aristoboli filius qui pompeium fugerat magna manu. Dilapso interea tempore congregata Hyrcano grauius imminebat: iudeamq; populabatur. Quem quidem mature debellare posse credebat: quoniam disturbatum quoq; Pompeio murum Hierosolimis renouatum esse confidebat: nisi Gabinius in Syriam missus qui scauro successerat: cum in alijs fortem se prębuisset: cum etiam in alexandrum mouisset exercitum. Huius autem ille impetum veritus & ampliorem manum militum congregabat donec facta sunt decem milia peditum. Et mille quingenti equites villasq; oportunas muris hoc est alexandrium. et hyrcanium & macherunta non longe ab arabię montibus muniebat. Igitur Gabinius cum multa parte militū pręmisso marco antonio: ipse commoto exercitu sequebatur. Leti autem antipatri comites aliaq; iudeorum multitudo quorum malichus & phitolaus principes erant iunctis viribus suis cum marco anthonio alexandro obuiam processerunt. Neq; multo post ita aderat cum suis copijs Gabinius. Alexāder autem tum quod in vnum cōfertam hostium multitudinem sustinere non poterat abscessit. Cumq; hierosolimis appropinquasset coactus prælium suscœpit ammissisq; sex milibus quorum tria viua capta sunt tria vero prostrata cum reliquis effugit. ¶ Gabinius autem vbi alexandriū castellum venit quia multos deseruisse castra cognouit promissa delictorū venia conabatur eos ante prelium sibi cōiungere. Cum autem illi nichil mediocre cogitarent plerisq; interfectis reliquos in castellū concludit. In hoc prelio dux marcus Anthonius multa predarem gessit: & q̄uis semper & vbiq; vir fortis apparuisset: tunc tamen etiam suum vicit exemplum. ¶ Gabinius autem relictis qui castellum expugnarēt: ipse ciuitates adire & intactas quidem confirmare subuersas autem erigere curabat. Deniq; iussu eius & scitopolis habitari cœpit. Et Samaria. & Antedon. & Appollias. & Iamnia. & Arabia. & Marissa. & Dora. & Gadara. & Azotus. Alieq; multę letis ciuibus atq; incolis ad eas cōcurrentibus. ¶ His autem recte compositis: regressus Alexandrum vehementius vrgebat obsidium. Quare territus Alexander omnibus desperatis legatos ad eum misit & ignosci delictis orans. Et quę sibi parerēt castella macherunta. & hyrcanum tradere non dubitans: quinetiam alexandrium eiusdem potestati pmisit. Quę quidem omnia Gabinius consilio matris alexandri funditus eruit ne rursus belli alterius receptaculum fierent. Aderat autem quo suis Gabinius palparet obsequijs viro suo cęterisq; captiuis metuens qui Romam fuerant abducti.

Aristobolū captiuū pompeius duxit Romā cū familia sed alexāder filius fugit.

Alexand aristoboli filius bellū cōtra hyrcanū fecit sed Gabinium timēs fugit.

Alexādriū hyrcaniū Macherūta.

Exercitus alexādri victus.

Gabinius subuersas ciuitates erexit

Alexander ad Gabiniū legatos mittit castella oīa ditiōi suę offerens. &c.

¶ Gabinius omnē iudeorū gentem in quinq; cōuentus diuisit Aristobolus autem iterū occupans Alexandriū ipsum tentat reparare & exercitum parat contra romanos vbi ipso fugiente quinq; milia eius exercitus occisa sunt sed ipse cum Antigono filio capitur & custodię traditur filijs matri traditis Gabinium autem contra parthos bellum parantem hyrcanus & Antipater iuuant. Tunc quoq; Iudeorum exoritur seditio pro alexandro Aristoboli filio & victo alexandro decem suorū milia occidunt. Gabinius quoq; hierusalem reuersus Nabatheos bello superat. Crassus vero Gabinio succedēs templum pecunijs (quas pompeius non tangeret) spoliauit pro bello contra parthos qui perijt cū exercitu post quem Cassius commissus parthos syriam properātes inhibuit & triginta milia iudeorū adducit in seruitium. Cypris Antipatri vxor quatuor illi genuit filios & filiam Qui maximā habuit cum rege arabum & alijs potētibus procurauit amicitiam.

¶ Capitulū octauum.

Post hęc vero gabinius (hyrcano hierosolimam deducto eiq; phani cura mādata) cęteris reipublicę partibus optimates pręfecit: omnemq; iudeorum gētem in cōuentus quinq; diuisit: vno hierosolomis altero doris itemq; tertio vt apud amathunta respōdeat destinatis: quarto hierico quinto fossoris al's Sephoris galileę ciuitas attributa est. Singulari aūt vnius dn̄atione iudei liberati: libēter optimatibus regebant. ¶ Verumtn̄ multopost euenit vt turbarū his fieret initium: elapsus roma aristobolus. Qui magna iterum iudeorū manu cō-

Gabinius oēm iudeorū gētem in quinq; cōuētus diuisit.

flata partim cupida mutationis partim quibus olim dilectus erat primum occupat alexandrium idq; recingere muro tentabat. Deinde cognito q gabiuius sisennam & antonium & seruilium duces con- D tra se cum exercitu misit in macherunta concedit: vulgiq; in bellis onere deposito solos armatos pro pe ad octo milia militum secum duxit inter quos & phitolaus erat secundarum partium rector cum mille viris ex hierosolimis profugus. Romani autem sequebantur. Habitoq; conflictu aliquamdiu cũ suis aristobolus fortiter dimicando perseuerabat: donec vi romanorum subacti cesa sunt virorũ quin q milia. Prope vero duo milia in quẽdam tumulum confugerunt: ceteriq; mille cum aristobolo prę rupta romanorũ acie in macherunta coacti sunt. Vbi cum rex in ruinis prima vespera tetendisset spe rabat quidem aliam se manũ per inducias belli posse cõtrahere castellumq; bene munire impetũ au tem romanorũ supra q̃ poterat per biduum remoratus. ¶ Postremo capitur & cum ãtigono filio qui romę fuerat secum vinctus ad Gabinium atq; inde Romam perductus est. Sed illum quidem sena tus custodię cohercuit: filius autem eius in iudeam trãsmisit: quia Gabinius per epistolas scripserat id pro traditione castellorum cõiugi aristoboli spopondisse. ¶ Parato autem Gabinio Bellum parthis inferre. Ptolomeus impedimento fuit qui reuersus ab eufrate petebat ęgyptum hyrcano & antipatro amicis vsus ad omnia quę militię necessitas exigebat. Nam & pecunijs & armis eum & frumento an tipater & auxilijs adiuuit & iudeis in ea parte vias (quę pelusium ducerent) obseruãtibus transmitte re Gabinium persuasit. Alia vero Syria discessu Gabinij commota. Et iudeos iterum alexander Ari stoboli filius ad dissentionem reduxit: & maxima multitudine conflata romanos omnes qui per eam terram degerent obtruncare decreuerat. Quam rem Gabinius metuens / iam enim ex ęgypto redie rat hoc tumultu instante nonnullis dissidentiũ pręmisso antipatro cõcordiam persuasit. Cum alexan dro autẽ mille triginta remanserant: & ille ad Bellum promptus erat Itaq; ad pugnam ęgreditur. Oc E currunt autem iudei & circa montem tabirium / Itabirium congressi: decem milia sternũtur. Ceteram vero multitudinem fuga dispersit. ¶ Et gabinius ad Hierosolymam reuersus id enim antipater vo luit. rempublicam eius ordinauit. Deinde hinc profectus nabatheos pugna superat & mitridatem & orphanena parthis per fugas clam dimittit: eosq; militibus aufugisse firmauit. ¶ Interea crassus suc cessor ei datus Syriam suscipit. Is in Parthie alias parthice militię sumptum & aliud omne aurũ tem pli (quod hierosolimis erat) abstulit & quibus Pompeius temperauerat duo milia talentorum. Eufra tem vero transgressus: & ipse perijt & exercitus eius de quibus non est huius temporis cõmemorare. ¶ Post crassum autem parthos in Syriam properantes irruere cassius inhibuit: receptus in puinciam Eius autem fauore quęsito in iudeam festinabat raptisq; taricheis prope ad triginta milia & tria mi lia Iudeorum adducit in seruitium. Occidit autem etiam Pisillium alias Phitolaum seditiosos Aristo boli colligentem: cuius necis suasor erat antipater. ¶ Huic autem nupta fuit ex arabia nobilis fœmi na Cypris nomine vnde filios quatuor faselum & regem herodem & Iosippum & feroram & filiam Salomem habuit. Cum autem omnium qui vbiq; potentes essent amicitia & hospicijs familiaritates conquireret precipue regem arabum per affinitatem sibi sociauit: eiusq; fidei cõmendans filios suos ad eum misit quoniã bellum cum Aristobolo gerendum susceperat. ¶ Cassius autem (compulso ad ocium per conditiones Alexandro) ad eufratem reuersus est. Parthos transitu phibiturus De quibus alio loco referemus.

Quinq; milia ex ercitus Aristo. occisa ipso cum antigono filio cũ alijs fugiẽte. Aristobolus cũ antigono filio capit qui custo dię tradit filijs matri traditis

Seditio iudeo rũ p alexãdro aristoboli filio. Vinctus Alexã der decem mi libus suoꝝ oc cisis.

Gabinius reuer sus hierl'm na batheos pugna superat.

¶ Cassius post crassũ cõmissus parthos syriam pperãtes inhi buit & triginta milia iudeoꝝ ĩ seruitiũ &c.

¶ Cęsar Iulius victor Aristobolum soluens a vinculis eum cum duabus cohortibus in Syriam misit sed hunc Pompeiani veneno interfecerunt cuius corpus Anthonius postea in regalibus monu mentis iussit sepeliri. Alexander quoq; eius filius a Scipione securi occiditur. Ptolomeus vero ad Ari F stoboli vxorem mittens antigonum cum sororibus iubet destinare & sibi minorem filiam copulans a patre occiditur quam pater accepit vxorem: antipater autem mortuo pompeio Cęsari sese cõtulit & ipsi dedit auxilium quiq; mitridatem liberauit quem rerũ gestarum testem habuit apud Cęsarem & factus est ab eo cuius Romanus & hyrcanus pontifex confirmatus antigonus vero ipsos coram Cę sare de patris & fratris morte accusat cuius accusationi vulnera antipater ostendens satisfecit. Hyrca nus quoq; põtificatu dignus a Cęsare pronũciatur & antipater procurator iudeę permissumq; est eis subuersa renouare mœnia. Antipater autem qui hyrcanũ vidẽs segniorem phasellum filiũ pręposuit Hierosolimis & herodem galileę.

Cęsar iulius vi ctor aristobolũ a viculis soluẽs cũ duabus co hortibus in sy riam misit sed hunc põpeiani veneno interfe cerũt.

¶ Capitulum nonum.

Cesar autem post senatus & Pompeij trans mare Ionium fugam / rebus onmibus Romaq; potius solutum vinculis / Aristobolum cum duabus cohortibus velociter ad Syriam misit: & hanc facillime Et cuncta iudeę proxima per illum subijci posse ratus. Verum & spem cę saris et Aristoboli alacritatem pręcessit inuidia. Nam veneno peremptus a pompeij stu diosis aliquandiu etiam sepultura in solo patrio carebat corpusq; mortui seruabatur melle conditum donec ab antonio iudeis iussum est in monumentis regalibus sepeliẽdum. ¶ Occidit autẽ alexander

quoq; filius eius a scipione securi percussus antiochię secundum pompeij litteras: accusatione pro tribunali prius habita super his quę in romanos admiserat. ¶ Ptolomeus autē Mennei filius qui apud caltida sub libano morabatur captis eius fratribus filium suū philippionē qui eos arcesseret mittit ascalonē: atq; ille abstractū ab aristoboli cōiuge antigonū eiusq; sorores adducit ad patrē. Amore autē captus minorem earum coniugio suo copulat: ob eamq; causam post a patre occidit. Accepit eū Ptolomeus in matrimonium alexandram perempto filio huiusq; affinitatis gratia fratres eius propensiore cura tuebatur. ¶ Antipater autem pompeio mortuo in clientelam cęsaris sese contulit: & quia mitridates & pergamenus ab accessu pelusij prohibitus cum exercitu quem ducebat in egyptum. apud ascalonem morabatur nō solum arabas quamuis hospes esset auxilium ferre persuasit verum & ipse armata iudeorum tria circiter milia secum mouit. Excitauit autem pręsidio Syriæ quoq; ponētes & incolam libani Ptolomeum & Iamblicū. Et Ptolomeum alterum: quorum gratia ciuitates regionis illius alacri animo bellum inchoarunt Iamq; frœtus mitridates auctis propter antipatrum copijs pelusium proficiscitur & quia transire vetaretur. ciuitatem obsidebat Antipater vero & in hac oppugnatione clarus emicuit. Effracto em̄ ex parte sua muro: primus in ciuitatem cum suis comitibus insiluit Et pelusium quidem capta est. Vlterius autem eos progrędi non sinebant iudei ęgypti terrarum incole (qui appellant̄ onię) quibus tamen antipater non modo ne obstatent. verūetiam vt victui necessaria pręberent militi persuasit. Vnde factum est: vt nec mēphite in manus venirent. sed vltro sese traderent mitridati. Atq; ille delata per agros pugna cum cęteris cōmisit ægyptijs in loco cui nomen est iudeonstrate pedon eumq; in acię omni dextro cornu periclitato liberauit antipater circumgressus fluminis ripam. Leuum enim cornu contra se positum superabat. Facto autē in eos impetu qui mitridatem persequerent̄ multos occidit. Namq; diu reliquos fugientes agebat donec etiam castris eorū potitus est octoginta tantum de suorum numero āmissis. Octingentos autem fere mitridates cum fugerat perdidit: pręter spem vero seruatus ex pręlio: Vacuus inuidia testis rerum ab antipatro gestarū fuit apud cęsarem. Vnde ille tunc quidem antipatrum spe & laudibus ad subeūda pro se pericula reddidit promptiorē in quibus omnibus bellator audacissimus comprobatus multaq; perpessus vulnera toto corpore gerebat signa virtutis. ¶ Post autem quando rebus in ęgypto compositis ad syriam redijt: & romana eum ciuilitate simul & immunitate donauit alijsq; rebus honorando amicissimeq; tractando dignum emulatione constituit eiusdemq; gratia etiam confirmauit hyrcano pōtificatum. Eodem vero tempore antigonus quoq; aristoboli filius cum venisset ad cęsarem maiorem pręter opinionem fœlicitatis causam prębuit antipatro. Nam qui de patris morte queri deberet propter inimicitias pompeij quantum putabatur veneno peremptus: & crudelitatis in fratrem accusare scipionē nullumq; inuidię dolorem admiscere miserijs vltro hęc hyrcano antipatroq; criminatur veluti se patrio solo alias loco cum fratribus iniquissime pellerent multisq; gentem iniurijs afficerent dūmodo satiarentur in ęgyptum quoq; auxilia ipsi cęsari non beniuolentia: sed timore veteris discordię miserint. & vt amorem pompeij depręcarentur. ¶ Ad hęc antipater veste proiecta multitudinem vulnerū ostendebat: & qua fide quidem cęsarem coluisset verbis opus non esse. dixit nam corpus etiam se tacente clamare Antigoni autem mirari audaciam qui cum hostis romanorum sit filius & fugitiui romanorum nouarumq; rerum studium votumq; seditiosum patris habebat apud romanorū principem alios accusare conaretur boniq; aliquid adipisci temptaret: quem hoc solum oporteret amplecti q̄ viueret. Nam tunc eum non tantū propter inopiam desiderare facultates: sed vt in eos qui se dedissent iudeorum seditiones accenderet. ¶ Quę vbi cęsar audiuit: hircanum quidem pontificatu digniorem esse pronūciauit. Antipatro autem cuius vellet potestatis detulit optionē. Qui permissa dignitatis mēsura ipsi qui daret Iudeę procurator declaratus est. Et pręter hoc impetrauit vt subuersa patrię mœnia renouare sibi liceret. hos quidem honores Cęsar incidēdos in capitolium misit vt iusticię suę virtutisq; antipatri signum memorię traderetur. ¶ Antipater vero vbi de Syria Cęsarem prosecutus est in iudeam reuersus ante omnia patrię muros a pompeio dirutos reparabat omniaq; lustrando (ne quid in illis regionibus turbarum esset) nunc interminando. nunc etiam suadendo curabat vnumquēq; ammonēs q̄ si cum Hyrcano sentiret in ocio atq; opulentia victuri essent fortunisq; suis & cōmuni pace potituri. Sin vana spe ducerētur eorum qui priuati questijs gratia: res nouas optarent se quidem non procuratorē sed dn̄m omniū: Hyrcanum vero tyrannum pro rege: itemq; romanos & cesaream hostes pro amicis & rectoribus habituri nec em̄ passuros huius potestatē labefacturi quē ipsi regem constituissent. ¶ Sed q̄uis hęc diceret. Tn̄ etiam per se qm̄ Hyrcanum segniorem videret. Neq; tam efficacē q̄ regni sollicitudo posceret statum prouincię componebat. Et faselum quidem natu maximū filio rū suorum militię p̄positum Hierosolimis eiusq; territorio prefecit: herodem vero etate posteriorem nimisq; adolescentem galileę destinauit similia curaturus.

Ptolomeus ad aristo. vxorem mittēs ātigonū cū sororibus iubet destinare: & sibi minorē filiam copulās a patre occiditur quā pater accepit vxorē.

Antipr̄i virtus & animus.

Iudei ęgiptij onię vocati.

Antipater mitridatem liberauit.

Mitridates apd̄ cęsarē testis rerum gestarū ab antipatro

Antipater ciuis romanus & hircanus pontifex cōfirmatus.

Antipr̄ accusationi satisfacit vulnus oñdēs. &c.

Hyrcanus a cęsare pōtificatu dignus p̄nūciatur & antipr̄ procurator iudeę & p̄missū ē subuersa renouare mœnia. &c.

Antipr̄i exhortatio ad pp̄l'm.

¶ Ezechia latronum principe cum suis ab herode occiso Herodes ipse a Syris honorat̃ & sexto Cęsari est cognitus quem phasellus frater virtute certabat superare propter hos Antipater ab omnibus honorabat̃. Vnde inuidi iudei hircanum de negligentia accusabant quia Antipatrū & filios regem ꝑmitteret. Hyrcanus quoq; herodem accusatum(quia pręter legem multos occidit) ad iudicium vocat sed eum Sextus absoluit Rursum quoq; herodes accusatus bellum cōtra hircanum mouisset nisi pater & frater impediuissent Basso quoq; Sextum Cęsarem dolose occidente Romę intestinū bellum oritur. & Marcus Sexto in Syria instituitur Iulio autem a Casso & Bruto anno imperij.iij. occiso Cassius Syriam occupat magnas imponens exactiones Cuius gratiam Herodes in colligendis exactionibus promeruit Illiusq; iram contra Malichum Antipater repressit sed ingratus malichus ipsum dolo querebat interficere.

¶ Capitulum decimum.

Ezechia latronū principe cū suis ab herode occiso herodes ipse a Syris honorat̃ & sexto Cęsari ē cognitus quē phaselus supare certabat i virtute.
Inuidia i ꝓspitate nō deest
¶ Inuidi iudei hyrcanū accusant negligētia quia antipatrū & filios ꝑmittit regem.

Qui cum natura strenuus esset cito materiam vbi animi magnitudinem exerceret inuenit captumq; latronū principem ezechiam quem pręedari maximo agmine cōtinētia syrię deprehendit ipsumq; aliosq; latrones multos interfecit. Eaq; res adeo grata fuit syris vt p vicos atq; oppida caneret̃ herodes veluti per eum pace reddita & possessionibus restitutis. Ex huius deniq; operis gloria sexto etiam cęsari ꝓpinquo magni cęsaris & syriam tūc āministranti est cognitus. Quin & faselus fratris indolem cōtentione bona supare certabat augendo erga se beniuolentiā Hierosolimis habitantiū atq; illam quidē ciuitatem possidēs nichil aūt contumeliose per insolentiā potestatis admittēs. ¶ Hinc antipater & obsequijs regalibus ab ea gente colebat̃. & honores ei tanq̄ rerū domino om̄es habebāt Nec tamē ipse propterea minus fidelis aut beniuolus hyrcano fuit. Verum fieri nō potest vt liuorē quisq̄ in secūdis rebus effugiat. Quāuis & antea hyrcanus tacite sua spōte morderet̃ adolescentiū gloria maximeq; rebus ab Herode bn̄ gestis & crebris nuncijs laudes eius per singula facto pręedicātibus augeret̃ a multis tamē inuidis(qui regnis adherere solent) quibusq; antipatri filiorūq; eius probitas officiebat instigabat̃ dicentibus ꝙ antipatro & filijs eius traditis solo cōtentus & hoc potestate vacuo regis nomine sederet. Et quādiu sic errabat. vt in se reges producat. Nec enim eos vel simulare iam procurationē. Sed certe esse dominos ipso reiecto cuius nec mandatis nec ępistolis pręter iudeorum legem tantam multitudinem peremisset herodes illumq; non sicut regem. Sed adhuc priuatum ita ad iudicium venire debere rationem tam ipsi regi q̄ patrijs legibus redditurum quę indemnatos occidi non sinerēt His paulatim accendebat̃ hyrcanus Ad extremū iracūdia prodita causam dictur ū herodē accersijt. Atq; illi & p̄ris monitu & ꝙ ei fiduciā res gestę darent munita prius galilea p̄sidijs ad regem ꝓficiscit̃. Ibat t̄n cum forti caterua ne vel derogare hyrcano videret̃ si plures duceret vel inuidię nudus pateret. Sextus aūt cęsar adolescenti metuēs ne quid apud inimicos deprehēso mali fieret. Ad hyrcanū mittit qui ei manifeste denūciarent vt homicidij crimine liberaret herodem hyrcanus autē qui eum diligeret per se quoq; id cupiens absolutionē decernit. Atq; is rege inuito fugisse ratus damascū recessit ad sextum nequaq̄ paratus obedire si denuo fuisset accitus. ¶ Rursumq; a nequissimis irritabat̃ firmatū herodem abijsse firmātibus: & vt se contra ipsum instrueret properasse. Hęc autem rex vera existimās quid ageret nesciebat quoniā potentiorē inimicū videbat. Cum vero a sexto Cęsare dux militum per Syriā itemq; samaria declaratus esset herodes neq; solum propter gentis fauorē sed etiam viribus suis terribilis putaretur ad timorem vltimum descendit iamq; illum contra se credens cum exercitu esse venturum. Neq; opinione deceptus est. Namq; herodes intentatę sibi accusationis iracundia conflatam militum multitudinem in hierosolimam ducebat vt Hyrcanum regno deponeret. Id q; fecisset nisi pariter egressi pater & frater fregissent eius impetum deprecantes vt ipse vindictā ministraturus sola indignatione dimitteret regi autem parceret sub quo ad hoc potentię processisset. Ac si propterea ꝙ in iudicium vocatus esset indignaretur: quia tamen absolutus est gratias ageret neq; tristibus quidem paria referret saluti vero esset ingratus. Quod si etiam momenta bellorum reputanda viderentur iniquitatem militię consideraret neq; omnino de victoria bene speraret qui cum rege congressurus esset vna se cum educato & de se quidem bene merito. Seuo autem nunq̄ nisi q̄ maliuolorum consilijs impulsus vmbram tantum iniquitatis mouisset. Paruit his herodes qui speratis putauerat posse sufficere suasq; vires demonstrare nationi. ¶ Et inter hęc discordia Romanorum circa appamiam bellumq; domesticum oritur. Quoniam cecilius bassus fauore pompeij sextum Cęsarem dolo necauerat. eiusq; militem occupauerat. Alij vero cęsaris duces mortis eius vlciscēde gratia cunctis viribus bassum petebant. Quibus tam interempti q̄ superstitis Cęsaris causa ꝙ ambobus amicus esset Antipater per filios suos misit auxilia. Cum autem bellum traheretur: ex italia quidem successor sexti venit marcus. ¶ Eodem tēpore bellum inter Romanos conflatur dolo cassij & bruti cęsare interfecto postq̄ trienniū septemq; menses tenuit principatum. Maximo autem motu cędis eius gratia cō

Hyrcanus herodē ad iudiciū vocat sed eum absoluit sextus cęsar
Accusatus iterū herodes

Herodes cōtra hyrcanū bellū mouisset nisi p̄r & frater impediuissent

Basso dolo Sextū Cęsarē occidente Bellū domesticū Romanorū oritur.

itato & optimatibus inter se dissidentibus propria spe quisq; ducebatur ad id quod existimabat esse commodius. Itaq; cassius syriam petit occupaturus militem qui appamiam circũsedebat vbi & marcum & dissidentes cohortes basso conciliauit simulq; obsidione liberauit appamiam. Ipse vero exercitum ducens stipẽdium ciuitatibus indicebat nec modus erat exactionũ. Cum autem iudeos quoq; septingenta talenta iussisset inferre: minas eius veritus antipater. filijs suis & amicis mature pecunię cogendę curã distribuit: & inter eos malicho cuidam ex amicis adeo necessitas vrgebat. Primus autẽ herodes cassij fauorem promeruit: qui ex galilea parte sua centum talenta portauit proptereaq; inter eximios amicos numerabatur. At vero cęteros tarditatis arguens cassius ipsis ciuitatibus irascebatur Itaq; Gophnam & Ammaũ & alias duas ciuitates ex vilioribus depopulatus ibat quidem quasi malichum interfecturus ꝙ remissior in exigendo fuisset. Verum & huius & cęterarum ciuitatũ interitũ repressit antipater centum illico talentis cassio delinito Nequaq̃ tamen malichus post obitum cassij beneficiorum antipatri memor fuit sed illi ipsi quem sepenumero sui seruatorẽ fuisse memorabat periculum moliebatur: iniquitatis suę impedimẽtum abolere festinans. Itaq; antipater & vires eius & calliditatem metuens flumen transijt iordanem: ad vlciscendas insidias cõgregaturus exercitũ. Depręhensos autem malichus antipatri filios imprudentia superat. Nam & faselum apud hierosolimã pręsidijs appositum & Herodem qui custodiam curabat ad murum multis accusationibus & sacramentis circũuentos impellit: vt ipsis intercedentibus reconciliaretur Antipatro. Atq; ita denuo per Antipatrum exorato Marco tunc in Syria militem regente seruatus est: qui malichum statuerat occidere ꝓ nouis rebus studuisset.

Cassius siriã occupat exactiones magnas imponens. &c.

Herodes cassij fauorẽ i colligẽdis exactionibus ꝓmeruit.

Antipr̃irã cassi sij contra Machum repressit sed igratus malichus antipr̃m querebat dolo occidere.

¶ Hęrodes totius syrię procurator efficitur sibiq; regnum promittitur. Vnde Antipater veneno (procurante Malicho) occiditur. Sed hęrodes ipse patris mortem vlcisci bello prohibitus dissimulans clarissimas celebrauit exequias. Sed ipsum vlcisci Cassius monuit. Vnde Malichum principatum volentem vindicare Chylarici presente hyrcano, interemerũt fœlixq; contra phasellũ: Malichi mortem volens vindicare vincitur: & Antigonum tunc vincit hęrodes cui dosis vxor Antipatrum filium genuerat. Ipsi quoq; marianni filia Alexãdri filij Aristoboli Hyrcani ex filia neptis secunda: vxor iũcta erat Interfecto autem Cassio Cęsar in Italiam & Anthonius in syriam discesserunt apud quẽ optimates Iudeorum hęrodem accusant & fratrem quem eum pecunia hęrodes placauit & ab ipso hęrodes & frater tetrarchę instituũtur punitis eorum accusatoribus Et iterum mille legatos: Tyrum missos indignatus Anthonius eorum multos occidit & multos vulnerauit sed & vinctos interfecit.

¶ Capitulum vndecimum.

Cęsare vero adolescente & antonio cum bruto & cassio bellum gerentibus marcus & cassius exercitu de syria conflato ꝙ magna pars vbi vsus poposcit hęrodes fuisset ipsum quidem totius syrię procuratorem pręficiunt equitum illi manu peditumq; attributa. Si bellum autem desisset: regnum quoq; iudeę cassius eidem se delaturum esse pollicitus est. Euenit autem vt antipatro & spes & fortitudo filij causa iteritus fieret. Horum autem metu malichus ministro quodam regio pecunia corrupto: mixtum ei veneno poculum dare persuadet. Atq; ille quidẽ iniusticię malichi palma fuit: Post cõuiuium moritur vir ad alia strẽnuus rebusq; amministrandis ydoneus: & qui regnum recuperatum conseruasset hyrcano. ¶ Malichus autem ĩfensum propter suspitionem veneni populum negando placabat simulq; vt validior esset armatorum sibi copias cõquirebat. Nec enim herodem cessaturum arbitrabatur: quin etiam mox cum exercitu paternę necis vltor aduenerat Sed faseli fratris consilio qui eum palam minime persequendum esse dicebat ne vulgi seditio concitaretur. Et purgãtem se tunc malichum patienter admisit: & suspitione liberum esse concedens clarissimas paterno funeri celebrauit exequias. Cõuersus autem in samariam & ciuitatem composuit seditione turbatam perq; dies festos in hierosolimam remeabat missis comitibus armatis: nam timens impetum compellebat Hyrcanus. Malichus aũt alienigenas introduci sup indigenas ꝙ dies festos agerent prohibebat. Herodes autem & ipso qui pręceperat causaq; cõtempta nocte ingressus est. Iterũq; malichus ad eum veniẽs antipatrum flebat cõtraq; ille se falli cum vix animi dolorem prẽmeret simulabat. Et tamen de patris nece apd̃ cassium per ępistolas quęstus est: cui prerea malichus erat inuisus Itaq; non modo vt mortem patris vlcisceretur ei rescripsit. Sed etiam Chiliarchis quibus pręerat: vt in causa iusta herodi opem ferrent occulte iussit. ¶ Et quoniam (capta Laodicia) vndiq; ad Herodem conuenerant optimates cum muneribus & coronis ipse quidem hoc vltioni tempus destinauerat. Malichus autem id tyri fore suspicabatur consilium: & filium suum tunc apud Tyrios obsidem statuit subducere: & ipse in iudeam fugam parabat. Salutis aũt desperatio stimulabat vt etiam maiora cogitaret. Nam & iudeorũ gentem contra romanos excitaturum se credidit dũ bello aduersus anoniũ cassius occupabatur deiectoq; Hyrcano facillime regnaturũ. Sed profecto irridebat eius spem

Herodes totius sirię ꝓcurator p̃ficit̃ atq; sibi regnũ ꝓmittitur.

quod fuit ãtipatro cã mortis.

Antipr̃ veneno ꝓcurante malicho occidit̃.

Herodes a fr̃e mortẽ pr̃is vlcisci bello ꝓhibetur sed dissimulãs clarissimas celebrauit exequias.

Cassius herodẽ monuit patris mortem vlcisci, &c.

fatale decretum. Etenim quo intēderet animum suspicatus herodes: & ipsum & Hyrcanū prope astā-tes ad cenam vocat deinde seruorum quędam instruendi specie conuiuij intromittit. Sed res erat vt Chiliarchis prędiceret ad insidias ingredi. Atq; illi preceptorū cassij memores ad littus ciuitati proximū armati gladijs exierunt: ibiq; circūseptum malichum multis vulneribus interficiūt. Hyrcanus autem stupore dissolutus statim concidit: vixq; anima recepta herodem percunctabat quis malichū occidisset. Et cum de Chiliarchis vnus respondisset. Cassij pręceptum plane inquit & me & patriā meam Cassius seruat incolumē qui amborū insidiatorem peremit. Vtrū autem id inuidia dixerit an ꝙ timore factum probaret incertū est. Sed enim in malichum hoc est modo vltus herodes. ❡ Postq̄ vero Cassius exessit e Syria iterum hierosolymis orta seditio est cum fœlix in faselum mouisset exercitū Et in herodis fratris pœna vellet necem malichi vindicare. Casu autem herodes cum fabio romano duce apud damascū habitabat: & ne cupiens auxilio foret morbo impediebat. Intereaitamen phaselus sine cuiusq̄ pręsidio superauit fœlicem probumq; ingrati obijciebat Hyrcano: qui & fœlici fauere studuisset fratremq; malichi castella occupantem coniurauerat. Iam enim multa tenuerat omniumq; tutissimum massadā. Nec tamen ei quicq̄ contra vim herodis potuit sufficere Qui mox vt conualuit alia recœpit & illum ex massada supplicem dimisit. Et maronem Tyriorum Tyrannū ex galilea pepulit tria enim possederat castella tyrijsq; quos cœperat vitam concessit omnibus: nōnullos etiam donatos abire iussit: vna & sibi ciuitatis beniuolentiā & tyranno cōparans odium. Marion autem a Cassio quidem meruerat tyrānidem: qui tot Syrię tyrannos pręfecerat. Sed ob herodis inimicitias etiam antigonū Aristoboli secum ducebat & ptholomeū propter Fabianum quem antigonus pecunia sibi sociatum adiutorem incepti habebat. Cuncta vero socer ptolomeus antigono sumministrabat. Contra quos herodes instructus: in aditu iudeę commisso prelio victoria potitur. Fugatoq; antigono redit in hierosolimam pro merito gestę rei omnibus carus: vt etiam quibus antea despectus erat: tunc in eius familiaritatē sese dederint propter Hyrcani affinitatem. ❡ Namq; is herodes iam pridem ex indigenis habebatvxorem non ignobilē quę dosis vocabatur & antipatrū ex ea suscœperat filium. ❡ Tunc antem duxerat alexandri (cuius pater fuit aristobolus) filiam mariannē: hyrcani neptem ex filia: atq; inde familiaris regis erat. ❡ Sed vbi Cassio circa philippos interfecto cęsar in Italiam & Antonins in Syriam discesserunt: legatis ab alijs ciuitatibus ad antonium missis in bithiniam etiam iudeorū optimates accusatum veniūt faselum & herodem: ꝙ illis rerum summā vi possidētibus nomen tantū honorabile superesset hyrcano. Atq; herodes qui pręsto erat magna pecunia placatū antonium sic affecit vt ne verbum quidem inimicorū eius pateretur audire. Et tūc quidem ita digressi sunt. ❡ Cum autem denuo iudeorū primates centum viri antiochię proxima Dafnen ad antonium venissent amori cleopatre iam seruientem: dilecti a cęteris qui eloquentia & dignitate pręstabant aduersus fratres accusationem proponūt. Respondebat autem messala causę defensor: astante etiam propter affinitatē Hyrcano. Auditis deinde vtrisq; partibus antonius percunctabatur hyrcanum: quinam essent regendis rebus aptissimi. Cumq; is Herodem eiusq; fratres alijs pretulisset: voluptate repletus nam & hospes eorum paternus erat humanissimeq; ab antipatro susceptus eo tempore quo in iudeam cum Gabinio venerat tetrarchas ambos declarat: totius eius iudeę procuratione permisso Legatis autem id egre ferentibus quindecim eorum correptos carceri tradidit quos & pœne occidit. cęteros autem reiecit cum iiuria. Vnde maior tumultus hierosolimis excitatus est. ❡ Deniq; mille iterum legati tyrum missi sunt vbi cōmorabatur antonius in hierosolimam paratus irruere & contra eos vociferantes magistratus tyriorum directus: data ei licentia vt quos comprehendisset occideret pręceptoq; vt eorum potestatem confirmare curaret: qui tetrarchę ipsius essent antonij suffragio constituti. Ante hęc autē herodes vsq; ad litus progressus multis eos ammonebat. ne & sibi interitus & patrię belli causa fierēt dum inconsiderate contendunt. Illis autem tanto magis indigne ferentibus antonius missis armatis multos occidit multos etiam vulnerauit: quorū & saucios cura & mortuos sepultura hyrcanus dignatus est non tamen ideo qui effugerant quiescebant. Perturbando enim ciuitatem antoniū irritabant vt etiam quos in vinculis haberet occideret.

❡ Barzaphanę parthos satrapas post bienniū cum pacoro parthorū regis filio Syriam obtinēte Lisanias ptholomei mennei filios mille talenta cum quingētis mulieribus repromittit vt antigono regnum cōtraderent & hyrcanum exturbarent quo persuasus pacorus per maritima Barzahanes vero per mediterranea loca copias ductant attributa equitū partē regio ministro qui iudeam petens Iudeorum cōsilia exploraturus suppetiaret antigono cui pleriq; iudeorū adherentes locum qui drimas dicit occupant suis hostibus qui hierosolimā petentes vsq; ad regiam pergunt vbi cū hyrcano & phaselo cōcertantes in fugamversi ab herodis manu in phano cōcludunt collatis sexaginta custodibus pędes proximas quos populus fratribus infensus concremabit qua de re Herodes succēsus cū populo

Malichus occiditur pręsente hyrcano

Fœlix contra phaselū bellum mouet malichi mortē volēs vindicare sed vincitur.

Victoria herodis cōtra antigonū filium.

Marianne filia alexandri filij aristoboli secūda herod vxor.

Anthonius cleopatre captus amore herodē & fratrē tetrarchas facit & eorū accusatores puniunt qbusdam occisis alijs cū iniuria recedētibus.

Iterū legati iudeorꝝ cōtra fratres mittūtur: quorꝝ indignatus Anthonius multos occidit & multos vulnerauit sed & victos iterfecit.

confligens multos trucidat & instante penthecostes festo plebem adorsus plures peremit. Interea vero pacorus pacis arbiter ab antigono dolose petitur quem phaselus recepit hospitio sed phaselus ipse & hyrcanus insidiose a parthis captis. Herodes mariannes suasu hostium euasit insidias ad ydumeam proficiscens & in massada contra hostes victoria potitus i memoria preclari facinoris arcem munitissimam condidit de suo nomine herodiam vocãs cui vero de idumea venienti Iosippus frater obuiam venit. Parthi autem apud hierosolymam in predam versi fugientium domos & regiam depredati sunt.

Capitulum duodecimum.

Barzaphane autem parthorum satrapa syriam biennio post cum regis filio pacoro detinente insanias patris sui mortui successor ptolomei mennei filius mille satrapę talẽta pollicitus: & mulieres quingentas eis persuadet: vt antigonum in regnum inducerent hyrcanumq; deponerent. Impulsis igitur ab eo pacorus ipse quidem per maritima loca perrexit: barzaphanen autem itinere mediterraneo iussit irrumpere. Sed maritimorum tirij pacorum excluserunt. cum ptolomeus alias ptolomenses eum & sidonij recepissent. Ille autem quendam regium ministrum cognomine Siuũ equitatus ei parte attributa ad iudeam iussit accedere. & exploraturum hostium consilia: & vbi visus exegisset presidio futurum antigono. Plurimi autem eorum qui carmelum populabantur iudei vltro ad antigonum currunt ad irruendum alacriter animati. Ille autem ad locum qui drimas dicitur alias drymos seu dir in occupandum eos premittit ibi commissa pugna: depulsisq; hostibus & fugatis hierosolymam cursu petebant auctiq; multitudine vsq; ad regiam processerunt. Excepti autem ab hyrcano & fasello: forti acie in foro confligunt. Ibiq; hostes in fugam versos pars herodis in phanum concludit: custodesq; his sexaginta viros apponit. per edes proximas collocatos. Sed hos quidem infensus fratribus populus igne consumit. Herodes autem iracundia peremptorum congressus cum populo multos obtruncat: inq; dies singulos inuicem se per insidias incursantibus. assidue cedes erãt. Instãte vero die festo qui pẽthecostes vocatur omnia circa tẽplum totaq; ciuitas plebe rustica repleta est & pleraq; armata. Et faselus quidem muros herodes autem cum paucis domum regiam custodiebat inuasisq; de improuiso hostibus in suburbio alias suburbano plures quidem peremit: omnes autem in fugam vertit: & hos in ciuitatem alios in phanum alios in extremum valuum includit. Interea pacis arbitrum antigonus pacorum petit admitti. Exoratus autem phaselus & ciuitate & hospitio. cũ equitibus quingentis parthum recœpit sed eundem quidem specie concordię venientem re autem verũ vt adiuuaret antigonum: deniq; phaselum dolo pepulit ad barzafanem legatos de compositione mittere q̃uis multa dissuadente herode atq; vt insidiatorem occideret neue se eius fallacijs dederet ammonente enim natura barbaros fidem negligere. Exijt enim pacorus cum hircano: quominus suspectus esset. Nonnullisq; relictis equitibus apud herodem qui se Eleutheros vocent cum cæteris phasellum prosequebatur. Sed vbi ad galileam venerunt indigenas quidem diffidentes atq; armatos offendũt satrapam vero conueniunt satis callide & officijs amicitię dolos tegentem. deniq; postq̃ dona eis dedit: redeuntibus insidias posuit: illi autem in maritimum quendam locum deducti cui nomẽ est ędippon fraudem intelligunt: ibi enim de promissis mille talentis audierunt & q̃ antigonus plęrasq; mulieres ex his quas ipsi haberent inter quingentas partes deuouisset: quodq; sibi semper a barbaris pręstruerentur insidię. Olim enim capti essent nisi mora fuisset dum hierosolymis caperetur herodes: ne sibi presciens quę de his agerentur caueret: hęc iam non verba erant solum. Nam & custodes haud procul abesse conspiciebant & tamen phaselus hircanum deserere non est passus q̃uis eũ sæpius moneret vt fugeret: cui saramalla tunc syriorum ditissimus dixerat quemadmodum essent omnia de insidijs constituta. Sed conuenire satrappam maluit atq; in os exprobrare q̃ se insidijs appetisset: ac maxime quia pecunię causa talis extitisset cum plures ipse pro salute daturus esset q̃ pro regno promisisset antigonus. Ad hęc parthus subdola satisfactione iureq; iurando suspitionem deprecatus perrexit ad pacorum: statimq; a parthis qui remanserant quibusq; iussum erat phaselus atq; hircanus comprehenduntur: periuria simul ac perfidiam execrantes: at interim minister ad hęc missus herodem capere moliebatur: eumq; fallere vt extra murum procederet sicut sibi mandatum fuerat conabatur. Ille autem suspectos habere solitus ab initio barbaros: & tunc minime dubitans in hostes incidisse litteras quę insidias indicarent prodere nolebat q̃q̃ satis idoneam causam pacorus pretenderet epistolas portantibus obuiam ire debere. Nec enim aut ab hostibus esse captos aut quicq̃ de insidijs. sed quę phaselus gessisset his contineri. Iamdudum autem ab alijs audierat herodes fratrem suum phaselum esse correptum & hircanum cuius filia marianne prudentissima feminarum multis eum precibus ne proderet orabat neue se crederet manifestis iam conatibus barbarorũ. Adhuc autẽ pacoro cũ socijs deliberante quo nã modo clã patraret insidias nec enim fieri posset vt tantę sapientię vir ex aperto circũueniretur: nocte herodes cũ propinquissimis sibi personis ad idumeam ignaris hostibus proficiscitur.

Barzaphane pthus cum pacho ro regis filio biẽnio Syriã deturbãt lysania filio ptholomei mille talenta & mulieres quĩgẽtas pro mittẽte, vt antigonũ in regnũ inducãt & hircanũ exturbent.

Herodes ob suorum iustionẽ paratus plerosq; trucidat.

Pacorus pacis arbiter ab ãtigono dolose petitur quẽ phaselus cœpit hospitio.

Natura barbari fidẽ negligunt.

Pacori dolus.

Hircanus & phaselus isidiose capti i ędippõ deducuntur.

Phaselus hyrcanũ deserere nolens & si a Saramalla sup isidijs edoctus esset.

Herodes dolo se impetitus literas insidiarũ indices prodere abnuit.

Herodes mariãnes suasu hostiũ euasit isidias & vadit in idumeã

Eoq; cognito parthi eum persequebātur. Et ille matrem quidem fratresq; suos desponsatāq; puellam cum matre minimosq; fratres pertendere iter iussit. Ipse autem caute cum famulis suis barbaros retentabat multisq; per omnes conflictus interemptis, ad castellū massada properabat. Grauiores autē parthis in fuga iudeos expertus est. Qui cum super molesti fuissent, sexagesimo tamen ciuitatis stadio aliquandiu etiam acie decertarunt. Vbi herodes victoria potitus cum multos interfecisset: ipsum locū in memoriam præclari facinoris edificatū locupletissima exornauit regia, arcēq; in eo munitissimam condidit: ac de suo nomine herodion vocauit. Et tunc quidem cum fugeret multos ad se applicabat. Postea vero q̄ de ydumea venit, occurrit ei frater Iosippus alias Iosephus turbamq; sequētium dimitti persuadet: nec enim capacem esse tantę multitudinnis massadam. Erat autē supra q̄ nouem milium multitudo. Itaq; paruit herodes eius consilio, & impares quidem necessitati per ydumeam dimisit cū viatico: lectissimos autem maximeq; necessarios tenuit atq; ita in castellum receptus est. Deinde octingentis ibi relictis qui mulieres defenderent, itemq; commeatu qui satis esset obsessis: ipse in petram ciuitatem arabię perrexit. ¶ Parthi autem apud hierosolymam in prędam versi in fugientium domus ac regiam irruebant: solis hircani pecunijs abstinentes: quę trecenta talenta superabant. Aliorum vero spe minores inueniebant qm̄ herodes iam pridem barbarorum perfidiam suspicās: quicquid erat in opibus preciosū in ydumeā multo ante cōportauerat eiusq; sociorum itidem quisq; fecerat.

Victor hærodis arcem edificauit quē vocauit herodion. Iosippus fr̄ hærodi obuiam venit in idumea. Parthi hierusalē deprędantur.

¶ Parthi Antigonum iudeorum regem constituentes hircanum & phaselum vinctos tradunt verberandos qui hircani aures ne pontificium quandoq; recipiat obtruncauit. Phaselus vero antigonuꝫ virtute preueniens cum nec ferri copiam nec liberas haberet manus saxo caput percutiens interijt cū gaudio moriens morti suę herodem cognoscens vltorem. parthi autem hyrcanum vinctum ducūt in parthiam herodes quoq; fratrem adhuc viuere credens vt ipsum liberet sollicitus est pecuniam mutuare quam arabum rex recusat vnde herodes indigratus versus ęgiptum recedit vbi a cleopatra honorifice receptus est: sed regię ipretis precibus & hyemis asperitate maxima ędificata naui romā petit vbi ab antonio cui quę facta sunt nunciauit benigne est receptus eumq; tūc regem proposuit facere iudeorum antigonum inimicum cognoscens & cōuocato senatu antipatri merita prędicauit: & herodes a senatu rex creatur cuius regni primo die apud antoniū cenatum est. Capitulū tertiūdecimū.

Verumtamen postq̄ pręda potiti sunt parthi ad hoc iniurię processerunt vt omnem terram illam bello implacato replerent marisa quoq; ciuitate vastata nec solum ātigonum regem constituerant: verum etiam faselum: & hircanum vinctos ei traderent verberandos. At ille hircani quidem auriculas dentibus truncat ne solutus quidem rebus mutatis vnq̄ pontificatum reciperet. Ab integris enim celebrari sacra oportet. ¶ Faseli vero virtute preuentus est antigonus. Qui cū nec ferri copiam nec manus liberas haberet: ad saxū fracto capite interijt. Atq; ita ꝓbato ꝙ verus herodis frater esset. Hircanusq; degenerasset, viriliter vita fungitur: dignum operibus humanis obitum assecutus. Fertur tamen & aliud ꝙ ex illa quidem plaga resipuerit: sed veluti curandi eius causa missus ab antigono medicus venenis malis vulnus expleuerit eoq; illū pacto peremerit. Vtrūuis autem verius sit: preclarum habet initium. Deniq; aiunt eum priusq̄ efflaret animam cognito ex quadā muliercula ꝙ herodes euasisset dixisse. Nunc bono animo discedam qui vltorem inimicorum viuum relinquerim ille quidem sic moritur. ¶ Parthi autem q̄q̄ mulieribus caruerint quas maxime cupiebant, rebus tamen antigono apud hierosolymam compositis vinctum in parthiam hircanum ducunt. ¶ Herodes autem obstinatus in arabiam velut adhuc viuo fratre suo festinabat vt pecunias ab rege acciperet quibus ex solis exortatum iri pro faselo sperabat auariciam barbarorū. Etenim reputabat si arabs minus paternę amicitię memor fuisset animoq; liberali paratior, vel mutuum ab eo sumere ꝙ redemptionis causa preberet: pignori opposito ipsius filio quem redimeret: secum enim habebat fratris filium septem annis natum: trecentaq; talenta dare decreuerat interpositis pręcationi tyrijs Sed profecto studium fortuna pręuenerat & phaselo mortuo nec quicq̄ fratrem diligebat herodes. Non tamen vel apud arabas saluā esse amicitiā reperit. Malichus rex eorum iudeis pręmissis qui hoc ammonerēt q̄ primū eū reuerti ex similibus suis iubet simulatione quidē parthos per legatos petisse vt herodē arabia pelleret. Certa vero causa fuit ꝙ vicem antipatro debitā negare ꝓposuerat: neq; pro bn̄ficijs ab eo perceptis aliquid eius filijs gr̄e repēderet: cōsolationis ęgentibus. Impudētię alias iprudētie vero suasores habebat qui ātipatri vellēt obiurare deposita. Erant aūt circa eū potētissimi: ꝓinde herodes quidem vbi arabas ex ea sibi causa hostes esse deprehēdit vnde amicissimos existimabat: eaq; respondit nūcijs quę dolor iperauit: ęgiptū versus recedit. Et prima quidē vespera in quodā agresti phano dum postuenientes recipiebat, tendi: postero autem die cum rinocuram peruenisset fratris eius mors nunciatur acceptoq; tanto luctu quandoq; curarum estum deposuit & ibat vlterius. Itaq; arabem sero factum penituit: & qui reuocarent eum quē contumeliose tractauerat, velociter misit. Herodes autem

Antigonuꝫ parthi nō solū regē cōstituūt sed ei hircanū & phaselum victos tradūt verberādos qui hyrcani aures truncauit ne pōtificiū quandoq; recipiat.

Parthi hyrcanū vinctum ducunt in parthiam

Herodis studiū pro frē liberādo

Arabum rex herodem recusat hunc vocat egesippus rochum. Recedit hærodes versus ęgip. & mortē fratris sciuit in rinocura/hāc.li.xiiij.anti. ca.xiij. vocat andriua rura.

etiam hunc in pelusium preuenerat. Ibiq; transitu prohibitus ab eius rei speculatoribus rectores adit & illi eum famam viri dignitatemq; reueriti alexandriam prosequūtur. Transgressus ad ciuitatē honorifice a cleopatra susceptus est· ducē sibi militum eum fore ad ea quę parauerat existimā:e despectis aūt reginę precibus:neq; hyemis asperitatem neq; marina discrimina quo minus romam nauigaret extimuit. Circa pamphiliam vero per elitatus.maiore oneris parte reiecta vix in rodum vehemēter bello cassij solicitam.saluus euasit. Amicorum autem suorum ptolomei & saphij receptus hospitio licet rei peculiarie pręmeretur inopia: maximam tamen edificat nauim triremem:eamq; cum amicis delatus in brundusium atq; inde continuo romam profectus familiaritatis paternę gratia primum cō uenit antonium : eiq; tam suas q̄ totius generis clades exponit quodq; affectibus suis in castello relictis atq; obsidione cinctis supplex ad eum hieme nauigasset. Itaq; tantę miserationis casum miseratus antonius & memoria quidem iunctę cum antipatro dextrę Cum vero ipsius qui aderat cōtemplatione virtutis:etiam tunc eum regē cōstituere proposuit iudeorū:quem ipse tetrarcham ante fecerat. Non minus autem q̄ herodes fauore: odio ducebatur antigoni. Hūc enim & seditiosum & romanis inimicum esse arbitrabatur. Cęsarem quidem sciebat multo q̄ ipsum paratius renouantem antipatri expeditiones quas in ęgipto cū eius patre pertulerat: & hospitiū & in rebus cūctis beniuolentiam cum pręter hæc ipsius quoq; herodis efficatiam cerneret. Verumtamen & senatū conuocabat vbi messala & post eum Atratinus astante herode patris eius merita & ipsius circa populum romanū fidem prosequebantur:quo simul hostem antigonum demonstrarent:non solū ꝙ intra breue tēpus his diffidere cœpisset verum etiam ꝙ antea quoq; populo romano despecto:parthorum suffragio regnum curauisset accipere. ¶ His aūt cōmoto senatu cū antonius etiā bello cōtra parthos gerēdo vtile esse diceret herodē regē creari oēs assentiunt. Dimissoq; concilio antonius quidem & Cęsar egrediebantur mediū stipantes herodem:cōsules autem cū alijs magistratibus antecedebāt cęsari hostias decretūq; senatus in capitatolio reposituri. Primo autem die regni herodis apud antonium cenatum est.

¶ Antigonus massada obsidens inclusis aqua carētibus pluuia diuinitus puteos impleuit ventidius autem a romanis missus vt parthos a syria prohiberet pecunijs corrumpitur & discedens silonē reliquit qui ab antigono similiter mercede corrumpitur herodes vero aucta virtute massadam ab obsidione voluit liberare sed eum impediuit ioppe hostilis qua capta herodes ad massadam suos liberaturus properat Indigenas varijs modis sibi associans quia massada hierusalem contra antigonū proficiscitur & circa eius mœnia se pro bono populi venisse proclamari iubet seq; de nullo vlturum omnesq; condonare offensas: quę proclamatione exaudiretur ab antigoni sectatoribus impeditur. tūcq; silonis reuelata est corruptio. Herodes quoq; magistratus & milites orat vt quem a cęsare antonio & senatu deductum honorifice cognouerant non deserant eosq; pœnuria liberare pollicetur ꝙ antigonus molitur impedire. Herodes autem decem cohortibus munitus hierichonta pergens vacuā inuenit incolis quingentos tamen cum mulieribus & familijs montiū fastigia occupātis dimisit reliquam autem ciuitatē romani expilant. Antigonus vero silonis corruptione partem exercitus suscepit loddis in gratiam herodes autem idumeam cū equitibus & prępeditibus cōmouit. Cumq; capta sephori milites hyemalibus brumis defatigatos refocillat, & aduersus latrones animum dirigit galilæamq; a latronibus purgauit pecunia militibus pro stipendijs distributa ferorę quoq; fratri minimo scripsit vt & foro venalium consuleret muroq; castellum alexandrium cingeret. Capitulum quartumdecimum.

Hodem vero tempore antigonus apud massada inclusos obsidebat : alijs quidem victui necessarijs abundantes:aquæ autem inopes Vnde Iosippus quoq; frater herodis cum ducentis familiaribus suis ad arabas confugere cogitabat:audito ꝙ eorum quæ in herodem commiserat malichum pœniteret. Castellumq; reliquisset: nisi circa noctem qua exiturus erat plurimum ymbrium contigisset effundi. Aqua enim repletis puteis fugiendi causa non erat a deo vt etiam vltro in antigoni militē eruptiones auderent:multosq; nunc aperto prelio:nunc insidijs neci darent. Non tamē illis omnia pro voto cedebāt sed ipsi quoq; interdum cum aduerso casu reuertebantur. Interea dux romani militis ventidius prohibitum missus parthos a syria post illos in iudeam venit. verbo quidem vt iosippo & qui vna obsidebantur ferret auxilium:re autem vera vt pecunias auferret antigono. Itaq; cum non longe ad hierosolymis tetendisset quęstu explectus:ipse quidem cum plurima exercitus parte discessit sylonem vero cum paucis ne furtum deprehenderetur si omnes adduxisset reliquit. Antigonus autem sperans iterum parthos sibi adiumento fore:silonem interim placabat vt pendente spe nihil inquietaret. ¶ Iam vero noui ex italia in ptolomaidem deuectus herodes non parua manu coacta externorum atq; gentilium, per galileam aduersus antigonum properabat: ventidij & sylonis fultus auxilio. Quibus dellius ab antonio missus vt herodem in regnum deducerent persuasit. Horum autem ventidius qui,

Herodes a cleopatra honorifice receptus sed regine spretis p̄cibus & hyemis asperetate Romam adit.

Herodes Romā veniēs antonio quę facta sūt nūciat q ab eo benigne est receptus eūq; tūc regē ꝓposuit facere iudeorū antigonū īimicū cognoscēs & senatu cōuocato p̄ris merita p̄dicant.

¶ Herodes rex a senatu creatur Antonius prio die regni herod̄ cenam fecit. &c.

Antigonus tunc iclusos apd̄ massada obsidet qbus aqua careti bus dīnitus pluuia puteos impleuit.

Ventidius a romanis missus vt prohiberet parthos a Syria sed pecunijs corrūpit & discedens reliquit Sylonē.

Sylo ab antigono mercede corrumpitur.

Herodes (aucta virtute,) malladā ab obsidione voluit liberare sed impediuit Ioppe hostilis.

Capta ioppe herodes ad massadam suos liberaturus properat i digenas varijs modis sibi associans.

¶ Herodes circa mœnia pclamari iubet p bono populi venisse seq; de nullo vlturū oēs cōdonare offēsas quę pclamatiōe exaudiretur ab antigoni sectatoribus impeditur.

Antigonus molitur impedire p milites ānonam subministratis hostibus.

Romani ciuitatem expilant.

Antigonus corrupto silone partem exercitus loddis suscepit i gratiam.

Herodes sephori capta milites hyemalibus brumis defatigatos inibi refocilat: & aduersus latrones aiam dirigit

Herodes diu im moratus contra latrones i spelūcis delitescentes

busdam turbas in ciuitatibus quę propter parthos euenerant componebat: sylonem vero antigonus in iudea mercede corruperat. Non tamen herodes opis egebat. In dies enim singulos quo manū promouebat: augebantur eius copię. Nam pręter paucos: omnis ei galilea cōsensit. Et propositum habebat pręmium necessarium massadam vt primum affines suos obsidione liberaret sed impedimento fuit ioppe. Hęc enim prius ꝙ hostilis esset: eximenda videbatur: ne dum ipse peteret hierosolimā tu tamen aliquod a tergo inimicis relinquęretur. Sylo autem iungit agmina inuenisse gaudens resistendi occasionem ꝙ eum persecutio pręmeret iudeorum. Hos autem herodes parue manus excussione pertetritos mature in fugam conuertit: & sylonem male repugnantem periculo eripit. ¶ Deinde capta ioppe suos liberatum ad massadam festinabat cum indigenarum alios amicitia paterna sibi sociaret: alios ipsius gloria: nonnullos vtrisq; beneficijs debita vicissitudo plurimos tamē spes vt a rege certissimo. Iamq; enim validissimas quęsierant copias. Sed antigonus iter eius impediebat loca insidijs oportuna pręueniens vnde nullum aut minimū afferebat hostibus detrimētum. ¶ Herodes autem facile receptis e massada pignoribus suis & rebus: a castello in hierosolimam perrexit. Cui se tam silonis milites q̄ ceteri ex ciuitate iunxerūt: virum eius timore perculsi. Castris autē positis in occidua regione oppidi custodes eius parthis ipsum sagittis & iaculis impetebant ab alijs vero per cuneos excurrentibus primę frontis acies temptabātur. Herodes autem primo circa muros declamari iussit. populi se bono & saluti ciuitatis aduenisse. pœnasq; a nullo q̄uis manifesto inimico repetiturum: sed discordissimis etiam offensarum obliuionem daturum. Deinde cum allocutionibus contrarijs pars antigoni obstaret quo minus aut pręcones exaudire aut voluntatē mutare quispiam posset quod reliquū erat suis imperat murorum defensores adulcisci. Atq; illi statim sagittis cunctos ex turribus fugā verterunt. Ibiq; cum sylonis detecta corruptio est. Multis enim militū sub armatis qui rebus agere se necessarijs acclamarent. pecuniamq; alimentis poscerent atq; hyemandi gratia in loca oportuna dimitti. nam ciuitati proxima deserta erant ita omnibus ab antigono ante prouisis: & incitabat exercitum & ipse recedere conabatur. Herodes autem non solum rectores qui syloni parerēt. sed etiam milites vbi essent plurimi conueniendo rogabat ne destituerent quem scirēt a cęsare & antonio & senatu deductum in vno die pollicitus eos pœnuria soluere. Deinde hęc pręcatus ipse ad agros abijt: tātamq; his exhibuit copiam commeatus vt sylonis omnes accusationes perimeret: simulq; prospiciēs ne vel in posterum ministrare desinerent. accolas samarię per epistolas ammonebat. Nam ciuitas eius se clientelę dederat: vt alimenta & vinum & oleum & pecora in hiericonta deferrent. Hoc vbi audiuit antigonus: statim hostes qui frumenta prohiberent. atq; insidijs opprimerēt. per agros dimitit. Illiq; iussis obediunt: & iam magna manus armatorum super hierichonta fuerat congregara. Discreti autem montibus insidebant: si qui exportarent victui necessaria speculantes. ¶ Non tamē herodes ociosus erat: sed ex cohortibus comitatus quinq; romanis & quinq; iudeorum. quibus permixti erant etiam mercede conducti trecenti. pręterea paucis equitibus hierichonta peruenit. Et ciuitatem quidem vacuam habitatoribus reperit: quingentos vero cum mulieribus ac familijs montium occupasse cacumina. Et hos quidem captos dimisit. Romani autem in reliq̄ ciuitatem irruunt eamq; diripuere: cū plenas domos offendissent omnigenū condotionum. Rex autē apud hierichonta pręsidio collocato reuersus est: romanūq; militē in his quę sibi cesserant ciuitatibus hoc est idumea. & galilea & Samaria hic maturū dimisit. ¶ Antigonus quoq; sylonis coruptione meruit vt partem exercitus loddis susciperet in antigoni gratiam. Et romani quidem armorum cura soluti: rebus omnibus abundabant. Herodes autem non quiescebat: sed idumeam duobus milibus peditum. & quadringentis equitibus misso etiam fratre suo iosippo cōmouit: ne quid noui cum ātigono fieret. Ipse autē matre cum alijs quos ex massada liberauerat affinibus suis in samariam translata ibiq; tutissime collocata vt cętera galilęę subuerteret: atq; antigonū pręsidio expelleret: proficiscitur. Cumq; sephorim licet vehemētissime ningeret: peruenissēt: facillime ciuitatem capit custodibus eius āte aggressionē fuga dilapsis. Ibiq; suis militibus quos hiems fatigauerat recreatis: erat enim magna copia cōmeatus: aduersus latrones in speluncis agētes direxit animū qui plęraq; illius regionis incursantes nō minoribus q̄ belli cladibus incolas afficiebant. Pręmissis autē tribus peditum cohortibus vnaq; ala equitū in vicum arbella ipse diebus quadraginta post cum reliqua manu superuenit. Nec tamē eius incursum hostes extimuere. Sed armati obuiā procedebant pericia bellatores & ferocitate latrones. Deniq; pręlio cōmisso dextro ipsorum cornu sinistrum. Herodis in fugā pellitur. Ille autē de suo dextro circumgressus velociter subuenit Et suos quidem a fuga retrahit. Irruendo autem in hostes impetum persequētium refrenabat donec a fronte pugnantes violentię cōcesserunt. Qui tamen eos vsq; ad iordanem cedēdo persequębatur & magna fugientiū parte perempta cęteri trans fluuiū disiecti sunt. At galilea metu purgata est nisi ꝙ in speluncis latitātes reliquęrāt eorūq; [illegible] ibi remorādum fuit. Quamobrem primum labo

ris fructum militibus rependebat centum quinquaginta nummorum dragmas singu'is diuidendo co rumq; rectoribus multiplicatam summam ad hiberna mittendo. ¶ Feroræ autem fratri minimo scri psit vt & foro venalium consuleret: muroq; castellum alexandrium cingeret. Quę ab illo curata sunt.

¶ Premia militi bus rependuntur & rectoribus mul tiplicantur.

¶ Ventidius Antonio athenis diuersante silonem & herodem ad expeditionem in parthos accer sit herodes vero libenter ad ventidium silone dimisso aduersum latrones in spe'uncis habitantes mo uet exercitum nullusq; latronum herodios conseruare: volenti sese dedere voluit sed senior quidem se ptem filiorum pater ipsos cum vxore ne herodi quędam commiseranti sese darent ipsos trucidauit. sibiq; postea mortem consciuit herodes autem subactis latronibus prefecto ptolomeo in Samariam re dijt qui abijs qui galileam infestabant trucidatur quorum postea multitudinem interemit Herodes. Ventidius quoq; antonij iussu interempto pacoro mille equites & duas cohortes i auxilium misit he herodi. Herodes quoq; macherę iniquitatem accusaturus properat ad antonium qui præcibus tamē in gratiam regis redijt herodes quoq; Samosathan aduenies obsidionem terminauit multis barbaris interfectis Iosippus autem contra fratris iussum in antigonum bellum mouens cum recentibus roma nis militibus occiditur vnde antigonus victoria minime contentus seuit in mortuum & caput eius ab scidit pro quo ferora.l.offerebat talenta.

Capitulum quintumdecimum.

Itaq; circum athenas versabatur antonius. Venditus autem ad bellum cōtra parthos Sylonem atq; herodem accersijt: mandato eis per epistolas vt iudeę statum ante com ponerent. Sed herodes libenter ad ventidium sylone dimisso: ipse aduersum latrones in speluncis habitantes mouet exercitum. Iste autem speluncę in preruptis montibus erant vndiq; inaccessę. transuersosq; tantum ac per angustos ascensus habebant sa xumq; ab earum fronte vsq; ad fauces altissimas pertinebat rectum vallibus imminēs vt aliquandiu quidem rex incertus esset pro loci difficultate quid ageret. Postremo autem molimine vteretur satis incauto. Etenim valentissimus quisq; demissus arculis exponebatur in hostia spelunca rum: sicq; cum familijs eos mactabant: ignemq; repugnantibus inijciebant. Cumq; aliquos ex his cō seruare vellet herodes: vt ad se recederent voce præconis edixit. Sed illorum neq; voluntarium se quisq̄ ei tradidit & quosuis coegerat. multi mortem captiuitati pretulerūt. Vbi etiam senior quidam septem filiorum pater. orantes cum matre filios vt egredi sibi ad fœdera permitteret: occidit hoc mo do. Iussit exire singulos: ipse ad hostium stabat & prodeuntem filiorum quemq; trucidabat herodes autem e spelunca prospiciens & dolore conficiebatur: & vt filijs parceret seni dextram cum precibus porrigebat. Ille autem dictis eius nequaq̄ mitior factus: insuper velut humilis animi contempsit he rodem: & post filios occidit vxorem. Deiectisq; desuper mortuis: postremo semet precipitem misit. Speluncis igitur & qui in his erant ita subactis herodes relicta exercitus parte quanta ne quis rebel lare temptaret satis esse arbitraretur eiq; parthi ptolomeo præposito in Samariam redijt: armatorum quidem tria milia. sexcentos vero equites in antigonum duces. Tuncq; propter eius abscessum nacti licentiam quibus galileam turbare mos erat: ptolomeum vero militum rectorem aggressi nec opinan tem interficiunt egros autem vastabant: in paludes autem atq; in abditissima loca refugientes. Qui bus cognitis herodes mature succurrit: & magnam quidem eorum multitudinem morte cōsumit. Om nibus autem castellis obsidione liberatis. huius mutationis causa multam exegit a ciuitatibus pecuniā centum talenta. ¶ Iam vero parthis expulsis: occiso etiam pacoro: ventidius antonij litteris monitus equitum mille auxilia duarumq; cohortium aduersus antigonum mittit herodi. Eorum autem ducem macheram vt ad se adiutum veniret per epistolas rogauit antigonus & de vi herodis multa conque stus: & pecuniam dare pollicitus. Sed ventidius nec enim ad quod missus fuerat negligendum puta bat. presertim cum plura daret herodes in proditione quidem ei nō paruit: simulata vero amicitia res antigoni exploratum perrexit: non admisso herodis consilio dissuadentis id fieri. ¶ Antigonus autem quia: presensit quid cogitaret: ciuitatem ei clausit: & tanq̄ hostem vlciscebatur ex mœnibus: donec ma cheram incepti puduit: & in amathūtem ad herodem recessit Iratus autem q̄ res aliter cessérat. quos cumq; iudeos offendisset interficiebat: vt nec vel herodianis parceret: sed & antigonianis omnibus abutebatur. Hec cum egre ferret herodes in macheram quidem vindicare voluit tanq̄ in hostem ira cundiam vero repressit: & ad antonium properabat: apud eum accusaturus macherę iniquitatem. Ille autem delicta sua reputans: velociter regem consequitur vtq; in gratiam secū redeat multis precibus effecit Neq; tamen herodes a proposito suo reuocatus est: quo minus ad antonium pergeret. Sed cū audisset cum magnis viribus oppugnar · samosatam iuxta eufratem validissimam ciuitatem: acrius fe stinabat: oportunum hoc esse tempus perspiciens demonstrandę virtutis & vt magis magisq; place ret antonio. Deniq; mox vt ad eum venit finem attulit obsidioni multis barbaris interfectis: magna q; prede parte sibi destinata: vt antonius quidem quāq̄ eius virtutem antea mirabatur tamen etiam

Antonio Athe nis diuersātevē tidius ad expe ditionē in pthos sylonē & Hero dem accersit.

Modus latronū euincendorum.

Horrificu3 senis facinus qui tru cidās. vij. liberis & vxori sibi mor tem consciuit.

Herodes suba ctis latrōibus p̄ fecto ptolomeo in samariam re uertitur.

Ventidius īterē pto pacoro ā.o nij iussu mille e qtes & cohortes duas in auxiliū herodi misit.

¶ Herodes ma cherę infesus ad antoniū pperat macheram accu saturus. qui pre cibus in gratiam regis redijt.

Iosippus contra fris iussũ in Antigonũ mouens prę aiole depugnãs cũ romãis militibus recẽtibus occiditur.

Antigoni imanitas in mortuum Antigonus se iosippi caput abscidit pro quo ferora frater .l. talenta offert.

tunc magis eandem opinionem haberet: multumq; ad honores eius spemq; regni adderet: ãtiochus vero tradere samosatam cogeretur. Cum hęc agerentur: res hærodis in iudea fractæ sunt. Reliquerat enim iosippum fratrem qui omnia procuraret cum mandatis huiusmodi. vt neq; ante reuersionem suam aduersus antigonum commoueret quia non firmum esset auxilium machere. quantum delictis superioribus probaretur. Verum iosippus vbi fratrem procul abesse cognouit. imemor pręceptionis hierichonta cum quinq; cohortibus a machera secum missis petit: vt maturo messium tempore frumenta diripiat. Incursu autem per montana atq; aspera loca oppressus & ipse cadit: magnam viri fortis in ea pugna gloriam consecutus: & omnes romani milites pereunt decem enim lectę erant de syria cohortes: nec veterum militum quemq̃ permixtum habebant: qui belli posset operibus opitulari. Antigonus autem victoria minime contentus fuit: sed eo processit iracundie: vt mortuum quoq; iosippũ verberaret. Deniq; nactus corpora mortuorum: etiam caput eius abscidit q̃uis quinquaginta talenta feroras frater eius pręcium redemptionis offerret.

¶ Antigoni fautores herodis optimates aquis submergere conantur. Sosius vero syrię prępositus captis samosatis ab antonio auxiliari iubetur. Hęrodi qui apud daphnem somnijs & nuncijs de fratris nece certificatur quiq; propter casum præter spem ei accidentem deo carus creatus est Romaniq; ab hostibus telis & lapidibus sauciatis hęrodes ipse telo vulneratus est. Antigonus autem pappum in samariam mittente hærodes captis municipijs cesisq; duobus habitatorum milibus ad copias suas redijt cui multi iudeorum varijs inducti rationibus adheserunt quiq; fraternę cedis recordatione acrius dimicabat & fusis & hostibus ingens fit excidium tantaq; cadauerum per vias erat multitudo vt etiam victoribus transitus obstrueretur statimq; hęrodes ad hierosolymam perrexisset nisi hiemis asperitas eum prohibuisset. Hęrodi quoq; balneum ingressuro vnico comitante famulo pleriq; hostes armati occurrerunt qui attoniti licet inermis foret diffugerunt. Quidam vero pappi quę iosippũ interemerat caput obtruncans ferorę mittit.

Capitulum sextumdecimum

Antigoni fautores sũmates herodis studiosos aquis obruunt. Sosius syrię prępositus capta samosata ab antonio iubetur herodi suppetiari.

Tanta vero nouitas post Antigoni victoriam galileę res occupauit: vt qui partibus eius magis fauerent. productos optimates herodis studiosos lacu summergerent multaq; ydumea quoq; mutarentur: vbi macheras castelli cuiusdam instaurabat mœnia cuius nomen est togitha alias gottha Neq; horum quicq̃ herodes audierat. ¶ Captis enim samosatis antonius & pręposito syrię sosio. iusso quoq; vt herodem aduersus antigonum adiuuaret: discessit in ęgiptum. Sosius autem duabus cohortibus in iudeam pręmissis quarum herodes vteretur auxilio: ipse cum cętera manu militum sequębatur ¶ Herodi autem prope degenti apud daphnen antiochię: mortem fratris somnia significant. Cumq; turbatus persiluisset stratu ecce nuncij cladis intrabant. Quare prę dolore paululum quęstus maxima luctus parte delata in hostes properabat: vltra vires iter accelerans. Et vbi ad libanum venit octingentos montis accolas assumit auxilio. Namq; his iungit romanorum cohortem: cum quibus non expectata luce in galileam ingressus est: hostesq; obuios in eum quem reliquerant locum aduertit. Et assidue quidem castellum oppugnare temptabat. Sed priusq̃ id caperet: asperrima coactus hyeme in vicos proximos recepit exercitum. Paucis autem diebus post auctus etiam alterius cohortis præsidio inquam Anthonius miserat. tanto hostibus fuit terrori: vt castellum nocte desererent. ¶ Iamq; per hierichonta properans ibat: vt q̃ primum interfectores fratris sui posset vlcisci. Vbi etiam mirabilis ei monstroq; similis casus euenit. Vnde pręter spem liberatus: opinionẽ q͛ deo carus esset adeptus est. Nam cum multi honorati vespera illa cenauisset: postq̃ dimisso conuiuio omnes ęgressi sunt: confestim cenaculum concidit. Id autem commune sibi tam periculorum q̃: salutis indicium quantum ad futurum bellum pertineret esse conijciens mane prima castra commouet. hostiumq; circiter tria milia de montibus decurrẽtium prima temptabat agmina. At manum quidem cum romanis conserere nõ satis fidebant: lapidibus autem ac telis eos dum modo plurimos sauciarent eminus appetebant. Ibi herodes quoq; ipse pręteriens latus iaculo vulnerabatur. ¶ Antigonus autem se non solum audacia suorum sed etiam multitudine superiorem videri cupiens. Pappum quendam ex contubernalibus suis cum manu militum in Samariam mittit quibus quidem macheras erat palma victorię. Herodes vero terram peruagatus hostium quinq; municipia capit: duoq; habitatorum milia consumit: exustisq; domibus ad exercitum redijt circa vicum qui appellabatur comachome tendentem. In dies autẽ singulos magna multitudo iudeorum vel ex ipsa hierichonte vel ex alijs regionibus accedebat: cum hos odium moueret antigoni: alios ipsius Herodis pręclara facinora. Enimuero multos ratione carentes mutationis cupiditas impellebat. Hoc autem congredi festinante pappi milites neq; multitudine neq; impetu perterriti: acriter ad pugnam ex altera parte procedunt. Sed vbi agmina confixerũt & cęteri quidẽ paulisper restiterũt herodes autẽ fraternę cedis recordatione periculosius dimicãs dum

Hærodĩ animus ĩ fratris mortem vindicandam.

¶ Mirus euentus herodis quo deo gratus foret creditus est.

Romãi ab hostibus telis & lapidibus ĩpetũt herodeq; in latere telo sauciatus ẽ.

Herodes municipijs captis cesis duobus hĩtatorũ milibus ad copias suas redijt.

modo eius vlcisceretur auctores: aduersam aciem facillime superat. Deinde semper integros aggrediendo. vniuersas in fugam vertit erat enim plurima occumbentium strages: cum alij quidem in vicum vnde venerant compellerentur: nouissimus autem ipse intraret atq; infinitos occideret. Postremo ruens inter fugientes hostes in ciuitatem incidit: cum omnes quidem domus armatorum essent refertę: plenaq; propugnatorum de super tecta. Et quoniam foris depręhensos facillime superabat disturbando edes intus abditos extrahebat: alios conuulsis obrutos fastigijs multos simul necabat. Si quis autem fugisset subter ruinam eum gladijs armati milites excipiebant. Tantaq; cadauerum per oēs vias multitudo congregata est: vt etiam victoribus ipsis transitus obstrueretur. Hāc plagam hostes a deo non tulerunt vt confluentium turba conspectis qui in vico perissent: fuga discederet. Statimq; successu fretus herodes ad hierosolymam perrexisset: nisi eum hyemis asperitas prohibuisset: hęc enim perficiendę victorię fuit impedimentum: & ne pœnitus opprimeretur antigonus obstitit: qui ciuitatem iam deserere cogitabat. ¶ Herodes autem ad vesperam cum lassos amicos reficiendi corporis gratia dimisisset: ipse ab armis adhuc calidus more militis lauatum ibat. Siquidem vnus tantum puer eum sequębatur & priusq̄ in balneum perueniret. obuius ei quidam ex hostibus gladio armatus excurrit. Deinde alter & tertius & plures qui huc confugerant armati ex acie in balneum: sed perculsi etiam tum metu ac latitantes vt regem viderūt illum quidem stupore debilitati ac tremētes cum inermis esset pręte reunt/ & exitus vero quo fugerent cursu petebant. Itaq; cum alijs casu qui eos compręhenderet nullus adesset: herodi autem nichil pati satis fuisset: omnes effugiunt. ¶ Postremo autem die Pappum quidem antigoni militum ducem absciso capite obtruncat: idq; ferore magistro exercitus fratri suo mittit. in perempti fratris vltionem. Namq; pappus erat: qui iosippum interfecerat.

Herodes in ciuitatē dilapsus igētē stragē patrat.

Victoribus ceso ruз cadaueribus pręcluditur via.

Herodi balneuз ingressuro vnico famulo comitante pleriq; hostes idē tidē armati occurrere q atto niti licet iermis foret diffugere.

Quidā pappi q iosippū itereme rat caput obtrūcās ferorę mittit

¶ Herodes autem transacto hyemis rigore anno regni sui tertio hierosolymam profectus ipsam obsidet qui vxorem Alexandri filiam ducturus composito exercitu samariam petit & post nuptias rediens ei sosius cum magno exercitu sociatur: magnaq; fuit vtriusq; partis obsessorum & obsidentium constantia Romanis vero per cuniculos ingredientibus quidam herodiani mœnia transcendunt deinde sosij centuriones vnde expugnata hierosolyma maxima sine vllo sexus etatis autem loci delictu facta est strages antigonusq; se ad sosij pedes prouoluēs ab eo antigona irrisorie vocatus vincitur. Herodes vero circa templi custodiam prouidus: romanos a rapinis arcet promittens se illis de suo satisfacturum/ sosius autem aurea corona delicata ex hierosolymis audiens antigonum vinctum perduxit. Antonio herodes vero ciuitatis ornatum deficiente pecunia antonio amore vincto misit qui ipsius feminę victus amore ciuitates multas ei donauit quamq;. Herodes placans tributarium se ei reddidit antonius quoq; atrabazam tigrani filium captiuum decet cleopatrę. Capitulum septimumdecimum.

Ubi autem rigor hyemis cessit in hierosolimam profectus est. Murisq; admoto milite. annus tum agebatur tertius ex quo Romę rex fuerat declaratus: pro templo castra posuit quo facilior erat expugnatio: & antea pompeius cœperat ciuitatem. Exercitu autem in opera distributo: suburbanisq; diuisis: tres quidem leuare aggeres: & super eos turres edificare iubet. Relictis autem qui operi instarent edificacissimis amicorum/ ipse in samariam vadit: vxorem accepturus Alexandri filij Aristoboli filiam sibi desponsatam vt diximus & domum obsidet sub scisma opera nūcias curatus. Quippe iam hospes despiciebat. ¶ Igitur vbi eam duxit hierosolymam redit auctus militum copijs: eiq; sosius cum magna equitum peditumq; manu sociatur. qua mediterraneo pręmissa itinere: per phenicem ipse remeauit. Vniuerso autem exercitu cōgregato ad peditum legiones vndecim. equitumq; sex milia. pręter auxilia syrorum non pro minima parte ducenda. prope a septemtrionali muro castra collocauerunt ipse quidem herodes senatus consulto frœtus a quibus rex fuerat declaratus: sosius vero antonio/ a quo milites quibus pręerat sciret missos herodis auxilio. ¶ Iudeorum autem intra ciuitatem agentium populus. varie turbatus erat. Nam circa templum infirmior multitudo conueniēs furore agebatur: multaq; veluti diuinitus de tmporibus dictabat & qui audaciores essent in collegia conglobati multis modis latrocinabantur: maxime & locis opido proximis victui necessaria diripientes: neq; aut equis aut viris alimenta relinquębant. Bellatorum autem constantiores obsidentibus oppositi & muris opus aggerum prohibebant & contra instrumenta oppugnantium semper nouum aliquod obstaculum moliebantur In nulla autem re sicut in cuniculis superabant. ¶ Rex autē aduersus latrocinia quidem occultas militum excogitauit insidias quibus eorum reprimerentur excursus inopiam vero alimentorum longinquis transuectionibus adiuuari disposuit. At pugnę intenti q̄uis omnē modum audacię supergrederentur. Romanorum tamen peritia vincebatur. Nichilominus a parte cū his certa morte proposita confligebant: Ex improuiso autem Romanis per cuniculos inter medios emergentibus priusq̄ muri pars aliqua dirueretur/ alteram eius vicem muniebant. Prorsus neq; ma-

Hærodes regni sui āno t̄cio hierosolymam obsidet positis añ tēplū castris ac dispartitis copijs tres aggeres ad arces extruēdas attolli mandat.

Herodianorum copiarū nūerus.

Iudeorū hierosolymā ihabitātiū turbatio ac quorūdā petulentia audaciorum.

Quanta cōstantia obsidentibus resistitur.

In latronum incursiones parantur insidię.

Romani per cuniculos intergrediuntur.

Post quinq; mensium obsidionem quidam herodiani mœnia transcendūt deinde sosij cēturiones.

nibus neq; machinis deficiebant quoniam vsq; ad vltimum repugnare decreuerāt. Deniq; tanto exercita circum sedente per quinq; menses obsidium tollerauerunt donec quidam ex his quos lectos habebat herodes ausi murum transgredi ciuitatem irruperunt: & post eos sosij centuriones. ¶ Igitur ante omnia phano proxima capiebantur: & infuso exercitu plurima vbiq; mors erat. Romanis quidem propter obsidionis moras iratis: herodes vero manu iudaica summo intenta studio ne quis pœnitus ex aduersarijs resideret. Mactabantur autem quam plurimi & per angustiores vicos oppidi & in domos compulsi: vel si ad templum etiam confugissent necvlla erat aut senectutis aut muliebris infirmitatis miseratio. Deniq; licet rex vbiq; dimittens rogaret vt parcerent: nemo tamen dextram continuit Sed veluti furentes omnem persequębantur ętatem. ¶ Ibi tum etiam antigonus neq; priorem: neq; pręsentem fortunam cogitans domo discedit & ad pedes sosij prosternitur. Ille autem nichil eum tantæ mutationis causa miseratus. Et intemperanter derisit: & antigonam appellauit neq; tamen etiam custodię liberum dimisit vt feminam. Itaq; ille quidem vinctus asseruabatur. ¶ Herodes autem quoniam hostes vicisset. vt externa quoq; auxilia sub iugū mitteret prouidebat. Visendi enim templi sanctorumq; eius studio. omnis peregrina multitudo fuerat incitata. Ob eamq; rem hos minis: alios pręcibus modo nullos armis etiam refrenabat. & acerbiorem quam si victus fuisse existimans sibi fore victoriam: si quod videri nefas esset (culpa sua) visum fuisset. Mox autem etiam rapinas in ciuitate prohibuit: multa inuectus in sosium si vacue facto viris & pecunijs opido romani regem solitudinis reliquissent qui pro tanta ciuium cede totius orbis terrę imperium vile pręcium idicaret. Illo autem iustum esse dicente vt pro labore obsidionis predarum licentiam milites haberēt: ipse de suis facultatibus mercedem singulis distributurum esse firmauit Atq; ita redemptis patrię reliquijs promissa compleuit. Nam & militum quemq; liberaliter: & pro merito duces ipsumq; sosium regia largitate donauit vt nemo egens pecunijs abiret. ¶ Post hęc sosius aurea corona deo dedicata ex hierosolimis remeauit: antonio dictum antigonum duceus. Et illum quidem vana spe vitę cupidum vsq; ad vltimū diem ignauia vigna secutus excepit. ¶ Rex autem herodes discreta multitudine ciuitatis suarum quidem partium studiosos quo magis sibi beniuolos faceret. honorifice tractabat: antigonianos autem neci tradebat. Et cum pecunia defecisset: diuiso quicquid ornamentorum haberet diuisum antonio eiusq; comitibus misit: non tamen omnino ne quid pateretur redemit. Iam enim antonius Cleopatrę amore correptus in omni re cupidini cesserat ¶ Etenim cleopatra vbi tanta cognationem suam seuicia persecuta est vt neq; propinquus ei sanguine superesset cedis rabiem contulit in extraneos. Syrorumq; optimates apud antonium criminando suadebat eos interfici: vt eo modo cuiusq; possessiones dominio suo facilius quęreret. postea vero q̄ in iudeos atq; arabas vsq; extendit auariciam. vt reges eorum herodes & malichus interirent occulte moliebatur. Deniq; cum vel in parte præceptorum resipuisset antonius: occidere quidem viros bonos tantosq; reges iniustum esse dixit: quod autem his morte propius erat inter amicos vltra non habuit: sed multa terra ex eorum finibus pręcisa. Et quod erat in hiericonte palmetum quo balsamum gignitur: & ciuitates pręter tyrum & sydonem cunctas intra flumē eleutherum ipsi dedit. Quorum potita domino & eufratem vsq; partis bellum inferentem antonium prosecuta per appamiam & damascum in iudeam venit. Atq; hic herodes licet magnis muneribus infensum eius animum mitigasset: tamen trecentis talentis annuis abscisas regno suo possessiones impetrat sibi locari ipsamq; omnibus obsequijs placans in pelusium vsq; ducit Nec multum interea tempus & antonius ex parthis aderat: captiuumq; artabanem tygranis filium dono Cleopatrę ducebat. Nam cum pecunijs omniq; pręda parthus illi statim condonatus est.

¶ Antigonus se ad sosij pedes ꝓuoluēs ab eo antigona vocatus subsanādo vicit.

¶ Herodes circa templi custodiā prouidentia

Herodes a rapinis romanos arcet pollicitus sosio eas permittē te de suis de suo satis daturum.

Sosius aurea corona deo deuota antigonū vinctum Antigono perducit.

Malicia Cleopatre & auaricia.

Antonius feminevictus amore ciuitates multas ei dedit.

Herodes Cleopatram placans tributum dedit.

¶ Cleopatra herodem callide ne cum Antonio vadat impediens vt sibi contra arabes bellum committatur procurat: contra quem in arabes victorem themon Cleopatrę dux venit vnde arabes recreati herodis. exercitum fugant quorum tamen herodes ipse fines incursionibus vexit: terrę motus quoq; maximus in iudea. xxx. hominum milia cum infinitis pecoribus (manente exercitu incolumi) occidit: arabes quoq; iudeorum legatos interemerunt herodes vero suos hostium aduentu perterritos ad bellum contra ipsos excitat vnde animati victores contra arabes extiterunt quiq; sin compulsi se ipsos tradunt herodes quoq; ab ipsis patronatus optatus est. Capitulum octauumdecimum

Cleopātra callide herodē impedit ne cū ātonio vadat sʒ vt sibi bellum i arabas cōmittatur ꝓcurat

Victoria Herodis cōtra arabes

Onciato autem bello actiaco herodes quidem cum antonio proficisci paratus erat. & alijs per iudeam turbis liberatis: & hyrcania potitus quem vicum antigoni soror tenebat. ¶ Verumtamen a Cleopatra callide ne periculorum Antonij particeps fieret interclusus est. regibus enim vt diximus insidias tendens bellum in arabas vt herodi committeret persuadet Antonio. Qui si vicisset arabię: si victus esset iudeę domina cōstitueretur: alterumq; potentium per alterum pessumdaret. Sed hæc eius voluntas: ad herodis cessit arbitrium. Nam primum pigneribus hostium captis magnum quem conflauerat equitatum circa diospolim in eos mittit: Et q̄uis fortiter

resistentes superauit. Cum autem iam victi essent maiore motu arabes suscitantur. Et infinita manus in vicum syrię celescanathan congregati expectabāt iudeos. Vbi rex eos herodes cū exercitu aggressus bellum cōsultius amministrare tentabat. castraq; muro cingi precipiebat. Non tamē ei paruit multitudo: sed priore victoria freti arabas impetu: & prima coitione in fugam versos vrgebant. In persecutione vero insidijs periclitatur herodes vici canathon indigenis ab athemone dimissis: qui ex Cleopatrę ducibus semper ei fuerat inimicus. Namq; horum incursu recreati arabes pugnam repetūt: iunctisq; agminibus circa saxosa loca & deuia herodis militem fugant plurimis cede prostratis. Qui vero ex prelio seruati sunt: in vicum ormizam confugiunt. Vbi etiam castra eorum cum hominibus circungressi arabes: sicut erant plena cœperunt. Neq; multo post accepta clade herodes aderat cū auxilijs: seruis q̄ vsus poposcit. Huius enim vulneris causa fuit prepositorū militibus contumacia: qđ iussis obedire noluerint. Non enim repentino commisso prelio: nullum insidiandi athemon tempus habuisset. ¶ Rursus tamen vltus est arabas assiduis eorum fines incursionibus inquietās: quodq; semel victus est sepe reuocauit. ¶ Sed dum inimicos persequitur: incurrit ei diuinitus alia calamitas: septimo regni anno & acciaco bello feruente. Namq; veris initio terra mota. infinita quidem pecorum: triginta vero hominum milia peremit: cum exercitus mansisset incolumis quoniam sub diuo tendebat. Ibiq; tum Arabas in maiorem ferociam fama sustulit: tristibusq; nuncijs grauius aliquid semper affigens. Vnde velut omni subuersa iudea terrę obtinende spe quia neminē superesse credebant in ea ruūt legatis prius interfectis qui ad se venerant a iudeis. ¶ Herodes autem aduentu hostium perterritam suorum multitudinem tam magnitudine q̄ assiduitate calamitatum fractam ad repugnandum incitare tentabat hęc dicens. Rationem habere non videtur: cur vos presens formido pertulerit. Nam diuinę quidem idignitatis plagas merori vobis esse non miror: ignauum est autem idem perpeti etiam cum incursus hominum repellendi sunt. Ego enim tantum ab illo vt hostes post terręmotum nō pertimescam: q᷑ magis putauerim deum hanc illis illecebram dimisisse. vt pœnas redderent. Nō enim tantum manu armisq; freti quantum nostris calamitatibus venerūt. Fallax autem spes est quę non suis iuribus nititur: sed alienis aduersis. Neq; vero vel secundę res vel contrarię apud homies certe sunt: sed in vtrāq; partem vicissim videas mutare fortunam & id exempla vobis propria demonstrabunt. Nēpe prelio superiore victores post ab hostibus victi sumus: & nunc vero quantū estimare licet illi capientur res se fore credentes. Nimis enim cōuidens incautus est: metus autem prouidētiam docet. Itaq; michi quidem hoc ipsum q᷑ timetis: fiduciam suggerit. Nam cū ferociores q̄ opus erat fuistis & preter voluntatem meam in hostes egressi estis: athemon insidiandi tempus inuenit. Nunc autem vestra cunctatio & minus alacer animus: vt videtur certam michi victoriam spondet. Conuenit tamen ante prelium sic esse affectos. in ipso autem opere virtutem erigere consceleratisq; hostibus planum facere quod neq; humanū aliquod malum: neq; ira celestis vnq̄ deprimit formidinem iudeorū. donec spiritum vite ducunt: vel eorum quisq̄ in bonis suis arabes dominari patietur: quos aliquotiens pœne captiuos abduxit. Nichil autem vos terreat rerum anima carentium mœtus: neq; arbitremini terrę cōcussionem alicuius futurę cladis esse portentum. Naturalia namq; sunt elementorum quoq; vicia nullumq; damnum inferunt nisi quod ex ipsis euenerit. Nam pestilentię quidem vel famis vel terremotus signum aliquod tardius fortasse precesserit. ipsa vero cum extiterint sui magnitudine finiunt. Cęterum quid nobis amplius q̄ terrę concussio: bellum nocere poterit etiā victis. Immo enimuero maximū iminētis exitij monstrū non sponte sua: neq; alienis manibus īimicis accedit: q legatos nr̄os preter oīm hoīm leges crudeliter imolauerūt: talesq; deo ꝑ belli euentu hostias ceciderūt. Nō eīm effugient maximū eius lumen inuictāq; dextrā sed cōtinuo penas dabūt si patrio repleti spū in vindictā violati fœderis aīos excitemus. Pergite quisq; non pro cōiugibus neq; pro liberis aut pro patrię periculis pugnaturi sed legatorū sedis vltores. Illi melius q̄ nos qui viuimus exercitū regent. Vobisq; michi obedientibus periclitabor ipse prę cęteris. Pro certo enim sciatis fortitudinem nostram sustineri nō posse nisi temeritate ledatur. ¶ His adhortatus milites vbi eos alacres vidit: sacra deo celebrauit. Deinde cū exercitu iordanem fluuium transgressus est. Castris autem phyladelphię positis haud procul ab hostibus quasi de interiacente castello contenderet pugnam eminus irritabat. q̄ primum cupiens cōgredi. Nam & hostes premiserat qui castellum occuparent: sed illos quidem regij facile repulerūt. collemq; tenuerūt. Ipse vero quotidie producto ad prelium milite. instructaq; acie: arabas lacescebat. Cum autem nemo cōtra ꝓcederet quedam enim vehemens eos formido tenebat. & ante multitudinem dux archemius timore obriguerat. vallum eorum aggressus ipse disturbat. Eoq; modo coacti ad pugnam confusis ordinibus mixtiq; cum peditibus equites egrediuntur. Et similitudine superiores iudeis tamen alacritate pares: quamuis audaciores eos faceret victorię desperatio. Et quandiu quidem restiterunt. nō magna cedes eorum facta est: vbi vero terga nudauerunt multi a iudeis. multi a semetipsis

Arthemon dux cleopatre cōtra herodē vn̄ arabes recreati herodis exercitum fugant.

Causa vulneris.

Herodes arabū fines icursionibus vexat.

Terremotus maximus in iudea xxx. hoīm milia cū īfinitis pecoribus occidit manēte exercitu incolumi.

Fallax spes.

Fortuna mutabilis.

Nota.

Notāda verba

Legati ab oībus illesi seruanf.

Iudei herodis exhortatiōe animanf contra arabes.

Victi Arabes a iudeis.

Herodes arabū legatos despicit.
Arabes siti cōpulsi seipsos tradunt.
Herodes ab arabis patronus optatus.

conculcati perierunt. Deniq; milia quinq; in fuga ceciderunt: ceteraq; multitudo in vallum compulsa est. Eosq; statim circūseptos obsidebat herodes. Et licet armis prope adesset excidium. tamen aquę pœnuria vehementer vrgebat: cum rex arrogantius eorum legatos despiceret: & talenta quinquaginta pro redemptione offerentibus magis instaret. Deniq; ardescente siti cateruatim exeuntes vltro se iudeis tradebant: adeo vt quinq; diebus quatuor milia vincerentur: sexto reliqua multitudo ad pugnam desperata salute procederet. Quibus congressus herodes iterum septem milia circiter sternit. Tam magna plaga vltus arabiam extincto virorum eius spiritu tātum profecit: vt etiam patronus ab ea gente optaretur.

¶ Herodes autem victo a Cęsare antonio maxime de salute solicitus ad cęsarem in rhodum sine dyademate se Anthonij amicum fuisse prudentissime declarās a quo humanissime receptus iterum rex ab eodem constituitur ipsumq; cęsarem euntem in ęgyptum recœpit & exercitui illius necessaria ministrāte. Vnde auctū est eius regnum Cęsar quoq; .cccc. galathas cleopatrę satellites cęsar donauit herodi: zenodoro quoq; damascenos latrocinijs vexante a terraq; deiecto dominiū illius herodi donatur & syrię procurator constituit quę a cesare post agrippam & ab agrippa post cęsarem vnicedilige batur.

¶ Capitulum nonumdecimum.

Herodis sollicitudo victo a cęsare Antonio amico.
Herodes ad cęsarē in rhodum venit sine diademate & se fuisse antonij amicū declarat.

Mox autem illum excœpit de summa rerum sollicitudo propter amicitiam Antonij primo victoriam cęsaris apud actium: verumtamen plus timoris habebat q̄ ipse patiebatur. Nec enim cęsar victum indicabat antonium donec herodes cum eo superesset. Itaq; rex periculis decreuit occurrere: rhodumq; transmissus vbi cęsar eo tempore morabatur adijt eum sine diademate veste quidem cultuq; priuato. Sed fastu regio: neq; dissimulata veritate coram eo hęc dixit. Ego quidem cęsar rex factus ab antonio: fateor vtilem me fuisse regem antonio. Neq; dubitauerim dicere ꝙ omnimodo armis quoq; me illi gratum expertus esse nisi arabes prohibuissent. Verū tamen & auxilia pro viribus meis ei misi. & multa frumenti milia. Sed neq; apta apud actium plaga bene de me meritum deserui. Nam cum auxilij minus commodarem: optimum ei consilium dedi vnam esse dicens cleopatrę mortem aduersorum correptionem: quā si occidisset: & pecunias ei & muros ad tui communem & exercitum & memetipsum belli contra te socium pollicebar. Sed profecto eius aures cleopatrę amor & deus (qui victoriam tibi donaret) obstruxit. Vna ergo cum Antonio victus sum & regni coronam cum eius fortuna deposui. Ad te autem veni spem salutis de virtute pręsumēs & ne in examen adduceretur properans qualis amicus alicuius fierem. ¶ Ad hec cęsar immo vero saluus esto inquit: & nunc regnato tertius. Nam meritus es qui plurimos regas: cum amicitiam tanta fide tuearis. Experire autem vt etiam fœlicioribus fidus permaneas. Siquidem ego pręclarissimā spem de tua michi magnanimitate promitto Recte autem fecit antonius qui magis cleopatrę q̄ tibi paruit. Te namq; lucrati sumus: propter eius amentiam. Prior autem ab officijs cœpisti quantū apparet quem ad eorum gladiatores idonea auxilia misisse pręscribit. Quare interim tibi decreto regni firmitatē prębeo experiar autem ipse quoq; bene tibi aliquid facere: vt non queras antoniū huius sermonis humanitate regem ne quid de amicitia sua dubitaret hortatus & dyadema illi imposuit. & indulgentiam decreto consignat. in quo multa magnifice in eius laudem allocutus est. Ille autem prius eum muneribus delinitum rogabat: vt Alexādrum quendam supplicem ex amicis antonij iuberet absolui. Sed vicit iracundia Cęsaris multa illum & grauia pro quo rogabatur admisisse dicentis: quibus repulit depręcantem. ¶ Postea vero ad ęgyptum euntem per syriam Cæsarem herodes cunctis excœpit regni diuitijs. Tumq; primū cum eo militem inspiciente circa Ptholomaidam equo vectus est: cœnamq; illi cum omnibus amicis exhibuit: atq; insuper exercitui epulas cuncto distribuit. Prospexit etiam vt per arida loca proficiscentibus ad pelusium atq; inde redeuntibus aquarum copia non deesset: nec defuit quicq̄ vtensilium quod desideraret exercitus. Pro his deniq; meritis paruum esse herodi regnum tam cæsar q̄ milites existimabant. ¶ Ideoq; postq̄ venit in ęgyptum iam Cleopatra & antonio mortuis non solū cęteros eius honores auxit: verumetiam regno partem finium addidit quem cleopatra dimiserat: & pręterea Gadara Mispon Samariam: mariti marumq; insuper cunctatum: Gazam: & Ancedoneam & Iopen & pyrgon alias turrim stratonis: & ad hec satellites quadringentos galatas ei donauit: quos antea Cleopatra stipatores habebat. Nulla res autem magis liberalitatem cęsaris incitabat: q̄ magnus animus accipientis: post primam vero actiadam etiam regionem (quę tracon vocatur) eius ditioni subdidit: eiq; cōtinentem Bataneam alias Bathaniam itemq; Auratam alias auranitidem. ¶ Ex huiusmodi causa Zenodorus (qui domus lizanię conductor erat) non cessauit vnq̄ ex regione que tracon dicitur latrones damascenis immittere. Illi autem ad Varronem tunc rectorem syrię cōfugerunt: eumq; deprecati sunt quo suas miserias cęsari declararet. cęsar autem his cognitis eis rescripserat: vt latrocinium penitus curaret extinguere. Varro autem cum milite aggressus loca

Cæsar herodē recipit in grām & regem iterū constituit.
Humanitas cęsaris erga herodem.
Herodes orans p alexādro antonij amico recusatur.
Herodes Cęsarē eūtem ī ęgyptū recepit & exercitui necessaria mistrauit.
Auctū herodis regnū a cęsare.
Cęsar satellites cleopatrę herodi donauit.
¶ Zenodorus damascenos latronibus vexās a terra deijcit

suspecta expurgauit latronibus terram:ipsamq; Zenodoro abstulit. Quam cesar) ne latronũ denuo contra damascum receptaculum fieret, herodi dedit: eumq; preterea totius syrie procuratorem constituit: & decimo anno reuersus iterum in prouinciam. ne quid eo in consulto procuratoribus liceret amministrare precepit:ac zenodoro mortuo terrram omnem que inter traconem & Galileam erat eidem attribuit.Quod autem maius his omnibus existimabat Herodes a Cesare quidem post Agrippam amabatur ab Agrippa vero post Cesarem.

& herodi donat & Syrie ꝓcurator constituitur.

Herodes a Cesare secũdus amabatur & siũr ab Agrippa.

¶Herodes ad summum fœlicitatis euectus. edificia magnifica construxit hic enĩ anno regni sui quindecimo templum instaurauit Anthoniamq; turrim & domum regiam construxit:viri duas edes amicorum nominãs vocabulis Cæsaream scilicet & Agrippinam edificauit & Sebastem Samariæ ciuitatem condidit vbi templum ad honorem Cæsaris fecit & aliud templum circa Iordanem candido marmore posuit stratonis quoq; tnrrim renouauit & drusim turrim cognominauit.theatrum & amphitheatrum fecit quinquennali certamine in honorem cesaris instituto.Antedonam quoq; ciuitatem reparans Agrippiũ vocauit maxime quoq; parentes diligens Antipatridam ciuitatem in patris honorem & Cyprum pro matris memoria & phaselum turrim in fratris recordationem edificauit Herodium quoq; castellum tumulumq; astoidem similiter nominatũ munificentissime accurauit animi quoq; sui magnitudinem in plurimis etiam externis ciuitatibus demonstrauit.vt apud tripolim & damascum atq; ptholomaidam publicas balneas necnon apud sidonem & damascum theatra condidit frumenta quoq; cunctis ministrauir egentibus & liberalitatem suam omnibus fecit notam debita atq; tributa sepius remittens hic quoq; cum summus venator esset vno die feras. xl. subegit bellator quoq; strenuissimus erat cui fortuna secunda raro contra votum eius belli cessit euentus.

¶Capitulum vicesimum.

Hinc ad summũ fœlicitatis euectus & ad maiorem subleuatus animum: maximam prouidentie partem obsequio pietatis impendit.Itaq; anno regni sui quintodecimo & tẽpium ĩstaurauit & duplum terre spacium q̃ fuerat circa templum muro amplexus est: ingenti sumptu & munificentia singulari. Argumento erant in ambitu phani magne porticus eisq; iũctum a septẽtrione castellum & alias quidẽ a fundamentis erexit hoc autẽ nulla re minus q̃ regni sedes largis opibus renouatũ antoniã vocauit in honorem antonij. Quinetiã domo sibi regia in supiore parte ciuitatis exstructa duas edes in ea maximas atq; pulcherrimas quibus ne templũ quidẽ vsq̃ cõferri posset edificauit eosq; amicoꝝ vocabulis vnam cesaream.agrippam alterã nominauit.Nec vero solis tectis memoriã eorum,& cognomina circũscripsit. Sed in totas etiam ciuitates studiũ liberalitatis extẽdit.Nam in samaritica regione oppidũ muro pulcherrimo per viginti stadia circũdatum sebastem appellauit.deductis eo ex militibus colonorũ terraq; his fecũdissima attributa vbi tempium quoq; maximũ inter edificia collocauit. & circum id aream trium semis stadiorũ cesari dedicauit:eiusdemq; oppidi habitatoribus precipua legum beneficia prestitit. ¶Insuper his alterius terre adiectione donatus a Cesare:aliud ei templũ circa iordanis fontem candido marmore posuit.qui locus appellatur panium:vbi montis quidem vertex in precelsum editus propter subiecti lateris vallem specus aperit vmbrosum: qua ꝓfunde altitudinis rupes ad immẽsum liquentis gutte receptaculum cõcauatur: vt stagnantis aque copia demittentibus aliquid donec terram inueniant.longitudo nulla sufficiat. ¶Foris autem de spelunce radicibus oriũtur fontes:& vt quidam putãt hoc esse iordanis principium:sed veri fidem in posterioribus indicabimus. ¶Quin & apud hierichonta inter castellum cyprum & priores domos regias meliores alias & que cõmodiorem vsum preberent aduenĩetibus fabricatas:eorũdem amicorũ nominibus vocitauit.Prorsus nõ est idoneus regni locus: quem honore cesaris nudum reliquit. Postea vero q̃ fines suos templis repleuit: in prouinciam quoq; nomen effudit: & in multis ciuitatibus templa que cesarea nominatur constituit.

Herodes ad sũmũ fœlicitatis euectus magnifica construxit opera.

Antonia turris

Domns regis descriptio vbi duas edes construxit amicoꝝ nominãs vocabulis cesareã & Agrippinam.

Tẽplũ ad honorẽ cesaris.

Aliud tẽplũ circa Iordanẽ

Fontes

¶Cum autem inter maritimas ciuitates vidisset vnam vetustate iam fessam(que stratonis pirgus alias turris vocabatur)& per loci naturam munificentie sue capacem.totam eam candido saxo reparatam clarissimaq; regia decorauit & in ea maximam innatam sibi animi magnitudinem demõstrauit. Nam inter doram & ioppem quorum media ciuitas est sita omnis hora maritima adeo fuit importuosa:vt omes qui ad egyptum ex phenice nauigarent in salo fluctuare cogerentur:minas affrici metuentes. cuius etiam mediocris aura tantas nudarum moles ad scopulos erigit: vt remeante estu gurgitis per aliquantũ spaciũ maris feritas augeatur.Sed rex liberalitate ac sumptibus deuicta natura pyreo maiorem portũ fabricauit:& in eius penetralibus alias nauibus stationes fecit altissimas. Et quãq̃ omnis ei locus aduersabatur:tamẽ ita cum difficultate cartauit: vt firmitas quidem structure nequaq̃ mari cederet:pulchritudo vero tanta esset ꝙ nulla res ardua prepedisset ornatum.Metitus enim quantum diximus portui spacium per viginti vlnas in profundum saxa dimisit: quorum pleraq; pedum

Stratonis turris ciuitas vetusta.

Magnificentia herodis in edificijs.

Tutũ reddit herodes portum.

quinquaginta lõgitudinis & altitudinis octo: & latitudinis decem: nonnulla vero etiã maiora fuerunt Expleto autẽ spacio quod vnda celabat. in trecentos pedes murum dilatauit: & ex quibus centum repellendis erant fluctibus ante cõstructa vnde etiam procymia dicebant. Cęteri autem saxeo quo portus cingitur muro subiecti sunt magnis turribus interpositis: quarũ maxima atq; pulcherrima ex parẽte cęsaris drusium cognominata est. Crebri autem fornices ad deducenda quę portus haberet. proq; fornicibus & circum eos pila saxea: & lata que naues egrediẽtes exciperet deambulatio. Aditus autẽ septẽtrionalis erat. Ventorum enim pro situ loci placidissimus est boreas. Ad ostium vero statuę siue colosi tres: vtrinq; fulti columnis. Quarũ a leua quidem intrantibus stantes solida turris sustinet: dextera vero duo proceri lapides iuncti & partis aduersę turris magnitudinem superantes. Domus autem portui cõnexæ candido itidem lapide pariq; mensura spaciorum ciuitatis vice tendentes in portum Contra ostiũ vero portus in colle Cęsaris templum magnitudine simul & pulchritudine præcipuum statuaq; in eo Cęsaris siue colosus nõ minor q̃ iouis apud olimpiam cuius ad exemplar factus est: romano autẽ par & iunoni quę argis est. Opiddum autem ꝓuincię dedicauit: rebusq; aduectitijs portũ cęsari vero conditoris honorem: vnde ciuitati cęsareę agnomen imposuit. Quinetiam & cętera opera forum/theatrum/amphiteatrũ/digna vocabulo collocauit: & quinquennali certamine instituto/nomen ei cęsaris dedit. ¶ Primusq; ipse in centesima nonagesima olimpiade maxima prima proposuit vt non solum victores/ sed & proximi & tertij successores eorum legalibus diuitijs potirentur. ¶ Anthedonam quoq; renouatam quam bella subuerterãt Agrippium vocauit nimiaq; beniuolentia nomen amici etiam portę inscripsit quam ipse in templo edificauit. ¶ Sed nec parentes suos ita quisq̃ dilexit. Nam ob patris monimentum: optimo regni campo ciuitatem condidit. fluminum arborumq; ditissimam: eamq; antipatridam nũcupauit & super hierichonta castellum natura tutum & pulchritudine precipuum muro cinxit atq; in honorem matris cyprum vocauit fratriq; phaselo turrim cognomine phaselum hierosolymis dedicauit. Cuius habitus & magnitudinis liberalitas postea declarabitur. Aliamq; ciuitatem in regione que hierichonta in boream mittitur phaselum nominauit. Cognatis autem & amicis eternę glorię traditis ne sui quidem fuit immemor: sed castellum contra mõtem arabici lateris propugnaculo promunitum de suo nomine herodium vocauit. ¶ Tumulumq; astoidem qui manufactus stadiorum sexaginta spacio ab hierosolimis aberat. similiter nominatum munificentius accurauit. Etenim rotundis quidem turribus cacumen eius amplexus est ambitu autem compleuit edibus regijs liberalissime exornatis: vt non solum interna membrorum facies clarior esset: verumetiam foris parietes ac materię: tectaq; largis infusa diuitijs elucerent. ¶ Aquam etiam plurimam ingenti sumptu ex longo interuallo in duxit: perq; ducentos gradus marmoris candidissimi fabricauit ascensum. Erat autem totus collis manufactus: & vehemẽter excelsus. Qui & aliam circum radices eius regiam ac diuersoria quæ & sarcinas & amicos recipere possent edificauit: vt pro rerũ quidem omniũ copia ciuitas esse videretur castellum: circũscriptione domus regalis. ¶ Tantis aũt constructis edificijs: animi sui magnitudinẽ in plurimis etiam externis ciuitatibus demonstrauit. Namq; apud tripolim & damascũ & ptholomaidã publicas balneas quę gymnasia dicũt bibli autem murũ: exedras vero & porticus foraq; & templa Byriti alias Beryti & tyri: necnon & apud sidonem & Damascũ theatra condidit. Maritimis autem laodicensibus aquæ ductũ: apud ascalonã vero nipha siue lacus ornatissimos & balneas: itemq; perstilia tam opere q̃ magnitudine miranda constituit Sunt quibus etiã lucos pertusq; præstitit. Multęq; ciuitates ab eo tanq̃ regni socię agris quoq; donatę sunt. ¶ Ad exhibitionem vero thermarum alijs redditus annuos ac perpetuos delegauit: quemadmodum comis: nequando beneficij gratia deficeret. ¶ Ad hæc frumenta cunctis ministrauit egẽtibus: & insulis Rodiorum ad instruendã classem pecunias sępe multisq; in locis prębuit. Incensumq; pithium in meliorem formam reparauit sumptibus suis. Quid dicam eius in lichios aut samios liberalitatem: perq; omnem Ioniam eorum quæ desiderasset quisq; largitiones. Nonne Athenienses/ & Lacedemonij/ & Nichopolitani/ & in misia pergamus Hærodis sunt plena donarijs. Nonne anthiochensium syriæ plateam cum plena ceni ab omnibus vitaretur. per viginti stadia ꝑlixam strauit polito marmore: declinandisq; ymbribus q̃ longa esset ornauit. Sed hec quidem propria quis dixerit illorum quibus ea detulit populorum. ¶ Quod autem helidensibus prestitit non solum achaię commune Sed etiam totius orbis terrę munus videtur: per quem & olimpiaci certaminis gloria diffundit Nam cum hos deficere sumptuum videret inopia. quodq; solũ ex vetere gręcia restabat effluere: nõ solum agonizeta al's agonotheta ipse factus est eo lustro q cũ romã nauigaret offendit. Sed etiam ꝑpetuos pecuniarũ questus instituit. vt nunq̃ eius memoria agonizetę munere fungi desineret. ¶ Inextricabile opus erit debitorum siue tributorum remissiones exponere: sicut phaselitas & baranetas aliaq; circa ciliciam municipia leuauit annuis pensionibus licet multum eius animi fortitudinem ti-

Drusion turris.

Colosi tres.

Tẽplũ Cęsaris.

Cęsarea ciuitas

Theatrũ & amphiteatrũ.

Anthedonã ciuitatẽ reparans Agrippium vocauit.

Maxime parẽtes diligẽs Antipatridã ciuitatẽ in prĩs honorẽ edificauit.

Herodiũ castel

Herodius (lũ. tumulus.

Aquã lõgo iteruallo iduxit.

Magnificentia herodis i extremis ciuitatibus

Publicę balneę

Termæ.

Pithiũ reparauit Liberalitas herodis apd lichios/ Samios/ Ioniã Atheniẽses & Lacedemonios. &c.

Olimpiacũ certamen.

Remisit debita & tributa.

mor fregerit ne quam pateretur inuidiam veluti maius aliquid aucuparetur: si beneficijs amplioribus ciuitates afficeret q̃ qui eas haberent. ¶ Quin & corpore vsus est: quod animo cõueniret. Cumq; summus venator esset: in hoc tamen equitandi ipsi peritia que cuperet assequebat̃. Deniq; vno die quondam: feras quadragita subegit. Est autem aprorum altrix illa regio. sed magis ceruis & onagris frequentatur. ¶ Bellator autem erat qui sustineri non possit. Itaq; multos etiam in exercitatione terrebat. Quibus & torquendo iaculo directissimus: & sagittarum liberator videbatur egregius. ¶ Preter animi autem corporisq; virtutem. fortuna quoq; secunda vsus est. Raro enim contra votum eius: belli cessit euentus. Et si quando id accidit. non ipsius culpa: sed aut proditione quorũdam aut temeritate militum factum est.

Herodes summus venator vno die.xl. feras subegit.
Bellator expertissimus. &c.
Bene fortunatus in bello.

¶ Herodes doside vxore repudiata Mariannẽ duxit vxorem vnde domus eius omnino repleta est discordia. Nam antipatrũ ex doside primũ filium propter Mariannes filios expulit a ciuitate: deinde hircanũ mariães auum propter regni suspitionẽ peremit. Marianne enim quinq; habens filios duas feminas & tres mares quorum minor Romę moritur tantum herodem odio prosequebat̃ q̃tum illam ipse diligebat eidem facinora exprobrabat que scilicet hircano auo fecisset quæq; in fratrem Aristobolum cõmisisset. Salome vero hęrodis soror in mariannem indignata eam de adulterio accusauit vnde turbatus Romã profecturus ipsam Iosippo sororis viro secrete commendabat interficiendũ qui secretũ mariãne declarauit. Quo cognito & Salome suspitiouẽ cõfirmante herodes vtrũ iussit occidi se hęrodis amor in mortuam magis exarsit Mariãnem cuius filij propter matris necem patrem habuerat suspectum & vxores ducentes scilicet Aristobolus filiam Salome & Alexander filiam regis Capadocum insidias patri parare accusantur vnde in eorum deiectionem reuocato Antipatro eorum tristicia est multiplicata Antipaterq; in eos calumnias multas moliebatur Atq; ipso regni successor testamento declaratus matrem a patre fecit reuocari. Quapropter hęrodes Alexandrũ romam secum ducens ipsos apud Cæsarem de conspiratione patrem accusauit. Qui eloquens patris accusationibus satisfecit. Verũtamen Cæsar spretis filiorum accusationibus Hęrodem recepit in gratiam & ei quem vellet filiorum pmittit regni successorem relinquere Archelaus autem Alexandri socer reintegrata cõcordia lętus herodem in Eleusa honorifice recœperit.

¶ Capitulum vigesimum primum.

At vero publicam fœlicitatem mœrores inuidere domestici & aduersi casus ex muliere cœperũt quam maxime diligebat. Nam quia regis meruit potestatem (repudiata quam priuatus acceperat vxore ex Hierosolimis genus ducente quæ Dosis vocabatur) Mariannem coniunxit Alexandri filiam aristoboli filiam vnde domus eius in discordiam venit: & antea quidem maxime vero postq̃ roma regressus est. Nam primum antipatrnm ex doside filium eorum causa quos ex mariannẽ susceperat expulit ciuitate: solis festis diebus eo commeandi facultate concessa. ¶ Deinde auum coniugis hyrcanum ex parthis ad se reuersum propter insidiarum suspitionẽ pemit: quẽ captum quidẽ occupata syria barzafanes abduxerat miserati vero gentiles liberauerãt qui vltra eufratẽ colebant & si monitis eorũ paruisset ne ad herodẽ transisset nõ interisset. Verũ ei mortis fuit illecebra neptis matrimoniũ hoc em̃ frœtus multoq; amplius patriam desiderans venit. Herodẽ autem cõmouit nõ q̃ regnum affectaret: sed quod ipsi iure deberetur. ¶ Quinq; autem filiorũ quos ex Marianne susceperat duę fœminę: cęteri mares erant. Horumq; minimo romę in studijs mortuo/ duos maiores natu & propter matris nobilitatem: & q̃ iam regnanti sibi fuissent geniti regie producebat: sed enim fortior amor his mariannes suffragabatur. Qui indies singulos proficiens adeo succendebat herodem: vt eorum nichil sentiret propter dilectam que sibi dolerent. Tantum namq; in eum mariannes erat odium. quantũ illam ipsę amabat. Habens igitur ex rebus quidem inimicitiarũ probabiles causas ex amore vero fiduciam palam ei quę hircano auo suo fecisset obijciebat queq; in fratrem Aristobolum egisset. Nec enim vel huic quicq̃ qui puer erat parcebat: quem pontificẽ in septimodecimo ętatis anno creatũ primo honorem statim occidit At q; ille quidem cum sacra veste amictus ad aram accessisset facto die populus omnis illacrimauit: & tamen noctu missus in hiericonta ibi sicut mandatũ fuerat lacu sũmersus a galathis interijt. Hec ergo hęrodi mariãne probro dabat sororemq; eius & fratrem maledictis atrocioribus dehonestabat. Sed ille quidem amore mutus erat graui autẽ indignatione mulier seuiebat & quo maxime cõmoueretur hęrodes isimilabat eam adulterij preter alia multa verisimilia fingerent: hoc accusans q̃ in ęgyptum ymaginem suã misisset antonio: proq; immoderata libidine absentem se properasset ostendere viro mulierum cupidine insanienti: & qui posset vim afferre. Id veluti fulmen aliquod emissum perturbauit herodẽ maxime quidẽ amoris causa emulatione succẽsum: deinde cogitantẽ etiã cleopatre seuiciam cuius gratia & lisanias rex ma-

Hęrodes) repudiata doside vxore) Mariannẽ duxit vñ domus eius repleta est discordia &c.
Hircanũ coniugis mariãne auũ peremit propter regni suspitionem.
Quinq; filij ex mariãne duę femine & tres mares quorũ mior romę moritur
Maxime hęrodes mariãnẽ diligebat qui ab ipsa non diligebatur sed ei exprobrabat facinora.
Maria idignatio Salome hęrodis sororis cõtra Mariãnem quę eã hęrodi de adulterio accusauit. &c.

Turbaᷓ herod. Herodes romā ꝓfecturus mariannem iosippo roris viro commēdat īterficiēdam qui ei regis secreta manifestauit. Zelotypus herodes iubet Iosippū & mariānē occidi. &c.

lichus arabs erant perempti. Non enim cōiugis amissione sed morte sua periculum metiebatur. Itaq; profecturus Iosippo salomes sororis suę viro (quem fidum habebat) & pro affinitate beniuolum commendabat vxorem mandato ei clam vt eum interficeret si etiam se occidisset antonius. Verum Iosippus non maligne sed regis amorem mulieri cupiens demonstrare. q ab ea nec mortuus pateretur diuelli: secretum ei sermonem aperit. Et illa reuerso herode multaq; inter fabulas de affectu iurāte q nunq̄ esset alterius mulieris amore captus. valde inquit amor erga nos tuis mandatis Iosippo comprobatus est quibus vt me occideret pręcepisti. ¶ His auditis quę occulte credebat amens erat herodes illico nec vnq̄ Iosippum mandata sua proditurum fuisse ratus nisi eam corripuisset: prę dolore insaniebat. Cumq; stratis exiluisset: in regia spaciabatur. Ibiq; salome soror eius (arrepto tempore criminandi) suspitionem de Iosippo confirmauit. ¶ Vnde herodes immoderato emuli dolore furens confestim vtrumq; iussit interfici. Deinde pœnitudo sequębatur insaniam: & postq̄ iracundia concidit. amor iterum calescebat. Tanta vis autem cupidinis erat vt ne mortuam quidem putaret eam: sed pre ęgritudine tanq̄ viuam alloqueretur. (donec processu temporis funere cognito meroris magnitudine quam superstitem dilexerat equauit affectum.

Mariānes filij ꝓpter mřis necē patrē hn̄tes suspectum vxores duxerūt aristobolus scilꝫ filiā Salome/ & alexander glafirā filiā regis capadocū & patri accusanᷓ insidias parare.

¶ Materną autem iracundię succedunt filij & immanitatem scœleris reputantes: non aliter suspectum patrem q̄ si hostis esset habebant. Idq; & antea q̄diu romę in studijs erant multomagis postq̄ in iudeam reuersi sunt: siquidem cum ętatibus eorū mētium quoq; roboratur affectio. Iam vero maturi coniugio vnus amitę suę Salomes quę matrem amborum accusauerat filiam duxit alter Archelai capadocum regis. Vnde etiam accersit libertas odio & occasio ex eorum confidentia delatoribus data est. Itaq; apertius quidem cum rege loquebanᷓ q ei per vtrumq; filium instruerētur insidię: alteri vero hoc est Archelai genere socero frœtus etiam fugam pararet: ipsum apud cęsarem accusaturus hærodem. His igitur criminationibus repletus herodes: veluti propugnaculo sibi futurum aduersus filios adducit antipatrum ex doside susceptum: hisq illum pręponere modis omnibus cœpit. Qui cum hanc mutationē tolerabilem non putarent ac priuata matre editum proficientē viderent: indignationem cohibere pro sua nobilitate non poterāt sed in singulis quibus offendereᷓ iram prodebant. Et illi quidem in dies singulos magis magisq; negligebantur: antipater autē sui causa fauorabilis erat. Nam & patri blandiri callide nouerat: & varias in fratres suos calumnias cōferebat: quedam ipse dictitans: amicos vero suos ad alia vulganda submittēs: donec omnino spem regni abscidit fratribus suis. In testamento enim ipse quoq; aperte iam successor fuerat declaratus. Deniq; tanq̄ rex etiam ad cęsarem missus est cultuq; regio & cęteris obsequijs pręter diadema vtebatur.

Antipřr testamēto regni successor declaratus matrē suā a patre fecit reuocari. &c. Eloquēs alexāder. Cęsar sprętis filiorū accusationibus herodē recepit in grām & ei quē filiorꝫ vellet ꝑmittit successorē relinquere.

Tempore autem valuit etiam matrē suam in cubile Mariannes inducere: duobus armorū generibus in fratres vsus blandicijs & opinationibus regi obrepsit: vt etiam de filiorum morte cogitaret. ¶ Quapropter Alexandrū quidem secum romam pater abstractū veneni sibi dati reum apud cęsarem postulauit. Ille autem vix deplorandi copiam nactus & licet apud imperitissimū iudicem tamen Antipatro & Herode prudentiorem: delicta quidem patris verecundę suppressit: in se vero delata crimina fortiter diluit: periculorūq; socio fratre purgato mox de antipatri calliditate & de suis iniurijs quęstus est cum pręter innocentię cōstantiam eloquentia iuuaretur. Erat enim acerrimus indicendo. Postremo ꝓlocutus q eos pater libenter occideret auxit facinus & lachrimas cūctis quidem excussit. ¶ Verum cęsarem sic affecit: vt eorum accusationibus sprętis herodem statim reuocaret in gratiā. Hac autem lege reconsiliatio facta est vt adolescētes quidem in omnibus patri obedirent: ille autem regnum relinqueret cui vellet. Postea rex roma reuersus licet soluisse criminibus filios videreᷓ: nondū tamen erat suspicationibus liberatus quoniā argumentū odij sequebatur antipater & si verecundia recōsiliationis palam proferre inimicitias non auderet ¶ Cum autem ciliciam ꝑternauigans eleusam delatus esset suscepit eum benignissime Archelaus pro salute generi gratiam referēs & redintegrate concordię causa letus quippe nichil moratus amicis romę scripserat vt in causa dicenda suffragarentur alexandro & vsq; ad Zephirum deduxit talentis triginta donatum.

¶ Herodis oratio ad populum & tres filios quos reges designat sed tamē regni honorem ipsis tribuēs regnum sibi retinuit gubernādum. Filios autem specialiter & si ad mutuum amorem exhortauerit eis regalia donans vestimenta ipsos tamen dissentio non relinquit sed astutus Antipater odium in fratres celabat ipsis quidem pro nobilitate generis (quicquid animo cōciperent) verbo manifestantibus vnde multi fuerunt delatores adolescentum dicta in crimina cōuertentes Amicorumq; Antipatri & adolescentulorum diuersa erat conditio. Antipater namq; fratres patri accusabat ipsiq; omnes cōtra fratres fauebant qui in se delata facinora ignorabant. Antipater insuper contra adolescentes Feroram patruum & Salomen amittam concitauit.

¶ Capitulum vigesimum secundum.

Postea vero q̄ hierosolimā peruenit herodes. populo conuocato tribusq; filijs prope astā tibus causam reddit profectiōis. multasq; deo gratias egit· multasq; etiam cesari qui do mus sue perturbationē sedasset & (qd̄ regno maius esset) concordiā filijs prestitisset quā ego inquit arcius copulabo alias compilabo. Nam ille quidem me regni dominū & suc cessorū iudicem constituit: ego autem cum mea cōmoditate illi gratias refero. tresq; filios meos reges designo: huiusq; sententie mee socium primum deum precor fieri deinde vos. Namq; huic etas illis nobilitas successionem regni conciliat. Et quidem magnitudo eius etiam pluribus sufficit. Quos aūt cesar iunxit & pater instituit. obseruate: nō iniustis eos neq; disparibus. sed meritis colentes honoribus. Nec enim tanta quis reficiet cum leticia qui preter etatem obsequit̄ quantū ei quē despiciet doloris infliget. Quos autem similes cōiunctos esse oporteat propinquos atq; amicos ego distribuā & concordie sponsores illos constituam: pro certo scientes seditionum contentionūq; causas ex contubernaliū nasci malicia. hosq; si boni fuerint affectiones tueri. Rogo autem vt non solum isti: sed etiam primates ordinum exercitus mei in me solum spem habeant in presentia. Non enim regnum: sed regni honorē filijs meis trado. Et iocunditate quidem quasi rectores potientur pōdus autem rerū tametsi nolim meum est. Cōsideret autem quisq; vestrū etatem meam. viteq; institutū nec non etiam pietatem Nam neq; senex adeo sum: vt de me cito desperetur: neq; voluptatibus assuetus que adolescentiū quoq; vitam spacio breuiore concludunt. Diuinitatem vero ita coluimus: vt in longum nos eum processuros esse credamus. Quod siquis in cōtemptum meum meis filijs placere maluerit: etiam pro illis michi supplicium dabit. Ego enim non q̄ inuideā ex me genitis honorifice eos haberi veto: sed quia noui hec adolescentibus studia ferocie nutrimenta suggerere: itaq; sic cogitent qui ad eos se applicāt bonis quidem apud me paratū esse premium: seditiosis vero apud ipsos etiam quibus lenocinabuntur infructuosam fore malignitatem: omnes profecto mecum hoc est cum filijs meis sentient: namq; ipsis expedit me regnare. meq; his esse concordem. ¶ Vos autem o boni filij sacram primum retinentes mente naturam cuius affectiones etiam inter feras bestias salue sunt: deinde cesarem qui nos reduxit in gratiam: meq; tertium qui ea (que iubere liceat) rogem fratres permanete. Iam nunc autem vobis & vestiméta & obsequia dabo regalia Deumq; oro cōseruare iudicium meum si cōcordes eritis. Hec locutus singulos benigne consalutauit populumq; dimisit alia conuenientia eius optantes qui vero mutationis erant cupidi nec audisse quidem se quicq̄ simulantes.

¶ Fratres autem dissensio non reliquit: sed peiora suspicantes alius de alio digressi sunt. Namq; Alexander & aristobolus egre ferebant confirmatū esse antipatro meritum. antipater autem succēsebat vel secundo loco fratres haberi. Sed tamen ille pro varietate morum & reticere secreta nouerat & quā to sibi essent odio multa fraude celabat. His autem pro nobilitate generis: in lingua erat quicquid in mentē venisset. Et multi quidem his instigādis operam dabant plures autem amicorū sese explorādi causa insinuabant. Itaq; omne quod dictū esset apud alexandrū statim apud antipatrū erat: & ab antipatro ad herodem cum adiectione deferebatur nec vel simpliciter aliquid prolocutus adolescēs innoxius habebat̄: sed cuncta eius verba in crimina vertebātur maximaq; numinis affingebātur sicuti liberior paulo fuisset. Semper autem qui eum irritarent sūmittebat alias submittebat antipater vt mēdacia sua veras occasiones haberent multisq; falso vulgatis vnum quid comprobatū fidem oībus faceret. ¶ Sed huius quidem amicorū quisq; aut natura taciturnus erat. aut muneribus parabatur. ne quid occultum exprimeret nec errasset aliquis si anpatri vitam malicie dixisset archanum. alexandri vero familiares aut pœcunia corruptos aut impulsos blandicijs quibus expugnauit omnia proditores aut fures eorum que contra se dicerentur. siue agerentur effecerat. Cum autem caute vniuersa cōmitteret: astutis etiam crimiationibus aditus ad herodem moliebatur fratrisq; personam gerens alijs delatoribus subornatis siquid in elexandrum nunciassent fauore simulato id quod primo reprehendisset mox ociose astruēdo regis iracundiam prouocabat: omniaq; ad insidias referebat: & vt necem patris alexander videretur optare. Nichil enim maiorem fidem calūnijs suggerebat: q̄ si eum purgaret antipater. His accensus herodes quantum indies singulos de affectu adolescentium detrahebat. tantū adijciebat antipatro. ¶ In eādem vero partem inclinati sunt etiam qui regno parebant. Hij volentes alij pro imperio sicut ptholomeus amicorū carissimus regisq; fratres ac tota progenies: omnia namq; in antipatro sita erant. Etiq̄ alexandro fuit acerbissimum: cuncta in eorum perniciem matris antipatri consilio gerebantur. Nouerca enim seuior erat multoq; plus q̄ preuignos oderat: quos regina mater ediderat. Sed quamq̄ omnes vt antipatro magis obsequerentur spes inducebat: non minus tamen precepta regis quemq̄ ab adolescentibus separabant. qui carissimis edixerat ne quis ad aristobolum vel eius fratrem accederet aut se ad eos applicaret. Non solum autem regalibus erat formidini verumetiam externis. Nulli enim regum tantum potestatis cesar dederat: vt fugitiuos suos quāuis

Ōro Herodis ad populū & filios

Herodes tres filios reges designat.

Herodes filijs regni honorē tradēs regnum sibi retinuit gubernādum.

Honor iuuenibus crudelitatis nutrimenta suggerūt. &c.

Oratio herodis specialiter ad filios

Dissentio nō reliquit fratres

Astutus antipater celabat odium sed aristobolus & alexāder p̄ nobilitate gn̄is quicq̄d in mente haberēt in lingua erat vn̄ multi delatores & p̄ditores erant oīa adolescentū dicta in crimina cōuertentes.

Antipr̄ caute fratres regi accusabat. &c.

Oēs fauebant antipatro contra adolescētes & cūcta in eorū pnicie mr̄is antipatri consilio gerebant̄.

Adolescētes in se delata facinora ignorabant. Antipr̄ ferorā patruū & Salomē amittā contra adolescētes cōmouit.

ex ciuitatibus non subiectis ei liceret educere. ¶ Adolescentes autem delata in se facinorā nesciebāt hisq; propterea capiebantur incautius. Nullus enim palam incusabatur a patre sed affectu refrigescēte paulatim intelligentes aduersus dolorem asperius excitabantur. ¶ Eodem autem modo etiam feroram patruum & Salomē amitam contra illos commouit Antipater assidue: veluti cum vxore sermocinando quibus in eos instigaretur.

¶ Glaphire insolentia (quę omnibus propter generis nobilitatem pręponens omnes herodis vxores & sororem despiciebat) cōspirationem concitauit in Alexandrum qui propter vxoris Glaphirę superbiam & contumelias omnibus inuisus erat. Aristobolus quoq; Salomen inimicam sibi reddidit (licet socrus eius erat) vxori suę frequenter generis humilitatem obijciens vnde ipsa iracūdiam cohibere non volens herodem contra adolescentes prouocat ad odium qui se ad eos euocans rogauit eos vt fratres diligerent promissa peccatorum venia Illi vero criminationum excusationem patri dederunt eumq; placauerunt sed Salomen & pheroram sibi infensos cognoscentes timuerunt Feroras enim totius regni pręter dyadema socius erat ancillę tamē captus amore regale renuit matrimoniū cui data est venia Ipseq; sororem Salomen ꝙ cum silleo regis arabum procuratore nubere voluisset accusauit. Tota tamen tempestas contra Alexādrum versa est eunuchi quoq; ab alexandro corrupti vi tormentorum Alexandrum accusarunt. Herodes autem maxime perterritus vbiq; exploratores cōmittit maximaq; fit eius propinquis tribulatio qui seipsos pręuenientes accusabant. Crudelissimusq; herodes fuit etiam circa amicos. Alexander autem in vinculis captiuatur multis eius amicis trucidatis alijsq; eum & fratrem ꝙ veneno parassent contra patrem accusantibus.

¶ Capitulum vigesimumtertium.

Glaphirę isolētia quę omibus propter nobilitatē pręponēs omes herodis vxores & sororē despiciebat. vn̄ ꝓpter eius superbiā oibus alexander erat inuisus.

Salome herodē cōtra adolescentes ꝓuocat ad odium.

Huius autem inimicitijs conspirabat alexandri quoq; vxor Glaphira multa de sua nobilitate commemorās. cunctorūq; se qui in regno viuerent dominam esse dictitans. Paternum enim genus a themeno maternum autem a dario hydaspi filio ducere: multumq; despiciens ignobilitatē sororis & vxorum herodis: quarum queq; propter formam nō propter nobilitatem esset electa. Nam multas ei fuisse vxores diximus quod licet & iudeis more patrio plures habere quodq; rex pluribus oblectaretur. Omnibus igitur propter superbiam & contumelias Glaphirae inuisus erat alexander. ¶ Salomen autem Aristobolus & si socrus eius erat ipse inimicam sibi reddidit & ante quidem ꝓpter maledicta Glaphirę seuiētem. Frequenter enim humilitatē generis obijciebat vxori: ꝙ q; ipse plebeiam: reginā; vero frater suus duxisset Alexander. Hoc salomes filia cum fletu matri nunciauit. Addebat autem ꝙ aliorum quoq; fratrum matres idem Alexander & Aristobolus si regnum obtinuissent textrices cum ancillis facere minitarentur: ipsos quoq; vicorum scribas. scilicet irridentes ꝙ litterarū studijs operam darent. ¶ His commota salome ꝙ iracūdiam cohibere non posset herodi cuncta indicauit. Satis autem videbatur idonea contra generū dicens & pręter hęc alia quedā crimiatio diuulgata est: quę succendit animū regis. Audiuit em̄ alexandrū & aristobolū crebro matrem implorare: casumq; eius cum gemitu atq; imprecationibus conqueri: ac saepe illum quēdam ex mariannes vestimentis posterioribus diuidentem coniugibus minitari solutos esse ꝙ cito pro regalibus delicijs eas nigris vestibus induerent. ¶ His de causis herodes licet constantem animum adolescentium formidaret: tamen ne spem correptionis abscideret ad se eos vocauit. Romam enim nauigaturus erat. & quasi rex pauca interminatus pluribus quasi pater mouuit: rogauitq; vt fratres diligerent promissa priorum peccatorum veniam si post hec meliores fierent. Illi autem crimiationū inuidiam deprecando fictas eas esse dicebant: purgationisq; suę fidem rebus ipsis posse constare. Verum quoq; ipsum debere omissa facilitate credendi: aditum maledictis obstruere. Nunq̄ enim calumniatores defore: dum cui persuadeatur extabit. ¶ Cum his eum mature placauissent quippe vt patrē presenti metu reiecto. de post futuris merere ceperunt. Etenim cognouerunt salomen sibi esse infensam & patruum feroram. Vterq; autem seui & graues erant sed amplius feroras qui totius quidem regni pręter diadema socius esset. proprios autem redditus haberet centum talentorum totiusq; transiordanem terrę fructus caperet ipse a fratre dono sibi dato quinetiā tetrarcham eum fieri beneficio cęsaris idē herodes ipetrauerat: regaliq; cōiugio dignatus erat sorore vxoris suę nuptū ei collocata & post illius mortem desponderat ei filiarum suarum maximam trecentis talentis indotem datis: sed regale matrimoniū feroras ancillę amore captus refugerat. quāobrem iratus herodes filiam quidē nuptam dedit fratris filio: qui post a parthis occisus est. Mox autem morbo ferorę venia data indignationem remisit. De hoc autem vetus erat opinio: ꝙ etiam viua regina herodem opprimere voluisset veneno Sed tuuc pluribus delatoribus aditus erat vt q̄uis amantimus frater esset herodis fide tamen eorum quę audisset adduceretur ad metum. Itaq; de multis qui suspecti erant habita questione: postremo ad ferorę amicos venit. Quorū nulla quidem fuit de maleficijs aperta cōfessio: sed ꝙ amico

Herodes ad filios.

Excusatio filiorū erga patrē.

Adolescētes cognoscētes Salomē & ferorā sibi infensos timuerunt.

Auctoritas ferorę tetrarchę. &c.

Feroras ancillę captus amore regale renuit mr̄imoniū cui data est venia.

uspecto in parthos cogitasset effugere prodiderunt. ¶ Huius autem consilij & fuge conscium esse. Cu tobarum salomes maritum. cui rex eum tradiderat: postq̄ superior adulterij est causa peremptus. sed nec salome criminatione libera manserat. Nam & hanc frater feroras accusabat q̄ cum sylleo procuratore regis arabum obedire de nuptijs constituisset: quem inimicissimum herodes habebat. Conuicta autem & in hoc & in omnibus quę feroras detulerat: indulgētiam meruit. Id atq; ipsum etiam rex feroram criminibus soluit. Domus vero tempestas in alexandrum transijt: totaq; capiti eius incubuit. ¶ Tres erant eunuchi regis carissimi: & ex genere famulatus neminem id latebat. Vni enim vinū ministrare cura fuit: alteri cenam apponere: tertius autem dormitum eum collocabat: & cum ipso cubabat. Hos muneribus maximis alexander cupiditati suę subiecerat. Itaq; postq̄ hęc regi sunt indicata vi tormentorum coacti & stuprum statim confessi sunt & quibus essent ad hoc promissum inducti aperuerunt: quomodo eos fefellisset alexander. nullam in herode spē habendam esse commemorans improbo scene: & qui capillos inficeret nisi ob hoc solum vt eum etiam adolescentem putarent. Verū se soli oportere qui etiam inuito eo futurus esset regni successor: neq; multo post ab inimicis pœnas repeteret: fortunatosq; amicos suos beatosq; faceret: ac prę ceteris ipsos. Quin & obsequia potētium alexandro clam parare militūq; rectores itemq; ordinum principes occulte ad eū cōuenire dixerunt. ¶ Hęc herodes adeo pertimuit vt nō auderet statim delata ꝓferre sed exploratores die noctuq; summittens dicta factaq; singula scrutabatur: & de quibus suspitio fuisset trucidabat. Itaq; regnuʒ eius acerbissima iniquitate repletum est. Namq; pro suo quisq; odio vel inimicitijs calumnias fingere. multisq; regis iracundia cedis cupida contra aduersarios abutebantur: & mendacio quidē confestim fides habebatur. Erant autem criminationibus ipsis velociora supplicia. Deniq; accusabatur qui modo accusauerat: & cum eo qui ante se conuictus esset ducebatur ad penam. De vita namq; periculum regis quęstiones breuiore cōpendio terminabat. ¶ Ad hoc autem seuitia processerat: vt nec eorum quenq̄ humanitus respiceret qui accusati non essent. verum amicis etiam inimicissimū se prębere. Itaq; multis etiā regno interdixit. & in quos potestatem non habebat in eos dictis asperis seuiebat. Accessit malis antipater: collectaq; propinquorum caterua nullum criminationis genus omisit. Tantus autem ineptia sua regē conuentis delatorum timor inuasit vt stricto instare sibi gladio videret alexandrum. ¶ Deniq; subito ipsum correptū in vincula coniecit: & in amicorū eius tormenta perrexit. Multi autem tacite moriebantur. nulla voce supra conscientiam prodita. Alij vero quibus mendacium impacientia doloris expressit de patris eū insidijs cū fratre aristobolo cogitasse dixerunt: tempusq; obseruare vt illo dū venatur occiso romā profugerēt. His tamē & si verisimilia nō erāt: sed necessitate cruciatus ex tēpore fingebātur: libenti tamē aio rex credebat pro cōsolatione accipiēs vincti filij ne id fecisse videret iniuste.

¶ Alexander patris suspitionem nullo modo aboleri posse arbitratus: fatetur insidias & quattuor libris plurimos socios se habere prescripsit ante omnia Feroram & Salomen Archelaus autem genero & filię timens venit in iudeam quibus prudentissime succurrit & verbis fefellit. Herodem qui ei libros Alexandri dedit legendos vnde nactus consilij sui occasionem in feroram contulit & herodem paulatim pacificauit. Herodes itaq; remissa in Alexandro ira excitatur in Feroram qui archelai consilio omnia fatetur sibi imposita atraq; veste cum lachrimis ad pedes prouolutus veniam postulans eius medio promeruit. Archelaus autem herode placato Ferorę iratus Alexandro tamdiu mansit filiamq; ab eo distractam secum adducturum firmabat donec Hærodem pro adolescentulo compulit deprecari. Redintegrāta concordia Archelaum abeuntem Hærodes & vnum quemq; amicorum eius pro merito muneribus donauit.

Ferora sororē q̄ cū silleo procuratore regis arabū nubere voluisset accusauit.

Tota domus tēpestas contra alexandrum.

Eunuchi ab alexandro corrupti vi tormentorum coacti oīa confessi sunt alexandrum accusātes.

Herodes maxīe perterritus vbiq; exploratos committit & maxima fit eius ꝓpiquis tribulatio qui se ipsos pręuenientes accusabant.

Alexander ī vincula captiuatur multis eius amicis trucidatis alijsq; eum cū fratre in patrem insidias cogitasse accusantibus.

Capitulum vigesimumquartum.

Verum alexander quoniam suspitionē patris nullomodo aboleri posse arbitrabatur. Vltro malis assentiendum putauit: ac diligenter aduersus inimicos quatuor libris fatetur insidias eorumq; se plurimos socios habere pręscripsit: ante oia autem & feroram & salomē. Hanc enim etiam stupro sibi quondam esse mixtam: cum vim noctu adhibuisset inuito. ¶ Iamq; libri in manibus Herodis erant multa de optimatibus clamantes grauia: cum mature in iudeam archelaus venit metuens genero simul ac filię. Quibus etiam prouidentissimo consilio succurrit. regisq; minas arte dissoluit. Mox enim cū eo congressus: vbi nam est clamat exitiabilis gener meus. Aut vbi parricidale caput aspiciam quod meis manibus ipse lacerabo: addamq; filiā meā bono marito nouo. Nam etsi cōsilij particeps nō est: quia tn̄ eiusmodi viri cōiunx fuit inquinata. Miror autē etiā pacientiā tuā cuius periculū agitur: q̄ adhuc viuit alexāder. Ego nāq; ita ex capadocia properās veniebā vt qui illum repererē olim dedisse supplicium. & de filia quęstionū tecū haberem: quam vitę atq; dignitatis cōtemplatione illi desponderam. At nūc de vtroq; nobis cōsulendū est. licet nimium pater sis: & puniendū insidiatorem filium minus fortis. Permutemus dexteras: & alter alterius iracundię vicarie succedamus. Talibus increpans q̄uis pertinacē fallit herodem. Itaq; ille quos Alexander perscripserat libros le-

Alexander pr̄is suspitionē nullo mō aboleri posse arbitratus quatuor libris fatet̄ isidias. multosq; dixit se habere socios scʒ ferorā Salomen. &c.

Hærodes libros Alexādri Archelao dedit legendos qui in eos q inscripti erāt & i Feroram cōtulit & herodem paulati pacificauit.

Hærodes remissa ira in alexandro excitatur in ferorā q Archelaū orat vt fris faciat recōciliatiōnē & oia fatetur sibi iposita. &c.

Feroras atra veste cū lachrymis veniā postulans & se scœleratum cōcessus medio archelai promeruit.

Archelaus herode placato ferorę iratus alexandro tādiu manebat filiāq; ab eo distractā secum adducturum firmabat donec herodē vltro pro adolescētulo compulit deprecari. &c

Reditegrata cōcordia Archelai medio ipsu; abeūtem hærodes & vnumquēq; amicorū eius muneribus donauit pro merito. &c.

gendos ei prębet:singulis capitulis insistens cum eo deliberabat. Vnde occasionem sui consilij nactus Archelaus:paulatim causas in eos qui scriptis tenebantur & in feroram contulit. Cum autem credere sibi regem videret considerandum est inquit ne forte adolescentulis tot nequissimorum insidijs circūueniatur non tñ ab adolescētulo. Nec enim apparere causam cur in tantū rueret scœlus qui & nunc regno potiretur:& successionem regni speraret. nisi aliquos haberet huius persuasionis auctores:qui ad deteriorē partē lubricū etatis impellerēt. Ab eiusmodi nāq; hoibus non solū adolescentulos falli:verū etiā senes domosq; clarissimas totaq; regna solere subuerti. ¶ Cōsentiebat dictis herodes:irāq; paulatim remittebat in alexandro:& feroram excitabatur. Namq; hoc erat librorum quatuor argumentum Qui vbi propēsiorem esse regis animum sensit:& in omnibus apud eum amicitiam archelai pręualere:q̄ honeste non posset ex imprudentia alias impudētia salutē quęsiuit: relictoq; alexandro cōfugit ad archelaū. Et ille. Non inquit videt quo se pacto extimat tot criminibus inuolutum quibus manifeste conuinceretur regem insidijs voluisse decipere. omniumq; malorum pręsentium adolescēti causa fuisse:nisi malis omissis artibus callidis & negādi pertinacia quibus insimularetur oia cōfiteri & a fratre pręsertim cui dilectus esset veniam petere. Namq; ad hoc ei se quoq; modis oibus opem laturum ¶ Paruit archelao feroras atraq; veste cū lachrymis vt q̄ miserabilis appareret. instructus ad pedes herodis accessit:sicq; meruit veniam postulans:& se quidem scœleratū esse fatebatur. Namq; omnia quę sibi obijcerentur fecisse horum autem causam esse diminutionem mentis atq; insaniam:ex mulieris amore conceptam. Itaq; postq̄ stetit feroras suimet ipse accusator ac testis:tūc eum iam archelaus excusando herodis iracundiam mitigabat proprijs vsus exēplis. Etenim se quoq; a fratre multo grauiora perpessum naturale eius ducebat ante posuisse vindictę:quippe in regnis velut in magnis corporibus semper aliquam partem pondere ipso tumescere quam recidi quidem non oporteret: leuius vero curari Multa in hunc modum locutus archelaus herodem quidem ferorę placatum reddidit. Ipse autem alexandro tamdiu manebat iratus filiamq; ab eo distractam secum adducturum esse firmabat donec herodem compulit vltro pro adolescentulo deprecari vt iterum ei filiam desponderet. Satis autem cum grauitate archelaus cui vellet eam pręter alexandrum collocari promisit maxime enī impendere quę iura inter se affinitatis inuiolata permaneāt. Rege autem filium sibi ab eo donatum infirmante nisi matrimonium dirimisset ꝙ & liberos iam haberent vxor quoq; ab adolescēte diligeretur quę si remaneret peccatorum fieret obliuio si vero discederet causa de omnibus desperandi moliorem namq; fieri audaciam si domesticis affectionibus distraheretur. vix tandem cessit:vnaq; & ipse redijt cum adolescente in gratiam & patrem eius reduxit. Proculdubio tamen eum romam mitti debere ait cum cęsare collocuturum. de omnibus enim sese ad eum litteras fecisse. Consilium quidem archelai quo generum suum periculo liberauit peractum erat:& redintegra concordia in epulis & humanitate conuictus familiariter versabantur. Abeuntem autem muneribus talentorum septuaginta solio quoq; aureo gemmis ornato & eunuchis & concubina donat herodes quę panichis vocabatur: itemq; amicorum eius quemq; pro merito. Quin & cognati regi omnes iussu eius archelao dona clarissima dederunt:eumq; tam ipse q̄ optimates anthiochiam vsq; prosecuti sunt.

¶ Eurides lacon proditiosissimus adulator reconciliationem perturbauit Alexādri. regemq; adulatione falsisq; laudibus & sermonis calliditate circumuenit qui apud eum Antipatri laudator pecunia corruptus erat & Alexandri qui incaute de patre conquęrebatur proditiosissimus fuit accusator. Alios quoq; antipater contra fratres subornauit accusatores. Epistolam insuper fictam ad custodem castelli Alexandrij nomine Alexandri direct m produxit. vnde herodes torto castelli præposito filios q̄uis nullum contra eos validum proferretur documentum asseruari pręcepit: & Euridem totius sceleris fabricatorem quinquaginta talentis donauit qui ad Archelaum capadocię regem vadens & mentiens Alexandro reconciliasse herodem ab eo munera accepit:sed tandem propter facinora a cęsarea fugatur Herodes autem paratissimus ad audienda maledicta.

Capitulum vigesimum quintum.

Eurides lacō proditiosissimus adulator reconciliationē perturbauit Alexādri. &c.

Non multo post quidā in iudęā venit Archelai consilijs multo potentior. qui non solū recōciliationē gratię alexādro quęsitam fecit irritam: verūetiam causa fuit vt periret. Lacō erat genere nomine eurides: ad regni desideriū pecuniæ amore corruptus. Iam enim luxū regia tolerare non poterat. Is āplissimis donis herodi oblatis velut eorū quę aucuparetur illecebra cū statim multiplicata recepisset:immaculatā liberalitatē nihil esse ducebat nisi regnū sanguine cōparasset. Itaq; regē adulatione falsisq; de ipso laudibus & sermonis calliditate circūuenit. matureq; prospecto eius igenio dictis simul & factis quę illi placerēt: īter primos amicos eius habebaē. Nā & rex & omnes eius comites libēter ciuē sparche pr̄ię causa pręcipuo dignū honore ducebāt. Ille aūt postq̄ fragilitatem domus animaduertit. fratrumq; inimicitias & quemadmodum pater in singulos esset anima-

tus: antipater quidem hospitio preuentus erat: simulata vero amicitia fallebat alexandrum: olim se archelai socium esse mentitus. Quo etiam citius quasi probatus obrepsit: moxq; ab eo fratri quoq; aristobolo commendatus est. Pertemptatis autem personis omnibus. alium alio modo subibat. Ac primum fit antipatri mercennarius & alexandri proditor illum exprobrando castigans q cum fratrum sit maximus spei suę negligit insidiatores: alexandrum vero q regina creatus: & reginæ vir coniugis filium priuatę mulieris pateretur regno succedere: presertim cum habeat magnam occasionem archelaum. Quę quidem adolescenti vera fide suadere videbatur: q amicitiā simulasset archelai: vnde nec alexander quicq̄ metuens & de antipatro quę se mouerent apud eum quęrebatur: & quod nichil mirum faceret herodes si cum matrem eorum interemerit ipsis quoq; regnum eius auferret. Quorū euridesc causa & miserari eos. & pariter dolere simulans: etiam aristobolum ad eadem dicenda pellexit: atq; ita quęrelis in patrem vtroq; deuicto referens ad antipatrum secretum discedit: affictо insidiarū quoq; mendacio quas ei fratres parasse firmabat ac pene iam strictis in eum gladijs irruere. Ob hæc autem multa pœcunia donatus ab antipatro laudator eius erat apud patrē: & ad extremum necis alexandri & aristoboli redempta opera ipse accusatoris partibus fungitur. Cumq; audisset herodes: vitā ei se rependere pro beneficijs delatis: & lucem referre dixit hospitio. Namq; olim alexandrum exacuisse in eum gladium & confirmasse dexteram: verum sceleri tantum fuisse impedimēto q societatem facinoris assimulasset. Alexandrum enim dicere non bene secum hærodem actum putare q regnum obtinuisset alienum & post matris eorum necem principatum eius dilacerasset: nisi etiam degenerem coaptaret heredem: auctumq; ipsorum regnum antipatro spurio propinaret. Proinde semet hyrcani manes & mariannes vltum ire. Nec enim decere successionem regni ab eiusmodi patre sine cede suscipere. Multis enim rebus ad hoc excitari quotidie: quia nichil sibi omnino loqui sine calumnia liceret. Nam si de nobilitate aliorum fiat mentio sine ratione se contumelijs affici patre dicente solus generosus alexander & cui pater sit pro ignobilitate dedecori. Inuentionibus quoq; offendere soliq; antipatro indulgentem. Ob quę velle mori non recusare: nisi ex voto insidię successissent. Sin eum occidisset: primum salutis occasionem fore archelaum socerum suum ad quem posset effugere deinde cęsarem qui nunc vsq; ignoraret mores herodis. Nec enim sic ei astaturum vt antea patris præsentiam formidando. nec de suis tantum criminibus locuturum sed primum totius gētis erumnas: & q ad necem vsq; tributas opprimeret vulgaturum. Deinde in quibus delitijs quibusq; actibus parte sanguine pecunię consumptę sunt: & qui vel quales ex illis fuerint locupletati: quę causa ciuitatis plagate: ibi autem quęsiturum & aui & matris necem omniaq; regis scœlera retecturum: quibus cognitis nemo se iudicauerit patricidam. ¶ His eurides in Alexandrum falso delatis antipatri laudes persequębatur: illum solum qui patrem diligeret esse confirmans: quiq; adhuc insidias retardasset. Rex autem nondū preterite suspitionis dolore compresso: intollerabilis iracundię feritate turbatur. ¶ Iterumq; hoc tempus nactus antipater. alios accusatores fratribus subornauit qui eos dicerent cum iocūdo & tyranno clam colloqui solitos esse equitum regis olim principibus tunc vero propter quasdam offensiones ordinibus motos. Hac deniq; indignatione succensus: confestim eos tormentis herodes subdidit. Illi autem nichil eorum se quę crimini darentur scire confessi sunt. ¶ Sed oblata est quædam velut ad propositum castelli Alexandrij ab alexandro scripta epistola deprecante vt cum Aristobolo fratre se in castellum reciperet si patrem interfecissent tanq̄ armis q̄ alijs eos subsidijs vti permitteret. Hanc alexander Diofanti commentum esse dicebat. qui regis erat notarius homo audacissimus & cuiuslibet manus litteras imitari percallidus. Itaq; multis sępe falso conscriptis ab hoc postremo occisus est. tor to autem castelli prępositо nec in eius iudicio quicq̄ herodes eorum quę delata erant verum esse cognouit. Sed q̄uis nullum documentum validum proferretur: filios tamen interim absolutos asseruari precepit. Euridem vero domus suę pestem ac totius scœleris fabricatorem bene de se meritum dato remq; salutis appellans: talentis quinquaginta donauit. Ille autem priusq̄ certa fama nūciaretur ad archelaum properat: ausus q; dicere quod herodem reconciliasset Alexandro ab illo quoq; pecunias cepit. deinde in achaiam transgressus ad similia facinora male quęsitis abusus est. Postremo apud Cęsaream accusatus q dissensionibus repleuisset achaiā. & ciuitates spoliaret: inde fugatur. ¶ Atq; hoc enim modo alexandri & aristoboli pœne persecutę sunt. ¶ Hoc loco dignum est Choum euaristum huic sparciathe conferre. Namq; is cum amicissimus esset alexandro eodemq; tempore quo eurides ibidem erat aduenisset percūctāti regi super his quę ille insimularet iuratus nihil se ab adolescētibus audisse firmauit: nec tamē id quicq̄ miseris profuit apud herodem: solis maledictis aures paratissimas aperientem: eumq; sibi gratiosum esse iudicantem: qui secum eadem crederet: hisdemq; moueretur.

¶ Salome socrus Aristoboli & amitta qui eam (vt suę saluti consuleret præcabatur) eius monita regi prodidit rex itaq; filios vinxit & separatos præcepit asseruari & Volumnium atq; Olympum

Maxima Euridis proditio.

Corruptus pecunia Eurides antipatri laudator apud patrē. &c.

Alexandri icauta quęrela.

Antipater alios cōtra frēs subornauit accusatores.

Epistola fctā ab alexādro scripta ad custodē Alexandrij castelli.

Dyophantus falsarius notarius.

Herodes filios i carcerari iubet & Euridem totius scœleris fabricatorē quinquagita donauit talentis q ad archelaū vadēs & mētiēs Alexādro recōciliasse herodem ab eo mūera accepit sed tādem pꝑter facinora a cęsarea fugat.

descripta ferentes iudicia mittit ad Cęsarem qui herodi rescribens potestatem (congregato cōcilio) dedit ei filios punire. Paret ergo scriptis Hærodes & Beriti conuocato concilio presederunt. Saturninus & pedanij legati & alij Syrię optimates pręter Archelaum regem qui regi erat suspectus. Herodes vero filios quos prouido satis concilio ne assistentes ad misericordiam impellerent in iudiciū non produxit sed eos absentes quasi pręsentes accusat obijciendo insidias. Saturninus condemnandos adolescentes sed non mortem pronunciauit quem duo legati & nonnulli alij secuti sunt. Volumnius vero primus cunctiq; post eum herodis fautores necandos esse adolescentes iudicauit. Interea vero tyro verus miles veritatem libere locutus est clamitans conculcatam esse iusticiam & veritatem perisse. Quem rex cum filio capi iussit a triphone tonsore falso accusatum. Ipseq; in tortura & militum princi pes cum tonsore lapidum ictibus interimuntur & filios in sebaste missos iubet effocari & in alexandrio cum Alexandro materno auo sepeliri.

Capitulum vigesimumsextum.

INcitabat pręterea salome crudelitatē eius in filios. Namq; hāc aristobolus quo se periculis inuolueret. quā & socrū habebat & amitā monitam miserat: vt saluti suę consuleret: quasi rex eā decreuisset occidere iterū in simulatam quorū ante fuerat accusata: q̄ Sylleo Arabi nubere cupiēs quem sciret eius inimicū occulta illi secreta regis nunciaret: & hoc fuit extremū quo tanq̄ tēpestate oppressi adolescentes non secus q̄ a turbine pessundati sunt. Salome eñ protinus contēdit ad regē eiq; monita Aristoboli prodit. Atq; ille vlterius durare non passus vtrūq; filiū vinxit. & separatos asseruari pręcepit. Deinde volumniū militię magistrū & ex amicis suis Olympū descripta ferentes iudicia proficisci iussit ad cęsarē Qui postq̄ naui Romam delati regis litteras reddiderunt vehementer quidem in adolescentes cęsar exarsit verum eius potestatem in filios a patre auferendam non dixit. Deniq; rescribit ei vt ipse sui dominus esset arbitrij: melius tamen facturum dicens si in cōmuni consessu propinquorum suorū prouincięq; rectorum de insidijs quęreret. eosq; si delato crimine reperiret astrictos occideret: si vero fugam tātum esse meditatos. mediocri supplicio contentus esset. ¶ Paret scriptis herodes Cumq; beritum quo cęsar iusserat peruenisset iudicium cogit. Pręsederunt autem rectores quibus a Cęsare scriptum fuerat. Saturninus & pedanij legati & cū his volumnius procurator: itemq; propinqui regis & amici necnō & Salome & feroras & post hos optimates syrię pręter archelaum regē. Namq; hūc herodes q̄ alexandri socer esset suspectum habebat. ¶ Sed filios quidem satis prouido consilio in iudicium non produxit. Sciebat enim q̄ si tantum nisi fuissent: omnimodo ad misericordiam cunctos impellerent. Si vero etiam dicendi copiam nacti essent: facillime alexander obiecta dilueret. Igitur quidem illi custodiebantur in platene vico sydomorum. ¶ Exorsus autem rex veluti cum pręsentibus ageret commouebatur. Et insidias quidem timide obijciebat: nam probationibus deficiebat: maledicta vero & probra & iniurias & peccata plurima in se admissa prosequębatur: eaq; morte grauiora esse confessoribus demonstrabat. Postremo cum nemo contradiceret: semetipsum argui miserabiliter quęstus acerbamq; victoriam vincere: singulorum sententiā rogabat i filios. ¶ Et primus saturninus condemnandos esse adolescentes sed non mortem pronunciauit. Nec enim fas esse cum tres ipse astātes habeat filios mortē alienis decernere. ¶ Idem etiam duobus legatis visum est: eosq; alij nonnulli secuti sunt. ¶ Tristem vero sententiam primus volumnius dixit: cunctiq; post eū herodis emulatione vel odio: neq; indignatione quisq̄ necandos esse adolescentes iudicabat. Tunc autem vniuersa syria & iudea suspensa quidem operiebatur huius tragœdię finem: sed nemo estimabat herodis crudelitatem vsq; ad parricidiū processuram. Ille tamen filios tyrum traxit atq; modo nam cęsaream deuectos quo mortis genere perimeret cogitabat. ¶ Interea vetus quidē regis miles tyro nomine qui & filium habebat alexādro consuetum atq; amicum. & ipse adolescentulos diligebat. prę nimia indignatione mentis in postremo circumiens clamitabat conculcatā esse iusticiam: veritatem perisse: naturam esse confusam: vitaq; hominū iniquitatis esse plenam & omnia quę dolor contemptori vitę dictasset. Deinde ipsum etiam regem ausus adire: michi vero inquit omniū esse videris infœlicissimus qui contra carissimos nequissimis credas. Siquidem Feroras & Salome fidem apud te aduersus filios tuos habent. quos sæpe mortis supplicio dignos esse iudicasti neq; aduertis hoc eos agere vt iustis successoribus destitutus cum solo maneas antipatro capi facilem regem optantes. Verumtamen cogita: ne ille quoq; militibus adorsus sit. propter cedem omnium fratrum Nullus est enim qui non adolescentium misereatur. Principum autem plurimi etiam palam grauiter ferunt. Hæc dicens simul eos quibus res indignam videtur nominabat. ¶ Rex autem statim & illos & ipsum cum filio compręhendi iubet. Ibiq; cū alius quidam regalis tonsor nomine tripho nescio qua exagitatus insania semetipsum indicans prosilijt. Ac michi quoq; tyro inquit iste persuasit: vt occasione tondendi nouacula te occiderem: magnaq; michi Alexandrum daturum munera pollicebatur. His auditis Hærodes & Tyro-

Salome socrus & amita Aristoboli regi eius monita pdit q vtrūq; filiū vixit & separatos pcepit asseruari & volūniū & Olympuz descripta ferentes iudicia mittit ad Cęsarem.

Congregati concilij contra adolescentes præsidentes & eorum sententia.

Filios Hærodes noluit producere in iudicio ne ipsi liberarentur sed eos absētes accusat.

Saturnini sentētia contra adolescentes.

Tristis sententia Volumnij.

Tyro veritatē libere locutus nota eius verba.

Tyronis ad herodem verba.

Herodes tironē cū filio capi iussit quē falso tripho tonsor accusauit quiq; ponūtur in tortura

nemi eiusq; filium & tonsorem subdidit questioni. Tumq; illi pernegarent: tonsor autem amplius nichil diceret: tyronem vehementius torqueri iussit. ¶ Cumq; filius eius patris miseratione commotus cuncta se regi si eum sibi condonasset. indicaturum promisit eoq; relaxato: ipsum occidendi patrem suum habuisse voluntatem dixit impulsum ab alexandro. Hoc autem quibusdam fictum ab adolescēte videbatur quo tormentis eriperet patrem: nonnulli verum esse firmabant. ¶ Herodes tamen & militum principibus & tyrone pro contentione accusatis: ita in eos armauit populum vt ibidem cum tonsore lignorum & lapidum ictibus interirent. Filios vero in Sebasten missos quę non longo a cęsare interuallo distaret effocari pręcepit: eaq; remanente perfecta in alexandrum castellum mortuos asportari cum alexandro materno auo sepeliendos. Hic quidem alexandro & aristobolo finis vitę fuit.

Filius patris miseratione cōmotus vt ipsum liberaret confitetur quęsitum.

Tyro & militum principes cū tōsore ictibus interimūtur & filios in sebastē missos iubet effocari & in alexādrio cum auo sepeliri.

¶ Antipater ab omnibus propter fratrum occisionem odio habitus peremptorum timebat filios Erant enim Alexandri filij duo ex Glaphira Tygranes Alexander. Aristoboli autem ex Beronice Salomes filia filij: herodes & Agrippa & Aristobolus filięq; Herodias & Mariannes sed Glaphiram quidem cum dote sua in capadociam interfecto Alexandro dimisit & Beronicem Aristoboli coniugem auunculo Antipatri nuptum dedit Antipater vero metu opes multas pluribus largiens magis erat inuisus Herodes autem conuocatis propinquis & amicis: astantibusq; pupillis lachrymatur eos amantissimos vocans omnibus commendat & maiori filio Alexandri Ferorę filiam desponsat & filio antipatri primam Aristoboli filiam & aliam herodi ex filia pontificis sibi genito. Antipater autem maliciam circa fratrum filios non potuit continere sed sponsalia callide studuit dirimere instātissime eum precabatur quia numerosa esset regia progenies nuptias permutari Nouem enim herodes vxores habebat ex quarum septem. filios susceperat plurimos vnde herodes audito Antipatro nepotibus timēs sponsalia reformauit Antipatri nam adulatio multum valuit apud Herodem Antipater itaq; odium vitare non valens terrore securitatem sibi quęsiuit cui Ferora & mulierum conflictio pręter Salomen quę omnia cognoscens eis aduersabatur veluti iam confirmato regi obediebant. Fingebant quoq; inter se vt regem deciperent palam discordias Salome vero omnia cognoscens regi nunciat vnde iratus rex maxime contra Ferorę vxorem quam ei pręcepit expellere qui ait se citius vita q̄ coniuge cariturum incertus itaq; rex quid ageret Antipatro ne cum ferora & eius coniuge interdicit habere colloquium.

Capitulum vigesimumseptimum

Antipatrum vero cum iam sine controuersia successorem regni speraret: intollerabile gentis excipit odium: cunctis scientibus omnes illum omnibus fratribus suis cōseruisse calumnias nichiloq; minus timor eum non mediocris sollicitabat crescente sobole peremptorum. ¶ Erant enim alexandro ex glaphira filij duo tygranes & alexander. Itemq; aristobolo ex beronice salomes filia Herodes & Agrippa. & aristobolus: filieq; herodias & mariannes. ¶ Sed glaphiram quidem herodes cū dote sua in capadociam dimisit: postq̄ alexandrum interfecit. Beronicem autem aristoboli coniugem auunculo antipatri nuptum dedit qui (vt salomen) quam infensam habebat (sibi reconciliaret) istas nuptias excogitauit. Idem vero antipater etiam feroram muneribus alijsq; obsequijs atq; amicos pręterea cæsaris ambiebat: magnas Romam mittendo pecunias. Saturninum enim cum alijs omnibus apud syriam donis expleuerat. ¶ Hoc autem magis inuisus erat cunctis q͡ plura donabat: velut opes tantas non munificentia largiretur sed mœtu consumeret. Itaq; eueniebat vt nec accipientium beniuolentia quicq̄ proficeret. quibusq; nichil dedisset acerbiores inimicos haberet. In distributionibus autem munerum quotidie largior erat: cum pręter spem videret orbos pueros ab herode curari: quantumq; illum peremptorum cedis pœniteret prolis eorum miseratione significari. Conuocatis enim propinquis atq; amicis suis & pupillis astantibus: cum lachymis opplesset oculos dixit. Horum quidem michi patres fortuna quędam tristis eripuit ipsos autem orbitatis misericordia cum natura commendat. Experiar itaq; vt etsi pater infortunatissimus fui auus tamen sim prouidentior: & a quibus post me regantur amantissimos michi relinquam. Despōdeo igitur filiam tuam Feroram maximo filiorum alexandri: vt ei curator sis necessarius. Tuo vero antipater filio Aristoboli filiam: eris enim hoc modo pater orbate. Sororem vero eius meus accipiet herodes pōtifice auo materno pronatus. Et de his quidem hoc sit meum iudicium: neq; id quisq̄ dirimat qui me amabit. Pręcor etiam deum bono regni mei meorumq; nepotum copulare nuptias: atq; hos pueros placidioribus q̄ patres eorum oculis aspicere. Postq̄ hæc locutus effleuit. & puerorum dextras iunxit benignissimeq; consalutatis iuuenculis: dimisit concilium. ¶ Statim diriguit antipater: quantoq; dolore affectus esset neminem latuit. Pupillorum namq; honorem apud patrem quoq; sibi derogatum existimabat iterumq; de rebus cunctis periculum fore si alexandri filius pręter Archelaum: etiam feroram tetrarcham adiutorem habere licuisset. Ad hæc reputabat odium suum & orbitatis miserationem qua

Antipater ab oībus propter fratrū occisionē odio habitus tiebat filios peremptorum.

Antipater opes mltas metu pluribus largiēs cūctis erat inuisus.

Oro herodis de nepotibus suis.

Herodes ferorę filiam maiori alexandri filio despōsat & filio antipatri aristoboli primam filiam & aliam herodi filio. &c.

tota gens flectebat quanto viuetium puerorum studio & quanta memoria ipsius scelere morti orum tenerentur iudei. Itaq; omnimodo dirimere sponsalia statuit & callide quidem patri surripere timuit seuienti acriterq; vigilanti ad suspicandum palam vero eum supplex adire ausus est. Coramq; deposcere ne se priuari quo dignum esse indicasset nudumq; regis nomen habere vellet: regni autem substantiam poenes alias esse. Nec enim posse rerum obtinere dominatum: si preter auum etiam archelaum feroras alexandri filio socer adiunctus esset. Instantissime vero precabatur quia numerosa esset regia progenies nuptias permutari. Nouem namq; regi vxores erant: sed harum septem vnde filios susceperat. Ipsum Antipatrum ex doside. Herodem ex marianne pontificis filia itemq; Antipam & Archelaum ex Martace alias Malthace samaritide: filiam Olympiade quam frater eius Iosippus habuerat ex hierosolymitide. de cleopatra vero Hærodem & Pphilippum: necnõ ex pallade Phaselum Habebat alias quoq; filias Boromen alias Rhaxoen & Salomen vnam ex phedra. alteram ex helpide. Duasq; vxores sine filijs consobrinam & sororem ac preter hos & Alexãdri aristoboli sorores duas ex marianne. Cum igitur tanta prolis copia superesset. aliter nuptias iungi postulabat Antipater.

Antipatri postulata.

Nouem Hærodis vxores ex q̃rũ septem filios susceperat. & c.

¶ Rex autem prospecto alias perspecto eius animo quid de pupillis cogitareẽt vehemter iratus est. Quippe filiorum quos interfecerat casum reputans: formidabat ne & hi quandoq; criminationum antipatri premium fierent. Sed tunc quidem seuioribus dictis protelat: postea vero blanditijs eius abductus sponsalia reformauit. Ac primum ipsi Antipatro aristoboli filiam collocat filium vero eius iungit filie ferore. ¶ Hinc licebat aduertere q̃tum antipatri valeret adulatio: ꝙ idem in simili causa impetrare Salome non potuit. Hanc enim q̃uis soror esset atq; hoc sæpe intercedente iulia vxore Cesaris postulasset Arabum regi sylleo nubere non passus est sed inimicissimã sibi fore iurauit nisi ab hoc studio destitisset posteaq; inuitam alexe cuidam ex amicis suis in matrimonium dedit: eiusq; filiarum vnam Alexandri filio alteram Antipatri auunculo tradidit. Natarum autem Mariannes vna sororis filium habebat Antiphon: altera fratris Phaselum ¶ Sic interrupta pupillorum spe Antipater & pro sua commoditate affinitatibus iunctis expectatione certa nitebatur: adiectaq; malignitati fiducia ne quaq̃ erat tollerabilis. Nam quia singulorum odium vitare non poterat securitatem sibi ex terrore querebat: cum præterea Feroras ei veluti iam confirmato regi obsecundaret. Quin & mulierum conflata in aula conflictio nouas turbas excitabat. Etenim Feroræ vxor cum matre & sorore sua necnõ & matre Antipatri multa in regno insolenter agebat ausa etiam duas regis filias contumeliose tractare cui rei maxime ab antipatro erat adiecta itaq; cum inuise illi essent alias quidem morigeras habebant sola vero salome aduersabatur eorum concordie. quodq; non bono regis coirent apud ipsum insimulabat. Cognita vero eius delatione mulieres ꝗꝗ; Hærodes egre tulisse: ab aperto quidem conuentu & familiaritate abstinuerunt: contra vero etiam inter se discordare rege audiente simulabant: cum adeo colluderet antipater. vt palam feroram minime dubitaret offendere. Occultos autem cetus & nocturnas commessationes agebant earumq; consensionem fecit obseruatio firmiorem cum horum nichil ignoraret salome: sed herodi cuncta nunciaret/ ille autem ardens iracundia: maximeq; aduersus ferore coniugem ꝙ eam preter ceteras accusaret salome. aduocato cognatorum amicorumq; consilio & talia multa mulieris & filiarum contumelias crimini dedit ꝗꝗ; phariseis mercedem contra se prebuisset fratremq; sibi hostem reddidisset expugnatum venenis. Postremo conuersus ad feroram vtrum se ait fratrem an vxorem vellet optare. Cumq; ille se citius vita dixisset q̃ coniuge cariturum. incertus quid ageret ad antipatrum sermonem contulit ac ne cum ferora vel eius coniuge aut quouis alio qui ad eam pertineret vnq̃ colloqueretur: edixit. Verum ille palam precepta custodiens in occultorum his pernoctabat.

Herodes audito antipatro iratus nepotibus timens sponsalia reformauit.

Salome inuita alexe nupta.

Antipater odiũ vitare non terrore securitatẽ sibi querit cui Feroras & mulierum cõflictio preter Salomẽ que oia cognoscens eis aduersabatur.

Fingunt mulieres iter se discordias vt regẽ deciperẽt sed salome oĩa cognoscens regi nũciat vñ iratus rex maxime contra feroræ vxorem quã criminatur.

¶ Antipater Salomes timens obseruationem per amicos (vt Romam proficiscatur) procurat & cum muneribus & testamento (vbi ipse rex erat inscriptus) mittitur Sylleus quoq; qui maximum cũ Aretha rege suo certamen habebat Romam cum Antipatro certaturus nauigauit quem Fabatus herodi accusat ꝙ corinthum pœcunia corrupisset vt ipsum occideret quod duo Arabes subditi questioni confessi sunt qui & Romam missi sunt: Herodes quoq; fratrem vxorem repudiare recusantem indignatus cum vxore eiecit qui ad tetrarchiam suam accedens iuratus est ante herodis mortem non reuerti. Herodes sua manifestata paciencia infirmum fratrem visitauit & corpus eius in hierusalem detulit cum honore sepeliendum. Quidam autem herodi feroram veneno fuisse interemptum nunciauerunt & pro amatorio mulierculam arabicam dedisse Syllei consilio mortiferum. Quo tormentis veritatem perquirente quædam ancilla Antipatri matrem omnium malorum causam esse clamat & occultos Ferore & mulierum conuentus detegit; cum qua omnes ancillæ contra Antipatri conueniunt secreta declarantes consilia.

Capitulum vigesimumoctauum.

Metuensq; obseruationem salomes per amicos in italia degentes vt romam proficisceretur effecit: ipsorum perlatis litteris vbi antipatrum aliquãto post tẽpore ad cęsarem mitti oportere perscriberent. ¶ Igitur herodes nichil moratus eum misit cum cunctis quę vsui forent magnaq; pœcunia liberaliter instructum: testamentumq; vna portandum ei dedit in quo rex ipse antipater inscriptus erat & antipatri successor herodes ex marianne pontificis filia procreatus. ¶ Quin & sylleus arabs itidem neglecto cęsaris pręcepto romam nauigauit: de his cum Antipatro certaturus de quibus ante cum nicolao causam dixerat Non leue autem cum aretha rege suo certamẽ habebat cuius etiam amicos interferat: & soemium in petra opido potentissimum redemptoq; fabato dispensatore cęsaris fautore vtebatur etiam in herodem sed maiore pecunia data herodes fabatum a sylleo remouit ac per semetipsum quę cęsar iusserat exigebat. Ille autem cum nihil dedisset accusabat apud cęsarem fabatũ: dispensatorẽ esse dicens non quę ipsi. sed quę herodi expedirent. Quibus cõmotus ad iracundiã fabatus. adhuc autẽ apud herodem in honore maximo habebatur: secretorũ sylleo proditor factus est: regiq; indicauit ꝙ sylleus corinthum alias corinthium eius satellitem pecunia corrupisset obseruariq; oporteret. Neq; rex id facere dubitat: quoniam Corinthus iste licet in aula regis esset educatur ex arabia tamen fuerat oriundus. Igitur mox non illum solum corripi sed etiam duos alios arabas iussit apud eum repertos: vnum syllei amicum. alterum syliarchum: qui subditi quęstioni magna pœcunia corintho vt herodem occideret persuasisse/ confessi sunt. Illi etiam a saturnio rectore syrię interrogati: romam transmissi sunt. ¶ Herodes autem ferorę vehementius imminebat: vt repudiaret vxorem. Aliquid enim cum quo mulierem plecteret excogitabat quia multas in eam odij causas habebat: donec ipsum etiam fratrem cum ea supra modum indignatus eiecit. ¶ Feroras autem ęquo animo accepta iniuria ad tetrarchiam suam accessit: iuratus vnum sibi exilij finem fore mortem herodis: neq; se ad eum reuersurum esse dum vixerit. Deniq; nec egrotum q̃uis sepe accitus fratrem visere voluit: cum quibusdam mandatis cum quasi moriturus vellet instruere. Sed ille quidem preter spem conualuit: post modum autem feroras in morbum incidit. Tunq; herodis paciencia demonstrata est. Nam & venit ad eum & humanissime curatum voluit sed morbum superare non quiuit. In diebus enim paucis est mortuus. Quem licet vsq; ad vltimum vitę diem dilexisset herodes: tamen ꝙ illum quoq; veneno peremisset fama vulgatum est. Verum eius corpore ĩ hierosolima portato luctum maximum cunctæ genti denunciauit: clarissimaq; funus sepultura dignatus est. ¶ Vnus quidem interfectorum alexandri & aristoboli hunc exitum vitę sortitus est. Transijt autem in antipatrum aucto rem pœna sceleris ex interitu ferorę principium nacta. Quidam enim ex libertis eius cum regem tristes adissent: fratrem ipsius Feroram veneno interemptum esse dicebant. Nam quendam ei cibum obtulisse coniugem suam non quo solebat modo conditum eoq; sumpto illo morbo: protinus esse corruptum. Venisse autem ante biduum matris ac sororis eius accitu quandam veneficam mulierculam ex arabia vt venenum ferorę conficeret amatorium: & pro amatorio dedisse mortiferum syllei consilio. Namq; illi notam fuisse. ¶ Perculsus igitur plurimis suspitionibus rex ancillas & nonnullas libertinas quęstioni subiecit: ibiq; tum clamabat aliqua doloris impaciens. Deus celi terręq; rector in matrẽ antipatri quę horum nobis malorum causa est vindicet. Hoc rex initium nactus/ persequębatur vlterius indagine veritatis. Mulier vero & matris antipatri familiaritatem cum ferora eius vxoribus & occultosq; eius conuentus aperuit ꝙq; feroras & antipater redeuntes a rege tota cum illis nocte potare soliti essent: seruis omnibus exclusis & ancillis. Vna quidem libertinarum hæc idicauit. ¶ Cum autem ancillę separatim singulæ torquerentur: patuit omnium dicta congruere qua de causa romani quidẽ antipater ex composito feroras vero trans flumen secedere curauisset. Nam sępe illos in sermone dixisse ꝙ post alexandrum & Aristobolum ad ipsos eorumq; coniuges transiturus esset herodes. nec alicui posse parcere: qui marianne eiusq; filijs minime pepercisset: ideoq; melius esse ab hac belua quã longissime fugere. Sæpe autem dixisse matri antipatrum conquerentem ꝙ cum ip̃e canus esset. pater in dies singulos iuuenesceret. seq; fortasse priusq̃ regnare incipiat moriturum. aut si vnq̃ ille decesserit quando autem istud fiet voluntatem sibi successionis omnimodo fore breuissimam. Pullulare prætera hydre capita hoc est Aristoboli & Alexandri filios. sibi autem filiorum spem adeptam esse patris iniuria quę non eorum quemq̃ post mortem suam regni successorem sed Mariannes filium scripsisset herodem. Qua quidem in re prorsus eum senectute delitare: si testamentum suum standum arbitraretur: se namq; vt ex eius progenie nemo superesset curaturum. Quin etiam cum omnes patres quibus inuisi nunq̃ filij fuerunt odio vincat: plus eum tamen etiam fratres odisse. Deniq; nuper sibi ne cum ferora colloquęretur centum talenta donasse: atq; cum feroras diceret quid enim per nos ledebatur respondisse Antipatrum. Vtinam cunctis ablatis nudos se dum modo viuos relinquęret. Verum hoc nequaq̃ fieri posse vt tam pestiferam bestiam quisq̃ effugiat: sub qua nec amicis esse palam lice-

¶ Antipater timẽs salomes obseruationẽ per amicos vt Romã ꝓficisceretur ꝓcurat & mittitur cum muneribus & testamẽto vbi ip̃e rex ĩscriptus erat.

Fabatus sylleuꝫ hærodi accusat ꝙ corithiũ pecunia corrupisset vt eum occideret. &c.

¶ Arabes duo quęstioni subditi corithũ vt herodẽ occidẽt pecũia fuisse corruptũ cõfessi sũt & missi sunt romã.

Ferorã ĩfirmum hærodes visitauit & corpus eius ĩ hirl'm sepeliẽdũ detulit. &c

Quidã ferorã venenoĩterẽptũ regi nũciãt & ꝓ amatorio mulierculã arabicam dedisset fillei cõsilio mortiferuꝫ.

Herode veritatẽ tormẽtis perquirẽti quędam ãcilla matrẽ antipatri oĩm malorũꝫ causã esse clamat & occultos cõuẽtus mulierum & ferorę aperuit.

ret. Deniq; nunc occulte inquit conuenimus licebit autem aperte si virorum spiritum manusq; habeamus hęc in tormentis ancillę prodiderunt: & q feroras cum illis petram fugere cogitasset. Vt autem omnibus dictis herodes crederet: centum talentis effectum est. De his enim soli antipatro dixerat.

¶ Hærodes Dosidem Antipatri matrem omni ornatu spoliatam expulit hinc ad Antipatrum Samaritam Antipatri procuratorem conuertit & ex illius tormentis comperit necandi sui causa ex ęgypto Antipatrum venenum petijsse per aliquam Antiphili collegam idq; feroram ab eo accepisse cui mandasset Antipater herodem occidere. Ferorā vero dedisse vxori seruandū. Quę a rege statim euocata de tecto se pręcipitem dedit sed mortem euadens insidiarum modum declarauit & ferorā dixit super fratris nece pœnituisse & venenū ab Antipatro paratum consumi iussisse. Antiphilus quoq; veneni delator accusatur. Et mariāne pōtificis filia maleficiorū cōscia accusata herodes eius filius Antipatri successor a testamento deletus est. Bacillus quosq; aspidū virus attulerat. Litterę quoq; tunc ab Antipatro cōtra Archelaū & Philippū confictę apportantur. Nemo autē antipatro propter eius odiū quę contra eū fiebant in iudea notificauit. Quiq; patri de roma litteras misit cui pater indignationē simulans rescripsit. Audita autem Ferorę morte luxit quia maleficiorum amiserat ministrū timens ne comprehenderetur venenum. Dubius autē Antipater si domū redeat Cui aduenienti maxima fuit sollicitudo omnibus eū deuitantibus callide tamē vultu confidentiam simulabat. Capitulum. xxix.

Hærodes Dosidē omī ornatu spoliatā expellit

Antipater samarita Antipatru dnm suū venenum herodi pāparasse accusat.

Ferorę vxor euocata a rege de tecto se pręcipitē dedit sed mortem euadēs modum īsidiarum declarauit.

Penitentia ferorę de nece fratris qui venenū contra fratrē ab antipatro paratū iussit cōsumi.

Antiphilus veneni delator accusatur.

Mariāne pōtificis filia maleficiorum conscia accusat Hærodes filius eius āntipatri successor deletus est.

Litterę ab antipatro contra archelaum & Philippum cōfictę.

IGitur ante alios in dosidē Antipatri matrē furor eius erūpit: eamq; quē omni ornatu illi donauerat spoliatā multis cōparato talētis expellit. Deniq; ira deposita: ferorę mulieres a tormētis recreabat. Timore autē pauidus erat: & ad oēs suspitiones excitabatur multosq; innocentes metu ne quē nocentium pretermitteret in tormenta ducebat ¶ Hinc ad samaritā se cōuertit antipatrū qui procurator erat antipatri. & ex illius tormētis cōperit necandi sui causa ex ęgypto antipatrū venenū malum petijsse per aliquā antiphili collegā idq; ab eo antipatri auunculū accepisse Theudionē ac ferorę tradidisset. cui mādasset antipater vt herodē occideret. dum ipse Romę abesset ac suspitione careret: ferorā vero venenū vxori suę dedisse seruandum. ¶ Itaq; hanc euocatam statim rex quod acceperat afferri iubet. Illa vero quasi allatura egressa de tecto se pręcipitem dedit vt eo modo & probationes & regis verbera pręueniret. Sed dei prouidētia sicut apparet quę ab Antipatro pœnas repeteret: non in caput. sed in alteram delata partē periculū mortis euasit. Portataq; ad regē vbi resipiscere potuit nam casus eā perturbauerat & quamobrē se pręcipitasset interrogata: adiurāte rege q vera dicēti remitteret omne supplicium sin falsa promere maluisset corpus eius tormentis absumeret neq; sepulturę quicq relinqueret: paulisper tacuit. Deinde quod inquit secreta custodio cū feroras obierit: antipatro qui nos oēs perdiderit seruatura. Audi rex & tecū deus michi testis veritatis qui falli nō potest. Cū ferorę morituro assiderē: tūc ille me ad se vocauit. Et multū inquit mulier de fratris erga me aio sum deceptus. Nā qui sic me diligeret inuisum habui & necare cogitaui qui tāto nūc mei q̄uis necdū mortui dolore cōfunditur Sed ego ob impietatē pręcium fero. Tu q meum seruas relictum nobis ab antipatro venenū huc affer propere meq; vidente cōsume ad inferos quoq; vltricem huius sceleris conscientiam deferam. Itaq; vt iussit attuli: & magnam quidem veneni partem sub obtutibus eius in ignem effudi modicum vero michi propter dubios casus & q te metuerem reseruaui. His dictis: illa quidem omnino paululum quod veneni habentē pixidem profert. ¶ Rex quidem in matrem fratremq; antiphili contulit quęstionem. Verum hi quoq; antiphilū ex ęgypto attulisse pixidem fatebantur. illumq; venenum a fratre apud alexandriam exercente medicinam accepisse dicebant. Totum autē regnū circumeuntes alexādri & aristoboli manes. ipsi erāt incertarum rerum exploratores atq; iudices & a suspitionibus remotissimas approbationes trahebāt. ¶ Deniq; etiā pōtificis filiam mariānem cōsciam esse maleficiorum patuit. Hoc enim tortis eius fratribus demōstratum est. Rex autem matris audaciā: filij quoq; pœnaria cohercuit. Nam quē illa peperat herodem antipatri successorē scriptū ex testamento deleuit. Post hæc etiam bacillus nouissima cōsiliorum antipatri fides documentis accessit. Namq; is erat quidem libertus eius Aliud autē venenum ferens hoc est aspidum virus aduenerat aliorumq; serpētium succos vt si prius fuisset inualidū hoc se feroras cū sua coniuge armaret in regem. ¶ Idem vero preter susceptam cōtra salutem patris audaciā velut operā subsiciuam epistolas habebat aduersum fratres cōpositas ab antipatro. Erant autē romę in studijs archelaus & philippus iam adolescentuli: magniq; animi regis filij quos antipater velut iminētes spei suę remouere festinās quasdē in eos litteras ipse finxit amicorū noīe romę degentiū. Nōnullis autē corruptis scribere persuasit q multis maledictis partem caperent: ac de alexandri & aristoboli nece manifeste quererentur: seq; accitos esse grauiter ferrent. Iam enim pater eos redire pręceperat: idq; maxime sollicitabat antipatrum. Quin etiam priusq profi ciceretur in iudea cōstitutus antipater eiusdem modi contra eos romę litteras merebatur patreq; ad

eundo vitandę suspitionis causa fratres purgare simulabat quędã falsa quędam vero adolescẽtis pec cata cõmemorans. Quo quidem tẽpore scriptoribus epl'arum quas in fratrũ pniciem simulabat pluri mis pecunijs datis sumptuum cõfundere temptabat indicia vestem pręciosam varia stragula pocu laq; argentea necnon & aurea comparãdo. aliaq; plurima instrumenta vt pręciorũ magnitudine mer cedes fallarijs erogatas celaret. Deniq; ducenta talenta expensa retulit & eorum maxima fuit occasio causa syllei. ¶ Vniuersis autem malis eius tunc minoribus maiore contectis cum omnia quidẽ tormẽ ta de parricidio epistolæ vero de iteratis fratricidijs conclamarent nemo tamen ex iudea veniẽtium quo loco fortunę domus essent ei nũciauit: q̃uis inter scœlus probatum & ipsius reditum septem men sium interualla fluxissent: ita erat inuisus omnibus. Fortasse autem quibus indicandi voluntas fuit per interfectorum fratrum manes commutescebant. ¶ Deniq; roma litteras misit continuo se conuentu rũ esse quodq; honorifice dimissus esset a cęsare nũcians. ¶ Rex autem insidiatorem manibus tene re desiderans timensq; ne siquid pręscisset forte caueret: ipse quoq; litteris beniuolentiã simulans & alia familiarissime scripsit: & vt reuersionẽ suam maturaret orauit. Nam si properasset: matris suę quo q; offensionem posset componere: quam expulsam esse nõ ignorabat antipater. Primam quidẽ iam dę morte Ferorę susceperat epistolam apud Tarentum: eumq; vehementer luxerat. Id autem nõnul lis de patrio laudabile videbatur. Sed quantum intelligi datur: causa doloris erat ꝙ insidię pro voto non cesserant neq; tam feroram flebat: q̃ maleficiorũ ministrum. Pręterea mœtus cum quidem ob ea quę cõfecerat occuperat. nequando forte comprehenderetur venenum. ¶ Tunc autem in cilicia pa tris epistola sibi reddita quam supra memoraui: statim quidem festinabat. Sed postq̃ in celeuderum delatus est: subijt eum quędam materni casus cogitatio: anima sibi iam per semetipsam diuinãte. Et amicorũ quidem prudẽtiores ei suadebant. ne prius patrem cõuinceret: q̃ pro certo cognosceret qui bus ex causis matrem suam repudiasset. Namq; timore ne criminationes eius auctę fuissent. Minus autem prudentes & visendę patrię magis cupidi q̃ quid antipatro esset vtile considerantes vt pro pe raret monebant: ne ex ipsa mora & pater causam praue suspitionis. & calũniantibus occasionem pręberet. Nunc enim siquid motum est in absentem factum: nec ẽm pręsente illo quemq̃ id ausurũ fuis se. Absurdum enim videri propter suspitiones incertas certis bonisq; carere: neq; mature se patri red dere ab eoq; regnum accipere quo solo ipso niteretur. Paruit his antipater impellente fortuna trãsmis susq; in sebastum cęsareę portum defertur. Occurrit autem illi pręter opinionem maxima solicitudo: cum omnes eũ deuitarent: nullusq; auderet accedere. Nam & si semper ęque inuisus erat: odio tamẽ vt proderetur tunc data libertas est. Multos autem auertebat ex rege formido quoniã iam cunctas ci uitates de antipatro fama repleuerat: solusq; de se quid ageretur ignorabat antipater. Nec enim vel clarius eo quisq̃ deductus est cũ romam nauigaret: vel ignobilius inde susceptus est. Enimuero cla des ille domesticas intelligens calliditate celabat metuq; pene mortuus vultu confidentiã simulabat & neq; fugę spes vlla erat neq; circũstantibus malis emergere poterat certumq; nichil ei de domo ne ibi quidem nũciabatur. Id enim regis interminatio prohibuerat. Vnde interdum etiam spes eum per temptabat hylarior vt nichil deprehensum aut si quid esse hoc sese impudentia sua deluiturũ: ac do lis quę sua instrumenta salutis haberet.

¶ Dolis Antipater quę suæ salutis erant instrumenta) armatus venit ad regiam vbi amicis eius a prima ianua reiectis cum iniuria ipse quoq; a patre repulsus est cuiq; purgationi suę crastinus dies coram varo indictus est vnde metu obstupefactus respondere nichil potuit. Postero autem die cõuo cato concilio litterę matris ad Antipatrum delatę sunt in iudicio. Antipatro autẽ ad patris pedes pro uoluto Herodes orationem ad varum Antipatri accusatoriam & sui erroris excusatoriã elegãtissime habuit. Accusabat enim dolos Antipatri & insidias quarum probationes ipse dolore cõfusus Nicho lao iussit adducere. Antipater vero seipsum purgare conabatur tempus suę peregrinatiõis pro rebus patris dicens expendisse & varum aliosq; commouit ad miam. Nicholaus autem contra Antipatrum criminum adduxit probationes misericordię spem auferens veneni quoq; per ordinem dedit proba tiones quo facto varus cum Antipater nichil amplius responderet q̃ deus testis est innocentię meę venenũ petit idq; morti damnato bibendum pro experimẽto dedit & eo statim mortuo quędam in secreto locutus gesta in concilio Cęsari rescribens discessit.

Capitulum tricesimum.

Itaq; his armatis sine amicis in regiãvenit ꝙ a priã ianua cũ iniuria sũt repulsi. Forte aũt va rus sirię rector itus aderat. Ingressus deide ad patrẽ cõfirmatusq; audaciavelut eius salutãdi causa ꝓpius accedebat: cũ ille obiecta manu & capite declinato exclamat. Et hoc parricidę est vt me ãplexari velis cũ tot maleficijs iuolutus sis. Corrũpit ipiũ caput neq; me attingas priusq̃ te criminibus exuas. Dabo, ẽm tibi iudm̃ & iudicẽ q oportune ꝑsto est varũ Abi: & queãdmodũ te purges

Nemo antipr̃o quę cõtra eũ in iudea fiebant si gnificauit obstã te omniũ in eũ odio.

Antipr̃ andita ferorę morte lu xit quia malefi ciorũ amiserat ministrũ timens ne forte cõpre hẽdereł venenũ

Maxĩa antipr̃i solicitudo omi bus eũ deuitan tibus.

Callide antipr̃ vultu cõfidẽtiã simulabat.

Dolis ãtipr̃ quę suę salutis ĩstru mẽta erãt arma tus venit regiã amicis eius a pa tria ianua cũ iniu ria repulsis ipse

quoq; a pře reiectus est q crastinū diē purgationis coram varo indixit.

Litterę matris ad antipatrū delatę in iudicio.

in diem crastinum meditare. Nam & tempus indulgeo calliditatibus tuis. ¶ Ad hæc metu obstupefactus antipater quia respondere nichil potuit: reuersus est. Cum autem ad eum mater & vxor venisset cunctas ei probatiões exposuerūt Tūq; recepta mente quo pacto sese defendere cogitabat. ¶ Postero autem die rex adhibito propinquorū atq; amicorum cōsilio antipater quoq; amicos vocat. Ipse autem cum Varo residens cunctos iudices iussit adduci / in quibus erant etiam serui matris Antipatri quidem pridem comprehensi: qui ab ea litteras ad eum deportauerunt huiuscemodi. Quoniam illa omnia patri tuo cognita sunt: caue ne ad eum venias. nisi aliquod auxilium a cęsare impetraueris Itaq; his vna cum alijs introductis: ingreditur antipater Cumq; pronus ante pedes patris cecidisset / oro inquit pater ne quid de me preiudices sed integras aures satisfactioni meę prebeas. Demōstrabo enim me innoxium: si tu velis. ¶ Ille autem magna ei voce impetrato silentio ad varum locutus est.

Hęrodis ad varum notāda orō accusatoria ātipři ingratitudinis & sui erroris in filios excusatoria. &c.

Quod & tu vare & quiuis iudex iustus antipatrum morte dignum iudicauerint certe scio Vereor aūt ne mea quoq; tibi sit inuisa fortuna omiq; calamitate dignum deputes: qui tales filios genuerim. An quin hęc tibi magis miserandus videri debeo: ꝙ erga tam scelestos indulgentissimus pater fui. Nam illis prioribus adhuc adolescentulis regnum detuleram: eosq; romę educatos amicos cęsaris feceram Sed quos alijs inuidendos regibus emulandosq; constitui: meę salutis hostes inueni quorum tamen interitus antipatro magis profuit. Isti enim ꝙ adolescens & successor meus futurus esset: maxime securitas quęrebatur. At vero hic adolescentulus belua pacientia mea supra q̄ alias plusq̄ satis erat expletus in me sacietatē suam profudit eiq; visus sum diu viuere meamq; senectutē grauiter tulit rexq; fieri non nisi parricidio passus est. Quę quidem profecto noui qua ratione cogitauit. qđ eum ex agro abiectum reduxerim & exclusis (quos regina michi peperat) filijs regni mei vicarium declarauerim. Et quidem tibi vare confiteor meę mentis errorem. Ego ipse contra me filios irritaui: q antipatri gratia spes eorum iustas abrupi. Quid enim tātum de illis quantum de isto bene sum meritus. cui viuus etiam potestatem meam pœne concessi aperte autem regni successorem testamento reliqui: & pręter destinatos ei separatim quinquaginta redditus talentorum sumptum passim mea pecunia sumministraui ac nuper quoq; romam nauigaturo trecenta dedit talenta: quemq; solum ex omni familia mea tanq̄ patris seruatorem cęsari commendaui. Aut quid illi tantum scœleris quantum antipater admiserunt. Quodue de his habui tale iudicium quale demonstraui. ¶ Huius insidias etiam probo quia ausus est aliquid parricida rursumq; dolis veritatem sperat obtegere. Vare hoc tibi cauendū sit. Nam ego istam beluam noui & q̄ sit verisimilia dicturus iam nunc prospitio fletusq; simulatos. Hic est qui me quondam monebat vt viuum alexandrum cauerem: neq; meum corpus omnibus crederem. Hic est qui vsq; ad cubiculum meum solebat ingredi & circumspicere ne quis forte michi parasset īsidias hic somnij mei custos erat & securitatis dator. qui consolaretur somnium peremptorū. & viuentium fratrum beniuolentiam dijudicaret. Hic propugnator & satelles meus Cū eius calliditas vare in mētem venerit: & quemadmodum singula simulasset vix me credo viuere: tamq; grauem insidiatorem quo pacto effugerim miror. Verumtamen quia fortuna quędam excitat contra me domum meam. Michiq; amicissimi semper infensi sunt: ego quidem fatorum iniquitatem flebo & mecum ipse solitudinem gemam. Nemo autem qui sanguinem meum sitierit elabetur. etiam si per omnes filios meos indicia ventura sint. ¶ Hęc dicens ipse quidem interrupto sermone tacuit dolore confusus: nicholao autem vni ex amicis probationes iussit exponere. ¶ Inter hęc autē antipater sublato capite cum prostratus ante pedes patris maneret: exclamabat Tu pater meas partes defendisti. Nam quomodo ego parricida: quem tu semper seruatorem te habuisse commemoras. Aut si ficta vt dicis simulataq; mea pietas fuit. cur in alijs tam callidus in hoc adeo demens fui vt non intelligeret ꝙ si homines lateret tanti scœleris cogitatio. celestem latere iudicem omnino nō posset: qui vbiq; pręsto esset & cuncta cōspiceret. An fratrum exitum ignorabam: quos ob id deus vltus est quia de te male tractauerāt. Quid autem fuit cui me tua salus offenderet? Spes regni? Sed regnabam. Odij suspitio? Sed diligebar. An ex te mœtus aliquis? Atqn tui seruus alijs timēdus eram. Sed egestas causa fuit? Multo minus Quis enim magis expensarum habuit potestatem? Si autem omnium hominum proditissimus essem immanisq; bestię animum gererem: certe mansueti patris beneficijs vincerer quem tu reduxeris sicut dixisti totq; filijs anteposueris vniusq; regem declaraueris aliorumq; bonorum magnitudine reddideris inuidendum O me miserum. acerbissimamq; peregrinationem meam. Quam longo labore tempus magnumq; insidiantibus spacium prębui. Sed tamen tuis pater tuisq; rebus abieram: ne Sylleus tuā contēneret senectutē. Roma michi testis est pietatis & princeps orbis terræ cęsar: q me pr̄is amatorē sœpe vocitabat. Accipe pater has eius lr̄as fictis in me criminatiōibus veriores hisq; me defendo. Hęc affectus erga te mea argumēta certissima recordare quā ingrate hinc nauigaueri latētes i regno cōtra me inimicitias non ignorā Tu pater inuitus me pdidisti: tu cōpulisti vt darem accusandi tp̄s in

Accusat Herodes dolos antipři & īsidias.

Hęrodes dolore confusus Nicholao ꝓbationes iussit exponere.

Excusat antipr̄ tēpus pegrinationis pro rebus pr̄is tuendis

uidię. Verū ad indicia veniam. Eccce assum terra mariq; nichil vnq̄ parricida perpessus. Sed nōdum me hoc argumento diligas. Nam & apud deum & apud te patrem condemnatum esse me scio. Condemnatus autem deprecor: ne aliorū tormentis fidem adhibeas. In me feratur ignis: per viscera mea pergant instrumenta pœnarum. Ne parcas scelesto corpori. Nam parricida sum: tormentorū expers mori non debeo. ℂ Talia cum lacrimis atq; vlulatu vociferans & alios omnes & varum ad misericordiam prouocauit. Solum autem herodem quo minus fleret iracundia continebat: documentis veris intentū. ℂ Ibi autē nicholaus iussu regis multa de antipatri calliditate pręfatus & misericordię spem sustulit & atrocissimam accusationem instituit. cuncta quidem regni maleficia illi ascribens maxime vero fratrum interitum: quos ipsius calumnijs interfectos esse demonstrans etiam superstitibus eum insidiari quasi successionis captatoribus affirmabat. Nam qui venenum patri parasset multo minus a fratribus abstineret. Cum autem ad veneni probatiōes venisset per ordinem proferebat indicia etiā de Ferora crimen exaggerans veluti quoq; ipsum Antipater fratricidam fecisset corruptisq; regis amicissimis scœlere omnem domum repleuisset. Atq; ita multis alijs dictis exprobratis perorauit. ℂ Varus autem cū respondere iussisset antipatrū & ille nichil amplius elocutus q̄ deus est testis innocentię meę silens iaceret venenum petit. idq; alicui damnato capite ex custodibus bibendum dedit: eoq; statimq; mortuo quędam in secreto cum Herode sermocinatus gesta in consilio Cęsari scripsit posteroq; die discessit.

Antipater varū & alios ad misericordiā cōmouit.

Probationes veneni.

Quidam morti adiudicatus venenū qd antipr̄ pri parauerat bibit/ varo iubēte ꝑ expimēto & statim morit̄.

ℂ Herodes antipatro vinculis tradito ad Cęsarem nuncios mittit tunc quoq; quidam de seruis Antiphili de roma veniēs epistolas Agmes Iulię cęsaris vxoris ancille apportauit contra Salomē qua visa regem subit cogitat o ne forte etiam alexāder fuisset falsis epistolis comprehensis Herodes vero ne prępositis satisfaceret morbo impeditur scribit tamen de Agme ad cęsarem & mutato testamento ponit pro antipatro Archelaum regni successionē Iudas autem & Mathias famatissimi sophistę iudei audito regis morbo fabricata regis contra leges opera & auream aquilam (quā rex super tēpli portam collocauerat destruere & tollere mouerunt quos regis dux captos regi pręsentat quos omnia confitentes viuos comburi pręcepit reliquos vero carnificibus tradidit obtruncandos. Rex itaq; multiplici agitatus morbo multum sperabat sanitatem desperata vero salute militibus suis & rectoribus multas donauit pœcunias.

Capitulum tricesimum primum.

Nichiloq; minus rex antipatro in vinculis tradito: cladis suę nuncios ad cęsarem misit. Post hęc salomen appetisse insidijs arguebatur antipater. ℂ Quidam enim de seruis antiphili roma venerat: epistolas ferens alicuius agmes nomine ancillę iulię. Quibus ad regem scriptis. indicauerat salomes epistolas inter litteras Iulię repertas ei clam beniuolentię causa misisse. Ipsius autem salomes epistolis & maledicta in regem acerbissima & accusatio maxima continebantur. Sed omnes ab antipatro erant fictę: Idq; agmen pœcunia corruptam ad herodem eas mittere persuaserat. Epistola enim eiusdem muliercule ad ipsum scripta id prodidit: cuius verba hęc sūt. Sicut voluisti patri tuo scripsi & epistolas misi: certo sciens regem sorori suę minime posse parcere si eas recitauerit Bene ante facies si cōsumatis omnibus pollicitationū tuarū memor fueris. ℂ Hac epistola & quę in salomen sunt composita deprehensis regem subijt cogitatio ne forte etiam Alexander falsis epistolis fuisset compressus & ꝙ pœne sororem quoq; propter antipatrū occidisset: anxius erat Itaq; non est vltra cunctatus: quo minus ab eo sumeret omnium causa supplicium. ℂ Sed ne prępositis satisfaceret: graui morbo impeditus est. ℂ De agme tamen ancilla & in Salomē factione conflata litteras dedit ad cęsarem ac propterea testamento mutato exemit nomen Antipatri regemq; scripsit Archelaum philippum negligens natu miorem. Nam & antipater hos insimulauerat. Cęsari autem post alia pœcuniaria mille talenta munera & vxori eius ac filijs itemq; amicis & libertis prope quinquaginta: cęterisq; omnibus pœcuniarum non parum & agrorum distribuit: ac sororem salomen clarissimis donis honorauit. In testamento quidem ista correxit. Morbus autem ingrauescebat quod eū senectus pariter ac mœror vrgeret & annos iam septuagita natus erat: & filiorum cladibus adeo animum habebat afflictum: vt nec in bona valitudine quicq̄ iocunditatis admitteret. Acriorem autem faciebat egritudinem: ꝙ antipater viueret. Hunc enim nō opere superuacuo. Sed cum ipse cōualuisset cogitabat occidere. ℂ Ad has ei calamitates accedit etiam populi quidam tumultus. ℂ Erant em̄ in ciuitate sophistę duo qui summe scire leges patrias videbantur: & per omnem propterea gentē maxima gloria pręditabantur. Iudas filius sepherei & alter Mathias. Hos non pauci adolescētium sectabantur cum leges exponerent & indies singulos puberum exercitum congregabant. Qui cum regem audissent mœrore & morbo tabescere apud notos loquebantur oportunum iam tempus esse vt deus vindicaretur fabricataq; aduersus leges patrias opa destruerētur. Siquidē in tēplo nefas sit imagines aut vultus aut cuiuslibet aīalis cognomie simulachrū haberi. Hoc ꝓpterea dicebat̄ ꝙ supra maxīmā

Herodes ātipatro in vīculis dato ad cęsarē nūcios misit.

Epl'a agmes ancille iulię vxoris cęsaris

Herodes ne prępositis satisfaceret morbo impedit̄ scribit tñ de agme ancilla ad cęsarē & mutato testamento scripsit ꝑ antipatro archelaū regni successorem. &c.

Iudas & mathias iudei sophistę famatissi rogato regis morbo fabricata aduersus leges regis opa & aqlā

quā rex sup templi portā collocauerat destruere & tollere monuerūt. &c.

Dux regis iuuenes fere quadraginta qui aquilā aureā securibus absciderant captos regi pręsentauit qui oia cōfessi sunt constanter.&c.

Multiplex Herodis morbus Febris Prurigo Colica passio/ Podagria Inflatio vētris putredo testiculorum vermes generās membrorū oīm contractio. Militibus & rectoribus multā diuidit pecuniā

portam rex aquilam collocauerat auream eamq; tunc monebant sophystę vt tollerēt pulchrum esse dicentes. Etiam si quod inde periculum immineret pro legibus patrijs mori nō recusare. Sic enim decedentibus & animam immortalem: & bonarum rerum sensum perseuerare perpetuo. Minus autem fortes & sapientię suę nescios amare animam imperitia magisq; morbo cupere q̄ virtute defungi. Dū hęc illi differerent rumor subito peruagatur regem fere iam mori. Vnde etiam confidentius adolescētes conamen adorsi sunt. Ipsoq; meridie cum plurima multitudo versaretur in templo: dimissam funibus aquilam ex tecto auream securibus abscidebant. Quare statim regis duci nunciata: non parua ille comitatus manu cucurrit ad templum: & prope ad quagraginta iuuenes cōprehensos regi exhibuit. Qui primum interrogati an aquilam ipsi auream cōcidere ausi essent fecisse confessi sunt. Deinde quo iubente: lege patria respōderunt. Dum vero quid tantum exultarent quibus mors immineret ab his quereretur: quia post mortem bonis plurimis frui sperarent/asseruerunt. His itaq; rex commotus: magnitudine irę morbum superat: atq; in concionem procedit. Deinde multum in eos quasi sacrilegos inuectus & q͛ occasione legis patrię quędam maiora temptassent veluti impios dignos esse supplicio iudicauit. Populus autem metuens ne per multos iret quęstio pręcabatur vt primum facinoris suasoribus deinde in eo deprehensis pœne subditis: cęteris indignationē remitteret. Tandem igitur exoratus. & ipsos rex qui funibus dimissi erant: cum sophistis viuos incendit & reliquos qui vna comprehensi sunt obtruncandos carnificibus tradidit. ❡ Hinc totum eius corpus morbo occupatum: varijs doloribus differebatur. ❡ Nam febris quidem non mediocris erat. ❡ Prurigo autem intollerabilis habebat omnem corporis superficiem. ❡ Assiduis autem vexabatur coli tormentis. ❡ Pedesq; tā q̄ ex intercutis vitio tumuerat. ❡ Cum & inflatio vētriculi. ❡ Putredoq; testiculorum vermiculos generans. ❡ Pręterea creber anhelitus & irrupta eum suspiria membrorumq; omnium contractio fatigabat: vt qui hæc ad diuinitatem referrent. pœnas eas esse dicerent sophystarum. ❡ Ille autem quāuis cum tot vitiorum cruciatibus luctaretur. vitę tamen cupidus erat: & remedijs excogitatis salutem sperabat. Deniq; iordanem trāsgressus apud callironem alias Calichon aquis calidis vtebatur quę in lacum feracem bituminis (quę asphaltidis vocatur) effluentes pro dulcedine potui sunt. Ibi autem corpus eius quod medicis oleo calidiore foueri placuerat in archam plenam dimersum ita dissolutū est: vt etiam lumina quasi mortuis resoluta torquęret. Deinde perturbatis qui eum curabant. ad clamorē quidem respicere visus est. Desperata vero salute militibus quinquagenas dragmas: multamq; pecuniam rectoribus atq; amicis diuidi iussit.

❡ Hęrodes morti proximus nobiliores iudeos iubet in ypodromo concludi & Salome sorori suę eius q͛ marito omnes (cum spiritum efflauerit) pręcepit occidere vt eum omnis iudea diem mortis suę illachrimarēt Tunc quoq; litterę mortis agmes & Antipatri condennationis de roma apportantur. Hęrodes autem morbi doloribus victus seipsum malum parando cultello occidisset nisi Aciabus eius nepos manum tenuisset Antipatrum vero fiduciam repetentem & custodibus munera policentem missis satellitibus iubet rex occidi & sine honore in hircania sœpeliri a cuius morte die quinto anno regni postq̄ Antigonum interfecit. xxxiiij. & anno. xxxvij. postq̄ rex a Romanis est declaratus in rebus domesticis infœlicissimus moritur: quo mortuo Salo vinctos liberauit. Ptholumeus vero anuli regis custos militum conuocata multitudine regis voluntatem declarans: Archelaum regem ꝓclamauit Cui populus & milites congratulati sunt Hunc ad sepeliendum regem operam dederunt nichilq; munificentię est pretermissum maximaq; cū pompa in hęrodiō castello vt iusserat est sepultus.

Hęrodes morti ꝓximus nobiliores iudeos iubet in ypodromo concludi & Salome sorori eiusq; marito p̄cepit vt eos in die mortis oēs occidant. &c. Hęrodes fratrē parando pomū occidisset nisi aciabus manū nuisset.

❡ Capitulum tricesimum secundum.

CVm autem rediens ad hierichonta venisset: atra iam bili correptus & pœne ipsa morte minitabatur factum nefarium excogitauit: Collectos enim huius vici ex omni iudea nobiliores in loco cui nomen est ypodromo concludi pręcepit. Deinde sorore Salome & Alexio eius marito ad se vocatis scio inquit mortem meam festis gaudijs celebraturos esse iudeos. Verum per alios lugeri potero & pręclarissimos honores assequi sepulturę: si (quę pręcipio) feceritis. Vos viros qui habentur in custodia cum animam efflauero statim militibus circundatis occidite vt etiam inuita omnis michi iudea omnisq; domus illachrimet. ❡ Et simul his mandatis legatorum quos romam miserat epistolę sunt allatę: quibus agmen ancillam iussu cęsaris iteremptam & antipatrum morte damnatum esse indicabatur. Quinetiam si pater eum in exilium dare mallet: idq; permisisse cęsarem scriptum erat. ❡ Hęrodes autem paululum hoc nuncio recreatus. rursumq; doloribus victus: nam inedia tussisq; pariter violentia distendebatur: fatum peruenire conatus est. Sumptoq; malo: etiam cultellum poposcit. Sic enim comedere consueuerat. Deinde circumspecto ne quis arbiter impediret tanq̄ se percussurus dexteram sustulit Cumq; aciabus consobrinus eius accurrisset manumq; continuisset: vlulatus maximus in regia statim quasi rex esset mortuus excitatus est. ❡ Eo ꝓ

pe audito antipater fiduciam repetit.letusq; iam custodes promissa etiam pœcunia rogabat vt se soluerent atq; dimitterent.Quod eorum princeps non solū ne fieret obstitit:sed etiam regi velociter nūciauit. Ille autem fortius exclamans ꝙ vires egrotantis valebant continuo satellitibus missis occidit antipatrum:mortuumq; sepelire precepit in hyrania. ¶ Deinde rursum corrigit testamentum & successorem quidem Archelaum natu maximum antipatri fratrem scripsit: tetrarcham vero Antipham Post interitum autem filij quinq; diebus exactis moritur annos quidem triginta quatuor ex quo interfecit Antigonum regno potitus: triginta vero & septem postq̄ rex a romanis declaratus est. Et in alijs quibus omnibus rebus secunda fortuna vsus est:ac si quis alius.Regnum enim quod priuatus sibi quesierat:tanto conseruatum tempore filijs suis reliquit. In rebus autem domesticis infœlicissimus fuit.¶ Salome autem (anteq̄ resciret mortem regis exercitus) cum marito progressa vinctos absoluit quos occidi mandauerat:ipsum dicens mutasse consilium & vnumquemq; iussisse domum dimitti atq; ita per hos abeuntes militibus indicatur. ¶ Quibus in concionem cum alia turba in amphiteatrū apud hiericonta collectis ptholomeus anuli regis custos quo signare solitus erat & illum fortunatum cœpit dicere & multitudinem cōsolari.relictamq; ab eo militibus ępistolam recitauit in qua multum rogabat vt beniuolo animo successorem suum fouerent.Deinde post ępistolam testamētum legebat: in quo philippum quidem trachonis proximarūq; regionum tetrarcham vero sicut supra diximus antipham.regem autem archelaum scripserat.ei deniq; anulum ad cęsarem ferre mandauerat. obsignatamq; regni administrari noticiam.Omniū namq; dispositionum suarum dominū & confirmatorem esse cęsarem voluit.Cætera vero seruari iuxta superius testamentum. ¶ Quo perlecto cōfestim clamor secutus est omnium archelao gratulantium militesq; per cunctos & populos adeuntes suam promittebant. deiq; beniuolentiam precabantur. ¶ Hinc ad sepeliendum regem operam contulerunt Nichil autem munificentię pretermisit archelaus: sed omnē ornatum extulit regnum in funeris pompa ducendum. Lectus quidem totus erat auro gemmisq; distinctus: chorus autem purpura variatus: corpusq; velatum super eum itidem purpura capiti autem dyadema erat impositum. corona vero desuper aurea:sceptrumq; ad dexteram.¶ Et circa lectum filij cum propinquis pręterea satellites agmenq; trachium germaniq; & galathę velut ad bellum instructi omnes antecedebant. Cętera vere militum manus armata: duces suos ordinumq; principes sequebant decenter. Quingenti autē serui ac liberi odores ferebant.Corpus autem per ducenta stadia portatum est in castellum Hęrodiō ibiq; secūdum ipsius regis mandata sepultum est. Et hęrodis quidem hic finis fuit.

Antipatrū pollicētē custodibus munera missis satellitibus rex iubet occidi & sine honore sepeliri.

In rebus domesticis infœlicissimus fuit.

Salome mortuo herode vinctos absoluit.&c.

Fauor ppl'i Archelao.

Hærodis sepultura pomposissima & ornatissima.

Ordo assistētiū in funere.

Hęrodis corpus in castello herodion sepultum.

¶ Explicit Liber Primus.

¶ Incipit Liber Secundus.

¶ Archelaus diebus septem lugendo patrem consumptis: epulisq; ferialibus prolixe populo exhibitis (hic enim mos multos iudeorum ad inopiam redegit) candida indutus veste processit ad templum ibiq; varijs fauoribus exceptis, a plebe humanissime vulgus recœpit nomen. quia regnum donec a Cęsare fuisset confirmatum recusauit.Tuncq; gauisa multitudo magnis petitionibus mētem eius tentare cœpit qui in gratiam populi cunctis postulatis facile annuebat post meridiem autem suscitata est aliquorū pro morte iniusta iuuenum qui aquilam de templi porta abstulerant maxima seditio quos Archelaus verbis magis q̄ vi sedare volens magistrū militum mittit rogans vt quiescerēt sed illum lapidibus perturbarunt vnde Archelaus die festo Azimorum ne cresceret seditio armatorū misit cohortem quorum vulgus multos lapidibus interfecit vulnerato Chiliarcho iudeorum vero in sacrificijs occupatorum alijs fugientibus tria milia occisa sunt. Archelaus autem Philippo fratre regni dimisso procuratore Romam cum matre & amicis iuit & Salome vna cum filijs Sabinus vero Syrię procurator pro cōseruatione pecuniarū Hęrodis venit in iudeam quem varus inhibuit ipse tamē Archelao romam profecto hierusalem veniens regiam tenet & custodibus euocatis pecuniarum rationes discutere conatus est.

Capitulum Primum.

TVRBARVM autem nouarū principium fuit Archelao Romam proficiscendi necessitas. Diebus enim septem in lugendo patrem cōsumptis ępulisq; ferialibus prolixe populo exhibitis.hic autem mos apud iudeos necessarios multos ad inopiā redegit: nam qui eum neglexerit impius estimatur candida veste indutus procedit ad templū:ibiq; varijs fauoribus exceptis a plebe ipse quoq; i excelso tribunali solioq; aureo residēs hūanissime vulgus admisit:eisq; & ꝙ sepulturā patris sedulo curauissent grās egit:& quos sibi quasi certo iā regi magnos honores habuissent.Verū se tn̄ ait nō potestate solum in

Sūptuosa sepultura iudeorum multos ad inopiā redegit.

terim sed etiam ipso regis nomine temperare donec a cęsare sibi fuerit cōfirmata successio: qui etiam testamento rerum esset omnium dominus constitutus. Idcirco enim se apud hierichōta voluntati exercitus restitisse: cum sibi diadema voluisset imponere. Cęterum alacritate ac beniuolentia ęque militibus etiam populo plenam se vicissitudinem relaturum si ab his quorum etiam esset imperium certus rex declaratus fuisset studiumq; sibi fore vt erga illos rebus omnibus patre melior appareret.

Ppl'i varia petitio ab archelao nouo rege.

¶ His gauisa multitudo statim eius mentem magnis tentare petitionibus cœpit. Namq; alij tributa leuari: alij vectigalia tolli. quidem solui custodiam acclamabant. Cunctis autem postulatis in gratiam populi facile annuebat Archelaus: deinde celebratis hostijs cum amicis erat in ępulis. ¶ Ecce autem post meridiem congregati non pauci nouarum rerum studiosi vbi communis luctus de rege cessauit: propria lamenta suscipiunt: flentes eorum casum quos propter abscissam ex porta templi aquilam auream Hęrodes morte damnauerat: dolor autem nō occultus erat sed clarissimis questibus fletuq; iusto & planctu ciuitas personabat: virorum causa videlicet quos pro templo ac legibus patrijs interisse dicebant. Eorum autem mortis pœnas ab illis quos hęrodes pecunia donasset repetentes esse clamitabant. Ac primum quem is constituerat pontificem reijciendum atq; alium pietate pręstantem magisq; purum optari debere. Quibus & si mouebatur Archelaus ad vltionem: tamen eū profectionis festinatio continebat, metuentem ne si multitudinem reddidisset inimicam: motu eius impediretur. Quamobrem monendo magis q̄ vi experiebatur sedare turbatos missoq; magistro militum vt quiescerent eos rogabant. Sed illum seditionis auctores vbi ad templum venit priusq̄ verbum faceret lapidibus perturbant & alijs post eum mulcēdi sui gratia missis multos enim allegabat archelaus iracunde omnia responderunt neq; si numero aucti fuissent ociosi fore videbantur. ¶ Itaq; instante Azimorum festo die qui apud iudeos pascha vocitatur plurimarū victimarum copia plenus infinita quidem ad templum ex agris multitudo religionis causa descendit cum illi qui sophistas lugebāt in phano consisterent nutrimenta seditioni querentes. Hoc autem metu Archelaus anteq̄ omnem populū morbus iste corrumperet cohortem militum & chiliarchum qui etiam seditionis principes comprehēderent eo dirigit contra quos omne vulgus excitatum multos lapidum ictibus interfecit. Saucius vero chiliarchus vix elabitur. Et illi quidem statim veluti nichil mali factum esset ad celebrāda sacra cōuersi sunt. Sed Archelao sine cede iam multitudo comprimi posse non videbatur. Quamobrē totum illis immisit exercitum: pedites per ciuitatem simul omnes: equitesq; per campum. Qui cum sacrificijs occupatos singulos inuasissent: prope ad tria milia hominum occidunt: reliquam vero manū per muros proximos deiecerunt. Pręcones autem sequębātur Archelaum: iussu eius vnumquemq; vt domum rediret ammonendo. Itaq; cuncti neglecta dei festiuitate abierunt. ¶ Ipse autem cū matre necnon & Popla & Ptholomeo & Nicholao amicis ad mare descendit: relicto Philippo regni procuratore itemq; rerum familiarium curatore. Vna vero aggressa est cum filijs suis Salome: fratrisq; regis filij genere: specie quidem velut Archelao ad obtinendam successionem adiumento futuri certa vero causa quę contra leges in templū admissa fuerant/delaturi. ¶ Interea fit illis cęsareę sabinus obuiam Syrię procurator ad iudeam veniens: ad pecunias custodiēdas Hęrodis. Quem vlterius progredi varus inhibuit mulis accitus Archelai precibus: intercedente Ptolomeo. Et tunc quidē Sabinus in gratiam vari neq; ad arces venire properauit neq; thesauros paternę pecunię clausit Archelao: sed vsq; ad cognitionem se cęsaris ociosum manere pollicitus. apud Cęsaream commorabatur. Postea vero q̄ sibi obstantium vnus Antiochiam petijt alter hoc est Archelaus Romam nauigauit: mature profectus in hierosolimam regiam tenet. Custodumq; principibus itemq; dispensatoribus euocatis rationes pecuniarum discutere conabatur & arces occupare tentabat. Non tamen immemores Archelai mandatorū custodes erant Sed in obseruando singula quęq; perseuerabant: causam custodię magis Cęsari q̄ Archelao tribuentes.

Seditio aliquorū p̄ morte iniusta iuuenū q aquilā de templi porta amouerāt hi enī pontificē quē hęrodes instituerat reijciēdū p̄clamāt &c.

Archelaus magis verbis q̄ vi sedare turbatos volēs magistrū militū mittit rogans vt quiescerent quē lapidibus p̄turbāt &c.

Tria milia die festo alijs fugiētibus cęsa sunt. &c.

Archelaus (Philippo fratre dimisso regni procuratore) romā cū matre & amicis iuit Salomeq; vna cū filijs suis. &c.

¶ Antipas cum Archelao de regno certabat defendens primum testamētum in quo rex fuerat inscriptus posteriore firmius similiter romam nauigauit secum ducens matrem & amicos cum hireno oratore acerrimo. Iudei autem Romanos iudices magis q̄ regem petebant & Antipam q̄ Archelaum quem etiam Sabinus apud Cęsarem accusauerat. Antipam vero cui etiam Salome fauebat multum laudauerat Cęsar itaq; hinc & inde acceptis instrumentis optimates romanorum vocat ad cōcilium vbi Antipater Salome filius/is enim orator erat acerrimus/accusationem proposuit Archelao ipsum asserens auctoritate propria regnum vsurpasse totiusq; orationis vires in multitudine eorum qui ab eo circa templum die festo azimorū cesi fuerant astruebat secundūq; hęrodis testamentū non valere probabat cum tunc sanę mentis inops esset & ad singula testes adhibuit. Nicolaus vero Archelai defensor ad accusationes respondens cedem in templo necessario factam perdocuit: secundū rationibus cōfirmauit hęrodis testamentū. vnde omnibus expositis Cęsar Archelaum ad genua

sua accedentem erexit dignum regno oste[n]dens nichil vero certum pronunciauit.

¶ Cap[itulum] secundum.

Cum hęc autem antipas quoq; de regno certabat. posteriore superius herodis testamētum firmius esse defendēs in quo rex ipse antipas fuerat scriptus.eiq; se tam salome q̄ multi alij cognati qui cum Archelao nauigarent. suffragio fore promiserant. Ducebat autem secum matrem fratremq; nicholai ptholomeum: in quo pro fide apud herodē probata nō nichil videbatur esse momenti. Namq; illi fuerat clarissimus amicorum Oratori autem hyrenco propter dicendi acrimoniam plurimam confidebat. Vnde etiam qui se monuerant vt archelao pro etatis merito & secundi testamenti voluntati cederet: audiendos esse non censuit. ¶ Romę vero migrauerunt ad eum cunctorum studia propinquorum quibus inuisus erat archelaus quibus pręcipue liberi omnes sui iuris esse cupiebant & aut romano magistratu amministrari: aut si hoc non imperarent Antipā regem habere. Ad hoc etiam sabini ope nitebatur antipas. qui archelaum per epistolas accusauerat apd cęsarem. antipam multū laudauerat. Itaq; digesta crimina salome & cęteri qui cum ea sentirent cęsari tradiderunt & post eos archelaus gestorum suorum per scripta capitula patrisq; anulū per ptolomeum artiorisq; amministrationis intromisit ad cęsarem. ¶ Ille autem secum premeditatus ea quę ab vtraq; parte dicerentur: vbi & regi magnitudinē multitudinemq; redditu um animaduertit. atq; insuper Herodis familiam numerosam. pręlectis etiam vari & Sabini litteris: optimates Romanorū an concilium vocat. In quo tunc primum ex agrippa filia sua natum gaium sedere iussit filium adoptiuū atq; ita partibus prosequēdi copiam dedit. ¶ Igitur salomes filius antipatri namq; is erat orator acerrimus eorum qui aduersabantur Archelao accusationem proposuit insimulans archelaum quasi verbis quidem videretur de regno contendere. re autem vera iamdudum rex esset effectus & apud aures modo Cęsaris cauillaretur: quem iudicē successionis expectare noluisset. Nam post herodis mortem quibusdam vt diadema sibi imponerent subornatis. regis eum more in solio residentem partim ordines militię permutasse partim cōdonasse promotiones & insuper annuisse omnia populo quęve lut a rege impetrāda petiuisset: maximorūq; reos criminum quos pater suis vinxerat absoluisse. Qui cum ista fecisset: modo regni vmbrā a domino postulaturus venisset cuius sibi corpus ipse rapuisset: vt non rerum: sed vocabulorū esse dominum Cęsarem demonstraret. ¶ Ad hęc ei q; etiam luctū patris assimulasset obijciebat: cū interdiu quidē personam componeret in mœrorem: noctu vero ad cōmessationes vsq; potaret. Deniq; seditionem vulgi ex hac indignationem cōflatam esse dicebat. Totius autē orationis suę vires eorum multitudine qui circa templum cesi fuerant astruebat. Hos enim ad festum quidem venisse diem: ad hostias vero quas ipsi mactandas venerant crudeliter esse iugulatos: tantū in templo funerum esse congestum quantū nullum ab externis illatum bellum implacabile congessisset. Itaq; huius crudelitatis Herode prescio alias pręsso ne spe quidem regni eum vnq̄ dignū esse visum nisi cū sane mentis inops erat anima deterius egrotante q̄ corpore & quem in secundo testamento successorem scriberet ignorabat. pręsertim qui priori testamento successorē scriptum incusare nichil posset quod incolumi corpore omniq; vitio purgata mente fecisset: vt tamen quis firmius esse ponat morbo laboranti arbitrium ipsum se Archelaum abdicasse regia dignitate multis in eam cōtra leges admissis. Nam qualis foret si acciperet a cęsare principatū: qui anteq̄ acciperet si tantum populū peremisset. ¶ Multa in hunc modum prosecutus antipater: multis ex numero circūstantiū propinquorū in singula crimia testibus exhibitis perorauit. ¶ Surrexit aūt Nicholaus defensor Achelai & ante omnia cedem in templo necessario factam esse perdocuit. Nam quorum necis argueretur nō regni solum sed etiam ipsius iudicis id est cæsaris hostes fuisse: aliorū autem criminū suasores aduersarios demonstrauit. Secundū vero testamēto idcirco ratum manere postulabat: q; Herodes in eo successoris sui firmatorem Cæsarē constituisset. Nam qui tantum saperet vt rerum domino potestas succederet nec vnq̄ in Herodis errasse iudicio. Sed sano corde quem cōstitueret elegisse: qui per quē cōstitui deberet non ignorauit. ¶ Cum autem oībus expositis etiam Nicholaus perorasset: in mediū ꝓgressus archelaus ad genua cęsaris accedit: ociose. Quo pbenigne a cęsaris erecto q; paterna quidem successione dignus esset ostendit. certum vero nichil pronunciauit.

¶ Cęsar (dimisso consilio) secum de cognitis deliberans anteq̄ tamē quicq̄ statueret mater archelai moritur & varie littere de Syria iudeos defecisse nūciantes prolatę sunt varus enim hoc prospiciens (abeunte Archelao romam) hierusalem ascendit vt seditiosos cohiberet. Sabinū namq; Iudeos exactionibus opprimentem ipsorum contra eum maxima multitudo in festo pentecostes cōgregata est in tres partes diuisa vnde perterritus vari petit auxilium & in Phaselum turrim altissimam euasit maximaq; facta est pugna. Iudei namq; (succensis porticibus) flamma comprehensi consumebantur aut in hostes desilientes ab ipsis occidebantur ipsi vero audaciores facti ex pręcedenti nece templiq;

Antipas regnū petebat primū testamētum (in quo fuerat rex scriptus) posteriore firmius defendens & secū ducebat matrē & ptolomeum. &c.

Cęsar receptis hinc & inde instrumētis cōcilium romanorū vocat.

Antipr̄ filius salome orator acerrimus archelaū regnū ꝓpria auctoritate vsurpasse accusat

Alia accusatio

Tertia accusatio cōtra Archelaū occisio scilicet iudeorum i festo azimorum.

Antipr̄ ad singula crimina testes adhibuit.

De testamēto secundo.

Cęsar archelaū ad genua sua accedētem erexit dignum regno ostendens.

thesauri spoliatione contra Romanos facti sunt quibus ru... & Gratus cum exercitu sociarunt Sabinus tum iudeis libertatem promittentibus. pollicitationibus non confidebat.

D

¶ Capitulum tertium.

Mater archelai moritur.

Varus lras ad cesarē mittit iudeoꝝ seditiões significās.

Sabinus iudeos exactiōibus oppressit cōtra quē maxima iudeorū multitudo in festo pentecostes cōgregata in tres partes diuisa est.

Sabinus pterritus vari petit auxiliū & ī phaselo turri altissima euasit.

Maxia pugna. Iudei succēsis porticibus flamma cōprehensi cōsumebāt aut in hostes desilientes ab ipsis occidebāt. &c.

Ruffus & gratus cum suis romanis sese sociarunt.

Sabinus dubius pollicitationibus non cōfidebat.

ILlo autem die dimisso cōsilio secum ipse de cognitis deliberabat vtrum ex his qui testamento continerētur aliquam regni oporteret constitui successorem: an toti familię distribui principatum. Multitudo enim personarū egere subsidio videbat. ¶ Sed anteq̄ de his quicq̄ statueretur a Cęsare mater Archelai martache morbo corrupta moritur: & varię litterę de syria iudeos perlatę sunt defecisse nūciātes. Quod varus fore ꝑspiciens in hierosolimā postq̄ archelaus nauigaret. ascendit: vt incentores seditiōis cohiberet. Et quia multitudo cessatura nō videbat: ex tribus quas Syriam secū duxerat cohortibus vnā in ciuitate reliquit: atq; ita in anthiochiam ipse remeauit. At Sabinus cum postea in hierosolimā venisset causas nouarū rerum iudeis prebuit: modo vim custodibus vt sibi arces traderent adhibēdo: nunc maligne regis exquirendo pecunias. Non autem solis relictis a varo militibus frœtus erat Sed etiam seruorū suorum multitudine: quos etiam oēs armatos auaricię ministros habebat. Festo autem quinquagesimę die (quę pentecostes a iudeis vocatur) species septem diebus exactis rediens. ex eorū numero vocabulum nacta non religionis solemnitas populum sed indignatio cōgregauit. Deniq; concursus infinitę multitudinis ex galilea itemq; idumea & hiericonte transq; Iordanem positis regionibus factus est cum indigena ex ipsa ciuitate populus iudeorum & numero simul & alacritate pręstaret & tripertita manu terna castra collocarūt vna in septentrionali regione templi: altera in meriadana Ypodromum versus tertiaq; in occiduo prope regiam tractu circunsessos Romanos vndiq; obsidebant. ¶ Sabinus autem multitudine pariter eorum spirituq; perterritus crebris quidem varum nuncijs pręcabatur vt q̄ mature ferret auxilium quasi lanianda cohorte si quid more interuenisset. Ipse vero in altissima castelli turri (quę phaselus vocabatur) euasit fratris hęrodis cognomine quem parthi necauerūt. Hinc militibus cohortis vt in hostes irruerent: signum dabat. Iam pre timore quibus ipse pręerat descendere nullus audebat. Cuius autem pręcepto milites obedientes in templum volant vehementiq; cum iudeis pugna confligunt. In qua dum nemo desuper adiuuaret imperitos belli pericia superabat Postea vero q̄ multi iudei porticibus occupati alias occupatis a vertice sagittis eos appetebant. plurimi conterebantur: & neq; ex alto iaculantes vlcisci facile poterant neq; cominus dimicātes ferebant. Ab vtrisq; tamen afflicti: succendunt porticus opere magnitudine atq; ornatu mirabiles Ibiq; cum multi flamma subito comprehensi aut ea consumebantur aut in hostes desilientes ab ipsis occidebantur. Alij retrorsum cedentes pręcipitabant ex muro: nonnulli desperata salute incendij periculum suis gladijs pręueniebant. Qui tamen ex mœnibus obrependo in Romanos fecissent impetum metu attoniti nullo negocio subigebantur donec omnibus aut interemptis aut timore deiectis thesauro dei defensoribus destituto manus milites attulerunt: & quadraginta ex eo talenta diripuerunt quorum quę furto sublata non sunt congregauit sabinus At iudeos multo plures magisq; pugnantes tam virorum q̄ opum interitus in romanos contraxit obsessaq; his regia minitabantur exicium. nisi q̄ primum modo se cederent: sabino si vellent vna cum cohorte militum abeundi copiam pollicentes. Quibus opitulabantur regalium plurimi: qui ad eos sponte transfugerant Pars tamē bellicosior erat sebastenorum tria milia. Hisq; pręposito rufus & Gratus. vnus peditum rector: at vero equitum rufus quorum vterq; in corporis atq; prudentia etiam si nullam manum obedientem haberent. magnum tamen momentum belli Romanis addidissent. Itaq; iudei quidem instare obsidioni simul & castelli mœnia temptantes & ad sabinum clamantes vt nullo impediente discederet habituri pro tanto tempore patriam libertatem. ¶ Sabinus autem q̄uis optaret euadere fidem tamen pollicitationibus non habebat. sed eorum leuitatem insidiarum esse illecebram suspicabatur. simulq; auxilium vari sperans obsidionis periculum perferebat.

¶ Mortuo Hęrode absenteq; Archelao multi regnum cupierunt vsurpare. duo namq; veteranorum militum milia (qui sub Hęrode militauerunt: in Idumea congregati cum regalibus decertauerunt: quibus Aciabus regis consobrinus repugnauit. in inferiore autem galilea Iudas ezechię latronum principis filius aulam regiam inuasit. Symon quoq; hęrodis seruus imposito sibi dyadema de regina in hiericonte igne concremauit: quem tamen fugientem gratus vertice percussum occidit. pręterea Artonges pastor corporis animeq; fiducia confusus & in fratribus regnum ausus est affectare. qui contra romanos & regios bellum parauit. Varus autem acceptis Sabinis litteris magnum congregans exercitū venit in iudeam cui Berithij & Aręthas rex dederunt subsidium & Iephori capta ciuitate eam igni cōbussit incolis captiuis Arus quoq; vicus direptus est. Et Saffus depopulatus Emaus etiam casteliū comburit. Adueniente; vero varo hierusalē oēs seditionis causas in alios cōferebant

a lit ca

Cui Iosephus Archelai consobrinus & cum grato ruffus & Romana cohors obuiam alia parte Sabino abscedente venerunt varus autem dispartito exercitu seditiosorũ fere duo milia crucifixit & multitudini data venia duces ad cesarem interrogandos misit qui regis propinquos quia contra regem bella mouerant iussit interfici.

Capitulum quartum.

Eodẽ tẽpore per iudeam plurimis locis tumultus erat multosq; ad regni cupidinẽ tempus impulserat. Nã in idumea quidẽ duo milia veteranorũ qui sub herode militauerant cõgregati armisq; instructi cũ regalibus decertabãt quibus aciabus regis cõsobrinus ex vicis munitissimis repugnabat cãpestre prelium declinãdo. ¶ Inferiori autẽ galilee iudas filius ezechie latronum principis ab herode quondã rege capti qui tunc illas regiones vastauerat nõ parua multitudine collecta. raptisq; regis armentarijs & oibus quos circa se habebat armatis: cõtra potẽtie cupidos manus mouebat. ¶ Trans flumẽ quoq; symon quidam ex regalibus seruis pulchritudine simul & vastitate corporis fretus. imposito sibi dyademate cũ latronibus quos congregauerat ipse circuiens & apud hierichonta regiã & multa alia magnifica diuersoria igni corrupit facilẽ sibi predam ex incẽdio cõparans Omnesq; habitationes in quibus aliquid erat decoris concremasset nisi gratus legionũ rector ex trachone sagittarios. itẽq; sebastenorũ pugnacissimos ducens properassent occurrere: vbi peditũ quidem in pugna multi cõsumpti sunt. Ipse autẽ symonẽ cõpendio preuenit ardua valle fugientẽ: & ex trãsuerso percussum in vertice deiecit. Incẽse sunt autẽ & quecũq; iordani proxime fuerunt sedes regie apud betharantes alias Betharamathẽ quorũdam aliorũ manu cõflata ex locis vlterioribus. ¶ Tũc etiam pastor quidã cui nomẽ erat artonges regnũ affectare ausus est. Quod vt speraret in corporis animeq; fiducia mortẽ cõtentẽtis ipulsis est ac preterea fratrũ sibi similiũ robore quorũ singulis tanq̃ ducibus & satrapis attributa manu armatorũ ad incursus vtebatur. Ipse autẽ veluti rex maiora negocia procurabat. Et tunc quidẽ sibi etiam coronam imposuit. Nõ paruo autem post tẽpore cum fratribus suis vastando territoria: & occidendo precipue romanos itemq; regios perseuerauit cũ neq; iudeorũ quisq̃ effugeret: qui lucrũ ferens aliquod venisset in manus. Ausi sunt autẽ apud Amathuntam comparatũ romanorũ agmen obsidere: qui frumenta cohorti atq; arma portabat. Vbi arrium quidem centurionem & quadraginta fortissimos iaculis confixere. Ceteri vero in periculo constituti similia sustinendi auxilio grati qui cum sebastenis aduenit elapsi sũt. ¶ Multis in hunc modũ cõtra indigenas itemq; alienigenas per omne bellum gestis post aliquod tẽpus tres ex his cõprehensi sunt natu quidẽ maximus ab archelao duo vero qui etate sequebãtur in manus grati ac ptolomei delati. Nã quartus archelao pactione cõcessit: sed hic eos postea finis secutus est. Tũc autẽ latrocinali bello cunctã inflãmabat iudeam. ¶ Varus autẽ acceptis sabini & principũ litteris: toti cohorti metuẽs opem his ferre properabat. Itaq; cũ duabus reliquis cohortibus & quatuor alijs equitũ in ptolomaida ꝓfectus eadẽ regũ atq; optimatũ auxilia cõuenire iussit. Ad hec a berithijs etiã cũ per eorũ trãsiret oppidũ mille & quingentos accepit armatos. Vbi vero in ptolomaidẽ tam cetera manus auxiliorũ q̃ propter herodis inimicitias arethas rex arabũ nõ cũ exiguo numero equitũ peditũq; peruenit: statim exercitus partẽ in galileam que ptolomaidi propinquior erat dirigit amico suo gaio his rectore prepositio. Qui mox & aduersus quos ierat oẽs in fugã vertit & sephori ciuitate capta ipsam quidẽ incẽdit icolas vero eius seruitio subiugauit. Varus autẽ ipse cũ oi exercitu samaria potitus ciuitate quidẽ abstinuit: q꜠ inter aliorũ turbas nichil eã mouisse deprehẽdit. ¶ Castris autẽ ad vicũ positis qui appellatur arũ ptolomei possessionẽ ꝑpterea direptã ad barbaris & ab amicis herodis qui ptolomeo infensi erãt. ¶ Inde ad safo progreditur alterũ vicũ tutissimũ quẽ similiter oẽsq; redditus ibi repertos fuerãt depopulati. Cedis autẽ igniq; plena erãt oia nec prede barbarorũ quidq̃ obstabat. ¶ Exusta est aũt ẽmaus alias emaus iussu vari necẽ arij cęterorũq; indigne ferẽtis. habitoribus eius fuga dispersis. Hic progressus ad hierosolymã cũ exercitu: solo visu iudeorũ castra disiecit. Et alij quidẽ per agros abire fugiẽtes: qui vero intra ciuitatẽ degebãt suscepto eo seditionis causas i alios cõferebãt. nihil quidẽ se poenitus mouisse dicentes: sed propterdiẽ festũ recepta necessario multitudine in ciuitate obsessos esse potius cũ romanis q̃ dissidẽtibus cõspirasse. Ante vero obuiam venerant. Iosephus archelai cõsobrinus: & cũ grato rufus agentes exercitũ regnũ & sebastenos & ex romana cohorte milites ornatos habitu cõsueto. Sabinus eñ nec i faciẽ vari venire passus: iãdudũ ex ciuitate ad mare discesserat. ¶ Varus aũt dispertitũ aduersus auctores tumultus per agros dimisit exercitũ: multisq; sibi exhibitis quos minus turbulẽtos iuenisset custodie tradidit: maxime vero nocẽtiũ ꝓpe ad duo milia crucifixit. ¶ Adhuc aũt circa idumeam superesse armatorũ decẽ milia nũciato. cõfestim arabas domũ abire iubet q꜠ eos n[illegible] auxiliãtiũ more vti militia: sed ꝑ sua libidine. & supra q̃ ipse vellet agros vastare prospexit: suis aũt comitatus agminibus i aduersarios ꝑperabat. Verũ ille se varo priusq̃ in manus veniretur: aciabi cõsilio tradiderũt. Varus autẽ multitudini venia data: duces eius interrogãdos misit ad cesarẽ. At ille cum ignouisset ceteris nõnullos re

Multi tũc regnũ cupiebãt vsurpare cõtra quos aciabus herodis nepos. &c.

Symon herodis seruus imposito sibi dyademate regina in hierico igni corrupit Gratus symonẽ fugiẽtẽ occidit.

Artõges pastor regnũ ausus est affectare.

Bellum pastoris cõtra Romanos & regios milites Arius centurio.

¶ Varus acceptis sabini litteris magnũ congregãs exercitũ venit i iudeã cui berithij & arethas dederunt subsidium.

Sephoris Ciuitas cõbusta incolis captiuis.

Arus vicus direptus.

Emaus incenditur a varo.

Aduenientevaro hierl'm oẽs seditionis causas in alios cõferebant cui iosephus archelai consobrinus & cũ grato rufus & romana cohors obuiam venerunt sabino alia te abscedẽte.

Varus iudeorũ' multitudini data venia duces interrogãdos misit ad cesarẽ qui regis ꝓpinquos quia contra suũ regem arma acceꝑissent suppliciis adegit.

gis cognãtos.erant enim quidam inter eos herodis propinqui supplicio subiugari pręcepit ꝙ omnino contra suum regem arma accœpissent. Varus autem hoc modo rebus apud hierosolymam compositis eademq; cohorte quę dudum in pręsidio ciuitatis fuerat relicta ibi antiochiam redijt.

❡ Legatione iudeorum Romę super octo milia ius suę gentis liberum petentium transmissa conuocatur a cęsare consilium in templo apolinis adiurãdis operibus exornata vbi iudeorum multitudo aderat & e contra archelai cum amicis inter quos philippus fratre duabus a varo excausis missus primum vero iudei iubente cęsare herodem locuti eius facinora adduxerunt deinde contra archelaum ipsum excede trium milium iudeorum vt certus herodis filius probaretur regni accusãt sumpsisse pręmordia.petunt itaq; iudei patriam suam Syrię coniũgi & per romanos iudices gubernari.Nicholaus vero purgatis cõtra reges obiectis criminibus iudeorum arguit nationem cęsar igitur auditis partibus mediam regni partẽ archelao dedit tetrarcham appellans ipsum etiam regem sise dignũ prębat policitus reliquã vero dimidiã in duas diuidens tetrarchias philippo dedit & antipę legatũq; Salome ampliatũ cõfirmauit duasq; herodis filias virgines filijs Ferorę desponsauit. Et herodes facultates fideliter distribuens pauca vilissima propter defuncti honorem sibi retinuit.

Capitulum quintum.

Legato iudeorũ Romę sup octo milia ius suę gẽtis liberũ petẽtiũ

Romę autẽ archelao alia rursus cũ iudeis cõflata est qui ante seditionẽ permissu vari legati exierũt ius gẽtis suę liberũ perituri. Erant autẽ numero quinquaginta qui venerãt astãtibus vna ex populo qui romę degerẽt octo milibus iudeorũ. ❡ Itaq; cõuocato a cęsare optimatũ romanorũ amicorũ cõsilio in palatini appollinis tẽplo quod priuatũ erat ipsius edificium ammirandis operibus exornatũ multitudo quidẽ iudeorũ cõstitit cũ legatis contraq; Archelaus cũ amicis cognatorũ autẽ amici ab vtraq; parte secreti aderãt.Nã & cũ archelao stare propter odiũ atq; inuidiã recusabant & cũ accusatoribus cõspici pudore cęsaris prohibebantur.Inter quos erat etiam philippus archelai frater beniuolo animo duabus ex causis pręmissus a varo vt & archelao subueniret & si regnũ herodis nepotibus eius distribui placuisset partẽ aliquã mereretur.Iussit autẽ accusatores exponere quęnã cõtra leges fecisset herodes.Primũ non se regẽ sed oĩm qui vſq̃ fuissent tyrannorũ crudelissimũ tollerasse.dicebãt.Deinde multis ab eo trucidatis ea pertulisse quęsti sunt vt beatiores mortui putarentur.

Iudei iubẽte Cęsare primũ contra herodem loquentes eius adducunt facinora.&c.

Non eñ solũ tormentis eũ lacerasse corpora subiectorũ:sed etiã genti suę ciuitatibus deformati exteras ornauisse:populisq; alienis iudeę sanguinẽ condonasse.Pro antiqua vero fœlicitate ac patrijs legibus nationem suã tanta ęgestate simul ab eo atq; iniquitate repletam prorsus vt plures ex herode clades paucis annis sustinuerint q̃ omni euo maiores sui postq̃ ex babilone discessere perpessi sunt:xerse tunc regnante ad discordias cõcitati. Verum se ad hanc mediocritatẽ & aduerse fortunę cõsuetudinẽ processisse vt etiam successionẽ voluntariã acerbissime feritatis subirẽt qui & archelaũ tanti tyranni filiũ patre mortuo regẽ appellassent nichil morati & vno cum eo luxissẽt mortẽ herodis ac pro eius successore vota celebrassent.Illũ aũt quasi metueret ne nõ certus eius filius videretur excede triũ milium ciuiũ regni sumpsisse primordia:& quia principatũ meruit tot immolasse deo hoĩm victimas.tot festo die tẽplum cadaueribus ipleuisse.Recte igitur eos qui de tantis malis superessent aliquando respexisse calamitates suas & belli lege cupere vulneribus excipiendis ora prębere:atq; ab romanis precari vt iudeę reliquias misericordia dignas existimarẽt:ne ve quod ex ea natione restaret.His obijcerẽt a quibus crudelissime lacerabatur:sed patriã suã cõiungi syrię finibus ac per iudices romanos amministrari decernerẽt.Hoc eñ modo probatũ scire iudeos qui nũc veluti turbulenti ac belli cupidi reprehenduntur moderatis rectoribus obedire. Iudeorũ quidẽ accusatio eiusmodi petitione cõclusa est. ❡ Cũ aũt surrexisset cõtra Nicholaus primũ criminibus quę in reges erant proposita dissolutis nationẽ cœpit arguere quia neq; gubernari facilis esset natura.quę regibus vix pareret. Vna vero etiã propiquos archelai qui se ad accusatores cõtulerant insimulabat. ❡ Sed tũ quidẽ partibus cęsar auditis cõuentũ dirimit.Paucis aũt diebus post mediã regni partẽ sub Tetrarchię noĩe dedit.archelao etiã regẽ si se dignũ pręberet facturum esse pollicitus:reliquã vero dimidiã in duas tetrarchias diuisit: duobusq; alijs herodis filijs attribuit.Vnã philippo:alterã illi qui cũ archelao de regno certauerat. ❡ Huius particessꝰ erat trans flumen regio & galilea quarũ ducẽta talenta redditus erãt Batonea alias Bathanea vero. & tracõ & auranitis & quędã partes domus zenonis circa iãniã vicum philippo destinatę sunt:quę talentorũ centũ redditus ministrabãt. Archelai vero enarthia idumeã oĩmq; iudeam & samariam habebat quarta tributorũ parte leuata ꝓ munere quia non cũ cęteris rebellasse:ac ciuitates quibus iperaret ei tradit sunt stratonis pirgus.& sebaste.& Ioppe & hierosolyma.Cęteras aũt gazã & sadarã & Hippõ alias Hypion regno auulsas syrię cęsar adiecit.Erãt aũt redditus archelai:sexcẽta talẽta ❡ Quin & salomẽ pręter illa quę testamẽto regis ei relicta fuerãt.iãnię dominã & azoti & phaselidos idẽ cęsar constituit regiãq; apud ascalonẽ largitus est ex quibus oĩbus talẽtorũ sexaginta redditus colligebãtur domũ vero eius enarchię al's tetrarchię subiugauit archelai. ❡ Cũ aũt cęteris quoq; herodis ꝓpiqs testa

Cõtra archelaũ qui excede triũ miliũ iudeorum vt certus hœrodis filius videretur regni sũpsit primordia.

Nicholaus purgatis criminibus cõtra reges obiectis arguit iudeorũ nationẽ.&c

Legarum Salome Cęsar auxit.

mēto relicta soluisset: duas eius filias virgines extrinsecus quingētis milibus pecunię donauit: easq; nuptū ferorę filijs collocauit. ¶ Diuiso aūt herodis patrimonio etiā sibi relictas ab eo facultates ad mille talenta ijsdem distribuit exceptis suo nomini quibusdam rebus vilissimis propter honorem defuncti.

¶ Iudeus quidā iuuenis alexandro quem herodes occiderat simillimus spe fallendi Romā veniēs mentitus est alexandrum sociū habens iudeū oēs regni actus congnoscentē hic a Iudeis multis muneribus donatus quasi rex a paternis amicis deduceretur tātaq; multos clemētia cœperat vt illū sella portarēt & regale obsequiū proprijs sumptibus exhiberēt. Cęsar vero alexādri vultum optime cognoscens: celadū quendam vt adolescentē adducat misit quo cōspecto statim cōiectura personę cognouit differentiā: & de aristobolo fratre percūctantibus saluum quidē esse & apud cyprum degere cōmemorabat cęsar autē cognita veritate risūt fraudisq; actorē iussit interfici & filium alexandrum propter corporis habitudinē remigum numero inseruit. Archelao autē tūc iudeis & samaritis abutēte cōtra ipsum vtriq; ad cęsarē legatos mittūt qui in exilium pellitur in viennā hic em priusq̄ vocatur somniū viderat quod symō esseus exponēs dixit varias rerū mutationes expertū fore moriturū. Glafira quoq; eius vxor archelai capadocię regis filia quę prius alexādro eius fratri vxor fuerat visionem vidit qua exposita vix biduū superuixit mortuo itaq; archelao copinius a cęsare missus est regere iudeā tūc prouinciā factam. Symō vero galileus iudeos cęsari tributa prohibebat soluere.

Capitulum sextum

INterea quidā iuuenis natione iudeus apud aliquē libertinū romanū ī sydomorū opido educatus illū se format similitudine quē herodes necauerat alexādrū esse mētibus. fallēdiq; spe romā venit. Huius autē facinoris habebat sociū quendā iudeū secū oēs regni actus optime scientē: a quo instructus affirmabat eorū se misericordia q sui atq; aristoboli occidendi causa missi fuerant similibus corporibus subditis morti esse subreptos. Deniq; his multos iam iudeos fefellerat in creta degēres ac liberaliter illic acceptus. meluq; inde trāsmissus. ibiq; āpliore quęstu cumulatus etiā hospites suos magna verisimilitudine romā secū nauigare pellexerat. Erat postremo delata ī dictarchiā multisq; mūeribus a iudeis eius loci donatus quasi rex a paternis amicis deducebatur. Ad hoc enī fidei, pcesserat formę similtudo: vt qui alexādrū illū viderāt planeq; nouerāt: hunc eū esse vitarēt. Igitur oēs etiam romę iudei visendi eius studio circūfusi properabāt: & infinita multitudo per nicorū angustias quocūq; ferebatur cōueniebat. Tanta nāq; clemētia multos ceperat vt illū sella portarēt: ac regale obsequiū proprijs ei sūptibus exhiberēt. ¶ Sed cęsar alexādri vultū optime sciēs accusatus em apud eū fuerat ab herode & si prius q̄ videret hoiem fallaciā similitudinis animaduerterat. Hilariori tamen animi spe nō nihil indulgēdū putauit & celadū alias Ladū quēdā qui alexādrū cognosceret misit vt adolescentē ad se adduceret. Qui illo cōspecto: stari persone differētiā cōiectura deprehendit. Maxie aūt vbi corporis eius duriciā & seruilē formā cōsiderauit intellexit oēe cōmētū satis aūt cōmotus est dictorū eius audacia De aristobolo autē percūctātibus saluū quidē esse illū cōmemorabat cōsulto vero nō adesse: quia apud cyprum degeret cauēdo insidias. Minus em circūueniri se posse disiūctos. Itaq; ladus quidē ab alijs ei separato vitā dixit a cęsare primū fore si tantę fraudis prodidisset auctorē. Id autē se factūrū ille pollicitus ad cęsarē sequitur & iudeū īdicat qui formę suę similitudine abusus esset ad quęstū. Tāta em dona eū ex ciuitatibus singulis abstulisse docuit quāta viuus alexāder accepisset. Risit his cęsar: & fallū quidē alexādrū ,ppter habitudinē corporis remigū nūero inseruit: suasorē vero eius interfici iussit. Meliēsibus alias, Melijsautē sūptuū detrimētū ,p amētię precio satis esset iudicauit. Enarchia alias tetrarchia vero suscepta memor discordię superioris archelaus nō solū iudeis sed etiā samariēsibus crudeliter abusus est. Nonoq; pricipibus āno legatis cōtra se ab vtrisq; ad cæsarē missis: ipse quidē ī exiliū pellitur ī viēna gallie ciuitate pīmoniū vero eius thesauris cęsaris adiudicat. Quē quidē priusq̄ euocaretur ad cęsarē hmōi sōniū vidisse cōmemorauit. Nouē aristas plenas & maximas a bobus comedi sōniauerat. Accitos deide vates caldeorūq; nonnullos: quidnā illo putarent indicari sōnio cōsuluerat. Alijs autē aliter interpretantibus. Symō quidam esseus genere dixerat aristas ānos arbitrari bouesq; rerum mutationes eo quod agros arando verterēt ac mutarēt. Ideoq; regnaturū illū quidē esse tot annos q̄ significaret numerus aristarum. Varias autē rerum mutationes expertum esse moriturū. Hisq; auditis quinq; diebus post idē archelaus ad causā dicēdā est euocatus. ¶ Dignū autē memoria duxi etiam coniugis eius glafirę sōnium archelai filię capadocum regis referre. Quam cum Alexander prius habuisset vxorem frater huius de quo loquimur herodis regis filius a quo ille interfectus est sicut iam designauimus post illius mortem. Iube alias Iobato regi libię nuptam eoq; defuncto domum reuersam domiq; apud patrem in viduitate degentem enarches archelaus vbi cōspexit ad hoc amoris succensus est vt eam statim repudiata cōiuge sua marianne sibi copularet. Hęc igitur breui tempore postq̄ in iudeam redijt videre visa est instantē sibi alexandrum dicere. Satis fuerat tibi libicum matrimonium: sed tu illo non contenta rursus ad meos pœnates reuerteris auidissima viri

Herodes herodis facultates fideliter distribuit & pauca vilissima propter honorem defuncti sibi retinuit.

Iudeus quidā iuuenis alexandri perempto similimus mētitus alexādrū spe fallēdi romā venit habēs iudeū socium omnes regni actus, optime sciētem. &c.

Cęsar alexandri vultū optime cognoscēs celadū quēdā vt adolescētē adduceret misit quo cōspectostatī persone differentiam cognouit cōiectura & de aristobolo iterrogat. &c.

¶ Cęsar cognito fraudis auctore ipsum iussit interfici & filium alexandrū remigū nūero īseruit

Symō esseus sōniū iterpretatur

Somniū coniugis archelai glafirę quę prius alexandro fuerat vxor huius fr̄i.

Glafira exposito somnio stati moritur.

tertij quodq; grauius est mei fratris iuncta matrimonia. Et quidem non dissimulabo cõtumeliam teq; licet inuitã recuperabo. ¶ Atq; hoc exposito somnio vix biduũ superuixit. Igitur archelai finibus in ꝓuinciã circũscriptis ꝓcreator equitũ apud romanos copinius missus est ea sibi a cęsare ptãte madata hoc disceptãte galileus q̃dã symõ noĩe defectiõis arguebat qđ indigenas icrepatet si tributũ romanis pẽdere paterẽtur dñosq; post deũ ferre mortales. Erat em̃ proprie sectę sophista nulla in re similis alijs

¶ Additio.

¶ AEGESIPPVS post hãc historiã libro.ij.ca.iiij.ponit famosũ ludibriũ paulinę romanę vxoris pudicissimę saturnini & Mũdi emeriti equęstris eius amore succẽsi quod hic omisit. Iosephus repete re.sed ad lõgũ ꝓsequitur illud libro decimo octauo Antiqtatũ capl'o sexto. Aegesippus insup ibidẽ de pilati malicia q xp̃m morti adiudicauit de quo Iosephus libro eodẽ capl'is.iiij.v.vij. Etiã & herodis an tipę adulteriũ & crudelitatẽ ponit q iohãnẽ baptistã occidi fecit de quibus Iosephus libro eodẽ.ca.ix.

¶ Tria apud iudeos philosophorũ genera Esseorum scilicet phariseorum & saduceorũ Esseorum enim maximę sunt laudis religioq; pręcipua nuptias cõtemnunt nõ quia humani generis successionẽ censeant perimẽdam: sed quia cauendam feminarum intẽperantiam putant nullam earum vni viro fidem seruare credẽtes diuitias cõtemnunt omniaq; apud eos sunt cõmunia. Squalorẽ corporis decorẽ putant dũmodo semper sint in veste candida. Cõmunium rerum indiuisos habent procuratores/ neq; locũ certum habentes aduenientibus suę sectę professoribus quicquid habent prõptissime exhibẽt neq; quicq̃ cũ peregrinantur portant pręter arma cõtra latrones. In qualibet ciuitate specialis hospitũ curator constituitur. Vestimẽta autẽ aut calcheos nunq̃ mutant nisi vetustate consumantur permutatio in eos non mercatura exercetur. Pręcipue circa deum religiosi nihil prophani ante solis ortum loquũtur. Hora quinta in vnum cõgregati lintheis pręcincti corpus frigidis aquis abluunt Sacerdos cibum oratione pręuenit & post prandium datorem victus deum laudibus canunt/ Sacris depositis vestibus ad opera redeunt reuersiq; similiter cum hospitibus cenant In duobus sunt sui iuris scilicet subuenire dignis: & indigentibus. Sed cognatis aliquid dare sine curatoribus est interdictũ. Maximi sunt iracundię moderatores. Studiosi sunt circa veterum scripta maxime quę aĩe & corpori expediant eligentes hi autẽ alios se cum nõ facile recipiunt. primo per annum differentes extrinsecus cõmorari deinde post cõtinentię ostentionẽ duobus annis mores ꝓbantur prius autẽ q̃ cõem incipiat habere cibũ magnis adiurat se execratiõibus primũ qđe secuturũ deũ deĩde circa hoĩes seruare iusticiã neq; spõte cuiq̃ nocere/ iniquos oẽs odisse/ oĩbus fidẽ seruare maxime pricipibus. Neq; absq; dei volũtate ad pricipatus accedere potentiã. Et si quis pręsit nunq̃ abuti ptãte neq; viribus ptãtis sed neq; veste aut ambitioso ornatu reliquis eminere veritatẽ diligere aĩam purã ab iniustis seruare cõpendijs fugere latrocinia deprẽhẽsos vero ĩ peccatis a sua cõgregatione depellũt & quãdoq; morte cõsumũtur. Nõ minus q̃ ciuitatũ cõgregati iudicia faciũt. Sabbato vẽtrẽ nõ purgãt/ alijs aũt diebus foueã dolabra facientes dimissa voce cõtegẽtes ne scl3 diuino splẽdori iniuriã faciãt ĩ eadẽ fouea a vẽtris onere leuãt & terrã reducũt/ discernũt aũt ĩter se scđm susceptę abstinẽtię tp̃a ĩ ordines q̃tuor. Lõgissime viuũt ꝓpter simplicitatẽ victus. Eorũ aũt maxĩa cõstãtia ĩ romano bello ꝓbata est q gaudẽtes queq; ne legislatorẽ offẽderẽt supplicia ꝑpessi sũt. Corpa dicũt corruptibilia aĩas vero ĩmortales corporibus q̃si carceribus implicatas bonaꝝ aĩarũ loca vltra occeanũ ponũt amœna & delectabilia. Malarũ vero ꝓcellosa loca & hiberna plena gemitibus. Inter eos aliq futura certissime ꝓnũciãt. Aliud est essenorũ collegiũ ab alio solũ ĩ mr̃imonij opione differẽs hic ei castissime mr̃imonio vtũt: nũq̃ ad p̃gnãtẽ accedẽtes: & eos q cõtinuã tenẽt cõtinẽtiã dãnãt dicẽtes si ĩ eãdẽ oẽs velint ire sñiam defecturũ cõfesti genus hũanũ. Phariseoꝝ secta certiorẽ legaliũ rituũ noticiã ꝓfitet & fato deoq; vniuersa deputãs. Aĩam oẽm ĩcorruptã esse/ aĩas bonorũ trãsire ĩ alia corpa ĩproborũ aũt ĩterminabili supplitio cruciari affirmat. Saducei aũt fatũ negant & deũ extra oẽm mali patrationẽ ĩspectioneq; cõstituũt/ aĩarũ aũt gñaliter vel supplicia denegant vel honores pharisei sũt sotiales Saduceorũ vero inhumana est conuersatio.

Capitulum septimum.

¶ Tria philosophorũ apud iudeos genera.

Nuptias contẽnunt esse. Nota causam.

Diuitiarum contẽptores essei.

Oia coia esseis.

ETem̃ tria sũt apud iudeos gñа philosophię. Horũ em̃ vnũ pharisei ꝓfitetur. Alterũ seducei Tertiũ vero qđ etiã ꝓbabilius habet essei colũt gẽte qđe iudei verũ iter se muto amore iũctissimi & q pręter ceteros voluptates qđe quasi maleficia vitarẽt cõtinẽtiã vero seruare neq; cupiditati succumbere virtutẽ maximã ducerẽt. Itaq; nuptias quidẽ fastidiũt alienos vero filios dũ adhuc molles sũt eruditioni traditos ꝓ cognatis habẽtes suis moribus diligẽter isti. uũt nõ quia coniugia vel hũani gñis successionẽ cẽseãt pimẽdã sed qa cauẽdã putãt itẽperãtiã feminarũ: nullã earũ vni viro fidẽ seruare credẽtes. Qui & diuitiarũ cõtẽptores sunt: reruq; apđ eos cõmunicatio ãmirationi habet Neq; iuenias alteri alterũ opulẽtia p̃stare. legẽq; sibi dixerũt vt q disciplinã suã sectari vellent: bona cõturbernio publicarẽt. Ita em̃ fore ne vel pauptatis hũilitas vel diuitiarũ dignitas appareret: sed pmixtis facultatibus veluti iter fr̃es vnũ esse oĩm patrimoniũ. Probro aũt ducũt oleũ & si quis vel inuitus vnctus fuerit mũdicijs corpus absterget: qm̃ squalorẽ decorẽ putant: dũmodo sẽper in veste sint cãdida.

A ¶ Designatos autem communium rerum procuratores habent: & ad vsus hominum singulos indiuisos. ¶ Non est autem illis vna ciuitas certa: sed in singulas multa domicilia transferunt & aliunde aduenientibus sectę suę professoribus quicquid habent promptum exhibent quasi proprium. Deniq; tamq̃ consuetissimi ad eos ingrediuntur: quos nunq̃ ante viderunt Hinc est q̃ cum peregrinant̃ propter latrocinia tantum armantur: neq; pręterea quicq̃ ferunt. ¶ In singulis autem ciuitatibus ex eodẽ collegio specialis curator hospitum constituitur qui eorum vestimenta cęteraq; vsui necessaria tueat̃. ¶ Amictus autem cultusq; corporis omnibus pueris in metu & sub cura magistri agentibus: par est. Nec vero vestitum siue calceos mutant: nisi aut omnino conscissis prioribus: aut longi tẽporis vsu cõsumptis. ¶ Nihil autem inter se mercantur aut vendunt: sed egenti quisq; quod habeat prębens refert ab eo quod ipse non habeat. Quamnis etiam sine permutatione cunctis libera sit facultas a quibus libuerit: accipiendi quod opus sit. ¶ Pręcipue circa deum religiosi sunt. Namq; ante solis ortum nichil prophani loquuntur sed ei patria quędam vota celebrant: quasi vt orian̄t: pręcantes deinde ad (quas singuli nouerint) artes a curatoribus dimittuntur. Cumq; vsq; ad horam quintam studiose fuerint operati: rursus in vnum cõgregant̃: lintheisq; precincti velaminibus ita corpus aquis frigidis abluunt atq; hac lustratione facta in ea secreta coeunt: quo neminem alterius sectæ hominem aspirare concessum est. Ipsiq; purificati. velut in sanctum quoddam templũ in cenaculũ veniunt. Quibus ibi cum silentio residentibus pistor quidem panes ordine vnum autem vasculum ex vno pulmento singulis cocus apponit. Deinde voce cibum sacerdos anteuenit: neq; gustare quemq̃ fas est: nisi prius deo celebret̃ oratio. Post finem quoq; prandij vota repetunt. Nam & cum incipiunt & cum desinũt: quasi datorem victus deum laudibus canunt. ¶ Tunc veluti sacris illis depositis vestimentis vsq; post meridiẽ ad opera se conferunt Reuersiq; inde similiter cenant: considentibus etiam hospitibus si quos fortasse interuenisse reperint. Neq; vero clamor vnq̃ tectum illud neq; tumultus inquietat: cum etiam loquendi ordinem alius alij cedat: eorumq; silentium extra tectum constitutis archanum quoddam videat̃ horribile. Cuius quidem rei perpetua sobrietas causa est quoq; apud eos edendi ac potandi modus saturitate definitur. ¶ Sed quamuis aliquarum rerum nihil sine precepto faciunt curatoris in his tamen duobus hoc est in adiuuando & miserando sui iuris sunt. Nam & subuenire dignis cũ opus est suo arbitrio cuiq; licet atq; indigentibus alimenta porrigere. ¶ Sane cognatis donare aliquid sine curatoribus interdictum est. ¶ Idẽ iracundię moderatores iusti sunt: indignationẽ cohibent: fidem tuent̃ paci obsecundant. & omne quod dixerint iure iurando fortius habent ipsum iusiurãdum quasi periurio deterius vitant. Iam enim mendatio condemnatum arbitrant̃. cui sine deo non creditur. ¶ Summum autem studium veterum scriptis adhibent: ea maxime inde quę animę & corpori expediant eligẽtes. Hinc illis morborumq; remedia stirpes medicas quamq; vim propriam singuli lapides habeãt animãtibus conquiruntur. ¶ Sectę vero suę studiosis non statim cum eis vna collectio sed per annum integrum extrinsecus commoranti cuiq; eundẽ victus ordinem tribuunt dolabram quoq; & quod prędictum est periozoma & albam vestem tradentes. Cum vero processu temporis experimẽtum continẽtię dederit: accedit etiam ad communem cibum & purioribus ob castificationem scilicet aquis participat: neq; tamen in conuentu assumitur. Post ostensionem quippe cõtinentię duobus alijs annis mores eius probantur. Cumq; dignus apparuit. tunc demum in consortium assumitur. ¶ Prius vero q̃ incipiat cõmunem habere cibũ magnis execrationibus adiurat se primum quidẽ secuturũ deum deinceps quoq; erga homines seruare iustitiam & neq; propria sponte nocere cuiq̃ neq; pręcepto obesse quinimmo iniquos oẽs odisse & collaborare iustitię semper sectatoribus: fidem omnibus seruare maxime vero principibus. ¶ Neq; enim absq; voluntate dei cuiq̃ cõsentire posse ad principatus potentiam accedere. Si vero ipse cęteris pręsit numq̃ abuti numq̃ abusurum viribus potestatis ad cõtumeliam subditoꝝ sed neq; veste aut ambicioso aliquo ornatu reliquis eminere veritatẽ semper diligere: & habere ꝓpositum cõuincere mentientes. Manus vero a furto & animam puram ab iniustis seruare cõpendijs & neq; aliquid de misterijs consecratis celare neq; prophanis eorum quippiam publicare etiam si in re tanta quippiã morte compellat̃. Super hæc autem addunt nihil se de dogmatibus aliquid quę ipsi susceperint tradere: fugere autem latrocinia & conseruatum iri similiter dogmatis sui libros angelorumq; nomina. his quidem execrationibus explorant & quasi pręmuniunt accedentes. ¶ Depręhẽsos vero in peccatis a sua congregatione depellunt & siquis taliter fuerit condẽnatas miserabili morte plerumq; cõsumitur. Illis quidem iuramẽtis acribus obligatus neq; capere ab alijs oblatũ cibum potest. Herbas vero pecudũ more decerpens & fame exesa mẽbra corrumpunt̃. Ob qđ etiam plurimos plęrumq; miserati & extremũ agentes spiritum receperunt sufficiẽtem esse pro peccatis eorum quę vsq; ad mortẽ duxerit pœnã fuisse censentes. ¶ In iudicijs vero sunt diligẽtissimi atq; iustissimi. Disceptant autem non minusq̃ centum in vnum coacti. Quod autẽ ab his decretum fuerit immo

Indiuisos hñt cõmuniũ rerũ procuratores.

In qualibet ciuitate specialis curator hostiũ.

Circa deũ religiosi

Hora quinta in vnũ cõgregant̃ lintheis ꝑcincti corpus frigidis aquis abluẽtes.

Sacris depositis vestibus ad opa redeunt reuersiq; sil'r cenãt cum hostibus.

In duobus sunt sui iuris scꝫ subuenire dignis atq; ĩdigẽtibus alimẽta porrigere sed cognatis dare aliqđ sine curatoribus est interdictum.

Qđ non facile alios secũ recipiũt sed differt prio p annũ dei de per duos.

Modus ꝓfitendi essenoꝝ valde notãdus.

Quõ ad principatũ assumunt̃ & quõ assũpti se debeãt hẽre erga subditos.

Punitio ĩ delinquẽtes grauis.

Cõtra blasphemos legiferi. Sabbatos vẽtrẽ nõ purgant. Modus purgãdi vẽtrem alijs diebus. Distinctio esseorũ scdm abstinẽtię tpa in quattuor ordines. Maxia eorũ cõstãtia i bello romano pbata ẽ q gaudẽtes queq; (ne legislatorẽ offenderent) supplitia ppessi sunt. Dicũt corpa corruptibilia aias vero imortales & ppetuas corporibus qsi carceribus implicatas. &c. Locus bonaruʒ aiarũ. Locus malarũ animarum. Opinio grecorũ de locis aiarum herũm & semideorũ atq; ipiorũ pter adhortationẽ virtutis & nequię dehortotionẽ. Inter eos aliqui futura certissie pnunciant. Aliud essenorũ collegiũ ab alio solũ i opinione cõiugij differẽs hi ei castissime vtunt̃ mr̃moio nunq̃ ad pgnãtes accedẽtes & eos q continuã tenẽt cõtinẽtiã dãnãt. nota eorũ causam. Saduceorũ mores & heresis de his vide.

bile manet. ❡ Veneratio quoq; apud eos legiferi magna post deum est: ita vt siquis eũ blasphemauerit morte damnet̃. ❡ Senibus vero obedire & plurimorum quorũq; decreto pbabile arbitrant̃ officiũ Deniq; cum simul decem cederint nullus vnus nouem loquitur inuitis. Expuere quoq; i medium eorum vel in dexteram partem sui quisq; deuitat. ❡ Sabbatis quoq; operationem cõtigisse omnibus iudeis diligentius cauens neq; solum cibos sibi pridie preparant ne videlicet illo die ignem accendant. Sed neq; vas aliquod transponere presumunt immo nec aluum purgãt. ❡ Alijs autem diebus fodiũt foueam vno verbi gratia pede altam cum ille dolabra (quam tradi nuper accedentibus diximus) demissa veste diligentissime sese contegentes ne scilicet splendori diuino iniuriam faciunt in eadem fouea ab onere ventris leuantur: ac deinceps quam effoderant terram reducunt idq; ipsum faciunt i locis secretissimus. Et nempe cum sit purgatio ista naturalis nihilominus tamen solemnem habent: vt quasi ab immunditia diluantur. ❡ Discernuntur autem inter se secundum susceptę abstinẽtię tempora: in ordines quattuor. Tãtumq; hi qui minores sunt inferiores precedentibus estimant̃: vt si aliquos eorum contigerint quasi a contractu alienigenę diluantur. ❡ Viuunt autẽ q̃ longissime: ita vt plurimi eorum vsq; ad centenarium proferant̃ etatem· pter simplicitatem scilicet victus. Quod eis nimirum accedere puto: propter institutionem bene in omnibus ordinatam. Sunt autẽ etiam aduersorũ cruciatus. Siquidem vincũt firmitate consilij. Mortem vero si cum decore obeunda sit iudicant etiã immortalitate meliorem. ❡ Prodidit autẽ eorum in omnibus negocijs animos: bellum quod gestum est cum romanis. Tunc siquidem per artuum confractiones & ignes ac per tormenta omnigena transeuntes: vt videlicet vel in legislatoris iniuriam aliquid loquerent̃ vel ciborũ quippiam (quos non solent) ederent. ad neutrum horum potuere compelli sed neq; deprecari tortores suos aut inter ipsa flere supplicia. In medijs quinimmo cruciatibus subridentes & eis (qui tormenta admouerant) illudentes cõstantes animas cum quadam hilaritate reddebant scilicet quasi qui eas essent denuo recepturi. ❡ Opinio quippe apud eos firmata consistit corruptibilia quidem esse corpora: materiamq; eorum nõ esse perpetuam: animas autem immortales semper manere & de ethere subtilissimo cõmeantes quasi carceribus ita corporibus implicari velut quasi illecebra naturalis attraxerit. Cum vero fuerint a carnalibus releuatę vĩculis quasi de seruitute lõgissima liberatas ita eas illico letari sublimeq; ferri. Et bonos quidem continentes in hoc grecorum sententijs pronunciant vltra occeanum degere vbi eis reposita pfruitio. Illic quippe esse regionẽ quæ nec imbribus neq; niuibus neq; estibus aggrauetur Sed quã occeano oriens Zephirus & leuiter aspirans amenet Malis autem animabus procellosa loca & hiberna delegant plena gemitibus exercendarũ sine fine penarum. ❡ Vident̃ autem michi secundum hãc ipsam intelligentiam greci quoq; fortibus suis (quos heroas & semideos vocauerunt) beatorũ insulas sequestrasse improborum aũt animabus locum apud inferos impiorũ in quo etiam cruciari quosdã cõmentati sunt Sisyphos videlicet & tãtalos & Ixiuoas & ticios. Principio quidem immortales esse animantes ob adhortationem vtiq; virtutis dehortationemq; nequitię. Bonos quippe fieri in huius vitę cõuersationem meliores per spem etiam post lucem redhibendorum: improborum autem impetũ retardare estimantium qm̃ & si in huius spacio latuerunt. Post obitum tñ immortalia sint tormẽta passuri. ❡ Hęc sunt ergo quę esseni de diuinitate animę phylosophantur plane illecebram his qui semel deorum sapientiam gustauerint reponentes. Sunt autem in eis qui etiam futura nosse promittant: sacris videlicet libris & varijs sanctificationibus pphetarumq; dictis a primis etatibus adherentes: Raro autem accidit vt predictionis eorum frustratio consequar. ❡ Est autem essenorum etiam alterũ collegium: cibos quidem & mores legumq; similia cum prioribus habens: distat vero opinione coniugij. ❡ Maximam siquidem vitę hominũ partem successionẽ scilicet amputate: eos qui abstineant nuptijs arbitrantur. Quippe si in eadem omnes velint ire sententiam: defecturum confestim genus humanũ fore. Nichilominus tamen cum tanta ipsi moderatione conueniunt: vt per triennium explorẽt valitudinem feminarum. Et si constanti purgatione apparuerint idoneę partu ita eas matrimonia asciscũt. Nemo tñ eorum cũ pregnante concumbit: vt ostendant quia non voluptatis nuptias sed causa inierint liberorum. Lauantibus autem feminis ita vt viris perizomatum inest amictus Tales mores huius collectionis. ❡ Duo autẽ priorum quasi ordines sunt ex quibus pharisei dicunt̃: qui certiorem legaliũ rituum noticiã profitent̃. Et hi primum dogma habent vt marmene scilicet fato & deo vniuersa deputant. Et quidem vel agere quæ iusta sunt vel negligere secundũ maiorẽ partem esse in hominibus profitentur adiuuare tum in singulis & marmenẽ Animã aũt omnẽ quidem incorruptam esse: trãsire autẽ in alia corpora solas bonorũ: improborũ autẽ interminabili supplicio cruciari. ❡ Seducei porro id est scda collectio marmenẽ omnifariã negãt. & deũ extra oẽm mali patrationẽ inspectionẽq; cõstituũt. Aiunt autẽ electioni hominum vel bonũ vel malum esse propositum & secundum voluntatem propriam alterutrũ vnumquẽq; cõiungi. Animarũ aũt generaliter vel supplicia denegãt vel honore

Et pharisei quidem sociabiles & qui studeant se mutua dilectioni complecti.saducei vero & inter se se ris moribus discrepantes:& conuersatio eorum ita circa participes vt erga exteros inhumana. Hæc sunt quę de iudeorum philosophis dicenda reperi:nunc ad inceptum reuertar.

Pharisei sociales saduceorum vero ihumana est conuersatio.

¶ Iudea prouincia facta herodes Antipas & philippus tetrarchias regebant Augusto autem impe ratore mortuo anno imperij.lvij.Tyberius Iulię filius imperium suscepit.Philippus vero Cęsaream ci uitatem condidit & Iuliadem.Tyberias quoq; ab herode in Galilea constructa est. Pilatus autem pro curator in Iudeam a Tyberio missus imagines nocte contra Iudeorum ritum in Hierusalem intulit vnde Iudeorum maximus fuit tumultus.Qui quinq; diebus & totidem noctibus continuis proni cir ca pylati domum corruentes steterunt immobiles parati potius mortem sustinere q̄ cōtra leges patri as Cęsaris recipere imagines.Pylatus insuper ex thesauris templi aquę ductum in hierusalem cōstrue re maximam commouit in populo turbationem & cedem. Agrippas herodis tetrarcha accusator Ro mam venit ad Tyberium quo accusationem non suscipiente residens tamen Romę familiaritatem inuenit cum Gaio Germanici filio.Qui cum inter epulas Gaium in breui Tyberio mortuo omnium dominum desiderasset accusator & in carcere includitur. Quem Gaius Tyberio anno imperij. xxij. mortuo imperator absoluit a vinculis:& philippi defuncti tetrarchiam ei tradens regem appellauit. Vnde herodias Antipam incitat vt rex sicut Agrippa nominet romam adire.Sed hic a Gaio propter auariciam increpatus fugit in hispaniam cum quo herodias discessit.

Capitulum octauum.

Regno archelai in ordine iam prouincię decedente:reliqui id est philippus & herodes qui co gnominatur antipas tetrarchias suas regebant. ¶ Salome enim moriens iulię augusti coniu gi regionem quam rexerat & iamniam & in phaselide palmeta testamento reliquit. ¶ Dela to autem ad tyberium iulię filium romano imperio post mortem scilicet augusti qui pręfuit rebus an nis septem & quinquaginta mensibus sex duobus diebus manentes in tetrarchijs suis herodes scili cet & philippus.¶ Hic quidem iuxta fontes ipsos de quibus iordanis flumen exoritur,in paniada condidit ciuitatem quam cęsaream vocitauit aliaq; in inferiore gaulanite quam iuliadam nomina uit.¶ Herodes vero in galilea tyberiadum in perea autem cognomine iulię.¶ Missus autem a tybe rio in iudeam pilatus qui curandam acceperat regionem:nocte intempesta opertas in hierosolima in tulit imagines Cesaris.Quę res post triduum grandem iter iudeos suscitauit tumultum.Nam qui ad erant stupore permoti sunt:quasi iam prophanatas leges suas viderent. Nullum enim fas esse dicunt collocari in vrbe simulachrum. Ad querelam autem eorum qui i ciuitate erant:subito etiam de agris multitudo confluxit.¶ Euntes autem illi co Cæsaream ad pilatum:intentissime deprecabantur vt ab hierosolimis auferrentur ymagines.& eis iura patria seruarentur. Pylato autem supplicantibus abnuē te circa domum eius proni corruerunt: & immobiles quinq; continuis diebus noctibusq; manserunt. Post autem pilatus tribunal ascendens studio magno cōuocat multitudinem iudeorum quasi qui eis vellet dare responsum cum subito milites accepto signo sic enim iam fuerant pręparati circūsteterunt iudeos.Circundataq; triplici acie iudei quidem stuporis erant plenividentes insperatam rerum faciē Tunc pilatus denuncians trucidaturū se omnes nisi imagines cęsaris suscepissent: innuit militibus vt educerent gladios.Iudei autem ex vno consilio omnes subito corruerunt.& ceruices nudatas ad exci piendos ictus pararunt vociferantes vniuersos se interfici magis velle q̄ legem prophanari.¶ Tūc pi latus circa religionem studium populi demiratus confestim de hierosolimis statuas iussit auferri Dei de vero conturbationem alteram commouebat.Est apud eos sacer thesaurus quam Corbanam nomi nant.Hunc in deductionem aquarum iussit expendere.Erat autem inducenda aqua ab stadijs trecē tis.Ob hoc itaq; vulgi oriebantur querelę ita vt etiam pylati qui hierosolimam venerat cum clamore circūdarent tribunal.Ille autem pręuiderat siquidē eorū tumultū populo permiscuit armatos milites qui tunc essent vestibus priuatorū induti pręcepitq; vt gladijs quidē non vterentur fustibus aūt accla mantes ferirent.Sicq; cōpositis rebus dat & attribunali signū.Cōfestimq; cedebātur iudei.Quorū mul ti quidē plagis multi vero seinuicē trucidantes:in fugā contritione misera perierunt. ¶ Tunc ad cala mitatē interfectorū stupens multitudo conticuit:atq; ob hoc accusator herodis tetrarchę agrippas (q fuit filius aristoboli quem pater herodes interfecit)ad tyberiū venit. Illo aūt non suspiciente accusatio nem residens romę ad aliquorū quidē potentiū noticias ambiebat maximis autē colebat officijs ger manici filium Gaiū cum adhuc esset priuatus.Et quodam die inter copiosum epularum apparatum quibus eum demerebatur ad vltimum extēsis manibus cœpit deum aperte pręcari celeriter illum mor tuo tyberio dominum cunctorū videre.Hoc cū quidam de familiaribus eius tyberio nūciasset: statim cōcludi iussit agrippā.Qui & sub grādi erūna vsq; ad mortē tiberij in carcere per mēses sex tenebatur ¶ Sed defūcto eo post regnū annorū duorū & vigiti dierū triū succedēs in īperiū gaius cęsar absoluit agrippā vīculis & tetrarchiā philippi:iā em̄ iste decesserat ei tradidit regēq; appellauit. Cū venisset in

Iudea prouícia facta Hærodes ātipas & philippus regebant tetrarchias.

Philippus cęsareā ciuitatē cōdidit& iuliadā.&c Tyberias ab herode in galilea.

Maxima iudeorū cōstantia qui quiq; diebus cōtinuis & noctibus pni circa domū pilati corruētes steterūt īmobiles quiq; mortē parativoluerīt potius sustinere q̄ contra suas leges cæsaris imagines suscipere.

Agrippas herodis tetrarchę accusator romā veniēs ad tyberiū quo nō suscipiēte accusationem residēs romę familiaritatē hunc cū gaio germanici filio qui cū iter epulas gaiū in breui mortuo tyberio cūctorū dn̄m desiderat. &c.

Herodias herodẽ antipã icitat vt regnũ sicut agrippa recipiat romã adire sed hic a gaio propter auariciã increpatus fugit ĩ hispaniam. &c.

regnũ agrippas: herodis tetrarchę cupiditates per inuidiã suscitauit. Irritabat autẽ eũ maximę in spem regẽ. Herodias vxor exprobrans ei socordiam & dicens quia per id quod noluerat ad cesarem nauigare carceret potestate maiore. Nam cum Agrippam ex priuato regem fecisset: quomodo dubitaret illum ex tetrarcha eodem honore donare. His adductus herodes venit ad gaium. A quo ob auariciam vehementer increpatus: ad hispaniam fugit. secutus quippe fuerat accusator agrippas cui etiã tetrarchiam illius gaius adiecit. Atq; ita herodes quidẽ hispaniam peregrinãte secum etiam vxore discessit.

❡ Gaius fortuna abusus deum se putat vultq; vocari & multos nobiles Romę interfecit petronius quoq; ab ipso in iudeam vt statuam eius in templo collocaret missus venit in Ptolomaidam galileę ciuitatem cuius situs descriptionem hic cognoscẽs vbi Iudeis cum mulieribus supplicantibus statuas reliquit iudeis enim nullibi nec dei quid habere licet simulachrum quorum pacatus petronius legem approbauit quorum quoq; ammiratus constantiam qui pro conseruatione legis paratissimi erant ad mortem Agrorumq; dimittebant culturam ad Gaium proponit rescribere etiam pro eis animam offerens. Gaius autem petronij litteras recipiens indignatus & mortem ei comminatus rescripsit prius tamen Gaij mortem sciuit q̃ rescripta receperit.

Capitulum nonum.

❡ Gayus abusus fortuna deũ se putat & vult vocari multosq; nobiles Romæ interfecit.

GAius vero cęsar in tantum contumeliose abusus est fortuna: vt etiam se & deum putaret & vellet vocari. Patriam quoq; suam multorum nobilium cede truncauit. ❡ Extendit autem impietatem suam etiam in iudeam. petronium deniq; cum exercitu hierosolimam direxit pręcipiens vt in templo statuas eius locaret. Quas nisi susciperent iudei: cõtradicentes quidem ex his interficeret. reliquam vero multitudinem captiuaret. Permouebat autem hoc profecto deum. Et petronius quidem cum tribus cohortibus multisq; de Syria auxiliatoribus properabat in iudeam de antiochia. Iudeorum vero quidam non credebant fame prelium nuncianti. Qui vero credebant: nichil de resistendo poterant comminisci. Celeriter autem omnes peruadit mœtus: nam iam ptolomaidam peruenerat exercitus.

Ptolomaidis ciuitatis situs & descriptio.

❡ Est autem ciuitas galileę littore in magno composita. Circũdatur autem montibus ab orientali plaga per sexaginta stadia disparatis. Sed ad galileam pertinentibus. a meridiano autem carmelo qui abest stadijs centum viginti septenteronali quoq; monte qui est altissimus quem vocant etiam incolę scalam tyriorum & hic autem distat stadijs centum.

Sepulchrũ memonis ãmiratione dignissimum

❡ Harẽa vitrea quę si in margine loci iacta fuerit in cõmunem conuertitur.

❡ Ab ea autem vrbe quasi a duobus stadijs pręterlabitur fluuiolus quem vocat beleum exiguus prorsus cui prope est sepulchrum memonis habens iuxta secentum fere cubitorum spacium continentem: sed ammiratione dignissimum. Est autem species vallis rotundę vitream emittens harenam. Quam cum exhauserint multę naues pariter accedentes. locus idem rursus impletur. Venti siquidem quasi edita opera cõuehunt illic de circunstantibus superciliijs harenam istam vtiq; communem. Locus autem metallicus statim metalla in vitrum quod suscœperit mutat. Mirabilius quoq; michi illud videtur quoniam iam conuersę harenę in vitrum quęcunq; pars super margines loci ipsius fuerit iacta in communem harenam denuo conuertitur. Igitur quidem loci illius talis natura est.

Iudeis cum mulieribus in ptolomaide supplicãtibus statuas reliquit. &c.

❡ Iudei autem cum mulieribus & filijs collecti in campum vbi est ptolomais sita: petronio supplicabant. principio propter patrias leges: deinceps vero etiam pro suo statu. Ille autẽ ob multitudinẽ pręcantium & pręcum inflexus: exercitum quidem & statuas in ptolomaide reliquit.

Petronius ad iudeos.

Iudeis nullibi licet habere simulachrum.

❡ Procedens autem in galileam & cõuocans in tyberiadem tam populum iudeorum q̃ oẽs eorum nobiles. & vim romani exercitus cœpit exponere. & minas Cęsaris: his addens quoniam & contumeliosa esset supplicatio iudeorum cum omnes siquidem gentes quę parerent imperio romano in suis vrbibus inter reliquos deos imagines quoq; cęsaris locauissent soli iudei istud abnuerent Hoc siquidem quasi ab imperio deficere esset etiam cum iniuria presidentis. Illis vero contra hęc legem moresq; patrios allegantibus. Et qui nec dei quidem simulachrum Nedum hoĩs nec solum in templo. Sed neq; in prophano aliquo totius regionis loco fas sibi esset locare. arripiẽs dictum petronius respondit. Sed & michi dñi mei seruanda lex est. Si ea quippe trãsgrediar vobis parcam: iuste animaduersionẽ subibo. Impugnabit sane vos nõ petronius. Sed & ille a quo sum directus. Siquidem & ego vos cogo implere quę iussa sunt.

Pacatus petronius iudeorũ approbat legem.

Iudeorum prudens responsio.

Ad hęc tota multitudo succlamauit vnanimiter: ante legis temerationem libenter oẽm subire perniciẽ. Sedato autẽ eorũ clamore petronius ait. Pugnare ergo iquit aduersum cęsarẽ estis parati. Rñderunt iudei pro cęsare quidẽ & populo romano per singulos dies nobis vsus est offerre sacrificia. Si aũt in tẽplo imagines estimet collocandas debere eum totam iudeorũ gentem primitus immolare. Prębere quippę se iugulo cum mulieribus & paruulis ei qui iterficere voluisset. Ad hęc autem ammiratio petroniũ miseratioq; peruasit: intuentem & insuperabilem religionẽ virorum: & tantum vulgus ad mortem constanter paratum. Et tunc quidem infectis omnibus recesserunt. Post triduum autem deinceps summates eorum priuatim seorsimq; compellans. populum quoq; publice alloquens. tum quasi consulens ammonebat. interdum etiam minabatur: extollens & virtutem romanam & indignationem cęsaris. inter hęc etiam suam necessitatẽ cul

essent exequenda precepta. Sed illis ad nulla horum experimenta credentibus: cum videret etiam se mentem regionis intercipi. ipsum quidem anni tempus erat. & quinquaginta pene continuis diebus multitudo in vrbe ociosa morabatur. ad vltimum conuocatis omnibus ait se etiam periculosam rem velle aggredi aut enim deo cooperante placabo cęsarem ac vobiscum saluabor libenter: aut illum in vltionem irritabor: pro tanta magnitudine impendens animam meam Atq; ita dimissis turbis multa pro eo vota facientibus antiochiā ad ptholomaida reuocauit exercitum. atq; illinc confestim misit ad cęsarem referens & quo apparatu in iudeam irruisset & ꝙ tota gens supplicasset. Quibus si abnuendū putaret: nollet cum viris etiā prouinciam esse perimēdā. Seruare siquidē ipsos legem patriam: & nouis pręceptis vehemēter obsistere. His epistolis respondit gaius immodice cōminans petronio mortem. quoniā iussionum suarum segnis executor fuisset. Sed scriptorū talium vectores per tres continuos menses cōtigit aduersa tempestate retineri. Alij autem exitum gaij cęsaris nūciantes: prospere nauigauerūt. Deniq; ante septem & viginti dies epistolas petronius accepit finem cęsaris iudicantes: q̄ illi peruenirent qui cōminantia scripta portabant.

Lr̄as petronij gaius recipiens indignatus ei mortē cōminatus rescripsit ei q prius gaij mortē sciuit q̄ scripta receperit

¶ Gaio imperij anno tertio Claudius ad imperium ab exercitu rapitur senatu contradicēte qui bellum contra ipsum propter Gaij immanitatē agere decreuit Agrippa vero a Claudio ad senatum missus imperatoris benignam voluntatē declarauit. Et iterum accepto patrum responso mittitur ad senatum qui vno milite educto gladio inducente venit ad Claudium quem pacato militum impetu honorifice Claudius recepit in castris. Tunc quoq; Agrippę patronum regnum confirmauit imperator multa alia condonans & donationem ipsam patribus pręcepit vt ipsam tabulis incisam capitolio collocarent & fratrem Hærodem similiter muneribus honorauit. Agrippę autem magnificentia in constructione murorum hierusalem claruit cuius tres filię & filius vnus ex Cypri vxore erant. Ipso autem mortuo regnum Claudius redegit in prouinciam. Et Cuspius fadus ꝓcurator missus est post quem Tyberius. Hęrode vero calchidis rege mortuo duos habente filios de Beronice & de prima Marianne Aristobolum Alexandri autem posteri in maiori regnauerunt armenia.

Capitulum decimum.

Gaio per dolum interempto qui regnauerat annis tribus mensibus sex rapit̄ in regno ab eo exercitu qui rome erat Claudius. Senatus autem referētibus cōsulibus Ignatio Sergio Satranillo alias Saturnillo & pomponio secūdo mandat tribus vrbanis legionibus vt essent pręsidio ciuitati: & ipse frequens in capitoliū deuenit: quia propter imanitatē Gaij bellum agi cum Claudio decernebat volēs imperiū ad optimates reducere: aut sicut olim fuerat ad regendum dignissime legerentur. ¶ Accidit autē vt agrippas adueniret quem cū & senatus in consiliū & in castra Claudius euocasset. vt scilicet eo strēnuo adiutore in quibus res posceret vteret̄: vidēs Agrippa Claudium iam esse opibus cęsarem ad eū perrexit. Quem ille illico legatū ad senatum misit indicantē suū propositum: quoniā primo quidem inuitus ab exercitu raptus sit & iniquū esse si militum erga studia tam religiosa desereret: immo iam tutā aliter suam nō esse fortunā. Iam eñ ad inuidiam satis fore ꝙ sit in regnum vocatus. Deinde amministratū ire paratum esse in rempublicā non vt aliquis tyrannus sed vt pręsul benignus. Sufficere sibi quippe honorem nominis de singulis autem negocijs cōmunē omniū stare sententiam. Nam & si natura nō esset modestus: locuples tamen moderandę potestatis exemplum Gaij morte esse propositū. Quę cum detulisset Agrippas: respondit curia quasi quę exercitui & bonis consilijs fideret nolle subire voluntariā seruitutem. ¶ Sed accepto patrū responso Claudius rursus misit agrippam nūciantem eis quoniā non posset adduci vt eos proderet quorū consessu in imperiū esset accitus. Inuitum se autem initurū esse pugnā aduersum eos cū quibus confligere minime vellet Proinde eligendum esse extra ciuitatē locum in quo cōfligerent. Neq; enim sanctum esse propter illorum peruersitatē patriam ciuili cede fedari. At Agrippa quidem ista senatui nunciauit. ¶ Inter hęc autē vnus de his militibus qui cum patribus erant educēs gladiū. cōmilitones inquit qui bus pturbati causis parricidia perpetrare cupimus & cōcurrere aduersum propinquos nostros Claudium secutos: maxime cum habeamus imperatorē quem in nullo culpare possimus & ad quem cum iustis magis allegationibus q̄ cum armis egredi debeamus. Hęc dicens per mediā egressus est curiā: omnibus se militibus cōsecutis. Hoc exemplo optimates deserti: in magno mœtu esse cœperunt. Ac deinceps videntes sibi auersionem tutam non esse: iter secuti militum ad claudium transierunt. Recurrebant autem eis pro muris nudatos gladios ferentes: hi qui fortunę regis ambitiosius adulabantur. Et pene accidit vt progressi quinq; interficerentur ante scilicet q̄ militum impetū Cęsar agnosceret: nisi pręcurrens agrippas imminentis ei facinoris periculum nunciasset: quoniā nisi cohercuisset exercitum iam in sanguinem ciuium furentem: & confestim amissurus esset omnes per quos conspicuum

Gaio dolose interēpto anno imperij tertio Claudius rapit̄ ab exercitu ad imperiū cōtradicēte Senatu qui bellū cōtra Claudium ꝓpter Gaij immanitatem agere decreuit.

Rñsio senatus Claudius iterū Agrippā ad senatū misit.

Notanda sñia.

Senatus ad claudium vadit.

Claudius pacato militũ ipetu recepit senatũ Claudius agrippe regnũ confirmauit paternũ & multa alia donauit donationẽ patribus pcepit vt icisam tabulis capitolio collocarẽt & fratrem herodẽ similiter muneribus donauit. Herodes rex calchidis morit̃ duos hñs filios & Agrippa nepos rex succedit. Cumãus iudeę procurator sub quo tumultus cœperũt.&c.

esset imperium.fieretq; solitudinis imperator. ❡Hæc audiens Claudins cõtinuit impetum militum: suscepit autem in castris aduenientem senatum: & indulgenti honore complexus egressus cum patribus cõfestim obtulit deo victimas vt mos est pro imperio supplicari. ❡Agrippam quoq; ptinus muneratur regno patrio omnia adijciens ei etiam illa quę augustus herodi donauerat. Trachonitidem scilicet & auranitidem: pręter hęc autem aliud quoq; regnum quod lysanię vocabatur. Et populo q̃dem donationẽ hanc per edictum indicauit: patribus autem pręcepit vt incisam ereis tabulis in capitolio collocarent. ❡Donat autem etiam fratrem suum herodem qui gener eiusdem erat Beronici iũctus regine calchidis. ❡Opinione autem celerius agrippę dati regni cẽsus maximus affluebat. Qua sane pecunia ille non in rebus abutebatur exiguis: sed talem murum hierosolimis circumdare cœpit: qualem si potuisset absolui.iefficacem prorsus obsidionem romanis oppugnãtibus effecisset. Sed anteq̃ impleret opus decessit in cęsarea. ❡Regnauit autem annis tribus ante quoq; cum tetrarchiã regeret: alijs tribus annis tenuerat potestatem. Reliquit vero filias quidem tres de cypro natas: beronicem mariannem ac drusillam. Filium autem ex eadem ipsa coniuge nomine agrippam qui nõ nimis paruulus erat. ❡Tunc claudius regnum eius in prouinciam redegit. in cuius procuratione missus est Cuspius fadus. Post hunc autem tyberium alexandrum Qui nichil de consuetudine patria immutãtes.gentem in pace tenuere. ❡Post hęc vero & herodes qui regnabat in calchide decessit.relinquẽs de sorore quidem sua beronice filios suos duos bernicianum & hyrcanum. de priore autẽ marianne aristobolum.cuius frater mortuus fuerat aristobolus priuatus relicta filia Iotapata. ❡Hi quidem erãt sicut supra dixi liberi aristoboli: qui fuerat herodis filius: Aristobolus autem & alexander nati fuerãt herodi de mariãne quos ipse parens interfecit. ❡Alexandri autem posteri in maiore armenia regnauerunt. ❡Post obitum autem herodis qui regnauit in chalchide agrippam filium agrippę claudius in auunculi sui regno constituit Alterius autem prouincię suscepit curam post alexãdrum cumanus sub quo oriri ceperunt tumultus Et denuo iudeos calamitas comprehendit.

❡Agrippam Agrippę filium claudius auunculi sui regno constituit & Cumanum iudeę procuratorẽ sub quo tumultus cœperunt: seditionis vero occasio fuit miles quidam posteriora denudãs. Trigintaq; iudeorum milia ex mutua conculcatione occisa sunt. Stephanus quoq; Cęsaris a latronibus expoliatus est Iudea quoq; milite sacrę legis libros comburente ad Cumanum concurrit petens militis punitionem: qui militem ad supplicium iussit adduci. Seditio insuper inter Galileos & Samaritas Galileo ad festiuitatem ascendente occiso oritur & Iudei relicta solemnitate & Cumano iusticiam negligente in Samariam impetum Eleazaro & Alexandro ducibus fecerunt: & maximam facientes cedem vicos inflãmauerunt. Cumanus vero cum exercitu his qui vastabantur auxilium ferens plures occidit & alijs veniam precantibus amicis cõdonauit. Samaritę autem Quadrato syrię pręsidi iudeos de priore violentia accusant Iudei vero seipsos excusabant. Quadratus itaq; seditionis auctores crucifixit & in Lydda.xviij.iudeos a Samaritis accusatos securi percussit: & pontificem sacerdotũ aliorumq; iudeorum nobiles similiter q̃ Samaritarum principes romam misit ad Cæsarem. Claudius vero Agrippę precibus Samaritarum nobiles iussit interfici Cumanum exulari & celerem morte mulctandum remisit hierusalem. Fœlix iudeę pręses destinatur & Agrippę auctum est regnum.

Capitulum vndecimum.

Occasio seditionis miles turpiter posteriora ostendens.

Conueniente quippe multitudine ad diem festum azimorum in hierosolimam legione romana stante super porticum templi milites semper custodiebant festos dies: ne quid conuenientes populi nouare auderent. ❡Vnus ergo e militibus reductis turpiter vestimentis inclinans posteriora sua obuertit ad faciem iudeorum: & ad hunc habitum vocem emittens similem succlamauit. Ob quod factum tota cœpit multitudo conqueri ita vt circumstarent cumanum ad supplicium militem deposcẽtes. Ex his autem inconsulti iuuenes & quasi natura apti ad seditiones mouendas: in litem grauissimam prosiliebant hi continuo quippe saxa rapientes: percutiebant milites. Tunc cumanus veritus ne totius in eum vulgi impetus fieret: plures euocauit armatos. Qui cum essent porticibus immissi metus grauis icidit iudeis. Statimq; in fugam versi relicto templo refugere cœperunt. Tanta autem per egressus de constipatione obtricio facta est: vt cõculcatione mutua super triginta hominum milia consumpta sint. Facta est autem vniuersę genti luctuosa festiuitas & planctus per domos singulas personabat. ❡Successit autem huic calamitati latrocinantiũ tumultus. Iuxta bethoro quippe circa ascensum publicum stephanus quidem seruus cæsaris suppellectilem quandam vehebat: quę ab irruentibus discerpta latronibus est. Cumanus autem ad inquisitionẽ mittens eos qui in proximis vicis venissent vinctos ad se adduci iussit: denuncians vt cõquisitos latrones in vincula cõijcerent. Qua occasionẽ quidem militum in vico alio libros sacrę legis offensos discidit. atq; combussit. Iudei autem quasi totam religionem inflammatam viderent vndiq; confluxerunt.

Triginta iudeorũ milia ex conculcatione mutua occisa sũt in festo azimorum.

A velut machinamento aliquo ita in superstitionis attracti omnes ad vnam euocationem ad Cumanū Cæsaream concurrunt pręcantes vt qui militum in tantam contumeliam deo legiq; eius intulisset nō relinqueret eum impunitum. Ad hęc enim ille videbat multitudinem nequaq̄ quieturam nisi aliqua esset satisfactione sedata: adiudicatum militem per medium populum ad supplicium iussit adduci. b. Sicq; iudei placatis animis recesserunt. ¶ Denuo autem galileorum & samaritanorum conflictus exoritur. In vico enim (quem gemma vocant) qui est in magno samariæ campo situs: quidam galileus de numero iudeorum ad festiuitatem ascendens interficitur. Ad quod factum multi ex galilea regione concurrerunt: vt cum samaritis cōfligerent. Horum autem nobiliores conuenerunt ad cumanum rogantes vt anteq̄ grauis calamitas oriretur transiret in galileam. Et in eos qui auctores essent homicidij vindicaret. Cumanus vero his negocijs (quę habebat in manibus) postponēs illorum petitiones sine effectu precatores remisit. ¶ Nunciato igitur homicidio hierosolymiam: omnis multitudo commota est. At relicta diei solemnitate in samariam vulgus impetum fecit sine duce vllo: nec cuiq̄ principium suorum retinenti acquiescens. Latrocinio autem eorum & tumultui quidam dynei filius eleazarus & alexander pręerat: qui in grabathene regionis conterminos irruentes promiscuā edidere cedem. A nullius etatis exitio temperantes. Vicos autem inflammauerunt. Cumanus autē hęc audiens adduxit secum vnam ęquitum alam quę vocatur sebastenorum: vt auxilio his qui vastabantur esset. Sicq; eorum multos qui eleazarum erant secuti comprehendit: plures quoq; interfecit ad reliquā autem multitudinem quę in vastandos samaritanorum fines irruerat. Principes gentis de hierosolymis concurrerunt: opertiq; cilicijs. Et aspersis cinere capitibus precabantur vt ab incepto desinerent: nec propter exercendam in samaritas vltionem ad hierosolyme perniciem Romanos commouerent: misererentur autem patrię suę atq; templi filiorumq; & coniugum propriarum: neq; omnia pariter in discrimen adducerent neq; ob vnius galilei vindictam cuncta disperderent. His acquiescentes iudei: a negocio recesserunt. ¶ Multi autem per idem tempus in latrocinia conspirabant: sicut sole insolentia crescere rebus quietis perq; omnem regionē agebantur rapinę: & audaces quiq; vim reliquis afferebant. ¶ Tunc samaritarum primates ad quadratum qui syriam prouinciā procurabat. Tyrum venerunt vindicari de his qui regionem eorum depredati fuerant: postulantes. Pręsto autem fuerant etiam nobiles iudeorum. & Ionatas filius ananię princeps sacerdotū obiecta diluens. allegabat initiū quidem tumultus samaritas fuisse qui primi homicidium perpetrassent: causam tamen calamitatum postea secuturam prębuisse Cumanum: qui inter principia auctores cedis noluisset vlcisci. Tunc quadratus vtranq; partem interim distulit dicens. Quoniam cum ad ipsas regiones venisset singula diligenter inquireret. Deinceps vero procedens cęsaream: eos omnes quos Cumanus vinctos reliquerat: in crucem sustulit. ¶ Inde cum liddam venisset: de vno audiuit samaritanorum quęrelas: & iudeorum decem & octo viros quos cognouit pugnę fuisse participes securi percussit. Duos autem pontificem sacerdotum Ionatam & Ananiam eiusq; filium ananum & nōnullos alios iudeos nobiles destinauit ad cęsaream: similiter autem & samaritarum nobilissimos quosq;: precœpit quoq; Cumano & celleri tribuno Romam nauigare: reddituros claudio rationem pro his quæ in regione gessissent. ¶ His ita compositis: a lidda ascendebat hierosolymam. Et inueniens multitudinem festiuitatē azimorum celebrantem: sine vlla conturbatione antiochiam redijt. ¶ Romę autem cęsar auditis allegationibus cumani & samaritarum (aderat autem etiam agrippas iudeorum causam magna intentione defendens) siquidem & Cumanum multi potentium aderant pronuncians aduersus samaritas. Tres eorum nobilissimos iussit interfici. Cumanum autem iussit vrbe discedere. Cellerem vero vinctū hierosolymam mittens iudeis ad supplicium tradidit: vt per vrbem tractus capite cederetur. ¶ Post hęc fœlicem pallātis fratrem destinauit ad iudeos: qui & eorum prouinciam cum samaria & galilea curaret. Agrippam vero de calchide in regnum maius transtulit: tradens ei illam quoq; prouinciam quæ fœlicis fuisset. Erat autem ista trachonitidis & Batanea & Gaulanitis. Addidit etiam regnum lysanię & tetrarchiam quam varus rexerat.

Milite Sacrę legis libros cōburente tota iudea ad Cumanū cōcurrit militē petētes non relinquere impunitū q illū ad supliciū iussit adduci.

Iudei (relicta solemnitate & Cumano iusticiam negligēte) in Samariā impetū fecerunt eleazaro & alexandro ducibus & maximā faciētes cedē vicos inflammauerūt. Cumanus aūt cū exercitu his (q vastabant) auxiliū ferens plures occidit & alijs veniā (precātibus amicis, condonauit Quadratus seditiōis auctores crucifixit & in Lidda. xviij. iudeos a Samaritis accusatos securi percussit & pōtificem sacerdotū & alios iudeos nobiles similiter & Samaritarū principes romam misit ad Cęsarem.

¶ Claudio anno imperij sui. xiiij. mortuo Nero successit in imperio qui immanissimus fratrem suū vxorēq; & matrē interfecit: & ad vltimum hystrionum opera peruenit. Hic armeniam minorem Aristobolo herodis filio dedit: & Agrippę regno quattuor addidit vrbes. & reliqua iudeę fœlici pręsidi qui Eleazarum latronum principem romam misit: aliosq; latrones crucifixit. Sed his latronibus purgata regione Sicarij die claro in media ciuitate homines interficiebāt. Primusq; ab illis Ionathas pontifex occisus est (his enim maxima latrocinandi erat temeritas: arsq; latendi). Tunc quoq; Seductores quidem & hypocritę minus ciuitatem vexauit q̄ sycarij hij enim populum seducentes in solitudines signa deum promittentes ostendere ducebant & occidebāt quos fœlix interfecit. Egyptius insuper pseudo propheta. triginta millia hominum ducens in montem oliuatum voluit (depulso Ro-

manorum presidio) populo dominari sed (ipso cum paucis fugiente) multi a Fœlice comprehensi in vinculis traditi sunt. Quidam & populo afflictionem inducentes mortem his (qui Romano populo voluissent obedire) comminabantur. Seditio iterum circa cesaream inter Syros & Iudeos pro ciuilitatis equitate. Fœlix autem (dato edicto vt contumaces ab vrbe discederent) multos non parentes interfecit. Postea vero non pacata seditione vtriusq; partis nobiles misit ad Neronem: huic festus successit post quem Albinus iniquissimus latronibus fauens eius enim iniusticia & auaricia (qui latronū quasi princeps erat) seditiosorum creuit audacia Indigni enim officijs honorabantur quod future captiuitatis maximum fuit seminarium.

D

❡ Capitulum duodecimum.

Claudio anno imperij sui. xiiii. mortuo Nero successit.

Facinorosa Neronis imanitas qui fratrē suū vxorēq; & matrem interfecit &c.

Nero armeniā minorē Aristobolo herodis filio & aggrippæ regno quattuor vrbes addit & reliqua Iudeæ fœlici qui Eleazarum latronū principem Romā misit aliosq; latrones crucifixit.

Ionathas pontifex a sycarijs occisus.

Ars latrocinantiū latendi.

Seductores & hipocritas ppl'z seducētes in solitudies ducētes ꝑmittētes deū signa ostensurū occidit fœlix.

Ipse autē cesar per annos tredecim menses octo dies triginta. Amministrato imperio romano decessit: successorem regni Neronē relinquens: quē suadelis Aggrippine vxoris sue in imperiū coaptauerat. Et quidē cum legitimū haberet filium britannicum ex mesalina natū priore scilicet coniuge. & octaniam filiam quā ipse priuigno collocarat Neroni: susceperat autem ex agrippina antoniam. ❡ At Nero quidem queadmodum per magnitudinē fœlicitatis & opus abusus sit fortuna: & qualiter fratrē suū atq; vxorem matremq; interfecerit post quos in omnes proximos immanitatem suam cōuerterit atq; ad vltimum per amentiam ad hystrionum opera scœnamq; peruenerit: quoniam scio esse & narratione molestum tacitus preterire melius puto. ❡ Cōuertar autē ad narrāda que ab eo aduersum iudeos gesta sunt. Minorem igitur armeniam regendam Aristobolo Hærodis filio. Regno autem Agrippæ quattuor vrbes addidit cum agris ad singulas pertinentibus: in iudea scilicet regione Abelam & Iuliadam in galilea autem Taricheam & Tyberiadam. Reliqua aūt iudeæ fœlici procurāda dedit. ❡ Hic principem latronū eleazarum qui per annos viginti regionē fuerit depdatus. Aliosq; multos cū eo cœpit vinctosq; Romam direxit. Aliosq; quos in crucem sustulit latronum. Vel incommunione sceleris deprehensorum popularium fuit pene multitudo innumerabibilis. ❡ Sic autem regione purgata: aliud genus latrocinantium in hierosolymis oriebatur (Hi autem sycarij vocabantur) die claro & in media ciuitate passim quoq; interficientes. Potissimum vero diebus solemnitate festiuis. Immiscebātur vulgo: & sicas sub veste gestantes. his diuersos quosq; interficiebāt: ac deinceps collapsis hominibus illi inter reliquos de scelere querebantur. Qua fraude extra suspitionem manebant: diuq; latuerūt. ❡ Primus igitur ab eis Ionatas pontifex interficitur. Post hunc autem plurimi quotidie cedebantur: atq; ipsis calamitatibus molestior timor ciuitatem premebat. Sicut enim in medio bello per singula momenta omnes mortem operiebantur. Circumspiciebāt autem eminus quosq; appropiātes. neq; amicis suis fidere poterant: dum tamen in medijs suspicionibus atq; custodijs nichilominus interficiebātur. Tanta erat latrocinantium temeritas: & ars quedam latendi. ❡ Ad hec autem etiam alia malorū facta collectio est. cede quidem abstinentium. sed consilijs magis impiorum. Que pars non minus q̄ sicariorum fœlicitatem vrbis statumq; corripit. Seductores quoq; homines & circūuentores sub specie religionis nouis rebus studendis vulgum insanire fecerunt. Nam egrediebantur in solitudines promittentes deū signa eis ostensurum libertatis. Contra quos fœlix (videbantur quippe semina defectionis esse) mittens equites atq; pedites armatos: magnam multitudinem interfecit. ❡ Maiore autem plaga iudeos afflixit egyptius: q̄ pseudo prophetes. Adueniens quippe in prouincam magus cū esset prophete opinionem sibi arrogans triginta ferme milia hominum congregauit. quos vana seditione deceperat & circumducens eos de solitudine in montem qui vocatur oliuarum. Inde in hierosolymam nitebatur ascendere: depulsosq; romanorum presidio in populares excere dominationē. Vtebatur autem stipatoribus qui ad id facinus conuenerant. Preuidit sane eius impetum fœlix: & occurrens cum romanis armatis quos etiam iudeorum reliqua multitudo iuuabat: inijt conflictū. Et ægyptius quidem cum paucis fugit. plurimi autem qui cum eo fuerant: comprehensi vinculis traditi sunt reliqua multitudo in regiōes proprias dispersa est. ❡ Compressis porro his etiam sicut febres in egro corpore rursus pars altera tumescebat. Vagi enim quidam & latrones collecti multis afflictionem inducebant & quasi ad libertatem vocabant mortem apertissimam comminantes his qui romanorum principatui obedire voluissent. Vt vel reluctantes auerterent eos qui ferrent spontaneam seruitutem. Dispersi ergo per totam regionem diripiebant quorumq; potentium domos eosq; insuper trucidabant Inflammabant etiā agros ita vt desperatione eorum tota iudea protinus impleretur. Et hec quidem pugna in diem grauius augebatur. ❡ Alter autem tumultus ortus est circa cesaream inter Iudeos scilicet qui ibi permixti habitabant & syrus seditione commota. Hi siquidem poscebāt vt eorū fieret ciuitas iudeum eius fuisse conditorem dicentes. Erat autem rex herodes. Emuli vero conditorem quidem confitebantur iudeum. Ipsam vero ciuitatem fuisse gentilium vindicabant. Neq; enim

Quidā afflictionem ppl'o cōminabanē his q romano principatu voluissent obedire.

Seditio circa cesareā inter syros & iudeos ꝓ equitate ciuilitatis.

A illic statuas & phana posse constitui: si ad iudeos eam conditor pertinere voluisse. Ob has ergo causas inter se populus vterq; iurgabat. Procedebat autem vsq; ad arma contentio. & quotidie audaces quiq; ad cõfligendũ partes alterutrũ prosiliebant. Neq; enim iudeorum seniores cohibere tumultus gentis suę poterant: & græcis turpissimũ videbatur iudeis inferiores videri. Prestabant autem hij quidem diuitijs & corporum iuribus. Greci vero auxilio militum. Magna siquidẽ pars Romanę manus de syria illo fuerant congregata: & quasi cognati ad auxiliandum erant parati syris. Prefecti autẽ militum curabant comprimere tumultum & pugnaces quosq; comprehendentes taureis vlciscebantur ac vinculis. Neq; tamen supplicia comprehensorum impedimentum aut reliquis timorem inferebãt immo magis hoc ipso in seditionis irritabantur augmentum. ¶ Tum demum fœlix minaci edicto pręcepit contumaces quosq; vrbe discedere. non parentium autem immissis militibus interfecit non paucos quorum etiam substantię direptæ sunt. ¶ Post hęc quoq; cum videret seditionem manere: nobiles vtriusq; partis elegit & suscepta legatione misit ad Neronem pro his que sibi competere arbitrarentur acturos. ¶ Successit autem festus: & hos qui maxime infestabant prouinciam solicite persecutus latronum plurimos comprehendit atq; interfecit. Verum successor huius albinus non eodem more negocijs prefuit. Neq; enim fuit malignitatis species quam ille preterierat. Deniq; non causis ciuilibus furabatur & diripiebat substantias singulorum. neq; solum tributorum additamentis in cõmune gentem grauabat: sed etiam quos ob latrocinia vel decuriões ciuitatum comprehẽderunt. vel qui a prioribus iudicibus in custodijs erãt relicti. accepta a cognatis eorum pecunia liberauit. & is solum qui non dedisset in carceribus quasi nocentissimus remanebat. ¶ Per idem tempus quoq; qui res renouare cupiebãt in hierosolimis crescit audacia: ex quibus sane qui erant opulenti albinum largitione redimebant. vt eis tumultum mouentibus non indignatetur. Pars autem popularis qui non satis gaudebat quiete albini: partibus iungebatur. Vnusquisq; ergo improborum cohorte propria circumdatus. Ipse quidem quasi princeps latronũ & tyrannus eminebat. stipatoribus vero suis ad direptionem mediocrum abutebatur. Ita fiebat vt hi quidem quorum vastabantur domus tacerent. Illi autem qui extra incommodum stetissent: mœtu ne similia paterentur quęrelis deterrebant. Immo & officijs ambiebant eos quos constabat dignos esse supplicijs. In commune autem omnium fuerat intercepta fiducia & erat tunc multiplex dominatio & semina captiuitatis futurę iam ab illo tempore spergebantur.

Iudei ditiores greci militũ auxilio fortiores.

Fœlix dato edicto vt cõtumaces vrbe recederẽt multos nõ parẽtiũ iterfecit postea vero nõ pacata seditiõe vtriusq; ptis nobiles misit ad neronem.

Albini iniusticia & auaricia seditiosorum creuit audacia & ipse quasi prĩceps latronũ erat.

Indigni officijs honorabant qd fuit semiatio futurę captiuitatis. &c.

¶ Cestius Florus Albini successor pessimus Albinum per sui comparationem optimum fecit videri. Iudei namq; propter eius maliciam patrias sedes relinquentes fugiebant. Cestio quoq; gallo Syrię ꝓcuratore hierosolimam veniente occurrens illi multitudo illum deprecabatur vt florum eijceret. Hic enim vt iudei a romano recederent imperio sedulo in dies augebat calamitates. Exordiũ namq; iudaici belli anno Neronis duodecimo: & Agrippe regni decimoseptimo mense Mayo sumptum est. Iudei namq; synagogã in cesarea habentes prope agrum gentilis quem volentibus emere iudeis dñs agri vendere recusauit: sed ibi tabernas edificauit quod maxima seditionis causa fuit: die namq; sabbati Cęsariensi iuxta synagogam alites imolante Iudei ira accensi maximũ fecerunt tumultũ. quem Iocundo sedare volenti Cęsariensiũ presso violentia iudei libros legis statim rapientes in Narbatha secesserunt: & eorũ primates ad Florũ in Sebastem conquerentes venerunt quos comprehẽsos iussit vinciri. Florus quoq; omnimode bellum inflãmans decem & septem talenta de sacro thesauro pro cęsare petit auferri: vnde cõmotus populus in eũ maledicta iaciebat: hic itaq; cũ exercitu veniẽs hierusalẽ (cum tñ Cęsaream pacificare debuisset) timorem cõcussit populo ei obuiam vt eius leniret impetũ: venienti quẽq; discedere precepit. Postridie vero conueniẽtibus omnibus iudeis sedens pro tribunali eos qui in eum maledicta dixerant iubet ꝓducere. Quiq; iudeis humillime veniã petentibus forũ venaliũ rerum destruere: & sibi obuios militibus iubet trucidare. Multosq; nobilium iudeorum verberibus laniatos crucifixit. Sexcenti namq; & triginta vno die in hierusalẽ per Florum sunt interempti.

Capitulum tertiumdecimum.

Cvm sane eiusmodi morum fuisset albinus: tamen succedens ei Cestius florus optimũ eum per comparationem sui fecit videri. Ille siquidem plura occulte & cum fraude nocuerat: cestius vero iniquitates suas in vniuersam gentem tam palam quasi gloriaretur exercuit: ac velut non ad regendam prouinciam sed ad penas damnatorum carnifex missus neq; rapinarum vllum morem neq; afflictionum pretermisit. In miserijs autem crudelissimus erat: in turpibus vero impudentissimus. Neq; enim quis illo amplius offendit fallacia veritatem neq; commentus est callidiores nocendi vias. Huic siquidem virium illatis dispendijs lucra querere exiguũ visum est sed totas simul dispoliabat vrbes & labes populis inferebat. non solum voce per totam regionem edicens liberum esse omnibus latrocinari: dum ipse prędarum acciperet portionem. ¶ Deniq; ob illius auari-

Cestius florus successor Albino pessimus Albinũ p cõparationẽ optimũ fecit videri.

Propter Flori maliciam iudei patrias sedes relinquentes fugiebant.

ciam contigit totam pene deseri regionem: ita vt plurimi sedes patrias relinquentes ad externas prouincias commigrarent. Donec autem in syria cestius gallus prouinciam regebat: neq; ausus quispiam iudeorum est aduersum florum ad eum mittere legatos. Cum vero instante azimorum solemnitate/ ipse hierosolymam venisset. occurrens multitudo quæ tricies centenorum milium fuit pręcabantur/ vt gentis suę calamitatibus subueniret: & pestem illam prouincię florum vt eijcerent clamitabāt. Qui tamen cum sub populi ore esset & gallo assisteret non solum nichil mouebatur Sed voces illas etiam deridebat. Cestius tamen compescens impetum populi & edicens ꝙ deinceps placatiorē eis florum redderet. egressus est antiochiam. Deduxit autem eum vsq; ad cęsaream florus eludens mendacijs & iudeorum genti bellum sedulo comminiscens: quo scilicet solo iniquitates suas occultum iri posse credebat. Pace siquidem permanēte habiturum se apud cęsarem accusatores iudeos: verum si defectionem negociatus fuisset maiore vtiq; malo abdicendam a se esse inuidiam peccatorum minorum. Igitur vt gens a romano abrumperetur imperio: sedulo in diem augebat calamitates. ¶ Per idem tēpus apud neronem cęsarienses gentiles vectores extitere: decretum istud contestantes litteras attulerūt.

D

Exordiū Iudaici belli: anno duodecimo Neronis imperij & regni Agrippę decimoseptio mēse Maio:

Perq; hoc bello iudaico dabatur exordium duodecimo scilicet anno regni neronis: septimo decimo autem regni agrippę mense maio Ad magnitudinem autem excitatorum de eo malorū nequaꝗ idoneas causas habuisse deprehenditur. ¶ In cęsarea siquidem habitantes iudei habebant synagogā ꝓpe agrum cuius erat dominus gentilis quidam cęsariensis: & frequenter quidem egerant vt ad eorum ius illa possessio iungeretur multis partibus maius pręcium ꝗ res meruerat offerentes. Dominus autem loci non solum pręces despexisse contentus: sed ad maiorē dolorem edificauit in loco tabernas ita vt angustum eis transitum & prorsus coartatum relinqueret. Primum igitur feruētiores aliqui iuuenū prosilientes edificationem vetabant. Cum vero florus hos cohibendo prohiberet: non habentes iudeorum nobiles quid agerent/ inter quos erat iohannes telones inflectunt florū oblatione octo talentorum vt edificationem vetaret. Ille autem ob accipiendum tantummodo rem/ promittens se cuncta facturum. accepta pecunia statim a cęsarea egressus est. venitq; in sebaste seditioni tribuēs facultatem: quasi qui pugnę spacium iudeorum summatibus alias primatibus vendidisset. ¶ Sequenti autem die quę apud iudeos sabbatū est/ cum plebs ad synagogam coisset. seditiosus quidam cęsariēsis vas samium ante eorum ingressus ponens. alites immolabat. Hoc factum iudeos incohercibiliter accendit. Et legem suam quippe contumeliam pertulisse. & locum ipsum dicebant fuisse pollutum. Pars autem iudeorū quę erat constantior atq; moderatior denuo iudicibus esse conquerendū rebat Seditiosi autem & iuuentute turgentes iudei effundebantur in litem. Stabant autem ad confligēdum parati etiam cęsariensium tumultuosiores: Ex consilio quippe directus fuerat qui pro synagogę foribus immolaret. Sicq; continuo est pugna commissa. Interueniens autem Iocundus qui ad prohibendum erat relictus pręfectus equitum vas illud quidem (quod fuerat positum) iussit auferri: & tumultum sedare pergebat. Cum vero superatus esset pręcęsariensium violentia: iudei statim libros legis rapientes secesserunt in Narbatha: Regio quedam eorum hoc nomine appellabatur: direpta a cęsarea stadijs sexaginta Primates autem eorum duodecim cum iohanne in sebaste ad florum venerunt. de his quę acciderant conquerentes & vt auxilio esset rogabant quāuis reuerenter & tunc eum de octo talentis ammonentes. Ille vero illico compręhensos eos vinciri iussit: arguens cur leges de cęsarea auferre ausi fuissent. Pro hoc sibi apud hierosolimitas grauissima iurgia nascebantur: verūtamen adhuc indignationem suam frenabant. ¶ Florus vero quasi ad hoc operam suam locasset vt bellum inflammaret misit ad sacrum thesaurum vt inde decem & septem talenta auferrentur: quasi eam pecuniam impensa cęsaris flagitaret. Tunc vero statim inuasit populum multa confusio: cōcurrentes ad templū maximis vocibus nomen cęsaris appellabant: vt a tyrannide flori liberarentur orantes. Quidā autem seditiosorum in florum iaciebant maledicta vltima: & canistrum circumferentes stipem eius nomine postulabant: quasi inops & miserrimus talibus indigeret auxilijs. His autem omnibus nichil est a cupiditate deterritus. Sed multomagis ad deprędandum est irritatus. ¶ Deniq; cum debuerat cęsareā veniens ignem belli illic nascentis extinguere causasq; tumultuum submouere. pro quo etiam mercedem pactus acceperat: cum tamen exercitu equitum atq; peditum hierosolimam contendit vt romanis armis ad quę volebat vteretur: ac timore & minis vrbem nudaret. Tunc populus vel lenire eius impetum volens obuiam militibus processit. cum solitis vtiq; fauoribus & Florum honorare officijs paratus. Ille vero pręmittens cum equitibus quinquaginta centurionem nomine capitonem discedere eos iussit. neq; eum in quem tam grauia maledicta iecissent. falso honore denuo deluderent. Oportere quippe eos si viri sunt fortes animoq; constantes: etiam in pręsentem effundere contumelias: nec solum eos in verbis: sed etiam in armis amorem libertatis ostendere. ¶ His dictis: exterrita multitudo simul etiam equitibus qui cum capitone venerant in medium vulgus irruentibus diffugerunt: an

E

Die sabbati (cęsariēsi iuxta Synagogā alites imolante) iudei ira accēsi maximū fecerunt tumultū/ quē iocūdo sedare volēti cęsariensiū violentia presso iudei stati legis libros rapiētes secesserūt in Narbatha & eorum primates ad florū in Sebastē venerūt cōquerentes quos cōpręhensos vinciri iussit.

F

Florus cū exercitu hierl'm venit cū tñ cęsareā debuisset pacificare tiorē pp'lo cōcutiens. Cui ppl's obuiā veniens vt eius leniret ipetū & eum re paratus honorare iubet discedere

te quã florum salutarent aut militibus officia consueta redderent. Discedentes igitur in domos cum metu atq; humilitate peruigilẽ duxere noctem. ¶ Florus autem tunc quidẽ deguit in regia: postridie vero aduersum eos extructo tribunali sublimius resedit. Conueniẽtesq; sacerdotũ principes & ciuitatis vniuersa nobilitas astiterũt tribunali. His pręcepit florus vt omnes qui maledicta in eum succlamassent ꝓtinus dederent. edicens in ipsos esse (nisi reos produxerint) vindicandum. Ad hec respondent iudei. populũ quidem pacifica queq; sentire. illis vero qui errauissent in verbis veniam cõferendam postulabant. In tantam siquidem multitudinem nichil esse mirandum offendi aliquos temerarios: & per ętatem insipicientes. Esse autem impossibile eorum qui deliquerint discrimen agitari: cum & singulos nimirum pœniteat: & per timorem sint ad negandum parati debere tamen illum si consuleret gentis quieti. & vellet romano imperio seruare vrbem magis propter multos inoxios dare veniam etiam paucis delinquẽtibus: q̃ propter paucos improbos perturbare multitudinem tantam bonorum. ¶ Ad hęc vero ille magna indignatione inflammatus: militibus exclamauit vt forum rerum venaliũ quod erat in superiore parte ciuitatis diriperent ac passim obuios trucidarent. Illi vero ad lucri sui cupiditatem addita auctoritate rectoris non solum illum diripuerũt locum in quem fuerũt immissi: sed vniuersas insilientes domos interficiebant habitatores. Fuga autem erat per angiporta omnia: & cedes eorum qui comprehendebãtur. ¶ Direptionis quoq; species nulla pręteriebatur. Multos autẽ nobilium etiam cõprehendentes adduxerũt ad Florum. quos ille verberibus laniatos: in crucem sustulit. ¶ Deniq; omnis numerus illo interfectorũ die cum paruulis & mulieribus (neq; enim vel lactentibus pepcerant) fuit sexcenti & triginta. Grauiorem autem faciebat calamitatem videri nouitas romanę calamitatis. Quod enim nemo vnq̃ prius tunc Florus ausus est: vt viros scilicet equestris ordinis pro tribunali flagellis cederet. ac patibulis affigeret. Quorum & si origo iudea: tamen Romana dignitas erat.

¶ HIC IOSEPHVS Antiquitatum libros terminauit: concludens libro & capitulo vltimis Florum causam fuisse quia iudei bellum contra romanos assumerent.

¶ Beronice Agrippę regis soror ipso absente militum videns iniquitatem missis nuncijs Florum deprecabatur: vt cessaret a cede sed neq; interfectorũ multitudine neq; pręcatricis nobilitate quieuit sed etiam aduersum reginam efferatus est. Hæc enim hierosolimam vt vocata redderet venerat mos enim est his qui pro morbo vel alijs necessitatibus implicantur orare per triginta dies anteq̃ immolent hostias abstinereq; a vino & capillos radere. Quem morem exercẽs Beronice his diebus nudipes ante tribunal stetit deprecans Florum: sed nichil obtinuit. Clamantẽ autem contra Florum populum primates iudeorum pacificauerunt. Sicq; multitudine sedata Florus dolose cõuocatis iudeorum nobilibus petit vt populus obuiam procedat militibus de cęsarea venientibus. Mandatq; Florus militibus non salutare iudeos obuiantes: sed in eos si quippiam petulanter fuerint locuti, vti armis. Sacerdotes autem & leuitę sacra vasa proferentes populum precabantur vt templi custodirent honorem: neq; romanos contumelijs incitarent. Populus itaq; sacerdotum hortatu obuiam militibus veniens eos salutat/ quibus nichil respondentibus seditiosisq; quibusdam iudeis contra Florum succlamantibus maxima est facta iudeorum cedes.

¶ Capitulum quartumdecimum.

DEfridem tempus rex quidem Agrippa Alexandriam erat profectus vt Alexandrum qui ægyptum procurabat missus a Nerone: iure hospitis conueniret. Germanam autem suam Beronicem hierosolymis inuentam & iniquitatem militum videntem grauis pro hoc angor inuaserat: & frequẽter quidem pręfectos equitum suorum custodesq; corporis mittens ad florum: precabatur vt a cede desineret. Ille vero neq; in multitudinem interfectorum neq; in nobilitatem precatricis sed tantum in lucra sua quę de rapinis congregarentur aspiciens contempsit annuere: impetus autem militum etiam aduersum reigam efferatus est. Non solum quippe sub oculis eius obuios quosq; mulctabant atq; trucidabant. sed etiam ipsam nisi confugisset in aulam interfecissent. Ibi autem peruigilem noctem cum intenta custodia egit: verens vtiq; irruptionem militum. Venerat autem hierosolimam. vt vota deo solueret. ¶ His enim qui morbo vel alijs necessitatibus implicantur. mos est orare per triginta dies anteq̃ immolent hostias: abstinere quoq; vino & capillos radere. Quem morem beronice regina illis exercens diebus nudipes etiam ante tribunal stetit deprecans florum & pręter ꝙ nullo honori habita est & etiam de vita sua periclitata est. Hec autẽ facta sunt sextodecimo die mensis maij. ¶ Postridie autem conueniens multitudo in forũ quod erat in superiore parte ciuitatis/ confluens magnis clamoribus de his qui interfecti fuerant/ querebantur. Potissimum autem inuidiose in florum voces erant. Quod veriti primates quoq; & pontifices/ diruptis vestibus/ & viritim singulos comprehendentes postulabant vt ab his verbis quorum causa mala

re sed & minis fugere coactus est & noctẽ duxit ppl'i multitudo puigilem. Petũt iudei veniam. &c.

Florus militibus forum venaliũ rerũ diripere ac obuios trucidare iubet.

Sexcẽti & triginta vno die ꝑ florum in hierusalẽ occisi.

Additio.

Agrippa rege absente beronice eius soror militũ vidẽs iniqtatẽ flori missis nũcijs precabat vt a cede cessaret.

Mos iudeorum pro necessitatibus orare ꝑ triginta dies.

Clamãtẽ ppl'm cõtra florũ pacificãt primates iudeoꝝ. &c.

Florus dolose cõuocatis iudeorum nobilibus petit vt ppl's obuiam pcedat militibus de Cesarea veniẽtibus. &c.

illa pertulerant) desinerent: neq; in maiorem indignationem florum mouerent Sicq; sedata est multitudo tam reuerentia precantium q̃ spe q͛ nequaq̃ in eos vltra florus seuiret. ¶ Ille autem videns tumultum fuisse compressum angebatur: & denuo eum inflammare cupiens: pontifices cum nobilibus aduocauit. itaq; vnum ait argumentum fore. quod nichil vlterius de nouandis rebus populus cogitaret si obuiam procederet militibus de cesarea venientibus. Veniebant autem due cohortes. Qui cũ conuocassent populum ad occurrendum mandat florus centurionibus vt nullam salutationem redderent obuiantibus iudeis Ad quod si offensi petulanter quidpiam essent locuti: statim in eos vterẽtur armis. Pontifices collectam multitudinem in templo precabantur vt occurrerent romanis: & ante graue incommodum cohortes solemniter salutarent. His hortationibus seditiosi quiq; abnuebant: & ob interfectorum dolorem reliqua multitudo iungebatur audacibus. ¶ Tunc vero & omnes sacerdotes omnesq; leuite sacra vasa proferentes ornatumq; templi cytariste etiam & cantores cum musicis organis procedebant ante multitudinem & obnixissime precabantur vt illum templi honorẽ custoditum esse vellent: neq; ad direptionem vasorum sacrorum romanos contumelijs incitarent. Erat autem videre ipsos sacerdotum principes sparsis cinere capitibus & pectora diruptis vestibus nuda monstrãtes nominatim singulos quosq; nobilium compellere: ac denuo in commune multitudinem precari: ne ob modicum peccatum patriam suam pderent his qui direptioni eius inhiarent. Quam enim vtilitatem vel militibus esse de iudeorum salutatione tribuendam. vel illis que acciderant correptionem: si in presenti prodere cessarent At contra si officiose susciperent solẽniterq; venientes auferri floro occasionem pugne. ipsos vero saluare patriam suam: ac prouidere ne quid vltra quam pertulerant experirentur. His addunt quoniam paucis seditiosis si tanta multitudo iũgatur. quo magis ad pacificum consilium suam debuerant auctoritatem transferre. ¶ Tali hortatu multitudinem inflectentes. etiam ipsos seditionis auctores quosdam quidem minis. quosdam autem sui reuerentia mitigarunt. ac deinceps precedẽtes cum quiete omni populo sequente militibus obuiã prodierũt iamq; cominus factus salutauerunt. Illis autem nichil respondentibus: seditiosi iudeorum aduersum florum cuius hec fierent consilijs succlamauerunt Confestimq; milites comprehendentes eos cedere fustibus adorsi sunt: atq; in fugam versos persequentes equites perculcabant. Corruebant autem multi quidem cum a romanis cederentur: plures autem cum se mutuo propellerent. In ipsis autem portis grauis facta compressio est: & vno quoq; preuenire alterum cupiente tardior fuga cunctis fiebat: collabentium vero erat durus interitus. Suffocato enim conflatu miseri disperibant. & neq; ad sepulturã quanq̃ proximis suis cognoscendus remanebat. Irruebant autem pariter milites imoderate eos quos comprehendissent cedentes & per ingressum qui Bezetham vocatur detrudebant multitudinem trãsire cupientes: vt antoniam & templum obtinerent. Quos etiam florus cõsecutus eduxit de regia eos qui secũ erant: & in arcem transire nitebatur. Frustratus tamen est eius impetus.

Sacerdotes & leuite sacra vasa pferẽtes ppl'm p̃cabãtur vt tẽpli custodirent honorẽ neq; romanos icitarẽt. &c.

Sacerdotũ hortatu ppl's obuiã veniẽs militibus eos salutat qbus nihil rñdẽtibus: seditiosisq; iudeorũ cõtra florũ succlamantibus maxima facta ẽ iudeorũ cedes.

¶ Florus (Iudeis romanos saxis per tecta obruentibus) ab vrbe hierosolima recedens relicto ibi presidio venit Cesaream. Qui impudenti mẽdacio Iudeos apud Cestium Gallum accusauit quibus & Beronice excusantibus & que facta fuerant referentibus Gallus Nepolitanum tribunum pro inquirenda veritate ad Iudeam misit: & ipse Agrippe circa Iamniam occurrens/ad quem etiam iudeorum principes Flori inhumanitatem conuenerunt causas itineris indicat Agrippas autem licet Florum increparet inuectionem suam in iudeos quorum maxime miserebatur volens eorum frenare motus transtulit Populus vero Agrippe & Neapolitano cum lachrymis venienies hos vt genti consulerent deprecabãtur. Neapolitanus itaq; Agrippe suasu ciuitatem ingreditur qui populi iudeorum cõuersationem & mãsuetudinem cognoscens redijt ad Cestium. vulgus vero regem precabatur aduersus Florum legatos mittere ad Neronem: quod Agrippa prudenter Florum accusare imperatori inuidiosum putauit. despicere vero Iudeos in bello commotos non expedire cernebat. Igitur aduocata concione Agrippa in isto presente Beronice sorore in domo Asamoneorũ orationem habuit.

Capitulum quintumdecimum.

Iudei contra romanos saxis p tecta obruebãt.

Conuersus quippe aduersum eos populus repugnauit: & per tecta euadentes obruebant saxis romanos. Qui cum superne sagittis venientibus vincerẽtur nec possent defendere multitudinem que per angustos artabatur ingressus ad reliquum se exercitum qui erat in regia receperunt ¶ Seditiosi autem verentes ne superueniens denuo Florus templum occuparet per antoniam ex templo ascendentes porticus a templo per Antoniam continentes interciderunt: quatenus auariciam flori desperatione compescerẽt. Nam cum diuinis inhiaret thesauris proq; hoc in antoniam transgredi niteretur. vbi intercisas porticus vidit: ab impetu quieuit. Et cõuocans sacerdotum principes atq; curiam. se quidem ait vrbe digredi: presidium tamen apud eos relinquere quantũ ipsi voluissent. Ad hec illis respõdentibus nichil nouandum fore si vnam tantum relinqueret

Florus ab vrbe hierosolima recedẽs relicto ibi p̃sidio venit cesaream.

apud eos cohortem. dum non illam (quę cum ciuibus paulo ante confluxerit) ob ea siquidem quæ pertulerunt populum illis militibus infestum esse cohorte sicut pręcabantur mutata: cum reliqua manu cęsaream regressus est. ¶ Aliud autem denuo pugnę consilium comminiscens retulit ad Cestium & iudeos defectionis comminatus est impudenti mendacio illos perpetrasse dicens quęcũq; eos pertulisse constabat: nec sane principes hierosolimorum quę gesta fuerãt tacuerunt. Sed & ipsi & beronice ad cestium de his quę in vrbe egerant retulerunt. Ille autem susceptis litteris partis vtriusq; qd facto opus esset cum principibus deliberabat. Et quibusdam quidem videbat̃ cum exercitu in iudeam debere cestium ire. & aut vindicare defectionem (si fuerit admissa) aut magis fidos redderet iudeos. eorumq; accolas. Ipsi tamen magis placuit aliquem de suis pręire: qui & negocia & consilia iudeorum posset ei fideliter nunciare. ¶ Direxit ergo tribunum neapolitanũ. Qui ab alexandria reuertẽti agrippę circa Iamniam occurrẽs. vel a quo fuisset directus / vel quas ob causas indicat. ¶ Quoq; loci etiam iudeorum pontifices & reliqui quiq; nobiles eorumq; curia adesse curauerant: vt scilicet circa regem officia nouarent. Postea vero q̃ illum congrua humanitate coluerunt. conquesti sunt q̃ potuerunt flebiliter de calamitatibus ꝓprijs. & inhumanitatum explicauerunt flori. ¶ Quam licet argueret agrippas. tamen vt ducis auctoritati competebat inuectionem suam in iudeos transtulit. quorum maxime miserabatur. volens scilicet eorum frenare motus vt per hoc ipsum q̃ viderent̃ nichil iniurię perpessi. ab vltionis desinerent appetitu: Ad hęc ergo quicũq; egregij erant. & ꝓpter sua prędia desiderabant quietem. intelligebãt regis redargutionem esse plenam benignitatis Populus autem hierosolimorum sexaginta stadijs obuius ꝓgressus: officiose agrippam & neapolitanum suscepit. Lamentabant̃ tñ interfectos cõiuges mulieres Quarum plãgoribus reliquus quoq; populus ad lamẽta cõuersus p̃cabat̃ Agrippã vt genti consuleret. ¶ Succlamabant etiã neapolitano vt ingrederet̃ vrbem: videretq; quæ essent a floro gesta. Et ita ostendebant forum quidem desertum domosq; vastatas. Deinceps vero p Agrippam suaserunt Neapolitano. vt is cum vno tantum famulo vsq; ad syloam totam circuiret ciuitatem: quatenus ipsis cognosceret oculis: iudeos quidẽ omnibus alijs parere romanis: soli autem Floro aduersari propter magnitudinẽ in eos crudelitatis. ¶ Ille igitur cum circuisset vrbẽ: & mansuetudinis populi sufficiens documentum teneret: ascendit in tẽplum: quo etiam multitudinem conuocauit Et cum plurimis verbis fidem eorum circa romanos collaudasset multa etiam ad conuersationem patris hortatus. adorauit deum eiusq; sancta in eo tamen consistens in quo licebat: per religionem loco. Sicq; ad cestium regressus est. ¶ Vulgus autem iudeorum ad regem pontificesq; conuersus petebat vt legati aduersum florum ad Neronem mitterentur neq; de tanta cede tacentes suspitionem suę defectionis p̃berent. Visum iri quippe eos principes capiendorum armorum fuisse: nisi p̃uenientes ostẽdissent illum esse qui dedisset exordium. Constabat autem non esse multitudinem quieturam si legationem aliquis impedisset. Ad hæc agrippa ordinari quidem legatos qui florum accusarent inuidiosum putabat: despicere autem iudeos in bello commotos neq; sibi expedire cernebat. Aduocata igit̃ concione Agrippa in Xystum & suggestum constituens germanam suam Beronicem in Asamoneorũ domo (ea siquidem Xysto imminebat contra superiorem partem vrbis nam Xysto templum erat põte coniunctum) eiusmodi orationem habuit.

Florus iudeos ĩpudẽti mendacio accusat apd̃ cestiũ gallũ sed ipsi & beronice seipos excusantes quæ facta sunt retulerũt. Cestius neapolitanũ tribunũ ꝓ inquirẽda veritate ad iudeã misit & ip̃e Agrippæ occurrẽs (ad quẽ etiã iudeorũ principes flori inhũanitatẽ explicãtes cõuenerũt. Ppl's Agrippæ & neapolitano obuiã cũ lachrimis venientes (vt gẽti cõsuleret) dep̃cabat̃. Neapolitanus ppl'i iudeorum cõuersationẽ & mansuetudinẽ cognoscens redijt ad Cestiũ. Prudẽtia agrippę.

¶ Oratio regis Agrippę populũ iudeoꝝ ad quietem pacientiã & pacem adhortantis: hic enim orationem diuidens / exiguam belli materiã ostendit: colendamq; potestatem / & non exasperandam amonet. Nihil enim (inquit) ita plagas coherceet sicut pacientia quę pudorem indicit violantibus. Morum enim bellum difficile sine magnis calamitatibus sustinere & amouere. Qui vero semel subictus est: & deinceps deficit contumax seruus magis q̃ libertatis amator appellat̃. Eos ergo romanis parere hortat̃ / quia eorum parentes & reges pecunia / corporibus & animis meliores primi paruerunt. Exempla etiam adducit / quia etiam fortissimi populi romanis sunt subditi. Atheniẽses (qui Xerxen superauerunt) seruiunt Romanis. Lacedemonij / Macedones / Britannia in accessibilis Romanis est subiugata / quingẽtę asię ciuitates / Henyochi / Colchi / Taurorum gentes / Bosphorani / Meothicę gentes / Bythinia / Capadocia / Pamphilia / Lidia / Traces / Illirij / Dalmatę / Galli (quos natura multis cinxit munimentis Alpibus & Occeano quiq; octoginta annis pugnauerunt) facti sunt tributarij Romanis qui plura fortuna q̃ bellis obtinuerunt. Hiberos aurum apud eos nascens a romanorum seruitute non potuit liberare / Lusitani / Armenia / & vltra Hęrculis columnas arma protulerunt romani. Pitenosq; mõ ter suę victori subiugarũt / Germani fortes (quoꝝ Rhenus terminus est) Romanis subditi sunt / Britanni quorum quorum Occeanus murus est / Parthi etiã bellicosissimi obsides mittũt romanis Oẽs autẽ sub sole colẽtes romanorũ venerant̃ arma Carthago insuper sub scipione corruit / Cyrenei / Marmoride / Syrtes terribiles / Nasamones / Mauri / Numide / Aethiopes / Romanorũ victi fuerũt armis. Agrippa insup̃ medicina. Exẽpla iudeis de romanorũ potẽtia adducẽs. ęgyptũ scilicet cũ vicinis ꝓuincijs quorũ termi-

nos incōmeabiles & munitiones ponit)mouet insuper Agrippa iudeos a bello desistere quia nullum cōtra romanos habebunt auxiliū:bellū quoq; gerere iudeorū religioni ꝓbat esse contrariū futurā quo super omnes iudeos in quacūq; manentes ciuitate prędixit calamitatem: miseratione quoq; ciuitatis templi/ & sanctorum pręponit:sicq; orationem cum lachrimis pręsente sorore terminauit. Iudeis vero respondentibus ꝙ nō aduersus romanos sed aduersus Florum bella vellent mouere. Agrippa inquit opera vestra talia sunt qualia aduersum:Romanos pugnantium:mouetq; eos porticus reparare cōbustas/ & negata prius soluere tributa:cui acquieuerunt. ¶ Capitulum sextumdecimum.

Oro Agrippæ regis ppl'm iudeorū ad quiętem & paciētiā adhortātis notanda.

SI quidem non viderem vos omnes ad pugnandū cum romanis esse incitatos neq; populi puriorē sincerissimamq; partē pacē velle seruare. neq; processisse ad vos neq; cōsulere cōfisus essem. Superuacua quippe de vtilibus oratio est quādo omniū habitatorū cōspirat ad deteriora consensus. Qm̄ vero aliquos quidem ętas malorum belli nescios facit quosdam vero inconsiderata spes libertatis. nōnullos vero auaricia succendit: & in confusione rerum capiendū de inferioribus lucrum quemadmodū ipsi ab hoc corrigant errore & non per paucorum improba cōsilia etiam boni desipiant existimaui oportere vt omnibus vobis in vnum coactis ea exponerem quę arbitror expedire. Perstrepat autē nemo: si non ea audierit quę ipsius fert libido His siquidē qui sunt ad defectionem irreuocabiliter incitati: licebit etiam post meos monitus in pristina manere voluntate. Mea autē etiam ad illos(qui audire cupiunt)intercipieť oratio: nisi ab omnibus vobis silentiū prębeatur. Noui quidem qm̄ multi & iniurias procurantium ꝓuincias & pręconia libertatis quasi tragice ꝓsequantur. Ego autem priusq̄ discutiam qui sitis & cōtra quos pugnam suscipere tentetis. primum separabo causas quas connexas putatis. Si enim violatores vestros cupitis vlcisci: cur libertatem magna laude sustulitis? Si vero istud ipsum seruire intolerabile ducitis superflua est aduersum rectores querela. Et illis siquidē vel moderatissime agentibus nichilominus erit turpe seruire. ¶ Considerate autem singillatim: & videte q̄ exigua sit materia bellorum. Et primum quidem ipsa rectorum considerand sunt crimina. Colere siquidem officijs: non exasperare oportet iurgijs potestatem. Cum vero modicorum peccatorum exprobrationes maximas facitis: aduersum vos profecto eos quibus insertis contumelias irritatis. Relinquentes quippe & quod antea clanculo & cum quadam verecundia nocebant palam vno confidenterq; populabuntur. Nichil autem ita plagas cohercet vt pacientia: & violatorum quies violantibus indicit pudorem. Facit autem eos(qui a romanis in prouincias diriguuntur) esse grauiter molestos. Non tamen etiam romani omnes violant vos neq; ipse cæsar(aduersus quem pugnare vultis)Neq; ex pręcepto illorum improbus ad vos quisq̄ venit neq; possunt illi(quę in oriente gerunt... r)positi in occidente conspicere. Sed neq; facile ea(quę hic fiunt) illic audiuntur. Est autē importunissimū: & propter exiguas causas cum tantis. & ea(de quibus quęrimur)nesciētibus velle cōfligere. Equidē nostrorum criminum cito erit futura correctio. Neq; enim vnus idem prouincię semper curam tenebit. & successores eius credibile est modestiores futuros: Motum autem bellum semel neq; deponere facile est absq; magnis calamitatibus: neq; sustinere Libertatis vero dona scientibus: prouidendum atq; certandum est vt principio ea non careāt. Molesta est enim nouitas seruitutis: quam(ne vtiq; subeas)iustum suscipi certamen videť. Qui vero semel subiectus est & deinceps defici contumax magis seruus q̄ amator libertatis ostenditur. Tunc igitur oportuit omnia agere ne susciperentur romani cū in prouinciam Pompeius intraret. Maiores vero vestri eorumq; reges pecunia corporibus animis multum vobis meliores Exigue parti virtutis romanę obsistere nequiuerunt. Vos autem qui hęreditariam obedientiam suscepistis rebus autē omnibus ab illis qui primi paruerunt q̄ longissime inferiores estis & contra omne romanū regnum obsistere posse arbitramini. ¶ Et atheniēses quidem(qui ob gręcorum libertatē quondā patriam suam ignibus tradiderūt) qui superbissimum illum Xerxen per terram nauigantem per mare vero ambulantē: & cuius classem non caperet amplitudo pelagi: latiorem autem Europa exercitū duceret(hunc inquā cum vna naui fugientem gloriosissime persecuti sunt. Circa paruam autem salaminam qui tantas opes asię confregere)nunc tamen seruiunt romanis: & illam regiam gręcię ciuitatem amministrant Italię iussiones. ¶ Lacedemonij quoq; post Termophylas & Plateas & Egysilaum asiam perscrutatum eosdē dn̄os venerantur. ¶ Macedones vero qui adhuc pœne imaginantur libertatem Philippum viderunt cum Alexandro promittentem sibi orbis impium ferunt tamen reꝝ mutationē: & adorāt eos ad quos fortuna migrauit. ¶ Alię quoq; gentes mille multo maiore libertatem fiducia subnixe: cesserūt tamen & obediunt. Vos autem soli seruire dedignamini his quibus videtis vniuersa esse subiecta. Cui militię? quibus confidentes armis? Vbi est classis vestra quę puagetur romanoꝝ maria? Vbi autem(qui expēsis possint sufficere)thesauri? Cōtra ęgyptios forte aut arabas existimatis vos bellum mouere? Non circumspicitis romanoꝝ imperium? Non metimini vestram etiam ciuitatem a cōterminis gentibus frequēter esse superatam?

Nota.

Orōnis ordo & diuisio.

Exigua belloꝝ materia.

Colēda ptās & nō exasperāda

Paciētia plagas cohercet & pudorē indicit violētibus.

Motū bellū difficile ē sine magnis calamitatibus deponere &c.

Inducit iudeos parere romāis qa parentes eorū primi paruerunt.

Exēpla adducit Agrippa ꝙ etiā fortissimi ppl'i subditi sūt romanis.

Lacedemonij subditi rōanis.

Macedones.

Illorum autem virtus per totum orbem inuicta percurrit. immo etiã hoc orbe plus aliquid quęsierunt Neq; enim sufficit eis ad orientem quidem totus eufrates: ad septemtrionem vero Ister: neq; in meridietenus solitudine libię perscrutata: ne in occidentem gadyra alias Gades sed vltra occeanum alium quęsierunt orbem: & vsq; ad britannias inaccessas prius arma & exercitum transtulerunt. Quid ergo? Vos ne ditiores gallis? Fortiores germanis? prudentiores grecis? Postremo plures estis omnibus in toto orbe degentibus? Quę vos fiducia aduersum romanos erigit? Sed dicit aliquis. Seruire molestissimum est. At quantomagis grecis qui vniuersis sub sole habitantibus videbantur nobilitate pręstare & tam latam quondam prouinciam possidentes. nunc bis ternis fascibus romanorum obediũt. Paribus autem macedones obsequuntur: qui certe multo vobis iustius deberent libertatem tueri. Quid autem quingentę asię ciuitates? Nunquid non absq; vllo pręsidio vni tantũmodo rectori parent? & fascibus cõsulis obsecuntur? Quid antem pergam enumerare henyochos & colchos & taurorũ gẽtem bosphoranos quoq; & habitantes circa ponti littora nationes? meothicasq; gentes apud quas nimirum olim neq; domesticus aliquis dñs nascebatur. Nunc vero militum subijciuntur tantũ tribus milibus: & quadraginta naues longe innauigabile prius mare in pace custodiunt. Quanta autem bitbynia / & capadocia / & pamphiliorũ genus Lydi quoq; & Cilites pro libertate dicere valerent. Tamen nunc sine armis tributa pendunt. Quid autẽ traces quinq; diebus quidem in latum: septem autẽ in longum cõmeabilem prouinciam possidentes asperioreq; multo q̃ vestra est. ac multis partibus fortiorẽ. altissimoq; gelu eos qui irruerent retardantẽ. Duobus milibus romanorum in pręsidio manẽtibus obsecuntur. Post hos illirij vsq; ad dalmatiã & histriotenus incolentes. duabus tantũ legionibus obediunt. cũ quibus & ipsi impetus compescunt dacorũ. Ipsi quoq; dalmatę qui iam multa pro libertate conati sũt. sæpiusq; capti rursum cum maioribus opibus rebellarũt: nunc sub vna romanorũ legione agunt quietem. Verumtamen si aliquos magnę causę ad defectionẽ incitare deberẽt: gallos potissimũ oporteret assurgere quos videlicet tantis munimẽtis natura cinxisset; ab orientali plaga alpiũ montibus: ab occidẽte vero occeano. Sed tali munitione gaudentes. trecentis & quindecim gentibus numerosi fontes autem vt ita dixerim fœlicitatis domesticę habentes oibusq; bonis totum pœne orbẽ irrigantes: ferunt nichilominus vectigales esse romanorũ ac fœlicitatẽ suam in eorũ fœlicitate reponere: idq; sane ipsum nõ per aiorum mollicies nec propter ignobilitatem parentũ quippe qui octoginta ãnos pro libertate pugnauerunt. Sed romanorũ ammirati sunt. Horruerũtq; cum virtute fortunã qua illi plura sepe obtinuere q̃ bellis. Deniq; sub mille & ducẽtis militibus seruiunt: a quibus pene plures habuerant ciuitates Neq; hiberis nascens in agris. aurum ad gerenda pro libertate bella suffecit: neq; tantũ per terrarum marisq; spacia romanis diremptę gentes lusitani scilicet cantabrorũ armenia nec vicinus occeanus etiam accolis suis fragore terribilis satis fuit viucentibus romanis. Sed vltra columnas herculis protulerunt & ipsas nubes pitenorum montium egressi vertices ditioni suę subdiderũt romani. Atq; ita pugnacibus gentibus tantoq; vt dixi spacio direptis: legio in pręsidio vna satis est. Quis vestrum non audiuit multitudinem germanarum. Virtutem quoq; & magnitudines corporum vt arbitror sepe vidistis. Siquidẽ vbiq; romani earum gentiũ captiuos habent. Sed illi quidem ita ingentem spacijs regionem incolentes. spiritus autem maiores corporibus gerẽtes: & animam quidem contemtricem mortis: indignationes autem vehementiores feris: nuc autem limitem rhenum habẽt & octo romanorum legionibus domantur & seruiunt quidem qui capti sunt: reliqua autem gens eorum vniuersa salutem in fuga non in armis reponit. Considerate autem etiam britannorum muros. qui hierosolimorum confiditis muris. Illud siquidem circumdatur occeano: & pene non minor q̃ noster orbis est. habitantes romani nauigantes redegerunt indicionem suam: quatuorq; legiones tantę multitudinis insulam tuentur. Et quid opus est plura dicere: quando etiam parthi bellicosissimũ genus tantis prius populis imperantes. etiã magnis opibus circumdati obsides tamen mittunt romanis. Estq; cernere sub specie pacis seruiẽtem in italia pręcipuam orientis nobilitatem. Vniuersis pene qui sub sole incolunt romanorum arma venerantibus vos soli bellum geretis. Neq; cartaginensium considerabitis finem qui magno illo hannibale gloriantes & nobilitate phœnicum stirpe venientes tamen sub Scipionis dextera corruerũt. Sed neq; Cyrenei lacedemone oriundi. neq; Marmoridarum genus vsq; ad dapsidem protẽtum neq; terribiles etiam audientibus Syrtes Nasamones quoq; & Mauri & innumerabilis multitudo Numidarum illias Nomadũ virtutes ipediere romanas: sed tertiam partẽ orbis terrarũ cuius neq; numerare quidẽ nationes facile est quę scilicet ab athlantico mari & columnis herculis vsq; ad rubrum mare infinitas numero & locis ęthiopes cõtinet. totam tamen susceperit armis: & pręter fruges annuas quibus romanam multitudinem octo mensibus pascũt alia quoq; vectigalia pendunt expensas quoq; deuotissimi imperio ministrant: nichil de his quę iubentur sicut vos contumeliosum putantes. Vna quidem illis tantum legio commoratur. ¶ Sed quid opus est longe petitis exemplis potentiam explicare Roma-

Romanorũ virtus iuicta per orbẽ percurri. &c.
Britannia romanis subiugata.

Quingentę asię ciuitates romanis subditę.
Meothicę gẽtes quõdã sine dño
Bithynia.
Capadocia.
Pamphilia.
Lydia.
Illirij.

Dalmatę.
Galli quos natura multis cinxit munimentis romanis tributarij octoginta tamẽ ãnis pugnauerũt
¶ Romani plura fortuna q̃ bellis obtinuerunt.
Hybericũ aurũ.
Lusitani.
Piteni montes.
Germani fortes spiritus maiores corporibus habentes romanis subditi.
Rhenus fluuius terminus germanorum.
Britãnorum muri occeanus.
Parthi bellicosissimi obsides mittunt romanis.
Carthaginensiũ finis sub scipiõe
Cyrenei.
Marmoride.
Syrtes terribiles
¶ Nasamones
Mauri. Nmaodes siue Numide. Aethiopes.

nam? cum eam possitis de vicina vobis egypto diligenter inspicere. Hec autem cum vsq; ad ethiopes porrigatur opulentamq; arabiam. contigua quoq; sit: In die quinquaginta & septingěties alias septin genta centena milia incolarum habens preter alexandrinorum plebem tamen vectigalia quorum ma gnitudinem de censu singulorum capitum estimari licet deuotissime penditans romanorum non de dignatur imperium. Et certe q̄ magnum stimulum defectionis habens alexandriam scilicet multitudi ne diuitijs & abundantem: magnitudine quoq; non imparem Habet siquidem in longitudine stadia triginta: in latitudine non minus q̄ decem Tributorum vero multo amplius per měses singulos infert: q̄ vos toto anno penditis: & preter pecuniam quatuor mensium romane plebi aunonā amministrant Munitur autem vndiq; aut incommeabili solitudine: aut importuoso mari/aut fluminibus/aut siluosis paludibus. Quorum tamen omnium nichil romana fortuna fortius fuit. Due autem legiones ciuita ti insidentes: profundam ægyptum cum illa nobilitate macedonum frenant. Quos igitur in bella de solitudinibus aliquibus socios assumetis. Si quidem omnes qui in orbe habitabili degunt romani sunt: nisi forte quis vestrum spes suas vltra eufraten porriget & adiabenorum regionem gentiles suos esti mat adiutores. Porro illi nec propter irrationabilem causam tanto se bello implicabūt: nec si tam pro broso operi assensum darent: parthus tamen fineret. Est siquidem ei cura tuende cum romanis amici tie: & arbitrabitur fœdus esse temeratum: si qui de his qui subiecti sunt eius imperio aduersum roma nos in bella procedant. Superest igitur vt ad diuinum confugiatur auxilium. Verum & hoc apud Ro manos est. Sine deo quippe impossibile esset imperium tale consistere. ¶ Considerate autem quem admodum hec ipsa erga religionem immoderatio etiam si cum longe inferioribus bellum geratis: ta men ad dispensandum vobis sit difficillima: atq; eadem transgrediendo offendatis deū per que eum auxiliaturū putatis. Si enim sabbatorum consuetudine & ad nullum actū moueamini: facile profecto capiemini. Sic quippe maiores vestri experti sunt hos dies maxime pōpeio ad bellum destinante: in quibus scilicet hij qui oppugnabātur ocia gerebant. Trāsgredientes autē in bello legem patriā: nescio propter quid in reliquū dimicetis. Vna siquidē nūc nobis intētio est ne quid de patria institutione sol uatur. Quemadmodū autem aduocabitis adiutoriū dn̄m si cultū ei debitū sponte violetis. Assumunt autē quiq; bellū: vel diuitie virtuti. vel humanis operibus cōfidentes. Cum vero vtraq; hec quantū ad ipsam pertinet consequentiam deseruntur in manifestam vtiq; captiuitatem volentes pugnare prosi liunt. Quid autē prohibet proprijs manibus filios vestros cōiugesq; laniare: & hanc pulcherrimā inflā mare patriam. Erumpentes siquidem in errorem: lucrabimini vel ignominiam superatorū. Bonū est (o amici) bonum est cum adhuc stat nauis in portu precauere tempestatem futuram: & non eo tempore quo in medias irrueris procellas trepidare. Hi siquidem qui improuisa mala inciderint: superest vt vel digni miseratione videantur. Qui vero se in apertum discrimen iniecerit etiam exprobrationibus oneretur: nisi forte aliquis vestrum estimet secundum pacta conflictum ire. Romanos autem postq̄ vi cerint mediocriter vobiscum acturos: & non exemplo aliarum gentium sacram hanc vrbem inflāma turos: interfecturos autem vniuersum vestrum genus. Neq; enim qui superfueritis armis vsq̄ locū fuge habebitis: vniuersis scilicet gentibus vel iam habentibus romanos dominos vel habere metuentibus. Periculum autem non in vos solum manebit. Sed etiam in reliquis ciuitatibus habitantes iudeos. Ne q; enim est in toto orbe populus in quo non vestra sit portio. Quos certe omnes (vobis rebellantibus) cede crudelissima diuersi quoq; conficient & propter paucorum virorum parua consilia vniuerse vr bes iudaico sanguine redundabunt: manet autem venia eos qui talia putauerunt alias patrauerunt q̄ sint nimirum vestro vicio congregati. Si vero eadem exequi supersederint cōsiderate q̄ impium sit ad uersum tam benignos arma mouisse. ¶ Subeat autem vos miseratio: & si non filiorum vestrorum atq; coniugum: saltem istius ciuitatis que mater vrbium vr̄a regionis vocatur. parcite mœnibus sacris par cite venerabilibus aditis: templumq; vobis & sancta sanctorū seruate. Neq; enim vlterius victores Ro mani his abstinebunt: quibus primo parcentes nullam receperunt gratiam. Protestor autem ego qui dem sancta vestra sacrosq; angelos dei. patriamq; communem: quoniam nichil eorum consiliorū que vobis videret expedire subtraxerim. Vos autem decernentes que oportet mecum in pace degetis. Si vero protuleritis iras: absq; me periculis subdemini. His dictis astante etiā sorore lachrimauit: & mul tam de eorum impetu lachrimis infregit. ¶ Succlamabant autem non se aduersum romanos: sed ad uersum florum ob ea que pertulissent pugnam gerere. Ad quos rex agrippa. sed opera (inquit) vestra talia sunt: qualia aduersum romanos pugnantium: Neq; enim Cæsari vectigal dedistis & antonianas porticus incendistis. Sopietis autem causam defectionis si & porticus denuo cōstruatis & tributa red dere maturetis. Neq; enim flori hoc presidium est. aut pecuniam floro dabitis. His consultis populus acquieuit. & cum rege & beronice ascendentes in tēplū porticus edificare adorsi sunt. Per vicos autē & regiones principes quinq; decurionesq; dispersi vectigal colligebant celeriterq; .xl. talenta tantum

Exempla iudeis vicina de potentia Romanorum egyptus romanis tributaria cum vicinis prouincijs. &c.

Aegipti termini & munitiones.

Nullus cōtra romāos iudeis dabit auxilium.

Q̄ bellum gerere sit cōtra iudeorū religionē ergo magis cōtra christianorum professionem. Notanda sentētia contra xp̄ianos principes q̄ contra seuicem bella gerunt.

Predixit futurā calamitatem super om̄s iudeos in quacunq; manētes citate. &c.

Miseratione filiorū & citatis tēpli & sanctoru3 rex agrippa monet iudeos a bello desistere.

Agrippa astāte sorore orationē cum lachrymis terminauit.

Agrippa mouet iudeos porticus cōstruere & tributa reddere cesari cui acquieuerunt.

enim reliquū erat redacta sunt. Et belli quidem imminentis minas eo tunc agrippas more cōpescunt.

¶ Agrippam populum Floro obedire monentem multitudo accensa eum affecerunt contumelijs vrbe eijcientes: in eum etiam nonnullis saxa iacientibus: ipse discessit in regnum. Seditiosi quoq; iudei quidem in Massada castellum irruentes omnes Romanos interfecerunt. Eleazarus quoq; militū dux prohibet ne munus aut hostia a romanis suscipiatur: hostięq; cęsaris reiectę sunt. Seditiosos vero de temeritate & oblationum refutatione nobiles & potentes ante portā auream redarguerunt qui seditionem pacificare non valentes ad Florum legatos mittunt/ & Agrippam vt cum exercitu venientes seditiosos opprimerent. Agrippas autem Floro vt bellum inflammaret nichil respondente populo mittit auxilium.

Capitulum septimumdecimum.

Agrippā populū obedire Floro mouētē multitudo accēsa cū cōtumelijs ai fecerūt eijcientes vrbe ieū etiā nōnullis saxa iaciētibus ipse discessit in regnum.

DEinceps vero populo persuadere tentabat vt pārerēt Floro: donec ei successor a cęsare mitteretur. Ad quam orationē accensa multitudo nec a verborū in regem cōtumelijs tēperauit: sed protinus eum vrbe pepulerunt. Ausiq; nonnulli sunt seditiosorū etiā saxa in eum iacere. Rex autē videns tumultuantiū irreuocabilem impetum & cōquęrens q̄ cōtumelijs esset affectus & principes quidem eorum vna cū alijs potentibus misit ad Florū cęsareā. vt ipse ex eis eligeret qui de tota regione vectigal exigerēt. ipse vero discessit in regnū. ¶ Per idem tempus quidam eorum qui maxime bella mouebant congregati irruebant in quoddā pręsidiū quod vocatur Massada & occulte eo peruerso romanos oēs interfecerunt alios autem de suis posuerunt custodes. ¶ In templo quoq; hierosolimorū Eleazarus quidam filius ananię pontificis iuuenis audacissimus dux illo tempore militū persuasit his qui sacrificijs ministrabant vt nullius munus aut hostia qui non esset de iudeorum gente susciperetur. Id autem erat romani belli seminarium atq; materia. Reiecit siquidem hostias cęsaris quę pro romano populo offerri solitę erant. Plurimū autē super hoc pontificibus alijsq; nobilibus depręcantibus vt nō pręterirent eū morē quo supplicabatur pro regibus: nihil tñ acquieuerūt nō parū quidem sibi & suę multitudini confidentes. Robur siquidē oīe res nouare cupientiū eorū voluntates iuuabat Maxime autem aspiciebant in Eleazarum: qui per idem tempus vt diximus princeps erat. ¶ Conuenientes igitur potentes quiq; cum pontificibus & phariseorū nobilissimis: & videntes q̄ grauibus malis pergerent subijcere ciuitatem: decreuerunt seditiosorū animos experiri & ante portam quę aurea vocatur aduocātes concionem erat autem in interiore parte tēpli posita quę respicit ad solis exortum ac primo quidam multa de temeraria eorū defectione cōquesti & q̄ tam breuiter bellū patrię cōmouerent. ¶ Deinceps irrationabilitatem causę ipsius arguebant: dicētes maiores eorum quidem ornasse templū ex magna parte de muneribus gentium semperq; eorum qui foris essent populorum munera suscepisse & nō solum non prohibuisse aliquorū hostias id siquidem esset impijssimum sed etiam eas quę inferrerentur permanerent quę ad tempus vsq; pręsens eorū oblationes in templi cultibus collocasse: at nunc eos qui romana arma irritarent. & desponderent eorum bella. nouum statuere morem religionis atq; cū periculis etiam ream impietatis facere ciuitatem videri: siquidem ea sit ī qua pręter solos iudeos nullus alter immolet externus neq; ad orandū sinatur accedere. Et siquidē circa vnius alicuius priuati personam lex ferretur eiusmodi. possit nimirū iure nos inhumanitatis arguere. Nunc autē despiciūtur romani & iudicatur cęsar prophanus vnde verendum esse ne qui immolandas pro illis hostias repellūt ipsi in reliquum etiam pro se sacrificia prohibeantur offerre. fiatq; vere extra principatum ciuitas nisi celerius resipiscentes reddiderint hostias. ac priusq̄ ad eos in quorum contumeliam id tentatum est huius ausus fama perueniat. Simul autem ista dicentes: producebant in medium scientissimos morum paternorum sacerdotes quosq; narraturos quoniam omnes eorū maiores exterarū gentiū semper sacrificia suscepissent. Attendebat autem nemo res nouare cupientium his quę dicebantur sed neq; procedebant in medium altaris ministri belli materiam pręparantes. ¶ Videntes igitur nobiles quiq; seditionem eo iam processisse vt eorum non possit auctoritati compesci. & romanorum armatorum periculum se primos esse mensuros alias mansuros inquantum poterant consulentes. amoliri causas parabant. & legatos quidem alios ad Florum miserunt quorum erat princeps filius Ananię symon alios autem ad Agrippam (inter quos nobilissimi Saulus alias Scibus & antipas & custobarus erant) qui etiam regem propinquitate tangebant. Præcabantur autem vtrumq; vt cum exercitu ascenderent in ciuitatem & seditionem opprimerent priusq̄ ea intollerabilis fieret. Et Floro malum istud quasi bonus nuncius fuit. volensq; inflammare bellum. nichil respondit legatis. Agrippas autem pariter vtrisq; parcens scilicet deficientibus vel his aduersum quos bellum mouebare volensq; & Romanis conseruare iudeos & iudeis templum atq; patriam: ad hæc autem nec sibi conducere talem conturbationem sciens misit in auxilium populo equites duo milia auranites scilicet & bataneos & trachonitas. Cum his autem erat præfectus equitum darius: dux vero agminis philippus Iachimi filius.

Eleazarus dux militum p̄hibet ne a romāis munus aut hostia suscipiatur.

Seditiosi a pontificibus & nobilissimis pharisęorū ante portā auream arguuntur de temeritate & de refutatione oblationū gentilium. &c.

Nobiles seditionem pacificare non valentes legatos miserunt ad Florum & agrippā vt cū exercitu seditionē opprimerent.

¶ His ergo venientibus oīs multitudo quę pacem optabat prelīū contra seditiosos septem diebus gesserūt maxima ibi vtriusq; partis facta cede. Deinde quo adueniēte festiuitate quę xylophorias dicitur in qua mos est oībus grandem lignorum materiam pro nutriendo igni in templo cōgregari victis regijs militibus domos multas seditiosi inflāmarunt: & archiuo vt creditorum perirent cōtra debitores documenta ignē intulerūt. Fugientibus igitur nobilibus quidem eorū & pontificū in cloacis latuerūt Quintodecimo Augusti incensa Antonia/ & oībus obsessis interfectis regiam seditiosi accedunt obsidentes. fitq; cōtinuus conflictus. Manaimus quoq; rethor armatis quibusdam latronibus seditionis factus est: quem regij deprecantes ipso permittente recedūt preter romanos qui in turres regias aufugerunt. Stratopedū Manaimi milites incenderunt. Ananias quoq; pōtifex latens a latronibus captus cū Ezechia fratre interficitur. Manaimus enim erat intollerabilis tyrannus. Capitulū octauūdecimum.

Prelīū contra seditiosos septem diebus vbi maxima cedes vtriusq; partis.
Festiuitas xylophorię qn̄ scilicet maxia lignorum materia ad nutriēdū ignem ī tēplo debet cōgregari victis regijs seditiosi domos multas inflāmarunt & archiuo ignem vt omnium creditorū perirēt documēta intulerūt. &c.
Nobiliū qdā & pōtificū in cloacis latuerunt.
Quintodecimo augusti antonia incensa & omnibus obsessis interfectis regiā seditiosi accedunt obsidentes. &c.
Continuus conflictus.
Manaimus rethor armatis quibusdam latronibus hierusalē reuersus seditiōis princeps factus est. &c.
Regijs manaimū vt discedere liceat deprecātibus cōceditur & recedūt solis manentibus romanis q ī turres regias fugerunt.

His ergo venientibus: optimates quiq; cum pontificibus & omni multitudine quę optabat quietem uperiorem occupant ciuitatem. Inferiorem siquidem & templum: seditiosorum manus tenebat. Missilibus igitur & fundis indesinenter vtebantur: & continua erat emissio sagittarum ex vtraq; scilicet parte. Erat autem quando ex insidijs procurrentes quominus dimicabant. Prestabant autem audacia seditiosi: belli vero scientia regij pollebāt. At his quidem erat propositum templi maxime obtinere: prophanatoresq; eius expellere: seditiosis qui cū eleazaro agebant: vt preter ea quę obtinebant etiam superiorem inuaderent vrbem. ¶ Per septem igitur dies grauis vtriusq; partis cedes fiebat & neutri de eo quem tenuerat loco depellebātur. Deinceps vero ea adueniente festiuitate quę xylophorias dicitur in qua mos est omnibus grandem lignorum materiam conuehere ad templum quatenus nunq̄ ignis esca deficiat semper em̄ inextiguibilis perseuerat quosdam quidem cura religionis exclusit inter firmiorem autem vulgum multi irrumpentes sicariorum sic enim vocant latrones gladios in finibus gerentes audacissime vtebantur opera quę adorti erant. Regij autem audacia & multitudine vincebantur. Ita superiore ciuitate cesserunt. cum isti protinus irruētes ananię pontificis domū & agrippę: ac Beronices palacium inflammauerunt. Post quod ignem archiuo intulerunt. volentes oīa creditorum documēta disperdere ne etiam vnde creditę pecunię ratio pateret. atq; oīs ad eos debitorum se iungeret multitudo & aduersum locupletes quasi mœtu libertatis haberent insurgendi liberam facultatem. Fugientibus ergo cartarū publicarū custodibus ignem edibus iniecerūt. Atq; ita incēsis ciuitatibus neruis hostibus irruebāt. Quo loco pōtificū atq; nobiliū quidam in cloacis latuerunt. quidam vero cum regijs in superiorem regiam confugerunt portas celeriter obserantes. Inter quos ananias pontifex & ezechias frater eius erant: & illi quos apud agrippam visos legatione diximus. Tūc ergo victoria quidem & inflāmatione contenti cessauerūt. ¶ Postridie autem quintodecimo scilicet die augusti mensis fecerunt impetum in antonia & omnes in eo presidio agentes per biduum obsessos cœperunt atq; interfecerūt presidiumq; incenderunt. Postea vero transierūt in regiam ad quam confugerant agrippę milites: & in quatuor partes agmen suum diuidentes: muros molliebantur. Eorum vero qui intus erant erumpere nullus audebat: propter multitudinem oppugnātium. Distribuit autem multitudo propugnacula: & turres subeuntes interficiebant: & frequenter omnino latrones sub muris cadebant. Nec die autem cōflictus nec nocte cessabat seditiosis videlicet estimantibus in desperationem cogi eos qui in presidio erant propter inopiam victus. regijs vero credentibus oppugnatores suos cessuros labori. In his autem erat Manaimus alias Magneuius quidam de filijs iudę galilei callidissimus rethor qui etiam quondam sub cyrino exprobrauerat iudeis: quoniā post deum subijcerentur romanis. Is ergo assumptis quibusdam nobilium perrexit in massada vbi armamētarium herodis regis erat eoq; perrupto populares alios quoq; latrones diligēter armauit. Hisq; vtēs stipatoribus veluti rex hierosolimā reuertitur. factusq; princeps seditionis oppugnationem disponebat. Machinamentorū autem inopia erat: & nec poterant palam suffodere muros superne hostibus tela iacientibus. Funiculum igitur longe ceptum sub vnam turrim agentes suspenderunt materię subiecta: ac postea in sustinentia ligna ignem immitētes egressi sunt. Sicq; subicibus exustis turris quidē ex tēplo emota est: alter autē murus intus edificatus apparuit. Regij quippe molitiones eorū presentientes fore etiā de concussione turris alium sibi murum celerius edificarūt. Inter hęc autem hi quidem qui oppugnabant & statim se victuros credebant cū vidissent alium murū stupore defecti sunt. Regij tamen ad manaimū aliosq; seditionis principes mittebant precātes vt eis discedere liceret: id est regijs eiusq; regionis reliquis. Quod cū annuisset manaimus protinus discesserūt. Romanos aūt qui soli relictis erāt grād s animi occupauit defectus Neq; em̄ cōtra tantā multitudinē pares erāt & precari vt liceret exire ignominiā putabāt. Dereliquētes igitur inferiorē locū qui stratopedos alias stratopedō vocabatur quippe quasi capi faciles in turres regias cōfugerūt: quarū vna appellabatur hyspicos alias phaselus: tertia mariāne. Hi vero qui cū manaimo erāt protinus in ea irruētes loca de quibus milites fuge

rant si quos eorum comprehenderunt trucidantes omnem reliquum apparatum diripientes: stratopedum incenderunt. Hæc igitur acta sunt sexto die mensis septembris. ¶ Sequenti autem die pontifex Anania circa euripidos regię domus latens capitur & a latronibus interficitur cum ezechia fratre Circumsedentes autem etiam turres seditiosi custodiebant ne quis militum posset effugere. Manaimum autem & munitorum locorum destructio & pontificis Ananię mors in crudelitatem erexit; & neminem parem sibi in negocijs arbitrans intollerabilis erat tyrannus.

Stratopedū manaimi milites incenderunt sexto septembris.

¶ Duo de socijs Eleazari contra Manaimum insurrexerunt ipsum regem esse non promittentes & tacentibus his qui circa Eleazarum erant populus saxa rapiens interfecit Sophistam/ & Manaimum fugientem capientes multis supplicijs cum tyrannidis adiutore Absamone. multis supplicijs interfecerunt. Metilius autem romanorum prefectus/ & reliqui ad Eleazarum mittentes deprecabantur vita salua & armis relictis posse recedere. quos seditiosi Iudei sine armis discedentes dolose contra pactiones interfecerunt preter Mutilium se circumcidi & Iudaizare promittentem. Iudeorum autem captiuitatis excidium probabatur: quibus etiam diuina indignatio propter vrbis facinora imminebat. Cęsarienses quoq; quasi excelsi quadam prouidentia die sabbato omnes Iudeos occiderunt. Iudeisq; euacuatur Cęsarea. Et post Cęsariensem plagam efferata gens iudeorum. Syrorum vicos & vicina loca vastauerunt. Maximaq; fuit virorum vtriusq; partis cedes. Omnis quoq; ciuitas in binos diuidebatur exercitus diesq; in sanguine: noctes vero in formidine transigebantur. Mansuetiq; ad occasionem auaricia prouocabantur: & ciuitates cadaueribus replebantur.

Capitulum nonumdecimum.

INsurrexerunt autem duo de socijs eleazari Et mutuo collocuti quia non deceret a romanis desiderio libertatis recedentes eandem populari suo prodere dominumq; ferre & si non violentum tamen seipsis humiliorem Nam si oporteat cunctis aliquem pręesse quis magis alium q̃ illum deceret. Atq; ita pacti adoriuntur eū in templo arrogan ter enim adoraturus accesserat regali habitu indutus: & studiosos sui in armis habebat Cum igitur hij qui circa eleazarum erant in illum prosiluissent reliquus quoq; populus rapiens saxa interfecit sophistam estimantes quoniam illo perempto tota seditio solueretur Paululum autem stipatores manaimi resistentes: postq̃ viderunt totam aduersum se multitudinem irruere(quis quo potuit) diffugere. Et cedes quidem erat eorum qui cōprehensi sunt: perscrutatio autem latentium sequębatur. Pauci ex eis latentes in massadam profugerunt. Cum quibus & eleazarus filius Iayri propinquus genere manaimo qui etiam postea in massadam tyrannidem egit. Ipsum autem manaimum cum confugisset in locum qui athlans alias Ophlan vocatur atq; ibi humiliter delitesceret capiētes extraxerunt in publicum. multisq; supplicijs affligentes interfecerunt: similiter autem sub eo agentes pricipes pręcipuumq; tyrannidis eius adiutorem absamon alias absolomon nomine. Et populus quidem sicut dixi in his adiutor fuit. suspicans aliquam totius seditionis correctionem futuram. Hi vero non ob comprimendam pugnam sed vt cum maiore licentia bellum agerent. interfecerūt manaimum. Deniq; cum populus multum pręcaretur vt oppugnationem militum relaxarent. vehementius insistebāt donec vlterius resistere non valentes. Mutilius alias Metilius scilicet hic enim erat romanorum pręfectus & reliqui mittunt ad eleazarum pręcantes. vt solas eorum paciscer etur animas: arma autem & reliqua queq; haberent. ipsis tradentibus sumerent. qui pręcationem illico rapientes: remittunt ad eos gurionem alias Gorionem Nicomedis filium & ananiam Saduci & iudam ionathę eis dexteras & sacramentum daturos quibus actis deducebat milites Mutilius. ¶ Sed quamdiu Romani arma retinebant nemo aduersus eos seditiosorum fraudis aliquid molitus est. Posteavero q̃ secundum pactiones omnes scuta gladiosq; posuerunt: neq; quicq̃ suspicantes discedebant: facto in eos impetu stipatores eleazari compręhensos trucidabant: neq; resistentes neq; supplicantes solas autem pactiones & iuramenta quę dederant inclamantes. Et hi quidem ita crudeliter interfecti sunt pręter Mutilium. Hunc enim deprecantem & vsq; ad circuncisionem iudaizare se promittentem: tantummodo seruauerunt. Detrimentum autem Romanis quidem erat leue De potentia siquidem amplissima: pauci fuerunt interempti. ¶ Iudeorum autem captiuitatis illud exitium probabatur. Videntes autem graues iam causas stare bellorum: vrbem autem tali facinore fuisse respersam ex quo nimirum diuina indignatio imminebat etiam si a romanis nulla vltio timeretur lugebāt publice & ciuitatis iusticia pręmebatur. Vnusquisq; autem mediocrum quasi pro seditiosis causas redditurus turbabatur. Siquidem sabbato illā cedem contigerat perpetrari: in quo scilicet die propter religionem a sanctis operibus q' oq; agunt quietem. ¶ Eadem autem die eademq; hora quasi ex aliqua celesti prouidentia cęsarienses quoq; iudeos apud se habitantes trucidauerunt: ita vt vno tempore super. xx. milia hominum cederentur: vt cūctis iudeis vacuata cęsarea remaneret. Nam & hos qui effugerant comprehendens florus: vinctos in harenam deduxit. ¶ Post cęsariensem vero plagam: tota gens efferata est. Diuisiq; iudei syrorum vi

Insurgunt quidam contra manaimū nolentes eum regem esse

¶ Sophista saxis a populo interficitur.

Manaimus interficitur & tyrannidis adiutor Absamon.

Metilius romanorū præfectus & reliqui mittētes ad Eleazarum deprecantur vita salua posse recedere armis relictis.

Maxima iudeorū desolatio graues causas belli causa vidētium quibus etiā diuina indignatio propter vrbis facinora imminebat. &c.

Efferata gẽs iudeorum Syrorũ vicos & alia loca vastauerunt.

cos eisq; continentes rurales protinus vastauerunt id est philadelphiam & gebdeoniten alias gebonitin/ & gesaram & pellam & scytopolim. deinceps vero irruerunt in Gazara alias Gadara/ & in Iopen/ & in Gaulanitiden/ & alia quędam subruentes loca: alia vero inflammantes etiam in Cedasam Tyriorum alias Tyrum/ & Ptolomaidam: Gabam quoq; Cęsareamq; tendebant. Obstitit autem eorum incursui neq; Sebaste neq; Ascalon. Sed his quoq; inflammatis Anthedonã & Gazam euerterunt. Multa autem circa fines harum ciuitatum diripiebantur vici scilicet & agri eorum qui capiebantur virorum immensa cedes fiebat. Neq; tamen syri minorem numero multitudinem de iudeorum gente vastabant: sed etiam eos qui in ciuitatibus erant comprehensos disperdebant non solum ob vetus odiũ sed vt discrimen imminens preuenirent. ¶ Grauis ergo conturbatio totam Syriam peruaserat: & omnis ciuitas in binos diuidebatur exercitus. Vnaq; alterutris salus erat si anticipassent alteros cede facienda. Et dies quidem ducebantur in sanguine: noctes autem molestiores formido faciebat. Nam licet viderentur ammolliri iudeos: tamen etiam de alijs gentibus iudaisantes cogebantur habere suspectos. Et per hoc ipsum quod in eis videbatur ambiguum neq; temere eos placebat interfici: & rursus per ipsum religionis commixtionem quasi pœnitus externos timebant. Prouocabant autem ad cedes diuersorum etiam illos qui prius fuerant mansueti auaricia siquidem substantias cęsorum passim diripiebant: & quasi victores eorum prædam quos trucidauerunt in domos alias transferebant. Gloriosior autem erat qui plura collegisset: quasi scilicet plures virtute superasset. Erat autem cernere ciuitates plenas cadaueribus insepultis. & inhumatos passim iacere cum paruulis senes: feminas autem neq; verecundia contectas. Et omnis quidem prouincia plena erat inenarrabilium calamitatum. maior his autem mœtus audendorum malorum ipsis (quę acta erant) facinoribus imminebant & hactenus quidem iudeis aduersum alienigenas conflictus erat.

Ois ciuitas in binos diuidebatur exercitus diesq; in sanguine noctes in formidine transigebant Mãsueti etiã ad occisionẽ pcurabãt auaricia. &c Cadaueribus ciuitates plenę erant. &c.

¶ Iudei Scytopolim inuadentes: habitantes ibi Iudeos experti sunt hostes. hi namq; consanguineitatem vtilitati proprię postponentes aduersus Iudeos cum gentibus dimicabant. Scytopolite vero suspectos habentes Iudeos cum illis pactum firmauerunt duobus diebus quiescentes: sed tertia nocte Iudei exploratores inuadunt dormientes: & incautos occiderunt gentilium scilicet. xiij. milia substantias eorum diripientes. Symon autem iudeus Sauli nobilis viri filius fortitudine corporis & animi audacia strennuissimus vtrisq; ad suę gentis incommodum abusus est. vnde Iudeis Scytopolitęvndiq; circumfusis penitentia commotus: quia tanta contra genus suum perpetrauerat mala. gladium educens primo senescentem patrem ense penetrauit: post quem matrem interfecit. deinde vxori & filijs intulit ferrum quibus omnibus mortuis cesis superstans seipsum interemit Iudeorum quoq; propter Scytopolitarum cedem a ciuitatibus in quibus habitabant clades secuta est: duo namq; milia & quingentos ascalonitę peremerunt ptolomais duo milia interfecit. vixerunt quoq; non paucos Tyrij hippenei & Gadari. Antiocheni vero & Sydonei & Appamei soli Iudeis cohabitatoribus pepercerũt Ceraseni quoq; Iudeis misericordes fuerunt neq; in eos qui apud se manere delegerunt quicq̃ gessere: & egredi volentes vsq; ad fines deduxerunt.

Capitulum vigesimum

Iudei Scytopoli ĩuadẽtes iudeos ibi habitãtes experti sũt hostes hi cõsanguinitatem proprię vtilitati postponẽtes aduersus iudeos cum gẽtilibus dimicabant Scytopolitę vero hñtes suspectos cuȝ illis pactũ firmauerunt & duobus q̃dẽ diebus quieuerunt tertia vero nocte iudei exploratores inuadũt dormientes & ĩcautos & occiderunt gentilium. xiij. milia. & eorum diripuerunt substantiã.

INcurrentes autem in scytopoleos fines: etiam illos iudeos qui illic habitabant. experti sunt hostes. Hi autem cum scytopolis conspirantes & consanguinitatem vtilitati proprię postponentes aduersum iudeos cum gentilibus dimicabant. Suspecta tamen eorum fuit ipsa belli auiditas. Deniq; scitopolitę veriti ne ciuitatem nocte adurerẽt: & magna sua calamitate ciuibus excusarent defectionem edixerunt eis vt si vellent inter eos firmare consensum & circa alienigenas ostendere fidem transirent cum oĩbus filijs suis in proxime locum paludis. Quibus quę fuerãt iussa sine suspitione facientibus: diebus quidem secutis duobus quieuerunt scitopolitę. Tertia vero nocte exploratores: alios incautos: alios vero dormientes inuadunt: subito oẽs interficiunt: qui fuerunt numero tredecim milia. Postq̃ eorum cunctam substantiã diripuerunt. Dignũ autem etiam videtur Symonis interitum enarrare. Hic enim Sauli cuiusdam non ignobilis viri filius erat. Fortitudine quoq; corporis & audacia animi insignissimus: quibus vtrisq; ad incommodum suę gentis abusus est. Multos siquidem iudeorum appropiantes scitopolim quotidie obtruncabat & frequenter integros cuneos fudit: fugauit ita vt totius aciei mora & momentum solus existeret. Comprẽhẽdit autem eum digna ciuili interfectione pœna. Nam cum scitopolitę circumfusi essent iudeis: & in paludem præcipites agerent educens symon gladium in nullum quidem hostium impetum fecit. Nichil se siquidem in tanta multitudine promoturum videbat exclamans autem miserabiliter digna (inquit) scitopolitę his quę gessi patior: quippe qui tam multa cede ciuium meorum benignitati erga vos nostrę fidem feci. Digne enim nobis extera gens infida est: qui in nostrum genus tãta impietate deliquimus. Morior ergo ꝓphanus ꝓprijs manibus: neq; eñ dignũ est hostibus subiacere. Iste autẽ ipse finis: & michi scœleris digna pœna: & virtutis idoneũ decus erit vt nemo scilicet hostiũ de meo interitu glorietur: neq; insultet cadẽti.

Hęc dicens/ miserantibus simul ac furentibus oculis circumspicit omnem familiam suam. Erant autem ei vxor & filij. & prouecti in senectute parentes. Ille igitur primum quidem patrem retrahens a Cęsarię: & eum superstans ense penetrauit. Post quem non sane iam inuitam matrem suam interfecit Super hos autem coniugi & filijs intulit ferrū singulis horum sanę pœnę occurrentibus gladio: & hostes pręuenire cupientibus. Cum vero omnem suam necessitudinem trucidasset: cesis superstans extendit vt neminem possit latere: & totum in visera sua ensem dimersit. ❡ Dignus quidem miseratione iuuenis propter robur corporis atq; animi firmitatem: cęterum quãtum ad fidem quam alienigenis pręstitit digno fine consumptus. ❡ Ad cedem autem quę in sythopoli facta est/reliquę quoq; vrbes iudeis apud se habitãtibus irruebant: & duo milia quingentos ascalonitę/ptholomais autem duo milia interfecit. Vicerunt quoq; non paucos tyrij: multos quidem trucidauerũt. plures autem eorum vinctos custodijs tradidere. Hipenei quoq; & gadari similiter audacissimos quidem amoliebant: terribiles autem sollicite obseruant. Reliquę quoq; vrbes aduersum iudeos singulę prout habebant vel timore vel odio mouebantur. ❡ Soli autem Antiocheni & Sydoni & Appamei suis cohabitatoribus pepercerũt: & neq; interficere quemquã iudeorum: neq; vinculis tradiderũt. Forte autem & propter multitudinē suam despexerunt eorũ si qui motus fuissent. Michi autem videntur magis erga eos miseratione moti/quos vtiq; nichil moliri videbant. Ceraseni autē neq; in eos qui apud se manere delegerunt/quicq̃ gessere mali: & egredi volentes vsq; ad fines suos deduxerunt.

Miserãda symonis facinora primo patrem ense penetrauit deinde matrē suã interfecit postea cõiugi & filijs intulit ferrũ qbus oĩbus mortuis se ipsum iterfecit

Antiocheni & Sydonij & appamei soli iudeis pepcerunt cohabitatoribus

❡ AEGESIPPVS. cap xij. li.ij. ponit calamitatis iudaicę causam & ipsos iudeos dicit scelerum suorum luere supplicia: qui postq̃ dominũ Iesum crucifixerant diuinorũ arbitrum postea etiam discipulos persequebãtur. Testimoniumq; Iosephi de virtutibus Iesu passione & resurrectione eius contra iudeos adducit. Si enim (inquit Aegesippus) nobis non credunt iudei vel suis credant. hoc dicit Iosephus quem ipsi maximũ putant & tamen in eo ipso q̧ verũ locutus est ita mente deuius fuit vt nec sermonibus suis crederet. &c. Insuper mortē iohãnis baptistę cõmemorat propter quã vt dicit Iosephus iuste herodes exercitum amisit. accusat etiam ibidem Iudeos quia apud eos summi ius sacerdotij iterierat aut iudei auaricia interceptum/aut potiorum insolentia qui licere (quod vellent ius putabant. Et ipse cap. xiij. ibidem recapitulat sacerdotij ortum & ordinem ex Aaron/ & per Antiochum ipsius sacerdotij turbationem: similiterq; per Hęrodem qui ignobiles in sacerdotio constituit hęc Iosephus ponit Antiqui. libro. xx. ca. octauo. omnium pontificum ab Aaron vsq; ad belli finem manifestans successionem.

Additio.

❡ Agrippa absente relictoq; super negocia sua vari pernicies maxima aduersus iudeos excitatur varus namq; septuaginta nobiles iudeorum qui ad Agrippam pręsidij gratia venerant in itinere occidit & hunc Agrippa a procurãda regione semouit. Cyprius autem castellum a seditiosis captũ est & Macherunta romanis relicta Alexandrinorum quoq; contra Iudeos quos Alexander ibi cum honore voluerat habitare orta est seditio cuius causa fuit. Nam Alexandrini cõuenientes iudeos in concione exploratores esse & hostes clamauerunt manus in eos inferentes ipsosq; concremari volebant. Tyberiumq; Alexandrum ciuitatis principem tantum facinus prohibētem irridebant: passim autem sine etatis aut sexus misericordia iudeis eorum edes Romani comburētes substãtias deripiebant. Et quinquaginta iudeorum milia Alexandrię occisa sunt neq; ibi remãsissent reliquię nisi Alexander misertus Romanos iussit abscedere.

Capitulum vigesimum primum.

Excitata autem in regno agrippę aduersum iudeos pernicies Ipse quidem perrexerat ad Cestium gallum antiochiam (relicto super negocia sua quodam ex socijs nomine varoissemo varo regi genere propinquo) Venerũt autem ad eum de bathanea regione septuaginta numero viri et nobilitate & prudentia ciuium suorum p̄stantissimi poscendi pręsidij gratia vt si qui scilicet apud eos quoq; motus fierent/haberent idoneam per quam possent insurgētes quosq; cõprimere. Hos varus quosdã armatos de regijs pręmittens interfecit in itinere omnes. Ausus est autem tale facinus pręter consilium agrippę: & propter nimiam auariciam impie in gentiles suos agere non recusans regnum omne corrupit: perseuerans scilicet post tale principium in totum genus exercere iniquitatem. donec discussis agrippa re ous animaduertere quidem in varum veritus est propter iniquitatem Sœni procuranda tamen eum regione summouit. ❡ Seditiosi autem comprehēdentes pręsidiũ quod appellatur cyprus imminens finibus hiericontinis: custodes quidem interfecerunt: munimenta autem destruxerunt. Per eosdem dies etiam in macherunte multitudo iudeorum persuadebat in pręsidio relictis romanis deserere castellum/eisq; tradere. Illi autem qui rogabantur cogi metuentes pacti sunt cum eis dissessionē suam. & accipientes fidem tradunt pręsidium. Quod diligentibus cœperunt macherię custodijs obtinere. ❡ In alexandria autē semper quidē erat incolis aduersum iudeos seditio iam ab illo tempore ex quo

Pernicies aduersus iudeos in regno agrippę ipso absente excitata.

Varus. lxx. iudeorũ nobiles qui ad agrippã pręsidij gratiã venerãt/ in itinere occidit sed hũc A. agrippa a regione p̄curanda semouit.

Alexandrinorũ cõtra iudeos seditio quos Alexãder cũ honore ibi voluerat habitare.&c.

strennuus alexander contra egyptios vsus iudeis premium societatis tradidit eis & habitandi apud alexandriam facultatem: & ius vrbis ęquale cum gentibus. Permanebat autem eis honor iste apud successores quosq; alexandri. Deniq; & in parte ciuitatis locum eis proprium deputauerũt: quatenus haberent cõuersationem per omnia mundiorem: a cõmunione scilicet gentium sequestratam. Presti terunt eis vt etiã macedones appellarẽtur. Deinceps vero cum in possessione romanorũ ęgyptus venisset: neq; cęsar primus neq; post eum quisq̃ honores quos alexander decreuerat minuit. Conflictus autem eorum pœne continuus aduersum gręcos erat & iudicibus multis ex vtraq; parte quotidie lucrum reuehẽtibus seditio accẽdebatur. Tunc vero cum & apud alios turbata res esset: illic magis exarsit tumultus. Nam cum alexandrini in cõcionem venissent (vt ordinarent pro certis negocijs legationem ad Neronem ferẽdam) cõcurrerunt in amphiteatrum permixti gregis plurimi iudeorum. Quos cum vidissent emuli ex templo clamare cœperunt iudeos hostes & exploratores esse. Ac deinceps insilientes / intulerũt eisdem manus. Et reliqui quidem fugientes dissipati sunt. Tres autem ex his viros compręhẽdentes trahebant: quasi viuos incensuri. Commota est autem omnis terra iudeorum ad vltionem ferendam. Et primum quidem gręcos iaciebant. postea vero etiam facibus raptis in amphiteatrum impetum fecerunt: cõminantes quia in ipso loco tantum simul populũ concremarent & pœne minas implessent rebus: nisi iras eorum compressisset tyberius alexãder princeps ciuitatis. Nec tamen ipse cohercendi principium ab armis sumpsit sed nobiles eorum quosq; summittens hortabatur vt desinerẽt: neq; aduersum se miliciam romanam cõmouerent. Seditiosi autem benignam depręcationem ridẽtes. tyberium contumelijs appetebant. Qui postq̃ vidit absq; magna calamitate tumultuosos non posse compesci. immisit in eos duas romanorũ legiones (quę in ciuitate erant) cum his alios quinq; milia milites casu ad iudeorum interitum de lybia venientes. pręcepitq; vt non solum interficerent Sed etiã substantias eorum diriperent Domosq; inflammarent. Qui protinus cõcurrentes in locum qui vocatur delta / illo quippe erat multitudo iudeorum collecta / exequebanť strennue iussiones nec sane sine cruenta victoria. Collecti quippe in vnũ iudei & eos qui de suis optime armati erãt ante reliquam multitudinẽ statuentes: aliquamdiu restiterunt. postq̃ vero in fugam inclinati sunt passim trucidabanť: & erat eorum grandis interitus tamen quę sibi mandata fuerant exequũtur. Cõglobati enim iudei his quos melius habebant armatos in fronte positis aliquamdiu quidem restiterũt. semel in fugam versi mactabantur. Nec vnus erat exitij modus: cum alij sub diuo atq; in campo depręhenderẽtur. in edes autem alij concluderenť. & eas quoq; romani incenderent. vna etiam diripiendo quę in his repperissent: neq; illos aut infantium misericordia / aut reuerentia senectutis moueret. sed in omnes etates pari cede deseuirent vnde totus locus sanguine redundabat. Quinquaginta vero cõgesta sunt milia mortuorum nec tamen saltem reliquię remansissent / nisi prius ad preces se contulissent eorumq; misertus alexander romanos iussisset abscedere. Sed illi quidem quibus erat cõsuetum obedire preceptis / primo eius nutu necibus pepercerũt. Populares autem Alexandriui propter odij magnitudinem difficulter ab incepto reuocabantur: vixq; corporibus distrahebantur. Apud Alexandriam quidem talis casus euenit.

Causa seditiõis quia iudeis cõuenietibus i cõcione cũ Alexãdrinis / Alexandrini iudeos hostes exploratores eẽ clamauerũt manus i eos inferentes.

Passim itereptis etatis aut sexus mia iudeis eorũ edes romani cõburebant & substãtias diripiebant.

Quinquaginta iudeorum milia alexãdrie occisa neq; ibi reliquię remãsissent nisi alexãder misertus romanos iussisset abscedere.

¶ Cestius gallus Syrię rector cum quo Agrippa & principes aderant maximo cum exercitu contra iudeos veniens Zabulon ciuitatem ditissimam cœpit / qua capta fugientibusq; ciuibus / militibus diripiendam concessit: & oppidum & circumadiacẽtes vicos incendit. iudei autẽ recedente cestio duo milia Syrorum occiderunt. Cestius vero pręmissa exercitus parte in Ioppem militibus oppidum precepit custodire: qua tamen capta / eam incendunt octo milibus & quingẽtis habitatorũ occisis & vicinam Cæsareę cum vicis igni dederunt. Cestius vero Gallum duodecimę legionis ductorem cum exercitu mittit in galileam quem Sephoris ciuitas & aliæ ciuitates receperunt recedentibus seditiosis in montem quos Gallus persecutus est & ipsis victis recedit in Cęsaream. Cestius quoq; cum exercitu reuersus in Antipatridem / quam cum vicis incendit / deinde lyddam viris vacuam propter scęnophegiorum festum inueniens / ex vtroq; oppido quĩquaginta occisis / procedens in Gabao posuit castra. Iudei vero bellum ciuitati cognoscentes propinquum / omissis solemnijs ad arma cum impetu properarunt & Romanorum occisi sunt quingenti & quindecim milites iudeorũ vero solum viginti Romanis itaq; fugientibus Cestius triduo in agris morabatur Agrippa vero Romanos a periculo non tutos prospiciens iudeos verbis / vt a bello destiterent / experiri decreuit: venia atq; fœdere cum Romanis promissus legatos misit: quorum vnum occiderũt altero vulnerato fugiente Cestius autem omni armato exercitu iudeos in fugam conuertit & vsq; in hierusalem persecutus castra in Scopo posuit &. xiij. octobris die exercitũ introduxit in oppidum tunc quoq; Bezeta Cenopholis & forum dacon incensa sunt & cestius tunc vrbem possedisset sed a quibusdam a floro pecunia corruptis est impeditus.

Capitulum vigesimum secundum.

Cestio vero iam quiescendum esse non videbatur infensis vbiq; iudeis: sed duodecimā vero legionē integrā ex antiochia secū ducens. & ex reliquis bina milia electa peditū & quatuor alas equitū insup regum auxilia hoc est antiochię duo milia equitū & peditū tria milia & sagittarios oēs. agrippa vero tantūdē peditū & eqtū mille: cū & cestius sequeret quatuor milibus comitatus quorū tertia pars equitū erat. pluresq; sagittarij ptolamaida pgressus est. Plurimi autē ex ciuitatibus auxilio cōuenerūt: peritia quidem militibus inferiores: quod vero scientię deerat in iudeos odio itemq; alacritate supplentes. Aderat autem ipse quoq; Agrippa cestio. & eorum quę cōducerent simul & itineris principes. Ibi tum adhuc tanta exercitus parte cestius in validissimā galilee ciuitatē cōtendit Zabulō quę appellat Andrō & ab iudeorum finibus Ptholomaidā discernit. Cumq; offendisset eam ciuibus destitutā. in montes enim multitudo refugerat omnigenū autem rerū plenam: illas quidem militibus diripiendas cōcessit. Ipsum vero oppidum q̄uis ammiratus esset eius pulchritudinē / quippe domos habebat similiter vt apud tyrum & sydona & berytum edificatas incendit: deinde cursim territorio peragrato quicquid inuenisset obuiam depopulatus est. Infāmatis etiam circum eam positis vicis. in ptholomaidā regressus est. Syris autē adhuc prede inhiantibus & pręcipue berithijs. recepta iudei fiducia / cestium enim recessisse cognouerāt / repēte in eos qui remāserant / irruunt: & prope ad duo milia morte consumunt. ¶ Cestius autem ex ptholomaida reuersus ipse quidem cęsaream peruenit in Ioppam vero partem pręmisit exercitus cum preceptis huiusmodi vt oppidum custodirent / si eo potiri potuissent: aut si oppidani impetum pręsensissent tam suum q̄ cęterorum militum pręstolarentur aduentum. Illorum igitur alij mari alij terra profecti. vtrinq; Iopem facillime capiunt. ita vt ne fugę quidem habitatores copiam reperirent. ne dum se ad pugnam pararent. Aggressi autē cunctos interficiunt cum familijs: direptamq; ciuitatē incendūt. Interfectorū autem numerus octo milia quadringenti fuerunt. Similiter vero & infinitimā cęsareę nabathitę alias nabartenem non paucos direxit equites: qui & partem finiū vindicauerūt: magnamq; indigenarum multitudinē peremerunt: direptisq; patrimonijs etiam vicos igni dederunt. ¶ In galileam quoq; misit cestius gallum ductorem duodecimæ legionis. eiq; tantam militum manū attribuit quantū genti expugnande sufficere posse credebat & eū validissima galileę ciuitas sephoris cum fauore suscepit: huiusq; prudens cōsilium secutę ciuitates alię quiescebāt. Qui seditionibus & latronijs operā dabāt in galileę montē vndiq; mediū recesserūt qui est cōtra sephori & vocat assamon aduersus eos gallus ductabat exercitū. illi aūt q̄diu supiores erant facile romanos ad se ascendētes vlciscebant: ex his plures q̄ ducentos interfecerunt. Vbi eos quidem viderunt circumactos itinere ad celsiora pgressos mature victoriam concesserunt & neq; pugnam minus armati ferebant neq; si terga dedissent equitum poterant manus effugere: adeo vt pauci locis delitescerent: amplius vero q̄ duo milia trucidarentur. Gallus quidem cum nichil iā tentare nouitatis apud galileam videret: Cæsareā cum exercitu remeabat. Cestius vero cum omni manu reuersus in antipatridam perrexit: cognitoq; non paruam multitudinem iudeorum in turrim (quę affeci vocatur) esse collectam: qui & his cōgrederentur pręmisit. Sed priusq̄ in manus venirent iudei metu dispersi sunt: eorumq; castra iam desolata milites adorti / cum vicis circumpositis incenderunt. Ex antipatride autem cestius in Lydda profectus: vacuam viris ciuitatem offendit. Nam propter scęnophegiorum dies festos in hierosolimis omnis populus ascenderat. Quinquaginta vero (quos ibi compręhendit ex vtroq; opido occisis. vlterius procedebat. Perq; bethoron profectus in quodam loco cui nomen est gabao castra ponit. distante ab hierosolymis stadijs quinquaginta. ¶ Iudei vero cum iam ciuitati propinquare bellum viderent (omissis festorū dierum solemnijs) ad arma properabant. satisq; frœti multitudine incompositi ad pugnam & cum clamore prosiliebant: nō dierum quidem septem habita ratione feriatorum. Erat enim sabbatum quod apud iudeos religione maxime curabatur. Idem autem furor qui eos ab obsequio pietatis amouerat. in prelio quoq; superiores effecit. Tanto namq; impetu romanos aggressi sunt. vt eorum & aciem prumperent viaq; aperta cedibus in medio ruerent. ac nisi ei militum parti quę necdum locum amiserat equites exercitati subuenissent / quiq; non satis defecerunt pedites in periculo totus cestij fuisset exercitus. Interfecti sunt autem quingēti & quindecim romani milites ex quibus quadringēti pedites cęteri equites erant. Iudei vero viginti duo quorum fortissimi videbantur monobazi regis adiabene propinqui Monobazus & cenedeus: & postea hos parayta alias paraytes niger. & syla babilonis: qui ad iudeos sub agrippa rege transfugerant cui pridem militabant. A fronte quidem repulsi iudei ad ciuitatem reuertebant. Romanos autem ad Bethoron ascendentes gyare alias gyore Symon lius inuadit multosq; postremi agminis coactores laniauit: ac multa carra cum sarcinis capta in ciuitatem reduxit. Cestio vero in agris triduo commorāte iudei locis superioribus occupatis obseruabant eius transitum. Neq; cessaturos eos certum erat si Romani proficisci cœpissent. ¶ Itaq; tū agrippa cū

Cestius syrię rector cū maximo exercitu contra iudeos venit in Zabulon.

Agrippa & pricipes itineris cū cestio.

Cestius capta zabulon ditissima fugiētibus ciuibus militibus diripiēdā cōcessit & oppidū incēdit & circūadiacētes vicos

Iudei Cesto recedēte duo milia Syrorū occiderunt.

Cestius gallum duodecimę legionis ductorē cū exercitu mittit ī galileā quē Sephoris ciuitas & alię ciuitates receperūt recedētibus seditiosis ī montē quos gallus psequutus ē quibus victis recessit in cęsareā

Iudei bellū ciuitati ppinquū cognoscētes omissis solēnijs ad urma pperauerūt cū impetu & romanorū occisi sunt gngenti & quidecī milites iudeorū vero solum viginti.

Victoria iudeorū romanis fugientibus & cestio triduo in agris cōmorante.

Agrippa romanos a piculo nō tutos pſpiciens iudeos verbis vt bello desisterēt expiri decreuit & venia atq; fœdere cū romanis pmissis legatos misit ad iudeos quorū vnū occiderūt altero fugiente vulnerato.

Decimo tertio octobris exercitū itroduxit i oppidum Cestius tunc vrbē posse dissset sed qbusdā a floro pecunia corruptis est impeditus

infinitā hostium multitudine montes amplexa ne romanos quidem a periculo tutos esse perspiceret verbis iudeos experiri decreuit vel omnes sibi parituros existimans vt bello desisterent: vel siqui aduersarentur seuocandos eos qui ab eorum sententia discreparent. Misit igitur ex comitibus suis Iorcium alias borceum vel porcatum & phœbum quos illis sciebat esse notissimos vt a cestio fœdus amicitię.certamq; pro peccatis a populo Romano veniam pollicerentur si proiectis armis secum sentire voluissent verum seditiosi mœtu ne cuncta multitudo spe securitatis ad agrippam sese conferret. legatos obtrūcare statuerunt. Et phœbū priusq̄ verbum faceret peremerūt: nam porcatus vulneratus effugit. Populares aūt id factum indigne ferentes cedendo fustibus atq; lapidibus in oppidum compulerunt. ¶ Cestius vero quia intestina eorum discordia oportunum ad irruendum tempus inuenit totum in eos duxit exercitum: inq; fugam versos vsq; ad hierosolymam prosecutus est. Castris autem in loco positis qui appellatur scopos interuallo septem stadiorū a ciuitate discedens nichil per triduū aduersus oppidum conabatur: sperans fortasse intus degentes aliquid remissuros. In vicos autem circa ciuitatem non paruam militum manum ad rapienda frumenta dimisit. ¶ Quarto autem die qui tricesimus erat mensis octobris ordinatum in oppidum introduxit exercitum. Populus quidem a seditiosis custodiebatur. Ipsi autem disciplina Romanorum territi exterioribus cessere partibus ciuitatis. & in partem interiorem templumq; refugerunt. Cestius vero transgressus pedestham alias Bezethan quę sic vocatur & cenopolim & forum quod appellatur dacon incendit. Deinde cum ad superiorem ciuitatem venisset prope aulam regiam castra posuit: & si tunc voluisset intra muros violenter irrumpere ciuitatem illico possedisset. belloq; finem dedisset. Sed propositus castris tyrānus priscus & plures equitum magistri a floro pecunia corrupti conatum eius auerterūt: & iudeos intollerandis repleri cladibus contigit.

¶ Interea plurimi popularium nobilissimi Anano Cestium vocare persuaserunt & per portas ei aperire quo cognito Ananus de muro cum cęteris deijcitur. Tunc quoq; Romani magnū fecerunt circa muros conatum sed telorum multitudine repulsi recesserunt. Iamq; multi de ciuitate veluti continuo caperent/diffugeraut. Seditiosis quoq; cadentibus populus alacrior efficiebatur vt cestio portas aperirent: qui si perseuerasset ciuitatem obtinuisset Latrones vero Cestio inopinate fugiente aliquos equitum & peditum peremerunt: hic enim recedente multa a iudeis passus est pericula. Ipse em̄ militibus quę fugę erat impedimento/vt mulos & asinos & huiusmodi amputari precepit. Hos autē fugientes Iudei insequuntur. & nisi nox venisset Romanorū perisset exercitus. Interempti vero fuerunt quadringenti romanorum alijs fugientibus & machinas & arma relinquentibus quę redeuntes iudei asportarunt & mortuos spoliantes prędam quę remanserat collegerunt: reuersiq; cum hymnis sunt in hierusalem paucis suorum occisis. Romanorum vero quinq; milibus. Cestius autem Saulum & cęteros ad Neronem miseriam indicaturos misit & belli causam in florum diriuatūros Damasceni cognita Romanorum cede/decem milia iudeorum mulieribus quę fere omnes iudaicę erant religionis celantes occiderunt.

Capitulum vigesimum tertium.

Ananus plurimis sibi psuadētibus cestiū vocabat vt ei portas apiret. quo cognito de muro deijcit cū ceteris

Conatus romanorū intrare vrbem.

Seditiosis cadētibus iudeorum ppl's alacrior efficiebatur vt cestio portas aperirent qui si pseuerasset ciuitatē obtinuisset. &c.

INterea plurimi populariū notissimi Ananię alias Anano ionatę filio persuasi. Cestiū quasi portas ei patefacturi vocabant. Ille autem & ire fastidiens & q̄ non satis ei credendū putaret. tam diu id neglexit: donec proditione comperta seditiosi ananū quidem cum cęteris de muro deiectis lapidibus feriendo in domos suas refugere coegerunt. ipsi vero per turres dispositi: murū tentātibus repugnabant. Per dies quidē quinq; Romanis vndiq; conantibus inexplicabilis erat impetus: sexto autē die cestius cū plurimis hisdemq; sagittarijs a septentrionali tractu templum aggreditur iudeis ex porticu resistentibus. Qui repente quidem Romanos ad murū adeuntes auerterunt: postremo autem repulsi telorum multitudine recesserunt. Itaq; Romanorū qui anteibant scutis suis muro fixis alias nixis & qui eos sequębant alijs ac per ordinem similiter alijs supadiunctis: quam sic ipsi appellant testitudinē cōtexuerunt. Vnde sagittę in eam delatę irritę dilabebantur: & sine aliqua noxa milites mœnia suffodiebāt tāpliq; portas incendere moliebantur. Vehemens autem seditiosos stupor inuaserat. Itaq; multi ex ciuitate diffugiebant: veluti continuo caperentur. ¶ His autem populus alacrior efficiebatur. & quantom nequissimi cadebant: tanto vt ipsi portas aperirent: cestiumq; tanq̄ de se optime meritum reciperent appropinquabant. Et profecto si paululum in obsidione pseuerasset statim ciuitatem obtinuisset Sed credo iam tunc infestus pessimis deus eiusq; sancta. illo die finem bello dari phibuerūt. ¶ Deniq; cestius neq; animis populi: neq; obsessorum desperatione perspecta/repente militem reuocat. & sine vlla spei repulsa inconsulte nimis ac iniuste discessit. Inopinata vero eius fuga: latronum fiduciam recreauit. Insecutiq; nouissimos aliquos equitum peditumq; peremerunt. ¶ Et tunc quidem cestius in castris quę apud scapon munięrat/tentendit. Altero autem die vlterius recedendo magis hostes p

uocauit:tamq; postremis appositi multos necabant.q̄ vtraq; itineris parte vallata in transuersos tela iactabant. & neq; in eos se retorquere a quibus tergo sauciabanť nouissimi audebant: quandam infinitam multitudiné insequi existimantes: & a lateribus instantiū vim repellere minime sufficiebant/ cum ipsi quidem graues essent/ordinemq; interrumpere formidarent.viderent autē iudeos leues ad excurrendū faciles esse. Vnde eueniebat vt multa mala paterenť:cum nichil contra inimicis nocerēt. Tota igitur via perculsi deiectiq; agmine sternebanť donec multis occisis in quibus erat priscus sextę legionis dux.& longinus chyliarchus & Emilius iocundus aulę prefectus vix in Gabao peruenerunt vbi castra prius posuerant multis instrumentis amissis. Sic autē cestius biduum commoratus inops consilij quid ageret cum tertio die maiorem vidisset hostium numerum & omnium circum loca plena iudeis tarditatem sibi offuisse cognouit & si adhuc ibi maneret pluribus se inimicis visurum. Itaq; pro cōpendio fugę cuncta quę militibus īpedimento erāt amputari p̄cipit occisisq; tunc mulis atq; asinis alijsq; iumentis p̄ter illa quę sagittas & machinamenta ferrent. Hęc enim velut vsui futura seruabat/ maxime quia timebat ne iudeis cōtra se capta ꝓdessent. bethoron versus antecedebat exercitū. Et iudei latioribus quid locis minus instabant:contractis vero in angustias atq; descensus qui discessissent ab exercitu ꝓhibebant. Alij postremo super agmen impingere.fusaq; omnis multitudo per itineris iuga militem sagittis operuit vbi etiam peditibus quo pacto sibimet subuenirēt hesitantibus equitum periculū promptius erat. Nec enim ordinate viam suam persequi poterant obstātibus iaculis.& ne cōtra hostes irent ardui ascensus ꝓhibebant equitantibus inuij. Sed iaculatoribus autem tenebanť rupes ac valles in quas deiecti qui aberrassent consumebanť: nullusq; locus aut fugiendi aut vlciscendi rationé habebat. Itaq; incerti quid agerent ad vlulatus quos desperati solent fletusq; conuersi sunt:quibus resonabat iudeorum exhortatio cum clamore letantium pariter atq; seuientiū. Totusq; pene qui obsessus fuit exercitus perisset:nisi nox aduenisset. Qua romani quidem in bethoron confugerunt. iudei vero obsessis circum omnibus locis eorum transitus custodiebant. ¶ Deniq; vbi cestius aperto itinere desperato iam de fuga cogitabat lectos prope ad quadringentos omnium fortissimos milites tectorum fastigijs imposuit. Hisq; pręcepit vigilum qui in castris excubarēt signa clamare vt eo modo iudei omnem illic militum numerum manere arbitrareť. Ipse autē cum ceteris ocio se vsq; ad triginta stadia progreditur.vnde mane iudei cum locum in quo romani tetenderant desolatum vidissent/ in quadringentos a quibus decepti fuerant concurrerunt: & illos quidem sine mora iaculis confecerunt. Mox autem Cestium persequi properabant Sed ille cum nocte non paruum itineris spacium peregisset/die quidem vehementius fugiebat. adeo vt mœtu perculsi milites machias siue tormenta muralia itemq; balistas multaq; alia instrumenta relinquerent/ quibus tunc ablatis iudei rursus contra illos qui ea reliquerant/vsi sunt. Insequendo autem Romanos.antipatridam venerunt. Deinde cum eos assequi non potuissent/inde redeuntes & machinas secū asportarūt:mortuosq; spoliarunt & predam quę remanserat collegerunt & pœana canentes in metropolim remearunt suis quidem paucis amissis Romanorum autem auxiliorum quinq; milibus ac trecentis itemq; nongentis & octoginta equitibus interemptis. Hęc quidē nouēbris mensis octauo die gesta sunt anno duodecimo principatus neronis. ¶ Post cestij vero casus aduersos multi nobilium iudeorum tanq̄ e naui pessumitura ex ciuitate enatabant. Deniq; custobarus & saulus vna cum philippo Ioachini filio q princeps erat exercitus regis Agrippæ/inde dilapsi ad Cestium transfugerunt. Qui vero cum his in aula regia fuerat obsessus antipas fuga despecta quemadmodū a seditiosis peremptus sit alias indicabimus. Cestius autem saulum & cęteros ad Neronem in achaiam misit & propriam necessitatē indicaturos:& belli causas deriuaturos in florum. Sperauit autem & iram in illum excitatum iri & sua pericula summouenda. ¶ Tunc autem damasceni cede Romanorum cognita iudeos apud se degentes perimere studuerunt. Et cum eos in publicis terminis collectos haberent namq; hi dolū propter suspitiones meditabanť facile quidem sui conatus fore exitum putabant. Verebātur autem mulieres suas omnes ferre pręter paucas iudaicæ religionis deceptas. Quare magna cura his fuit:eas celandi quid agerent:iudeorum autem decem milia quippe vt in angusto loco atq; omnes inermes aggręssi vna hora,sine mœtu iugulauerunt.

¶ Iudei autem qui Cestium fugauerant in hierusalem reuersi Romanos quos ibi inuenerunt sibi vi & blandicijs sociantes & in templo cōgregati plures belli duces elegerunt Iosephum Gorionis filium & Ananum. Eleazarus vero quem propter superbiam & tyrannidem/licet diues esset/ rebus non posuerunt:paulatim ambitione & astutia sua fit populo vt ei in omnibus pareret duces hij fuerunt/Iesus/& Eleazarus/ Iosephus filius Symonis/ Manasses/ Iohannes esseus/& Iohannes Ananię filius/& Iosephus/Mathię/Iosephus autem cum in galileam venisset indigenas sibi conciliari studuit ex illis pręfecit regionibus septnaginta prudentissimos septemq; minorum litium ordinauit au-

Cestio vlterius recedēte multa iudeis passus est pericula.

Cestius oīa militibus quę fugæ erāt impedimēto amputari pręcepit.

Romanorū nisi nox venisset periisset exercitus sed fugit quē persequūť iudei & quadringentos alijs vlterius fugiētibus occiderunt.

Redeūtes iudei machinas asportant & mortuos spoliātes predā quę remanserat collegerūt redeuntes cū hymnis in hierusalē paucis suorū interemptis romanorū vero quinq; milibus.

Damasceni cede romanorū cognita iudeorum decē milia celātes a mulieribus quę fere oēs iudaicę erāt religionis occiderūt.

ditores & capitales causas ad se referre. Loca quoq; contra venturos Romanos muniuit Solis autem Sophoritis ciuitatem suam munire (quoniam pecuniosos videret & bellicosos) permisit Iosephus insuper e galilea quę duplex est super centū milia collectis militibus illos in militia instruxit: & plures prefecit agminibus. monet etiam milites a consuetis delictis scilicet furtis & rapinis abstinere & bonā conscientiam habere qua optime bella amministranť. Numeratur autem Iosephi exercitus eiusq; ponitur ordinatio Iosepho itaq; hoc modo galileam amministrante Iohannes quidā patrię insidiator nequitia omniū nobilissimus primū latro solitarius quadringētis animi magnitudine & corporis habitudine bellorumq; peritia prestantibus sibi associatis galileam est depopulatus & hic callidissima fraude ditatus Iosephi medio multa contra eum confixit & ꝙ res galileę romanis prodere disposuerat.

¶ Capitulum vigesimum quartum.

Iudei q Cestiū fugauerūt hierusalem reuersi romanos quos ibi inuenerūt sibi vi & blādicijs sociantes plures belli duces elegeīt iosephū scilicet & ananum.

Qui vero Cestium fugauerāt in hierosolimam reuersi quos adhuc Romanoꝝ studiosos inuenissent. partim vi partim etiam blandicijs sibi sociabant: & in templū cōgregati plures bellum duces eligendos esse censebāt. Declaratus est igiť Iosephus curionis alias Gorionis filius & pontifex ananus omnia quę in ciuitate gerenda essent imperaturos: maximeq; vt ciuitatis muros exierēt. ¶ Filium namq; symonis Eleazarꝫ quis romanoꝝ prędam & ereptas cestio pecunias. & insup his plurima etiā ex thesauris publicis in potestate haberet, tamen nullis necessitatibus preposuerūt: quia & ipsum tyrānidis superbia ferri viderent. eiusq; studiosos siue imitatores satellitū more versari: verum paulatim Eleazarus ambitione pecunię itemq; astutia persuasit populo: vt in omnibus sibi pareret. ¶ In Idumeam vero (quos mitterent) alios militum duces optarunt Iesum filium Assapha. alias Sapha vnum ex pōtificibus Eleazarū pontificis filium. Nigro autem mādauerunt qui tunc Idumeam regebat ex regione trans iordanem posita genus ducens vnde peraytes cognominabať ducibus obtemperare. ¶ Sed ne alias quidē regiones omittendas putabant Namq; in hiericonta Iosephus filius Symonis: & trans flumen eufraten manasses Taphna. & Iohannes esseus Toparchias amministraturi directi sunt. Hinc autem Lydda & ioppe etiam erant additę & Emaus Gophniticę autem & acrabatine alias Acrabatene regionibus Iohannes Ananię filius rector designatus est & vtriusq; galileę Iosephus Mathię filius. Cuius autē āministrationi iuncta erat & gamala munitissima ciuitatum quę ibi fuerunt. Aliorum quidem rectorū pro alacritate & prudentia sua quisq; res sibi creditas āministrabat. ¶ Iosepus alias Iosephus autem cum in galileam venisset. primum cure habuit indigenarum sibi consiliare beniuolentiam multa sciens confici posse. licet in alijs peccauisset. Deinde considerato quia potētissimos quidem amicos haberet (si eos participes potestatis fecisset) omnem vero multitudinem. sibi pleraq; per indigenas & consuetos fieri preciperet. septuaginta de senioribus eius gentis prudentissimos elegit: eosq; rectores totius galileę constituit: septem vero per singulas ciuitates minorum litium iudices ordinare: maiora negocia causasq; capitales ad se referre iussit. Nam septuagita dispositos per ciuitates quo iure inter se vterentur etiam quemadmodū extrinsecus vsi essent animaduertit. Certusq; in galileā romanos esse venturos opportuna loca muro cingebat. hoc est Iotapata & bersabe & seloym. alias selanym necnon & caferetho alias perthico lapha & sychophetmōtem cui nomen est ytabirio & Taricheas & tyberiada. Ad hęc autem circa genezaret lacum speluncas in ea quę inferior galilea vocabatur muniuit. Superioris autem galileę achabarō & petram quę sic dicitur & iamniā & mero. In gaulanitide vero seleuciam & Sogemaim & gamala munitionem circundedit. ¶ Solis autem sephoritis permisit vt murum sibimet ipsis fabricarent: quia eos pecuniosos esse & ad bellum promptos etiā sine precepto videret. Similiter autē etiam gyscalani iosephi iussis super se muro cinxit iohannes leui filius. Cęteris autē castellis omnibus ipse iosephus intererat iubendo simulatq; opem ferendo. ¶ Qui & exercitum e galilea supra centum milia virorum comparauit: quos omnes vndiq; collectis armis veteribus instruebat. ¶ Deinde hoc maxime reputans Romanorū inuictam esse virtutem. ꝙ edicto essent obaudientes rectoribus suis & armorum exercitationi operam derent. doctrinam quidem vrgente necessitate despexit parādi autem facultatem ratus regentium multitudine posse cōtingere ita vt romani solent diuisit exercitum pluresq; fecit agminum principes diuersisq; militum generibus ordinatis alios decadarchis: alios chiliarchis subdidit & insup his rectores maiorū rerū āministratores ¶ Docebat oēs signoꝝ disciplinas: & prouocationes reuocationesq; buccinarū & principia cornuum & circūductiones: & quemadmodū oporteret laborātibus succurrere fortiores etiā cū defatigatis pariter picula: queq; ad fortitudinē animi corporisq; tolerantiā ptineret istituebat. Maxime vero eos erudiebat ad bellum vsq;quaq; romanorū referens disciplinam & ꝙ cum viris essent preliaturi qui & viribus corporis & animi obstinatione totū pene orbem terrę superarēt. His addidit quo pacto belli tempore suis essent paritur i preceptis. Iam nunc periculum foret nisi consuetis delictis hoc est furtis & la

Iosephus in hiericōte & manasses & iohānes esseus & iohānes ananię filius & iosephus mathię.

Iosephus galileę custos idigenas sibi cōciliare studuit & ex illis pfecit regionibus septuaginta prudētissimos & septē minorū litiū ordiauit auditores & capitales causas ad se referre & loca cōtra vēturos romanos muniuit

Iosephus supra cētū milia e galilea collectis militibus eos in armis instruxit: & plures fecit agminū pricipes. Docet milites belloꝝ exercitiū

trociniis & rapinis abstinuissent: sed neq; agentibus fraudem facerent. aut consuetissimorum damna proprium questum putarent. Illa enim bella optime amministrari: quorum milites bonam conscientiam gererent. Qui vero per se praui fuissent: his non solum inimicos Sed etiam deum hostẽ futurũ Multa in hunc modum ammouendo perseuerabat. Et iam quidem quantum prelio paratũ esset con flatum erat. Nam septuaginta peditum milia & trecẽtos quadraginta equites. ac preter hoc etiã mercennarios quibus maxime frœtus erat habebat quattuor milia quingẽtos: necnon & sexcentos circa se electos custodes corporis atq; satellites. Exceptis autem mercennariis facile ceteri milites a ciuitatibus alebantur. Namq; singulę (quas enumerauimus) cum mediam sui partem mitterẽt in militiam reliquos ad parandum eis victum tenebant: vt pars armis pars faciãdi operis dirimetur. & armati securitatem rependerent suggerentibus commeatum.

Exercitus Iosephi numerus.

¶ Iosepho autem hoc modo amministrante galileam: insurrexit quidem insidiator patrię a Gyscala ortus leui filius nomine Iohannes. callidissimus ac dolis prȩditus: & nequitia quidem nobilissimus omnium. Antea vero pauper & aliquãtulum malicię suę impedimentum passus inopia. Facile mentiri paratus mirusq; fidem adhibere mendatio & qui fallaciam virtutem putaret. eaq; aduersus amicissimos vteretur. simulator humanitatis. & spe lucri appetentissimus cedium: qui semper quidem immoderata cõcupiuisset: spem vero leuioribus maleficiis aluisset. Latro enim erat sui moris ac solitarius. Deinde comitatum inuenit audatię. primo quidem paruum ampliorem autem proficiens. Cure autem habebat neminem ignarum asciscere. Sed (qui & habitudine corporis. & animi magnitudine. bellatorumq; peritia præstarent) hos eligebat donec quadrigentorum virorum cateruam congregauit quorum plures ex tyriorũ finibus & vicis erãt. Isq; omnem galileam depopulabatur. & multos futuri belli mœtu suspensos lacerabat. Hunc sibi iam dudum regendi milites cupientem & maiora desiderantem diu pecunię retardabat inopia. Cum autem videret Iosephum sua viuacitate letari persuadet ei primum vt fabricandi muri patriæ sollicitudinem committeret. In qua re magnos a locupletibus quęstus fecit. Deinde callidissima fraude composita velut oleo ꝙ non agentibus suis tractatum esset. Vti cauerent omnes apud Syriam iudei. vt ad confinia oleum mitteret deposcit. nummoq; tyrio (qui quattuor atticos facerẽt) emptis quattuor amphoris. eodem precio amphorę dimidium venundabat. Cumq; galilea ferax esset olei maximeq; illo tempore magna vbertate redundaret. in ea loca vbi erat penuria solus multumq; mittendo infinitam summam pecunię cõgregauit Qui mox in eum versus est qui sibi hoc beneficium præstitisset. Deniq; existimans Iosephum disposuisse rectorem esse galileę futurũ (quibus præerat) latronibus imperauit prædas vehementius exercere. quam multis rebus nouis per eas regiones excitatis aut insidiis alicubi rectorem perimeret sicubi ferret auxilium: aut si latrocinia negligeret: ob hoc eum apud indigenas accusaret. Iamdudum autem rumores dissipauerat ꝙ res galileę Iosephus romanis proderet cogitaret: multaq; in hunc modum ad eius perniciem comparabat.

Iohãnes pr̃ię insidiator neqtia omniũ nobilissimus latro primo solitarius (quadrigentis animi magnitudine & corpis hitudine pitiaq; belloruꝫ pstãtibus sibi associatis) galileaꝫ depopulatus.

Iohãnes ditatus Iosephi medio contra ipm ad eius perniciem multa confixit.

¶ Tunc itaq; quidem damaricarum vici custodes ptholomeum Agrippæ & Beronices procuratorem agressi multa ab eo abstulerunt quam prædam occulte non valentes amministrare ad Iosephũ cõportauerunt qui (reprehensa eorũ violentia) iussit restituere dominis vnde indignati raptores iosephum proditorem accusauerunt. Vnde contra eum centum milia armatorum insurrexerunt. Multitudoq; apud Taricheas cõgregata ipsum concremari debere proditorem acclamabat omnibus p̄ter quattuor iosephi fugiẽtibus amicis. Iosephus vero taricheas pacificauit rapinam ipsam in vrbis suę ortificatione reseruesse asserens expendẽdam vnde orta inter Taricheas & Tyberienses dissentione osephus eos increpat. Iosephus autem (duobus in eum milibus armatorum insurgentibus) eorũ prin ipes vocat vt secum ociose colloquerentur. Quos verberibus cruentatos patefaciens cæteros terro proiectis armis) conuertit in fugam. Vnde & iohãnes crescente inuidia nouas moliebatur insidias. Hic enim simulato morbo Tyberienses contra Iosephum curat corrumpere. Sed Syla & insidias rescribente propere venit in Tyberiadem. Quem congregatis Tyberiensibus in amphiteatro iohãnes iussit interfici. Clamante vero populo ascendens nauiculam discessit suis mandans militibus vt pareret insidiatoribus. Iohannes autem (omnibus propter insidias in eum irruentibus) fugit & omnes galilei ad iosephum aduersus iohannem confluebant. Et preconum voce statim ad iosephũ tria mi a (dimisso iohanne) reuocata sunt.

Capitulum vigesimumquintum.

Itaq; illo tẽpore cũ (quidã ex vico damaritarũ in magno cãpo custodias agẽtes ptholomeum agrippę & beronices procuratorẽ aggressi omnes (quas ferebantur) sarcinas abstulissent (in quibus erant nõ paucę vestes preciosę plurimoq; argente pocula & sescenti aurei: neq; hanc prędã occulte ãministrare potuissent. Omnia taricheas ad Iosephum cõportarunt. Ille autẽ reprȩhensa violentia quã regiis intulissent) reponi res ablatas apud aliquẽ eius ciuitatis potentissimũ iubet: paratus eas dñis oportune re

Quidã Phtolomeũ agrippę & beronices pcuratorem agressi multa ab eo abstulerunt quem præd[illegible]m occul

te nam potẽtes ãministrare ad iosephũ cõportarunt qui (eorũ reprehensa violẽtia) iussit restituere dñis vñ indignati raptores iosephũ proditorẽ accusant.

mittere. Vnde maximum ei periculum comparatum est. Namq; raptores earum & (quia nullam prędę partem accepisset) egre ferentes & prospicientes q Iosephus cogitauerat laborẽ suum regibus cõdonare. per vicos noctu dicurrunt: omnibusq; indicant Iosephum prodidisse. Eodem tumultu ciuitates proximas repleuerunt adeo vt centum armatorum milia contra Iosephum prima luce concurrerent. Deniq; multitudo in circo apud Taricheas congregata plurima per iracundiam clamabat partim deponi partim concremari vociferens proditorem. Plęrosq; incitabat Iohannes & cum eo filius Samphiæ Iesus qui tunc magistratui præerat tyberiadis. Iosephi quidem amici & Satellites tantæ multitudinis in cursu perterriti omnes præter quattuor diffugierunt. Ipse vero dormiens prope (cum iam ignis admoueretur) exurgens: & mouentibus eum quattuor (qui remanserant) neq; solitudine sua neq; illorum (qui contra se venerãt) copijs perturbatus. in conspectu eorum prosilit (veste decissa infusor capite puluere: auersisq; post tergum manibus suæq; ceruici gladio annixo). Hec autem amicitiores ei maxime taricheas ad misericordiam commouerant. Rustica vero plebs & finitimorũ (quibus molestior videbatur) non sine maledictis eum iubebant publicas proferre pecunias: & facta proditionis fateri. Nam ex habitu eum opinabãtur nichil eorum (de quibus nata fuerat suspitio) pœnitus negaturum: & impetrandę venię causa fecisse omia quę misericordiam prouocarãt. Ad illius ista humilitas consilium præstruebat & contra se indignantes arte circumueniens vt super his (vnde irascerentur) inter se ipsi discordarent omnia confessus est. Deinde (sibi loquendi facultate concessa) ego inquit has pecunias neq; Agrippæ remittere cogitabam: neq; in propria lucra conuertere. Absit em̃ vt amicum putem vnq̃ (qui vobis sit inimicus) aut questum ex re capiam quę vos communiter lederet. Sed quia videbam o taricheate maxime ciuitatem vestram munitionis egere. & ad extruẽda mœnia minus habere pecunię: timebamq; tyberiensium populum aliasq; ciuitates (raptis pecunijs) inhiantes. Pedetentim eas retinere decreui: vt vos muro circundarem. Si hoc non videtur: profero (quæ ablata sunt) & diripienda propono. Sin recte consului: bene de vobis meritũ coercetis. Hęc taricheate quidem ab eo dicta cum fauore receperunt. ¶ Tyberienses vero cũ alijs deprauando: insuper etiã minitabantur. Vtriq; autem (relicto iosepho) inter se litigabant. Ille autem frœtus iam sibi consentientibus (erant enim prope ad quadraginta milia taracheatę) cum multitudine liberius loquebatur. multum in eorum temeritatem inuectus: ex pręsenti quidẽ pecunia tarichea ait sese munienda. Cure aũt sibi fore similiter vt etiam cętere sint ciuitates tutę. Nec enim pecunias defore si concordare velint in eos vnde parandę sunt. vt non in eum moueantur qui parat. ¶ Itaq; dum illa multitudo (quæ decepta fuerat) quamuis irata recedebat: duo vero armatorum milia impetum in eum fecere cũq; se ille tecto ante recepisset: instabãt ei minitantes. Iterum autem iosephus in hos quoq; altera fraude vtitur Cumq; ad fastigium culminis euasisset (compresso dextera strepitu) nescire se ait quid peterẽt sibi pręstari: voces enim se non exaudire confusas. Omnia vero quę iuberent esse facturum si aliquos intromisissent qui secum ociose colloquerentur. His auditis illico nobiliores cum magistratibus ad eum ingrediũtur. Quos ille in ediũ partes inductus clausa ianua tãdiu verberauit: quoadusq; eorũ intestina nudata sunt. Circunstabat autem interim populus existimans eos ꝓlixis allegationibus cõcertare: cũ subito iosephus foribus patefactis cruentos eos dimisit. Vnde tãto terrore (q minabãtur) affecti sunt vt (proiectis armis) aufugerant. obhoc iohannis etiã atq; etiam crescebat inuidia. aliasq; nihilominus insidias iosepho moliebatur. Morboq; simulato per epistolam postulauit: vt sibi medicinæ gratia tyberiensibus aquis calidis vti permitteret. Iosephus autem (nõdum ei suspectus erat insidiator) ad pręfectos ciuitatis litteras fecit: vt hospicium & vtensilia iohanni pręberent. Quibus ille potitus biduo post. cuius rei causa venerat agebat: & his fraude circũuentis. alijs vero pecunia corruptis vt iosephũ desererẽt persuasit. His autẽ cognitis syla (quem iosephus custodię præposuerat) propere de insidijs ei scripsit Atq; ille accepta epistola noctuq; itinere maturato) matutinus ad tybertiadem peruenit. & cętera quidem multitudo obuiam ei processit. Iohannes autem quãuis eum contra se venturum esse suspicaretur: tamen (directo quodam ex nuncijs infirmitate simulata quod lectulo detineretur) obsequijs sese defuisse mandauit. Tyberiensibus autẽ a iosepho in amphiteatri studium congregatis vt id eos quę sibi scripta fuerant alloqueretur missis armatis iohannes iussit eum interfici. Quos cum iam nudare gladios prospexisset populus exclamauit. Atq; ita cõuersus ad eius vocem iosephus vbi ferrũ prope iugulo suo imminere prospexit in littus dissiluit ex tumulo excelso cubitis sex in quo verba faciens cum populo steterat: ascensaq; inde nauicula cum duobus satellitibus suis (quæ illic applicuerat) in medium lacum refugit. Milites vero eius raptis illico armis contra insidiatores irruebãt. Mox autem veritus iosephus ne bello intestino concitato propter paucorum inuidiam ciuitas consumeretur. Nuncium suis misit qui eos moueret vt proprię tantum saluti cõsulerent. neq; vero quemq̃ vel occiderent vel arguerent noxiorum. & illi quidem dicto parentes conquieuerunt. ¶ Qui vero circũ

Iosephus.

Iosephi verba ad taricheatas contra raptores & accusatores.

Seditio inter tyberiẽses & taricheas Iosepho ipsos increpãtibus.

Iosephus duobus armatorum milibus in eum impetũ facienti bus) vocat ad se nobiliores eorũ vt secum ociose colloquerentur quos cruẽtatos verberibus patefaciens cęteros terrore i fugam (ꝓiectis armis) cõuertit vne io. crescente inuidia alias moliebatur insidias.

ciuitatē per agros habitabāt auditis insidijs & quis earum fabricator esset contra iohannē veniebant. Sed ille prius in gyscala patriam suam fuga receptus est. At galilei totis iam ciuitatibus ad iosephum confluebant & cū multa essent armatorū milia congregata qui se aduersus iohannē cōmunem insidiatorem adesse clamabant: vnaq; cum eo ciuitatem quę illum suscepisset ignibus tradituros. Ad ea iosephus probare quidem se eorū beniuolentiam impetum autem cohibendum esse dicebat. prudentia magis inimicos vincere cupiens q̄ perimere. His vero qui de singulis ciuitatibus rebellassent cū iohāne noīatim exceptis. quippe alacri animo suos quisq; populos indicabat pręconum voce den ūciabat intra quinq; dies eorum qui iohannem non reliquissent patrimonia diripienda domosq; cum familijs exurendas. Et tria quidem milia statim ab eo reuocauit: qui profugi ante pedes eius arma proiecerūt

Ioh. fugit oībus ꝓpter isidias cōtra eum irruentibus omnesq; galilei ad iosephū cōfluebant aduersus iohā &c. Præconū voce stati tria milia a Iohan. reuocata sunt ad iosephū

¶ Iohannes cum mille Syris iterum Iosepho insidias parans: eum de proditione accusat hierosolymis quod negligente populo magistratus clam iohanne pecunias vt congregatis mercennarijs bellum gerat contra iosephum miserunt. Et quatuor ciuitates statim missis quibusdam vt a Iosepho multitudinis auerterent beniuolentiam ad inimicos transierunt quas continuo sine armis recepit & captos quatuor duces remisit ad hierusalem. Iohanne timore in Ascalone latente. Tyberias iterum rebellauit similiter & Tarichee dolo autem qui se deseruerant circumuenire cogitauit. Hic enim ne cōsilium proderetur clausis Tarichearum portis nauigat ad Tyberiadem cum septem scaphis. Alijs autem longius relictis erant ducente & triginta. Qui postq̄ Tyberienses minis & exprobrationibus increpauit decem Tyberiensium potentissimos in vnam nauiculam recepit: deīde alios quinquaginta nobilissimos. vocauit demum nouis accusationibus excogitatis alios insuper & alios fœderis obtentu euocat & captiuos ducit omnes curiales: Tarichea. Clytus vero cuius ambas manus Iosephus iusserat abscindi ipso rogante vt vna sibi reseruaretur sibi leuam truncauit: hoc modo iosephus Tyberiadem sibi sociauit: Sephorim quoq; militibus pędari permisit & omnia inde collecta: Sepheritis dedit popularibus. Iudei itaq; ab intestinis dissensionibus quiescentes aduersus Romanos instruebantur in armis. vniuersaq; erant plena tumultus statusq; iam periturae ciuitatis erat anteq̄ Romani venirent. Symon quoq; ad rapinas conuersus fugatur ab Anano.

¶ Capitulum vigesimumsextum.

Cum reliquis autem prope mille siris fugitiuis trāstulit se iterum in occultas insidias ex apertis ac per nuncios in hierosolyma clam directos iosephum accusabat ꝙ magnum exercitū collegisset: iamq; nisi pręueniat ni Tyrannus metropoleos venturus esset. Verum ea populus quidem pręsciens negligebat: libere autem potentes nonnullisq; magistratuum clam pecunias ad cōparandos mercēnarios milites iohāni miserūt vt per eos bellū cū iosepho gereret. Decretūq; inter se cōceperunt: ꝙ idem iosephus militum amministratione dicederet. Tamen id satis esse credebant ideoq; duo milia & quingentos armatos. & quatuor miserūt nobiles viros vite peritos filiū iosandrū & anamā saduci. & symonē & iudam ionathi filios oēs eloquentia validissimos vt eorū scilicet munitu auerteretur a Iosepho beniuolentia multitudinis & siquidē ipse spōte sua veniret paterētur eū rationē reddere cōtenderet: velut hoste vterētur. Amici autē iosepho militē quidē ad eum venturū esse pręscripserūt causam vero nō indicauerūt: qm̄ secretū fuerat inimicorū eius cōsiliū. Vnde factū est vt quia pręcauere nō potuit: quatuor stati ciuitates ad inimicos trāsierēt: hoc est sephoris & gabara: & gyscala: tyberias quas tn̄ cōtinuo sine armis recepit. Captos autē cōsilijs quatuor duces armorūq; fortissimos remisit ad hierusalē cōtra quos populus haud mediocri indignatione commotus. & eos & a quibus pręmissi fuerant interfecisset nisi ante fugissent. Iohannē vero iā intra muros ascalō iosephi timor custodiebat & paucis diebus post iterū tyberias rebellauit. habitatoribus eius Agrippā implorātibus regē. Et cū ille cōstituto die ad eos nō venisset: paucíq; romani equites ibi tn̄ cōparuissent a iosepho alienati sunt. Hijq; apud taricheas cognitis stati defectio cōstituta est. Cū vero cūctos iosephus misisset milites frumētatū neq; solus egredi contra destitutores neq; se continere patiebatur metuēs ne dū ipse tardaret ante ciuitatē regij trāsgrederētur. nec em̄ postero die obstāte sabbato quicq facere poterat. Dolo autē qui se deseruerāt circūuenire cogitabat. Et portas quidē tarichearū claudi iussit ne quis consiliū suū illis proderet cōtra quos suscipiebatur. Oībus autē scaphis quas i lacu repertis cōgregatis ducēte autē & trigīta fuerūt quaterniq; nautę nō āplius singulis inerāt mature ad tyberiadē nauigat. Cūq; tacito ab ea distaret spacio vt facile videri nō posset manibus scaphis in salo relictis septē ipse solus inermes satellites secū habēs ꝓpius vt cōspiceretur accessit. Quē cū inimici adhuc maledicētes ei ex muro cōspexissent: metu perterriti & scaphas armatorū esse plenas existimātes arma proijciūt: manusq; supplices agitātes vt ciuitati parceret pręcabantur. Iosephus autē postq̄ multis eos minis atq; exprobrationibus castigauit primū ꝙ bello cōtra ppl'm romanū suscepto intestinis dissensionibus vires suas ante cōsumerēt inimicorūq; vota cōplerent: deinde ꝙ securitatis suę curatorē e medio tollere properarēt. ciuitatemq; non erubescerent sibi claudere qui eam muro cinxisset non

Ioh. cū mille Syris iterū insidias parans iosephū accusat hierosoly. proditorē qd populo neglīgēte magistratus clā pecūias ioh. vt mercennarijs bellum cōtra iosephum gereret miserunt.

Quatuor ciuitates stati quia iosephus cōciliū contra se factū præcauere non potuit trāsierūt ad inimicos quas tamen cōtinuo recepit sine armis & captos quatuor duces remisit ad hiri'm. &c

Iosephus Tyberienses increpat

repudiaturum se ait si qui sibi satisfacerent: quibusq; interuenientibus amicitiam cum ciuitate firmaret. Itaq; statim ad eum decem tyberiensium potentissimi tetenderunt. His autem in vnā receptis nauiculam piscatoriam. & procul abdutis alios quinquagita curiales maxime notissimos venire iussit velut illi quoq; fidem sibi prebere deberēt. Deinde nouas accusatiões alias causationes excogitās alios insuper atq; alios obtentu fœderis euocabat: & gubernatoribus nauium repletaruꝫ mature taricheas vt recurrerent imperabat quosq; adduxissent in carcerem collocarent: donec omnem curiam quę sex centos habebant viros duoq; milia popularium comprehensam i taricheas scaphis abduxit Reliquis autem vociferantibus clytum quandem esse maxime defectionis auctorem iramq; ipsius pœna illius pręcantibuo saciare. Nullum quidem iosephus volebat occidere: suorum vero satellitum quendam. Lenyn egredi iussit qui clyti manus absciderεt. Cum vero his prę timore solum se globo inimicorum commissurum negaret eaq; causa indignari stantem in scapha iosephum clitus videret ipsumq; velle descendere ac de se supplicium sumere vt saltem sibi vnam manum concederet rogabat neq; abnuēte hoc Iosepho dum modo alteram sibimet clitus ipse pręsciderεt. Educto ille dextra gladio leuā sibi truncauit. Tantus eum timor iosephi inuaserat. Ita tunc iosephus vacuis scaphis & satellitibus septem populo capto rursus tyberiadem sibi sociauit. ¶ Paucis diebus post cum etiam sephorim defecisse inter alias reperisset militibus eā deprędari permisit omniaq; inde collecta popularibus dedit sephoritis. Nam & captos rapinarum damno corrigere voluit: & redibitione rerum rursus eos ad beniuolentiam reuocare Hactenus apud galileam motus erat. Iamq; ab intestinis dissensionibus quiescētes aduersus romanos instruebantur. Hierosolymis autem ananus pontifex & potentiores qui non cum romanorum parte sentirent muros instaurare properabant multaq; bellica instrumēta. perq; omne oppidum sagittę aliaq; arma fabricabantur. Exercitationibus autem omnis manus iuuenum operandabant: erantq; vniuersa plena tumultus magnaq; tristicia mediocres occupauerat multiq; futuras clades prospicientes fletum cohibere non poterant: infestaq; pacem cupientibus omnia videbantur. belli autem incentoribus quę & illis placerent ex tempore fingebantur statusq; iam tum quasi periturę ciuitatis erat anteq̄ romani venirent. Anano autem autem apparatū belli cura fuit negligere & studiosorum quos emulatores vocabant amentiā ad vtiliora conuertere. Qui tamē victus est & quis illius finis fuerit in posterioribus explanabimus. At in acrabiathena toparchia gyore filius Symon multis nouarum rerum cupidis congregatis ad rapinas conuersus non solum domos locupletum perturbabat: verum etiam corpora verberibus conficiebat. Iamq; tum certum erat incipiens tyrannidem. Ab anano autem missis aduersus eum militibus magistratuū ad latrones qui erant magade cum his quos habebat effugit. Ibiq; manens donec ananus & alij eius inimici perempti sunt Idumeam cum cęteris populabatur adeo vt magistratus eius gentis propter cedium multitudinem ad prędarum assiduitatem collecto milite vicos pręsidijs tuerentur. Et Idumeę quidem res ita se habebant.

Decē tyberienses ad sevenientes Iosephus in vnā nauiculam recepit deide alios quinquagita nobilissimos venire iussit demū nouis ac cusationibus excogitatis alios isuper alios obtētu fœderit euocas & captiuos caute ducit tariche as oēs curiales.

Sephorim militibus pmisit depdari & oia inde collecta dedit popularibus sephoritis.

Multi tumultus & āteq̄ Romani venirēt status erat piturę vrbis.

Symon ad rapinas cōuersus fugatur ab anano

¶ Explicit Liber Secundus

¶ Incipit Liber Tertius De Iudaico bello.

¶ Nero cognitis in iudea rebus gestis superbiam simulans: ducis negligentiam accusabat. & vespasianum cuius in militię exercitio maxima erat strennuitas ad regendos exercitus mittit i syriā. qui ex Achaia protinus Titū filium misit in Alexandriā legiones & auxilia congregaturum. Capitu. primū.

Neronē aūt vbi res apud iudeā nō pspere gestas accepit. latēs quidē quod necesse fuit cū timore stupore inuasit. Aperte aūt superbiā simulās vltro etiā indignabatur: magisq; ducis negligētia q̄ virtute hostiū quę cōtingerāt facta esse dicebat: dicere reputās propter imperij pōdus tristiora contēnere. Videriq; malis oībus superiorem animū gerere. Veruntamē curis arguebatur mētis eius perturbatio cū deliberaretq; cuinam cōmotum cōmittere alias crederet orientē. qui vna & iudeos rebellantes vlcisceretur proximasq; his nationes simili modo correptas ante caperet. Inuenit sibi solū vespasianū his necessitatibus parem. & qui tanti belli suscipero magnitudinem posset. Virū ab adolescētia vsq; ad senectutē bellis exercitatū: & qui populo romano iam pridē placasset hesperiani germanorū tumultu concussam armisq; ante illud tēpus incognitam britanniā vindicasset. Vnde patri quoq; ipsius claudio præstiterat vt sine proprio sudore triumphare. Itaq; his velut oībus frœtus nero etatemq; illius cū pericia stabilem cernens obsidesq; fidei liberos eorūq; filiorū vigorē manus esse paternæ prudentię iam tum fortasse de tota republica deo aliquid ordināte mittit eū ad regendos exercitus in Syria constitutos multis pro tempore blandimentis atq; obsequijs animatū: qualia necessitas imperare consueuit. ¶ Ille autem protinus ex achaia vbi cum nerone fuerat. titū

Nero (cognitis i iudea gestis rebus) superbiā simulās ducis neglīgētiam accusabat. &c.

Vespasianus solū aptus ad bellū cōtra iudeos agēd vir i armis exercitatus qq; hesperiā romāo pplo placasset & britanniā mittit ad regendos exercitus in Syriā.

quidem filium suum dirigit Alexandriam vt inde quintã itemq; decimam legionem moueret ipse vero transmissus helesipontum terreno itinere Syriam peruenit ibiq; Romanas vires multaq; a vicinis gentibus auxilia congregauit.

Vespasianus ex achaia ritũ filiũ mit i alexãdriã legiões & auxilia congregaturum.

¶ EGESIPPVS circum hunc locum Libro suo.iij.ca.ij.loquitur de Petro & Paulo apostolis tunc Romę degentibus qui Neronem Symonis magi dolis deceptum aduersũ gabuerũt patefactis namq; magici maleficijs eoq; a volatu corruente mortuo Nero dolens tanti castum amici indignatus quesitis causis christianos persequi iussit & captis Petro & Paulo apostolis alter cruce alter gladio necatus est.

¶ Iudei insperata fœlicitate contra cestium elati Aschalonem sibi ciuitatem semper inuisam cum exercitu inuadũt tres duces Nigrum peraitam Sylam & Iohannem esseum habẽtes anthonius vero perfectus hos ab vrbis ingressu fortiter refrenauit qui plus indignationi q̃ consilio tribuentes cõfusibiliter victi fuerunt eorumq; perempti sunt decem milia cum duobus ducibus Iohanne & Syla cęteris saucijs cum nigro fugientibus Quiq; tanta cede eorum incitata audacia iterum congregatis viribus ascalonem inuadentes sine belli peritia victi fuerunt octoq; eorum occisa milia alijs cum Nigro fugientibus in turrim quam Antonius iussit inflammari Niger vero in specu triduo seruatus se ad sepulturam querentibus ostendit.

Capitulum secundum.

AT iudei post malã cestij pugnã insperata fœlicitate sublati aĩmorũ impetus cohibere non poterant: sed tanq̃ fortunna eos exagitante partiti bellũ vlterius ꝓcedebant Deniq; ei quãta fuit magnu pugnacissima cõgregata ascalonẽ petierũt Ea ciuitas antiqua septingẽtorũ & viginti stadiorũ spacio ab hierosolimis distans & iudeis sẽper inuisa. Quę res fecit: vt etiam tunc primis eorum incursibus ꝓprior videret. Tres aũt viros agressiõis duces hẽbãt & corporibus & prudẽtia p̄stãtissimos nigrũ paitã & sylã babiloniũ & iohãnẽ esseũ Ascalon ei validissimo quidem muro cincta fuit: sed vacua pene presidijs. Vna cum cohors eam peditum & vna equitum alta tuebatur: quibus prefectus erat antonius. Illi quidem multa ira velocius itinere peracto quoniam ex propinquo venirent presto erant. Antonius vero nec enim eorum fore impetum nesciebat: equites iam ex ciuitate eduxerat: & neq; multitudinem veritus vel audaciam primas hostium coitiones fortiter sustinuit: murumq; properantes aggredi refrenauit. Itaq; iudei quiq; cum peritioribus imperiti & pedites cum equitibus. Cum stipatis autem inordinati leuiterq; armati cum instructis plusq; indignationi q̃ consilio tribuentes. Cum morigeris & nutu rectoris omnia facientibus dimicaturi: facilis erat aduersarijs labor. Nam vt semet eorum primæ ab equitibus turbatę sunt acies fugam petunt: & murum versus a tergo sevrgentibus incedentes suimet ipsi hostes erant: donec omnes incursibus equitum victi per totũ cãpum dispersi sunt: qui fuit plurimis totusq; habilis equitantibus. Quod quidem romanos iuuit vt magna cede iudeos prosternerent. Nam & fugientes præuertendo torquebant & quos occupassent curriculo trensfigẽdo infinitos peremerunt. Alij vero alios quocumq; se vertissent circundatos exagitantes: facile iaculis opprimebant. Et iudeis quidem propria multitudo per desperationem salutis solitudo videbatur. romani vero licet bello pauci essent: rebus tamen seccundis animati etiam superflue residui videbantur Et illis quidem res aduersas superare certantibus dum cito pudet fugere mutariq; fortunam sperant. Romanis autem in his quę prospere agerent minime laborantibus ad maiorem vsq; diei partem pugna pertracta est donec iudeorum quidem perempti sunt decem milia duoq; duces. Iohannes & Sias. Cęteri vero & pleriq; saucij cum nigro qui vnus restabat ex ducibus in ciuitatem Idumee quę calis dicitur confugerunt. Nonnulli etiam tunc Romanorum in illo prælio vulnerati sunt. ¶ Sed non iudeorum spiritus tanta clade sedatus est. Multoq; magis dolor eorum incitauit audaciam. Et coincidantes quantum ante pedes mortuorum iacerent pristinis fœliciter gestis ad plagam alterã alliciebantur Deniq; paruo tẽpore intermisso quod ne curandis quidem vulneribus satis esset cunctisq; aggeratis viribus maiore cum indignatione multoq; plures ascalonem recurrebant: eadem se propter imperitiam ad alia belli initia comitante fortuna. Etenim cum Antonius qua transituri fuerant posuisset insidias ex improuiso in eas dilapsi & ab equitibus circũdati. priusq̃ se ad pugnã cõponerent terũ super octo milia ꝓcubuerũt: cęteri vero oẽs aufugerũt. Cũq; hic Niger multis dũ fugeret magnanimi facinoribus demõstratis & q̃m hostes instarent in turri quãdã tutissimã cõpellũtur alicuius vici cui nomẽ Badezel al's Bezedel Antonius vero suis ne vl' moras circũ turri quę inexpugnabilis eẽt diu tenerent. vel ducẽ hostiũ fortissimũ viuũt relinquerẽt & ignẽ muro supponũt: turrisq; inflãmata romani quidẽ exultãtes recedũt quasi etiã Nigro consũpto. Ille autẽ in castelli specus itimũ ex turri saltu dimissus euasit triduoq; post socijs cũ fletu eum ad sepulturũ inuestigantibus sese ostendit: gaudioq; insperato repleuit omnes iudeos tamq̃ dei prouidentia dux eis in posterum reseruatus.

Iudei insperata fœlicitate elati cũ exercitu ascalonẽ iudeis sẽp inuisam ciuitatem inuadunt.

Antonius ꝓfectus vt his fortiter iudeos ab vrbis ingressu refreauit

Inordinatus iudeorũ exercitus q̃ indignationi plusq̃ cõsilio tribuẽtes cõfusibiliter victi fuerũt.

perẽptii iudeorũ decẽ milia cum duobus ducibus Iohãne & Sila sęteris saucijs cum nigro fugientibus

¶ SCITOPOLIS A ROMANIS recipit præsidium.

¶ Vespasianus Antiochiam Syriæ metropolim & tercium iter omnes(quę in Romano sunt orbe)locum tenentē exercitum duxit cui Agrippa& Sephoritæ occurrerunt quibus poscentibus equitum & peditum dedit munitiones/Sephoris enimmaxima est galileę ciuitas / Due autem sunt galileę superior & inferior quarum situs dimensio & ciuitates describuntur Galilea semper periculis restitit galilei enim pugnaces sunt ab infancia Galilea quoq; fertilis & populosa vt breuissimus vicus habeat super quindecim milia colonorum Galilea varijs arboribus consita abundeq; irrigatur. Samaria quoq; inter iudeam & Galileam/quę natura a Iudea nihil discrepat/Ambę enim fertiles earumq; pecora præter a ias lactis abundant vtraq; viris referta Samarię aūt situs & dimēsio describuntur.iudea quoq;/in cuius medio est ciuitas hierusalē quę a nōnnllis vmbilicus terrę appellatur/vndecim sortes quarū pria hierłm regnū est,diuiditur huius descriptionem & dimensionem hic inuenies.

Capitulum tertium.

Vespasianus antiochiā syrię metroli & ttiuz iter oēs/que i romano orbe sūt locū tenētē exercituz duxit cui agrippa & sephoritæ occurrerunt quibus dedit eqtuz & peditum munitionem.
Duplicis galileę situs & descriptio.
Carmelus mōs.
Hyppeon.
Samaria Scitopolis. Hyppenę Gadara.
Galilea inferior
Galilea superior
Galilea sēp belli periculis restitit pugnacesgalilei
galileę fertilitas
Galilea ppłosa. vtbreuissimusvicus hēat supra xv.mil. colōorū
Galileavarijs arboribus concita
Galilea abunde irrigata.
Galileę longitudo & letitudo.
Sāarię quę iter iudeā&galileāsita est situs & descriptio que natura iudea nihil discrepat ambe fertiles.&c.

AT Vespasianus antiochiē exercitū ducēs/quę Syriæ metropolis est/magnitudine,simul aliaq; fœlicitate sine dubio tertiū inter oēs/quę i romano orbe sunt/locum obtinēs vbi etiā aduētu suo regē agrippā cū omni manu propria offenderat prestolari ad ptholomaidē properabatIn hac autem ciuitate occurrerūt ei sephorim ciues oppidū galileę colētes.soli mēte pacata qui'tā suę salutis ,puidētia soliciti' q̄ romanorū viriū gnari etiā/priusq̄ Vespasianus veniret/Cestio gallo fidē dederant dextrasq; iuxerant & præsidiū militare susceperāt.Itaq; & benignissime duce suscepto alacri animo etiā cōtra gentiles suos auxilia promiserant. Quibus interim Vespasianus tutionis causa poscentibus equitum peditumq; tantum numerum tradidit quantum obstare posse arbitrabatur incursibus:si quid iudei cōmouere tutassent. Non enim minimū esse videbatur futuri belli periculum auferri ciuitatem sephorim Galileę maximam & in loco conditam tutissimo totiusq; gentis futuram præsidio. ¶ Duę sūt autem Galileę/quę superior & inferior appellantur/Easq; phœnice & Syria cingunt. Discernit vero ab occidente Ptholomais territorij sui finibus quondam & galileorum nunc autem mons tyriorum carmelus cui coniuncta Gabaa ciuitas Hypeon. hoc est equitum / quæ sic appellatur/ex eo q͏ equites ab Herode rege dimissi coloni eo deducebant a meridie autem Samaritis scytopolis vsq; ad flumen iordanem ab oriente vero Ioppa alias Hyppene & gaddaris.Sed & gaulanitide diffinitur: quæ etiam regni Agrippæ fines sunt.Septentrionalis autem tractus eius . Tyro itemq; tynorum finibus terminatur ¶ Inferioris quoq; galileę fines q̄ longi sunt ex tyberiade vsq; ad zabulon cui vicina est in locis maritmis Ptholomēsiū ciuitas propaganturlatitudine autē patent ex vico Zalochy'. alias Zaloch qui in magno campo situs est vsq; ad bersaben.Vnde etiam superioris galileæ latitudo incipit vsq; ad bacavicum qui terram dirimit tyriorum.Longitudo vero eius a Thella vico iordani'proximo vsq; ad berothe tenditur. ¶ Sed cum tanta sunt vtræq; magnitudine tantisq; alienis gentibus cinctę:semper tamen oībus belli periculis restierunt.Nam & pugnaces sunt ab infantia galilei & omni tempore plurimi:neq; formido vnq̄ vicos eorum aut pœnuria regiones illas occupauit quoniam totę opimę & fertiles sunt omniumq; generum arboribus consite: vt etiam minime agricolandi studiosos vbertate sui prouocent Deniq; excultę suntab icolis totę:nec pars vlla est earum ociosa. Cum & ciuitates ibi crebrę sunt & vbiq; multitudine vicorum propter opulentiam populosa vt qui sit breuissimus supra quindecim mllia colonorum habeat:prorsus vt si quis etiam magnitudine minorem galileam dixerit q̄ trans flumē regionem: viribustamen eam pertulerit:Hec enim omnis est in opere assidueq; fructuum ferax vt illa quę trans flumen est licet multo maior sit plęraq; tamē aspera atq; deserta est: & nutriendis fructibus mansuetis inhabilis.Galilęę vero mollicies & ingenium fructuosum campos habet cum varijs arboribus consitos:tunc maxime oliuetis & vineis & palmetis excultos. ¶ Irrigatur autem abunde montanis torrentibus aut fontibus aquę perennis.Quotiens illi syrio estuante defecerint.Et longitudo quidem eius a macheronte in pellam:latitudo vero a philodelphia vsq; ad iordanem.Et pella quidem(quam supra diximus/septemtrionalis eius tractus: occiduus vero iordanis meridiana autem moabites regio terminat.Ab oriente autem arabia selbonitide. necnon & philadelphia iteq; gerasidis clauditur. ¶ Samariēsis aūt regio iudeā quidem & galileā sita est. Incipiēs eni avico in planicie posito cui nomen est gennaye alias Genea i acrabathenā desinit Toparchiā sed natura nichilab iudea discrepat.Nā & vtręq;mōtuosę sunt & campestres agroq; colendo molles atq; opimę:necnon& arboribus plenebomisq; tā siluestribus quā mansuetis abundant eo q͏ sint naturę aridę imbriūq; satis habent.Dulces autem pereas multimodis aquę sunt boniq graminis copia: p̄ter alias earū pecora lactis abūdāt: quodq; maximū virtutis atq; opulentię specimē est vtraq; viris referta ē His aūt finitimus ē anaathat al's Amathvicus/q etiā borreas appellatur/iudeę limes a septē

rione. Meridiana vero pars eius si in longitudine metitare adiacenti vico arabum finibus termina-ur cui nomē iordane. ℭ Et iudeę latitudo ex iordane flumine vsq; ad iopen explicatur. Media ve-o ciuitas eius est hierosolima Vnde quidem nonsine ratione vmbilicum eius terrę id opidum voca-erunt. Sed nec maritimis quidem iudea delicijs caret: a ptholomaida vsq; locis extenta maritimis ℭ In vndecim autem sortes diuisa est. Quarum prima est regnum quod obtinet hierosolimorum ci-itas: prę cęteris inter omnes accolas eminens veluti caput in corpore: Alijs quoq; post hanc tophar hię sunt distributę. Cophna est secunda & posteaaccabatam deinde taphna alias Thanna & lydda emq; amineus alias Ammaus & pelle & Idumea & agada alias ēgade & herodium & hiericus post quas Iamnia & Ioppe finitimis pręsunt & pręter hanc gamalitica & gaulanitis & bachanea & traconi dis: quę etiam regni agrippę sunt partes. Eademvero terra incipiens ex monte libano & fōtibus ior anis vsq; ad tyberiadi proximum lacum latitudine panditur Ex vico autem qui appellatur Arphas qui ad iuliada oppidum longitudine tendit: & habitatur ab incolis iudeis & vna syrisq; permixtis. De iudea quidem & quibus esset cincta regionibus q̄ maxime potui breuiter exposui.

Iudeę latitudo i cuiusmedio ē ci uitas hierl'; quę a nōnullis vmbi licus terrę appel latur.

ℭ Iosephus contra sephorim impetum faciens magnum in Iudea bellum accendit infirmior iuentus Sephoritis: Romani namq; continue agros depopulātur: & interfectis pugnantibus imbel-es ad seruitutem redigebant. Galileaq; tunc igne plena erat & sanguine. Tytus vero de Alexandria um exercitu veniens patrem in ptholomaide inuenit. Romanorum autem exercituum sub vespasia-o & Tyto numerus & ordo declaratur. Antiochi quoq; & Agrippę & Soemi & Malchi arabię re-is: Laudatur Romanorum prudentia qui seruos in militia etiam pacis tempore instruebant. Medita o namq; eorum nichil a contentione differt. Camporum vbi castra ponebant descriptio: Fabrorum uoq; multitudo exercitum sequebatur. Machinęq; eorum in promptu sunt portę in castris vici & ta s est tabernaculorum ordinatio vt repentina videatur esse ciuitas ibi locus cenæ & prandij atq; som buccinę enim tempus vigilandi significant & dormiendi. Sicq; ad inuicem principes ordinantur t summus signum donat & pręcepta subiectis proferenda. Tubę quoq; sonus quid agere debeant ilites instruit. Castraq; recedentes incendunt ordinateq; incedunt & recedunt pedites vtroq; latere cas ferunt: sinistra tamen longiore dextra pedites vero duces custodes cum armis viaticum tridui ortant vt parum intersit inter onusta iumenta & pedites Equitum vide arma Agmen autem cui sors cedit semper antecedit. Omnia enim cōsulte faciunt ideo raro peccant legis non solum desertiōes d minimę negligentię capite plectuntur Termini insuper Romani imperij ponuntur.

ℭ Capitulum quartum:

Vod autem vespasianus miserat auxilium sephoritis. hoc eū equites mille. sexq; milia pe-ditum (placido eos regente Chiliarcho castris in magno campo positis bifariam diuidun-tur: & pedites quidem in ciuitate ipsius tuende causa: equitatus vero in castello degebat Vtriq; autem assidue prodeundo & circa eam regionem loca omnia cursando magnis in-ommodis Iosephum: eiusq; socios quamuis quietos afficiebant: & præterea ciuitates extrinsecus epredabantur quorumq; conatus si quando excurrendi habuissent fiduciaum repellebant. ℭ Sed osephus quidem aduersus ciuitatem impetum fecit sperans eam posse capere: quam ipse anteq̄ a ga eis desisteret ita muris cinxerat: vt Romanis quoq; esset inuicta. Vnde etiam de spe decidit: cum & & suasu infirmior sephoritis fuisset inuentus. Magisq; in iudea bellum accendit. oRmanis insidi-s indigne ferentibus & propterea nec die nec nocte ab agrorum depopulatione cessantibus sed pas m diripientibus quicquid rerum in his reperissent. Qui tamen cum mortem pugnantibus semper ferrent imbelles ad seruitium capiebant. ℭ Ignisvero & sanguis galileam totam repleuerat: Neq; uisq̄ expers eius acerbitatis aut cladis erat vnā salutis spem habebant in ciuitatibus fugienies. quas osephus murorum ambitu communierat. ℭ Tytus autem Alexandriam tranmissus ex Achaya. citius q̄ sperabat per hyemen manum quidem militum cuius causa directus fuerat suscepit compe iosoq; vsus itinere. mature ad Ptholomaidam peruenit. Cumq; ibi patrem suum reperisset. Duo-is quæ ille secum habebat agminibus Erant autem nobilissimę quinta & decima legiones Iun-t etiam quam ipsę ab duxit quintamdecimam. Eas autem sequebantur etiā decem & octo cohor s. Quibus accesserunt ex Cæsarea quinq;. vnaq;que ala equitum: alę quinq; Syrorum itidem equi m. Decem autem cohortum singulę mille pedites habebant. In cæteris vero tredecim secenti-edites: & centeni viceni equites erant. Satis autem Auxiliorum etiam a regibus congregatum est Antiochus enim: & Agrippa: & Soemus bina milia peditum. Et Sagittarios equites mille præ-ierunt. Cum Arabiæ quoq; rex malchus prætermilia quinq; peditum equites mille misisset quo-m maior pars erant: Sagittarij: vt tota manus computata cum regijs decem milia circiter pedi-m equitum colligeret: præter colones qui plurimi sequebātur & meditationi bellicę assueti nihi l

Exercitus vespa siāi ordo i sepho ri q mltum iose phum & socios vexabant.

Iosephus cōtra sephori ipetū faciēs magnū in iudea bellū accē dit ifirmior iuē tus sophoritis.

Tytus citius ex alexandria cū ex ercitu veniēs pa trē i ptholomai-de inuenit.

Antiochi agrip pę & Soem: ex-ercitus & malchi Arabiæ regis.

a pugnacissimis aberant/ꝙ tempore quidem pacis dominorum exercitationibus interessent belli autem pericula cum ipsis experirentur.& neq; peritia neq; viribus a quoq̄ nisi a dominis vinceretur. ¶ Qua quidem in re nimis ammirandam qui existimauerit Romanorum prouidentiam ita seruos instituentium:vt non solum vitę ministerio/Sed etiam belli necessitatibus vtiles sint. Quod si quis eorum aliam quoq; respexerit militię disciplinam profecto cognoscet tantum eos imperium non fortunę munere:sed propria virtute quesisse. Armis enim vti non ex bello ceperunt/neq; solum/si necesse sit/manus mouent cum in pacis ocio cessauerint:sed veluti armis natura coherentes nullas exercitationis inducias nec tempora præstolantur. Meditationes autem eorum nihil a vera contentione discrepant:sed in dies singulos militum quisq; omnibus armis tamq̄ in procinctu positus exercetur : quo etiam facillime prælia tolerant. Necenim vel ordo neglectos eos a consueta dispositione dispergit:neq; mœtus aut sumptus remouet : aut lassitudo. Vnde sequitur vt semper superent quo non itidem confirmatos inuenerint. Nec errauerit siquis eorum meditationes conflictus esse dixerit sine sanguine:contraq; prelia meditationes essecum sanguine. Nec enim cursu capi sunt hostibus faciles : sed quocunq; in hostilem terram irruperunt ante castrorum munitionem nunq̄ prælium sumunt. Quę quidem non leui operæ neq; in ęquo loco erigunt :nec omnes inordinate describunt: sed/siquidem inequale solum fuerit/contemplantur. Quattuor vero angulis eorum dimensio designantur. Nam & fabrorum multitudo & ferramentorum copia/quæ vsus extructionis poposcerit/ sequuntur exercitum. Et interior quidem castrorumpars tabernaculis distribuitur ambitus autem eorum extrinsecus muri faciem præfert. Ordinatis etiam turribus pari spacio dispositis. Quarum interualla telis atq; balistis alijsq; machinis saxa intorquentibus . Omnibusq; instrumentis missilium complent. Vt cuncta scilicet iaculorum genera in promptu sint. Ex omni autem muri parte quattuor portas edificant:tam iumentis aditu faciles quam ipsis si quis vrgeat intro currentibus latas. Intus aūt castra vici spacijs interpositis dirimunt:mediaq; tectorum tabernacula collocant:& inter hæc ducismaxime diuū templo simillimum prorsus vt quasi repentina ciuitas quædam existat. Forumq; & opificum stationes. Et sedes militum primatibus ordinumq; principibus vbi/si qua sit inter alios ambiguitas / indicent. Ipse vero ambitus & omnia quæ in eo sunt multitudine simul : & scientia fabricantium opinione citius communitur. Quia / si res vrgeat/fossa extrinsecus cingitur depræssa cubitis quattuor.pariq; spacio lata Armis autemsepti per contubernia cum decore atq; ocio in tentorijs agunt. Omnia quæ ab his ordinate etiam alia cauteq; per contubernia experiuntur veluti si lingno aqua ve opus sit aut frumento. Hic enim cena vel prandium cum voluerit in potestate cuiusq; est Simul autem somnus est omnibus. & excubias & vigilandi tempora buccinę significant . neq; enim est omnino quicq̄ quod sine edito geratur. ¶ Mane autem principesquidem ad centuriones illi vero ad Chyliarchum conueniunt salutatum. Cum quibus ad summum omnium ducem vniuersi ordinum principes. Ille autem his signum dat aliaq; ex more precepta : proferenda subiectis. Quę quidem etiam cum in acie sunt agentes citius parent : vt si res exigat incursibus eius : itemq; reuocationibus vniuersi pariter obsecundēt. ¶ Cum autemcastris egrediendum est : tuba indiciū facit nemoq; ociosus est sed vel solo nutu moniti tabernacula colligunt : omniaq; ad profectionem instruūt De inde iterum tuba vt sint parati significat. Illi autem/cum mulos & iumenta sarcinis ornauerint velut in cursili certamine signum expectant . Castra vero incendunt:& ꝙ sibi alia munire sit facile:& ne quādo hostibus eadem vsui sint. Attamen tertio quoq; tubæ signo indicant vt exeatur vrgendo aliqua ex causa morantes.ne quis ordinem deserat dextraq; ducis preco astans ter/ si ad bellum parati sint voce patria percunctatur. Illiq; totiens alacri & magna voce paratos esse respondent interrogantēq; pręueniunt & marcio quidem repleti spiritu cum clamore dextras erigunt . Deinde ociose& cum omni decore progredientes ambulant: suum quisq; ordinem velut in bello custodiens. ¶ Pedites autē toracibus & galileis septi & ex vtroq; latere sicas ferentes. Leuus autem gladius multo est longior cū dexter mensuram palmæ non excedat. Qui vero ducem stipant lecti pedes scuta & lanceas portāt cetera manus hastas & clipeos longos seramq; & corbem & sarculam :& securim. Necnon habenam & falcem & catenam triduiq; viaticumvt parum intersit inter onusta iumenta & pedites. ¶ Equitibus autem ad dexteram gladius longior est & contus in manu:transuersusq; ad equi latus clipeus ternaq; super pharetramvel amplius dependent lata cuspide iacula:nihil ab hastis magnitudine differētia. Cassidasvero & torachas peditibus similes hn̄t nulloq; armorū genere discrepāt & in his equitū lecti q circū ducē morātur. ¶ Agmē aūt semper cui sorte id obtigerit antecedit. Talia quidem sunt Romanorū itinera & māsiōes:itemq; armorumvarietas Nihilvero nec in plꝫs in consultū aut subitum agunt.sed omnia semper secuntur facta sentētia opusq; ahibetur ante decretis. Vn̄ aut minime peccāt:aut si peccauerunt facilis est errati correctio. Fortunę autē successibus meliores cōsiliorū etiā

Laudat romāorū prudētia qui seruos in militia īstruebāt etiam pacis tempore. Rōanoꝝ meditatio nō differta vera cōtētione. Romani maxie in militia exercitati:
Cāpoꝝ vbi castra metāt rōani descriptio
Fabroꝝ mltitudo Romanorū sequūt exercitū
machinę rōanorū i prōptu sunt quattuor portæ
Vici in castris.
Tabernaculorū ordiatio vt videatur ciuitas

Locus cenę prādi/& somni intētorijs.
Ordo principū quoꝝ sūmus signūdabat &ꝑcepta proferenda subiectis.
Castra recedentes incēdūt
Modus recedēdi & incedēdi.
peditesvtroq;latere sicas ferūtsinistra longiore dextra.
Equitum arma

Agmen semper cui sors accidit/ antecedit.

si aliter successerint arbitrantur euentus quasi bonum quidem fortuitum illiciat vt diuina prouidentia non est credatur quę vero ante cogitata fuerint(etiam si aduersus casus exceperit, bene iam meditatos exibeant ad cauendum:ne idem rursus eueniat. Et bonorum quidem fortuitorum nō is auctor sit(cui cōtigerint/tristiū totū vero qd̄ inoxis acciderit/saltem qd̄ rectum cōsiliū cœperit videatur esse solatio ¶ Armorum quidem exercitatione comparant: vt non modo corpora sed animi quoq; militum fortiores sint. Maior autem illis est ex timorediligentia. Iamq; legis apud eos non desertores solum verum etiam minimę negligentię capitalessunt ducesq; magis q̄ leges ipse terribiles. iamq; bonos honorando redimunt:ne in cohersendis noxijs sint crudeles. Tanto autem obsequio rectoribus parēt&vt in pace ornamento sint & in acie corpus vnum totius conspiciatur exercitus. ¶ Sic eorum copulati sunt ordines ita circum duces sunt mobiles. & acutis auribus ad precepta oculisq; ad signa,& ad opera manibus. Vnde facere quidem semper strennui sunt pati vero tardissimi. Nec ē vbi præliantes aut multitudinem hostium aut consilia sensere ducum:aut difficultatem regiouum. Sed ne fortunæ quidem succubuerunt. Nam & eam certiorem esse putant victoriam. Quorum igitur ictus ex consilijs isipiūt deliberātes. adeo strenuus paret exercitus Quid mirū si eufrates ab oriēte& occeanus ab occidente. itemq; a meridiano tractulybię fertilissima regio a septentrione rhenus & hyster sunt imperij limites cum minorem esse possidentibus possessionem recte quis dixerit. ¶ Hæc ergo prosecutus sum non tam proposito laudandi Romanos q̄ solacio deuictorum. & vt nouarum rerum cupidos deterrerem. Fortasse autem ad experientiam proderunt bonarum artium studiosis: romanę instituta militię nescientibus. Redeo tamen vnde digressus sum.

legis nō solū de serriōes sed minimę negligētię capite plectunt ordiatio militū.

Rōani ipij tmi. cā ,ppt quā ap̄d p̄dixerit auctor de romanis.

¶GALILEA a Romanis inuaditur.

¶Vespasiano cum tyto filio in ptholomaide excitū ordinate placidus ab eis missus galileam inuadit maxima interēpta multitudine deinde in Iotapata impetū facit quē iothapatā cōgressi recipiunt & eius exercitū septē occisis multisq; sauciatis i fugā vertert vespasianus vero ordiato exercitu ex ptholomaide ,pficiscit in galileā auxiliatores quoq;/qui leuius armati essēt/& sagittarios perire iussit ad repētinos incursus hostiū cohibendos &c. Qui in finibus galileę castra mœtatus milites vna cohibebat ordinādo exercitū & galileorū expectādo penitētiā Iosephus vero ,ppe sephori castra posuit s3 tūq̄ hostes oīno cōspicerēt suis fugiētibus ipe cū paucis relictis fugit i tyberiadē vespasianus āt gadarēsiū ciuitatē prio ipetu capit & cūctis ēt puberibus occisis/ipsā cū vicis icendit iosephus itaq; magis mori eligēs q̄ patriā ,pdere hierosolimis fideliter de rebus in galilea gestis rescribit vt/si fœdus cū Romanis placeret/cito mādarēt:aut si bellādū dignū esset mitterēt eyercitū Vespasianus aūt Iotapatā exscidere cupiēs/qui mōtuosū iter asperūq; coequarētmisit.

¶Capitulum quintum.

Vespasianus quidēvna cū filio suo tito in ptolomaide interim degēsordinabat exercitū. At vero galileā persuaserat placidus. vbi maximam eorum(quos comprehendisset multitudinē interemit. Hęc autē fuit galileorū imbellior turba aīmisq; deficiēspugnacissimos aūt vidit sēper i ciuitates cōfugere quas Iosephus cōmuni erat in iotopata/quę omniū tutissima erat/impetū vertit:existimans eā repentino agressu captūiri magnāq;& sibi ex ea re apudalios rectores gloriā cōparādā&illis commodum ad reliqua maturius explicāda. quasi metu cessuris alijs ciuitatibus/si quęvalidissima esset occupatā vidisset. Mltū tn̄ opinione deceptus est. Iotapateni enim / cum eius impetum pręsēsissēt ope ciuitatem aduenientem excipiunt congressiq; cum romanis ex improuiso plurimi & ad pugnā parati necnon & alacres/quippe vt pro salute patrię itemq; coniugum liberorumq; dimicantes / in fugam eos vertunt, multosq; sauciant/septem solum interfectis/quia neq; solū inordinate pugna discesserunt septisq; vndiq; corporibus leuiter fuerant vulnerati cum iudei quoq; magis eminus iaculari. manus conserere iermes cum armatis considerent. Ex ipsis autem iudeis tres ceciderūt:paucis p̄terea sauciatis. Placidus tamen q̄ impetu ciuium languidior inuentus esset auffugit. ¶ Vespasianus vero ipse galileam cupiens inuadere ex ptholomaide proficiscitur:ordinato militum itinere/sicut romani consueuerunt/Auxiliatores enim qui leuius armati essent/itemq; sagittarios preire iussit ad repentinos incursus hostium cohibendos:& vt suspectas atq; oportunas siluas insidijs scrutarentur Cū quibus erat etiam romanorum armata portio equites peditesq;. Eos aūt sequebātur de singulis hecatontarchijs deni equites & pedites armaturam suam ferentes: mensurasq; castrorum. Post hos stratores viarum ibant qui aggeris maligna corrigerent. ác deuia complanarent:siluasq; obstātes preciderent:ne perplex itinere fatigaretur exercitus. Deinde suas itemq; subiectorum sibi tectorum sarcinas & tuitionis causa multos. cum his equites ordinauit. Post quos ipse veniebat. lectos pedites equitesq; necnon & lancearios secum ducens ;equitumq; pręterea suorum agmine comitatus.

Vespasiano cū filio tyto i ptholomaide exercitū ordināte placidus iuadēs galileā maximā itermitmltitudinē & deide i iothapathāipetūfecit quē Iothapatēi recipiūt & eius exercitū septem occisis mltis in fugā verterunt. hecathōtarthię

Stratores viarū vespasiāi locus in exercitu &custodia

De singulis autem turmis proprios centum & viginti equites deputatos habebat. Hos sequebantur qui expugnundis ciuitatibus machinas & cętera tormenta portarent. Deinde rectores itemq; pręfecti cohortibus chiliarchi stipati lectis militibus. & post hos circum aquilam signa alia / quæ omnibus apud Romanos agminibus pręest / ꝙ & vniuersarum auium regnum habet & validissima / Itaq; illam & principatus insigne putant omniq; victoririę quoscunq; bello petierint Sacras vero signorum effigies itidem sequebantur coruicines & post eos acies in latitudine senis digesta militibus hisq; adherebat ex more quidam ethacontarchus disciplinæ atq; ordine custos Serui autem singulorū agminum cincti cum peditibus erant mulis alijsq; iumentis aduehentes militum sarcinas. Omnium vero agminum postrema erat centenaria multitudo eamq; armorum coactores sequebantur armati pedites. equitumq; non pauci. Itaq; peracto itinere vespasianus cum omni exercitu ad fines galileę peruenit: ibiq; positis castris quamuis promptos ad bellum milites continebat vna & ostendendo exercitum / qui alias quo hostes mœtu percelleret / spaciumq; idulgendo pœnitudinis / si quis ante prælium voluntatem mutaret / Nihilominus autem murorum instruebat obsidium Ita q; multos quidme rebelliones fugere vel solus fecit ducis aspectus mœtum vero vniuersis incussit. Iosephus enim eiusq; socij qui non longe a Sephorym castra posuerant. Vbi bellum appropinquare cognouerunt. Et iam iamq; romanos secum prælio congressuros: non modo ante pugnam. Sed anteq̄ hostes omnino conspicerent fuga disiecti sunt. Cū paucis autem relictis iosephus vbi se aīmaduertit neq; ad excipiēdos hostes sufficientem manum habere iudeorum animos considisse ac si fides his haberetur. plerosq; libenter ad hostes defectum ire. iam cum quidem omni bello quiascebat: quam longissime autem periculis abesse decreuit: abductisq; / qui secum remanserant / in tyberiada confugit. ¶ Vespasianus autē gadarensium ciuitatem aggressus primo impetu capit. ꝙ eam pugnaci multitudine vacuam reperisset. Deinde hinc transgressus interius cunctos etiam puberes interficit: cum Romanos odio gentis & cladis memoria / quam petulerat Cestius / nullius etatis misericordia cōmoueret. Incendit autem non solum ciuitatem. Sed etiam omnes circum vicos & municipia quædam pœnitus desolata nonnulla vero quorum habitatores ipse cœpisset. ¶ Iosephus autem / quam tuitionis coaptauerat ciuitatem / Ipse mœtu repleuit. Nam tyberienses nunq̄ eum nisi de omni bello desperasset / fugam in versum ire credebant. Neq; in hoc eos volnntatis eius fallebat opinio. videbat enim res iudeorum quorsum euaderent vnamq; illos viam salutis habere si propositum mulauissent. Ipse vero / quamuis sibi speraret a Romanis veniam tribuendam / mori tamen sæpe voluisset. q̄ / prodita patria / cum dedecore animi strationis sibi credite apud illos fœliciter agere a quibus fuerat missus. Decreuit igitur hierosolimam primatibus quemadmodum sese haberentes cum fide perscribere / ne vel nimis extollendo vires hostium timiditatis postmodum argueretur: vel minus aliquid nūciando fortasse cœpti. etiam pœnitentes ad ferociam reuocaret / atq; / si fœdus eis placeret / cito rescriberent: aut si bellandum esset dignū contra Romanos exercitum mitterent. Ille quidē / hac ep̄la scripta / mature dirigit qui in hierosolimā litteras ferret. ¶ Vespasianus aūt iotapatam exscindere cupiens / q̄ in eā plurimos hostiū refugisse cognouerat / & præterea validissimū hoc eorum esse receptaculū / præmittit pedites cū equitibus qui, mōtanū iter coequarent. saxis asperū ac peditibus quoq; difficile: omnino vero equitibus inimicū Et hoc quidem qua triduo fecere / quod iussum est / lataq; aperuerunt exercitui viam.

Machinarij.
Chiliarchi.
Aq̄la auiū regia romanorū signū
Sacrę signo effigies. cornicines.
Serui agminum aduehementes militū sarcinas.
Gadara ciuitas. prio īpetu euersa.
Vespasianus gadarēsiū ciuitatē prie ipetu capit & cūctis ēt puberibus occisis ciuitatē cum vicis incendit.
Iosephus aīo fortis mori magis eligēs q̄ patriā ꝑdere fideliter rescripsit hierosolimam vt si fœdus placeret rescreberēt cito aut si bellādū esset dignū mitterēt exercitum.

¶ IOTHAPATHA Galileę ciuitas vigesimo primo Maij a vespasiano obsessa est & quadragesimo septimo / qui & Kalendarum Iulij / expugnata.

¶ Iosephus in Iotopatam ex Tyberiade veniens abiectorum spiritus erigit quod Vespasianus cognoscens / hoc quodam transfuga ei nunciante / placidum statim misit: ciuitatemq; iubet circumuallare quem sequenti die cum toto exercitu secutus est quem videntes Romani perturbātur. sed ea res in salutis desperationem fecit audaciores. Iosephus namq; contra iudeos magnum fecit & quantum Iudeos desperatio tantum Romanos pudor incendebat multis hinc & inde occisis & sauciatis. Iotapatani vero / Romanis diebus quinq; ab aggressiōe non cessantibus / hostium vires non formidabant Vespasianus autem & cum natura loci simul & iudeorum audacia certandum putans / aduocatis rectoribus / aggregerem / qua parte murus facilis erat accessui / fieri mandauit quibus iudei operantibus maximum faciebant impedimentum: sed contra eos machinas iussit applicari. iosephus quoq; erecto aggere / conuocatis fabris / murum iubet altius extolli & contra iacula bouum coria sudibus extēdi murusq; ad viginti cubitorum altitudinem est erectus

Capitulum sextum.

Qvinto autem die / qui maij mensis vicesimus & primus erat: prior. Iosephus in Iotapata ex Tyberiade venit: abiectosq; iudeorum spiritus erigit. Cum vero transitum eius vespasiano quidā transfuga nunciasset. vtq; mox ciuitatē peteret incitaret. veluti cū ea totā iudeā capere posset / si iosephū subiugasset / hoc ille nuncio proxima fœlicitate percepto dei ꝓui

Iosephū venisse i iotapata quod transfuga vespa no nūciāte stati

dentia factum ratus.vt qui hostium prudentissimus videretur vltro se etiam in custodiam traderet voluntariam/statim quidem cum equitibus mille placidum mittit:vnaq; decutionem primum ebucium tam manu q̃ prudentia virum insignem circumuallare ciuitatem iussit.nec clam inde Iosephus elaberetur.Postero autem die cuncta manu comitatus ipse consequitur:& post meridiem vsq; acto itinere ad Iotapatam peruenit.abductoq; in septemtrionalem eius partem exercitu:in quondam tumulo castra ponit distãte ab oppido stadijs septem.Cõsulto autem q̃ maxime conspici ab hostibus affectabat.vt viso attoniti turbarentur.Quod etiam factum est.Eosq; tantus stupor inuasit:vt muros egredi nullus auderet.At romanos quotidie ambulando fatigatos ciuitatem aggredi statim piguit. Ob eandem causam duplici acie circumdato oppido tertio extrinsecus agmen equitum posuerunt omnes Iudeis exitus obstruentes. Sed ea res illos in salutis desperationem audaciores effecit q̃ppe in bello nichil est necessitate pugnacius.Itaq; postridie impetu in muros facto: iudei primo quidem locis suis manentes/Romanis castra ante muros habentibus/resistebant.Postea vero quam Vespasianus sagittarios & fundibulares alias fundibulatores omnemq; iaculorum multitudinem adhibitam missilibus in eos vti permisit.atq; ipse cum peditibus in aduersum collem/vnde murus inexpugnabilis erat/niti cœpit:tunc ciuitati metuens Iosephus & cum eo cuncta iudeorum multitudo prosiluit omnesq; in romanos pariter irruentes procul a muris eos deterruerunt multa manu simul & audacia patrando facinora neq; minora tamen patiebantur q̃ faciebant.Nam quantum ipos salutis desperatio tantum pudor incendebat romanos.Et hos quidem peritia cum fortitudine:illos autem duce iracundia ferocitas armabat.Deniq; cum toto die pugnatum fuisset.prælium nox dirimit. In quo romanorum plurimis sauciatis tredecim interfecti sunt.Iudeorum autem cum sexenti essent vulnerati:septem & decem ceciderunt:nichiloq; minus postridie romanis iterum irruentibus occurrũt multoq; fortius restiterunt.ex eo fiduciam nacti.q̃ eos pridie præter spem sustinuerant. Sed eos quoq; pugnaciores reperti sunt q̃ eorum iracundiam pudor incenderat:vinci credentium nisi cito vicissét. Itaq; per dies quinq; romanis minime ab aggressione cessantibus.etiam Iotapatanorum excursus augebantur.muriq; fortius oppugnabantur:& neq; iudei vires hostium formidabant neq; romanos difficultas oppidi capiendi lassabat. ¶ Etenim Iotapata paulominus in rupes est tota.ex alijs quidem partibus vndiq; vallibus immensis præceps:vt earum altitudinem oculis deprehendere cupientium aspectus ante deficiat.Ab vna vero tantum boreę parte adiri potest vbi per transuersum lacus desinẽtis montis edificata est.Quodquidem ipsum Iosephus muro ciuitatis fuerat amplexus quo inaccessa esset in hostibus superiora cacumina.Alijs vero circum montibus tecta/priusq̃ in eam peruenire͂t/a nullo poterat conspici.Iotapata autem sic erat communita. ¶ Vespasianus autem & cum natura loci simul certandum putans & cum audacia iudeorum incipere obsidionem alacriter studuit. Aduocatisq; rectoribus sibi subditis de agressu deliberabant. Cumq; aggerem fieri placuisset/q̃ parte murus facilis erat accessui/totum ad comparandam materiam misit exercitum.Oppidoq; propinqs mõtibus excisis:magnaq; vi lignorum & lapidum congregata:scutisq; minoribus siue ancillibus ad vitãda iacula desuper missa per valles dispositis/sub eorum defensione aggerem construebant.nulla autem vel minora noxa telorum quæ de muro iacerentur. His autem alij terram ex propinquis tumulis eruentes:sine intermissione suppeditabant.Cunctisq; trifariam distributis:nullus erat ociosus. At iudei super eorum tegmina saxa ingentia.& omne telorum genus curabant immittere. Quæ licet minime penetrarent:magnus tamen strepitus & horribile impedimentum erant operantibus. Tunc igitur Vespasianus machinis missilium circumpositis/erant autem omnes centum quinquaginta alias sexaginta/in eos/qui super murum astarent/iussit tela contendit. Simulq; ex bastilis lanceæ procurrebant saxaq; tormentis ingentia mittebantur.ignisq; & sagittarum frequentissima multitudo quæ non solum murum sed etiam totũ intra iactum earum spacium iudeis inaccessum fecerũt. Arabum enim sagittariorũ manus & iaculatores.itemq; fundibulatores omnes & machinę telis operabãtur.Neq; tamen his iudei/ne desuper vlciscerentur/quieti erãt sed excurrendo per cuneos more latronum tegmina operantium dissipabant.nudatosq; feriebant: vel/si quando illi cessissent/aggerem dissipabat.vallorumq; munimenta cum ancillibus igni tradebant.donec Vespasianus cognito huius incommodi causam ex distributione operum contigisse.q̃ interiecta spacis iudeis locum aggrediendi pręberent/adunauit tegmina.Coniunctisq; viribus pariter obreptiones hostium prępeditę sunt. ¶ Erecto autẽ promemodum aggere.pauloq; minus æquato propugnaculis indignum esse ratus Iosephus nichil cõtra moliri/quod oppido saluti foret/conuocat fabros.murum altius iubet extolli. Cum illi iam multis obstantibus iaculis minime edificare posse firmarent.hanc eis defensionem excogitauit.Sudibus fixis per eos boum coria extendi pręcepit/quę missos tormentis lapides sinuata susciperent/quibusq; repulsa tela cętera dilaberẽtur/& ignis humore languesceret/His autem fabros

placidũ mittit. & circumuallare iubet citatẽ & sequẽti die cũ toto exercitu seqtur.

iudei viso romanorũ exercitu/p̃turbantur.&c.

Nihil i bello pugnatius necessitate.

iosephus maximũ cõtra romanos ipetũ fecit q̃ tũ ei dispatio iudeos tñ pudor romãos icendebat mľťus exvtra q̃ parte sauciatis & occisis.

Quinq; diebus romãis ab agressiõe nõ cessantibus iotapatani hostiũ vires non formidabãt &c.

Vespasiani cõsiliũ q̃ cũ loci natura pugnandũ sit aggerẽ q̃ pte murus facilis erat accessui/fieri mandauit iudei vero horribile operãtibus ipedimẽtũ faciebãt cõtra quos machinas iussit applicari.

iudeorum diligẽtia in ipediẽdo romanos.

iosephus erecto aggere murum cõuocatis fabris iubet altius extolli & cõtra iacula baũ coria su-

appositis.illi murum die noctuq;:operando advigintí cubitorum altitudinem erexerunt crebris etiã turribus in eo constructis.pinnis q;validissimis aptatis.Que quidem res romanis iam intra ciuitatez se esse credentibus magnum somnium comparauit:tam Iosephi mollitione q̃ oppidanorum obstina tione perterritis.

dibus extẽdi & mutusad.xv.cu bitorũ altitudi nem est erectus

¶ Vespasianus hostiũ audacia & calliditate irritatus ciuitatẽ obsidere statuit vt rerum inopia eã reddere cogerentur.Iudeivero frumenti copiã hñtes salis & pœnuriã paciebãtur.Ideo iosephuspo tus mensurã ministrabat quod eis ampliorẽ mouebat cupiditatẽ.Ipse aũt caute vestimenta aquis di uersa p muros suspẽdere iussit ex quo romanis meror simul & timor fuit cũ tãtũ aquę viderent eos lu dibrio cõsumere quos potu indigere credebãt.Dux itaq; belli quia pœnuria ciuitatẽ capere nõ pos set iterũ arma parat.Iosephus aũt ꝓvictualibus habendis p quandã deuiamvallẽvicinis iudeis nun cios misit mandãs eorũ terga sub canum similitudine regivelleribus:Iosephusvero tũc cum obtimati bus de fuga tractabat multa allegãs ad sui tuitionẽ:ipse tamẽ(pueris senibus & mulieribus cũ infãtu lis pedes eius flendo ãplexis eũ ꝑcantibus)cõi ciuitatis armatus desperatiõe manere statuit.Qui & tũc magnũ cõtra romanos fecit ipetũ.Vndevespasianus militibus cõfusis fugereq; paratis impetum ꝑcepit declinare nichil desperatis fortius esse affirmans. ¶ Capitulum septimum.

AT Vespasianus & calliditate cõsilij & hostiũ audacia magis irritabatur quẽ(rece pta ex munitione fiducia)romanosvltro incursabãt inq; dies singulos ꝑlia cater uatim.& cuiuscũq; modi latrocinales doli:& eorũ quę/casus obtulisset rapinę alio rũ/aliorũq; incẽdia fiebãt:donecvespasianus/retento a pugna milite/statuit obsi dere ciuitatem:vt eam vsui necessariorum pæneria caperet.Aut eni coactos ino pia sibi supplicaturos:aut si ad finemvsq; in eadẽ pertinacia durauissent fame cõ sumẽdos eius habitatores putabat:multoq; facilioris pugnæ fore si post interual lum rursus anxius incubuisset.Itaq; omnes eorum exitus asseruari precepit. ¶ Illi autem frumẽti q dem aliarumq; omnium rerum intus habebant copiam pręter salem.Aquęvero pœnuria /quia neq; fons erat intra ciuitatẽ:& ymbre contentis eius habitatoribus rara est in illo contractu estiuis mensi bus pluuia/Quo tẽpore obsessi etiam hocvehementius afficiebantur quod arenti alias arcendæ siti fuerat excogitatum:quodq; fieri acvelut omnes aquę iam defecisset egre ferebant. ¶ Iosephus eniz cum & ciuitatemvideret abundare alijs rebus.fortesq; animoviros esse:quo longiorem romanis obsi dionem faceret q̃ sperabãt:iam cum potus mensuram ciuibus ministrabat.Illis autẽ cõseruari quenã pœnuria grauius esse videbatur:amplioremq; cupiditatem mouebat ius bibendi liberum non habe rent:ac velut ad extremam sitim peruentum esset labori cedebant.Hoc autem modo affectos roma nos latere non poterat/qui eos exaduerso colle transmurum invnum confluere locum & aquæ men suram aspicere prospectabant/quo etiam balistarum peruenientibus telis plurimos occidebant. ¶ Ve spasianus qdẽ nõ multo post/exhaustis puteis/ipsa sibi necessitate traditũ iri ciuitatem sperabat. Io sephus aũtvt hãcvt eius spẽ frãgeret iussit quãplurimos p murorum pinnas dimersa vndis atq; humi da vestimenta suspendere vt omnes repente aqua perfluerent ex quo meror simul romanis ac timor erat:cum tautum aquęviderent eos ludibrio consumere quos potu indigere credebant. ¶ Deniq; dux belli etiam ipse/quia pœnuria ciuitatem posse capere desperasset/iterum consilium ad vim atq; arma conuertit/iudeis quoq; id maxime cupientibus/namq; nec se nec ciuitatem saluam fore crede bant/ plusq̃ fame & siti perirẽt/mortem bello optabant. ¶ Iosephus tamen propter hoc etiam aliud consilium/quo sibi copia pararetur per quandam vellem deuiam proptereaq; minus curiose habitaz a custodibus/excogitauit.Mittendo enim per occiduas eius partes litteras ad/quosvellet/iudeos ex tra ciuitatem degentes ab his omniavsui necessaria.& quę in ciuitatem defecerant accipiebat man dato commeantibus vt plærumq; ad excubias reperent tergavelleribus tecti quo siqui eos noctevi disset canum similitudine falleretur.Idq; factitatum est:donec eius fraudem vigiles senserũt. vallẽq; cinxerunt. ¶ Itaq; tunc Iosephus non diu ciuitatem sustinere posse prospiciens suamq; salutem parit sivellet remanere/desperans:cum optimatibus defuga tractabat. Verum id populus sensit & circum eum fusus/ne sese negligeret/precabatur in quo solo recumberent.Ipsum enim saluti esse ciuitatis re manentem:velut omnis eius causa alacri essent animo certaturi.Quod si etiã capiantur eundem fo re solacio.Decere aũt illũ neq; inimicos fugere:neq; amicos deserere aut quasi ex naui tẽpestate op pressa dissiliri qui ad eam tranquillo marivenisset.Ipsum enim magis demersurum esse ciuitatem cũ iam nemo audebit hostibus repugnare si discessisset cui confiderent.Iosephus autem quod sibi caue ret occultans illorum commodo se exitum parare dicebat.Nam intra ciuitatem manendo neq; ser uatis grande aliquid se profuturum & si caperenturvna cum his esse frustra periturum tobsidioneve ro liberatus extrisecus eis magno emolumẽto fore.Mature eni congregatis ex territorio galileis alio

Vespasiãnns ho stiuz audacia & calliditate irrita tuscitatẽ obside re statuit vt re rũ inopia coge rẽtur reddere.

Iudei frumenti hñtes copiaz sa lis & aquę patie bãtur pœnuriã.

Iosephus ciui bus potus mẽsu rã mistrabat qd eis apliorẽ mo uebat cupidita tem.

Iosephus caute vestimẽtaaqsdi mersa p muros suspẽdere fluẽti bus vndis iussit ex quo romanis timor fuit.&c.

Iosepho cũ opti matibus de fu ga tractãte ppl's eũ manere pre cabatur.

Iosephus ad po pulum.

bello romanos ab eorum ciuitate reuocaturum. Nunc autem non videre quid apud eos residens vtilitatis afferret nisi q romanos ad obsidionem magis incitaret vt se capere magni penderent: quem si fugisse cognouissent multum essent de obsidionis impetu remissuri. Non flexit his populū iosephus sed hoc se circumsistere magis incendit. ¶ Deniq; pueri & senes itemq; mulierculę cū infantibus flētes ad pedes eius accendebant. Eumq; omnes complexi tenebant & vt fortunę socius sibi remaneret cū vlulatibus supplicabāt nō iuidia salutis eius / quātum ego arbitror / sed pro prie. Nichil enim mali remanente Iosepho existimabant esse passuros. Ille autem si quidem paruisset hec preces eē ratus custodiam vero / si per vim cogeretur / multum enim ex intentione discessus etiam querelarum miseriam fregerat. remanere statuit. communiq; desperatione ciuitatis amatus. & nunc tempus eē dicēs pugnam incipere cum spes nulla salutis est pulchrum vitam pacisci pro laude. ac forti aliquo patrato facinore in memoriā posteritatis occumbere: ad opera se cōuertit: cuȝ pugnacissimis egressus disiectis custodibus vsq; ad romanorum castra excurrebat: & nunc pelles aggeribus impositas sub quibus tendebant discerpere: nunc operibus ignem immittere. posteroq; die similiter ac tertio: & per aliquot dies ac noctes bellando non laborabat. ¶ Sed vespasianus / romanos his excursibus male affectos aspiciēs / nā & terga dare iudeis putabat / & fugientes insequi armorum pondere tardabantur / cū iudei semper aliquid agentes priusq̄ paterentur in ciuitatem refugerent / armatis imperat / vt eorū impetū declinarent / neve cum hominibus mortis auidis manum conferrerent. Nichil enim esse fortius desperatis: restringi autem illorum impetus si proposito careant: quasi flammam si materiam nō inueniat ad hoc oportere romanos cautius querere victoriā agendę possessionis causa: non ex necessitate bellantes. Per sagittarios autem arabum & syrię fundibulares: per quę saxa tormentis emissa: plerumq; repellebat iudeos. Nulla enim telorum machina quiescebat. Illi autem his quidem male acceptis cedebant verum eminus missa intra iactum subeuntes seuius Romanis instabant: cum neq; corpori neq; animę parcerent sed per vim vtrimq; pugnarent / suorū quisq; laborātibus subueniētes.

¶ Vespasianus / muris aggeribus fere ęquatis / arietem ciuitati precepit applicari. Aries enī bellica machina est impetuosa cuius hic ponitur descriptio. Iosephus vero / concussis arietis ictu mœnibus clamanteq; populo / saccos paleis repletos contra arietis impetum dimitti iussit. Romani vero cōtis falces ligauerunt quibus saccos inciderent. Sed iosephus ignis auxilium applicans. Romanorum machinas pessumdedit. Et eleazarus iudeis eleuato saxo & dimisso fregit arietem: sed tandē sagittis confixus interijt. Post hunc duo fortissimi fratres super Romanos prosilientes illos in fugam verterunt. Iosephus quoq; igne machinas obruebat. Vespasiano autem in planta sagitta vulnerato turbati. Romani ad eū cōcurrunt: & primus Tytus timēs patri. Sed ipe vulneris dolore bellū in Iudeos seuius incitauit: Iudeis validissime repugnātibus. Arietis aūt ꝓbatur violentia ex his quę illa nocte contigerunt. Caput namq; cuiusdā ꝑcussi auulsum est eiusq; ad tertiū stadiū veluti funda excussa ē caluaria. Muri quoq; ābitus sanguine pleni erant & cadaueribus. Maximaq; ibi fuit cedes: muros tamen machinarum ictibus corruentes. Iotopateni munierunt.

Pueri senes & mulierculę cū īfātibus pedes iosephi flētes āplexi eū manere ꝓcabantur. &c.

Iosephi cōtra romāos maximus impetus.

Vespasianus militibus violētia iosephi cōfusi & fugere patis iudeorū ipetū decliare iperat dicens nihil fortius desperatis.

¶ Capitulum octauum.

[E]Gitur Vespasianus vltro se existimans longitudine temporis hostiumq; incursibus obsideri. cum prope iam muris aggeres æquarentur: arietem admouere precepit. ¶ Est autem aries immensa materia malo nauis assimilis: cuius summum graui ferro solidatum est in arietis effigiem fabricatum / vnde etiam nomen accepit / Dependet autem funibus medius ex trabe alia velut ex trutina palis vtrimq; fultus bene fundatis. Retrorsum autem magna virorūȝ multitudine repulsus. hisdemq; simul rursus impellentibus missus in fronte prominente ferro mœnia percutit. Nec est vlla tam valida turris aut murorum ambitus adeo latus vt / & si priores ictus fortiter sustinuerit / assiduos vincat Ad huius periculum rei duci romano transire placuit. vi capere oppidum præparati / quoniam perniciosa videbatur obsidio / iudeis minime quiescentibus. Itaq; Romani quidem balistis . cæterisq; missilium machinis vt facilius ferirentur / qui de muris obstare tentassent / proprius adhibitis vtebantur neq; sagittarij ac fundibulares longius aberant. Cum ergo ea causa nemo auderet muros ascendere. idsi arietem applicabant gradibus desuper itemq; pellibus septum tam pro sui defensione q̄ machinæ. Et primo quidem ictu mœnia concussa sunt clamor / vero opidanorum velut iam capti essent maximus factus. Iosephus autem eundem locum sępe feriri. neq; multo post murum disturbatum iri prospiciens. quo commento vim machinę paulatim falleret excogitauit. Saccos enim paleis confertos / qua semper impetum arietis ferri Viderent: dimitti iussit ex muro. vt eo modo scilicet ictus erraret / aut etiam excepta vulnera laxitas frustraretur. Q uæ quidē res multum romanis morę attulit. Nam quocunq; hij machinam conuertissent: contra illi qui supra murum stabant palearum traducentes saccos ictibus supponebant nichilq; muros repercussiōe lede

Vespasianus muris aggeribus fere equatis arietē ꝓcepit ciuitati applicari.

Iosephus cōcussis arietis ictu menibus clamāte q; populo. Saccos paleis repletos contra arietis impetum iussit dimitti

romãi vero cõtis falces ligauerẽt q bus saccos icide rent.&c.

bant donec etiam romanis aduersus hoc aliud machinati sunt. Proceres enim contis exhibitis: in his summis falces quibus saccos absciderent alligarunt. ⁋ Cum autem hoc modo efficax arietis opus ex titisset ac murus/quia recens erat edificatus/ictibus cederet: quod reliquum erat Iosephus eiusq; so cij ad ignis se auxilium contulerunt: accensumq; totum/quod aridę fuit materię/tribus ex locis pari ter inflammarunt. vnaq; machinas & pro pugnacula romanorum & aggerens concremarũt. Illi vero non sine malo subueniebant: audacia simul eorum territi: & ne adiumento essent flãmis proruẽtibus impediti: quę aridum nactę fomitem: & pręterea bitumen ac picem. necnon etiam sulphur opiniõe citius volitabant operaq; romanorum multo labore curata vnius horæ spacio pessunderant. ⁋ Hic etiam vir quidam iudeus p̄dicatiõe dignus ac memoria iuentus est Samei filius. Eleazarus/cui Salib alias Saab galileę patria fuit/Is enim saxum ingens alte sublatum tanta vi ex muro dimisit super arie tem: vt machinę caput abrũperet: idq; ex medijs hostibus saltu ad eos delatus deferret nulloq; mœ tu reportaret ad murum. Postremo/tanq̃ signum quo tela mitterent hostibus positus nudo corpore/ quinq; sagittarum vulneribus fixus est. Earumq; nulla respecta vbi murum ascendit/ vnde tam vide ri ab omnibus poterat eius audacia/ibi constitit contractusq; dolore plagarum cum ariete decidit.

Eleazarus iude us eleuato saxo & dimisso fregit ariẽtẽ s3 tãdẽ sa gittis fixus.&c.

⁋ Post hunc fortissimi extiterunt duo fratres Netiras & philippus de vico romy galileę. Qui cum su per milites decimæ legionis prosiluissent tanto impetu viq; transgressi sunt. vt & aciem romanorum prorumperent. quosq; aduersum ierant omnes in fugam verterent. ⁋ Præter hos autem iosephus quoq; & cætera multitudo raptis ignibus machinas & refugia cum operibus quintæ itemq; decimæ eiusq; terga dederat legionis incendunt. Cęteri autem qui mox consueti sunt & instrumenta & om ne genus materiæ obruerũt. ⁋ Rursus autem romani post meridiem erectum arietem ad eam muri partem/quæ pridem quassata fuerat/appulerunt: ibiq; defensorum eius quidam vespasiani plantam sagitta perculsam leuiter vulnerat: quoniam teli spacio defecisset. Maximam tunc id perturbationem romanis fecit. His enim (qui prope aderant) viso sanguine perterritis. per omnem fama currente ex ercitum. relictaq; obsidione plęriq; cum stupore atq; formidine ad ducem belli cucurrebant: & ante oẽs titus aderat metuens patri. Vnde contigit vt & beniuolentia circa rectorem & filij perturbatio cõ funderet multitudinem. Facile tunc pater & timore filium: & perturbatione liberauit exercitum. Su perato enim dolore vulneris & ab omnibus qui sui causa pertimuerunt conspici studens bellum ĩ iu deos seuius incitauit. Nã velut vltor quisq; imperatoris omne periculum adire cupiebat & clamore a lius alium adhorantes murum petebant. Iosephus autem cum socijs/licet assiduis balistarũ itemq; tormentorum ictibus caderent nequaq̃ tamen deterebantur a muro Sed & flammis & ferro & saxis eos appetebant qui arietem protecti palmis impellerent. Nichil autem aut parum proficiebant. cum sine intermissione procumberent in conspectu hostium positi. quos ipsi cõtra videre non possẽt. Nã & suis ignibus collucentes/tanq̃ si dies esset/certum erat hostibus signum/quo tela dirigerẽt/machi nisq; procul non apparentibus missilia cauere non poterant. Ergo propterea nõ tam balistarum q̃ ia culorum vi multi simul confringebantur alias transfigebãtur missaq; machinis saxa & murorũ pinas auferebant: & frangebant angulos turrium. Virorum autem nulli tam fortiter constipati erant. vt non vsq; ad extremam aciem saxa magnitudine ac violentia sternerentur. ⁋ Sciet aũt aliquis huius ma chinę vis quantum valeat ex his quę illa nocte cõtigerunt. In muro cuiusdam ex circunstantibus Io sepho saxo percussi caput auulsum est: eiusq; ad tercium stadium veluti funda excussa caluaria. inter diu quoq; pregnantis feminę transiecto alias secto vtero ad dimiduum stadiũ infans abactus ẽ. Tã ta tormento vis erat. Ergo machinis terribilior erat ĩpetus. & missiliũ strepitus. Crebro aũt mortui cũ mortuos deijcerent sonabant. & acerbissimus quidẽ intus excitabatur mulierũ clamor alias tumultus extrinsecos autem occumbentium gemitus concrepabat. Totiusq; muri ambitus ad que3 pugnaba tur sanguine perfluebat. Iamq; ascendi poterat congestione cadauerum. Montibus autem resonanti bus multo amplius his horror ex clamoribus ascendebat: nec quicq̃ illi nocti defuit: quod vel auribus vel oculis terrorem posset incutere. ⁋ Plurimi quidem pro iotapata decertantes fortiter ceciderunt/ plurimi sauciati sunt & tamen vix circa matutinas vigilias murus assiduis ictibus machinarum cessit. Tumq; illi quidem corporibus atq; armis septi: eam partem/quę deiecta fuerat/priusq̃ romani põtes apponerent munierunt.

Duorum fratru3 audacia q super Romãos ꝓsiliẽ tes illos in fugã vertẽrũt iosephus quo3 igni machi nas obruebat.

Vespasianus/ su pato vulneris do lore/bellũ ĩ iude os seuius incita uit.

Repugnatio va lidissĩa iudeorũ.

Arietis violẽtia probatur.

Muri ãbitus sã guine pleni & ca daueribus.&c.

Maxia ĩ iotapa ta cedes murosq; machinarum ictibus corruen tes munierunt.

⁋ Vespasianus recreato exercitu ipsum mane ad occupandam ciuitatem ordinat: quo cognito Iosephus etiam suum ordinauit. fatigatos & senes versus integrum murum collocans. In collapsa ve ro parte validissimos/in quibus & ipse fuit/collocauit ipsosq; ad certamen pro patrię tuitione incitat. Vulgus autem ociosum pueri & mulieres: viso Romanorum exercitu/quasi capta ciuitate/vlulatu cõ sonuerunt. Sed iosephus mulieres/ne suos effeminarent viros/intra domos inclusit: tacere iussas vnde Iosephi socij præceptorum memores audaciores facti sunt. Iosephus quoq; his rerũ angustijs

consilio necessitatis adhibito: Romanos feruenti oleo desuper infuso impugnare iubet: quod sub armatura fluens corpus exurebat: nec incendij fuga erat. Sed neq; Romanis virtus in aduersis rebus neq; Iudeis prudentia defuit. Iudei namq; pontiū Romanorū tabulata fœno greco decocto profundentes eorum progressum deceperunt. Vnde Vespasianus milites multa in hoc bello mala pepessos reuocat quorum non paucis obtruncatis perplures sunt vulnerati: die xx. mensis Iunij Et tres turres ferro circundatas iaculatoribus & sagittarijs plenas super aggeres erigi iubet & hij / qui intra erant / muri defensionem coacti sunt deserere.

¶ Capitulum nonum.

Mane autem Vespasianus ad occupandam ciuitatem iam ducebat exercitum ex nocturno labore paululum recreatum idemq; cupiens decōuulsa muri parte alios ꝓpugnatores adducere. equitum quidem fortissimos equis dispositos triphariam collocat. vt tecti armis dirutum latus vndiq; obsiderent: cunctosq; præ manibus ferrent quod si pontes ad moneri cœpissent: ipsi priores introirent. Post illos autem pedites validissimos ordinauit. Reliquam vero equitum multitudinem secundum muri spacium per montana loca distendit ne quis fugiens excidium ciuitatis lateret Deinde qui hos sequerentur constituit sagittarios paratas sagittas habere iussos fundibulares quoq; similiter & appositis machinis alijs autem integris muri partibus scalas applicare ꝓcepit. vt qui eos prohibere tētassēt deiectæ partis defensionem relinquerēt: cæteri oībus simul telis oppressi violentia irrumpentium cederent. ¶ Iosephus autem / hoc consilio cognito / per murum quidem integrum labore fatigatos itemq; senes disposuit quasi ledi non possent. In parte vero collapsa validum & potentissimum quemq; senosq; ante omnes viros in quibus & ipse fuit: ad picula subeūda sortitus est. Hisq; precepit vt agminum vlulatibus / ne mœtu quaterentur / aures obstruerent. contra sagittarum vero multitudinem communiti protegerentur desuper scutis: paulatimq; recederent. donec sagittarijs pharetras exinanirent. Si vero pontes a romanis apponerentur ipsos prosilire mandauit: atq; hostibus persuasit & eorum instrumentis resistere. Vnūquēq; vero ita certare debere non quasi conseruandam tueretur sed quasi perditam iam patriam vindicaret: atq; oculis suis proponere mactari senes ac liberos coniugesq; suas propemodum ab hostibus capi: vimq; futuræ cladis iam nūc collectā in auctores eius effūderent. Ita quidē in vtroq; disposuit. ¶ Ciuitatis autem vulgus ociosum mulieres ac pueri / postq̄ oppidū triplici acie videre circumdatum / nullus enim ad pugnā translatus fuerat a custodijs. strictisq; gladijs ad partem muri deiectam hostes instare. armisq; montana loca omnia desuper collucere: atq; arabum quendam sagittarijs tela suggere / tūc extremo vlulatu / quasi capta vrbe / consonuerunt: non vt impendere mala sed vt adesse iam crederes. Quare mulieres Iosephus / ne misericordia suorum animos effeminarent / intra domos cum interminatione concludit silere iussas. ipse ad partem muri quæ sibi obtigerat transijt. Et pontes quidem applicantibus animum nō intēdit sed cū speculabatur impetū sagittarum. Simul autem ac tubicines vniuersorum agminum congregati sunt. & grauiter infremuit exercitus. Signoq; dato missis vndiq; sagittis obscurari lux cœpit. Iosephi socij memores præceptorum & aduersus clamorem obstructis auribus: & contra sagittarum vulnera corporibus communitis / cum admouerentur pontium machinæ / ipsi eas cursu / & antequ hostes pedem in his ponerent / occupant eosq; ascendere nitentes prælio deterrebant varia manuum itemq; animi facinora demonstrantes: & ne vel in extremis calamitatibus deteriores illi viderentur qui sine periculo contra se fortis esse curabat: nec prius a romanis diuellebantur q̄ vel caderēt vel occiderent. Qui Romanis desilientibus cōflictu iam liberi facillime tela dirigebāt. ¶ Itaq; iudeis perpetuo dimicantibus cū nec vñ mutarent ꝓpugnatores haberet defessis aūt assidue substituerēt roq; his / quos violētia repulisset / alij succederēt inuicem se adhortari latera copulant. protectiq; Romani desuper longioribus scutis in expugnabilis globus effecti sunt. totaq; acie velut vno corpore repellendo iudeos in muro iam pedem ponebant: cum Iosephus his rerum angustijs consilio necessitatis adhibito / mira est enim hominis natura machinis excogitandis cum desperatione stimulatur / feruenti oleo superfundi milites iubet: scutorum coniunctione defensos. Id aūt iudei multi qui & paratum haberent. & plurimum cito romanis infundunt. ipsis autem lacunis in eos missis calore bulliēbus. Hæc res ardentium romanorum aciem dissipauit: & cum dolore seuissimo deuoluebātur a muro. Si quidem facile a vertice ad pedes vsq; sub armatura oleum per totum corpus fluebat: carnemq; non secus ac flamma depascebatur quod natura facile calesceret: seroq; pro sui pinguedine refrigeraret. Toracibus autem & galileis illigatis. incendij fuga non erat. Nunc autem salientes nunc in cur...ati dolore de pontibus decidebant: ad suos autem contra nitentes tuto recedere non poterant quo iam facile ab insequentibus capiebantur. ¶ Sed neq; romanis virtus in rebus aduersis: nec iudeis prudentia defuit. Romani enim licet oleo perfusi mirabilia pati viderentur: tamen in eos / qui perfu-

Vespasianus recreato exercitu ip̄; ad occupandā citatē ordiat.

Iosephus cognito vespasiani cōsilio suū ordinat exercitū fatigatos & senes versus murū integrū collocās &c.

Viso romanorū exercitu ociosuȝ vulgus pueri ac mulieres / quasi capta vrbe / vlulatu cōsonuerūt ꝗ iosephus mulieres / ne suos effeminarētviros / itra domos icludit silere iussas.

Iudeorū audacia & virtus.

Iosephus feruēti oleo sup īfuso romanos impugnare iubet &c.

Oleū sub armatura fluēs totum corpus exurebat nec incendij fuga erat. &c.

Romanorū virtus.

Iudei romãoruȝ ꝓgressũ decepe rũt pontiũ tabu lata cũ feno greco decocto pfũ dentes.&c.

derant/ferebantur:precedentem quisq; incursando tanq̃ ipse impetum retardaret.Iudei vero ꝓgressum eorum dolo altero deceperunt:cum fœno greco decocto pontium tabulata perfuderãt.Quibus illi retrahebantur delabentes:vt neq; fugientium quisq̃ neq; aggredientium firmo posset eniti vestigio:sed alij quidem resupinati per ipsas pontium tabulas calcarẽtur multi vero super aggeres deijcerentur. Et/qui cecidissent/a iudeis feriebantur qui/romanis desilientibus/conflictu iam liberi facillime tela dirigebant. ℂCum autem multa mala milites in hoc perpeti prelio duxvideret post meridians eos horas a pugna reuocat:quorum non paucis obtruncatis:plures sunt vulnerati. Ex Iotapata vero sexviris mortuis:plusq̃ trecenti saucij translati sunt:hoc autem modo pugnatum est.iunij mẽsis dievicesimo. ℂAc vespasianus eorum causa/quę acciderant/consolatus exercitum postq̃ ira videt accensum neq; tam exhortationem q̃ opus deposcere:aggeres quidem altius tollit. tres vero turres quinquagenum pedum in excelsum iubet erigi ferrovndiq; tectas. vt & pondere stabiles essent neq; ignibus expugnarentur:easq; super aggeres collocat:iaculatoribus & sagittarijs itẽq; leuioribus missilium machinis plenas fundibulariumq; fortissimis.Qui cum non conspicerentur propter altitudinem turrium & loricas.ipsivero/qui super murum astarent/facillime cernerent telisq; appeterent:cũ illi neq; avertice venientes sagittas facile declinare neq;vlcisci possent quos nonviderent altitudine quidem turrium librata manu iacula superante.ferro autem quo erant septę flammis obstãte ob hęc igitur defensionem muri deserunt.magisq; aggredi tentantibus occurrebant. Et Iotapateni quidem ita resistebant.quamuis multi in di es singulos occumberent:neq; cõtra mali quicq̃ hostibus facerẽt quod eos sine periculo prohibere non poterant.

Vespasianus milites multa mala in hoc ꝑlio ppessos reuocat quorũ nõ paucis ob truncatis plures sunt vulnerati die.xx.mensis. Iunij.

ℂIAPHA CIVITAS obsidetur a Romanis & capitur omnibus ciuibus occisis.

ℂVespasianus ad Iapham ciuitatem Iotapatęvicinam & ꝓpter Iotapatenorũ resistẽtiã insolentẽ Traianũ cũ exercitu mittit.Iaphę itaq; /initio bello/ciues fugiẽtes romani sequuntur.hos enim deus a mœnibus ꝓprijs exclusos hostibus Romanis dedit ad interitũ.Multi nãq; sociorũ gladijs trãsfigebãtur ifinitis a romanis interẽptis: & ꝑter hostilẽ mœtũ mestica ꝓditio eorũ aĩos frãgebat: vnde Traianus/xij.milibus occisis/pugnatoribusvacuã existimãs iperatori ciuitatis reseruauit excidiuȝ: q Tytũ cũ exercitu misit quo veniẽte cũ socijs & ciuitatẽ obtinẽtevehemẽs cõmittitur pugna:etiã feminis de tectis tela iaciẽtibus.Tãdẽvero nullusvirilis sexus gladiũ euasit.Infãtes aũt cũ mulieribus seruitio mãcipati sũt interẽpti q dẽ in ciuitate q̃decim milia captiui aut duo milia cẽtum & triginta.

ℂCapitulum decimum.

His autem diebus Vespasianus ad finitimam quandam Iotapatę ciuitatem euocatus cui nomẽ est Iaphę alias Epha nouas res affectantem.& propterea/ q iotapatenos præter spem restitisse audierat insolescentem:mittit eo traianum decimæ legionis rectorem.datis ei duobus peditum milibus:& equitibus mille.Ille autem cum oppidũ contra expugnationem munitissimum reperisset nam præter natutam /qua tutum erat /& muro duplici cingebatur habitatores vero eius vidisset paratos ad pugnam sibi obuios processisse.prælium cum his committit : eosq; paulisper reluctatos infugam vertit. Quos vestigijs consecuti romani .exterioris muri ambitum quo cunfugerant cum ipsis irrumpunt. Secundum autem murum petentibus ciues sui clausere ciuitatem mœtu scilicet ne cum his rursus hostes intrarent. ℂProfecto autem deus galileorum clades romanis donabat: qui etiam tunc ciuitatis eius vniuersum populum exclusum mœnibus proprijs ad interitum hostibus dedit auidissimis cedium. Multi enim ruentes simul ad portas multumq; nominatim præpositos his clamantes.inter ipsas preces immoriebantur:quibus vnum murum hostes alterum ciues clauserant: & inter medios coacti murorum ambitus. Multi quidem sociorum suorum gladijs transfinebantur:infiniti vero a romanis interficiebantur.nec vel ad vlciscendum quidem recepta fiducia Nam pręter hostilem mœtum:etiam domestica proditio eorum animos fregerat.Deniq; moriebantur non romanos sed iudeos execrando: omnes qui interierunt numero hominum duodecim milia. Vnde traianus vacuam esse ciuitatem pugnatoribus reputans : & si qui adhuc intus essent nihil eos ausuros existimans prę timore imperatori excidium reseruauit.Missisq; nuncijs ad Vespasianum petit vt filium suum Tytum dirigeret finem victoriæ impositurum. Ille autem laboris aliquid superesse ratus cum milite filium misit:hoc est quingentis equitibus & pedibus mille.Qui mature ad ciuitatem profectus sic ordinauit exercitum. vt in leuo quidem latere traianum constitueret ipse vero in dextrum obsidioni pręesset itaq; militibus scalas muro vndiq; applicãtibus/cum paulisper galilei obstitissent/cõtinuo mœnia reliquerunt.Titus vero eiusq; comites saltu dimissi mature ciuitatẽ obtinuerunt.Tumq; vehemens cum his qui se intus congregauerunt pugna commissa est.Nunc per angusta viarum tuentibus valistissimis:nunc feminis ex tectorum culminibus quę forte inuenerunt tela iactã

Vespasianus ad Iaphã citatẽ Iotapatę vicinã insolescẽtẽ ꝓpter iotapatenorum resistentiam. Traianuȝ mittit cum exercitu.

Deus galileoruȝ populũ a mœnibus proprijs exclusũ hostibus Romanis dedit ad interitũ.&c.

Traianus/ duodeci milibus occisis :pugnatoribusvacuã reputãs iperatori excidiũ reseruauit qui. Tytũ cũ exercitu misit.

tibus. Et hoc quidem modo vsq; ad sextam horam festinare conflictum. Assumptis autem bellatoribus cętera multitudo: & subdiuo & per domos senes pariter ac iuuenes mactabant. Deniq; virilis sexus pręter infantes nullus remansit: qui cum mulieribus sunt abducti seruitio. Interemptorum quidem in ciuitate & in primo congressu numerus fuit quindecim milia: captiuorum autem duo milia & centum triginta. Hęc galileis clades contigit: quinto & vicesimo die mensis iunij.

Numerus occisorum & captiuorum.

¶ SAMARIA obsidetur. xxvij. die mensis iunij.

¶ HIC AEGESIPPVS capitu. xiiij. allegat Samaritanam mulierem de mõte Garizim christum interrogasse. Iohannis. iiij. Et ponit verum modum orandi non in hierusalem ter in anno nec in monte. Sed semper in omni loco.

Additio.

¶ Samaritę in monte Garizim congregati beli minas habere videbantur ad quos debellandos. Vespasianus cerealem quintę legionis rectorem cum exercitu misit: qui montis radices vndiq; milite circumdedit eum tota nocte custodiuit & tunc multis siti morientibus plures ad romanos transfugerunt: quos Ceriales secum assumens montem ascendit & alios primum eos rogans vt salui fiant: proiectis armis recusantes vero occidit. Erant autem vndecim milia & sexcenti. His itaq; calamitatibus samaritę vsi sunt.

Capitulum vndecimum.

SEd ne samaritę quidem alieni a calamitatibus remanserunt. Hi namq; in monte Garizim qui est illis sanctissimus congregati locis suis expectabant. Belli autem minas eorum conuentus ac speciem habere videbatur. nec saltem vicinorum malis corrigebantur: sed inconsulta suarũ viriũ ĩfirmitate secũdis Romanorũ rebus exuti. prona in tumultu volũtate pendebant. Vespasiano autem placebat motus ante capere eorumq; impetus pręuenire Nam & si pręsidijs tota samaritica regio cincta erat & tamen eorum multitudo qui coierant & conspiratio timebatur. Eaq; causa cerealem quintę legionis rectorem cum secentis equitibus tribusq; peditum milibus mittit. Ille autem quidem ad montem accedere pręlioq; congredi nequaq̃ tutum esse duxit ꝙ hostes plurimi desuper essent: milite vero circumuallatis vndiq; montis radicibus tota eos die custodiebat. ¶ Euenit autem aquę tunc indigentibus samaritis: etiam graues accendi estus. Erat enim tempus ęstatis. neq; se rebus necessarijs vulgus intus traxerat. adeo vt nonnulli quidem vno die siti morerentur. Multi vero eiusmodi morti seruitium pręferentes: ad romanos transfugerunt. Ex quibus cognito cerealis illos etiam qui adhuc perseuerarent malis infractos assumens montem ascendit: & circum hostes exercitu constituto: primum eos a dextera parte hortabatur atq; vt salui esse malent rogabat si arma proiecissent tutos fore promittens. Deniq; quia persuadere non posset: aggressus eos omnes occidit. ¶ Erant autem vndecim milia & secenti. Hæc iunij mensis vicesimo & septimo die gesta sunt. atq; his calamitatibus samaritę vsi sunt.

Samaritę in mõte Garizi cõgregati belli minas hr̃e videbantur.

Vespasianus cerealẽ ad samariã cũ exercitu misit q̃ mõtẽ vndiq; eius milite circũuallatis radicibus tota nocte custodiuit & tũc m̃ltis siti moriẽtibus plures ad romanos trãsfugerũt quos cerialis secũ assumẽs mõtẽ ascẽdit & alios primũ eos rogans (vt salui fiãt proiectis armis) recusantes omnes occidit.

¶ Iotapatenis diu durantibus atq; pręter spem aduersa tolerantibus Romani quadragesimo septimo aut secundum Aegesipum quadragesimo octauo / supra murorum altitudinem aggeres eleuauerunt & tunc quidam profugus ciuium paucitatem & infirmitatem. Vespasiano nunciauit: quos facile capi posse dolo dicebat in somno quem tamen suspectum fecit obseruari. Iotapatenus enim quidam captus fuerat. qui potius mortem elegit q̃ quid in vrbe ageretur diceret. Tytus autem primus cum Sanno ad muros Iotapatę incedens interfectis vigilijs ciuitatem ingreditur & cęteris prębuit ingressum Inde romani malorum in obsidione receptorum memores nemini parcebant. Et Iotapatenorum multi ne a romanis occiderentur in extrema ciuitatis congregati: semetipsos interimebant. Antonius autem romanus a iudeo qui fugerat in speluncam dolose interemptus est. Oẽsq; ciues a romanis pręter feminas & infantes occisi sunt. Numerus autem occisorum quadraginta milia. excidij tempore. Captiuorum vero mille ducenti. Vespasianus quoq; ciuitatem & castella incendit.

Capitulum duodecimũ.

IOtapatenis autẽ diu durãtibus: & pręter spem aduersa tolerãtibus quadragesimo quidẽ ac septimo die: romanorum aggeres supra murorum altitudinem sunt elati. Quidam vero ad vespasianum eodem die profugus venit paucitatem ciuium & infirmitatem simul enuncians ꝙq; diuturnis vigilijs & assiduis prælijs consumpti minime quidem vlterius vim ferre possent: verum dolo caperentur si quis instaret. Circa extremam namq; vigiliam quando & malorum requiem habere viderentur & maxime defatigatos custodes matutinus somnus occupat eos dormire dicebat eademq; hora inuadendos esse suadebat. Vespasiano autem quia fidem nosset inter se iudeorũ quã in superbia pœnas contemnerent transfuga suspectus erat. Nam & antea quidam ex iotapata captus omne tormentorum genus fortiter pertulit: & cum ne flammis quidem coactus quid intus ageretur exquirentibus hostibus prodidisset mortem deridens crucifixus est. Fidere tunc proditori coniectura faciebat & fortasse quidem illum vera dicere: ipse tamen ex eius fallacia nihil magnum sibi existimans esse metuendum asseruari hominem iussit: & ad occupandam ciuitatem parabat exercitum.

Ege. dicit. viij. Aggeribus Romanorũ sup murorũ altitudinẽ elatis, pfugus q̃dã ciuiũ paucitatẽ & ĩfirmitatẽ vespasiãno nũciauit: quos facile capi posse dolo dicebat ĩ somno quẽ suspectũ obseruari fecit, &c.

Tytus primus cū Sabio ad muros Iotapatę icedēs/ iterfectis vigilijs ciuitatē ingredit̄ & cęteris viam prębuit.

¶ Hora igitur quę fuerāt indicata ociose ibat ad muros: primusq; incedebat Tytus cum vno ex chyliarchis domino Sabino: paucis ex quintadecima legione comitatus. Interfectis autem vigilibus in ciuitatem ingrediuntur: & post eos sextus quidem caluarus cerealis chyliarchus & placidus subiectos sibi milites introducebant. Arce vero occupata cum hostes in medio oppido versarentur iamq; plane dies esset ne dum tum quidem illi qui capti tenerentur adhuc excidium sentiebant multo labore somnoq; pariter dissoluti: & si quis euigilasset nebula visus eius hebetante (quę casu tunc plurima se circa oppidum fuderat) donec totus irrupit exercitus soloq; malorum periculo excitati sunt: morientesq; demum se perijsse crediderunt. ¶ Romanos autem memores quid obsidionis tempore pertulissent neq; parcendi cuiq; neq; miserandi quemq̄ tangebat cura: sed ex arce: plebem ad prona compulsam facillime trucidabant: vbi loci difficultas pugnacibus negaret copiam resistendi. Viarum namq; angustijs pressi ac per decliuia dilabentes fluente desuper bello obtegebantur. ¶ Id multos etiam qui circa iosephum lecti erant vt manibus proprijs liberarentur incitauit. Nam cum se viderent romanorum neminem posse occidere ne romanorum manibus oppeterentur pręuenerunt & in extrema parte ciuitatis congregati semet interfecerunt. Quicumq; tamen vigilum primi captam ciuitatem senserant in quandam turrim septemtrionalem fuga recœpti aliquamdiu quidem restiterunt deinde circumclusi hostium multitudine sero dextras demiserunt: hisq; instantibus mortem suam ęquo animo prębuerunt. ¶ Potuissent autem in cruento romani obsidionis fine gloriari nisi vnus ex ipso excidio cecidisset etachontarcus antonius peremptus insidijs. Nam quidem ex his qui ad speluncas confugerant erant autem plurimi rogauit antonium dexteram sibi porrigere ad fidem salutis ac pręsidium: quo tutus ascenderet. Cumq; is manum porrexisset: incaute super ille hasta pręuentum sub inguine pertulit statimq; confixit. ¶ Illo die quidem immanissimam multitudinem peremerunt romani. Posteavero secutis diebus scrutando latebras per cuneos & speluncas omnem vlciscebantur etatem pręter infantes ac feminas. Itaq; captiui quidem mille ducenti congregati sunt. Quadraginta vero milia connumerata sunt. excidij tempore pugnisq; superioribus mortuorum. ¶ At vespasianus ciuitatē ipsam excidit iubet: castellaq; adhuc eius omnia exurit. Iotapata quidem ita deuicta est terciodecimo anno imperij neronis kalendarum iuliarum die.

Morietes se demū perisse crediderunt.

Multi iotapatenorū ne a romanis occiderēt in extrema ciuitatis cōgregati seipsos intere merūt.

Antonius romanus a iudeo qui in speluncā fugerat dolo interfectus est.

Vespasianus ciuitatē & castella oīa exuri iussit.

¶ Romanis autem iosephum inter mortuos quęrentibus ipse in puteo dimissus vbi quadraginta insignes viros latitantes inuenit occultat die: nocte vero ascendens vigilias explorabat vt fugeret sed tercio die per quandam mulierem indicatus est quem vespasianus missis duobus chiliarchis paulino & Gallicano sub pacis fœdere vocauit/ sed tunc timens minime paruit. Tertium quoq; Chiliarchum Nichanorem. Iosepho notum atq; olim consuetum & amicum direxit. Qui illi romanorum erga victos mansuetudinem ostendit suadetq; vt ad ducem securus veniant. Quo post Nichanoris verba hesitante milites speluncę ignem voluerunt summittere sed eos retinuit belli ductor. Iosephus autem nocturna reminiscens somnia futuras iudeorum cognouit clades Is enim in interpretandis somnijs erat idoneus. & cognoscens prophetarum libros deo pręces obtulit. Et nichanori cōsensit. Quod qui vna confugerant Iudeorum: postq̄ Iosephum rogantibus cedere cognouerunt vniuersi clamauerunt/ ipsumq; mori potius q̄ seruitutem pati exhortabantur: & ipsum vt proditorem occidere minabantur.

Capitulum tertiumdecimum

Romani iosephū iter mortuos quęrebant. Iosephus in puteo dimissus vbi xl. isignes viros latitātes inuenit occultabat die nocte vero ascē dens vigilias explorabat vt fugeret sed tertio die p quādā mulierē indicatus est: quē vespasianus missis duobus chiliarchis sub pacis fœdere vocat sed tūc minime paruit timēs

Romani vero Iosephum requirentes & proprię indignationis causa/ & quod imperatori ope reprecium videbatur captus enim maxima pars belli esset mortuos itaq; abditos rimabantur. ¶ Ille autem in excidio alias exitio ciuitatis fortunæ quodam vsus auxilio per medios se hostes surripuit/ & in quendam profundum puteum saltu dimissus est cui amplum specus adiūctum erat lateri quod supra scrutantes videre non possent. Vbi quadraginta quidem insignes viros latitantes offendit: rerumq; vtilium apparatum. cui non paucis diebus sufficeret. Hostibus autem omnia complexis inter diu quidam se occultabat. nocte vero ascendens vigilias explorabat vt fugeret. Cūq; omnia ipsius vndiq; causa maxime custodirentur. neq; fallendi spes esset in speluncam iterum descendebat biduumq; ibi delituit. tertio vero capta quadam muliere quę cum ipsis fuerat īdicatus est. ¶ Tumq; Vespasianus propere duos Chyliarchos paulinum & Gallicanum iussos pacem dare Iosepho & bene hortari eum vt ascenderet mittit. Quibus tamen ille rogantibus postq̄ ad se venerunt fidemq; pro salute dantibus minime paruit. Ex hic enim magis quę pati meritus esset qui plurima cōmisisset quā ex naturali mansuetudine rogantium suspitionē colligens velut ad pœnam euocaretur timebat. donec Vespasianus tertium quoq; Chyliarchum Nichanorem iosepho notum atq; olim consuetum direxit. Is autem q̄ dulce in eos romanorum ingenium esset quos semel subiugassent referēsq; q; ipse iosephus virtutis suę causa magis ammirabilis q̄ inuisus ducibus haberetur essetq; imperatori studium non eum ad supplicium ducere (quod etiam sine deditione sibi liceret exigere) sed con

seruare potius virū fortem hisq; addebat q̧ nec Vespasianus/ siquid dolo moliretur/ amicum ad eum mitteret vt re optima pessimam hoc est perfidiam prętexeret amicitia: neq; semetipsum illi / vt amicū falleret optemperatum fuisse. ❡ Verum iosepho etiam post Nichanoris dicta hęsitāte milites quidē irati speluncę ignem summittere properabant: sed retinebat eos belli ductor viuum Iosephum capere plurimi pendens. ❡ Nichanore autem vehementer instante (vbi etiam hostilis multitudinis minas comperit Iosephus) nocturna somnia reminiscitur: quibus ei deus & futuras iudeorum clades: & quæ Romanis essent euentura principibus indicasset. Erat autem interpretandis quoq; somnijs ydoneus: & coniectare / quæ ambigue diuinitus dicerentur sciebat. Quin & sacros prophetarum libros nouerat: q̧ & ipse sacerdos esset: & parentibus sacerdotibus procreatus. illa igitur hora quasi deo plenus: & recentium somniorum / quæ viderat / horrenda simulachra mente complexus / occultas deo preces offert & quia iudeorum / inquit / labefactari tibi res creator placuit: fortuna vero ad Romanos tota migrauit. animamq; meam / quæ futura prędiceret / elegisti: qn̄quidē manus spōte romani & viuo. Testor autem q̧ non proditor: sed tuus minister ad eos ibo. Simul his dictis nichanori consentiebat. ❡ Verum qui vna confugerant iudeorum: postq̄ intellexerunt Iosephum rogātibus cedere vniuersi circumstantes clamabāt: certe plurimum ingemiscere patrias leges. Vbi sūt quę iudeis deus abnuit quibus mortem condemnentes aīas indidit. Vita Iosephe captus est luceq; ītueri pateris seruientem. Quā cito tui met oblitus es. Quā multos pro libertate mori persuasisti? Falsam ꝑfecto opinione fortitudinis habebas falsamq; prudentię: si salutem apud eos speras cū quibus ita dimicasti. Aut etiam si hęc certa sit ab illis tamen seruari cupis. Sed quamuis te romanorum fortuna tui obliuione perfuderit at nos tamen patrię glorię consulentes & dexteram tibi & gladiū cōmodabimus Tu vero siquidē sponte moriare. dux iudeorū. si vero inuitus ꝓditor morieris. Vix hæc elocuti sūt: & in tentatis ei gladijs occidēdū illi cōminabantur: si romanis pareret.

Milites iosepho post nichanoris verba hesitante spelūce ignē volunt sūmittere.

oratio iosehi ad deum.

Orō iudeoꝝ cū iosepho latētiū ipsū potius mori q̄ seruitutē pati exortātiū ipm q; vt ꝓditorem occidere mināt.

❡ Timens igitur impetū Iosephus eos refrenare & tractare argumentis philosophię cœpit quibus multis modis nemini liceret seipsū occidere probat qualiterq; pro libertate sit laudabile mori manifestat: multaq; ad eoc adducit exempla Nautorem enim timidum vocat qui tempestatem metuēs ante vim turbinis nauim sponte submergit: Nullum quoq; animal seipsum occidit. Cum enim adeo animā habeamus depositariā & esse ab eo accepimus ideo vt esse desinamus illi reddēdū est pœnas quoq; se necātiū adducit. Apud enim iudeos qui seipsos necabant insepulti manebant cū etiā hostium corpora sepeliebātur. Apud alios vero dexteræ abscindebātur.

Aeg. i ista orōne mlta adducit iātiquoꝝ exēpla.

Capitulū quartūdecimum

Timens igitur impetum Iosephus & dei pręceptorum ratus / si ea non enunciasset morte pręuentus argumentis eos philosophiæ necessario tractare incipit. ❡ Et quid enim tātopere inquit o socij proprię necis auidi sumus? Aut cur inter se amicissimas res corpus & animaȝ in discētionē vocamus? Mutatum me esse quispiam dicet: Sed romani hoc sciūt optimum eē in bello mori: sed lege belli hoc est a victoribus trucidari. Proinde siquidem romanorū ferrum deprecor vere meo gladio meaq; manu sum dignus. Sin illi hosti suo parcendū putant. quanto iustius nosmetipsi nobis pepcerimus. Quippe stolidum est ea circa nos admittere pro quibus ab illis dissensimus. ❡ Pulchrum enim est pro libertate mori & ipse fateor pugnando tamen & illorum manibus: qui eam prerípuerint. Nunc autem neq; pręlio nobis obstant: neq; nos interficiūt ❡ Itidē aūt timidus habendus est qui mori non vult cum opus est & qui vult cū non oportet. ❡ Præterea quis nos mœtus prohibet ad romanos ascendere: Nempe mortis Ergo eā / quę ab hostibus dubie suscepta formidini est / eam certā ipsi nobis irrogabimus. ❡ Verū seruitutem dicet aliquis / valde quidē nunc liberi sumus / at viri fortis est semet occidere. Immo vero ignauissimi quātum opinor. Nam & gubernatorē timidissimum puto qui tempestatem metuens. ante vim turbinis nauim sponte submergit. ❡ Quin etiam propria manu perire communi omnium animalium natura discrepat: eoq; modo in creatorem nostrum deū scœlus admittitur. Nullū est enim animal qđ ex industria vel per se moriatur Siquidem naturę lex validissima / vt velint viuere / in oībus sita ē. Idcirco & qui nobis adimētū id putasne hostes ducimus: & quos isidiatores putamus pœna persequimur deū vero indigne ferre nō arbitramini cū domū eius homo despiciat. Ab illo ei accepimus vt essemus rursumq; vt esse desineremus: illi reddendum est. Corpora quidem cunctis mortalia sū t: ex caduca materia fabricata: anima vero semper immortalis est deiq; particula in corporibus collocata. ❡ Si quis ergo depositū hominis surripuerit aut male tractauerit pessimus statim ac perfidiosus habetur. Si dei depositū ex proprio corpore quis eiecerit eum se latuisse / quem leserit / existimabit. ❡ Et seruos quidem fugitiuos vlcisci iustum creditur quamuis neq dominos fugerint. Ipsi vero deum fugientes & optimum dominum. impie facere non videbimur. An ignoratis q̧ eorum qui naturę lege vita exeunt: acceptumq; ab eo debitū soluūt cum id qui dedit recuperare voluerit. perpetua laus domusq; ac familia stabiles sunt. Pure autem

Orō io. ad socios q̄ oñdit q̧ nemini lȝ seipm occidere ęg. hāc ora. ꝓlixiorē facit multa vltra notāda ponens

Timidus quis dicendus.

cōtra suiporum occisorū aurea dicta.

Nullum aīal seipsum occidit.

Adeo accepimus esse iō vt esse desinamus illi reddēdū est.

Depositariā hamus animam.

Pœne sese necātium.

apđ iudeos q̄ se ip̄os occidebāt ĩsepsti manebāt cū ēt apđ alios dextereꝫ abscide bantur.

Salus optanda.

& quę inuocantes exaudiantur animę retinent locū ĩ cęlo adeptę sanctissimū atq; in decursum voluē tibus seculis casta corpora iubentur incolere:quorum vero manus in seipsos insanierint:eoꝝ animas ortus tenebrosior suscipiet:pater aūt illarum deus auctores iniurię per nepotes vlciscitur.Hinc& deo inuisum est:& a sapiētissimo legis nostrę cōditore cohercetur.❡Deniq; siqui se occiderint.apud nos quidē vsq; ad occasū ĩsepultos.eos abijci decretum ē cū etiam hostes sepeliri fas esse ducamus. Apđ alios aūt etiā dexterę iubentur abscindi eiusmodi mortuorum quę in ipsos armatę sunt quādovt cor pus ab anima ita manū a corpore alienam esse existimarent.❡Pulchrū est igitur o socij iusta sētire neq; humanis cladibus addere vt creatorem omniū impietate ledamus.Si salui essevolumus:salui su mus.Nec ei salus apud eos ignobilis est quibus tātisvirtutē operibus demōstrauimus.Si mori placet ab his occidi pulchrū est q̄ nos cœperūt.Nō ego migrabo in hostiū locū vt ipse mei ꝓditor fiā.Mul to ei stolidior sum q̄ qui ad vltro hostes profugiūt.Siquidē illi salutis causa id faciūt:egovero īteritus & quidem mei.Romanorū tamē insidias votis expeto nam si me hi post iunctas dexteras perimant magno aīo paratoq; moriar:mendacij perfidiā pro victorię solatio mecū afferens. Multa quidem in hunc modū Iosephus vt cede propria socios dehortaretur dicebat.

❡Iosephus aūt socios ad separatione qua iā dudū se mori deuouerant reuocare non potuit Sed ipsi concitati alius aliū cū gladijs accurrentes ignauiā exprobrabāt.Ipsevero qm̄ mori decretū est:for ti mortē committere suadebat.Hic ei & Romanorū & domestico liberatus bello ad vespasianū p ni chanorē est adductus:quem omnes videre cupientes quidā hostem interficiendū acclamētes: alijsfa cta eius reputantes imitationē obstupessebant.Omnis vero qui nomini eius irascebantur viso eo mi tiores reddebanturTytus autem viso Iosepho ingenita animi mansuetudine mirabatur nihil huma narum rerum firmum putans:vespasianus vero quasi ad imperatorem missurus eum iuber custodiri Quē hoc cognito Iosephus seorsum cum filio & duobus amicis vocās se maiorū nuncium fore sibi dixit futurumq; & filium prędixit imperatorem quod licet non tūc tamen paulatim credidit. Vespa sianus maxime cum de Iosepho captiuos interrogasset.Non tamen custodiā necvincula remisit licet vestimentis & muneribus eum donaret.Tytus quoq; ei magnum faciebat honorem.

Iosephus socios nō potuit a desperatiōe reuocarꝫ qn seipos occiderent.

Capitulum quintumdecimum.

ILli autem obstructis auribusdesperatione qua iam se dudum mori deuouerāt cōcitā tur:& alius aliū cū gladijs accurrētes ignauiā exprobabāt&quasi eū percussurus mox quisq; adoriebatur.Ille autē cum aliū nominatim vocaret alium vultu ducis intuereē alterius dexterā apprehēderet aliū pręcibus exoraret:varia mentis affectiōe vt ĩ tali necessitate distractos ferrū oīm a cede sua ꝓhibebat:nō secus vt fere bestię circūclusę ad eū semper qui se contigerit ora conuertens.Illorum qui ducem in extrema quoq; clade reuerendū putarent debilitantur dexterę:gladiiq; manibus elabebantur.Multi spōte cū ei ma nus afferrent:frameas dimittebant.❡Iosepho autem non defuit in ea desperatione consiliū:sed frœ tus dei prouidentiā salutem in periculum emittit.Et quoniam mori decretum est inquit agite cedes mutuas sortiamur & cui obtigerit manu sequentis occumbat atq; ita omnium fortuna perābulet neq; sua dextera quisq; subiaceat.Iniustum est enim cęteris interemptis ex alijs quemq̄ si penituerit saluū esse.Visum est vera dicere.Et quod persuasit agitur:sors cuiq; obtigit:paratam ei qui sequeretur necē suam prębebat quasi etiam mox duce morituro Cum Iosepho enim perire:vita dulcius estimabant. Remansit autem ipse cum altero siue fortuna dici oporteat:siue dei prouidentia.Consultoq; prospi ciens ne vel forte grauaretur: vel si nouissimus recessisset gentis cede pollueretur:illi quoq; fide inter posita vt viueret persuasit.Ille hoc modo & romanorū & domestico bello liberatus:ad vespasianū p nichanorem ducebatur.Omnes autem romani visendi eius gratia occurrebāt.& cum se circa ducem pręmeret multitudo varii tumultus erant.his exultantibus q̄ captus esset:alijs minitantibus:nōnul lis autem propius eum videre certantibus.Et qui longius quidem aberant hostem interficiendum esse clamabant.qui vero propius erant facta eius reputantes:mutationem obstupescebant.Rectorū autem nemo fuit qui non licet irasceretur nomini eius viri aspectu mitior factus est.Tytum vero pre ter alios & fortis Iosephi animus in calamitatibus:& misericordia eius etatis capiebat. qualisq; pri dem fuisset in pręlijs reminiscentem:& qualisnunc sit in hostium manibus positus intuentem. Iu bebat intelligere quanta esset fortunę potentia:q̄q; velut belli momentum : humanarum autem re rum nichil firmum atq; perpetuum . Quam multos etiam tunc ita : vt sentiebat ipse vt Iosephum miserarentur affecit : plurimaq; salutis eius pars extitit apud patrem. Vespasianustamen qua si missurus eum Cæsari : Vt cautissime custodiretur precœpit. Quo audito Iosephus aliquid ei soli se dicere velle ait. Summotisq; ab illo omnibus alijs præter filium Tytum ac duos amicos. Tu quidem inquit Vespasiane tantum hoc putas : Iosephum te habere captiuum. ❡ Ego autem

iosephus sorti sociis mortē cōmittere suadebat.

iose. ad vespasianū p nichanorē ducit quē oēs videre cupiebāt Oēs qui ān iosephi noī irascebātur ip̄o viso miti ores redduntur Vespasiani q̄si ad ipatorē missurus eum iubet custodiri.

maiorum ad te nuncius venio pręmissus a deo vt iudeorum regem viderem: & quemadmodum exercitum duces mori deceret Ad neronem me mittis. Quid ita quasi qui neroni vsq; ad te successuri sunt maneant. Tu cęsar vespasiane & imperator atq; hic filius tuus nunc: me autem colligatum arctius tibi asseruato. Nam dominus quidem non mei solum es tu cęsar verumetiam terrę marisq; ac totius hominum generis. Me autem ad maiorem pœnam custodiri oportet si ex tempore aut subito in dominum ista confingo. ❡His dictis vespasianus statim quidem fidem non his habere videbatur eaq; Iosephum existimabat salutis gratia comminisci. Paulatim vero ad credendum impellabatur iampridem illum excitatum ad imperium: deo sceptra multis pręmonstrante portentis. Sed & in alijs veracem esse Iosephum depręhenderat. Altero namq; amicorum qui secretis intererant ammirari dicente queadmodū nisi hęc deliramenta sint. neq; Iotapatenis de excidio neq; sibi de captiuitate qcq̄ diuinasset vt a se iram depelleret Iosephus iotapatenis ait se predixisse q̄ post diē septimū & quadragesimū eos maneret exitiū: q̄q; ipsum romani viuū essent in custodia retenturi. ❡Hęc in secreto quęsita vespasianus vbi vera esse cōperit a captiuis etiā quę de se dixisset credibilia cœperat existimare sed neq; custodiā iosepho nec vīcula remittebat vestimētis aūt alijsq; muneribus eū donare benignissime humanissimeq; fouere non desinebat magnam honori eius Tyto operam cōmodante.

Iosephus Vespasiano seorsū cū filio loquēs eū p̄dixit ipatore & filiū suū licet nō tūc tamē vespasianus paulatim credidit. &c.

❡CAESAREA iudeæ ciuitas Vespasianū humanissime recœpit.

❡Vespasianus cū exercitu de ptholomaide puenit Cęsareā iudeę ciuitatē maximā quē: cū exercitu ciues cū fauore suscipiūt: multiq; tūc cū clamore precabantur: vt de iosepho sumeret suppliciū s; illā repetitionē velut ab incōsulta multitudine oblatā nihil rn̄dēdo dissoluit. Et legionū duas apud cesaream posuit: alias quoq; duas misit in Scytopolim.

Vespasianus cū exercitu puenit de ptholomaid cęsareā iudeę ciuitatē maximā quē ciues & exercitūcū fauore suscipiūt multiq; tūc cū clamore p̄cabāt vt de iosepho sumeret suppliciū tacebat & legionū duas apd̄ cesareā posuit alias q; duas misit Scitopolim.

Capitulum. xvi.

Quarto aūt die mensis iulii Vespasianus i ptholomaide reuersus: inde i loca maritima cæsaream peruenit iudeę ciuitatē maximā: & quę maiorē incolarū partē grecos haberet. Igitur & exercitū & rectorem indigene oī fauore ac benignitate suscipiūt: affectu quidē quo romanos diligerent plus āt illorū q̄ excisi fuerāt odio. Vn̄ etiā m̄lti simul vt de iosepho suppliciū sumeret: cū clamore p̄cabātur. Vespasianus aūt de ista quidē repetitione velut ab inconsulta multitudine oblata nichil rn̄dēdo dissoluit. Legionū vero duas quidē hiematū apud cęsareā posuit. qd̄ oportunā videret citatē. Decimā vero & quītā scytopoli misit ne totius exercitus molestia cęsareā p̄meret Erat āt illa quoq; aprica p hiemē quātū estatis caloribus estuosa: vt in planicie sita atq; maritima.

❡IOPPAE secundo a Romanis obsidetur: & capitur.

❡Quidam ex iudeis profugi ioppen sibi receptaculum renouāt: & piraticis nauibus fabricatis, plurimos per mare latrociniis vexabant: ad quā Vespasianus misit exercitum quod cognoscentes ciuitatis habitatores territi naues fuga petierūt. Ioppę hic ponit̄ descriptio maxima ioppenorū fuit i mari strages q̄ a Romanorū. & ventorū violētia pellūtur a citate. Quattuor ei milia & ducēta cadauera a mari p̄iecta. Ioppę itaq; breui tēpore a romanis excisa est. Ibiq; vespasianus munitionem dimisit Hierosolimitę aūt audito iotapatę excidio tristabant̄ maxime de iosepho quem fama mortuum nunciauerat sed cognito q̄ adhuc viueret ira in eum concitantur: & eius odio magis contra romanos exacerbantur.

Quidā ex iudeis p̄fugi ioppē sibi receptaculū renouāt & piraticis nauibus fabricatis plurios p mare vexabāt ioppes situs & descriptio. Andromada:

Capitulum septimumdecimum.

Cum hæc agūtur: collecti nō exigua m̄ltitudo q vel ab hostibus seditiōe defecerāt vl̄ ex ciuitatibus euersis effugerāt. Ioppā receptaculo sibi renouant quam antea vastauerat cestius & quia terra quā vastabāt arcebantur migrandū in mare sēsuerūt: At pyraticis nauibus fabricatis in syriā & phœnicē itemq; i ægyptū cūmeātes plurimos latrociniis prędabantur: omnibusq; nauigiis inuiū faciebāt illarū partiū pelagus Sed vespasianus cognito quid constituissent equites in ioppē necnō & pedites misit. Hiq; nocte in ciuitatē quę in custodia erat ingressi sūt. Eius aūt habitatores postq̄ irruptionē pręsēserant ne tn̄ romanos arcerent mœtu deterriti naues fuga petierūt & in his vltra cōtiguū sagittę spaciū pernoctauerūt. Cū vero Ioppa natura esset iportuosa nāq; i asperū cęteraq; arduū littus desinit ac sūmis vtriq; cornibus leuiter incuruūq; vastę rupes supersunt. & ingētibus p̄cellis pelagus turbāt nisi etiā nūc ādromedę cathenarū signis extātibus fabulæ veteris fides ostenditur. Aduersus āt aquilo feriēs littora sūmos in obiectas cautes fluctus affligit eoq; modo sollicitudinē in tutiorē efficit stationē. in eo salo fluctuātibus ioppenis prima luce violentus quē illac nauigātes melāboriū vocauit flatus incūbit. Et alias quidē naues inter se alias vero collisit in scopulos Multę aūt cū magna i aduerso estu niterētur ad pelagus. nā & littus saxis infestū & hostes In eo cōstitutos timebāt sublato in sublime gurgite mergebātur & neq; fugę vspiā locus erat neq; manētibus spes salutis: cum & mari ventorum & ciuitate romanorum violentia pellerentur. Itaq; multi vlulatus collisis nauibus audiebantur: & multi crepitus fractis. Ioppenorum autem pars fluctibus obruti: pars naufragiis implicati moriebantur. Nonnulli autē ferro se interficientes velut facius esset mori preuenie

Mtlamborius i Maxi. iopēorū i mari clades q̄ & rōanorū & vētorū violētia ciuitate pellūtur.

bant plurimi autem euecti fluctibus scopulis carpebantur: vt & pelagus sanguine redundarent & omnis ora maritima cadaueribus oppleretur: cum etiam ad littus appulsos in eo stantes romani milites trucidarent. Proiectorum autem corpora quattuor milia ducenta fuerunt. Ita captam vello prelio ciuitatem romani funditus eruût. Ioppa quidẽ hoc modo breui tempore bis a romanis excisa est. ¶ Vespasianus autem ne rursus eo pyratę confluerent castris in arce munitis ibi cum peditibus paucis equitatum reliquit: vt hi quidem locis suis manentes eadem castra defenderent. equites vero oẽm circa territorium peragrantes affines Ioppę vicos & municipia simul eximerent. Illi quidẽ preceptis obedientes: in dies singulos incursando excindebant totas regiones atq; vastabant. ¶ Vbi vero apd hierosolimam casus Iotapatę nunciatus est primo quidem plurimi & pro magnitudine calamitatis & ꝙ nemo qui se vidisse diceret quę iactabantur aduenerat non credebant. Nec enim vel nuncius aliquis superfuerat: sed ipsa per se fama excidium prędicabat. Natura velox tristium nuncia inde paulati per finitimos veritas ambulabat: & apud omnes ambiguitate certior habebatur Cum etiam rebus gestis plura quę facta non erant effiugebantur & in excidio ciuitatis peremptus esse dicebatur iosephus: quę res maximo luctu repleuit hierosolimam: & per singulas domos itemq; cognitiones amissorum quisq; lugebatur a suis: luctus vero ducis publicus erat. Et hi quidem hospites. alij propinquos amicos alij nonnulli etiam fratres flebant: Iosephum autem vniuersi: a deo vt per dies triginta nunq̃ lamenta in ciuitate cessarent: magna mercede conducerentur tubicines veniarum. ¶ Tempore autem veritate reuelata vbi de iotapata quidem vt res habebat fictum vero ꝙ de Iosephi morte vulgabatur: eumq; viuere & cum romanis esse compertum est. Ac supra captiui fortunam a ducibus honorari: tantã in eum viuum iracũdiam: quã tã prius cum mortuũ crederent beniuolentiã conceperunt. Et ab alijs quidem ignauię: apud alios proditionis arguebatur. Totaq; in eum ciuitas plena erat indignatione atq; cõuicijs. Vltro autem his vulneribus excitabantur. magisq; accẽdebãtur rebus aduersis: & offensio quę prudentibus ne similia perferant cautionis & custodię causam prębet illos ad alias calamitates tanq̃ stimulus incitabat: malorũq; semper incipiebat ex fine principium. Deniq; maiore in romanos impetu ferebantur: velut in iosephum pariter vindicaturi. Hierosolimorum quidem habitatores eiusmodi turbis agitabantur.

> Quatuor miliá ducẽta cadauera proiectorum

> Hierosolimitę auditoiotapatę excidio tristabãtur maxime de morte iosephi quẽ fama mortuum nũciabat.

> Hierosolimitę cognito ꝙ iosephus viueret in eũ concitantur

> Odio iosephi magis cõtra romanos icitabãt

¶ TYBERIAS se reddit Romanis.

¶ Vespasianus Agrippę regi roganti: vt regnũ visitaret annuens venit in Cęsareã philippi. Qui cognito ꝙ Tyberias: & taricheas quę ambę agrippę regno pertinebãt vellent rebellare. Tytũ Cęsareã mittit, vt inde militem: transduceret Scytopolim. Tyberiadi vicinam quo cum ibi venisset filium prestolabatur: & deinde castrametatus in Enabris Valeriũ mittit Tyberiadẽ. vt ad pacem eam inuitaret. Sed seditiosi quidẽ cuius iesus princeps erat contra valeriũ occurrunt qui cũ socijs relictis equis pedes refugit quos iesus reduxit in oppidũ. Quod seniores veriti ad Vespasiani genua suppliciter accedentes veniam precantur: & obtinent. Iesu cum socijs fugiente Taricheas. Vespasianus vero misso Traiano an ppl̃i multitudo pacez quereret iscisciturato eoq; benignissime & eũ honore ab eis recepto ex meridiano latere muri partem dirui. & ingrestũ sic iussit dilatari: & eam in gratiã regis edixit eiusq; causa muris pepercit.

Capitulum octauumdecimum.

VEspasianus ãt visẽdi studio regnũ Agrippę nãq; ipe rex inuitabat rectorẽ cũ exercitu siml domesticis diuitijs patus accipere ac p eos ęgras ptes regni compescere. motis ex cęsarea maritima castris i eã quę philippi appellaẽ cęsareã demigrauit. Ibiq; p dies viginti milite recreato: ipe quoq; gestaꝝ reꝝ grãs deo referẽs. i epulis erat. ¶ Postq̃ vero tyberiadã qdã nouas res cupere ac rebellare taricheas audiuit ad regnũ ãt agrippę vtraq; ptinebãt decreto a pd eos vndiq; iudeos excidere oportunũ eẽ credidit aduersus eos exercitũ ducere si vt agrippę hospitio vicẽ repẽdret ptãti eius citatibus creditis. Igr̃ filiũ suũ tytũ i cesareã vt iñ militẽ scytopoli trãsduceret mittit hęc ãt ciuitas decẽ ciuitatũ maxĩa: & tyberiadi vicina ẽ Quo cũ ipe venisset ibi filiũ pstolabaẽ. Deiñ cũ tribus vltra legiõibus pgressus ad tricesimũ a tyberiade stadiũ in quadã mansione cõspicua rebellãtibus cui nomẽ est Enabris alias Sẽnabris castra ponit. Atq; hinc decatharcũ valerinũ cũ equitibus quadragita dirigit: qui patefico sermone oppidanos alloqueretur & ad fidẽ iuitaret. Audierat ei ꝙ pacẽ populus desideraret a nõnullis aũt ad bellũ eũ cogẽtibus seditionẽ pateretur itaq; valerinus vbi muris appropiquauit & ipe de equo dissiluit & suos comites idẽ facere iussit: ne lacescẽdi pl̃ij cã venisse potius videreẽ. Sed priusq̃ verbũ faceret armati excurrt i eũ seditiosi qui erãt validiores rectore quodã noie Iesu Tobię alias Saphari filio latrocinalis agminis pricipe. Valerinus ãt neq; pręter mãdata ducis prelio cõgredi tutum ratus etiam si fide victoria certus esset: pugnamq; periculosam fore si cum multis pauci & cum instructis imparati confligerent inopinata prӕterea iudeorum obstupefactus audacia.

> Vespasianus ã agrippę regi rogãti ãnuẽs venit i cęsareã phillippi.
> Vespasianus cognito ꝙ tyberias & taricheas quę ãbe regno agrippę ptiebãt vellẽt rebellare tytũ cęsareã mittit vt ide milite; trãsduceret scytopolim.

& ipse pedes refugit: & quinq; alij similiter relictis equis. Quos Iesus eiusq; socij veluti pugna non in sidijs captos leti inoppidum adduxerunt Id autem factum veriti seniores & qui prestare populo videbantur in romanorum castra profugiunt. Adhibitoq; sibi rege ad Vespasiani genua suppliciter accedunt. ne se despiceret obsecrantes neuequæ paucorum esset / totius ciuitatis existimaret insaniã: seu populo parceret/ qui romanis semper amica sentiret/ magisq; vultum iret defectionis auctoresqui bus ipsi olimad fœdus venire properantes nunc vsq; ne id facerent asseruati fuissent his eorum pcibus q̃q̃ toti ciuitati preter equorum rapinam infansus erat indulsit Nam & agrippã videbat eius oppidi causa trepidare ¶ Fide aũt per eos populo data: iesus eiusq; socij tutũ sibi non esse rati apud tyberiadã cõsistere ad taricheas cõfugiũt. ¶ Posteroq; die Vespasianus i arcem p̃misit cum equitibus traianum qui multitudinem (añ oẽs cuperant) pacẽ experiref. cognito autem populum eadm sentiree simpliciter ad ciuitatẽ ducebat exercitũ. Illi autem portis eius patefactis cum laudationibus obuiam prodeunt: salutis datorem ac bene meritum acclamantes: cum vero militem angusti aditus remorarẽ cur murorum partem dirui Vespasianus ex meridiano latere iussit: eoq; pacto dilatauit ingressum. Vt prẹda tamen & iniurijs abstinerent in gratiam regis edixit. eiusq; causa muris pepercit: spondẽtibus habitatoribus eius post hẹc cum reliquis fore concordes alijsq; modis malis affectatam ciuitatem ex dissensione recreauit.

Iesus cũ socijs ad taricheas fugiũt

¶ TARICHEAS CIVITAS Galileæ obsidef a Romanis & capitur a Tyto.

¶ Vespasianus Taricheas ,pficiscens & ipsam ciuitatem munitam esse cognoscens castra posuit hanc enim vndiq; muro validissimo Iosephus cinxerat/ eiusq; Scaphas plurimas in lacu Genesar habebant. vt in eas (si terrestri vincerentur prelio) refugerẽt. Iesus autem eiusq; socij contra romanũ impetum facientes (partemuri dissipata) ad suos refugiunt/ coactiq; naues ascendunt. Vespasianus vero cognita eorũ multitudine filiũ cum exercitu mittit/ qui patriopus esse maioribus auxilijs mandauit. Tytus autem (priusq̃ subsidia venirent milites ad bellum incitat. Iudeos incompositos esse & bellorũ imperitos: vulgusq; potius q̃ exercitũ dicit appellandos/ neq; in multitudine virorum esse manifestat victoriã. vnde alacres eius hortatu facti milites missa auxilia ẹgre ferebant. Tytũ itaq; primum in hostes pergentem alij secuti sunt: multiq; tunc fuerunt interempti: alijs in oppidũ fugientibus. Tũc quoq; inter Taricheas maxia orta est dissentio: indigenis enim bellũ nõ placebat: aduenẹ vero qui plures erant bellũ incitauerant. Titum autem ciuitatem ingressum nullus prohibere ausus est. Iesu cũ socijs ad agros fugiente/ plurimaq; per ciuitatem facta est hominum cedes aduenarũ & indigenarũ sed interemptis nocentibus. Tytus miseratus indigenas ab intermitione quieuit. Vespasianus autem audita victoria filij lætus statim circundari ciuitatem cuctodibus iussit/ & naues aduersus eos qui a d lacũ fugerant fecit fabricari.

Capitulum nonumdecimum.

Deinde ab ea digressus inter ipsam & taricheas castra posuit muroq; firmauit belli sibi moras illic forte prospiciens: q͛ oĩs turbarum cupiẽs multitudo in taricheas cõfflueret munitione frœta ciuitatis: & lacu qui genesar ab indigenis appellatur. Et enim ciuitatem ita vt tyberias sub mõte positam qua lacu non abluebatur vndiq; muro validissimo/ sed minore tamen q̃ tyberiadẽ iosephus cinxerat. Nã illã quidem in principio defectionis pecuniarũ itemq; viriũ copia cõmunierat Taricheis vero largitatis eius reliquiæ ,pfecerunt. ¶ Scaphas autẽ plurimas in lacu paratas habebãt: vt in eas videlicet (si terrestri prælio vincerenf) refugerẽt: simulq; ad nauale bellum si opus esset instructas. Romanis aũt castra munientibus Iesus eiusq; socij neq; multitudine hostiũ neq; disciplina militiẹ pterriti cursu i eos irruũt primoq; ipetu dijectis muri fabricatoribus ac pte aliq̃ edificij dissipata vbi armatos cõgregati viderũt anteq̃ mali aliquid paterenf ad suos refugiunt. Eosq; insecuti romani: ad nauigia cõpulerunt. Et illi quidẽ tã ,puecti vnde romanos contingere missilibus possent anchoras iaciũt: & (sicut acies assolent densatis inter se nauibus aduersus hostes i terra cõstitutos nauali p̃lio decertabãt. ¶ Audito aũt Vespasianus magnanimitatẽ eorũ multitudinẽ in ,pxia ciuitatis planitiẹ cõgregatã: filiũ suũ cũ secentis equitibus lectis eo mittit. Qui cũ infinitum hostium numerũ reperisset: patri quidẽ maioribus auxilijs opus esse mãdauit. Ipse vero equitũ plerosq; etiam priusq̃ subsidia venirent alacres esse videns cum nõnulli eoꝝ iudeoꝝ multitudinẽ formidarent vñ exaudiri posset cõstitit. Et o Romani ait pulchrũ est: nãq; in principio sermonis ammonere vos gc. neris nostri qui cũ quibus pugnaturi sumus sciatis. Nr̃as ei manus nemo vnq̃ toto orbe hostis vllus euasit. Iudei vero etiã vt pro his aliquit dicamus ad hoc vsq; tp̃s victi nõ defatigantur. Itaq; oportet his in aduersis rebus cõstanter dimitãtibus etiã nos i secũdis pseuerantius laborare. Apta quidẽ frõ vobis plurimũ alacritatis inesse cõspiciẽs gaudeo: vereor aũt: ne cui vr̃m tãta timorẽ multitudo hominũ latẽter icutiat. Iterũ igif quisquis cogitet qualis vel cũ quibus decertabit q̃dq; iudei licet satis sint audaces mortẽq; cõtẽnant. incõpositi tñ bellorũq; iperiti sunt: & vulgus potius recte q̃ exercitus ap-

Vespasianus taricheas profici scẽs castra posuit sciẽs citatẽ bñ esse munitam.

scaphẹ plurimẹ in littoræ.

Iesus eiusq; socij cõtra rõanos ipetũ faciẽtes parte muri dissipata ad suos refugiũt coactiq; naues ascendunt.

Oratio Tyti ad milites.

Iudei icõpositi bellorũq; ,piti vulgus potiusq̃ exercitus appellandi.

pellādi de nr̄avero peritia atq; ordinatiōe referre quid opus est? Nēpe idcirco soli armis exercemur pacis etiā tēpore: vt ne bello nos cū hostibus numero cōferamus. Nā qđ erat ꝑpetuę militiæ commodum si pares cum rudibus congrediamur. Quin etiam reputare ꝙ armati cum inermibus & equites cum peditibus: & ducis cōsilio tuti cum vagis neq; rectorem habentibus decertabitis: ꝙq; vos heę ꝑ virtutes multo plures efficiant multum autem vicia de hostium numero detrahant nec sola hominū multitudo (quamuis pugnacissimi fuerint) in bello obtinet. sed etiam si vel in paucis sit fortitudo. Hi enim & ordinari faciles sunt & sibimet subuenire. Numerosę autem copię plus incommodi ex semet ipsis q̄ ex hostibus capiunt. Itaq; iudeos audacia & ferocitas & desperatio mentis & seuitia ducunt quæ rebus secundis aliquantū valēt minimis vero offensionibus extinguntur. Vos autem virtus regit & morigera voluntas: itemq; fortitudo quæ & in prospera fortuna viget nec ad finem vsq; in aduersa decipitur. Ad hoc maiores vobis sunt q̄ iudeis causę certaminis. Nam si illi pro libertate ac pr̄ia belli pericula sustinent? quid est nobis incilta fama prestantius? & ne post orbis terrę imperium videamur hostium aduersariorum loco iudeos habere. Propterea considerate: ꝙ paciendi alicuius intolerabilis mali mœtus est. Multos enim eos in proximo adiutores habemus. Rapere aūt victoriā possumus. & quos a patre mitti speramus auxilio conuenit antecapere vt & maior sit & sociū non habeat virtutis effectus. Et quidem puto nunc de me a patre meo vobiscum pariter iudicium fieri. Siquidē ille rebus ante gloriose gestis dignus fuit ego vero eius sum filius vos autem milites mei. Nam & illi vincere consuetum est. & ego reuerti ad eum non perpetiar victus. Quo pacto autem vos nō pudue rit duce vestro periculis occurrente superare? Appetam enim pericula mihi credite: primusq; i hostes irrumpam. Nemo autem vestrum a me discesserit persuasum habēs impetum nostrum sustētari ope diuina & manifeste presumite ꝙ multo plus permixti hostibus efficiemus q̄ si extrinsecus pugnaremus. ¶ Postq̄ titus hęc prosecutus est diuina quedam alacritas militibus incidit: & quia traianū aduenire cum trecentis equitibus ante prelium contigit: egre ferebantur: tamq̄ minueretur societate victoria. Misit autem vespasianus sylone & antonium cum duobus milibus sagittariorum. vt occupato monte (qui ex aduerso erat oppido) murorum propugnatores repellerent. Et ab illis quidē ita vt preceptum fuerat circumuenti sunt ex ea parte subuenire tentantes. ¶ Tytus aūt primus perrexit citato equo in hostes: & post eum cęteri cum clamore per tantum spacium fusi quantum a duersa acies occupauerat: vnde etiā multo plures q̄ erant apparuerunt. Iudei vero licet incursu eorum & disciplina conterriti: paulisper quidem primo sustinuere congressus. Percussi autē contis equorūq; impetu deturbati conculcabantur: atq; ita multis passim peremptis disperguntur & in ciuitatem (vt quisq; velocitatis habebat) effugiūt. ¶ Titus autem aliquos a tergo instans alios per transitum occidebat: nōnullos cursu ante capiēs ictu ora transuerberabat: multos autē alium super alium lapsos inuoluēs configebat: omnesq; ad mœnia confugientes preueniens detorquebat ad campum: donec vi multitudinis elapsi in opidum confugerunt. ¶ Excepit autem illos acerba dissensio Nam quia indigenis & fortunarum suarum & ciuitatis gratia & ab initio bellum gestum maxime (ꝙ male pugnatum fuerat) nō placebat: sed populus aduenarum qui plurimus esset) vim adhibebat & inter se discordantiū clamor erat veluti arma iam caperēt. Quibus auditis (nec enim procul a muris aberat) titus exclamat Hoc tempus est quid moramur commilitones? Deo nobis dedente iudeos suscipite victoriam nō auditis clamores. Qui manus nostras euasere discordant? Habemus ciuitatem si modo properemus. Veruntamen cum velocitate animis opus est. nichil enim magnum effici sine periculo consueuit. Nō solum autem hostium concordiam (quos cito necessitas in graciam reuocabit) sed etiam nostrorum auxilia preuenire debemus vt preter victoriam qua tantas copias pauci superamus etiam ciuitate soli pociamur. Simul his dictis incendit equum. atq; ad lacum decurrit. & per eum propere in ciuitatē ingreditur. Quem cęteri consecuti sunt. Pauor autem eius audacię murorum defensores inuasit. Et pugnare quidem vel prohibere venientem nemo sustinuit. Relictis vero excubijs: Ihesus quidem cū socijs suis in agros effugit. Alij vero decurrentes ad lacum: in manus hostium contra venientium incidebant. Mactabantur autem alij cum scaphas ascenderent: itemq; alij cum iam prouectas natando assequi conarentur. Plurimaq; per ciuitatem agebatur hominum cedes. Aduenarum quidem resistētium qui non effugissent: indigenarum vero sine pugna quoniam spes eorum fœderis & conscientia (ꝙ belli consilium non habuerant prelio) deterrebat: donec titus nocentibus interemptis miseratus indigenas ab internicione requieuit. At qui in lacum confugerant vbi captam ciuitatem viderunt q̄ longissime ab hostibus recesserunt. ¶ Tytus vero missis equitibus res gestas patri nunciauit. Quibus ille compertis ꝙ necesse fuit & filij virtute admodum lętus & facinoris claritudine maxima enim belli pars videbatur exempta cum quidem statim circundari ciuitatem custodibus iussit ne quis ex eadem subterfugeret neq; a cedibus temperaret. ¶ Postero autem die cum descendisset ad lacum: ra

Multitudo hoīꝫ in bello victoriā nō obtinet.

Alacres Tyti milites eius hortatu & auxilia missa ęgre ferebant tytus primus cōtra hostes alijs sequentibus.

Tyti strenuitas.

Dissēsio īter tari cheatas qa indigenis bellū non placebat aduenę vero q p̄es erant bellū īcitauerant.

Tyto ciuitatē ingrediēte ꝑhibere ausus est & ie sus cum socijs sef fugit in agros.

Vespasianus letus de filij victoria.

tes aduersus illos qui eo refugerant fabricare iussit: quę tam materiarum copia q̄ artificum multitudine mature contextę sunt.

Naues aduersus eos q ad lacū fugerant fecit fabricare.

¶ Genesa lacus a continente terra sic appellatus. xl. stadiis latitudinis & centum lōgitudinis: secundum vero Aege. centū quadraginta extenditur: cuius aqua dulcis est & potabilis. Variaq; in eo sunt piscium genera ab alterius loci piscibus tā specie q̄ sapore discreta & vt Aege. dicit prestantiora medius secatur: fluuio Iordane cuius ortus phiala est & non panius quod a philippo te tetrarcha deprehensum est qui missis in phialem paleis inuenit eas apud pauium redditas. Ad generasa lacū eiusdem nominis terrę protenditur: natura simul & pulchritudine āmirabilis vberrima arboribus aereq; tēperatissima. Hos ergo qui in lacum fugerant nauali bello Vespasianus persequitur. quorum & si aliqualiter restitebant varius tamen fuit interitus mixtumq; sanguine a cadaueribus plenum totum lacum cerneres: nullus enim saluus euasit: postea q; maxima pestis ex cadaueribus regionē oppressit Sex milia quingenti in isto nauali bello perierunt. Vespasianus autem pro tribunali apud Taricheas residens & quid de superstitibus agēdum sit deliberans: aduenas salute indigenos indicat. sed de eorum mortis qualitate cogitabat. quos solo Tyberiadis itinere exire permittēs: eos Romani secuti sūt in ciuitatem reducentes illosq; inclusos in amphiteatro vespasianus seniores cū ibecillibus occidit iubet iuuenum vero validissimos ad neronem misit sex milia cęteram vero multitudinem vēdidit aliosq; donauerat agrippę.

Capitulum vicesimum.

Lacus aūt genesar quidē a terra cōtinēti appellatur: quadraginta vero stadiis i latitudine parēs cētūq; in lōgitudine aqua dulcis est atq; potabilis. Palustri enim crassitudine tenuiores habet latices. & vndiq; in littora & arenas desinens purus est at pręter hęc tēperatus ad hauriēdū: & fluuio quidē siue fonte lenior: Semper enim frigidior q̄ lacus diffusio patitur manet: estiuisq; noctibus eius aquę sub diuo ꝓflatę: nequaq̄ estibus cedūt Id ei facere īdigenis moris ē. Variaq; sūt in eo pisciū gn̄a ab alterius loci piscibus tā specie q̄ sapore discreta. ¶ Mediusq; secaṫ fluuio iordāe cuius fōs esse videṫ paniū noīe aut iu hūc terra cōditus ex eo lacu q vocatur phia[illegible]. Hęc aūt est qua in trachonitida ascēditur ad cētesimū vicesimū stadiū cesareę nō longius in dextro [illegible]ris latere Et ꝓprie ex rotūditate phyala dicit̄ lacus rotę speciem pręferens. Semper autem inter eius labra cohibetur vnda vnq̄ deficiens vel exuberans. ¶ Cumq; interim hoc esset iordanis principium nesciretur: a tetrarcha quondam trachonitidis philippo deprehensum est. Is namq; missis in phialem paleis: inuenit eos apud panium redditas vn̄ an̄ nasci fluuius credebaṫ. ¶ Naturalis quidem pulchritudo panij regis opibus & agrippę diuitijs magnificentius accurata est. ¶ Manifestū āt flumē iordanis ex hoc ātro īcipiēs Senechonitidis q dē lacu paludes secat & margines. Cētū āt viginti aliis p̄teritis stadiis post oppidū Iuliada genesara lacū mediū trāsmēsus. deinde m̄l'tā solitudinē in affaltidē lacū exijt ad generasa vero lacū eiusdē noīs terra p̄tēdiṫ: natura simul & pulchritudine āmirabilis nullū ipsa pro libertate sui negat arbustū: totamq; plātis cōsueuere cultores. Celi vero tēperies etiā diuersis aptissima est. Nuces ei que arborū maxime goribus gaudēt īfinite florescūt. Ibi ēt palmę q̄s nutrit calor, estiuus has iuxta ficus & oleę qbus aura mollior destiata est vt naturę magnificentiā hanc esse quis dixerit vim adhibentis vt ī vnū conueniāt inter se repugnantia. anniq; temporum contentiōe bona velut singula peculiari studio terrę fauerēt Non enim solum nutrit pręte opinionem poma varia. sed etiam seruat egregia quidem & quondam modo regnantia. Vuas & carices sine intermissione decē mensibus suggerit. cęteros vero fructus āni spacio senescentes. Nam pręter aeris lenitatem & fonte quoq; irrigatur vberrimo qui capharnaū ab indigē appellatur. Cum nōnulli venam esse nili fluminis opinantur: ꝙ similes coracino sicut lacus generat pisces. ¶ Longitudo autem regionis ęqua ac littora cognominis lacu triginta stadiis extenditur: & latitudo viginti. Horum quidem natura huiusmodi est. ¶ Vespasianus autem prefectis ratibus, impositaq; manu militum quanta in eos qui in lacu effugerant satis esset vna prouehitur Illi autem neq; compulsi ad terram euadendi facultatem habeant infectis omnibus: neq; nauali bello patria condicione pugnandi Nam & schaphę paruę atq; piraticę aduersus rates infirmę erāt & cū pauci singulis veherentur. cunctis instantibus romanis appropinquare metuebāt. Verūtamen circū rates nauigando nonunq̄ etiam prope accedendo lapidibus romanos eminus appetebant. Aut cominus etiam irritando feriebant. Aliis autem ipsis vtroq; mō nocebatur. Nec em̄ saxis quicq̄ pręter crebros sonitus agebāt quoniam contra septos armis iaciebantur cōtiguiq; sagittis eorū afficiebantur & si accedere ꝓpius ausi fuissēt priusq̄ facerēt aliquid paciebātur cūq; ipsis nauigiis mergebātur. M̄l'tos aūt vulnera iferre tētantiū q plus cōtigi possēt alios disiliēdo ī scaphas romani gladiis trāsfigebāt nonnullos cōcurrentibus inter se ratibus ī medio dep̄hē sis cū dauiculis capiebāt. Sūmer orū aūt qui capita sustulissent aut sagittis pręueniebātur: aut ratibus occultabantur Et si desperatione cōpulsi ini

Genesar a cōtinēte terra appellaṫ. xl. stadiis latitudinis & cē tū lōgitudinis secūdū ęge. cētūq̄ dragīta iordāis ortus phiala & nomie Panius.
Phiala.
Experiētia philippi tetrarchę de iordanis principio & ortu
Genesar lacus a genesara tetra: quę vberrīa est arboribus & aeris temperie
Nuces. Palmę Ficus. Oleę.
Poma varia
Vuę
Carices.
Capharnaū fōs
Coracinus
vespasianus bello nauali cōtra illos qui ī lacu fugerāt ꝑsequiṫ.
Resistētia iudeorum.

Varius iudeorũ interitus
Lacus sãguine mixtus plenusq; cadaueribus
Sex milia quingenti in isto nauali bello perierũt.

mici annatare tentassent eis manus vel capita truncabantur Plurimus q; passim ac varius erat interitus eorũ donec in fugam versi ceteri terre appulsi sunt:circumclusis nauiculis suis. Effusi autem multi quidem in ipso lacu telis configebãtur:multos vero in terra egressos peremerunt romani. Mixtum autem sanguine plenumq; de cadaueribus cerneres totum lacum.nullus enim saluus euasit. ¶ Acerbus autem in secutis diebus odor illam regionem oppressit & facies.nam littora quidem naufragijs simul plena erant & corporibus tumidis. Calescentes autem & tabefacti mortui cœli tractum corrumpebant:vt non iudeis solus casus ille miserabilis videretur verumetiam fetoribus ipsis esset iuisus Iste quidem illius prelij naualis exitus fuit. ¶ Perierunt cum his qui pridem in citate ciciderant:sex milia & quingenti. ¶ At vespasianus pugna peracta pro tribunali apud taricheas residens aduenã populum ab indigenis decernebat qui auctor belli extitisse videbatur & an hi quoq; seruandi essent cum rectoribus deliberabat. Tunc autem affirmantibus eorum liberationem detrimento futuram nec e dimissos posse quiescere homines qui & patrijs carerent. vimq; adhibere ac bellum his etiam inferre possent ad quos confugissent:vespasianus salute quidẽ indignos eos esse:cõtraq; seruatores suos nouerat euasuros. Sed de mortis eorum qualitate cogitabat:nam si hi occiderentur non perpessuros suspicabatur indigenas tot apud se supplices obtruncari.fideq; interposita deditis vim pigebat afferre: Verum ab amicis superabatur:nihil in iudeos posse committi dicentibus quodq; vtile esset honesto deberet preponere:cum vtrumq; obtinere non possit. Indubitata sibi concessa licentia:solo eos itinere qđ tyberiadã duceret exire permisit. Cumq; illi facile his que cupierant credidissent & qua iussũ fuerat comitati neq; pecunijs suis quicq̃ metuentes abirent totam quidem ad tyberiadam vsq; viam romani ne quis euitaret occupauerunt eosq; in ciuitate conclusos mox insecutus vespasianus omnes in amphiteatri stadio constituit: & seniores quidem cum imbecillibus qui mille ducenti erant iussit occidi. Juuenum autem validissimos sex milia lectos ad hystmon alias hystonimũ Neroni transmisit Ceteram vero multitudinem triginta milia & quadringẽtos vendidit preter alios quos Agrippe donauerat. Nam his qui ex eius regno essent facere quod vellet ipse permisit. Verum & istos rex vendidit. Reliquum tamen vulgus qui erant ex Trachonite & Gaulanite & Ioppem pluresq; ex Gadarite sedititiosi atq; fugitiui & quibus pro pace bella conciliarent capti sũt sexto idus septẽbris die.

Vespasiani deliberatio de morte aduenarum.
Vespasianus illos solo itinere tyberiadis exire pmisit quos abeũtes rõani secuti sũt reducẽtes i citatẽ quos vespasianus oẽs i ãphiteatro cõstituẽs & seniores cũ imbecillibus iubet occidi iuuenũ ãt validissimo sex milia misit ad neronẽ cetera vero mltitudinẽ vẽdidit & alios dõauerat agrippe.

¶ Explicit liber Tertius.

¶ Incipit liber Quartus.

¶ GAMALA CIVITAS regionis Gaulanitidis a Vespasiano obsidetur.xxi. Septembris & xxiiij. Octobris excisa.

¶ Iotapatenis victis reliqui iudei sese romanis dederũt:preter Gamala & Giscala & qui montẽ Taberium occupauerant. Gamala enim a cameli similitudine nomen habet Agrippe nõ subiecta locorum difficultate freta huius situm & descriptionem habẽs que licet ex natura iexpugnabilis esset eã tamen iosephus muris cinxerat.hec ei septẽ mensibus obsessa Agrippe restiterat. Ad quã vespasianus veniens excubias vbi potuit collocauit eãq; obsedit. Agrippaq; tũc lapide pcusso romãi machinas cõtra ciuitatem admouerunt. Chares quoq; & Iosephus oppidanorũ potentissimi armatũ exercitũ ordinauerũt ipsum ad bellum incitãtes qui cõtra romanorũ impetũ multum repugnauerũt: multosq; romanorũ difficultate locorum & angustia oppressos intrefecerunt eosq; fugere coegerũt. Romanorum q; ibidem fuit plurima cedes alijs fugientibus: vnde Vaspasianus cum paucis relictus in gamala neq; tutum fugere neq; honestũ iudicans vim hostiũ in montis vertice sustinuit:cuius animi obstinationem Gamalenses diuinã indicates impetũ remiserunt. Ebutius tum romanorũ fortissimus ibi est interfectus. Gallus vero cum decem milibus in domo latens cognito populi cõsilio quia Syrus erat omnibus mactatis saluus cum suis ad romanos euasit. Gamalenses autem precedente elatiuictoria qui & si omnino a salute desperabant fortiter tamen resistebant disturbatus tamen murorum ptibus ciues per deuias valles & cloacas diffugiebant.multos quoq; inopia consumebat cũ solis pugnãtibus alimenta congregabantur.

Capitulum primum.

Excisis iotopatenis reliqui iudei se rõanis dederũt pter quedaz castella hic nominata &c.
Daphne

QVICVNq; aũt iudei Iotapatis excisis a romanis defecerãt:hi se ad eos postq̃ Taricheate superati sunt applicabant Omniaq; romani castella & ciuitates cœperãt preter Gyscala & qui montem Tabiriũ alias Itaberiũ occupauerãt Cũ his aũt rebellauerat Gamala ciuitas contra tarycheas posita sup lacum que ad fines ptinebat Agrippe itemq; sotanym alias Sogane & seleutia. Et hec quidẽ Gaulanitidis regionis erãt ambe Sotanym supioris ptis cui nomẽ est Gaulana & inferioris gamala. Selaitia vero ad lacũ semetoli trigita lacũ & septuagita stadijs lõgũ paludesq; suas ad Daphnẽ vsq; tẽdẽtẽ Que regio alias sit deliciosa:tamen fontes habet qui minorẽ quẽ sic appellant iordanem alentes sub iouis

templo aureo in maiorem deducunt. Sotanym quidem ac seleutiam colentes: in principio defectio- nis. Agrippa sibi fœdere sociauerat. ¶ Gamala vero ei non cedebat frœta locorum difficultate: am- plius q̄ Iotapata. Iugum namq; asperum ex alto monte deductum: mediam ceruicem erigit. Et vbi supereminet. in longitudinem tenditur tantum contra decliue quantum a tergo vt cameli similitudi nem prēferat. vnde nomen etiam duxit: nisi q̄ expressam vocabuli significationem indigenę serua- re non possunt & a fronte quidem ac lateribus in valles inuias scinditur. post vero quam de mōte pē- det paululum difficultate refugit. Verum & hanc quoq; partem per obliquum excisa fossa deuiam in digene fecerant. ¶ Domus vero crebre & vicissim perprona erant edificatę. nimioq; precipitio ca- duris similes. Ciuitas intra se decurrebat in meridiem vergens: & australis vero collis & immensa edi tus altitudine visum arcis sine muro ciuitati prębebat: rupisq; superior ad profundam pertinens vallē Fons autem intra muros erat in quem oppidum desinebat. Quamuis autem natura inexpugnabilis esset ciuitas: tamen etiam Iosephus cum muro eam cingeret fossis & cuniculis reddidit firmiorē eius autem habitatores natura quidem loci confidentiores erant q̄ Iotapateni. Sed multo pauciores mi- nusq; pugnaces: situsq; frœti difficultate plures esse hostes non putabant. Nam plena erat ciuitas: mi- tis in eam q̄ esset munitissima confugientibus. Vnde ab Agrippa quoq; præmissis ad obsidionem per septem menses restiterat. ¶ Vespasianus autem profectus ex amatuntidem al's amatute (vbi pro tyberiade castra posuerat) amathus autem si quis nomen interpretetur aquę calidę vocantur. vbi enī eiusmodi fons est sanat dis corporum vicis ydoneus gamala peruenit. Et totam quidem ciuitatem ita vt diximus posita custodia circumuallere nequibat. Qua vero fieri posset excubias collocat mon temq; occupat superiorem. In quo milites castris ita vt assolet muro circumdatis: opus aggerum po- stremo aggrediuntur. Et a parte quidem orientis summo super ciuitatem loco turris erat vbi & quin- tadecim a legio necnon & quinta contra mediam ciuitatem operabantur fossas autem decima reple uit ac valles. ¶ Et inter hęc Agrippam regem cum accessisset ad muros eorūq; defensoribus de tradi tione loqui tentaret fundibularium quidem ad dextrum cubitum lapide percutit. Et ille quidem pro pterea familiaribus suis circumseptus est. Romanos autem ira simul & ob regem suiq; mœtus ad ob- sidionem protinus incitauit nullum iudeos crudelitatis modum in alienigenas atq; hostes præter- missum iri credentes. qui circa gentilem suum & eorum quę ipsis conducerent suasorem tam ima- nes fuissent. Aggeribus autem manus multitudine operisq; consuetudine cito pfectis machinas ap- plicabant. ¶ Chares autem & Iosephus namq; ipsi erant oppidanorum potentissimi armatos qui dem licet mœtu perculsos ordinauerunt: & quamq̄ non diu obsidionem posse sustinere arbitrabant quibus aqua itemq; alia vsui necessaria non sufficerent adhortati tamen eos ad mœnia produxerūt & pauli per quidem machinas admouentibus repugnabāt. Balistis autem tormentisq; perculsi: in op pidum recesserunt. ¶ Itaq; Romani tribus ex locis aggressi murum arietibus quatiunt: & qua deie- ctus fuerat infusi magno cum armorum strepitu ac tubarum sono / ipsi quoq; insuper vlulantes cū op pidanis confligebant. Illi autem ad primos aditus interim pertinaces Romanos ne vltra progrederē tur obstabant. Cæterum vi multitudinis superati: vndiq; ad excelsa ciuitatis loca confugiunt. Deinde reuertentes instantibus sibi hostibus incumbunt / eosq; impigendo per decliuia locorum difficultate atq; angustia oppressos interficiebant. Romani autem cum neq; a vertice imminentibus repugnarēt neq; in partem aliquam euadere possent: pronos eos vrgentibus socijs in domos hostium plano con tiguas refugiebant. Sed heę repletę labebantur quod pondus sustinere non poterant. vnaq; deiecta multas inferiores itemq; ille alias deturbant. Ea res plurimos Romanorū morte consumpsit. Incerti enim quid facerent quamq̄ subsidere recta videbant tamen eo conuolabant. atq; ita multi quidē rui- nis opprimebantur: non pauci vero subterfugientes parte corporis occupabantur plurimi autem pul uere suffocati moriebantur. Sed ea gamalenses pro se fieri existimabant: propriaq; incommoda ne- gligentes magis instabant. hostesq; intecta sua quamuis labentes sustentando compellebant. Qui vero per angustos viarum cliuos cecidissent eos telis desuper missis interficiebant & ruinę quidam la pidum copiam: ferrum vero eis hostes mortui dabant. Cęlorum enim gladios auferentes: his cōtra semineces vtebant. Multis iam procumbentibus tectis semet inde proijciēdo moriebant. Terga q; cā tibus nec fuga quidem facilis erat. Viarum namq; ignorantia & caligine pulueris alius alium nō co- gnoscentes pererrabant: & circa se sternebantur. Sed illi quidem vix reperto exitu: ab oppido neces serunt. ¶ Vespasianus autem qui laborantibus semper interfuit seuissimo dolore perculsus cum su- per militem ruere ciuitatem videret proprię tuitionis oblitus clam paulatim superiore oppido locum prendit. Ibiq; inter media pericula cum paucis omnino relinquitur. Nec enim aderat tunc ei filius Tytus ad mucianum pridem missus in Syriam. Et dare quidem terga: neq; tutum neq; honestum si bi putabat. Rerum autem quas an adolescentia gesserat ac propriæ virtutis mēoria quasi deo reple

Gamala a cameli si͞litudie nomē hʒ agrippę non subiecta locorū difficultate frœta eius descriptō domorꝫ edificia

Ciuitas lʒ ī expugnabilis ex natura esse eā tn̄ iosephus muro cinxerat.

Vespasianus ad gamala veniens excubias vbi potuit colocauit & obsedit.

Agrippa lapide pcusso rōani ira cōmoti machinas cōtra ciuitatē applicarunt.

Chares & iosephus oppidanorū potētissimi armatū ordiauerūt exercitū eos īcitātes ad bella.

Rōanorū maxīa cedes in gamala vn̄ reliq fugere coacti sunt.

Vespasianus cū paucis ī gamala relictus fugere neq; tutum neq; honestū iudicās

tus socios qui cum eo erant condensari iubet affluentemq; hostium vim tandiu in vertice sustinuit: & neq; virorum neq; telorum multitudine reformidans manebat: donec eius animi obstinatione; hostes diuinam esse reputantes impetum remiserunt. Illis autem iā infirmius oppugnantibus ipē pedē referens nō prius terga ostendit: quam extra muros egressus est. Plurimi quidem romani milites ī ea pugna deciderūt: & inter eos Ebutius al's batius decadarchus vir nō eo tm̄ ꝓlio (quo perijt) sed vbiq; antea fortissimus comprobatus. quisq; iudeos malis plurimis affecisset. ¶ In ea turba gallus nomine quidam etacontarcus cum decem militibus deprehensus: in aliqua domo latuit. Eius autem habitatoribus (dum cenarent) quod in romanos fuisset consilium populi sui inter se fabulantibus) hoc audito (nam & ipse syrus erat & hi quos secum habebat) nocte illos aggreditur: omibusq; mactatis ad romanos cum militibus saluus euasit. ¶ Vespasianus autem merere aduersis casibus exercitum vidēs (ꝙ q; nullam interim tantam experti fuerāt cladem huiusq; rei magis eos pudere ꝙ solum ducem in periculis reliquissent consolādos putabat: de se quidē nihil dicēs ne quē vel initio culpasse videreť oportere autem ammonens quę communia forent ferre: naturam belli cogitantes ꝙ q; nusq̄ eueniat sine cruore victoria: iterumq; habeat fortuna regressum. Multis tunc iudeorum milibus īterfectis exiguam se stipem inimicę pependisse fortunę atq; vt iactantium esse nimis secūdis rebus isolescere ita esse ignauorum in offensionibus trepidare. Velox enim est inquit in vtrumq; mutatio: & ille vir fortis habetur cuius sobrius erit animus in rebus quoq; infœliciter gestis: vt idem scilicet maneat rectis consilijs peccata restituēs quamq̄ ea quę nunc acciderunt neq; mollicia vestra neq; iudeorum virtus effecit. Nam & illis pugnę melioris & nobis deterioris causa fuit difficultas locorū. Qua in re nimiū quis repręhēderit alacritatis vestrę temeritatem. Nam cum hostes in excelsiora refugissent manus continere debuistis, neq; in summo vertice constituta sequi pericula. Sed capta īferiori ciuitate paulatim eos qui refugerant ad tutiorem vobis pugnam & stabilem reuocare. Nunc autem immoderata festinacione vincendi: q̄ id incaute fuerit non curastis. Inconsultus autem & furibundus impetus belli a romanis alienus est: qui cuncta ordine periciaq; conficimus: barbarisq; conueniens est & quo iudei maxime possidentur. Oportet autem nos ad propriam virtutem recurrere: atq; indigne offensionis irasci potius q̄ mœrere. Optimu; autem quisq; de sua manu solacium querit. Ita enim fiet: vt & amicos vlciscamur & in eos a quibus perempti sūt vindicemur. Ipse autem ita vt nunc feci experiar atq; nos pugnandi prius ad bella pergere: & nouissimus inde discedere. Ille quidem his dictis: recreauit exercitum. ¶ At gamalenses bene gestare paulisper animos erexerunt: quę nulla ratione magnificeq; prouenerat. Mox autem reputantes ablatam sibi esse fœderis spem ꝙ q; minime possent effugere iam enim victus eis defecerat vehementer dolebant animasq; remiserant: ne tamen quatenus valebāt salutē suā negligebāt. Sed tā disturbatas partes muri qui erāt fortissimi quā ītegras cæteri amplexi custodiebant. Romanis autem construentibus aggeres iterumq; tentantibus irruptionem multi ex ciuitate per valles deuias quia nulli custodes erant & per cloacas diffugiebant. Eos vero mœtu ne caperenť ibi remanserant. inopia consumebat. Solis enim vndiq; alimēta qui pugnare possent cōgerebantur. Sed illi quidem in huiusmodi cladibus perdurabant.

vi hostiū ī vertice sustinuit cuius aī obstinatio nē hostes dinā eē putantes ipetum remiserunt

Gallus cū decē militibus in domo latēs cognito ppl'i consilio qa syrus erat oī busmactatis ad romanos cū suis saluus euasit.

Nullibi sine cruore victoria.

Notāda sētētia

Gamalēses elati ꝓcedēte victoria qui & si oīno a salute desperabant tn̄ fortiter resistebant.

Inopia multos cōsumebat cu; solis pugnantibus alimēta cōgregabatur.

¶ ITABERIVS MONS A Romanis obsidetur.

¶ Itaberij montis situs: & descriptio vbi sola pluuialis a qua ad quem multi confugerant aduersus quos: Vespasianus placidum cum exercitu misit qui cautę spe venię & fœderis eos alliciebat. tādē tamē cepto a iudeis prælio simulat fugam. & post q̄ insequentes ad magnam campi planiciem plexit in eos exercitum reflexit. pluribusq; interfectis multitudinem cohercet ab ascensu. ¶ Calamitas quoq; tunc in Gamala calamitas fugientibus fortissimis & imbellibus inopia & famæ consūptis die quoq;. xxij. octobris tribus militibus nocte turri effodiētibus & cauētibus illa maxio decidens sonitu custodes occidit aliosq; turbatos fugientes Romani trucidabant. Chares quoq; egrotus tanti terrore sonitus mortuus est. Tytus itaq; Gamalam ingressus multis ad arcem fugientibus alios trucidabat vbiq; autem infinitus morientium gemitus: & effusus cruor totum oppidum diluebat. In eos vero qui in arcem diffugerant. Vespasianus ducit exercitum ad quorum interritum turbo. Romanorū tela cōtra se ferebat & suos a Romanis repellebat vnde iudeorum multi seipsos precipitabant. Quinq; enī milia precipitio occisa: & a Romanis interempta quattuor milia: nullus namq; pręter duas mulieres euasit neq; infantibus pepercerunt.

¶ Capitulum secundum.

Vespasianus autem inter curas obsidionis subscicium opus aggreditur aduersus eos qui montem Itabirium occupauerant inter campum magnum & scitopolim situm. Cuius altitudo qnidem triginta stadijs surgens: septemtrionali tractu inaccessa est. In vertice autem viginti stadiorum planicies patet tota muro circumdata. Hunc autem tantum ambitum

Itaberij montis descriptio & situs vbi sola aq̄ pluuialis.

quadraginta diebus edificauerat Iosephus & alias ei materias & aquas suggerentibus locis inferioribus Solā enim pluuialem aquā incolę habebant. Magna ergo in eo multitudine congregata Vespasianus placidum cum secentis equitibus dirigit. Huic autem subeundi quidem montis ratio nulla erat multos autem fœderis ac venię spe hortabatur ad pacem: & descendebant ad eum ipsi quoq; insidias moliētes. Nam & placidus eo studio mitissime cum his loquebatur vt eos in planicem ceperet illiq; tanq̄ dictis obedientes ad eum veniebant: vt incautum aggrederentur. Vicit autem astucia placidi. Cœpto enim a iudeis prelio assimulat fugam. Et postq̄ insequentes ad magnam partem cāpi pellexit reflectit in eos equitum manus plurimisq; in terga versis aliquos interficit. semotam vero multitudinem ceteram ab ascensu coherceret. Itaq; alii quidem Itaberio relicto: in hierosolimam refugiebant indigenę autem fide accepta ꝙ eis aqua defecerat & se & monte placido tradiderūt. ¶ Apud gamalam vero degentiam audacissimi quiq; fuga dispersi latebant imbelles autem fame corrumpebantur. At vero pugnantium manus obsidionem sustinebant: donec secundo & vicesimo die mēsis octobris euenit vt tres ex quintadecima legione milites circa matutinas vigilias editissimam prę ceteris turrim quę in sua parte fuerat subirent eamq; occulte suffoderent. cum appositi ei custodes neq; adeūtes eos nox enim erat nec postq̄ adire sensissent. Idem autem milites cauendo ne strepitus fieret quinq; saxis durissimis euolutis resiliunt: subitoq; turris magno cum sonitu decidit vnaq; custodes precipitantur. At vero qui per alias custodias erant perturbati fugiebāt multosq; euadere ausos peremerunt Romani. Inter quos etiam iosen super dirutam muri partem quidam iaculo percussum interficit. Intus autem in ciuitate degentibus sono concussis multus erat pauor atq; discursus tanq̄ omnes essent hostes ingressi. Tuncq; glares alias chares egrotus & iacens defecit: cum timoris magnitudo morbum eius plurimum iuuisset ad mortem. ¶ Romani tamen prioris peccati memores: vsq; a vicesimam & tertiam diē supradicti mensis in oppidum non ingressi sunt. ¶ Titus autem aderat indignatione vulneris quod Romanos se absente percusserat ducentes equitibus preter pedites lectis ociose in ciuitatem introiuit eoq; pretergressio vbi vigiles quidem senserūt. ad arma cum clamore properabant. Connito autem etiam ingressu intus constituti eius. alij raptis liberis trahentes etiam coniuges cum vlulatu atq; exclamationibus in arcem refugiebant: alij tito occurrentes sine intermissiōe trucidabantur. Qui vero prohibiti essent in arcem recurrere nescij quid facerent Romanorum præsidijs incidebant. Vbiq; autem erat infinitus morientium gemitus: perq; prona loca effusus cruor totū oppidum diluebat. In eos autem qui arcem occupauerant omnem Vespasianus induxit exercitum Erat autem saxosus & accessu difficilimus vertex in immensum editus. & vndiq; circum hostiū multitudines preces. Vnde Romanos se adeūtes alio telis: & preterea saxis deuolutis vlciscebanrur iudei cum ipsos in excelso loco positos nullę sagittę contingerent. ¶ Verum ad eorum interitum diuio munere turbo exoritur Romanorum quidem tella in eos ferens ipsorum autem a Romanis repellens & obliqua traducēs: vt neq; in prępruptis consistere propter violentiam flatus possent cum nihil esset immobile: neq; hostes ad se accedentes videre. Itaq; supergressi Romani eos circumueniunt & alios quidem repugnantes ante capiebant alios cum manus apponerent: in omnes autem vehementius seuiebāt illorum memoria quos in primo aggressu perdiderant. Multi autem vndiq; circum conclusi desperatione salutis filios & coniuges & semetipsos in vallem precipites dabant quę sub arce in profundum patebat. Euenit autem vt ipsorum in se qui capti fuerant immanitate: lenior existeret iracundia Romanorū. Ab his enim quattuor milia perēpta sunt q vero se p̄cipitarēt quiq; milia sunt reperti neq; quisq̄ preter duas mulieres saluus euasit quę sorores erant philippi filię quamuis philippus Ioachimo genitus esset insigni viro & qui sub Agrippa rege Stratarches fuerat Seruatę autem sūt ꝙ excidij tempore Romanorum impetum latuerunt Nec enim vel infantibus pepercerunt quorum multos singuli rapto ex arce proiecerunt Gamala quidem hoc modo excisa est tertio & in vicesimo die mensi octobris quę vicesimo & primo die mensis septembris ceperat rebellare.

Vespasianus cō tra illos mōtem itaberiū occupa uerāt placidum mittit cū exercitu qui caute eos spe venię & fœderis alliciebat tādē tū cepto a iudeis p̄lio simulat fugā & postq̄ sequentes magnā campi p̄te pellexit i eos exercitū reflexit pluribusq; iterfectis multitudinē cohercet ab ascensu.

Tytus vrbē Gamalā itroiuit cū exercitu que mīltis ad argēfugiētibus alios trucidabat.

Infinitus moriētiū gemitus & effusus cruor totū opidū diluebat.

Turbo rōano. tela cōtra iudeos ferens & ipsorū a Ro. repellens.

Quiq; milia eorū q̄ se p̄cipitarēt & quattuor milia rōanis occisorū nullus preter duas mulieres euasit nec ifātibus pepcerūt.

¶ GISCALA galilæ oppidum a Tyto oppugnatur.

¶ Giscala galileę oppidum cuius ciuium multitudo quia agricolę erant pacem capiebāt: sed ad defensionem eius: Iohannes quidem fallax & veneficus impellebat contra quam Vespasianus Tytū misit cum exercitu: alios aūt exercitus ad Cæsaream & Scitopoli duxit recreandos. & de obsidenda hierusalem erat solicitus. Tytus autē iam se cedibus saciatus Giscalenos sine cede voluit habere quos hortatur vt sese sine armis reddant. Iohannes vero cum popularium nemo nedum respōdere: sed neq; murum obstantibus latronibus ausus est ascendere Tyto respondit conditiones amplecti velle dicens. Sed Tytum sub diei solemnis prolongatione in qua ꝙ sicut non licet arma mouere: ita nec de pace conuenire affirmat fallere conabatur. Iohannes itaq; nocte quibusdā segnioribus famulis mulieribus & pueris eum sequentibus fugit hierusalem: sed remanentium in via qui eum fuerant secuti.

afrox fuit fletus & interitus Mane itaq; facto Tyto aduenienti populus ciuitatis portas aperit & eum liberatorē vocās recipit: Iohānes fugam ipsi manifestat. Qui itaq; prece populi rogatū exercitus ptē (vt ipsum persequeretur(dirigit: sed eum occupare non valentes duo milia vna fugiētium intereme-runt: duoq; fere milia mulierum & puerorum reduxerunt. Tytus quoq; ciuitatem ingressus muri par tem possessionis iure rumpere precepit & noxiū melius relinquere impunitū quā immeritum perde-re indicans precepit ciuitati.

Giscala Galileæ oppidūcuiusmltitudo ciuiū qa agricolę pacem querebātsed ad defēsionē īpellebat iohēs fallax & venificus.

Capitulum tertium.

Amq; solum gyscala municipium galileę restabat indomitū cuius multitudo pacis studio tenebatur ꝙ erant plęriq; agricolę: spemq; suam semper in fructibus collocauerāt. Nō paruę autem manus latrocinali permixtione corrupti: quo morbo etiam nōnulli ciuium labo-rabant. Hos autem ad defensionem impellebat atq; conflabat leni cuiusdam filius iohan-nes homo veneficus & fallax variusq; moribus & immoderata sperare: promptus miroq; modo quæ sperasset efficiens: atq; omnibus iam cognitus ꝙ affectandę sibi potentię causa bellum amaret. Huic etiam apud gyscala sediciosorum turba patebat. quorum causa populus etiā legatios fortasse de tra-ditione missurus: Romanorum tamen congressum in parte belli pręstolabatur. ¶ At Vespasianus cō-tra hos quidem titum cum equitibus mille decimam vero legionem circa scitopolim mittit. Cum re-liquis autem duabus Cęsaream ipse regreditur: dandam his ex labore continuo requiem putans ex ciuitatum copijs eorum corpora itemq; animos ad futura certamina estimans esse refouendos. Nec enim sibi exiguum laborem superesse de hierosolimis præuidebat. quæ & regalis esset ciuitas: & cun-ctę nationi pręstaret. His autem qui ex bello fugissent in eam confluentibus: etiam naturalis muni-tio. Itemq; murorum eius constructio non minimam ei sollicitudinem comparabat: cum virorum spi-ritum & audaciam sine muris quoq; inexpugnabilem esse cogitaret: ob eamq; rē milites velut athle-tas ante certamina oportere curari. ¶ Tyto autem ciuitas gyscala equitando enim ad eam accesse-rat aggressione capi facilis videbatur. Sciens tamen ꝙ ea vi capta a militibus passim populus absu-meretur namq; saciatus erat ipse iam cedibus: miserans multitudinem etiam nullo discrimine cū no centibus interimere pactione magis subire ciuitatem volebat. Itaq; plenis hominum muris quorum plęriq; perdite factionis erant mirari se ait quo nam frœti pręsidio cunctis iam ciuitatibus captis illi soli romanorum arma operirent cū viderent multo quidem munitiora oppida vno impetu fuisse sub uersa alias submersa securos autem fortunis suis potiri qui romanorum dextris credidissent. Quas quidem etiam nunc illis ait se porrigere neq; ob insolentiam succensere: quia spem libertatis ignoscē-dam putaret. Non tamen etiam siquis impossibilia vellet perseueraret. Quod si dictis humanissimis non paruissent fidemq; dextris habuissent. expertum iri arma crudelia iamiam cognituros esse mœ-nia sua ludum fore machinis romanorum qui diffidentes soli ex galileis sese ostentarent arrogantes esse captiuos. ¶ His dictis: populariū quidem nemo non modo respondere: sed ne ad murum qui dem licuit ascendere quia totum latrones pręuenerant & custodes erant portis appositi/ ne quis vel ad fœdus prodiret. aut equitum quemq̄ in ciuitate reciperet. ¶ Iohannes autem & ipse amplecti cō diciones ait. ita aut persuasurum. aut necessitatem remittentibus adhibiturum illum tunc diem iudeo rum legi oportere concedi quoniam sicut arma mouere ita etiam de pace conuenire nefas haberet. Nam & romanos scire quod ab omni cessarent opere dierum septem circuitu. Quam si temerassent non minus cętus q̄ qui agerent piaculum commissuros: ipsumq; titum nullum sibi ex mora esse stipē-dium formidandum. Quod enim vnius noctis spacium propter fugę cōsilium cœperit pręsertim cū id obseruare circumsidentem nemo prohibeat. Sibi autem esse magnum lucrum nulla in re despice-re patrios mores & illum decere qui pacem nō sperantibus indulgeret: leges quoq; seruare seruatis. ¶ His Titum Iohannes fallere conabatur non tantum pro septimi diei religione: quantum pro sua salute sollicitus. Ferebatur autem ne statim capta ciuitate solus destitueretur: qui totam ī nocte ac fu-ga vitæ spem collocasset. Verum profecto dei nutu in excidium hierosolimorum Iohannem saluum esse cupientis factum est vt non solum induciarum causationem Tytus admitteret verumetiam ī su-periori parte ab oppido castra poneret ad dissam alias cydissem quidem qui mediterraneus Tyrio-rum vicus validissimus erat galileis semper exosus. ¶ Nocte autem Iohannes cum nullas Romano rum circa oppidum videret excubias arrepto itinere non solum his quos circa se habebat armatos: sed etiam segnioribus plurimis cum famulis abductis in hierosolimam fugiebat. Sed vsq; ad vice-simum quidem stadium fieri posse videbatur. Vt mulieres ac pueros aliamq; multitudinem secum duceret homo quem captiuitatis nempe & salutis mœtus vrgeret. Vltraq; vero/eo procedente/ relin quebantur: & oriebatur atrox remanentium fletus. Quanto enim quisq; procul a suis aberat: tanto se ꝓpiorem hostibus credebat. Iamq; affore qui se caperent existimātes necessaria pauitabāt & ad stre pitum quem ipsorum cursus faciebat assidue respectabāt veluti instātibus quos fugissent Mlti simul

Tytum misit vespasianus cōtra giscala cū exercitu alios āt exercitus recreādos mittit cesaream & Scytopolim & de hierusalē ob sidēda erat sollicitus.

tytus ad gyscalę ciues obsessos vt cedebāt sine armis.

Nēo populariū ausus est nedū respondere sed neq; murū ascēdere obstātibus latronibus

Iohis dolusq̄ tñ cōtra eūversusē Dissa Tyriorum Iohēs nocte cū qbusđ segnioribus famulis mulieribus & pueris sequētibus fugit ī hierlm sed remanētiū ī via atrox erat fletus & interitus.

ruebant:& circa viam plurimos certamen precedentiũ conterebat. Miserabile autem feminarum & infantium erat excidium aut si quam vocẽ iactarent:nonnulli viros aut propinquos vt se operirentur orabant. Sed & Iohannis exhortatio superabat vt seipsos seruarent inclamantis:eoq; confugerent vnde remanentibus etiam si raperentur penas a Romanis peterent. Multitudo quidem eorum qui fugerant vt cuiq; virium fuit cito dispersa est. ¶ Luce vero facta Tytus ad muros aderat fœderis causa populus autem portis ei patefactis cum coniugibus adeuntes tanq̃ bene meritum & qui custodia ciuitatem liberasset laudibus prędicabant simulq; Iohannis fugam significantes. vt & sibi parceret obsecrabant: & eos qui ex nouarum rerum cupidis reliqui essent vlcisceretur. Ille autem prece populi postulatus equitum partem vt Iohannem persequeretur dirigit. Sed cum quidem occupare nequiuerunt:quia anteq̃ venirent in hierosolimam sese receperat. ¶ Vna vero fugientium prope ad duo milia perimunt. Mulieres autem ac pueros paulominus quam tria milia circum actos reducunt. Titus aũt indigne ferebat non statim a iohanne penas fraudis exactas. ¶ Irato vere animo q̄ spe deciderat satis eẽ ad solatiũ:putãs captiuorũ. & qui trucidati fuerant multitudinem in oppidum cũ fauore ingreditu. Iussisq; militibus minimam muri partem iure possessionis abrumpere minitando magis q̃ puniendo repręmebat perturbatæ ciuitatis auctores. ¶ Multos enim propter odia domestica vel proprias inimicicias delatores innocentię fore credebat. si dignos pœna discerneret: melius noxium q; relinqueret mœtu suspensum:q̃ immeritum quãq̃ cum eo perdere ratius alias gratius existimabat. Illũ eni fortassis etiam modestiorem futurum vel mœtu supplicij vel q̄ erubesceret pręteritorum criminum veniam. Sine causa vero morientium. pœnas nullo modo corrigi posse. Præsidijs tñ ciuitatem circumdedit. quæ tam nouarum rerum studiosos compescerent: q̃ pro pace sentientes quod sibi relictum erant maiori fiducia firmarent. Galilea quidem tota postq̃ multo sudore Romanos exercuit hoc modo subacta est.

Tytomane f[act]o ad muros accedẽti pp[o]l[u]s portas ap[er]it & eu[m] c[iui]tatis liberato[rem] res vocãs recipit & iohis fugã ei manifestat.

die cœpissent:eos in custodiam nocte ducebant. Extractosq; inde siquos mori contigisset abiciebant vt vinctis alijs locus esset. Tantus autem populus pauor occupauerat atq; formido. vt ne flere quidē palam quisq̄ siue sepelire proprium funus auderet:sed erant occulte etiam clausorum lachrime:&neque quis inimicorum audiret circunspectantes gemebant:paria namq; hæc (quę lugebantur) etiam qui luxissent illa paciebantur:Exiguam vero nocte sullatam manibus terrā corporibus inicebant:& non nunq̄ die siquis fuisset audacior. ¶ Duodecim autem milia hoc modo nobilium perierunt. Illi autem cedes exosi:nullo pudore & vim iudicij & cognitionis cauillando imitabantur. ¶ Itaq; cum illustriū quendam zachariam baris alias baruchi filium interficere decreuissent(irritabantur enim q̄ nequissimis inimicus erat nimis & probis amicus) itemq; locuples(vt non solum fortunarum eius direptionem sperarent)sed etiam remotumiri;virum ad sibi adijciēdos potentes septuaginta plebeiorum honestissimos ex precepto conuocant iudicium specie populi prēferentes & apud eos zachariam(quasi res romanis proderet,accusant quodq; ad Vespasianum proditionis causa misisset sed neq; argumentum neq; vlla probatio criminis erat. Ipsi autem misisse dixerunt:& hoc haberi pro fide veritatis volebant. zacharias tamen(vbi nullam spem salutis sibi relictam esse vidit)per insidias non ī iudiciū, sed in carcerem ducto vitę suę desperationem libertate non priuauit. sed exorsus veri quidem similitudinem obiectorum derisit & illata sibi crimina breuiter diluit. In accusatores autem ratione cōuersa omnes eorum iniquitates per ordinem ꝓsecutus est multaq; de perturbatione rerum cōquerebaꝰ zelotæ vero obstrepentes vix a gladijs tēperabant speciem cauillationemq; iudicij vsq; ad finē permanere cupientes:& præter hoc iudices experiri an periculi sui tēpore iusticię memores forent. Igiꝰ omnes septuaginta ꝓ eo sententiam ferunt & pro ipso mori q̄ sibi ascribi eius interitum maluerunt. Illo aūt absoluto Zelotarum clamor tollitur:& vniuersi quidem iudicibus irascebanꝰ: qui simulationē datę sibi potestatis non intellexerūt. Duo vero ex audacissimis aggressi Zacariā in medio templo interficiunt:& illudendo. Habes inquiūt & a nobis de absolutione sententiam certiorem:eūq; statim in subiectam vallem de templo proijciunt. Iudices autem cōtumelię causa auersis gladijs feriētes tēpli ambitu pepulerunt. Cedi autem eorum pepercerāt:vt disiecti per ciuitatem nuncij apud omnes fierent seruitutis. ¶ Idumeos autem iam venisse penitebat neq; his gesta placebāt. Quibus collectis Zelotarum quidem secreto indicębat vniuersa:& quęcumq;(hi qui eos aduocauerant scelerata fecissent)omnia demōstrabat: arma quidem eos cœpisse dicēs quasi Romanis a pōtificibus metropolis ꝓderetur reperisse autem nullum ꝓditionis indicium:illos vero qui tutari eam simularent:& belli ausos facinora:& tyrannidis ab initio quidem prohibendo fuisse. Verum(quia semel in societatem intestinę cedis incidissent)finē delictis adhibendū,neq; vires omnibus suggerandas morem patrium destruentibus. Nam & siqui grauiter ferrent portas sibi atq; aditū in oppidū esse p̄clusum penas ab his qui prohibuerant esse repetitas& ananum quidem peremptum:vna vero nocte totum populum pœne consumptum:Quarum rerum multos quidem suorum pœnitere sentirent:eorum autem viderent a quibus esset rogati crudelitatem immensam:ne ipsos quidem per quos salui erant erubescentium. In oculis autem auxiliatorum pessima facinora cōmittere: illorumq; iniurias Idumeis imputari:quatenus ea non prohibeant. neq; ab his separentur. Debere igitur(q̄m de proditione quę dicta sunt calūnia fuisse patuisset)nullusq; Romanorū impetus timeretur aduersus ciuitatem vero inexpugnabilis esset potentia corroborata illos domū recedere malorūq; societatem vitando cuncta diluere flagicia quorum non sponte:sed decepti participes extitissent persuasum est Idumeis. ¶ Et primum eos (qui erant in custodijs)soluunt prope ad duo milia populariū. Satimq; relicta ciuitate:ad Symonē veniūt de quo paulopost cōmemorabimus. Deinde domum ex hierosolimis abierūt. ¶ Euenit aūt eorum discessum vtrisq; inopinatum pariter videre. Nam & populus nescius pœnitudinis paululū fiducia recreatus est. velut inimicis leuatus:& Zelotarū creuit insolentia quasi non auxilijs caruisset: sed ex his essent liberati quorum pudore ac reuerentia criminibus temperabant. Deniq; iā nulla erat facinorꝝ mora neq; cunctatio:sed festinatis quidē cōsilijs in rebus singulis vtebanꝰ:quę vero placuissēt: ipsa cogitatione citius pagebant. Maxime aūt in viros fortes atq; insignes cedibus seuiebāt:cū inuidia nobilitatē absumerēt mœtu virtutū vnāq; cautionē putarēt nullū optimatū supesse. ¶ Ita occisus est & cū multis alijs Gorion al's Gorgō dignitate simul & genere p̄stans & solus al's plus posse populū gaudēs plenusq; spū libertatis amator. vt nullus alius iudeorū quē t̄n libertas p̄ter virtutes al's pdidit. Sed neq; p abdita quidē Niger eorū manus effugit:bellis cū romanis gestis vir strennuus cōprobatus. Qui etiam vociferās sępe & cicatrices ostēdens:p mediā ciuitatē trahebaꝰ. Ductus vero extra portas(desperata iam salute ne sepultura careret. suppicabat) Illi aūt prius interminati q̄ humū ei(q̄ desideraret)concessuri non essent:mox etiā mortē intulerunt. Qui tamen(cū occideretur)Romanos eis vltores imprecatus est famēq; prēter bellū ac pestilentiam & ad hoc omnia ipsorum mutuas ma

Duodeci milia nobiliū crudeliter occisa.

Zacharias obiecta sibi crimina diluit & contra zelotas eorꝝ iniquitates manifestat &c.

Omēs. lxx. iudices ꝓ zacharia maluerūt mori q̄ cōtra eū ferre sententiam.

Idumeos iā penitet venisse neq; his gesta placebant quibus zelotarū q̄d secreta māifestauit &c.

Idumei malorū societatē vitantes(quorū non spōte sed decepti p̄ticipes fuerūt)ī domos recedunt solutis custodijs &c.

Zelotarū recedentibus Idumeis creuit insolētia q maxīa ī fortes viros & insignes cedibus seuiebant oēmq; volebāt delere nobilitatem.

nus:Eaq; vniuersa confirmauit aduersus impios dicēs:& quod iustissimum est effecit:vt audaciā suā quam primum experirentur inter se dissidentes. Niger quidem occisus.quod habebāt de oppressiōe sui metus leuauit. ¶ Pars autem plebis nulla erat.cui non ad interitum excogitabatur occasio. Nāq; alij ꝙ iamdudum alijs ciuibus restitissent interficiebantur(qui vero nichil offenderent)subitas pacis tempore causas excipiebant:& qui omnino libere eos non adissent pro contemptoribus.qui vero ob sequentes pro insidiatoribus habebantur vnaq; maximorum criminū & mediocrū pœna mors erat neq; euasit quisq̄ nisi aut ex ignobilitate aut fortuna perhumilis.

Omnibus mortis occasio excogitabatur. Soli ignobiles & fortuna hūilesmortem euasere

¶ Vespasianus(Romanis ducibus ipsum contra discordes Iudeos bellū ageret incitātibus) melius esse vt sese paulatim domestica sedicione consumeret respondit. Cui militum rectores consentiebat moxq; q̄ vtile eius fuisset consilium apparuit. Indies namq; multi iudeorum zelotas fugientes ad eum venientes fuga tamen difficilis ꝙ omnes exitus obsidebātur:custodibus diuitibus quoq; fugā redimentibus soli pauperes iugulabantur zelotæ quoq; ad hoc crudelitatis deuiarum vt omnibus occisis denegarent sepulturam. Sepulti namq; fortunassimi cruciatus comparatione estimabantur. Tūc itaq; captam iri ciuitatem & sacra exurenda fore commune erat prouerbium. Capitulū.ij.

T rōani oēs quidē alij ducētes ad ciuitatē aīos itēdebāt hostiū dissēsionē lucrū sibi esse cēsētes & vespasianū(penes quē sūme rei ptās erat icitabāt diuinę ꝓuidētię firmātes auxilio i semet hostes esse cōuersos. Verūtn̄ velox esse momētū & iudeos cito i cōcordiā redituros:aut itestinis malis defessos aut redactos i penitudinē. Ad quos vespasianus ait plurimū eosqd fieri cōueniat ignorare tāq̄ i theatro cupiētes quantū armis ac manibus possēt ostētare potius cū pīculo quā secū ipi q̄d ēt esse vtile reputātes. nā si stati citatē aggrederet:ipos causā hostibus fore cōcordię ac vires eorū ēt nūc vigētes i se ꝓuocaturos. Sin opiēt paucioribus hoc ac moderatioribus his visuros domestica seditiōe cōsūptis. Deū nāq; melius q̄ ipsos disponere q sine labore iudeos Rōanis traderet:nulloq; pīculo exercitui victoriā cōdonaret. Proiñ manibus ꝓprijs intereūtibus inimicis maxīoq; malo hoc ē sediciōe turbatis oportere se magis periculorum spectatores esse debere:q̄ cum hominibus mortem appetentibus.atq; intestina rabie insanientibus manu confligere. Si quis autem putauerit victorię gloriam sine prælio fieri viliorem:sciat(inquit)armorumin certo exitu commodius esse commode perficere quod intendit nec enim manu præclaris esse minus laudabiles:qui paria gesserint moderatione atq; prudentia Simul aut dum hostes imminuerētur:etiam milites ex laboribus assiduis recreatos valentiores ductum iri. Præterea non id esse tempus id mature occupanda videatur victorię claritudo. Nec enim armis construendis aut muris vel auxilijs congredandis iudeosoperam dare atq; ideo mores differentibus nocituras:sed bello domestico ac dissensione tumidos miserabiliora quottidie pati q̄ ipi eos captos afficerent intromissi. proinde siquis studiose consideret sinendos esse qui semet absumerent. siue facti ad gloriam clariorem nequaq̄ manus intestino morbo laborantibus afferendas. Si quidem recta ratione dicetur:non ipsorum sed discordię fuisse. Hęc Vespasianus. ¶ Eiq; dicenti rectores militum consentiebant. Moxq; apparuit q̄ vtile eius fuisset consilium. Namq; in dies singulos multi ad eum veniebant fugiendo Zelotas. Erat autem fuga difficilis:ꝙ omnes exitus custodibus obsidebātur. Et si quis ibi qualibet ex causa depræhensus fuisset velut ad romanos ire cuperet interficiebatur Qui tamen eius dedisset pecuniam saluus abibat. Et qui non dabat solus proditor habebatur. Restabat igitur pecuniosis fugam redimentibus:solos pauperes iugulari. Mortui vero per omnes vias cōgregantur innumeri:multiq; etiam transfugere cupientium rursus in ciuitate perire præoptabant. Namq; sepulturæ spe in patria mori tollerabilius videbatur. ¶ Illi autem ad hoc crudelitatis deuiarant. vt neq; intus neq; per itinera occisis humum concederet:Sed veluti cum patrijs legibus etiam naturæ iura disturbare pepigissent. suaq; in homines iniusticiā diuinitatem quoq; polluere ita sub so e mortuos putrescere reliquerunt. Sepelientibus autem suorum funera:idem(quod transfugis imminebat)supplicium mortis. Statimq; sepultura indigebat:qui hanc alteri prēstitisset. Etvt breuiter dicā nulla tam bona quam misericordia perierat in illis cladibus mentis affectio. Hisq; irritabantur noxij qui miserandam inuidissent a viuis in mortuos a mortuis in viuos iracundiam transferentes Modū autem excedente mœtu superstitibus mortui velut adepti requiem beatiores videbantur. Et qui erāt incustodijs:comparatione sui cruciatus insepultos quoq; fortunatissimos demonstrabāt. Omne qui dē ab illis vis hominum culcabatur alias calcabatur. Ridebatur etiam diuinitas prophetarum: q responsis tamq̄ quam vulgaribus fabulis illudebant. Cum vero multa cōtempsissent de virtute ac vicijs statuta maiorū etiā quę in patria olim prędicta fuerātvera esse exitu ꝓbauerūt ¶ Vetus ei q̄dā sermo

vespasianus(romanis ducibus ipm vt cōtra iudeos discordes bellum ageret icitatibus) respōdit melius esse vt paulatim sei uicē domestica seditione consumerent.

Aege. hic adducit exēplū de fabio q magis hanibalē fregit cū ctādo q̄ prelian do Itē de scipiobus q affricā subegerunt.

Zelotarū imanitas sepulturā occisis omnibus denegantium.

Sepulti fortunatissimi.

ferebãtur tũc demũ ciuitatẽ captam iri sancta quoq; flãmis exurẽda esse cũ lege belli seditio fuisset ex orta: phanumq; dei propriç manus ante violassent. Quibus zelotç nihil de eorum fide dubitãtes: ministros se præbuerant.

¶ Iohannes tyrannidem affectans parem cũ similibus habere honorem dedecus reputabat qui paulatim sibi multos nequiores mœtu aut gratia associans multos habebat satellites. Seditioq; tunc oritur inter zelotas. Atq; tunc triplici maximo malo ciuitas laborabat. Tyrannide Seditione & bellũ quorum leuius bellum erat popularibus qui patrijs sedibus relictis ad alienigenas fugiebãt. Quartum prçterea commotum est bellum massada namq; castellum validum siccatij: Romanorũ exercitum videntes ociosum & inter se Iudeos discordes die azimorum occuparunt. Et mulieres ac pueros in fuga deficientes septingentos interfecerunt: vicosq; circa castellum vastauerunt vbiq; etiam (multis ad eos perditis viris confugientibus) latrones congregabantur. Omnisq; Iudea latrocinijs & seditione erat perturbata. Vnde vespasianus a quibus transfugis (vt patriam hic calamitatibus liberaret) rogatus venit propius quasi hierusalem esset obsessurus.

Capitulum tertium.

At iohannes iam dudum tyrãnidem affectãs: parem cũ similibus honorẽ habere dedecus existimabat. Paulatimq; sibi nequiores adiũges: ab eorũ affectiõe separabat. Semper autem aliorum decretis non obediendo: suaq; iubẽdo imperiosius: q solus dñari cuperet non latebat. Eiq; sociant nonnulli mœtu: alij gratia mirus ei erat oratiõe atq; fallacia persuadere: quç vellet multi vero propterea q sibi tutum esse ducebãt priorũ delictorũ causas vni potius ascribi q̃ omnibus. Ad hæc quia manu strenuus erat & bonus cõsilio satellites nõ paucos hẽbat & si magna pars vi cõtrariç factiõis reliquerat. apud quos ẽt liuor nõnihil valebat: graue putãtes vt paulo añ pari succũberẽt. plus ãt mœtus eos ne sub vnius ptãte viuerẽt exagitabat. Nec ei facile sperabãt eũ si semel obtinuisset: deijci posse: occasionẽq; in se habiturũ timebãt q in pricipio restitissẽt. Proide quisq; bello quiduis pati decreuerat: q̃ spõte seruiẽs mãcipij loco perire. ¶ His quidem seditio diuiditur: & iohannes in contraria dissentientibus parte regnabat. Sed inter ipsos quidem munita erant omnia custodibus nihil autem parum agebatur si quando armis prælium lacescebant. in populum vero maxime contentionem susceperunt: & quis maiorem prçdam caperet vtrimq; certabant. Cum tamen ciuitas trium malorum i gentium tempestate laboraret. Hoc est belli dominationis. itemq; seditionis: eorum comparatiõe bellum popularibus mediocrius videbat. Deniq; relictis sedibus patrijs ad alienigenas profugiebãt. Et Romanorum beneficio salutem (quam inter suos desperauerant) assequebantur. ¶ Quartum prætera bellum commotum est gentis exitio. ¶ Haud procul ab hierosolimis castellum erat validissimũ reponendis opibus ad momẽta belli tutãdisq; corpibus ab ãtiqs regibus edificatũ (qd massada dicebaẽ) id occupauerãt (q̃ appellãẽ sycarij) q a rapinis ãplioribus timore cõtinebãẽ. Hi cũ Rõanorũ exercitũ ociosũ viderẽẽ. apud hierosolimã vero iudeos dominatione atq; discordia secessisse maiora facinora aggrediuntur. Dieq; festo azimorum (qui apud hebreos ad memoriã salutis quo ex çgyptiorum seruitio liberati in terram patriã deuenerũt) solemniter celebratur: nocte deceptis (qui ibi erant) appositi municipium quoddam galaadin nomine persuasere vbi pugna quidem iudeos ante prænẽtos atq; dispersos q̃ arma caperent siue concurrerent ciuitate pepulerũt. Eos vero qui in fuga defecissent mulieres videlicet ac pueros septingentos interfecerunt: edibusq; deinde compilatis fructus quoq; iam maturos depopulati in massada portauerũt. & illi quidem omnes circum castellum vicos totãq; regionem populabantur non paruo vndiq; perditorum ad eos numero in dies singulos confluente. Simul autem concitati sunt per singulos iudeç tractatus in latrocinia: quç interim quiescebant. At velut in corpore si quãdo pricipale mẽbrũ tumor afficit. omnia pariter egrotare necesse est ita propter ciuitatis tumultum atq; discordiam. etiam qui foris erant nequissimi prçdarum inuenere licentiam: singuliq; vicis proprijs dilaceratis. deinde in solitudinem recedebant. Congregati autem & per collegia coniurantes exercitu quidem pauciores. plures vero q̃ latrocinalis conspiratio in templa & oppida ferebantur. & sequebatur quidẽ vt in bello fieri solet ab his eos malis affici quos petijssent. Verũ præueniebatur vltio mox cum latrones a præda refugerent nullaq; pars erat iudeæ quç non vna cũ hierosolimis præcellentissima ciuitate interiret ¶ Hæc Vespasiano a transfugis indicabantur. Nam licet omnes exitus a seditiosis custodirentur. & quoquo modo quis ad eos accessisset interficeretur: tamen erant qui ad romanos clam profugerent ducemq; Romanorum opem ferre ciuitati & reseruare populi reliquias hortarentur. Multos enim q bene Romanis vellent perisse multos aũt in periculo dicebant esse superstites. Ille aũt iam tum miserans eorum calamitates propius ad eos velut hierosolimam obsessurus accedi re autem vera vt ciuitatem obsidione liberaret. spe autem ante reliqua subigendi nullumq; impedimentum obsidioni extrinsecus relinquendi.

Iohannes tyrãnidem affectãs parẽ cũ similibus hẽre honorẽ dedecus ĩputabat & paulatĩ sibi mltos mores mœtu aut grã adiũxit mltosq; satelites habebat.

Seditio inter zelotas.

triplex maximũ ĩ ciuitate malũ. Tyrãnis seditio & bellũ quorũ bellũ leuius erat popularibus q relictis patrijs sedibus ad aliẽigenas fugiebant.

Azimorũ festicã Mulieres ac pueros ĩ fuga deficiẽtes septigentos iterfecerũt & vicos oẽs vastauerũt mltisq; ad eos viris perditis confugientibus vbiq; latrones cõgregabãt Ois iudea latrocinijs & seditione perturbata.

Vespasianus rogatus a qbusdã trãsfugis vt ab his calamitatibus prĩam liberaret propius venit velut hierusalem obsessurus.

¶ GADARA VESPASIANO ab optimatibus tradita.

¶ Gadaram vespasianus.iiij.die martij optimatū rogatu(ignorātibus seditiosis)ingredit̄. dolesumq; ciuitatis principē cōprehensum interficiunt:nimiaq; iracūdia mortuo verberato extra ciuitatē fugiunt.Gadarēses quoq; contra fugitiuos a vespasiano recipiūt presidia.Qui(misso placido contra eos qui de Gadara fugerant)cum cetero exercitu in Cesaream regredit̄.Fugitiui vero aduersus placidum impetum facientes coacti(multis īterfectis & sauciatis)fugeruntvictorq; placidus vicum obtinuit qui(domibus dissipatis a militus)igni est traditus.Fugientes autem numero aucti hiericonta secesserunt ibiq; salutis spem ponentis placidus insequiturvsq; Iordanem omnes quos occupasset interficiens: Tredecimq; iuxta Iordanem (cum locus esset fuge)occiduntur alijs in fluuium se vltro proijcientibus & captiuorum fere duo milia ducentem cum maxima preda adducūtur. Asphaltidis lacus & iordanis repleti sunt cadaueribus Abila/Iulias.Besemoth cumvicinis vicis romano subdunt̄ imperio.Deinde fugientes per lacum milite scaphis imposito subacti sunt.

¶ Capitulum quartum.

CVm igitur venisset in gadara trans amniane alias amnienses regionis metropolim validissimam:mensis martij quarta die ciuitatem ingreditur. Iam enim optimates(ignorantibus sediciosis)legatos ad eum de traditione miserāt tam pacis desiderio quam suis patrimonijs metuentes.Multi enim apud gadaram locupletes habitabant quorum legationē inimici nesciebant nisi ꝙ vespasiano appropinquante id cognouerunt.Et ciuitatem quidem se retinere posse disperabant ꝙ intestinis inimicis numero inferiores erant:neq; procul abesse videbāt a ciuite romanos.Si vero fugere decreuissent sine sanguine id facere nullaq; a noxijs pena repetita non honestum sibi putabant. ¶ Itaq; dolesū cōprehensū(namq; is non dignitate solum ac nobilitate ciuitatis princeps habebat̄ sed etiā legationis auctor erat)interficiunt nimiaq; iracundia mortuo verberato:extra ciuitatē dilapsi sūt.Iāvero ꝓpius accedēte rōano exercitu gadarēsiū ppl̄s vespasiano cū laudibus i citate recepto fidei dextras ab eo accepit:eqtū & peditū p̄sidia cōtra fugitiuoꝝ excursus.muros eīm priusꝙ peterēt id romani ipi destruxerāt.vt eo sibi fides esset quod pacem diligerent si bellū gerere necvolentes quidē possevideren tur.¶ Vespasianus autem(misso placido cū equitibus ac tribus milibus peditum aduersus eos qui ex Gadaris fugerant)ipse cum ceteris militem copijs cesareā regreditur.Et fugitiui postꝙ repente equites a tergo insequentes viderunt priusꝙ in manus venirent invicum quendam(cui nomen est bethenabryn)se recœperunt:vbi reperta non paucorum iuuenum multitudine hisq; partim inuolentibus partim inarmatis:specietenus contra placidum eiusq; milites prosiliunt.Illi autem primo impetu paululum recesserunt ea simul arte vt eos a muro longius prouocarent Deinde loco oportuno circundatos telis agentes eminus sauciabant. Itaq; fugientes quidem ab equitibus preueniebantur iudei.qui vero manus conseruissent a peditibus corruebant nichil plus audacia demonstrantes.Condensos enim aggrediendo romanos armis non secus ac muros septos ipsi quidem telis aditumnon inueniebant:neq; sufficiebant aciem rumpere illorum autem transfigebantur sagittis & immanissimis feris assimiles irruebantvltro inferiū:& decidebant alij gladijs ora ꝑcussi.alij ab equitibus dissipati:quoniam cura erat placido cursum eorum a vico intercludere.assidueq; pretercurrens ea parte cedentesq; reflectens vna etiam libratis sagittarum ictibus vtebatur. Hisq; proximos interficiebat:mœtu vero longe fugientes reuocabat:donec videlicet lapsi qui fortiores erāt ad muros effugerunt.Eius autem custodes quid agerent nesciebant.Nec enim excludi gaderenses suoꝝ causa patiebantur:& si eos recepissent:vna cum his se perituros videbant.Quod etiam cōtigit. Illis autem ad muros compulsis:pœne quidem romanorum equites cum his irrupere.Portis autē ante præclusis admoto milite placidus primo meridiem vsq; acerrimo certamine muro pariter ac vico potitus est:Ibiq;cum vulgus quidem iners occidebatur fortiores vero fugam petebant: domus vero a militibus diripiebantur:& vicus igni traditus est.Qui autem inde euaserant.totam secum illam regionem ad fugam incitarunt:& excollendo proprias calamitates in maius totumq; romanum exercitum aduentare dicendo mœtu omnesvndiq; commouerunt. ¶ Plurimo autem numero aucti in hierichonta secesserunt. Hæc enim etiam tunc eorum spem salutis fouebat:ꝙ esset valida & populosa. Placidusvero equitibus simul rebusq; ante prospere gestis frœtus eos insequebatur: & vsq; ad Iordanem quidem semper quos occupasset morti dabat.Omnemvero multitudinem ad flumen coactam fluminis īpetu prohibitos ꝙ auctum ymbribus vadum transire non poterant: aperto prælio aggreditur.Itaq; necessitas eos ad pugnam compulit:ꝙ fuge locum non haberent.Pretentiq; ad ripe longitudinem tela equitum & excursus excipiebant:a quibus multi percussi in fluuium ceciderūt Nā qui manibus eorum interire:tredecim milia fuerunt.Alij cūvim sustinere non possent:in iordanē spōte desilierunt.Erat aūt numerus infinitus.& preterea capti sūt prope ad duo milia ducenti:cū ꝑ-

Vespasianus iiij die martij gadarā (optimatibus rogantibus sedítiosis tū ignorātibus)īgreditur.

Dolesus cītatis priceps ab inimicis occidit̄ qui mortuo verberato fugiunt.

vespasianus misso placido cōtra eos q de gadarā fugerāt cū cetero exercitu cesareā regreditur.

Placidi victoria

Vicus igni traditus.

Fugientes aucti nūero ī hiericōta secessert ibi salutis spē ponentes:placidus i sequit̄ vsq; iordanē oēs quos occupasset interficiens.

da maxima ouium & asinorum itemq; camelorum & boum. ¶ Iudeis quidem hoc vulnus inflictum quãuis parũ sup ioribus maius tñ sei povisũ ẽ: nõ solũ ꝙ eã totã regionẽ (qua alias quã fugerãt) cedis repleuerat ſʒ ẽt ꝙ referẽ iordãis mortuis puius nõ erat. & asphaltidis al's asphaltius quoq; lacus repletus erat cadaueribus: quę p mlta fluia deuoluta sũt. ¶ Placidus aũt scda fortuna vsus i vicos ꝓxios & municipia cõtẽdit: captisq; abilã & iuliade & Besemoth oĩbus ad lacũ asphaltidẽ vsq; idumeos ex trãs fugis vbiq; collocat. ¶ Deiñ milite scafis iposito eos (qui in lacũ refugerã) subegit: & trãs fluuiũ quidẽ circa regio romanis cessit: vbiq; oĩa vsq; ad macherunta deuicta sunt.

Asphaltidis lacus & iordanis cadaueribus pleni. &c.

¶ LYDDA ETIAMNIA ciuitates sese Romanis tradiderunt.

¶ Vespasianus (audito ꝙ Galacia a Nerone defecisset) ad bellũ incitatꝰ vt orientis placaret ꝑtes atq; p oppida & vicos obstãte hyeme collocat pręsidia & (quę vastata fuerãt) restaurat. Qui i Antipatridam veniens ciuitateq; cõposita recedẽs vastãdo & inflammando omnesq; subuertẽdo Toparchias circũ Taphnã in lyddam & lãniam venit deinde Amathunta decemq; milia virorũ (captis duobus vicis) occiduntur & mille captiui.

Capitulum quintum.

Audito ꝙ Galacia a Nerone defecisset vespasianus ad bellũ icitatꝰ vt oriẽtis ptes placaret & p oppida atq; vicos collocat (obstante hyeme) præsidia & (quę vastata fuerant) restaurat. Decẽ milia virorum captis duobus vicis idumeę occidũtur & mille captiui

Dum hęc aguntꝰ motus circa galaciã nunciãtur: & ꝙ iudex vna cũ optimatibus idigenaꝝ a Nerone defecisset: de qbus diligẽtius alibi scriptum est. Vespasianũ vero ad impetũ belli quę nũciata sunt incitarunt. iam tũc futura bella ciuilia totiusq; iperij pericula ꝓspicientẽ: cũ si partes oriẽtis ante placasset minus Italię metuendũ existimaret. Obstãte aũt hyeme per subactos interim vicos atq; oppida ꝑsidia collocabat. Dechadarchos aũt ciuitatibus appones multa: etiã eorũ (quę vastata fuerant) instaurabat. Prius cũ comitatus militũ copijs (quas cęsareã adduxerat) i antipatridã vẽit. ibiq; p biduũ ciuitate cõposita. tertio die vastãdo inflãmando. oẽsq; subuertendo circũ taphnã toparchias: in Lyddã & lãniam ꝓcedebat. Et cuʒ sese vtraq; tradidisset cõstitutis illic habitatoribus idoneis: in amathunta peruenit. Occupatisq; ad metropolim eorum omnibus suis castra muro circundat. quintaq; in his relicta legione cum cętera manu Belthon alias Bethbeptephon toparchiam proficisciꝰ: eaq; & vicina regione itemq; circum Idumeam igne consumptis. castella quidem locis oportunis muniuit. ¶ Captisq; duobus vicis in media idumea positis hoc est Begabry alias Batarim & Caphartopham plus q̃ decẽ milia hoĩm pemit. prope aũt ad mille capit. Exactaq; inde multitudine nõ paruã militũ suorũ partẽ ibi constituit: qui omnia montana loca incursando vastabant. Ipse autem cum reliquo exercitu in lãniam redijt: vnde per Samaritiden ac pręter Neapolim (quę dicebatur ab indigenis Naborta alias Nabartha) secundo Iunij mensis die in coream descendit.

¶ HIERICO A ROMANIS obsidetur, multisq; fugientibus in montana Hierusalem reliqui perimuntur.

¶ Vespasiano aduenienti hiericõta Traianus occurrit cũctis sub Iordanẽ deuictis. Sed ex hiericonte ante eius aduentum hierusalem in montana diffugerant. Non pauci autem (qui remanserãt occiduntur. Hiericontis situs & dimensio Asphaltides & Tyberienses lacus natura contrarij Asphaltides salsus & Tyberiensis dulcis. Fons iuxta veterem ciuitatem hierico hominibus aliquando & fructibus pestilens per heliseum vero (sale imposito) secundissimus atq; saluberrimus est effectus. Amplius autem q cęteri fontes spacium rigat optimos paradisos educat ibi palmę melliflue Opobalsamus Mirobalsamus & quę sunt carissima ibi generantur cuius rei causa est aquarum vis & aeris. Asphaltides autem salsus lacus est sterilis velocissimus: Nec quis ibi facile iungi potest etiam ex industria qd (vt experietur) vespasianus (iacto ibi homĩe) lacum videre voluit. Mirabilis quoq; coloris & terrę mutatio, Bitimen insuper medendis corporibus inuenitur hic lacus Sodomiticę terrę vicinus. Quę habitatorum impietate fulminibus conflagrata fuit vbi adhuc diuini ignis reliquię videntur atq; in fructibus cineres.

¶ Capitulum sextum.

Vespasiano hiericõta aduenieti Traianus occurrit cũctis sub iordanem deuictis Hiericontis situs descriptio & dimensio

Positis autem ibi castris. postridie in hierichontam peruenit. In qua vnus rectorum traianus quem locis vlterioribus ducebat militem iungit cunctis sub iordanem deuictis. ¶ Sed ex hierichonte quidem multitudo ante romanorum aduentum in aduersam hierosolimis montanam regionem diffugerat. Non pauci autem qui remansere perimuntur. Desolatam vero offenderant ciuitatem. ¶ Cui in planicie situs nudus mons ac sterilis imminet: idemq; longissimus. A septentrionali enim regione vsq; ad scytopolitanos agros: a meridiana vero vsq; ad terrã sodomiticam & assaltiden lacum terminus extẽditur. Non totus autem inequalis est: & quod nihil gignit non habitatur. Huic adiacet circa iordanẽ alius mons incipiens a iuliada a septẽtrionali regione: pro-

ssus autem in meridie vsq; in bacra quę petrã disterminat arabie ciuitatem. ¶ In hoc est etiam (qui ferreus mons appellať) ad moabitidẽ vsq; lõgus inter duos aũt montes regio (quę magnus cãpus vocatur) a gẽnabra vico ad lacũ asfaltidẽ vsq; patens. Habet ducentorũ & triginta stadiorũ longitudinẽ: latitudinẽ vero centũ & viginti mediusq; ab iordane diuiditur. ¶ Sũt aũt illic duo lacus asphaltides & tyberiensis natura cõtrarij. Nãq; alter salsus ac sterilis: tyberiensis vero dulcis ac fœcũdus. Estasq; tempore illa planicies ardore solis incenditur & vicus opprimitur. aeris tractu omnibus circum agris dispar pter iordanẽ. Vñ euenit vt palmę quę in ripis sunt magis floreant. & fertiliores sint minus autẽ quę longe remotę sunt. ¶ Ad ipsam hierico largissimus fons est. rigandisq; aruis vberrimus. iuxta veterem scaturiens ciuitatem (quam Iesus naue filius hębreorum ductor primum ĩ cananeorum bello terram possederat) Hunc fontem aliquando ferunt non solum terrę atq; lignorum fructus: sed etiã fœminarum partus obtundere solitum. cunctaq; pariter morbo ac peste corrumpere postea mãsueuisse contra saluberrimum ac fœcundissimum esse factum ab heliseo quodam propheta: qui helyę notus fuerat atq; successerat. Receptus enim hospitio ab hiericontis habitatoribus: q̃ humaniores eos expertus erat: ipsos & omnem regionem illam perpetua gratia remuneratus est. Progressusq; ad fontem lagenam fictilem salis plenam in profluentem aquam misit. Iuxta deinde ad cęlum dexterã tendens: fontiq; immergens blanda libamina: ipsum quidẽ precabať vt fluenta lenire: ac dulciores aquarum venas aperiret: deum vero vt fœcundioribus auris temperaret orabat: tamq; vbertatem fructuũ q̃ successionem prolis daret indigenis. nec eorum filiorum genitrices aqua deficeret quo ad iusti manerent. Ad has preces ex disciplina manibus quoq; multa operatus fontem immutauit. Et qui ante causa his erat orbitatis ac famis: idem victus ac fœcunditatis auctor factus est. Deniq; rigationis eius tanta potentia est: vt si tetigerit modo terram. sapidior sit aquis diu perseuerantibus. Vnde qui eo largius abutuntur exiguum emolumentum habent: qui vero partium plurimum. Amplius tamẽ q̃ cæteri fontes spacium rigat. At septuaginta quidem stadijs longam: triginta autem latam planiciem permeat. Optimos autem in eos paradisos ac densissimos educat palmarumq; irriguarum genera tã sapore q̃ nominibus varia. quarum pinguissimę calcibus pressę plurimum mellis emittunt. non multũ alio melle deterius: quãq̃ & mellis altrix est illa regio. & opobalsami ferax: qui omnium carissimus est fructus ibi nascentium. Itemq; cyprum mirobalsamum gignit vt qui diuinum esse illum tractum dixerit non errabit vbi & larga & opima generantur quę sunt carissima. Sed nec ĩ alijs ei fructibus aliqua facile toto orbe regio certauerit: adeo multiplicatum quod satum fuerit reddit. Cuius rei causa michi videtur esse aquarum vis tanta & aeris calor: cum hic prouocet quæ nata fuerit atq; diffundat: liquor autem singula firmis radicibus stringat. viresq; suggerat estiuo tempore: quo sic perusta est illa regio. vt nihil facili procedat ac pullulet Aqua tamẽ si ante solis ortum hauriatur. aura specie refrigescit: naturamq; aeri contrariam sumit. Hieme vero contepescit: eaq; mersis mitissima efficitur. Tanta est autem cœli temperies: vt quo tempore iudea ningit: lino illic tamen indigenę vestiuntur. Distat autẽ ab hierosolimis centũ quinquaginta stadijs. Et ab iordane stadijs quadragita: totũq; habet ad hierosolimã spaciũ desertũ atq; falsosum: ad iordanẽ vero & lacũ asphaltiden licet humilius ęque tamẽ incultum ac sterilem. Sed de hierico q̃ sit fortunatissima satis dictum. ¶ Commemoratione autẽ dignũ puto asphaltidis quoq; naturam exponere: is enim salsus quidem ac sterilis est. nimia vero leuitate etiã quę grauissima sunt in eum iacta referuntur. Demergi autem quis in profundum: nec industria facile potest. Deniq; vespasianus qui eius visendi causa illuc venerat: iussit quosdã natandi nescios iũctis post terga manibus in altum proici: & euenit omnes tamq̃ in spẽ rursum reuulsos desuperfluitare. Ad hęc mirabilis est coloris atq; mutatio terrę quę in singulos dies superficiem vertit: & solis radijs varia respLendet. Multis autem locis vomit nigras bituminis glebas: quę supervndam & habitu & magnitudine tauris sine capitibus assimiles natant. Ad eas autem cum lacus exercitatores accesserint nacti quod aggestum est ad naues trahunt: & quod lentum est repletas eas abrumpere nequeunt sed quasi replicata scafa peudet a cumulo: donec menstruo mulierum sanguine atq; vrina soluatur. Est autẽ vtile non modo ad compagines nauium: sed ad corporum etiam curationem multis remedijs admiscetur. ¶ Huius lacus longitudo est quingentorum & octoginta stadiorum qui Azoatrum alias Zobatis vsq; ad Arabiam tenditur. Latitudo vero cẽtum quinquaginta stadijs patet. quę sodomiticę terrę vicina est. olim quidem tam fructibus q̃ substantia ciuitatum fortunata: nunc autem exusta omnis atq; habitatorum impietate fulminibus conflagrasse memoratur. Deniq; adhuc in ea reliquias diuini ignis & oppidorum quinq; videre licet ymagines & regnascentes in fructibus cineres. Qui colore quidẽ sunt lolij similes: carpentium vero manibus in fumum dissoluuntur & cinerem. Terrę siquidem sodomitę fabula eiusmodi fidem habet ex facie.

Ferreus mons.
Magnus cãpus regio.

Asphaltides & tyberiẽsis lacus natura cõtrarij asphaltides salus Tyberiensis dulcis. Fõs iuxta veterẽ ciuitatem. Hierico aliqñ hoĩbus & fructibus pestilẽs per heliseũ vero salẽ ĩposito fecũdissimus ac saluberrimus factus vt hř. iiij Regũ capitu. ij.

Natura fontis mutata.

Optimi ibidem paradisi.
palme melliflue
Opobalsamus.
Mirobalsamus.
Aquarum vis & æris.
Tẽperata regio
Hierico a hierusalem distantia & Iordane.
Asphaltidis natura salsus ẽ lacus sterilis atve locissimus nec q̃ ibi facile mergi etiã ex ĩdustria potest q̃d vespasianus experiẽtia cognouit.
Bitumen medẽdis vtile corpori bus.
Sodomtiica terra hitatorũ ĩpietate fulminibus conflagrata vt hř. Geñ. ca. xix. & Antiq. li. j. ca. xix. vbi adhuc

dini ignis reliqę vident̄ atq; i fru ctibus cineres.

¶GERESA capitur a Romanis.

¶Vespasianus (collocatis apud hiericōta pręsidijs) Anniū cū exercitu mittit ad Geresā (q capta citate) mille iuuenes interfecit: & familias ducit captiuas bonaq; militibus prędari permisit: domibus quoq; incensis proximos petijt vicos. & vastauit omnia circa hierusalem. Neronis vero occisi anno i. perijt. xiij. Vespasiano paranti se ꝓficisci hierusalem interitus nunciatur. Hic enim seipsū fugiēs occidit. Cui Galba imperator succedens occiditur: & Otho declaratur imperator qui bellum fecit contra vitellium. Vespasianus aūt a Galba mandatum expectans militiam differebat misit Tytū: Qui Galbam mense septimo totidemq; diebus cognoscens fuisse occisum redijt ad patrem.

¶Capitulum septimum.

Vespasianus collocatis apd̄ hierico p̄sidijs mittit āniū cū exercitu ad Geresā q capta citate mille iuuenes iterfecit & familias ducit captiuas bōaq; predari militibus p̄misit domibus quoq; incē sis ꝓxios petijt vicos & vastauit oīa circū hierusalem. &c.

AT Vespasianus hierosolimoꝝ habitatores muniri cupiēs vndiq; apud hierico & auuillā castellis erectis vtrobiq; auxiliatorū pariter ac romanoꝝ p̄sidia collocat. Mittit aūt gerasiō luciū Anniū: eqtatus ei parte multisq; peditibus attributis. Qui primo aggressu citate capta mille iuuenū (q ne fugerent p̄uenti erāt) interficit: familias captiuas ducit: bona militibus p̄dari p̄mittit. Incēsis deniq; domibus ꝓximos vicos. Erat aūt fuga potētiū: & interitus infirmorū: qđq; occupatū fuisset flāmis dabatur. Oībusq; tā montanis locis q̄ tota planicie bello oppressis apud hierosolimā degentes exeūdi copiam non habebant: cum transfugere quidem cupiētes a zelotis asseruarentur: eos vero qui etiā tunc a romanis diffidebant vndiq; ciuitate valiata cohiberet exercitus. ¶Vespasiano autem cęsaream reuerso & in omnibus copijs in ipsam hierosolimam proficisci paranti, nunciatur peremptus nero: cum per annos tredecim & octo dies imperasset. De quo referre quemadmodum dehonestarit imperiū nequissimis hominibus. Nimpidyo & tygillino & indignissimis libertorum permissa republica. ꝗꝗ; eorum captus insidijs ab omnibus seruatoribus destitutus cum quattuor libertis fidelibus ī suburbanum fugerit ibiq; semet occiderit: & ꝗ multo post tempore qui eum deposuerant pœnas dederit: bellumq; per glaciam quo pacto desierit. & ꝗ Galba creatus imperator romam redierit ad hispania. & quemadmodum incusatus a militibus tanq̄ humilioris esset animi in medio foro necatus sit. & otho declaratus sit imperator: eiusq; militum in vitellij duces & exercitum congressus necnon vitellij turbas & circa capitolium pugnam & quemadmodum vel antonius primus & Mutianus vitellium interfecerint vel germanorum agmina bellum ciuile sedauerint: hæc omnia recusaui narrare: confidens quod & multis grecorum itemq; romanorum: & a cunctis copiose perscripta sunt. Ordinis alias ordines autem rerum (continuandi gratia. ac (ne intercisa pendeat) historia) summatim singula designabo

Vespasianus militiam differebat expectās a Galba mādatum misitq; Tytum.

¶Igitur Vespasianus primo quidem in Hierosolimam militiam differebat. expectans quonam vergeret imperium post neronem Deniq; vbi galbam imperare cognouit: nichil conari decreuerat prius q̄ ille quoq; ad se de bello aliquid scriberet. Mittit autem ad eum titum filium suum & salutatū simul & vt mandata de iudeis acciperet. Ob easdem causas etiam rex agrippa nauigauit ad galbam. S; dū achaim (ꝗ hiems erat) longis nauibus pręteruehuntur. interficit galbam contigit septē mensibus post totidem diebus. Deinde otho suscepit imperium: ac tres menses rempublicā procurauit. ¶Agrippa quidem nihil mutatione deterritus: romam pergere statuit. Tytus vero diuino quodam impulsu ex achaia ad syriam nauigat: & mature inde cęsaream venit ad patrem. Suspensi autem de oībus quasi nutante imperio romano iudeorum militiam negligebant. Patrię quoq; metuentes aggredi alienigenas importunum arbitabantur.

Audita morte galbę Tytus ad patrem redijt.

¶Nouum bellū in hierusalem per Symonem Gyorę filium & Iohannem ortum: hic enim propter iniquitates suas ab Acrabatena pulsus dominandi cupidus omnes nequissimos congregans mōtana iam diripiebat terribilisq; pluribus timori erat: & illi popularium multi tanq̄ regi parebant. Hic enim Ayam vicum ad sui tuitionem muro cinxit & pro castello habuit. Ipse quoq; zelotas contra se. cum armis egredientes pluribus occisis alios in fugam conuertit. Hic etiam contra Idumeos bellum gessit & per totum diem detracto bello vtriq; ęquales recesserunt. Eleazarus autem a Symone missus ad hęrodi custodes de traditione eis prolocutus fugę non reperiens locum in vallem se deiecit & statim mortuus est. Iacobus vero idumeus proditor Symonis copias exploraturus veniens patriam ipsi tradere pollicetur. Qui ad Idumeos reuersus Symonis exercitum multiplici numero mentiebatur & sine bello Symoni mouebat tradere pricipatū. Iacobo quoq; in cōflictu ad Symonē cōuerso vniuersa turbatur multitudo cunctis sine ordine recedentibus.

Nouum bellum hierl̄m p Simonem Gyore filiū & iohē; hic ab acrabatēa pl̄us

Capitulum octauum.

INterea tamen in hierosolimam bellum aliud excitatur. Erat symō gyorę filius patria gerasenus / etate iuuenis: sed caliditate Iohanne posterior: a quo iam pridem ciuitas possidebatur: viribus aūt corporis audaciaq; pręstantior. Ob quam ex acrabatena quoq; toparchia cuius rector erat pulsus a pontifice Anano ad latrones peruenerat. qui massadam occu

parauerāt. Is aūt primo q̄dē ita suspectus erat. vt eū iferius castellū cū mulieribus (quas secū adduxerat) trāsire pmitterēt: ipi excelsius icolētes. Rursus aūt ꝓpter necessitudinē morū fidelis eēvidebatur. Nā & ductor erat p̄darū exeūtibus: & cū ipis territoriū massadę populabaṫ: nec tñ eos ad maiora exhortāda metuebat. Dominādi eni cupidus magnorūq; appetēs ꝙ mortē anani cōperit i mōtana loca discessit auctor: vocatis eoꝝ seruis libertate ꝓmissa itēq; liberis p̄mio cūctos (q vbiq; fuerāt) neq̄ssimos cōgregauit. Iāvalido cōflato collegio: mōtanosvicos diripiebat. Semp aūt accedētibus pluribus socijs audebat etiā in hūiliora loca descēdere: & ciuitatibus quoq; iā terribilis erat: multosq; potētiū vis eius & ꝓspa facta sollicitabāt. Nec iā seruoꝝ tm̄ siue latronū exercitus erat. Sed multorū etiā popularium tāq̄ regi parebat obsequiū. Excursus aūt agebaṫ ad acrabatenā toparchiā & in maiorē vsq; idumeā. ℂ Vicū em̄ (cui nomē ē Ayā alias Aiacus) muro āplexus ad tuitionē sui ꝓ castello habebat. Invalle aūt (quę appellaṫ fagarata alias pharā) occultas quidē dilatauit spelūcas: multasvero palatas iuenit: atq; his cōditorū p̄de receptaculis vtebaṫ. Qui & direptos fructus illic reponebat multaq; collegia diuersebanṫ: neq; dubitabaṫ ꝙ in hierosolimis copijs & apparatu ꝓluderet. Vñ isidias veriti zelotę ac ꝑuenire eū (qui cōtra se cresceret) cupiētes: pleriq; cū armis egrediūtur. His aūt symon occurrit: cōmissoq; p̄lio multos occidit: & reliquos cōpellit in opidū. Nōdū aūtviribus frœtus: ab obsidionē deterreṫ. Prius aūt ydumeā subiugare conatus ē. ℂ Itaq; cūvigiti milibus armatorū ad fines eius ꝓperabat. Idumeorū aūt principes mature (ex agris quīq; fere milibus pugnātiū cōgregatis) pluribus aūt qui sua seruarēt domi relictis (ꝓpter sycariorū q massadęversābātur incursus) symonē in finibus p̄stolabātur. At ibi cōflictu habito: ac ꝑ totū diē detracto p̄lio: neq; victor neq; victus abscessit. Et ipse quidē in ayamvicū. Idumeivero domū regressi sūt. ℂ Nō aūt multo post symō cū maioribus copijs eorū fines petebat: castrisq; i quodāvico (cui nomē theoce alias Technę) positis: ad custodes hęrodij (q̄d nō lōge aberat a socijs suis) eleazarū misit: vt castellū sibi traderāt persuasurū. Quē quidē sine mora susceperunt custodes causę nescij cur venisset. Mox aūt de traditione ꝓlocutū strictis gladijs persequebantur donec fugę locum non reperiens de muro in subiectamvallem sese deiecit. Et ille quidem statim hoc modo moritur. ℂ Idumeis aūt iamvires Symonis formidantibus placuit priusq̄ pręlio congrederentur explorare hostium copias. Huic aūt se in ministrum obtulit parato animo Iacobus vnus erectoribus cogitas proditionem. Deniq; profectus ab aluto (in hoc enim vico tūc idumeorum collectus erat exercitus) ad symonem venit: primumq; se patriam suam traditurum esse pasciscitur: accepta fide ꝙ semper ei carissimus foret. Mox etiam de tota Idumea operam polliceṫ. Ob quas res hūanissime apd̄ Symonē cenatus. clarissimisq; ꝓmissis animatusvbi ad suos redijt primo. Symonis exercitū multiplici nūero mētiebaṫ eē maiorē deiñ rectoribus etiā paulatīq; m̄ltitudinevniuersa ꝑterritisvt symonē reciperēt suadebat eiq; sine pugna rerū oīm pmitterēt pricipatū. Simul autē hoc agēs & Symonē ipm̄ ꝑ nūcios euocabat disiecturū se pollicitū Idumeos: q̄d etiā p̄stitit. Nam cū iā appropiquaret exercitus. Equū primus incendit: & cum socijs corruptiōis effugit. Pauor autē occupat vniuersā multitudinē. Ac priusq̄ i manusvenireṫ: domū q̄sq; suam soluti ordine recesserunt.

ℂ Symon sine sanguine Idumeam introiuit. Chebron q; ciuitatem obtinuit. quam indigenæ ægyptiaca Memphy te antiquiorem dicunt: & Abraham ibi fuisse domicilium. Therebintus quoq; maxima arbor sexto ab oppido stadio cernitur ab initio mundi creata/nunc vsq; durare. Symon aūt quemadmodum post locustas silua cerni solet frondibus spoliata: sic etiam Idumeamvastauit: vnde Zelotę his incitati (insidijs per itinera collocatisvxorem eius capiūt. vnde in quos reperisset insaniā infundebat in hoc solū a feris distās/ ꝙ mortuorū nonvesceret corporibus quare eius ferocitate territi Zelotę vxorem remittunt.

Symon dñandi cupidus oēs neqssimos congregās mōtanos iā diripiebat terribilis q; pluribus tiori erat m̄ltiq; populares ei tāq̄ regi parebant

Zelotę cōtra symonē cū armis egrediunṫ qbus ipe occurrēs plurimos occidit reliqs fugiētibus.

Eleazarus a symone missus ad hærodij custodes qbus de traditiōe ꝓlocutus fugę locū nō repertēsivallē sese deiecit & statim mortuus est.

Iacobo ad Symonē recedēte vniuersa m̄ltitudo turbaṫ reuertētibus oībus sine ordine. &c.

ℂ Capitulum nonum.

SYmon præter opinionem sine sanguine in Idumeam introiuit primumq; aggressus ex improuiso chebron municipium capit in quo maxima præda potitus est: multosq; fructus diripuit. ℂ Chebron autem indigenæ ferunt non eius terre modo ciuitatum: verum etiam egyptia Memphyre antiquiorem. Deniq; duo milia treceenti eius connumerantur anni: Hoc autem fabula est. Abraham quoq; parenti iudeorum fuisse domicilium postea q̄ me sopotamiæ sedes reliquit eiusq; posteros hinc ad ægyptum esse profectos. Quorum etiam nunc monumenta extant in eadem ciuitate: peroptimo marmore liberaliter fabricata.
ℂ Cernitur autem sexto ab oppido stadio arbor maxima therebyntus. Eamq; memorant ab initio mundi creatam nuncvsq; durare. ℂ Hinc totam Symon paruadit Idumeam non modo vicos eius & ciuitates depo

Symō sine sanguine Idumeaꝫ introiuit & Chebron obtinuit.

Therebynthus arbor maxīa ab īitio mūdi creata ibi tunc durabat.

Simõis crudelitas in vastando Idumeã ficut locusta frondibus spoliatarbores. &c.

Zelotę (ĩsidijs p itinera collocatis) vxorẽ symonis capiunt.

Insania symõis Crudelitas symonis ĩ hoc solũ a feris distantis ꝙ mortuorũ nõ vesceret corporibus.

Zelotę territi Symõis ferocitatevxorẽremittunt.

pulando: sed territoria etiam excitando. Nam pręter armatos quadraginta eum milia sequebãtur vt his necvictui quidem necessaria satis essent. Ad has autem necessitates accedebat eius crudelitas: & per iracundia: qua magis vastare contigit Idumeam. Et quemadmodum post locustas siluas cerni solet frondibus spoliata: sic etiam qua symonis transire exercitus. a tergo solitudinẽ relinquebat At alia quidem comburendo: alia diruendo & quicquid in ciuitatevel in agris natum est cõterẽdo calcibus aut deposcendo delebant: perq; terram cultam iter agendo faciebant eam sterilem prorsus: vt ne signũ quidẽ vastatis relinqueretur: quod aliquando fuissent. ¶ Hęc omnia rursus zelotas incitauerũt. Et aperte quidem bello confligere pertimuerunt: insidijs vero per itinera collocatis vxorem symonis rapiunt eorumq; pręterea (quos habebat in obsequio) plurimos. Deinde tanq̃ ipsum symonem cœpissent exultãtes in ciuitatem recedunt. Contiuo namq; sperabant armis eum depositis pro vxore sibi supplicaturum. Illum autem non mĩa: sed ira cõiugijs raptę peruaserat. Cũq; ad muros hierosolimorum venisset: vt fera saucia quę percussores prendere nequiuisset ita in quos reperisset infundebat insaniam. Deniq; olerum sarmẽtorũq; causa progressos ad portam inermes pariter seniores correptos verberabat ad necẽ vt animę indignatione solum id abessevideretur ꝙ non etiam corporibus vesceretur mortuorum. Multos autem abscisis manibus dimittebat in ciuitatem vna per terrefaciens inimicos & populum reuocare cupiens a nocentibus hisq; mandauerat vt dicerent. ꝙ iuraret symon p deum qui cuncta regeret nisi cito sibi redderẽt cõiugem suam vt muro pręcupto omnibus in ciuitate degentibus similiter vteretur neq; cuiq̃ etati parceret aut ab innocentibus discerneret noxios: donec his eius mandatis non modo populus sed etiam zelotę mœtu perculsi remiserũt ei mulierem atq; ita delinitus paulisper ab assidua cede requieuit. ¶ Non solum autem per iudeam erat seditio bellumq; ciuileverũ etiam per italiam. In medio namq; romanorum foro Galba perempto: creatus otho ĩperator cum vitellio imperãte pugnabat (quem germanorum tunc manus elegerat) Habito autẽ apud brebraicum galatię prelio cum valente & cynna vitellij ducibus primo die otho superauit Altero vitellij milites multis trucidatis. Et aduersę partis audita victoria otho apud brixellum semetip̃m occidit: postq̃ biduum tresq; menses imperium tenuit.

¶ COPHNITIA ET ACRABATENA atq; BETHELAN ET EPHEM CAPHETRANVM CARABIN ET CHEBRON: Idumeę ciuitates & municipia a Vespasiano & Cereale capiuntur.

¶ Vespasianus restantes Idumeę partes accepit Cophnitiam acrabatenã Bethelam & Ephã Cerealis cum exercitu ad superiorem missus Idumeam Capheranum / Carabin / & Chebron vastat & comburit. Vi autem in chebron intromissus hominum multitudinem (quam inuenit) cũ pauperibus peruenit. Symon autem Iudeę persecutus reliquias plerosq; hierosolimam confugere cõpulit & eius obsesso muro operariorum ex agris venientem multitudinem interfecit. Ipse quoq; foris poplo erat Romanis terribilior intus vero zelotes vtrisq; seniores. Quos etiam galilei nouis inuentis & factionibus corruperunt. Cui iohannes ex potentia (quam a galileis acceperat) vicem referens omnes ꝑmittit prædationes & quęcunq; vellent. Cedes namq; virorum & feminarum iniurię pro ludo habebantur. Sentina enim iniquitatis & libidinis hierusalẽ erat & iudea eosq; qui Iohannẽ fugissent recipiebat. Symon pugnaq; facta est inter zelotas & Symonem. Vnde iudei hierosolimitę (cõgregato cõcilio) iohãnẽ deijcere & Symonẽ recipere statuerũt. & misso cum quibusdã mathia põtifice eũ in ciuitate vt dominũ & defensorẽ receperũt. Qui oĩbus sese eque hostẽ manifestauit ipseq; auxiliante populo templũ ingreditur: vbi inter cetera zelotę quattuor turres fabricauerãt fortissimas.

¶ Capitulum decimum.

vespasianus idume ę partes restãtes accepit.

Cerealis ad superiorẽ idumeã missus mlta capit municipia. chebrũ captã cereal exurit pauperibus occisis.

ACcesserunt vitellij ducibus othonis milites: & ip̃e iã vitellius romã cũ exercitu veniebat: cũ interea vespasianus qnto die iunij mẽsis cęsareã ꝓfectus eas (quas nondũ subuerterat) Idumeę ptes petiuit: & in mõtana regiõe quo primũ ascẽdit topachias duas cophniticã al's Cophniticã & acrabatenã subegit. Deiñ post has vytegra alias Bethelan & Ephẽ municipia: ibiq; p̃sidijs collocatis: vsq; ad hierosolimã equitabat. Mlt osvero tũc dep̃hẽsos necabat: multosq; capiebat. ¶ Rectorũ autẽ vnu cęrealis cũ eqtũ pte ac peditũ supiorẽ quę dr vastabat Idumeã Et capherã al's chapherranũ quidẽ pseudo municipiũ aggressione captum incẽdit: altrũ vero (quod caphorain al's Charabin dicitur) admoto milite obsidebat muro satis valido cinctum diutius autem ibi se moraturum speranti subito portas aperuerũt & cum precibus adeuntes se ei tradiderunt. ¶ Quibus subiugatis Cerealis in chebron alteram ciuitatem antiquissimam tendit: sitã vt diximus in montanis locis haud procul ab hierosolimis Vi autem intromissus in eam reliquam multitudinem (quam ibi offendit) cum pauperibus peremit: oppidum vero ipsum exurit. Omnibusq; iam captis pręter castellum hærodium

& massada. & macheruntа que a latronibus tenebant: sola iam hierosolima romanis ante oculos erat quę expugnanda restabat. ¶ Symon autem vbi vxorem suam a zelotis recepit ad reliquias iudeę regionis tendit persequendas & vndiq; circumacta natione hierosolimam compulit plerosq; confugere: cum ipse quoq; ad eam sequeretur. Deinde muro eius obsesso operariorum ex agris adeuntē multitudinem cum cepisset interficiebat. ¶ Eratq; populo foris symon romanis terribilior: intus zelotæ vtrisq; seuiores. Quos etiam galilei nouis inuentis & audacia factionum corrumpunt. Nam & iohannem ad potentiam ipsi prouexerant: & iohannes eis ex potentia (quam sibi comparauerat) vicem referens: omnia quę desiderarent vt facerent permittebat. Insaciabilis autem rapinarum cupiditas: domorumq; locupletium perscrutatio. Cedes autem virorum & fœminarum iniurię pro ludo habebantur: prędamq; cum sanguine deuorantes sine aliquo metu post sacietatem muliebri libidine calescebāt. Cōptiq; crines ac fœminarum veste induti iociq; vnguentis: & vt forma placeret oculos illiti non solum ornatum sed impudicitiam quoq; mulierum imitabantur & in obscenitate nimia nefarios coitus exigentes vt in lupanar versabatur: & ciuitatem totam impuris facinoribus prophanabant. Effeminantes autem vultum dexteras ad cedem promptas habebant: delicatoq; incessu enumerati subita incursiōe bellatores fiebāt: & de paludamentis versiculoribus eductis gladijs casu obuios transuerberabant. Eos autem qui iohannem fugissent excipiebat seuior īcedibus symō. Quiq; intestinū euasisset tyrannum ab eo (qui prope erat) occidebatur. Omnis autem fugę via transire cupientibus ad romanos: abscisa erat. Inter iohannis autem copias quantum erat idumeorū dissidebant: separatiq; ad alijs aduersū tyrannū tā liuore potentię. q̄ odio crudelitatis eius armantur. Deinde pugna congressi: multos zelotarum perimunt cęterosq; in aulam regiam compellunt: quam Graptę edificauerat. Hæc autem fuerat cognata. Syzę regis adiabenorum vna vero irruperunt iudei: atq; inde zelotis ī phanū pulsis Iohannis pecunias predabantur. In aula enim supradicta & ipse degebat: & tyrannidis spolia deposuerat. Inter hęc autem zelotarum qui per ciuitatem dispersi erant ad illos qui in templū refugerant congregati sunt eosq; iohannes aduersus populum & idumeos deducere cogitabat. Istis aūt non tam impetus eorum metuendus erat cum pugna plus possent: q̄ confidentia ne de templo nocte surriperent. seq; pariter occiderent: atq; oppidum concremarent. ¶ Itaq; collecti cum pontificibus deliberabant quonam pacto impetum pręcauerent: sed profecto deus sententias eorum ī deterius vertit & interitu acerbius excogitabāt salutis remediam. Nam vt iohannem deijcerent symonem recipere statuerūt & cū precibus alterum sibi tyrannum imponere. Itaq; decreto obtemperatur. Misso mathia pontifice rogant symonem vt ad se introiret. quem sępe timuerunt. Cum his autem precatores erant etiam qui zelotas ex hierosolimis fugerant: domus quisq; suę desiderio ac fortunarum. Ille autem nimis superbe dominum se fore pollicitus veluti ciuitatem liberaturus ingreditur: cum salutis eū datorem ac defensorem sui clamor populi designaret. ¶ Vbi vero cum suis copijs introiuit: mox de propria potentia deliberabat. Nec minus eos (a quibus rogatus erat.) q̄ eos contra quos fuerat aduocatus) inimicos putabat. Iohannes autem cum multitudine zelotarum templo exire ꝓhibitus (amissis etiam quę in ciuitate habebat) statim enim res eorum symon cum socijs diripiebat) salutem iā desperabat. Templum tamen adiuuante populo symon egreditur: illi autem in porticibus perq; propugnacula stantes impetum repellebant. Multiq; a symonis parte oppetebant multi saucij referebantur quoniam zelotę ad dexteram superiores erant eoq; ictu impenetrabiles habebantur & quamuis loco plus possent turres tn̄ quattuor maximas fabricauerunt. vt ex alto videlicet missilia torquerent. Vnam ad orientalem angulum & septentrionalem alteram super xixtum tertiam in angulo alio contra ciuitatem inferiorem quarta vero turris supra verticem pastophoriorum condita erat (Vbi moris ē vnum de sacerdotibus astantem post meridiem quo septimus quisq; dies inciperet tuba significare rursusq; vesperi ꝙ desineret: nunc ferias populo: nūc vt opus faciat denunciantem) Per turres autem disposuere balistras saxorumq; tormenta & sagittarios & fundarum scientes. Itaq; cum symō pigrius ad impetus mouebatur. cum suorꝫ plęriq; mollescebant. amplioribus tn̄ copijs frœtus ꝓpius accedebat. Machinarum enim missilia delata longius multos pugnantium perimebant.

Symō iudeę reliqas ꝑsecutus plęrosq; hierosolimā confugere cū pulit & eius obsesso muro operiorꝫ ex agris veniētē multitudinē iterfecit ipseq; foris poplo romanis terribilior/ intus zelotę vtrisq; seniores.

Seuior iohāne symon.

Pugna īter zelotas & Symonē.

Iudei hierosolimite cōgregato cōcilio iohannē statuerūt deijcere & Symonem recipe missoq; mathia pōtifice cū alijs eū i ciuitatē vt dn̄ꝫ & defēsorē recepert.

quattuor turres zelotæ fabricerant.

Pastophorius.

¶ Vitellio germano īperij rectore cū exercitu Italiam vastante: Vespasianus alijs vacare bellis (cum patria vastaretur) indignabatur. hocq; ferre non poterat cogitatione dubius. Milites quoq; romani in iudea degentes contra romanos murmurabant quia spe quęstus creabant imperatores relicto (qui apud eos erat) imperio digniore eius probitatem: & laudes superextollentes: Nullūq; in Vespasiano creando fore certamen arbitrantur. Non enim senatum populum ve romanum. Vitellij libidines pro Vespasiani pudicitia perpessuros ne pro bono imperatore crudelissimum tyrannum optaturos. Ergo si peritie senectutis debeatur imperium Vespasianum. Si autem adolescentiæ viribus. Tytum dicunt dignum ipsum itaq; Vespasianum milites imperatorem nominantes rogant pericli-

tanti subueniat imperio sed imperare nolenti: & recusanti magis instant etiam cū gladijs mortē enim minantur quod (cum minime potuissent persuadere) acceptauit. ipse vero egyptū (eum sciret magnā imperij partem esse) priusq̄ militum hortatu Romam peteret) res Alexandrinas ordinauit. Aegypti describitur situs cuius pelagus portubus caret prēter Alexandrinum qui aditu difficillimus est: & periculosus. Ideo turris maxima in insula igne lucens nauigantibus nauium applicandarum difficultatem ostendit. Vespasianus igitur Alexandrinarum rerum cupidus propter imperij firmitatem litteras Tyberio Alexandro ęgypti/ & Alexandrię rectori mittit iudicans militum alacritatem quodq; ipse quod necesse fuit suscepto principatus munere operam atq; adiumentum eius assumeret Quod Alexander fecit.

¶ Capitulum vndecimum.

Vitellio germano īperij rectore cum exercitu Italiā rapinis vastāte Vespasianus alijs vacare bellis cū p̄riam vastare ēdignatus hoc ferre nō poterat cogitatiōe dubius.

Milites romani ī iudea degētes contra romāos murmurāt quia spe quęstus īperatores creabāt relicto (q apud eos erat) imperio digniore.

Milites vespasianū īpatorem nominātes rogabātvt piclitanti īperio subueniret sed imperare nolēti & recusāti magis istāt etiamq; cū gladiis ei mortem minantur.

Aegypti descriptio.

Catharacte nili

Per idem tempus romanos quoq; seniora mala circumuenerant. Aderat enim ex germania. Vitellius cum exercitu aliam prętera ingentem multitudinem secum trahens: & cum eum destinata spacia militis con caperent. totam vrbem pro castris habebat omnemq; domū repleuit armatis Illi autem conspectis romanorum diuitijs oculis insuetis & auri argentiq; stupore per fusi vix cupidinem continebant. adeovt in rapinas se conuerterent & eos qui obstare conarentur occiderent. Et in Italia quidem ita res erant Vespasianus autem postq̄ Hierosolimis proxima depopulatus in Cęsaream reuertebatur audiuit romanorū tumultus: & Vitellium principem. Hoc autem licet ipse imperium pati sicut bene imperare nosset ad indignationem perductus est: dominumq; dedignabatur eum. qui veluti desertum inuasisset imperium. Dolore autem saucius cruciatum ferre non poterat: neq; alijs vacare bellis cum patria vastaretur. Verumtamen quantum ira impellebatur advlciscendum: tantum longinquitatis cogitatione reprimebatur. Multa enim fortunam posse noua facere priusq̄ ad Italiam prasertim hiemis tempore ipse transiret. Plusq̄ iam crescentem iracundiam cohibebat. ¶ Rectores autem cum militibus conuenientes aperte iam de mutatione tractabant: & cū indignatione vociferantes incusabant romæ constitutos milites vt in delitijs agentes: qui ne famam quidem belli sustineant: quibus libuerat decernere principatum: & quæstus imperatores creare. Se autem tot laboribus ex actis sub Galeis senescentes alijs condonare potestatem: cum apud se habeant digniorem imperio. Qui si hanc: amiserint: quam iustiorem vel quando referent erga se beniuolētiæ gratiam. Tanto autem vespasianum q̄ vitellium iustius esse principem fieri: quanto illis qui eum declarassent. Ipsi prętarent. Non enim se minora pertulisse bella q̄ qui ex germania venissent neq; illis qui tyrannum iude deducerent in armis deteriores esse. Nullum autem in creando vespasiano fore certamen. Non enim senatum populumue romanum vitellij libidines pro vespasiani pudicicia perpessuros: nec pro bono imperatore crudelissimum tyrannum: aut filium pro parte principem optaturos. Maximum enim pacis tutamen veram in imperatore præstantiam. Ergo siue periciæ senectutis debeatur imperium habere sane vespasianum siue adolescentię viribus titum cum ex amborum etate quod erit commodum temperabitur. Non solum autem se ministraturos declarati imperij vires qui tres legiones regumq; habentes auxilia conseruassent omnia ab oriente vsq; ad europā vitellij timoribus separata sed etiam qui essent in italia propugnatores vespasiani fratrem atq; alterum filium quorum alteri multos dignitate præditos iuuenes sociatum iri sperarent alteri vero etiam vrbis esset premissa custodia: quæ pars ad imperij principia non parum valeret. Postremo si ipsi cessarint senatum esse fortasse declaraturum principem quem conseruatores milites de honestarent Hæc primo per cuneos milites loquebantur. ¶ Deinde congregati seq; inuicem adhortati vespasianum imperatorem nuncupant: eumq; (vt in periculo constitutum imperium conseruaret) orabant. Illi autem olim quidem rerum omnium cura fuit nequaq̄ vero imperare volebat. Dignum quidem se factis existimans: priuate autem vitæ securitatem clarioris fortunæ periculis anteponens. Recusanti autem rectores magis instabant: & circumfusi milites cum gladijs mortem ei minabantur: nisi viuere vellet vt dignus est. Diu tamen reluctatus quod rennuebat imperium postremo (cum his) qui se designarunt (minime persuadere potuisset) accepit. ¶ Muciano autem cæterisq; rectoribus (qui ad imperium eum inuitauerant) & alio exercitu vociferante vt se in omnes hostes duceret: prius res alexandrinas procurandas putauit sciens ægyptum plurimam esse partem imperij propter flumentariam functionem: eaq; si potitus esset vi quoq; si præstaret: vitellium deiciendum sperabat. Nec enim perpessurum populum fame oppressum simul etiam duas legiones (quę apud alexandriā degerent) sibi cupiabat adiungere. Cogitabat enim etiam propugnaculo sibi fore illam regionem aduersus incerta fortunę. ¶ Nam & terra difficilis accessuq; mari importuosa est & ab occidente quidem aridā lybiam habet obiectam a meridie vero limitem qui syenem ab ethiopia dirimit: nauibusq; inuias. Nili fluminis cataractas. Itemq; ab oriente mare rubrum: ad costron alias copron ciuitatem vsq; diffusum Septentrionale vero munimentum habet terram vsq; ad syriam: & quod dicitur ęgiptium pelagus

totum portubus carẽs. Hoc quidem modo ęgiptus ex omni latere tuta est. ¶ Inter pelusium vero & syenem per duo milia stadiorum porrigitur. Ex plyntine autem ad pelusiũ: nauigium stadiorum est trium milium & sexcentorum. Nylus autem ad elephantinem vsq; opidum nauibus ascẽditur. Nãq; vlterius progredi vt supradiximus cataracta non sinunt. ¶ Portus autem alexandrinus etiam in pace nauibus aditu difficilis est. nam & ostium per angustum habet. saxisq; latẽtibus a directo cursu deflectitur. & leua quidem pars manufractis brachijs cigitur: ad dexteram vero foras abiecta insula turrem maximam sustinet ad trecenta vsq; stadia nauigantibus igne lucentem vt q̃ longissime difficultatem applicandarum nauium præcauerent. Circum autem hanc insulam opere instructo ingentes muri sunt: quibus afflictum pelagus & auersis obicibus fractum facit asperiorem meatum: eoq; periculosum & per angustum aditum. Intus tam portus ipse tutissimus est & triginta stadijs magnus: in quẽ tam quę desunt illi terrę ad beatitudinem de vehũtur q̃ quæ superant ex bonis domesticis & indigenis in totam orbem diuisa exportantur. ¶ Itaq; non sine ratione vespasianus alexandriarum rerum erat cupidus ad totius imperij firmamentum. Proĩde statim ad tyberium alexãdrum (qui ęgiptũ & alexandriam regebat) litteras dedit indicans militum alacritatem quodq; ipse quod necesse fuit: suscepto munere principatus operam atq; adiumentum eius assumeret. ¶ Alexander autem (vt vespasiani simul legit epistolam) prompto animo & legiones eius sacramento rogauit & populum. Vtriq; autem libentissime paruerunt: virtutem viri ex proxima amministratione scientes. Et ille quidem permissa sibi potestate omnia quę imperij sui vsus exigeret. aduentui quoq; principis necessaria iam parauerat.

Aegyptũ pelagus portubus carẽs.

Alexandrinus portus nauibus difficilis aditu describitur.

Vespasianus alexãdriaꝝ rerũ cupidus ꝓpter impij firmitatẽ l̃ras Tyberio alexãdro misit &c.

¶ Vespasianũ imperatorem in oriente citius fama nũciante / legationes e Tyria alijsq; prouincijs coronas gratulatoriaq; decreta ipsi afferebant. Qui diuina prouidentia imperium sibi contigisse cognoscens / multaq; pręcedentia signa: & Iosephi dicta recordatur quẽ ad se vocatum solui iubet. Sed procurante Tyberio (vt a probro simul / & a vinculis solueretur vtq; moris erat apud eos) eius vincula non soluta sed fracta fuerunt. Vespasianus vero dato legatis respõso: & ordinatis rebus veniẽs Antiochiam Mutianum cum multis copijs misit in Italiam. Antonio autem bellum cõtra Vitellium agere properanti Cecinnus a Vitellio missus venit obuiam: qui viso Antonij exercitu de proditione cogitauit & conuocatis militibus rebus Vitellij detrahens laudabat Vespasianum eos ad ipsum suadens transire. Quem milites vitellium (si vicisset) timentes occidere voluerunt / sed impediti vinctum Vitellio transmittandum habebant. Romanos vero Cremonem fugientes Anthonius (qui primus cognominabatur) pręueniens multos peremit: & oppidum aggressus militibus permisit prędari. Trigita milia & ducenti Vitellij exercitus sunt extincti. Antonius quoq; quatuor milia & quingentos amisit. Et Cicinnus solutus gestarum rerum: Ad vespasianum nuncius dirigitur.

¶ Capitulum duodecimum.

Opinione vero citius declaratum in oriente vespasianum imperatorem vbiq; fama nunciauit & vniuersę quidem ciuitates festos dies habebant. nuncijq; pro eo leticiam simul & sacrificia celebrabant. Agmina vero apud Mesyam pannoniamq; degentia (quę propter vitellij audaciã pauloante fuerant concitata) iusiurandum vespasiano maiore gaudio ꝓbuerũt. ¶ Vespasianus aũt cęsareã reuersus berithũ venerat. vbi multę quidẽ e syria: multæ vero ab alijs ꝓuincijs legationes obuiã aderãt. coronas ei & gratulatoria decreta a singulis ciuitatibus offerentẽs. Affuit aũt rector etiã ꝓuincię mucianus: populoꝝ alacritatem iurataq; per ip̃m principẽ sacramenta renũcians. ¶ Ibiq; autẽ vespasiani votis obsecũdante fortuna rebusq; ad eũ plurima ex parte inclinatis cogitare cœpit ꝙ nõ sine dei prouidẽtia sumpsisset imperium: sed iusta quędam fati ratio ad eius potestatem circumduxisset rerum omnium principatum. Recordatus etiã signa talia multa eni vbiq; sibi contigerant imperium pręmonstrantia: & Iosephi pręd cta: quibus eum viuo Nerone ausus fuerat appellare imperatorem. Ammirabatur etiam virum quem ad huc habebat in vinculis. Aduocatoq; muciano cum amicis & rectoribus alijs primum q̃ strenuus fuisset Iosephus: quantum in Iotopatis expugnandis propter eum laborasset exponit. Deinde vaticinationes eius quas ipse timoris quidem antea suspicaretur esse figmenta tẽpus autem diuinas fuisse. ac rerum exitus probauisset. Tũcq; inhonestum esse vt qui sibi auguriasset imperium vocisq; dei minister ac nũcius extitisset adhuc captiui loco haberetur. fortunãq; sustineret & aduersam. Vocatumq; ad se Iosephum solui iubet. Hoc aũt facto alij quidẽ rectores ex ea gr̃a quã alienigenę retulisset: ꝑclara etiã de se sperãda esse arbitrabãtur ¶ Tytus vero (q cũ patre aderat) iustum est inqt pater vna cũ ferro etiã probro Iosephũ solui. Erit autẽ (tãq nec initio victus sit) si nõ dissoluerimus sed iciderimus cathenas. Nãq; id agi solet i his q nõ recte fuerit victi. Eadẽ vespasiano placebãt. Et qdã iteruenięs securi cathenas abrupit Iosephus qdẽ ꝓ his quę dixerat ꝑmio famę donatus & de futuris dignus (cui iã credendũ esset) habebatur. ¶ Vespa-

Vespasianus in oriẽte citius ĩperator fama nunciatus cunctis gaudentibus & ei fauentibus.

Vespasianus ĩperiũ sibi diuia prouidentia cognoscit multaq; signa sibi contigisse Iosephi dicta recordat̃.

Iosephum solui iubet.

Vespasianus re sponso dato legatiōibus & rebus ordinatis venit antiochiã & Mutianũ mittit in Italiã cum multis copijs.

Cremona.

Cecimius antonij viso exercitu cogitat de ꝓditione & cōuocatis militibus vitellij rebus detrahẽs vespasianum laudabat eosq; ad antoniũ trãsire suadebat.

Romani fugiũt Cremonem sed eos antonius(q primus cognominabatͬ) ꝑueniẽs multos peremit & oppidum aggressus militibus ꝓdari permisit.

sianus autem(responso legationibus reddito)iusteq; & pro meritis administrationibus ordinatis Antiochiam venit: & quo nam primũ tenderet cogitans Alexandrino itinere pręstabilius esse dixit(quę romę agerentur)curare. Alexandriam enim stabilem esse romanas autẽ res a vitellio perturbari. Mittit igitur in italiam mutianum cũ multis equitum peditumq; copijs. Qui tamen propter hyemis asperitatem veritus nauigare: per capadocias & frigias duxit exercitũ. ¶ Inter hęc autem Antonius primus(adducta legione)tertia ex his(quę apud mesyam morabantur)illam enim regebat prouinciam: bellum gerere cum vitellio properabat. Vitellius autem,cum magna manu cecinnum alias cecinnam comminium obuiam ei mittit. Is autem romam profectus q̃ primum circa cremonam gallacię Antonium consequitur(quę confinis italię ciuitas est) Ibiq; hostium cōspecta ordinatione ac multitudine prelio quidem congredi non audebat: discessum autem periculosum reputans de proditione liberabat. Conuocatis autem etacontarchis sibi subditis & chiliarchis vt transirent ad Antonium suadebat: vitellij quidem rebus detrahens vespasiani autem vires extollens & alterum nomen tantum imperij: alterum virtutem habere commemorans. Ipsis quoq; melius esse si id gratum faciant quod necesse est. cũq; se multitudine superatum iri sciant: voluntate periculum pręuenire. Nam vespasianum quidem idoneum esse etiam sine ipsis ad reliqua vindicanda: vitellium vero nec cum ipsis quidẽ pręsentia posse seruare. ¶ Multa in hunc modum(quod voluit)persuasit: & cum milite transfugit ad Antonium. Eadem vero nocte milites pœnitudo simul ac mœtus eius (si vicisset)a quo missi fuerant occupauit: eductisq; gladijs cecinnum obtruncare voluerunt. Fecissentq; nisi his aduoluti chiliarchi supplicassent. Quamobrem cede quidem se abstinuerunt vinctum autem quasi proditorem vitellio trãsmittendum habebant. His auditis: primus continuo Antonius suos mouet eosq; cum armis defectores ducit. Illi autem instructi ad prelium paulisper quidem restiterunt. Mox autem loco pulsi romani cremonam fugerunt. Antonius autem comitatus equitibus cursum eorum peruertit & post ciuitatem circumclusam pleramq; multitudinem peremit: aggressus autem reliquos oppidum militibus ꝓdari permisit. In quo multi quidem hospites mercatores, multi vero indigenę perierunt. totusq; vitellij exercitus virorum triginta milia & ducenti. Quin & antonius eoꝝ(quos de mesya adduxerat)quatuor milia & quingentos amittit. Solutum aũt vinculis cecinnũ gestarũ reꝝ nuncium ad vespasianũ dirigit. Qui ad eũ intromissus & collaudatus est: & proditoris dedecus insperatis ꝓtexit honoribus.

¶ Sabinus Vespasiani frater Antonij recreatus victoria Romę capitolium occupat: cui nobilium multi sociantur: & Domicianus secum cōtra quos vitellius militum misit exercitum. Sabinus vero ad vitellium ductus(domiciano cum multis nobilibus euadente)occiditur: reliquaq; multitudo laniatur & templum incenditur. Antonium autem cum exercitu venientem: Vitellij milites excipiunt qui(trino intra vrbem commisso prelio)omnes interierunt. Et vitellius ebrius de palacio procedens a populo in media vrbe octauo imperij mense iugulatur. Mortuorumq; supra quinquaginta milia numerata sunt. Mutianus quoq; Romam ingressus multos(qui vitellio consenserunt)occidit: & domicianũ vsq; ad patris aduentum populo rectorem insinuauit & sic vespasianus a populo cum leticia imperator est confirmatus. Qui in alexandria gesta romę cognouit & ad eum ex toto orbe legati venientes cũ gratulationibus totam vrbẽ repleuerũt/hic romam ꝓparans proficisci: Tytũ ad hierosolimam liberandum dirigit cuius iter atq; mansiones hic inscribuntur.

Capitulum tertiumdecimum.

Sabinus Vespasiani frater Antonij victoria recreatus Romę capitolium occupat cui multi nobilium sociãt & domicianus secũ cōtra quos Vitellius manũ militum misit.

Mortuorum supra quiquagita milia numerata sunt.

Romę autem Sabinus(vbi antonium appropinquare cognouit) fiducia recreatus est. Collectisq; vigilum militum agminibus: nocte occupat capitolium. Luce vero facta multi ei nobilium sociati sunt & domicianus fratris filius pars ingens optinẽdę victorię. Sed Vitellius de primo quidem minus curabat. His autẽ iratus qui cum sabino defecerãt & nobilium sanguinem pro ingenita crudelitate sitiẽs: immittit capitolio(quam secum adduxerat) militum manum. Vbi multa ab his(itemq; ab illis qui templũ tenebant)pugnantibus audacter admissa sunt. Postremo autem germani(ꝗ multitudine superabant) collem obtinuerunt. Et domicianus quidem cum multis romanorum viris insignibus diuina quadam ratione saluus euasit: reliqua vero multitudo tota laniatur. Et sabinus quidem ad vitellium ductus occiditur milites autem direptis donarijs templũ incendunt. ¶ Tũq; postero die cũ exercitu venit Antonius: eũq; vitellij milites excipiũt: & trifario commisso intra vrbẽ ꝑlio oẽs interierũt. Procedit aũt ebrius de palatio vitellius: &(vt assolet)i extremis lōgiore luxu prodigę mensę refertus. Tractus aũt p ppl'm varioq; verberũ gñe dehonestatus in media vrbe iugulatur: octo menses ac dies quinq; potitus impio. Quẽ si viuere diutius cōtigisset. vt opinor eius luxurię minime sufficere potuisset imperiũ. Aliorũ vero mortuorũ supra quiquagita milia numerata sunt. Hęc quidẽ gesta sunt die tertia mẽsis octobris. ¶ Postero aũt die mucianus cũ exercitu romã ingreditur: & antonij militibus a cede repressis: adhuc enim hospitia perscrutando & Vitellij mi

ites:& ex populo plurimos qui cum illo senserant occidebant examinationis diligentiam iracundiæ preuenientes domicianum productum populo rectorem insinuat vsq; ad patris aduentum Populus autem iam timore liberatus vespasianum imperatorem predicat:simulq; illum confirmatum: & vitellium esse deiectnm festa leticia celebrabat. ¶ Cum autem vespasianus alexandriam venisset gesta ei romę nũciata sunt & legati ei ex toto orbe gratulãtes affuerunt. Cumq; maxima post romam ciuitas esset angustior multitudini probabatur. Firmato autem iam totius orbis imperio rebusq; populo romano preter spem conseruatis:vespasianus in iudeę reliquias intendit animum & ipse quidẽ exacta hyeme romam proficisci parabat:resq; alexandriam mature componere properabat:filium vero tytũ cum externis copijs ad liberandam hierosolimam dirigit. Qui terreno itinere Nycopolim vsq; progressus ab alexandrina ciuitate viginti stadiorum interuallo distantem inde militem nauibus longis imponit. Hisq; nylo flumine post mensium tractum Thonin vsq; deuehitur. Hic autem egressus in terram:apud taphnyn alias thanyn ciuitatem diuertit. Vnde secunda ei mansio fuit ciuitas heraclea & pelusium tertia. Hic autem milite per biduum recreato:tertio die pelusij fines transijt. vnamq; mãsionem profectus per sollitudines ad cassij iouis templum castra posuit. Posteroq; die apud ostrachynem(quę mansio est aquę inops)ob quam causam aduenticia vtuntur indigenę. Hinc apud rinochoram alias Rinochuriam requiescit. Et inde progressus in quartam mansionem raphyam venit (quę prima occurrit syrię)ciuitatẽ. Gazę vero quintę mãsionis castra suscepit & postea ascalonẽ atq; hic iãniam deinde ioppam & ex ioppa cesaream peruenit:decreto apud se alias militũ copias cõgregare

Vespasianus in alexãdria gesta romę cognouit legatis ex toto orbe cum gratulationibus to tã ciuitatẽ iplentibus &c.

Iter tyti & mansiones reuertentis in hierusalẽ.

¶ Explicit liber quintus.

¶ Incipit liber Sextus.

¶ Tyto adhuc in Alexandria cum patre imperium disponente:seditio Hierosolimis aucta trifariam diuisa est scilicet Zelotarum Iohannis & Symonis. Zelotarum enim dñatio causa excidij fuit:Seditioq; in seditione fuit. Elezarus namq;(qui ab initio Zelotas a populo i templum separauit: iohannem sibi preferri indignatus alios sibi contra ipsum sociat interioremq; templi occupat ambitum:& Iohannes loco inferiori existens hostes habebat a vertice. Templumq; crebri missiliũ iactu cedibus totum polluebatur. Symon vero superiorem ciuitatis partem & inferioris plurimam retinẽs Iohanne erat inferior:Iohãni itaq; medio duplex parabatur bellum. Ad omne quippe impietatis genus rabidi efferebantur. sacrificantesq; & adorantes inferficiebat. Stanumq; sanguinis occisorũ per atria tẽpli profluebat. vnde maximum erat ciuitatis lamentum. Eleazarus itaq; contra Iohannem & socij ebrij ferebantur qui etiam & socij in Symonem rebellabant. cui etiam contra seditiosos ciuitas erat auxilio. Iohannes autem quandoq; fugiente symone plenas vtensilium & frumenti edes incendebat. Ibidem illo regrediente Symon agebat omniaq; ad ciuitatis obsidionem preparata suarũ quoq; virium neruos absciderunt. Combustisq; circa templum omnibus ciuitas area pugnę facta est concrematoq; omni frumento famẽ sibi comparauerunt populus autem(vt externo bello domesticis liberaretur malis)pro romanis vota faciebant. Tunc enim maxima iudeorum erat ifœlicitas neq; viui reuerentia neq; mortuis dabatur sepultura.

Capitulum Primum.

Ytus quidẽ ad eũ modũ quẽ pdiximus emẽsa vltra ægypto ad syriã vsq; solitudinẽ cęsareã venerat. Ibi ei exercitũ decreuerat ordinare. Illo ãt adhuc apđ alexãdriã vna cũ patre iperiũ(qđ nuper ei deus pmiserat(dispo nẽte cõtigit ẽt seditionẽ quę apud hierosolimã erat aucta trifariã diuidi & aliorũ partẽ i alterã verti. Quod vt ĩ malis optimũ qs dixerit fastũq; iusticię. Nã zelotarũ quidẽ i populũ dñatio(quę auctor fuit excidij ciuitatis)vñ cœperit & p quos creuerit diligẽter superius ẽ declaratũ Hãc ãt nõ errauerit qspiã dicẽs seditiõe esse factã. ac veluti rabida fera externarũ pœnuria in sua viscera seuire solet sic Eleazarus Symonis filius(q & ab initio zelotas a pplo i tẽplũ sperauera)velut idignari simlãs ob ea (quę i dies singulos iohãnes auderet)cũ ne ipe qdẽ a cedibus qesceret (re aũt vera sese posteriori tyrãno subiectum esse minime ferẽs)summę rei desiderio proprięq; potentię cupiditate ab alijs defecit ascitie etiam iuda chelię alias chelicę filio & ezenonis als ezeronis symone potẽtissimis:preter quos etiã ezechias chobari alias chobati filius non ignobilis. Horum singulos zelotę non exigui sequebantur occupatoq; interiore templi ambitu superius portas in sacris foribus arma ponunt. Et habitare quidem suis se necessarijs confidebant:sacrarum enim rerum copia suppetebat. nichil impium existimantibus. Paucitati vero suorum timentes:plerumq; in locis suis ociosi manebant. ¶ Iohannes aũt quanto superior erat virorum multitudine tanto loco superabatur. Hostesq; habens a vertice neq; sine mœtu conabatur incursus & prę iracũdia cessare nõ poterat. Plus ãt

Tyto adhuc i alexãdria cũ patre iperiũ dispo nẽte seditio hierosolimis aucta trifariam est diuisa scilicet zelotarũ iohãnis & symonis.

Elezarus(q ab initio zelotas a populo in tẽplũ separauit) indignatus iohãnẽ sibi preferri alios sibi cõtra illũ sociat & interiorem templi ambitum occupat.

Tēplū cedibus pollutum.

Symon supiorē ciuitatis partē & inferioris plurimam retinens erat

Iohanne īferior Iohāni itaq; medio duplex bellū parabaṫ.

Maxima crudelitas.

Lamentū p hierusalem vide in Aege.li.v.ca.ij. & ibi multa notāda inuenies de pterita fœlicitate ciuitatis & populi.

Iohannes qñq; fugiēte Symon edes vtēsiliū & frumēti plenas] incendebat idē illo regrediente symon agebat omīaq; ad obsidionē ciuitatis pparata suarū quoq; viriū neruos absciderūt.

Maxia iudeorū infœlicitas.

Neq;viuis reuerētia neq; mortuis sepultura dabaṫ.

malū perferens q̄ Eleazari partem afficiens:tamen non remittebat. Crebri autē fiebant impetus missilium iactu totumq; polluebatur cedibus templum. ¶ Filius autem gyorę Symon (quem rebus desperatis inuitatum vltro sibi tyrannum spe auxilij populus introduxerat)& superiorem ciuitatem retinens & inferioris partem plurimam animosus iam iohannē eiusq; socios adoriebatur:quasi qui desuper impugnaretur Subiectus autem illorum manibus erat sicut & illi superiorum. Ad iobannē eueniebat duplex bellum pręferentem ledi pariter ac ledere Quantoq; tamen vincebatur eo q̄ eleazaro esset humilior tanto plus habebatur symone celsior constitutus: cum inferiores aggressus etiam sola manu sine labore prohiberet:desuper vero ex phano iaculantes machinis deterrerent. Quippe balistis & non paucis lanceis vtebatur saxorumq; tormentis. Quibus non solū bellantes vlciscebātur:sed multos etiam sacra celebrantium perimebant. Quamq̄ enim ad omne impietatis genus rabidi ferebantur:tñ eos qui sacrificare cuperent recipiebāt:cum suspitione quidem atq; custodibus indigenas perscrutando.hospites enim etiam qui exorassent eorum crudelitatem post exituri subscicius seditionis opera consumebantur. Missilia namq; machinarum vi ad aram vsq; tempiumq; delata:in sacerdotes & sacra celebrantes cadebant. Ac multi qui properantes ab vltimis finibus terræ ad sanctissimum locum venissent:ante eas hostias procubuerūt: aramq; vniuersis grecis & barbaris adorandam suo sanguine imbuerunt. Indigenis autem mortuis alienigenę & sacerdotibus prophani commiscebātur:perq; atria diuina stannum fecerat diuersorum cadauerum sanguis. ¶ Quid tātum passa es o miserrima ciuitas a romanis qui tua intestina scelera purgaturi flammis introirent? Iam enim dei locus nō eras?neq; pmanere poteras domesticorū funerū facta sepulchrū & quę phanū ciuili bello tumulū cōstitueras? Poteris aūt denuo fieri si vnq̄ vastatorē tui deū placaueris. Sed eni(quę dolēt)reprimenda sunt lege scribēdi q̄ nō domestici luctus sed exponēdarū rerū hoc tēpus est:Persequar autē cetera facinora seditionis. ¶ Ergo(diuisis trifarie insidiatoribus)Eleazarus quidē eiusq; socij(qui sacras primitias cōseruabant)in iohannem ebrij ferebantur. Qui vero huic parerent: plebē diripientes in Symonē rebellabāt:cū ipsi quoq; Symoni cōtra diuersę partis seditiosos adiumento ciuitas esset. Si qñ igitur ex vtraq; parte appetebatur iohannes abuertebat socios suos:& de ciuitate quidem subeuntes missis ex porticibus telis de templo vero iaculantes machinis vlciscebantur. Quotiēs autem desuper instantium molestia caruisset:frequenter eni ebrietate & labore cessabant:libentius in Symonē eiusq; socios cum pluribus irruebat Semper autem quātum ciuitate pepulisset in fugam versos edes frumēti plenas omniumq; vtensilium incendebat. Idemq; hoc illo regrediēte Symon insecutus agebat:veluti consulto pro romanis omnia corrumperent quę ad obsidionem ciuitatis erant pręparata suarūq; virium neruos absciderent. ¶ Deniq; contigit vna exuri omnia circa templum & inter proprias acies solitudinem atq; aream pugnę fieri ciuitatem. Cōcremari autem paulominus omnia frumentū quod non paucis annis sufficere potuisset obsessis. Deniq; fame capti sunt quā minime quiuissent. nisi eam quidem sibimet ipsi comparauissent. Vndiq; autem insidiatoribus & confinibus oppugnantibus ciuitatem medius populus velut aliquod magnum corpus lacerabatur. Senes vero ac mulierculę intestinis malis attonitę pro romanis vota faciebant. externumq; bellum quo domesticis malis liberarētur expectabat. Grauis autem mœtus ac fœdissimus terror occupauerat: & neq; consilij capiendi tēpus erat vt voluntatem mutarent neq; pactionis aut fugę spes capientibus. Etenim custodiebantur omia diffidentesq; latronum principes quoscūq; romanis pacatos esse vel transfugere ad eos velle sentirēt quasi communes hostes interficiebant solumq; in occidendis vita dignis concordes erant. Et pugnātium quidem nocte dieq; perpetuus clamor audiebatur: sed mœtu acerbiores erant lugentium quæstus. Et assiduas quidem lamentationis causas calamitates prebebant. Timor autem includebat vlulatus:atq; obmutescente dolore pre formidine tacito gemitu cruciabantur. Neq; iam aut reuerentia viuis apud domesticos erat:neq; cura sepulturæ mortuis habebatur quorum amborū:hęc causa erat q̄ de se quisq; sperabat In omni re animos remiserant qui cum seditiosis non erat:veluti cōtinuo modis omnibus morituri.

¶ Tanta erat sediciosorū crudelitas vt mortuorū conculcarent cadauera. Iohannes quoq; sacris materijs ad bellica conficienda instrumenta abutebatur: deus vero laborē eius inutilē demōstrauit. Tytus autem exercitum colligens legiones & subsidia cęsaream profectus est: procedentē vero tytū in hostilem terram antecedebāt regia omniaq; auxilia valde enim ordinatus erat eius exercitus. Ipse autem(quia populum iudeorum latronibus oppressum pacem desiderare audierat)Gaphnam eorū animos exploraturus ingressus maximum inuasit periculum. diuinitus namq;(cum esset sine armis) a missilibus in eum iactis est pręseruatus & duobus tantū socijs interfectis ad suos saluus euasit. Qui in scopos loco:vñ ciuitas & templi magnitudo videri poterat diuersis in locis castra muniri iussit.

¶ Capitulum secundum.

AT vero sediciosi congesta in tumulum cadauera conculcantes dimicabāt. & ex mortuis hauriētes audaciam quos sub pedibus cernerēt immanius seuiebat: semperq; aliquid in se perniciosum excogitātes: & quid visum fuisset sine miseratione faciētes: nullā cedis aūt crudelitatis viam p̄termiserūt: adeo vt etiam sacris materijs ad consciēda bellica instumenta Iohānes abuteretur. Nam cū olim fulcire tēplum populo itemq; pontificibus placuisset. idq; viginti cubitis altius edificare rex quidem agrippa a monte libano captas ei rei materias maximis sumptibus & labore deuexit: hoc est ligna simul & magnitudine & directa ꝓceritate spectabilia. Interuentu aūt belli opęre interrupto: Iohannes his sectis ꝙ sufficere lōgitudinem reperit: turres edificauit & aduersus eos cōstituit qui de super a tēplo pugnarant. Post muri ambitū cōtra exedram occidentalē admotis qua solum poterat: ꝙ aliæ partes ratibus ex longū quo fuerāt occupate. Et ille quidē fabricatis ex impietate machinis subactumiri sperauit hostes. Deus vero laborē eius inutilem demonstrauit: & priusq̄ in his quemq̄ poneret romanos adduxit. ¶ Etenim tytus (postq̄ partē quidem ad se collegit exercitus: alij vero vt ad hierosolimā cōcurrerent scribit) cęsareā profectus est. Erant aūt tres legiones quę pridem sub eius patre iudeā vestauerant: & duodecima quę olim cū cestio male pugnauerat. Quęq; licet p id fortitudine esset insignis: tūc tn̄ etiam eorum memoria quę pertulerat alacrius ad vindictam ꝓperabat. Harum quidē quintam legionem iussit occurrere sibi per emans alias Ammās decimam vero per hierichontā ascēdere: Ipse autem cum cęteris regressus est quos regum quoq; subsidia plura quam dudum multiq; syri auxiliatores comitabantur. Suppletum est autem quatuor legionum quantum vespasianus electū cum mutiano miserat in italiam: ex his qui cum tyto accesserant. Duo namq; milia de alexādrino exercitu lecta. tria vero milia ex eufrate eum sequebantur & amicorum spectatissimus beniuolentia simul atq; prudentia tyberius alexander (qui antea quidem ęgiptum amministrauerat) tunc autem dignus qui exercitum regeret propterea iudicatus ꝙ primus incipienti fuit hospes imperio & cum fide clarissima incertę fortunę sociatus est: ideq; etiam consultor in vsus bellicos ętate ac peritia precipuus aderat. ¶ Progredientem vero in hostilem terrā titum antecedebant regia omniaq; auxilia: post eos viarū stratores castrorumq; metatores deide rectores sarcinæ atq; armati: post hos ipse tytus & alios lectus habens & signiferos. Quorum agmen equites sequebantur. Heviro ante machinas ibant & secundum illos vna cum electis chiliarchi & prefecti cum cohortibus. Post autem circum aquilā signa & ante signa tubicines. Deinde acies senum virorum ordinibus dilatata: seruile autem vulgus a tergo cuiusq; agminis & ante hos sarcinę. Omnium vero mercennarij nouissimi: eorumq; custodes coactores armorum. Pręcedens autem decenter exercitus: ita vt mos est romanis insistunt. Nam Gophnā alias Gosna per samaritiden venit quę & prius ab eius patre fuerat occupata: & tunc pręsidijs tenebatur. Ibi autem moratus est vnam vesperam: mane inde proficiscitur. Peractaq; die in māsione castra ponit in loco (quem iudei sermone patrio achato naulona alias Aulanam id ruborum vallem: vocitant) iuxta vicum quendam gabath saul nomine (quod significat vallem saul) distantem ab hierosolimis stadijs fere triginta. ¶ Hinc secentis prope lectis equitibus comitatus perrexit i ciuitatem q̄ tuta esset iudeorumq; animos exploraturus: si forte se conspecto (priusq̄ in manus veniretur) mœtu cederent. Audierat enim (quod erat verum) a sediciosis & latronibus oppressum populum desiderare quidem pacē: sed ꝙ rebellantibus infirmior esset nihil conari. Quamdiu quidem mane p viam (quę ad muros duceret) equitabat: nemo ante portas apparuit. Vbi vero itinere ad turrim saxeam declinato tranuersum agmen equitum duxit infiniti subito prosiliunt (quę muliebres turres vocantur) & per eandē (quę contra monumentum helenę porta est) egressi equitatum intercidunt atq; alios quidem etiā tunc via curātes ne cum his (qui diuertebant) sese iungerent a frōte appositi ꝓhibuerunt. Tytum vero cū paucis separant. Ille autē vltra quidem minus progredi poterat a muro eni cuncta fossis patebant & transuersi erant hostes multisq; macerijs impedita. Ad suos autem in aggere cōstitutos incursus intercedente hostili manu desperabātur. Quorū plęriq; impatoris periculum nesciebāt sed existimātes eum secū reuerti: ipsi etiam fugiebant. Tytus autem in sua tantum fortitudine sitam esse ꝓspiciēs spē salutis flectit equū: & (vt se sequerent) cū clamore comites adhortatus: in medios hostes irruit vi ad suos transire festinans. Quo tempore quidem maxime intelligi potuit: & belli momenta & imperatorum pericula deū curare. Tot enim aduersus tytum missilibus iactis cum neq; galea neq; toracę septus esset. non bellator enim sed explorator (vt dixi) processerat. nullum in eius corpus delatū est sed tanq̄ (ne eum ferirent) ex industria mitterentur omnia pręteruolabant. Gladio vero semper a lateribus instantes dirimens multosq; ante ora subuertens super cadentes agebat equum. Illorum autem clamor erat propter audaciam cæsaris (vt eum aggrederentur) exhortatio fugaq; & discessio repentina quocumq; diuerteret cursum. ¶ Huic autem se periculi participes cum a tergo & a lateribus fo-

Crudelitas sediciosorū mortuorū cadauera cōculcātiū ex mortuis audaciam capientiū.

Iohannes sacris materijs ad cōficienda bellica instrumēta abutebatur.

Exercitus Tyti legiōesq; & subsidia.

Tyberius alexāder dux exercitus.

Ordo exercitus Tyti regredientes hierosolimā

Tytus pplm iudeorum latronibus oppressum audierat desiderare pacem & Gaphnā exploraturus iudeorū aīos ingressus maximū euasit periculum.

Tytus diuitus a missilibus (cū eēt sine armis) pręseruatus.

Tytus (duobus tm̃ socijs interfectis) cū reliqs ad suos saluus euasit.

Tytus ī Scopos loco vñ citas & tēpli magnitudo videri poteret castra muniri iubet diuersis in locis.

Mons oliuarū

Vallis cedron.

detentur adiunxerant. Vna enim erat vnicuiq; spes salutis viam cū tito patefacere priusq̃ circumuectus opprimetur. Deniq; duo ex nimis ptinacibus alter cum equo percussus est altero vero deiecto atq; occiso equus eius abductus est. Titus vero in castra cum ceteris saluus euasit. Iudeis quidem q̄ aggressione prima superiores fuerant inconsulta spes animos extollit: magnaq; his in posterum fiduciam momentum temporaneum comparauit. ¶ Cesar autem (postq̃ ex emaus agmen nocte sibi sociatum est) luce inde digressus ad locum (qui scopos appellatur) accedit vnde iam & ciuitas & clara templi magnitudo conspici poterat: qua parte septemtrionalem regionē continens ciuitas humilior tractus prope scopos nominatus est distans a ciuitate septem stadijs. Ibiq; duabus legionibus simul quintę vero legioni retrorsum stadijs tribus castra muniri iubet. Labore namq; nocturni itineris attritos milites progredivisum est: vt sine fortitudine murum extruerent. ¶ Mox autem cepto edificio decima vero legio per hierichontas aderat a vespasiano p̄occupata: vbi quędam pars armatorum in pręsidio fuerat collocata. His autem preceptum erat sexto ab hierosolimis stadio castra ponere: qua parte mons (qui appellatur Oliuarum) contra ciuitatē ab oriente situs est altaq; interiacente valle discеretur: cui nomen est cedron.

¶ Dissensio interior (bello foris interueniente) refrenatur: seditiosiq; contra romanos (inita cōcordia) vniuntur & contra romanos in valle Cedron impetum facientes legionem turbarunt eam fugātes. Sed Tytus in auxilium legioni veniēs multos interemit Iudeorum aliosq; in fugā conuertit. Tyto vero milites ad edificandum mittente: Iudei hoc fugā estimabāt: sed speculatore signum dāte frequentissima multitudo maximo impetu prosiluit vt nemo eam sustinere ausus est. Et romanorum agmen continuo dissipatum est: & pulsi in montē refugiunt. Tytus autem cum paucis relictus iudeorū furori cedere rogatus honorem saluti anteponēs hostes impugnauit & turbauit. Sed iterū turbati romani dispergunt: supplicantes iudeorum non posse ferre impetum & alijs quidem fugientibus: Tytū fugisse estimabant. Ipsum vero quidam in medio versari bello cernentes cunctis eius periculum nunciarunt cū clamore & pudore a fuga reuocati contra Iudeos irruerunt. Tytus itaq; bis legionem a periculo liberauit.

¶ Capitulum tertium.

Dissensio interior (bello foris interueniēte) refreāt & seditiosi cōtra romanos (inita cōcordia) vniuntur.

Iudei cōtra romanos in valle cedron impetū faciētes legionē turbauerunt eā fugantes.

Intra ciuitatē vero sine requie confligentiū dissensionem tunc primum subito ingens bellnm foris interueniens refrenauit & cum stupore sediciosi romanorū castra inspectantes trifariā distributa mala inter se inire cōcordiam rationemq; inuicem requirebant quidnam expectarent quidue perpessi tres muros contra vitam suam paterētur opponi belloq; tanta se fundente licentia tamq̃ spectatores bonorū operum sibiq; vtilium residerent mœnibus clausis remissisq; armis ac manibus in nos metipsos p̄fecto exclamat aliquis tantummodo fortes sumus romanorum aūt lucro ex nostra sedicione sine sanguine oppidum cedet. His alios atq; alios congregantes exhortabantur: raptisq; armis subito in legionē decimā ruunt perq; vallem facto impetu cum ingenti clamore murum edificantes romanos aggrediuntur: Illi autem in opera distributi armis ob eam causam pleriq; depositis nec enim excursum iudeos ausuros esse credebant & si maxime vellent animos eorum sedicione distractumiri arbitrabantur p̄ter opinionem perturbati sunt. Atq; opere quisq; derelicto: confestim alij recedere: multi autem ad arma properātes priusq̃ se in hostes corrigerent feriebantur. Plures autē iudei semper adijciebant eorū frœti victoria qui precesserant & q̄ cum pauci essent multiplex numerus & sibi & hostibus videbantur quia secunda fortuna vterent. Romani autem maxime ordinari consueti & cum decore atq; p̄ceptis bellū gerere scientes ex perturbatione trepidabant. Vñ tūc quoq; pręuenti aggressione cedebāt. Si quando tamē sese conuerterēt ab insequentibus occupati & a cursu reprimebant iudeos: & ob impetū minus cautius sauciabāt. Sēper vero excursione gliscente magisq; turbati: postremo castris pulsi sunt. Totaq; legio tunc in periculū ventura fuisse videbatur: nisi (hoc sibi nunciato) mature Tytus eis tulisset auxiliū: multisq; increpans ignauiā & suos a fuga reuocasset. Iudeisq; a latere ipe cū his irruēs quos circa se habebat electos. multos quidē occidisset: plures aūt sauciasset: oēs autem in fugam vertisset: atq; invallē precipites compulisset. Illi aūt in prono loco multa mala perpessi postq̃ in aduersam partem euaserunt. Flectunt se iterum: & valle intercedente cum romanis dimicabant. Igitur ad medium diē ita bellatum est. ¶ Paulo autem post meridiem tytus his (qui secum erant) in subsidio collocatis alijsq; de cohortibus aduersus excurrentes oppositis. reliquū agmen ad murum ī summotis edificandum remisit. Iudeis autem fuga hoc esse videbatur. Cūq; speculator (quem in muro posuerant) amictu agitato signū dedisset: frequentissima multitudo tanto impetu prosiluit. vt eorū cursus imanissimis bestijs esset assimilis. Deniq; in aduersa acie stantium nemo impetum sustinuit: sed tamq̃ machina pculsum agmen continuo dissipatum est: pulsiq; in montem refugiunt. ¶ In ascensu autem medio Tytus cum paucis relictus est: multumq; amicis monētibus qui pro imperatoris reuerentia contēpto

Tytus ī auxiliū legionis veniēs multos iudeoꝝ interemit & alios cōuertit ī fugam.

Tytus cū paucis relictus cedere iudeorum furori ab amicis rogatur.

periculo perdurauerunt: vt mortē appetētibus iudeis cederet: neq; pro his in discrimen veniret quos ante ipsum saluos non esse oporteret sed potius fortunam suam reputaret: ꝙ non militis officio fungeretur: verum & belli & orbis terrę dominus esset: ne in fugam verti videretur in quo omnia niterētur. Hęc autem ne audiret simulans & ad se recurrentibus obstabat eosq; in ore feriens cum vi obtinerentur occidebat: & in galeam repente incumbens multitudinem repellebat. Illi autem & viribus eius & obstinatione perterriti perterriti ne tum quidem in ciuitatem fugerunt. Sed in vtrumq; latus ab eo declinantes: rursum fugientes insequebant̄. Quos tamen aggressus a latere: ipsorum quidem impetū prępediebat. ¶ Dum hęc autem aguntur & illos qui superiora castra muniebant (vbi fugere inferiores viderunt) moetus ac turba occupat. totumq; agmen dispergit̄ supplicantium excursum quidem iudeorum sustinere non posse. Tytum vero in fugam versum nec enim illo manēte vnq̄ alios fugitiuos fuisse: & tanq̄ laruali circundati terrore alius alio ferebantur. donec quidam cum in medio versari bello imperatorem vidissent plurimū metuentes: vniuerso agmini suorum periculum eius cum clamore nunciauerunt. Itaq; pudore reuocati: & fuga maius aliquid sibi exprobrātes ꝙ cęsarem deseruissent totis viribus in iudeos vtebantur: & semel ad descensum transuersi vrgebant eos in decliuia. Illi autē in pedem recedentes pugnabant. Cumq; romani possent plus eo ꝙ superiores erant: in vallem omēs coacti sunt. Tytus autem contra se positis imminebat: & legionem quidem ad muri fabricam redire iubet: ipse vero cum hisdem quibus antea resistendo hostes arcebat. ¶ Itaq; (si me nihil addentē obsequio neq; inuidia detrahentē verum dicere oportet) ipse cęsar bis totam legionem periculo liberauit atq; ita castra muniendi copiam militibus prębuit.

Tytus decus ꝓponēs saluti hostes ipugnauit & turbauit &c.

Turbati romani dispgunt̄ supplicātes iudeorū nō posse ferre ipetū & alijs fugiētibus Tytum fugisse estimabāt sed qdā illū i medio versari bello videntes oibus eius piculum cū clamore nūciarūt, & pudore a fugare vocati cōtra iudeos irruerunt.

¶ Extraneo remisso bello iterum intestinū oritur: in festo azimorū inter Iohannē & Eleazarꝫ. Et Iohannis instructi milites templi occupandi gratia arma sub veste portabant qui ingressi abiectis vestibus armati apparuerunt. tūcq; maxima: & varia cedes facta est in templo. Seditio quoq; (quę prius fuerat tripertita in duas partes redigitur. Tytus autem castra ꝓpius ciuitatem transferre volens misso exercitu cōplanare vsq; ad muros iubet spacium. Iudei vero romanos sub pacis simulatione volunt decipere ipsosq; fingunt velle introducere quorum romani calliditatem nō cognoscentes opus festinabant aggredi. Sed Tyto suspecta erat mutatio qui milites manere p̄cœpit: quidā vero romani ad portas currentes interficiebantur alijs vulneratis. Iudeiq; romanos vituperabāt fraude pellectos. Tytus vero iratus milites ꝓpter inobedientiam redarguit apud quod etiam vincere sine ducis p̄cepto infamię est. Cōmilitonibus aūt pro inobedientibus intercedentibus Tytus indulget.

¶ Capitulum quartum.

Remisso autem paulominus bello extraneo iterum intestinum sedicio suscitauit. Azimorūq; instante die (qui est aprilis mensis quartusdecimus) hoc enim se primum tempore opinant̄ iudei ab ęgyptijs esse liberatos eleazarus quidem cum socijs portam subaperiēs introire cupiebat ex populo qui templum adorare cuperent. Iohannes autem die festo ad protegendas insidias vsus est & suorum quosdam ignotiores armis sub veste latentibus instructos quorū plęriq; industria ingressi erant occulte inter alios phani occupādi gratia summitit. Illi autem postq̄ intrarent vestimentis abiectis armati subito aparuerunt. Magna statim turba circa templum ac tumultus erat (cum alienus quidem a seditione populus omnibus sine discrimine imputarer) zelotæ vero sibimet solis insidias comparatas. Verum hi quidem (relicta portarum custodia) & alij ex propugnaculis dissilientes priusq̄ manum consererent in templi cloacās confugerūt. Populares autem ad aram delati & circum templum appulsi conculcabantur: cum lignis passim feroq; cederentur. Multos autem occisorum inimici priuato odio quasi diuersa factionis socios interficiebāt. Et quicumq; ante hęc insidiatorem aliquem offenderat: tunc agnitus quasi zelotes ducebantur ad cedem. Sed qui atrocitate magna innocentes efficerent: inducias concessere nocentibus: progressosq; ex cloacis dimiserunt. Ipsi autem interius templum & omnes eius apparatustenentes confidentius oppugnabāt Symonem. ¶ Seditio quidem hoc modo (quę tripertita pridem fuerat) in duas partes redigitur. ¶ Tytus autem castra propius ciuitatem trasferre cupiens de scopo contra excursus quidem lectos equites ac pedites quos satis esse arbitrabatur. alium vero exercitum iussit totum quod erat vsq; ad muros spacium complanare. Cunctis igitur materijs ac sepibus dirutis quibus ortos ac lucos incolę pręmunierāt omniq; opposita quamuis r mansueta silua excisa repletum est quicquid erat cauum & vallibus impeditum. Saxorum autem eminentissimus ferro truncatis humiliorem totum illum tractum a scopo vsq; ad Herodis monument a fecerunt: serpentium stagnum continentia quę Colymbertha vocabatur. ¶ His deniq; diebus Iudei Romanis huiuscemodi insidias parauerunt Seditiosorum audacissimi extra muliebres (quę sic appellantur) progressi turres simulatoq; ꝙ pacis eos studiosi pepulissent eo ꝙ timerant impetum romanorum ibidem versabantur: & alter sub altero vitabundi latebant. Alij ve-

Extraneo remisso bello iterū intestinū orit̄ i festo azimorū inter Iohānem & Eleazarum.

Maxima tūc & varia cedes itē plo.

Seditio quę prius triptita fuerat in duas ptes redigitur.

Iudei romanos sub pacis simulatiōe volūt decipere & romanos fingūt itroducere velle.

so per muros dispositi populumq; esse simnlantes clamore pacem implorabant fœdusq; poscebant: portasq; se patefacturos esse pollicentes inuitabant romanos. Hęc autem vociferantes vna & contra illos velut a portis eos abigerent lapides iaciebant illi perrumpere aditus velle simulabāt: & ciuibus supplicare. Cumq; ad romanos ire sepissime conarentur: reuersi perturbatis similes videbantur: Verum hic eorum calliditas apud milites quidem fide non carebat sed tanq̄ hos quidem in manibus haberent paratos ad supplicium illos vero ciuitatem sibi apperituros sperarent: opus aggredi festinabāt. Tyto autem suspecta erat mutatio: ꝙ rationem non haberet. Pridie namq; prouocatos eos ad pactionem per Iosephum nichil mediocre sentire cognouerat. Etiam nunc igitur milites manere loco suo pręcepit. ¶ Iam vero quidem operibus appositi: raptis armis ad portas excurrere cœperunt. Hic autem qui expulsi videbantur, primo cedebant. Deinde vbi ad turres portæ propinquabant: cursu eos circumueniunt & a tergo persequebantur. Qui vero in muro stabant, lapidum his multitudinem omnigenumq; telorum simul infundunt: adeo vt multos quidem necarent plurimos vero sauciarēt. Nec enim facile erat a muro diffugere alijs retro violenter instantibus: & pręter hoc pudor quia rectores peccauerant: itemq; metus in delicto perseuerare suadebat. Quamobrē hostes diu decernentes multis vulneribus acceptis neq; paucioribus redditis postremo eos a quibus circumuenti fuerant reppulerunt. Quos tamen recedentes vsq; ad helenę monumentum iudei vrgendo iaculis sequebant. Deinde illi quidem insolenter fortunę maledicentes & romanos vituperabant fraude pellectos: scutaq; alte sublata crispantes tripudiabant. & cum leticia vociferabantur. ¶ Milites autē interminatio principum & cęsar iratus huiusmodi oratione corripuit. Iudei quidem (quos sola regit desperatio) omnia cum deliberatione faciunt atq; prudētia fraudes & insidias componendo eorumq; dolos fortuna ꝓsequitur: ꝙ sunt morigeri sibiq; inuicem beniuoli ac fideles. Romani vero (quibus ob disciplinam & consuetudinem obediendi rectoribus fortuna famulatur) nunc contrario peccant: & intemperantia manuum debellātur ꝙ omnium est pessimum. pręsente cęsare sine rectore dimicantes. Certe (inquit) plurimum ingemiscent milicię leges. plurimum pater: cum hoc vulnus audierit. Ille quidem cum bellando senuerit nunq̄ isto modo peccauit. leges autem si cum in eos (qui minimum quid alias aliquid pręter ordinem mouerint) morte vindicent nunc totum deseruisse exercitum videant. Modo autem scituros esse (ait) qui arroganter egerint: ꝙ apud romanos vincere etiā sine p̄cepto ducis infamię est. ¶ Hęc Tytus cum indignatione ad rectores prolocutus: certus erat ꝙ alias quia lege in omnes erat vsurus. Et hi quidem abierunt: quasi iamiamq; iuste morituri. ¶ Circunfusa vero agmina Tytum pro commilitonibus obsecrabant paucorumq; temeritatem condonari cunctorum obedientię pręcabantur. Emendaturos enim peccatum pręsens futurę compensatione virtutis. Placatus est itaq; cęsar vtilitate simul ac precibus. Namq; vnius hominis animaduersionem vsq; ad factum promouendum putabat: multitudinis vero vsq; ad veniam.

Milites Rōani calliditatē non cognoscentes opus festinabāt aggredi sed Tyto suspecta erat mutatio iō milites manere pręcepit.

Helenę monumentum.

Tytus iratus milites ꝓpter eorꝫ in obediētiā redarguit.

Apd romanos vicere sine p̄cepto ducis infamię est.

¶ HIERVSALEM obsidetur cuius situs edificia murorūq; & turriū munitio & templi regioq; aulę ornatus & structura describuntur.

¶ Tytus militibus reconsiliatus coæquato ciuitatis interuallo exercitum ordinauit: circa hierusalem quę trino circundata est muro/nisi in vallibus ipsaq; est/supra duos colles quorū superior castellum Dauid: & inferior dictus est Acra. Collis vero tertius lata diuisus valle: quam Assamonei aggeribus repleuerunt vt templo coniungerēt ciuitatem. vallis autem vsq; ad Syloan Tyropeon est appellata Foris etiam duo erant colles. Murorum autem ciuitatis (quę plurimorum regum opibus vndiq; munita erat) descriptio & dimensio hic ponitur. primus enim murus vetustissimus dicebatur. Agrippa autem a Claudio prohibitus muros non perfecit. Turres autem mœnibus supereminebant. primi enim muri viginti erāt turres. Tertij nonaginta/medij quatuordecim/& antiqui quinquaginta. Cum enim tertius murus totus esset ammirabis/ammirabilior tamē in muro Turris sephina surgebat q̄ parte Tytus castra posuit. Herodes tres turres trium amicorum nomine edificauit Hyppicos/Phasellus/Mariannes & turris quę cęteris magnificentiora/& ornatiora sustinebat diuersoria. has turres antiquus murus excellentiori loco conditus est lapidibus mirabilis magnitudinis constructus cōtinebat.

¶ Capitulum quintum.

Militibus quidem reconsiliatus est. multa monens vt post hęc prudentius agerent: ipse vero quemadmodum iudeorum insidias vlcisceretur cogitabat. Interuallo autem (quod vsq; ad muros ciuitatis erat) per quatriduum coæquato sarcinas atq; aliam multitudinem cupiēs totam traducere militum validissimos a septemtrionali tractu in occiduum septenos per ordinem contra murum pretendit: altius valle depressa. Peditibus autem in fronte ac post eos equitibus acie terna dispositis cum singuli ordine septenos haberent semoti stabāt sagittarij. Excursibus autem iudeorū tāto agmini circūclusis: impedimēta triū legionū, itēq; alia multitudo sine timore trā

Tytus militibus recōsiliatus coęquato ciuitatis īteruallo exercitū ordinauit circa ciuitatem.

sit. Ipse quidē titus cū ꝓpe duobus stadijs abesset muro: ad angelli eius partē cōtra turrim (quæ appellatur Sephomos al's Sephina) castra ponit. Ad quā muri ābitus ex aqlone ptinēs flectit̃ ad occidētē. Alteravero ps exercitus eā turriversus (quę appellat̃ hyppicos) muro circūdat̃: duū stadiorū spacitum sit̃r a ciuitate descendēs. Decima autē legio in oleonos al's olionarū mōte (vbi erat) manebat.

¶ Ciuitas autem trino muro circūdata erat nisi qua vallibus invijs cingebatur. Ex ea nāq; parte vnū habebat muri ambitum. Et ipsa quidem supra duos colles erat condita cōtrarijs frōtibus semet aspicientes interueniente valle discretos: in quam domus celeberrimę desinebant. Colliūvero alter quos supior ciuitas sedet multo est excelsior & in ꝓlixitate direċtior: adeo vt quoniā tutum erat castellum a dauid quodam regevocaretur. Is parte salomonis fuerat qui primus templū edificauerat. A nobis autem forum superius fabricatum est. Altervero (qui appellatur acra) & inferiorem sustinet ciuitatem vndiq; decliuis est. Contra hunc aūt tertius collis erat natura humilior q̃ achra & alia latavalle añ diuisus. Verum post ea tempestate (qua assamonei regnabāt) & vallem aggeribus repleuerunt vt tēplo coniungerent ciuitatem & achre altitudinem cęsam humiliorem fecerant. vt ex ea quoq; phanū supereminēs cerneret̃. Vallis aūt (quę tyropeō appellatur) qua parte diximus superioris ciuitatis collem dirimijab inferiore vsq; ad syloam pertinet. Ita enim (qui dulcis est ac plurimus) vocabamus. ¶ Foris autem duo ciuitatis colles profundis vallibus cingebantur & vtriq; obstantibus rupibus nulla ex parte ad ire poterat. ¶ Triumvero murorum vetustissimus quidem propter valles imminētemq; his de super collem (in quo erat conditus) facile capi non poterat. ¶ Ad hoc autem q̄ loco præstabat. Etiā firmissime structus erat dauid & Salomonis aliorumq; interea regum largissimis impensis operi sum ptibus deuotis. Hicvero parte incipiens a turri (cui nomen est hyppico) & ad locum (qui dicitur xixtus) pertinens deinde curię coniunctus in occiduam templi porticum desinebat. Parte vero altera ab occidente ex eo de loco ductus per eum (quivocatur bethiso descendens in essenorum portā deinde supra fontem syloam in meridiem flexus atq; inde rursum in orientem versus qua stagnum salomonis est. & vsq; ad locum pertinens (quem ophlanvocant) cum orientali porticu templi coniungitur. ¶ Secundus autem murus ex porta quidem habebat initium (quam genethā appellabant) Hæc autem fuerant muri prioris. Septentrionalemvero tantummodo tractum ambiens: vsq; ad antoniam ascendebat. ¶ Tertio muro turris hyppicos principium dabatvnde ad Beroe tractum pertinens. deinde ad sephinam turrim veniens contra monumentum helenę (quę ad Iabenorum reginæ fuerat a zite regis filia) & speluncas regias in longum ductus a turri quidem in angulo posita flectebatur contra fullonis quod dicitur monumentum. cumveterę autem ambitu iunctus in cedronavalle (quę sic dicitur) desinebat. Hoc muro etiam partem ciuitatis (quam ipse addiderat Agrippa) cinxerat: cum eēt omnis nuda ante. Exuberans enim multitudinem paulatim extra mœnia serpebat templi septentrionali regioni colli proxima ciuitati adiuncta non paululum processerant. ¶ Qui & quartus collis id collebatur (cui nomen est Abysade alias Bezetha) situs quidem ex aduerso antonię fossis autem altissimis separatus quæ industria ductæ sunt ne Antonię fundamentis: colli adherentibus & accessui facilis sit & minus editus. Vnde etiam fossę altitudo: plurimum turribus celsitudinis adijciebat. Nominata est autem pars addita ciuitativoci indigena Zebetena alias Bezetha quod gręco sermōe dicirur ciuitas noua. Eius aūt partes incolis protegi desiderantibus: pater huius eodē nomine Agrippa: murum quidem ita (vt prædiximus) inchoarat. Veritus autem claudium Cęsarem ne magnificētiam extructionis ad nouarum rerum ac discordię suspitionem traheret: fundamentis tantūmodo iactis ab opere destitit. Nec enim expugnabilis esset ciuitas: si perfecisset murosvt cœperat. Saxa enim viginti cubitis longa & decem lata contexebātur: quę neq; ferro facile suffodi possent: neq; machinis demoueri. Hisq; murus dilatabatur. Profecto autem altitudinis quoq; plus habuisset. si eius murificētia (qui edificium aggressus erat) non fuisset inhibita. Rursus autem idem murus etiam iudeorū studio fabricatus: advi ginti cubitos creuit. Et murus quidem binis cubitis pro pugnaculavero trinis habebantur. totaq; altitudo eius adviginti quinq; cubitos erigebatur. ¶ Murum antem supereminebāt turresviginti quidem cubitis in altitudinem. viginti vero in longitudinem quadratis angulis structę: & sicut ipse murus plenæ ac solidæ. Præterea structura & pulchritudo saxorum nihil erat templo deterior. Post altitudinemvero turrium solidum viginti cubitis elatam celle desuper & cenacula erant aquarumq; pluuialum recepta cula: & tortosi latiq; singulorum ascensus. Eiusmodi turres nonaginta tertius quidem murus habebat: earum autem interualla cubitos ducentenos. Mediusvero murus in quattuordecim turres: & antiquus in quinquaginta diuisi erant. Omē autem ciuitatis in gyro spaciū triginta tribus stadijs finiebatur. Cum autem totus ammirabilis esset tertius murus ammirabilior sephina turris ad septentrionem occidentemq; surgebat in angulo: qua pte Tytus castra posuerat. Ex eą namq; per septuaginta cubitos edita sole oro arabuia prospici poterat & vsq; ad mare: itēq; advl,

Hierusalē descriptio quæ trino circūdata ē muro nisi in vallibus.

Collis superior ductus ē castellum dauid.

Collis tertius lata valle diuisus quam.

Assamonei al's asamonei aggeribus repleuert̃ vt tēplo cōiūgerent ciuitatem.

Pluriorū reguꝫ opibus vndiq; munita erat ciuitas.

Scdus murus.

Tertius murus.

Cedron vallis.

Quartus collis

Agrippa muros a claudio ꝓhibitus non perfecit. &c.

Turrium descriptio & structura. &c.

Turres tertij muri nonagita medij quattuordecim & antiqui quinquaginta.

tima finium hebreorum. Erat autem octo angulis. Cōtra eam turris hyppicos & iuxta due (quas res Herodes in antiquo muro edificauerat) queq; magnitudine siue pulchritudine ac firmitate (quæ to to essent orbe) prestabant. Nam preter naturalem animi libertatem rex pro amore ciuitatis operum excellentiam proprijs affectibus indulgebat: personisq; tribus carissimis quorum nominibus turres ap pellauit fratri & amico & coniugi memoriam dedicando: illi quidem vt dixi amoris causa perempte his autem bello amicis cum fortiter decertassent.

Herodes tres turres noie triū amicorum edificauit.

Hyppicos turris descriptio.

¶ Hyppicos quidem turris amici vocabulo dicta quattuor angulis erat. Singulæ autem & viginti & quinq; cubitos in latitudine, itemq; lōgitudine ha bebant: & excelse triginta cubitos erant: nusq̄ manes. Supra soliditatem vero saxisq; adunatam com paginem puteus vigiti cubitos altus erat ymbribus excipiendis. Super hunc autem duplici tecto do mus viginti quiq; cubitis alta in quavaria mēbra diuisa & desup eā minę qdem binis & propugnacu la vero ternis cubitis ambiebant. & omnis altitudo ad octoginta quinq; cubitos numeratur.

Phasallus t̄ris.

¶ Secunda vero turris (quam fratris nomine phaselon appellauerat) æque lata fuit longa cubitis qua dragenis. Per totidem autem cubitos in pilę modum facta & solida eius altitudo surgebat & sup hāc decem cubitis edita porticus erat. extructa brachijs: itemq; propugnaculis septa. In medio vero porti cus supereminens alia turris stabat in membra magnifica & balneas. ne quid regalis vsus ei videret̄ deesse. In summo autem propugnaculis minisq; erat ornara cum omnis eius celsitudo prope ad nona gin ta cubitos tolleretur: & specie quidem videbatur assimilis fari al's pharie turri (quæ alexandriā na uigantibus ignem procul ostendit) ambitu vero ampliore dilabatur. Tunc autem Tyrannicum domi cilium exhibebat alias existebat Symonis.

Marìannes turris structura que ceteris magnificētiora & ornatoria diuersoria sustinebat.

¶ Tertia vero turris mariamnes (sic enim regina vocabat̄) vsq; ad viginti cubitos facta per viginti alios patens in latitudinem tendebatur: & magnificentiora cę terisq; ornatiora diuersoria sustinebat. cum id proprium seq; dignum esse rex putauisset. vt vxoris no mine appellata turris plus haberet pulchritudinis q̄ que virorū nominibus vocitatę sunt sicut illa mu nitior est (cui nomen femina dederat) cuius omnis altitudo per quinquaginta quinq; cubitos erigeba tur. Sed quam q̄ tres turres tantę magnitudinis erant ex loco tamen quo erant sitę multo videbantur esse maiores. Nam ipse antiquus murus (in quo erant) excelsiori loco fuerat conditus: & ipsius collis vellut quidam vertex altius prope ad triginta cubitos eminebat supra quem turres positę multū sub limitatis sumpserant. Mirabilis autem fuit etiam lapidum magnitudo. Nec enim ex vulgaribus saxis aut quę homines ferre possent: verum secto marmore candido & singulis per triginta cubitos longis latisq; per decem ac per quinq; altis erant edificatę. Duę ita inter se copulata erant vt singulę turres singula saxa viderentur. Sic autem manibus artificum in faciem angulosq; formata: vt nusq̄ iunctura compaginis appareret.

In ātiquo muro p̄dicto t̄ris erat qui excelsori erat loco.

Lapidū mirabilis magnitudo & cōpago. &c.

¶ Regię aulę magnifica discriptio mirabilisq; structura oīm narratiōe p̄stantior quę equa li ambitu turribus ornatissimis & virorū receptaculus ambiebat̄ extra. sed oīa intestini isidiatores flā mis cōsumpserūt. Tēpli quoq; a Salomōe edificati describit̄. magnificētia populiq; ad edificiū libera lis deuotio. Ipsius insup tēpli dimēsio diuisio portę atq; pro mulieribus ad orandū: locus & ingressus designant̄. Q dq; fuerit Sc̄m & sacrosc̄m phanū ostēdit̄ singulorūq; i structura. Ornatus vbi & quat tuor colores scilicet hiacinti cocci purpuri & bissi quattuor significātes elementa ponebantur.

¶ Capitulum sextum.

Regiæ aulę magnifica descriptio & mirabilis structura.

His autem septemtrionali parte positis intus aula regia cōiūgebatur: narratiōe oī præ stātior. Nec em̄ vel magnificētia vel structura operis aliqua ex parte superabat̄: sed to ta quidē muro p triginta cubitos edita cincta erat. Equali ambitu turribus ornatissi mis ambiebat̄: itēq; virorū receptaculis & cenaculis cētū lectorū capacibus in ea Ine narrabilis aūt fuit saxorū varietas collectis ibi plurimis quę vbi rara videbant̄ & fasti gia pceritate simul trabiū & ornamento⁊ claritudine mirabilia. Mēbro⁊ aūt altitu do & inumerę species edificij. pleraq; oīa supellectilis cū pleraq; in singulis ex auro essent atq; argen to ad hęc mltę porticus alia p aliā in circulū flexę colūneq; in singulis & quę iter eas subdiuo patebāt spacia cū essent vtiq; viridarijs filiusq; variata cū plixas ambulationes habebant altis euripis cinctas & cisternis vbiq; signorum eneorum plenis quibus aqua effundebatur: multęq; turres mansuetarum circum latices columbarum. Sed enim neq; pro merito exponi regia (qualis fuerit) potest. Habet me moria cruciatum referens: quantas res latrocinalis flamma consumpserit. Næc enim hæc a romanis incensa sunt sed ab insidiatoribus intestinis vt supra memorauimus in principio dissensionis. Et ab ātonia qdem omnia corripuit ignis transijt autem in regiam triumq; turrium tecta corripuit.

Insidiatores itestini oīa flāmis consumpserūt.

Templi situs & descriptio.

Tēplū salomōe edificatū.

¶ Pha num autem conditum erat ita (vt dixi) supra clarissimum collem: & initio quidē vix templo atq; areæ sufficiebat iacens in eo summo planicies: q͏ vndiq; preceps erat atq; decliuis. Cum autē rex salomō (qui etiam templum edificauerat) muro eius partem ab oriente cinxisset: vna porticus aggeri est im

posita: & manebat ex aliis partibus nudum. Quod a seculis posterioribus semper aliquid aggeris ac cumulante populo: coequatus collis latior effectus est. Perrupto autem septemtrionali quoq; muro tantum assumpserunt spacium quantum postea totius phani ambitus incluserat. Triplici autem muro colle circumdato spe magis opus instructum in quo longa secula cōsumpta sunt: omnesq; thesauri sacri ques toto orte missa deo munera repleuerant: tam superiore ambitu quam inferiore templo edificatis. Cuius (qđ humilimū fuit) trecentenis cubitis munierant. In quibusdam vero locis pluribus non tamen omnis multitudo fundamentorum videri poterat multum vallibus obrutis vt angustas vias oppidi coequarēt. Saxa vero quadragenum cubitorum magnitudinis erant. Nam & pecuniarū copia & populi largitas: maiora dictu conabātur. Quodq; numq̄ posse perfici sperabatur diuturnitate ac perseuerantia explicabile videbatur. Tantis autem fundamentis digna erant opera imposita. Dupplices porticus omnes quas columnę sustinebant: quinis & vicenis cubitis altas de singulis saxis & marmore candido laquearia cedrina protegebant. Quorū naturalis magnificentia ꝙ q; ligno rasili erant aptęq; coherebāt: opeprecium spectātibus exibebat. nulloq; aut pictoris aut sculptoris opere extrinsecus ornabantur. Late autem per triginta cubitos erant. Omnisq; girus eorum mēsura stadiorum cum antonia concludebatur. Totum autem sub diuo spacium variebatur omniū quidem generū lapidibus stratum. Qua vero ad secundū templum ibatur cancellis scœptum saxeis ad tres cubitos altis: nimiumq; grato opere factis. vbi ęquis dispositę interuallis stabant legem castimonię preponentes alię grecis litteris alię latinis in sanctum locum transire alienigenas non debere. Sctm̄ em̄ vocabatur alterum phanum & quattuordecim gradibus ascendebatur: a primo quadratū qui sursum erat & proprio muro circumdatum. Cuius exterior celsitudo quamuis quadraginta cubitis surgeret tamen gradibus tegebatur. Interior autem viginti quinq; cubitis erat quem in altiori loco per gradus edificata non tota pars interior cernebatur colle obtecta. Postq; quattuordecim autē gradus spacium erat vsq; ad murum trecentis cubitis planum. Hinc rursum alij quinq; gradus & scalę ad portas ducebant: a septemtrione qdē & a meridie octo/quaternæ vtrimq; videlicet: duæ vero ex oriente. Necessario namq; proprius locus religionis causa mulieribus destinatus muro discernebatur altera quoq; parte opus eē videbat̄. Cōtra primū vero secreta erat ex aliis regiōibus vna pte meridiana & vna septētrionalis qbus ad mulieres itroicbat̄. Per alias ei trāsire mulieribus nō licebat. Sȝ nec suā portam interiectum murum transgredi permittebatur. Patebat alias latebat autem locus ille pariter indigenis & hospitibus feminis: religionis causa veniētibus. Occidua vero pars nullam portam habebat: sed perpetuus ibi murus erat extructus. Inter portas autem porticus a muro intro prope ad thesauros aduersę magnis ac pulcherrimis columnis sustinebantur. Erant autem simplices: ac preter magnitudinem nulla re ab inferioribus aberant. Portarum autem alię quidem auro & argēto vndiq; tectę erāt: itēq; postes ac frontes. Vna vero extra templum ęre corinthio. quæ multo argento iclusas & inauratas honore superabat. Et binæ quidem fores in singulis ianuis erant tricenis cubitis altæ quiuis denis etiam latę. Post introitum vero vbi latiores fiebant tricenis vtrimq; cubitis exedras habebāt exemplo quidem turrium latas & longas: supra vero q̄ viginti celsas. Singulas autem duodecim columnę cubitorum grossitudine sustinebāt: & & aliarum quidem portarum magnitudo par fuit. Quę vero supra corinthia positę erant quo mulieres cōueniebāt: ab oriente apperiebant̄. ¶ Porta templi sine dubio maior erat quinquaginta enim cubitis surgens quadraginta cubitorū fores habebat: ornatumq; magnificentiorem quoniam crassiore argento atq; auro vestiebatur. Quod quideȝ portis nomen infuderat tyberij pater Alexander. Gradus autem quindecim a muro (qui mulieres segregabat) ad maiorem portam ducebat. Namq; illis qui ad alias portas dirigerent inter quinq; gradibus erant breuiores. ¶ Ipsum vero templum in medio positum hoc est phanum sacrosanctum vndecim gradibus ascendebatur. Et a fronte quidem altitudo eius & latitudo centenos cubitos hēbat pœne autem quadraginta cubitis angustior erat. Aditus enim veluti quibusdam humeris vtrimq; vicenum cubitorum producebatur. Prima vero eius porta septuaginta cubitis alta erat & viginti quinq; lata neq; fores habebat. Cęli enim secreta ꝙ interclusa erat significabat. Erantq; totę frōtes inauratę Ac prima edes omnis perlucebat extrinsecus auroq; circumphani portam splendida cuncta cernentibus occurrebant. Cum autem interior eius pars duplici tecto fulgeret adiacens ei prima porta patebat in altitudine & perpetua pq; nonaginta cubitos tollebatur cum longa quadraginta cubitis esset aut viginti transuesa. Ipsius vero edes tota inaurata erat vt dixi & circum eam saxeus paries. Desuper autem habebat aureos pampinos vnde racemi statura hominis dependebāt & ꝙ duplex tectū erat templi exteriore humilius videbatur & fores habebat aureas quinquaginta & quinq; cubitis altas sedecim vero latas. Et ad hęc aula cum longitudine pari hoc est velum babilonium iacincto & bysso & cocco & purpura variatum mirabili opere factum neq; ornationis inopia colorū permixtionem sed

liberalitas ppli i tēpli edificatiōe

Naturali tm̄ ornabat̄ magnificētia non pictoris aut sculptoris. &c.

Duo templa.

Sāctum phanū

Locus mulieribus destiatus & portę qbus licebat eis itrare & quibus non.

Ornatus tēpli.

Porta tēpli maior.

Gradus q̄ndeci

Sacro sanctum phanum.

Quattuor ele-meta i pd colo-ribus significata

velut omnium rerum ymaginem preferens. Cocco autem videbatur ignem imitari & bysso terram & hiacincto aeram ac mare purpura. His quidem coloris similibus bysso ac purpura natiuitatem quo-niam byssum quidem terra mare autem purpuram gignit. Eratq; in eo per scripta omnis celi ratio præter signa.

¶ Planicies autem templum erat cuius dimensio secundum altũ/longũ/& latũ describitur. In ipso quoq; tẽplo tria mirabilia & pdicanda opera erãt cãdelabrũ/mensa/& turribulum. Septem lucernæ in candelabro septem errantes stellas denotabant. Et duodecim panes in mensa anni curriculum per duodeci signa designabãt. Turribulũ quoq; per tredecim odores oĩa eẽ dei manifestabant. Aureis quoq; verubus acutissimis ne ab auibus polueretur tẽplũ preseruabatur. Viri aũt per oms qui oĩa casti non essent ab interiori aula prohibebãtur. Ceci quoq; de sacerdotali tribu plebeis vtebãtur vestibus partes tũ generis consequebanť. Pontifex aũt cũ ipsis sacerdotibus non semp: sed diebus q buscumq; septimis & per singulos menses kalendis vel quando agebať annua solemnitas ascẽdebat eius describiť vestimentũ & significatio notanda. Solus aũt atq; in anno semel intrabat quo die cun-ctos ieiunare mos erat. Iudeis Antonia quoq; turris ab Herode edificari in angula duarũ porticuu; prioris templi sita erat Herodis maximam demonstrãs magnificentiam.

¶ Capitulum septimum.

Planicies añ tẽ-plum.
Tria mirabilia i tẽplo cãdelabrũ mẽsa & turribl'm
turribulũ p. xiij. odores oĩa eẽ dei significabat
Sanctum sancti
Latera inferio-ris templi.

INtrogressos aũt in templũ planicies excipiebat: cuius altitudo sexaginta quidẽ cubi-tis erat & longitudo totidẽ: ac latitudo viginti. Rursus aũt sexaginta cubitis diuisi erãt & prima quidẽ pars a sexaginta cubitos auulsa: ¶ Hæc tria mirabilia & predicãda o-pera cũctis hominibus habebat. Cãdelabrũ & mẽsem & turribulũ. ¶ Septem vero lu cernę stellas errãtes significabãt. Tot eni ab ipso cãdelabro diuidebanť. ¶ Duodeci vero panes in mẽsa positi signorũ circulũ atq; annũ. ¶ Turribulũ aũt p tredecim odo res qbus replebať ex mari & in hospito & in habitabili: designabat oĩa dei esse deoq; seruire. ¶ Inti-ma vero templi pars vigiti cubitorũ erat. Discernebať autem similiter vero ab exteriore: nichilq; pror-sus in ea positum. Inaccessa vero & inuoluta & inuisibilis omnibus habebať: sanctiq; sanctum vocaba tur. ¶ Circa latera vero inferioris templi multa erant membra peruia triplici tecto suspẽsa & ab vtrũ q; latus ad eam introitus a porta patebat. Desuper autem pars eadem membra non habebat quo mi nus erat angustior: celsior aũt quadraginta cubitis nec ita vt inferior ambiciosa. Colligitur enim qua draginta cubitos omnis celsitudo: cum in solo cẽtum cubitos habebat. Exterior vero facies nichil qd animus aut oculi mirarentur non habebat. Crustis eni vndiq; grauissimis aureis tecta vltra primos ortus igneo splendore lucebat: vt cum intuerentur contendentium oculi quasi solis radijs auerterent Hospitibus quidem adeuntibus procul: monti niueo similis videbatur. Nam vbi de auratum nõ erat templum candidissimum erat. In sommo autem aureis verubus horrebat acutissimis: ne ad insidenti-bus auibus pollueretur Nonnullorum autem saxorum eius longitudo quadraginta quinq; cubitis erat altitudo quinq; & latitudo sex. Ara vero pro templo quindecim cubitis alta lata vero & longa cubitis quadragenis. Quadrataq; stãs veluti cornutis angulis eminebat: & a meridie ascensus in eam cleměter arduus resupinabať sine ferro autem constructa erat nec vnq̃ eam ferrum tetigebat. Tẽplu; autem aramq; cingebat ex pulcherrimo saxo lorica gratissima vsq; ad cubitum surgens quę populum a sacerdotibus segregabat. Gonozutus alias Gonortheos hoc est semine fluẽtes itẽq; leprosos. Hos & tota ciuitas arcebat: & feminis menstrua soluentibus clausa erat. Prædictum autem limitem ne plu ris quidem mulieribus transgredi permittebatur. Viri autem qui non per omnia casti fuissent ab inte riore aula: & qui puri essent a sacerdotibus prohibebantur. Qui vero ex origine sacerdotũ genus du centes (cecitatis causa munere non fungebantur) cum in columbus intra limem aderant partesq; ge neris consequebantur. Vestibus tamen vtebãtur plebijs: quoniam sacerdotali solus qui sacra celebra amiciebatur. Ad altare vero templumq; accedebãt carentes omni vitio sacerdotes veste quidem am cti byssina. maxime vero mero abstinẽtes ac sobrij. religionis mœtu: ne quid res diuinas faciendo pe carent. ¶ Pontifex autem cum ipsis non tamen semper ascendebat sed diebus quibusq; septimis & per singulos menses kalendis vel si quãdo patria festiuitas atq; annua ab omni populo agebať & sa crificabat velamine precinctus. eoq; tectus femora vsq; ad genitalia. Lintheum vero habens intrinse cus dimissumq; ad pedes hiacinctinũ de super indumentũ rotũdũ ex quo fimbrię pẽdebant alteriu aurea tĩtinabula malaq; granata sustinentes. Tintinabulis qdẽ tonitrua. malis vero fulgura designãti bus. Pectoris aũt tegmẽtũ vittę cingebãt quinq; variatę coloribus. hoc est auri & purpurati cocci byl so & hiacincti quibus etiam vela templi diximus esse contexa. Hisdem aũt habebat etiam claniden tẽperatã: in qua plus auri erat. Habitus quidẽ indumento toraci similis videbatur duabus aũt aurei fibulis aspidum specie vinciebatur quibus inclusi erant optimi maximiq; sardonij alias sardonice

Aureis verubus tẽplum acutissis ne ab auibus pollueretˀ i sum-mo pseruabať.
A meridie ascẽ-sus in aream.
Viri p oĩa nõ ca sti ab iteriore au la phibiti.
Ceci de gñe sa-cerdotali plebe is vtebantur ve-stibus.
Põtificis hitus & qñ tẽplum & quõ igrediebať
Tintinabula & mala quid in ve ste pontificũ si-gnificabant.

lescripta tribunum gētis iudeę nomina pręferentes. Ex altera vero parte duodecim pēdebant alij la
pides in quattuor partes terni diuisi hoc est Sardius Topazius Simaragdus Anthrax Iaspis Saphi-
us Achates Ametistus. Ligirius alias Ligurius Onix. Berillus Crisolitus. Quorū singulis singula ite
ū cognomina scripta erant Caput autem byssinus thyaras tegebat hiacinctis coronatis & circa eā
lia corona erat aurea scripta ferens sacras litteras quę sunt quattuor elementa vocalia. Ea quidē ve
e post tempus minus autem ambiciosa vtebatur si quando addita introibat. Solus autem atq; in an
o semel intrabat quo die cunctos deo ieiunare mos erat. ¶ De ciuitate quidem & templo ac mori-
us & legibus iterum diligentius referemus. Non eni pauca super his exponenda sunt. Sed antonia
n angulo quidem duarum porticuum sita erat prioris templi: quę ad occidentem septemtrionēq; ex
ctarent. In saxo autem fuerat extructa quinquaginta cubitis alto: & vndiq; prerupto. Quod opus
Herodis fuit regis vbi maxime ingenij magnificentiam demonstrauit Primum enim a radicibus sa
um ipsum leuatis crustris obtegebatur: quo & decus adderet operi: & facile dilaberentur: qui vel a-
cēdere vel descēdere tētauissent. Deinde añ prioris turris edificium: murus erat cubitis tribus. Intra
unc autem omne spacium Antonię in quadraginta cubitis erigebatur. Intus autem regiæ latitudi-
em ac descriptionem habebat diuisam in omnem vsum habitationū & genera & species id est atria
balneas & aulas castris aptissimas: vt quātum ad vsum necessariū pertinet ciuitas videretur. magni
centia vero palacium. Instar vero turris toto habitu formata quattuor alijs per angulos turribus cin-
ebatur. Quarum cętere quidem sexaginta cubitos erant altę: quę vero ad meridianum oriētalemq;
ngulum sita erat, septuaginta cubitis eminebat: vt ex ea totum templum videri posset. Qua vero cū
orticibus iungebatur vtrimq; descensus habebat vnde custodes comeabant semper namq; in ea Ro
nani milites presidebant: & cum armis circapositi custodes ne quid populus festis diebus noui com
nitteret obseruabant. Castrum enim erat impositum oppido quidem templum templo vero ātonia
n hac autem porticu custodes erant: & superioris ciuitatis aliud castellum regia Herodis erat. Beze-
ha autem collis ita vt dixi ab antonia separabatur. Qui cum omnium esset altissimus etiam parti no
ę ciuitatis coniungebatur temploq; a septemtrionali solus obstabat. De ciuitate quidem ac muris
ius iterum scribere plenius cuncta cupiens in pręsentia satis dixi.

Solus & semel itrabat quo die cunctos ieiunare mos erat.

Antoniæ turris ab Hærode edificata descriptio.

¶ AEGESIPPVS Libro. v. ca. x. dicit quendam Cananeorū potētē hierosolimā vrbē cōdi
disse. qui patrio nomine rex iustus vocabatur. quam primo Solymā vocauit postea templum addidit
nde hierosolima dicta est. Dauid primus vir hebreus cananeos expulit constituit suos qui in ea do-
um regiam si fecit: voluit & templū condere: sed prohibitus oraculo Salomonem heredem reliquit
ui templum edificauit & adornauit de hoc Iosephus Antiqui. Liber. viij. ca. iij. iiij. v. vj. Ibidem in su
er Aegesippus materię templi diuersitate moralizat non ociosa inquit materia tantę diuersitatis s;
uius species materiam rerum latentium significaret eius ꝙ esset templum qui celo & aeri / mari & ter
ę quasi creator elementorum dominaretur: atq; solus regeret & gubernaret & postea subdit. deniq;
rinceps socerdotū hæc. iiij. indumento suo exprimere consueuerat quando maxima celebritas erat
estorum dierum quasi totum mundum indueret: vt pro populo supplicaretur in eius figuram qui vē
rus erat princeps sacerdotum iesus: qui tolleret peccata mundi. Femora princeps linteo iterius ope
mento regebat eo ꝙ prę cęteris in sacerdote fides mentis queritur & corporis castimonia. quę suc-
ingere debeat carnis intēperantiā: duo erāt tabernacula sacra & paulopost in illud interius quod se-
undum appellabatur semel introibat tantum princeps sacerdotum non sine sanguine que; offerret
o se & populi dilecto hoc significāte spū sctō venturū Iesum. qui vere solus intraret iteriora diuinorū
enetralia sacramentorum & archana substantiæ celestis quę nosset oia solus quoq; patri sanguine
o totum mundum reconciliaret vt celestium & terrestriū misereretur. deniq; postq̄ venit pacificauit
mnia per sanguinē crucis suæ quę velut in celo vel in terra sunt. ¶ Intus Thymiamatherium intus
nensa intus lucerna Thymiamatheriū ꝙ ita ad deū patrem sicut Incensum dirigatur maximi sacer-
otis oratio mensa ꝙ in ea passio Christi sit & misteria sacramentorum. vnde & Dauid dicit parasti i
ōspectu meo mensā cuius velut duodecim panes duodeci apostoli sunt testes passionis ac resurrecti
nis eius. lucerna quę super candelabrum ponitur ante sub modio erat id est sub legis mensura nunc
st in grę plenitudine frequens heptamicho lumen effundens eo ꝙ spūs sanctus septem maxima rū
ratiarū virtutibus dei templū illuminet. Trinitatis igitur cognitio interioribus erat templi quę dice-
atur sanctarū vbi reposita quondā Aaron virga floruit ꝙ sacerdotalis gratia in Christo amplius es-
et operatura post mortē qua mundū redemit. Ante templū erant. xiiij. gradus per quos Ezechiæ re-
is vmbra ascenderat significans ei vitę finem futurum: sed oraculo monitus orauit & meruit mortis
ilationem hoc indicio ꝙ hisdem gradibus sol refunderetur qui significaret tot numero annorum cō
eatum ei vitæ refusum. Hęc ibi Aegesippus.

Additio.

¶Symone & Iohanne inter se dissidétibus diuisa ciuitas eos sequebatur. Tenebat autē Symon superiorē ciuitatem & murum maiorem vsq; cedron. Iohānes vero tēplū & circa templum loca nichil iudei a Romanis penis passi sunt q̄ ipsi se tractauerant seditio namq; ciuitatem & Romani seditionem cœperunt.

¶Capitulum actauum.

Symōe& Iohē inter se dissidentibus eos diuisa citas sequebat.

Pugnacissima quidem maximeq; dissentiens multitudo circa Symonem erat hominum decem milia præter idumeos. Quinquagintavero decem milium duces quibusipe qua si omnium rerum dominus prȩerat. Idumei autem qui erat eius partium cum essent numero quinq; milia decem duces habebant. Horum principes videbantur Iosiȩ alias Sosȩ Iacobus & Eaziȩ alias Cathlȩ filius Symō. Iohēs aūt qui tēplū occupauerat sex armatorū habebat milia quos viginti duces regebant tunc autem illi accesserant etiam Zelotarum depositis discordijs duo milia quadringēti alias trecenti qui Eleazaro quē ante habuerāt & Symone Iayri filio ducibusvtebantur. His autemvt diximus bellum inter se gerentibus populus erat prȩmium & plebis pars quȩ non eadem quȩ illi cōmitteret abvtrisq; diripiebatur. ¶Tenebat autem Symon quidem superiorem ciuitatem murumq; maioremvsq; ad cedron: & antiquioris muri quantum a Syloa flectitur ad orientem &vsq; ad Monobazi aulam descendit. Is autem rex est adiabenȩ gentisvltra eufratē habitantis. Tenebat etiam mortem acre quȩ inferior est ciuitas: vsq; ad helenȩ regiam quȩ Monobazi fuerat mater. ¶Iohānesvero templo & circum templum aliquatenus incensis omnibus itēq; Ophla &valle(quȩ cedron appellatur)& alijs quȩ interiacebant: mediū bello quod inter se gerebāt spacium aperuerunt. Nec enim castris Romanorum prope muro positis intra ciuitatem sedicio quiescebat: sed ad primū eorū impetū paulisper sanitate recepta: ad morbū mox pristinū redierūt Rursūq; discreti pro sua quisq; parte pugnabant: omnia faciendo quȩ obsidentes optarent. Nichil em̄ peius a Romanis passi sunt q̄ se ipsi tractarunt neq; prȩ illis ciuitas aliquid nouȩ calamitatis experta ē. Sed illa quidem grauiores casus pertulit: priusq̄ subuerteretur. Quivero eam debellarant: maius aliquid perfecerunt. Dico enim ꝙ seditio quidē ciuitatē: romani vero seditionem cœperunt: quȩ multo erat mœnibus tutior. Et res quidem aduersas suis iusticiamvero recte quis Romanis ascriberet itelliget autem quod dies cuiq; suggesserit.

Pars cītas a Symone occupata

Pars cītatis a iohāne occupata.

Nihil iudei a romanis peiuspassi sūt q̄ ipi se tractarunt. &c.

Seditio cītatem rōanivero seditionē cepeꝛt. &c

¶HIERVSALEM a Tyto obsidetur.

¶Tytus circuiēs ciuitatē qua muros aggrederet̄ explorat & consideratis locis ad Iohannis pontificis tumulū adoriendam esse ordinauit obsidionē. Nicarone autem Tyti amico propius cum Iosepho(vt pacem suaderet)appropinquante sagitta procusso iratus Cæsar in obsidionem excitatur & suburbana militibus vastare permittens aggeres tripertito exercitu construi iubet: vtrumq; Romanorum. scilicet & iudeorum maxima fuit diligentia & iudei aggeres extruere Romanos impediebāt Propius tamen dispositis machinis. Tytus murum ex tribus partibus iubet pulsari vnde seditiosos inuasit timor qui odiorum obliti invnum coeunt contra romanos. Tytus quoq; semper laborantibus p̄stabat auxilium & iudeorum audaciam disciplina vindicebat Romanorum. Et grauissima circa machinas commissa pugna multæ interficiuntur quas Alexandrini promptissime ab incendio prȩseruauerunt. Tytus autem potentissimis comitatus in hostes irruens duodecim peremit reliquis conuersis in fugam & captiuum iudeum ad aliorum terrorem iussit crucifigi. Iohannes quoq; Idumeorum dux percussus sagitta perijt.

tytus circuiēs ciuitatē cōsideratis locis ordinauit ad iohis pontificis tumulum adoriādā eē obsidionem. &c.

¶Capitulum nonum.

Veruntamen his intra ciuitatē ita se habentibus. Tytus cū electis equibus foris circū iens q̄ muros aggrederet̄ explorabat. Hesitanti aūt ꝙ nec ab ea parte quavalles erāt pedibus adire poterat. & ab alio latere prior murus instrumētis siue machinis firmior videbat̄. placuit ad Iohānis pōtificis monumētū(Hȩc em̄ tm̄modo & primis hūilior erat nec scd̄o muro cōiungebat̄) inuadere. Neglecta enī fuerat munitio. ꝙ nō satis noua ciuitas frequētabat̄. Sed interitū murum facilis aditus ille erat p quē superiorē ciuitatē. & per antoniā tēplū capi posse cogitabat. ¶Hæc eo collustrāte qdē ex amicis eius nichanor ad humeꝝ leuū sagitta pcutitur. cū ꝑpiusvna cū iosepho acccessisset: paceq; ī muro stātibus dicēdi enī peritus erat suadere tentaret. Vnde cognitis eorū conatibus cæsar ex eo ꝙ nec ad salutē se hortantibus abstinuerūt excitat̄ in obsidionem: simulq; suburbana militibusvastare permittit. Collectaq; omni materia iubetaggeres construi. Tripetito autem exercitu ad opara medios in aggeribus iaculatores & sagittarios constituebat: & ante hos balistas aliasq; machinas atq; tormenta quibus & excursus hostium in opera prohiberet & qui ex muris obstare tentarent. Cȩsis autem arboribus. momento suburbana spoliata sunt. Collectis autem lignis in aggeres cū totus operi intētus esset exercitus nec iudei segnes erant Populus quidem in rapinis & cedibus constitutus fiduciam tunc habebat(ꝙ respiraturus esset)illis aduersus hostes distractis existimās penas

Nichanor titi aīcus(cum ꝑpius vna cū iosepho accedēs pacem suadere tētaret) sagittapcutit̄ vn̄ iratus cȩsar ī obsidionē excitat̄: & suburbana militibusvastare pmittit & iubet aggeres cōstrui tripitito exercitu.

A se ab noxis repetiturum: si Romani superassent. Iohannes autem (quamuis in externos socij sui irrue re properassent) mœtu tñ Symonis manebat. Verũ Symon quiescebat. Proximus enim erat obsidio ni missilibus per murum dispositis. quę pridem Romanis abstulerat cum pręsidium (quod apud Antoniam fuerat) cœpit. Sed horũ possessio propter imperitiam plęrisq; non erat vtilis. pauci autẽ a trãsfugis docti male vtebantur instrumẽtis. Sed cum lapidibus & sagittis militibus aggerem iacientibus immineb ant: perq; cuneos excurrentes: manus etiam conserebant. Operantes autem minora scuta super vallũ exposita protegebãt oĩbusq; agminibus cõtra excursus erant machinę cõparatę mirabiles precipue vero decimę legioni. Balistę vehemẽtiores & tormenta saxorũ quibus non solũ irruẽtes sed etiam super murũ stantes euertebãtur. Nam & singula saxa talẽti pondus ęquabãt & vltra modũ stadij torquebant. Ictus aũt non solum primis (quos offendisset) sed aliquando posterioribus quoq; intolerabilis erat. Iudei primo quidem cauebant a lapidibus q̃ erant candidi nec tantum sono ac fremitu noscebantur sed etiam claritudine prospiciebantur. Deniq; speculatores in turribus præsidẽtes pręedicebant quanto impelleretur machina saxumq; ferretur: patria lingua clamantes filius venit. Itaq; pręedicebant in quos veniret atq; antevitabant: & hinc eueniebat vt illis declinãtibus lapis irritus intercideret. Proinde contra romani excogitant atramento decolorare lapides. Tunc enim missi nõ similiter incertos ictus habebant: multosq; simul vnius impetu corrumpebant. Sed ne male quidẽ affecti iudei aggeris extruendi romanis copiam dabant: omni vero eos molitione atq; audacia die noctuq; prohibebant. Perfectis autem operibus plumbo & ligno & aggeribus iacto fabri quod erat ad murum spacium metiuntur. Nec iam aliquid fieri poterat quoniam desuper iaculis petebãtur. Cũq; pares interuallo arietes inuenissent. applicant eos. ¶ Propiusq; dispositis machinis. tytus (ne ex muro arietes prohiberentur) ex tribus partibus murum pulsari iubet. ¶ Sonitu autem circumstrepente ciuitatem clamor ingens ciuium sublatus est. Itemq; sediciosos pauor inuasit. Et quia periculum commune vtrisq; videbatur communiter iam repugnare cogitabant: vociferantibus inter se discordibus q̃ omnia pro commoditate hostium facerent cum si non perpetuam sibi discordiam deus præbeat saltem in pręsentia contra romanos oporteat conspirare. Symon autem pręcone misso volentibus ex tẽplo ad murum egrediendi copiam fecit idemq; etiam si minus crederet: iohannes quoq; permisit. Illi autem obliti odiorum ac discordiarum suarum in vnum corpus coeunt murũq; amplexi faces inde q̃ plurimas iaciebant contra machinas romanorum contraq; impulsores arietum eosq; sine intermissione telis petebant. Audacissimi vero cateruatim prosilientes machinarum tegmina dissipabant hisq; appositis irruentes: peritia quidem pauca plura vero audacia perficiebant. Semper autem erat adiumento laborantibus ipse tytus & iuxta vtrasq; machinas equitibus ac sagittarijs ordinatis ignem qui dem ferentes prohibebant iaculantes vero a turribus reprimebant nocendi tempus arietibus faciẽs & tamen murus ictibus non cedebat nisi q̃ quintæ decimæ legionis aries commouit angulum turris murus autem stabat incolumis. Nec enim statim cum turri periculum sentit: quæ multo altius eminebat: nullamq; parte muri secum trahere poterat in ruinam. ¶ Cum autem ab excursibus paululũ quieuissent obseruato Romanos per opera & castra dispersos q̃ labore & formidine iudeos desecessisse arbitrarentur excurrunt omnes (qua turris erat hyppicus) porta latenter. ignemq; operibus inijciũt vsq; ad castrorum quoq; munimenta in Romanos animati procedebant. Horum autem periculo mature & qui erant propius excitati sunt: & qui procul aberant conuenerunt. Romanorum vero disciplina vincebat audatiam iudeorum & quos prius offenderant in fugam versis: alijs qui colligerentur in stabant. Grauis autem machinas pugna commissa est illis incendere his incendium prohibere certãtibus: incertusq; clamor vtrimq; tollebatur ac multi (qui in fronte steterant) ceciderunt. Sed iudei confidentia superiores erant ignisq; opera tetigerat: incensaq; omnia cum instrumẽtis pœnitus essent nisi lecti de Alexandria restitissent: plęriq; pręter opinionem sui viriliter dimicantes. nam gloriosissime in hoc prælio pręlati sunt donec imperator equitum potentissimis comitatus in hostes irruit & ipse quidem duodecim repugnatores peremit mœtu autem cladis eorum cætera multitudine in fugã versa oẽs i ciuitatẽ cõpulit eoq; modo aggeres liberauit incẽdio. ¶ In hac aũt pugna vnũ ex iudeis viuũ capi contigit: eũq; Tytus cruci suffigi pro muris iussit si forte reliq vel hoc spectaculo territi cõciderẽt. ¶ Post eius discessum etiã dux idumeorꝫ Iohãnes dũ ante muros cum noto milite loquit a quodam Arabe pectus sagitta percussus cõtinuo perijt. magnũq; & iudeis luctũ reliquit: & sediciosis mœrorẽ Nam & manu promptus erat. & sapientia nobilis.

¶ Nocte vero Romanus exercitus vna turrium nulla hostiũ vi lapsa eius sonitus territus est suspicantibus singulis iudeos castra inuasisse. sed Tyto rei causam indicante quieuit tumultus & cõtra iudeos machinas admouerunt. Muroq; Nyconta fracto illius propugnacula securi reliquerũt: qa alia duo superessent munimenta Romani itaq; ea parte ingressi. xv. die Maij maximam muri partẽ

Mirabiles machinæ & balistę. &c.

Talẽti pondus.

rõani atramẽto decolorarant lapides.

Tytus ex tribus ptibus murꝫ pulsari iubet vñtior seditiosos iuasit

Seditiosi obliti odiorꝫ & discordiarũ i vnũ corpus coeunt contra romanos.

Tytus sẽp laborãtibus auxiliuꝫ præstabat.

Audaces iudei.

Iudeorꝫ audaciam disciplina vicebat Rõanorũ

Alexãdrini prõptissie machias rõanorꝫ ab icendio pseruauerũt.

Tytus captiuuꝫ iudeũ ad aliorũ terrorẽ crucifigi iussit.

diruerunt.Et Tytus ordinato exercitu expugnationem ingreditur.Iudeis fortiter resistentibus.Iohā nes quoq; & Symō sibi loca dimiserunt custodienda.Iudei tamen imperiti romanorum peritiavincebantur.Sed in murali certamine vincebant romanos autē fortuna & scia:iudeos vero audacia sustētabat pernoctātes aūt in armis prima luce erāt parati.Symō quoq; suos mœtu vrgebat.Romanos aūt vincēdi cōsuetudo & pudor hortabat ad virtutē & tytus vbiq; pręsens testis militię.Longinus autē Rōanos in medios irruens hostes duos peremit fortissimos & ad suos redijt.Cuius saluti cęsar consulens temerarios refrenabat impetus.

¶ Capitulum decimum.

Octevero secuta ē icredibilis tumultus Rōanis icidit. Nā cū tres turres iperator Tytus qnquagenū cubitoꝝ construi pcepissetvt his p aggeres singulos positis hic hostes in muro stātes i fugā faciliusverteret.vna eaꝝ spōte sua nocte i tēpesta lapsa ē.Ingētivero sonitu facto mœtus occupauit exercitū.Conari em̄ iudeos aliqd suspicati ad arma cōcurrebāt: eaq; re turba i legiōibus ac tumultus erat. Cumq; nemo quid accedisset referre posset:diu queruli alius aliud opinabāt:nullisq; iteruenientibus hostibus semetipos timebāt. Signūq; diligētera pximis singuli reqrebant tāq̄ Idumei castra iā possiderēt larualiq; terrore captividebāt:donec Tytus cognitis(quę res erāt)verū cūctis idicari iussit.Tandēq; tumultus eo nūcio cōqeuit. ¶ Iudei qdē cętera fortiter sustinētes male turribus affecti sūt.Machinis enim leuioribus & a iaculatorbus & sagittarijs saxorūq; tormētis ide feriebāt.S3 neq; harū ęquare ipi poterāt celsitudinē & turres excidēdi spes nō erat.Cūq; euertit pter grauitatē neq; succēdi pterea q ferro tegebant facile possētvltra iactūvero tela fugiētes arietū ipetus nōvitabāt.Qui sine itermissiōe ferientes:paulatī aliqd pficiebāt. ¶ Itaq; muro iā cedēte arieti magno Romanoꝝ (quē iudei Nycōtavocabāt) q oiaviceret quāuis & ante defessi erāt pugna &vigilijs cū lōge ab oppido pnoctarēt tn̄ etiā negligentia vel q male consulerēt:muꝝ sibi superuacuū eē credētes qbus alia duo nunimēta supessent lassatiq; plurimi recesserūt. ¶ Cū aūt Romani quia primū murū Nycōtas pruperat ascēdissent:ad secūdū oēs iudei relictis custodijs refugerūt.Portis aūt Romani qua trāsierūt patefactis:exercitū recoeperūt.Et hi qdē hoc modo potiti muro die qntodecimo maij partē eius maximā diruūt ad septētrionalē ciuitatis regionē:quā ante cestiusvastauerat. ¶ Tytus aūt(notato q assyriorū castrū erat)militem trāsfert(occupato omī qd inter cedrona fuerat spacio)& vltra iactum sagittę a secundo muro separatus:expugnationem statim aggressus est.Tunc igitur partiti murum iudei fortiter restiterunt.Et Iohānes quidem eiusq; socij ab Antonia & septemtrionali porticu templi ad Alexandri monumentū pugnabant.Symonis autem manus iuxta monumentum:Iohannis aditum clauserantvsq; ad portā qua in hyppicum turrim aqua inducebatur.Spe autem prosilientes e portis cominus dimicabant.Fugati a muris in conflictu Romanorum quidem disciplina propter imperitiāvincebantur :in murali autē certamine superabant.Eos autem fortuna ac scientia:iudeos vero etiam audacia (quam timor aleret)sustētabat qq; natura erāt i calamitatibus duri.Ad hęc aūt & istis suberat spes salutis & Rōanis citęvictorię.Neutros aūt lassitudo fatigabat sed aggressiones murorumq; oppugnationes excursus crebri per cuneos diebus totis agebantur Nullaq; pręliorum spes aberat cum a prima luce incipientia vtrisq; in somnis & die grauior nox dirimeret his quidem occupatum iri murum continuo metuētibus illis vero ne iudei castra peruaderent.Itaq; in armis pernoctantes prima lucę vtriq; pugnę parati erant.Et iudei quidem certabant quis esset promptior ad periculū. q eo modo gratia emineret a ducibus suis.Maximevero Symonis eos mœtus ac reuerentia commouebat.eoq; modo illum singuli subiectorum colebant.vt ad semet quoq; interficiendos parati essent.Si hoc ille iussisset. Romanos autem advirtutem hortabatur consuetudo vincendi & quiavinci nō assueuerant crebæq; militię exercitationesq; perpetuę & imperij magnitudo ante omniavero Tytus sempervbiq; præsens Nam & interia(spectante atq; opitulante Cęsare)grauissimum facinusvidebatur.& ei qui bene decertasset testis aderat qui rependeret primum.Pręterea fructus erat:vel cognosci solum principivirum fortem Idcirco multorum malorum rebus alacritas demonstrata est. ¶ Deniq; istis ipsis diebus validissima iudeorum acie instructa pro mœnibus telisq;vtrimq; missis.quidam longinus de numero equitum ex acie Romana progressus.in mediam iudeorum aciem irruit. Hisq; deiectis hoc impetu duos fortissimos peremit:vnius obuiam tendentis ore percusso alterius eodem telo quod priori extraxerat trāsfixo latere fugientis:& ex medijs hostibus ad suos primos occurrit.Ille quidem ob virtutem insignis erat:emuli autem eius fortitudinis multi extiterunt. Et iudei quidem negligentes quid paterentur tātummodo qualiter afficerent considerabant : morsq; his leuissima ducebatur :si qui (interfecto hoste)cecidissent. ¶ Tytus autē nō minus saluti militis q victorię cōsulebat & temerarios ipetus despa.

Rōanus exercitusvna turrium nulla vi hostiuꝫ lapsa eius sonitu territus ē suspicātibus singulis iudeos castra iuasisse sed tyto rei cām idicāte tumultus cōqeuit.Machinarū leuioruꝫ ipetus cōtra iudeos.

Muro nyconta machinis fracto iudei muri ipsius reliquerūt pro pugnacula securi qa alia duo superessent munimēta vn̄ & rōani ea pte igressi sūt.xv. die maij maximā muri ptem diruentes.

Iudei ipiti rōanorū disciplina vicebāt s3 i murali certamie supabāt Rōanos ei fortūa & scia iudeosvero audacia sustentabat.&c.

Symō suos mœtuvrgebat.&c.

Rōanos vicēdi cōsuetudo &pudor hortabatur advirtutē Tytusq; vbiq; sēp pñs testis militię &c

tionem dicens solam vero esse virtutem siquid prudenter & caute sine proprio incommodo fortiter faceret in ea potius re quę periculum non haberet viros esse pręcipiebat.

¶ Castor iudeus subdolus (Ariete medię turri septemtrionali applicato) miserabili voce Tytum sibi parcere precabatur. Cui pro simplicitate sua credulus Machinarum impetu refrenato quid vellet permittit eloqui. hic autem fœdus velle inire simulans fingitq; quosdam socios pacem querere & quosdam non. Illis autem super hoc ambigentibus: cessante quoq; expugnatione Symonem mādat vt rebus consulat vrgentibus & simul contradicētes socios rogare videbatur. qui in torachas nudos gladios fingentes velut interfecti cadebant quod Cęsar & socij videntes obstupuerunt calamitatiq; eorum miserabanł. Castor autem ad natem sagitta percussus imperatori conquerił. Cui (iubente Tyto) Iosephus nihil de eo boni suspicans dexteram porrigere noluit amicos etiā prohibuit Eneas vero cum ad eum vocantem & aliquid de sinu promittentem ꝑperaret pœne saxo ab illo dimisso ꝓstratus & miles quidem propinquus est vulneratus. quo cognito Tytus iracundia vehemētius cōtra iudeos vsus est. Tytus vero capto muro fugatisq; iudeis intro cum mille armatis transit & eos exoratum iri aditum non dilatauit nec occidi permisit. Romanorum autē multi inclusi a Iudeis trucidanł omnesq; fuissent perempti nisi eis Tytus opem dedisset. Sed a muro pulsi sunt. Oppidanis itaq; creuit spiritus & secundis rebus facti amentes se nō posse vinci arbitrātur. Sed deus eorum (quia iniqui erant) eorū officiebat sententijs neq; in quo erant cernere poterant periculum:

¶ Capitulum vndecimum.

Castor iudeus subdolus (Ariete medię turri ī septētrionali ꝑte applicato) miserabili voce tytū sibi ꝑcere deprecał cui Tytus ꝓ simplicitate sua credulus machinarū īpetu refrenato q̄d vellet eloq ꝑmittit Qui fœdus velle inire simulās fingitq; quosdā socios velle pacē quosdā nō. Illis sup hoc ābigētibus cessāteq; expugnatiōe, Symonē mādat vt vrgētibus cōsulat rebus & simul cōtradicētes socios rogare videbał q ī torachas nudos fingentes gladios velut interfecti ciciderunt q̄d Tytus vidēs & socij obstupuerunt calamitatiq; miserabātur. &c.

ITaq; a septemtrionali parte medię turri applicat arietem in qua Iudeus quidam versutus ac subdolus Castor nomine cū decem alijs suis militibus delituerat fugatis cæteris formidine sagittarum. Hi pauidi (cum sub toracibus aliquandiu quieuissent) cōcussa turri surgunt: extensisq; manibus Castor veluti supplex Cæsarem implorabat. Et voce miserabili vt sibi parceret obtestabatur. Cui Tytus pro simplicitate sua credulus iam iudeos existimans belli penitere. Arietes quidē impulsione cessare iubet: ac sagittarios a supplicibus ꝓhibet. Castori vero quid vellet eloqui ꝑmittit. Cumq; ille se respondisset ad fœdus velle descendere: Tytus gratulari se ait si omnes eadem sentire voluissent paratoq; animo fidem pacis etiam ciuitati daturum. Sed cū illis decem Castoris socijs quinq; itidem supplices esse simularent cęteri nunq̄ se Romanis seruituros clamabāt: dum mori liberis liceat. Diuq; illis super hoc ambigentibus. cessabat expugnatio. Castor autem interea Symonem per internuntios ammonebat. Vt dum vacuum tempus esset de rebus vrgentibus consilium capere paulatim enim se illudere imperatori Romano. Simul autem hoc agens ad pacem rogare contradicentes socios videbatur. Illi autem velut hęc referentes in Thotachas nudos struxere gladios. Hisq; percussis velut interfecti ceciderunt. Tytus vero eiusq; socij substupuere tanta eorum pertinacia: cum ex inferiori loco (quid vere factum esset) videre non potuissent. Mirabanturq; simul audaciam & calamitati miserabantur. ¶ Interea Castorem ad natem quidam sagitta percutit. Tum ille telum extractum imperatori ostendens iniqua se perpeti querebatur. At Tytus incausato qui hoc miserat astantem Iesephum dirigit vt Castori dexteram porrigeret. Verum is neq; se iturum nichil enim sanum supplices cogitare respondit: & amicos qui voluerunt ire prohibuit. Cum vero quidam Eneas ex profugis iturum se dixisset ad eū & inuitante Castore vt etiam ferret in quo argētum aliquid susciperet ad hoc cum ille studiose aperto sinu cucurrisset ille super eum saxum dimisit & ipsum quidem quem precauerat ferire non potuit alterum vero militem qui aderat vulnerauit. Cęsar autem fallaciam reputans intellexit misericordiam in bello nocere. Minusq; decipi calliditate seuiciam & arietis impulsionibus iracundia fraudis vehementius vtebatur. Castor autem eiusq; socij turrim ictibus iam cedentem incendunt: per quæ flaminas in eiusdem missi cuniculis iterum magni animi opinionem apud Romanos habuerunt: tanq̄ se ignibus tradidissent. ¶ Capit autē hac parte murum Tytus die quinto postq̄ primum cœperat. Fugatisq; inde iudeis intro cum lectis mille transijt (quos circa se habebat) armatis vbi noua ciuitas & lanę venditores erant fabriq; erarij vestiumq; mercatus: & ad murum angustę viæ transuerse tendebant. Enimuero si statim vel muri disturbasset maximam partem vel (quę cœperat belli lege) vastasset: nullum credo damnum victorię fuisset admixtum. Nunc autem Iudeos male tractando exoratum iri sperans cum liceret capere facilem discessioni aditum non dilatauit. Hęc enim in quibus cōsulebat: insidiatores ibi putabat. Deniq; postq̄ ingressus est: neq; occidi quemq̄ permisit eorū qui cōprehendebantur. neq; domos incendi: Sed tam sediciosis (si pugnare vellent) sine populi detrimēto copiam dabat: q̄ ipsi populo fortunas proprias se redditurum esse pollicebatur. Plurimi namq; petebant sibi ciuitatem seruari templum vero ciuitati.. At vero populum quidem ad eā (quę hortabatur) ante paratum habebat. Bellicosis autem ꝓ inertia durabatur humanitas: Tytumq; inbelli animo q̄

Tyti clementia & humanitas.

cæteram ciuitatem capere non posset. Has preponere conditiones putabant. Mortem populo denũciantes & si verbum quisq̃ de traditione fecisset, pacemve nominasset mox cum interficiendum esse nunciantes. Romani s qui introierant alij per viarum angustias obstabant: alij ex edibus: alij murum per superiores portas egressi: pugnare cœperunt. Quibus rebus perturbati custodes ex muro sese dimiserunt relictisq; turribus in castra recesserũt. Clamor autem audiebatur militum intra ciuitatem ꝙ ab hostibus cingerentur: foris autem degentium clausis contubernalibus mœtuentium. Crescente autem numero iudeorum & propter locorum peritiam viarumq; scientiam preualente, multi Romanorum trucidabantur: & ab incumbentibus pellebant̃ cum magis necessitate resisterent. Nec enim multis fugiendi copia simul per angustias muri patebat. Omnesq; pœne (qui transierãt) perẽpti fuissent: nisi Tytus eis opem tulisset. Dispositis eum per summa viarum sagittarijs & vbi plus erat multitudinis astans missilibus hostes abigebat: & cum eo domicius sabinus vir bonus etiam in illo prelio comprobatus. Durauitq; tam diu sagittis eos prohibens irruere donec omnes milites recesserunt. Romani quidem ita secundo muro potiti, ad extremum pulsi sunt. Oppidanis vero (qui pugnaces erãt) spiritus creuit & secundis rebus amentes erant neq; Romanos ausuros esse ad ciuitatem accedere suspicantes: neq; se vinci posse si ad prelium processissent. Nam (quia iniqui erant) officiebat eorum sententijs deus & neq; Romanorum vim multo maiorem illa quæ pulsa fuerat superesse cernebãt: neq; famem iamiamq; serpentem. Adhuc enim malis publicis alebantur: & sanguinem ciuitatis libabant. Propter bonos autem continebatur exitium & pœnuria victus iam multi defecerant. Populi tamen interitum sediciosi pro velamine sui dicebant: & solos eos (qui pacem non probarent) saluos esse cupiebant quiq; viuere contra Romanos optarent contrariam vero multitudinem velut onus quoddã consumi gratulabantur. Et ita quidem circa suos affecti erant. Romanos autem (ꝙ iterum ciuitatem ingredi conabantur) armati prohibuerunt disiectis muri partibus obiectu corporum permunitis ac p triduum sustinuere fortiter dimicantes.

Rõanorũ multi i ciuitate iclusi a iudeis trucidant̃ oẽsq; pemptι fuissent nisi eis tytus opem tulisset.

Rõa nia muro pulsi Deus iudeorũ q̃a iniq erant officiebat sñijs neq; picutũ i quo erãt poterant cernere &c.

¶ Tytus iterum muro potitus presidia per turres meridiana parte collocauit: qui iudeorum conuersionem expectans in conspicuo hostibus loca pecuniam militibus iussit distribui & exercitus ordinem armorum quoq; pulchritudinem ostendebat. Et forte sediciosi ad illam speciem animos mutassent nisi malorum immanitate (quam in populum commiserãt) veniam a Romanis desperassent. Tytus autem diuiso bifariam exercitu templum per Antoniam capere cogitauit in vtraq; parte aggeribus eleuatis. iudei vero Symonisq; socij & Iohãnis atq; Zelote impediebant. Cesar itaq; ipsos ad penitudinem suadere non cessabat: sed & oratione armis quandoq; efficatiore per Iosephum rogabat ad pacem Qui muros vndiq; circuiens vnde posset audiri eos vt vlterius romanis non resistant obnixe exorabat dicens naturalem legem potentioribus cedere iubere. Optimumq; ante intollerabilẽ mutare sententiam & salutare sequi consilium. Sed illum talia monentem multi conuicijs afficientes etiam tela in eum iaciebant.

¶ Capitulum duodecimum.

Quinto die põnit in Aege.

Quarto autem die Tytum vehementius aggressum nequaq̃ ferre potuerunt: sed vi coacti rursum quo antea refugerũt. Ille aũt denuo muro potitus totã quidem septẽtrionalem eius partem statim deposuit: in meridiana vero p turres præsidia collocauit. ¶ Iamq; tertium murum aggredi cogitauit. Videbat̃ aũt breuissimi tẽporis eius obsidio: spaciumq; consilij sediciosis esse dandum: siquid disturbatione secũdi muri aut famis mœtu dimitterent Nec enim diutius predas eis posse sufficere & ipse ocio cõmode vtebat̃. Nam cum dies aduenisset quo militibus oportebat alimenta distribui in cõspicuo hostibus loco ductis iussit ordinato exercitu pecuniam singulis numerare. Illis aũt prolatis armis ex inuolucris & vaginis septiq; ꝓcedunt equitibus ornatos equos ducentibus: locaq; suburbana per multum spacium auro argentoq; lucebant. Illio autem spectaculo nichil aut suis iocũdius: aut horribilius hostibus videbat̃. Spectantibus enim & vetera plena erant mœnia & septrionalis regio. Quin & domos refertas intuentibus cerneres nullãq; ciuitatis partẽ quã non infusa multitudo tegebat. Mœtus q̃uis audacissimos cœperat omnem simul exercitum armorumq; pulchritudinem conspiciẽtes & ordinationem virorũ. Et fortasse ad illam speciem sediciosi animos mutauissent nisi malorũ immanitate quę in ppl'm cõmiserant dandã sibi a Rõanis veniã desperassent. Imminẽte aũt (si defecissent mortem supplicij: bello mori p̄stabilius esse ducebãt. ꝑualebat etiã fatũ ꝙ innocẽtes cũ nocentibus ciuitatẽ cũ seditiosis pire decreuerãt. Quatriduo p singulas legiones alimenta cõsecuti sunt. Quinto aũt die cũ oĩa Tytus faciens nihil iudeos pacatũ cogitare sensisset, bifariã diuiso exercitu Antoniam versus & Iohannis monumentum aggeres inchoauit ista parte superiore ciuitatem captumiri cogitans: & p Antoniã tẽplũ. Nãq; hoc nisi cœpisset nec oppidũ q̃dẽ tutũ erat obtinere. In vtraq; aũt pte duo agg

Tytus expectat iudeorũ cõuersionẽ & i cõspicuo hostibus loco pecuniã militibus iussit distribui.

ꝙ sediciosi nõ sũt mutati hoc fuit ex eorũ immanitate q̃ in ppl'm commiserant.

res erigebantur a singulis agminibus singuli. Et iuxta monumentum quidem operantes a iudeis & Symonis socijs infestantibus prohibebantur: ad Antoniam vero a Iohannis socijs cum multitudine zelotarum non solum ꝙ de loco superiore pugnabant verumetiam ꝙ machinis iam vti didicerant. Paulatim enim vsus quotidianus aluit peritiam. Habebant autem balistas trecentas & quadraginta tormenta saxorum: quibus difficiliorem aggerum extructionem romanis efficiebant. Tytus autem sibi & saluam fore fortunam sciens & perituram esse ciuitatem vna obsidioni vehementer instabat nec penitudinem iudeis suadere cessabat. Cōsiliumq; factis admiscens & orationem sepe armis efficaciorem cognoscens: tam ipsos vt seruari als saluari vellent rogabat tradita sibi ciuitate quę iam capta videretur: quam & Iosephum allegabat patria lingua verba facturum sperans eos hominis gentilis monitu aliquid remissuros. Ita Iosephus murum circuiens simulq; extra teli iactum stans vnde exaudiri posset facilius multis orabat vt sibi ac populo parcerent templo ac patrię neue contra hoc fierent alienigenis duriores. Romanos enim sancta reuereri cū quibus nulla sibi societas esset: manusq; suas vsq; ad hoc cohibere. Ipsos vero in his edoctos qui conseruari possent sponte ad eorum interitum ruere. Quin potius viderent muros concidisse firmiores: excisis vero infirmiorem superesse. Romanorūq; vires cognoscerent sustinere non posse: hisq; seruire non esse nouum neq; inexpertum indies. Nam licet pulchrum sit pro libertate pugnare: tamen id in principio decere fieri. Semel autem subditum & qui multo tempore paruisset imperio excuti ac malæ mortis cupidum non libertatis amatorem videri. Debere autem dedignari dominos humiliores: non in quorum potestate sunt omnia. Nā quid Romanos effugisse: nisi ꝙ propter estus aut frigora esset inutile. Immo vero transire ad eos vndiq; fortunam deumq; per singulas nationes ducentum imperium tunc esse in italia. Hanc autem validissimam legem tam feris bestijs q̄ hominibus esse prefinitam potētioribus cedere apud eosq; esse victoriam apud quos robur fuerit armorum. Idcirco etiam maiores eorum quamq̄ multū & animis & corporibus & alijs subsidijs meliores erant cessisse Romanis. Quod (nisi deum scissent illis fauere (nunq̄ perpessi fuissent ipsos vero cōcidentes adhuc resistere cum ex magna parte capta sit ciuitas: ciues autem etiam si muros integros haberent excidio pariter affecti sunt. Nec enim lateret romanos ꝙ fames teneat ciuitatem & modo quidem consumi populum cōtinuo vero etiam bellatores interituros. Nam & si Romani desierint: & ab obsidione cessauerint neq; ciuitatem strictis gladijs irruperint: iudeis tamen in expugnabile bellum intus assidere ꝙ singulis horis aleretur nisi forte cōtra famez quoq; arma caperent ac dimicarent: soliq; Clades etiam superarent. His addebat optimum esse ante intollerabilem calamitatem mutare sententiam dum liceret salutare consilium sequi. Nec enim antea gestarum causa succensere Romanos: nisi ad finem vsq; insolentes ipsi fuissent. Natura enim eos esse in imperio mansuetos atq; iracundię preferre quod vtile est. Vtile autem putare neq; ciuitatem vacuā muris: neq; desertam habere prouintiam. Idcirco nunc imperatorem velle cum his dexteram iungere. Nec enim cuiq̄ salutem daturum si vi cœperit ciuitatem presertim qui nec extremis ei cladibus rogati paruerunt. Breui autem murum quoq; tertium captumiri priores qui capti sunt fidē facere. Quāuis perrumpi tutamina non potuerunt famem pro Romanis pugnaturam. His monētem Iosephum multi in murum stantes vituperabant multi vero conuicijs nonnulli etiam iaculis appetebant.

Vsus quotidianus alit peritiā.

Tytus Iudeos ad pœnitudinē suadere nō cessabat sed & oratiōe armis q̄nq; efficatiore p Iosephū ad pacē rogauit.

Lex naturalis potētioribus cedere iubet.

Optimū añ intollerabilē calamitatē mutare sniam & sequi salutare cōsiliū.

Iosephum talia monētem iudei iniurijs affecerūt &c.

¶ Iosephus enim vt eos flecterent antiquorum patrum adducit historias: eorum diuina rememorans opera abrahę oranti deum intactam vxorem pharao Nechas remisit. Israel quoq; quadringentis annis seruiuit in ęgipto nec se armis defendit: Sed semetipsum deo commendauit. Rapta archa a philistiim dei medio sine armis est restituta. Diuina fuit Sennacherib cedes & exercitus centū enim octoginta quinq; milia diuinitus fuerunt occisa. Septuaginta annis Israel in babilone captiuus non armis liberatus est. Sed a solo deo. Antiqui autem iudei sine armis deovolente hostes superabāt Pugnantes vero de spe semper ceciderunt. Sedechias autem & populus suus hieremiam captam iri ciuitatem clamantem non occiderunt. Idcirco vos illis peiores estis qui bonorum suasorem queritis interficere. Israel sub Antiocho captiuatus est plurimis eorum propter peccata occisis. Iudei quoq; ex impietate sua romanis facti sunt subiecti. Herodis tempore ciuitas propter populi peccata capta est & direpta: deo inquit humanis viribus sprętis omnia sunt committēda: eorum rememorat peccata. Frustra quoq; iudeos dei auxilium in quem tanta concluserunt mala dicit sperare. Neq; enim Romani similia sicut Assyrij malo commiserunt. Sed quod parentes vestri soluerunt petiuit tributum. Quiq; erga iudeos semper liberales cōcedunt eni liberas familias esse & possessiones tenere sacrasq; leges manere intactas. Ante Tyti aduentum aruerant fontes & aquę vendebātur: nunc autem post eius aduentum abundantissime profluunt quod prodigium ostensum est in babilonica captiuitate. Deus enim intuetur occulta qui confessis & pœnitantibus est placabilis. Eos Iosephus ad penitentiā hortatur ciuitatis iam dirutę pudore atq; templi pulchritudine. Familiarumq; mouet miserari bello

aut fame cito periturarum meminitq; matris coniugis & familię.

¶ Capitulum tertiumdecimum.

Iosephus vt eos flecteret ātiquorū patrū adducit historias.
Rememorat diuina antiquorꝝ parētū opera.
Abrahę oranti deū intactāvxorē remisit pharao nechās.

Israel quadrigētis ānis seruiuit ī ægypto nec se armis defendit sed semetipm deo cōmisit.
Rapta archa a philistiim sed dei medio sine armis restituta.
Dīa cedes sēnacherib & sui exercitus.
Cētum octogīta quinq; milia diuinitus sine armis occisa.
Iudei antiqui sine armis deo volētes hostes supabāt pugnātes vero semper de spe ceciderūt.

Israel ppl's sub antiocho captiuatus plurimis eorū ꝑpter peccata occisis.

Ciuitas tēpore herodis ꝑpter populi pctā capto est & direpta.

Ille autem cum manifestis eos calamitatibus minime flecteret.ad gentiles transijt hystorias o miseri vociferās vestrorum alias virorumq; auxiliatorumq; immemores.armis & manibus cum romanis bellum geritis quasi quem alium sic vicerimus. Quando autem non deus omnium conditor iudeorum defensor est(si ledantur)Non respicietis vnde progressi pugnatis: quantumq; auxiliatorem violastis. Non recordamini opera diuina parentum atq; hunc sanctum locum quanta bella nobis aliquando peremit. Ego quidem facta dei narare auribus indignis horesco sed tamen audite:vt cognoscatis nō solum vos Romanis:sed etiā deo resistere. Nechias alias Nechans qui tunc erat rex ægiptiorum(idēq; Pharao vocabatur)cum infinita manu descēdit:regināq; saram materni nostri generis rapuit. Quid igitur eius vir Abraham proauus noster? Armis credo vltus est iniuriam. At quin trecētos decem & octo præfectos habebat quorum singulis infinita multitudo parebat. An ipse quidem quiescere maluit absente deo? Puras autem manus ad hūc locum tēdens(quem vos polluistis)inuictum sibi auxiliatorem ad militiam legit. Nonne secuta alias secūda vespera incorrupta quidem regina remissa est ad maritum? Adorans autem(quem vos gentili cede cruentastis)ac tremens nocturuis somnijs egyptius exagitatus aufugit auroq; & argento amantissimos dona donauit hebręos. ¶ Dicam translata maiorꝝ nostrorum in ęgyptum domicilia qui cum per annos quadragentos Tyrānis ac regibus alienis subiacerēt armisq; ac manibus vlcisci possent:semetipsos potius deo permisere. Quis nescit egyptum repletam omni genere serpētium omniq; morbo corruptam? Quis terrā instructuosam? Quis Nyli defectionem & continuas decem plagas? Et ad hoc parentes nostros cum præsidio incruentos & sine periculo deduci:quos deus sibi sacerdotes ducebat. ¶ Sed ab assirijs raptam nobis sanctum congemuit archam palestina & dagon simul egrum gemuit & tota gens quę rapuerat. Corruptis vero occultis corporum ac per ea visceribus cum cibo exhaustis cymbalorum ac tympanorum sono manibus noxijs reportauerunt sanctum placationibus expiantes. Deus erat qui hęc parentibus nostris semper amministrabat propterea ꝙ omissis armis manibus eius se iudicio permiserunt. ¶ Rex assyriorum Sennacheryb(cum totam ducens Asyam ad hanc vrbem castra posuisset)manibus nō humanis cecidit. Nam ab armis quiescentes in votis erant.& angelus dei vna nocte infinitum deleuit exercitus Posteroq; die excitatus assyrius cētum octoginta quinq; milia reperit mortuorum: atq; ita cum reliquis hebręos inermes nec persequentes fugiebat. ¶ Scitis etiam in babilone seruitium vbi per annos septuaginta populus exulans nō ante libertatem recœpit q̄ dominus etiam donaret qui eos etiam persecutus est. Iterum auxiliatori suo sacerdotum more seruiebant. ¶ Breuiter dicam:nullum est operepreciium quod armis parentes nostri perfecerunt aut non sine armis dona permissa potestate impetrarunt. Domi autem manentes vt placebat iudici superabant pugnātes vero semper de spe ceciderunt. Nam vbi rege Babiloniorum oppidum obsidente sedechias rex noster contra prędicationem hieremię cum eo congressus est: tam ipse captus est q̄ cum templo ciuitatem vidit excindi. At quin videte quanto ille rex vestris ducibus eiusq; populus vobis erat mediocrior. deniq; hieremiam vociferantem inuisos esse eos deo propter delicta quę in eum commiserant captumiri autem nisi traderent ciuitatem neq; rex neq; populus interfecit. Sed vos(vt intus gesta pretermittam) neq; digne possim iniquitates vestras exponere me(qui vobis salutem suadeam)querimini telisq; appetitis irati ꝙ vos vestrorū cōmone facio peccatorum:nec diei ea tolleratis quorum quotidie facta committitis. ¶ Idem tunc fuit(cum Antiocho)qui Epiphanes dictus est(obsidente ciuitatem multis modis offensa diuinitate)maiores nostri cum armis progressi ipsi quidem in pugna perempti: oppidum vero ab hostibus direptum est sanctumq; per triennium sexq; menses pœnitus desolatum est. Et quid pluribus opus est? ¶ Ipsos Romanos quis contra iudeorum gentes ad militiam prouocauit? Nonne indigenarum impietas vnde seruire cœpimus? Nonne a sedicione maiorum quādo Aristoboli & Hyrcani furor.& inter eos cōtentio pompeium intulit ciuitati:& Romanis deus indignos libertate subiecit deniq; tres menses obcessi quāq̄ nihil(quale vos in sanctū legesq;)deliquerāt:& maioribus ad bellum subsidijs vtebant̄ sese tradiderunt. Antigoni aūt filij Aristoboli nescimus exitum quo regnū obtinēte deus iterū captiuitate persequebat̄ populum deliquentē? ¶ At herodes quidē antipatri filius sosiū & Romanū adduxit exercitū. Circūdati vero per tres menses obsidebant̄ donec capti peccatorū suorꝝ supplicia pependerūt:direptaq; est ab hostibus ciuitas. Ita nū q̄ gēti arma data sunt oppugnationi vero sine dubio coheret exidum. Oportet ergo(vt opinor)sacra loci possessores iudiciū de oibus deo ꝑmittere manusq; tunc hūanas cōtemnere cum a superno sibi iudice non recedūt Vos aūt quid

A ex his (quæ legis conditor benedixit) egistis? Quid (quod is execratus est) prętermisistis? Quantum illos qui cito perierũt impietate superastis, nõ occulta dedignati alias dedignãtes peccata hoc est fur ta insidias atq; adulterium rapinis cedibusq; certastis nouasq; maleficiorum excogitastis vias. Sc̃m vero templum factum est omnium receptaculum & indigenarum manibus pollutum est quod romani ex tam longinquo adorabant: multa per legem nostram de suis moribus derogantes Deinde post hęc in quem: fuistis impij: hunc auxiliatorem sperastis? Valde quidem iusti estis supplices purisq; manibus adiutorem vestrum rogatis? Talibus rex noster pręcibus aduersum assyrium supplicauit cũ magnum illum exercitum deus vna nocte prostrauit? Similia vero assyrijs romani committunt: vt etiam similem vltionem speretis? Nam ille quidem (a rege nostro accepta pecunia vt vastitati parceret) ciuitatis neglecto iureiurando ad incendium templi eescendit: Romani autem solemne poscunt tributum quod parentes nostri eorum pensitabant parentibus & si hoc impetrauerint neq; populãtes ciuitatem neq; sancta omnino tangũt. Concedunt autem vobis familias liberas & possessiones vestras tenere: sacras leges saluas manere patiuntur. Insania est profecto sperare deum talem circa iustos fore qualis iniustis apparuit nam præsertim qui statim vlcisci nouerit cũ oportet deniq; assyrios prima nocte qua castra ciuitati admouerant fregit. Quod si & vestram progeniem liberaret. romanos vero pœna dignos iudicaret confestim eis illo tempore sicut assyris irasceretur quo genti manus põpeius attulit: quo post illum Sosius ascendit: quo galileam vespasianus excidit: postremo nunc cum Tytus ciuitati appropinquaret. Sed neq; magnus neq; sosius quicq̃ passi sunt & ciuitatem victoria cœperũt Vespasianus autem ex bello (quod nobiscum gessit) etiam imperium adeptus est. Nam tito quidem etiam fontes nunc vberiores profluunt qui prius vobis aruerant. deniq; ante huius aduentum scitis & syloam & omnes extra ciuitatem fontes adeo defecisse vt ad vtrumq; aqua mercaretur. Nunc autẽ ita hostibus nostris largi sunt vt non modo ipsis & iumentis ipsorum sed hortis quoq; sufficiant. deniq; & huius prodigij & ante periculum factum est in excidio ciuitatis quando supra memoratus babilonius rex cum exercitu aduenit: qui & captam ciuitatem incendit & templum. Quamuis (vt opinor) nihil tunc illi (quantum vos impie nunc) comisissent. Itaq; sanctis relictis deum fugisse putauerim hisq; nunc adesse cum quibus geritis bellum. An bonus quidem vir domũ flagiciosam fugiet ac domesticos oderit? deum vero malis vestris inherere arbitramini qui etiã occulta conspicit. & audit omnia quę tacentur. Quod autem apud vos tacetur quid ve celatur. quid non etiam planũ inimicis factum est? Iniquitates enim vestrę velut in promptu neminem latent: inq; dies singulos quis peior sit certamen habetis: atq; ita nequiciam & virtutem demonstrare contendentis. Verũtamen est reliqua salutis via si velitis & diuinitas confessis ac penitentibus solet esse placabilis. Arma proijcite. Pudeat vos patrię iam dirutę. Conuertite oculos & aspicite eius (quam proditis) pulchritudinem quale oppidum: quale templum: q̃ multarum gentium munera. Quis hæc in flammas adducit? Quid hęc iã nõ esse desiderat? Et quid est hoc saluum esse debeat dignius? O duri & lapidibus stolidiores si hęc nõ veris luminibus cernitis: saltem familiarum vestrarum miseremini. Versentur in conspectu cuiusq; filij. coniuges & parentes. quos paulopost aut bellum aut absumpserit. Scio quia vna cum his periclitabitur mihi mater & coniunx & familia non ignobilis. domusq; olim clarissima & fortasse propter a me quisq̃ hęc suadere crediderit. Interficite illos: accipite mercedem salutis vestrę sanguinem meum. Ipse quoq; mori paratus sum. si post me resipiscitis.

Rememorat eorũ peccata.

Frustra dei (in quẽ tãta cõmiserũt mala) iudei auxiliũ sperant.

Romanorum liberalitas erga iudeos.

Notãda sẽtẽtia.

Añ Tyti aduentũ aquę aruerãt qa & vẽdebant sed post abũdãtissime qđ pdigiũ facti est ĩ captiuitatẽ babilonicam.

Deus intuetur occulta.

Deus cõfessis & penitẽtibus est placabilis.

Monet ad penitentiam.

Hortat miserij familiarũ bello aut fame cito periturarum & meminit mris cõiugis & familię suę.

¶ AEGESIPPVS prolixiorem ponit Iosephi orationem vide eam cap. xv. & . xvj. & ibi multa commemoranda inuenies.

Additio.

¶ Seditiosis obstinatis populus ad fugiendum commotus est & venundatis possessionibus solidos propter latrones transglutiebant. & hos humanissime reperiebat quorũ Iohannes & Symon exitum impediebant: quos cum desperatio vrgebat. Maximaq; tunc erat fames nullaq; inueniebantur. frumenta seditiosiq; irrumpentes domos scrutabantur verberantes (si quid reperissent) negantes habendi autem argumento erant miserorum corpora cum ea quę solidis viribus starent abundare cibo putarentur. ditiores quoq; totem substantiam vno frumento modio permutabant. Mẽsa nullibi ponebatur sed omnes incoctum cibum diripiebat. Fames super omnes clades & quod reuerẽtia dignũ est in fame negligitur. Matres cibum infantibus ex ore capiebant. Clausas domos ruptis foribus ingrediebantur. & iam contusum cibum ex gutture strangulatis faucibus reuocabant. Nulla erat miseratio: sed pro rapiendis alimentis acerbissimi ex cogitabantur cruciatus horrẽda namq; fames excogitat & patitur diuesq; grauiora patiebant q̃ pauperes. Quemq; Symon expilasset mittebat ad Iohãnem sibiq; populi sanguinem propinabant & vtriusq; scelerũ erat concordia Nulla certe vnq̃ ciuitas tanta perpessa est neq; vlla natio ferociorem habuit maliciam. Sibiq; ipsis maledicentes. conuitia di-

cebant. Ciuitatem ipsi euertentes Romanos hanc victoriam tristem coegerunt habere.

¶ Capitulum quartumdecimum.

Sediciosis absti natis ppl's ad fugiēdū cōmotus est & possessionibus venūdatis solidos ꝓpter latrōes trāsglutiebāt & hos Tytus recipiebat humanitus &c.

HEc Iosepho vociferante cū lachrimis sediciosi quidē neq; flexerunt animos neq; est: tutam sibi murationem fore iudicauerunt. Populus vero ad ꝓfugiendum commotus Et alij quidē (possessionibus alijsq; rebus clarissimis exiguo ꝑcio venūdatis) solisdo quidē (ne latronos deprehenderunt) transglutiebant. Cum vero ac Romanos elapsi fuissent. exonerato vētre habebāt vsui necessaria. Tytus autem plerosq; ꝑ agros quo vellet quisq; pergere dimittebat. Idq; magis eos ad profugium hortabatur: ꝙ intestinis malis carebant. Romanis nō seruire. ¶ Iohannes autem & Symon cū socijs (ne his magis pateret exitus. q̄ ve Romanis) aditus obstruebāt. & qui vel vmbram suspicionis dedisse continuo necabatur. Ditioribus quidem etiam manere sicut ꝓfugere per causa erat pereundi. Nam quasi transfugere voluisset ꝓpter patrimoniū quisq; occidebatur. ¶ Cum fame autem crescebat desperatio seditiosorū & in dies singulos vtrūq; malum amplius accendebat. Et palam quidem nulla erant frumenta irrūpentes autem scrutabant domos & siquidem reperissent aliquid eos (qui negauerāt) verberabāt. Si vero nihil inuenissent quasi diligentius celauissent tormentis itidem afficiebant. Habendi autem argumēto erant corpora miserorum cū ea quę soli〈d〉is viribus starens abundare cibo putarentur. Rabidi autē iam transiebant nec rationis esse videbat statim fame morituros occidere. Multi vero suam substantiam clam vno frumenti modio qui ditiores essent itemq; pauperes ordei permutarunt. Inclusę deinde intimis aditum tectis summa quidem pœnuria infectum triticum comedebant panem alij conficiebāt vt necessitas mœtusve monuisset. Et mensa quidem nusq̄ apponebat sed incoctum cibū igni subtrahentes diripiebant. Miserabilis autem erat victus dignumq; lachrimis spectaculum cum potētiores quidem plus haberent: infirmiores autem iniuriam deplorarent quippe cum fames super omnes clades haberet. Nichil enim sic perdit hominem vt pudor. Nam quicquid reuerētia dignum est: in fame negligitur. Deniq; vxores viris & filij parentibus & (quod est miserrimum) matres cibum infantibus ex ipso ore rapiebant & inarcescētibus clarissimis nemo parcebat: quin vitę guttas auferret. Edentes vero talia non latebant sed vbiq; aderant qui ista diriperent. Nam sicubi clausam domum vidissent eos qui erant intus cibum capere, hoc suspicabant indicio. Statimq; ruptis foribus irruebāt victumq; iam contusum dentibus ex gutture pœne reuocabant ipsis faucibus strangulatis. Pulsabantur autem senes ne cibum defenderent lacerabantur mulieres ea quę haberent in manibus occultātes nullaq; miseratione vel cani capitis vel infantię sed abstractos pueros & ex buccella pendētes humo allidebant. Siquis autem incurrentes anteuenisset quodq; rapturi fuerint deuorasset: tanq̄ essent lesi cruētiores erant acerbissimos autem cruciatus excogitabāt dummodo alimenta reperirēt nuc obstruentes genitalium vias nunc virgis acutis pondices transfigendo. Horrendaq; etiam auditu quis paciebat in vnius panis confessionem & vt pugnum vnum farinę abditum indicaret. Tortores autē nec esuriebant. Minus enim crudele videret. quod necessitas speraret. Exercentes autem demētiam suam sexq; dierum sibi viatica pręparentes. Hisq; occurrentis qui per romanorum custodias agrestis oleris herbarumq; gratia colligendarum nocte reperissent. Cum iam se hostes euasisse credebāt: quæ attulissent eripiebant. Multumq; supplicantibus & horribile dei nomen implorantibus: vt aliquā partem sibi concederent eorum quæ cum periculo sibi colligissent: nihil pœnitus dabāt. Gratumq; videbatur si spoliati non perirent. Hęc quidem humiliores a satellitibus patiebantur honorari vero ac diuites ad Tyrannos perducebātur. Quorum alij insidiarum falso accusati occidebantur: alij ꝙ Romanis proderent ciuitatem. Et plęrumq; delator subornatus: aiebat ꝙ fugere voluissent. Si vero quē Symon expilasset ad Iohannem remittebatur: & quem Iohannes spoliasset eū Symon excipiebat sibiq; inuicem propinabant sanguinem popularium: miserorumq; cadauera parciebantur. Et dominandi quidem causa erat in vtrumq; dissensio: scelerum vero cōcordia. Nam qui ex alienis malis partem alteri sibi totum vindicans non dedisset nequissimus videbatur. Et qui non accepisset velut boni alicuius damno dolebat: ꝙ crudelitas parte caruisset. ¶ Sigillatim quidem iniquitates eorum non potero explanere. Vt hoc breuiter dicam. neq; aliam ciuitatem vnq̄ talia perpessam esse puto: neq; vllam nationem post hominum memoriam malicia ferociorem fuisse. Postremo etiam genti hebræorum maledicebant vt minus impij viderentur in alienos. Verumtamen ꝙ erant & seruos se. & conuenas & de generis gētis obortionis esse cōfessi sunt. ¶ Deniq; ciuitatē ipsi euerterūt: & Romanos inuitos hāc tristem admittere victoriam coegerunt. tardiusq; venientem in templum ignē pœne traxerunt. Deniq; cum hi superiorem ciuitatem ardere vidissent neq; doluerunt neq; illachrimauerunt: sed apud Romanos qui hæc paterentur inuenti sunt. Verum quę per territorium gesta sunt postea, cum rerum documentis dicemus.

Fames dira.

Miseri corpora valida habētes abundare cibo putabant.

Mensa nullibi ponebant sed oēs incoctū cibū diripiebāt.

Matres cibū infantibus ex ore rapiebāt &c.

Clausas domos ruptis foribus ingrediebāt & iā cōtusum cibum ex gutture strāgulatis faucibus reuocabāt. &c.

Horrēda fames excogitabat & paciebat &c.

Diuites grauiora patiebant q̄ pauperes.

Nulla vnq̄ ciuitas tāta ꝑpessa est neq; vlla nario ferociorē vnq̄ habuit maliciam.

¶ Tytus exeuntibus ad alimenta iussit tendi insidias fames vero ad exeundū reddebat audaciores. Romani autem (cum iudeos mortem videbant contēnere) suppliciorum angebant genera & omnes captos post verbera crucifigebant. vnde crucibus spacio deficiente & corporibus cruci minime ꝑpter captiuorum multitudinem sufficiebant. Sed neq; ea clade mouebant̄. Iudei autē ab hostibus illatam famis comparatione estimabat requiem multos insuper captiuorum. Tytus incisis manibus ad Symonem: & Iohannem (vt eos ad deditionem commoueret) remittebat. Sed ipsi Cæsari maledicentes mortem seruituti pręferre clamabant. ¶ Antiochus itaq; quem Aege. Commageni filium vocat) miratus ꝙ Romani muros non ascendant qui (ridente Tyto & laborem dicente communē) cum macedonibus in murum impetum fecit: & multis ex suis interfectis alij sauciati recesserunt.

¶ Capitulum quintumdecimum.

T Yto autem aggeris quidem proficiebant: quamuis a muro male milites afficerentur. Parte vero equitatus directa iussit per valles ad alimenta comportanda exeuntibus insidias tendi. Erant autem in his nonnulli etiam pugnatores. quibus iam minime præda sufficeret. Maior vero pars pauperes ex populo quos ꝓfugere deterrebat ꝓ affectibus suis mœtus. Nec clam enim seditiosis posse fieri sperabant vt cum coniugibus ac liberis diffugerent. eosq; latronibus relinquere non patiebātur vice sua iugulandos. Audaciores autem faciebat ad exeundū fames: restabat iam latitantes egredi & ad hostibus capi. Depręhensi autem necessitate repugnabāt mœtu supplicij incōgruumq; videbant̄ supplicare. Post pugnam itaq; verberati & ante mortem modis omnibus excruciati. contra murum cruci suffigebantur. Tyto quidem miserabilis videbatur ista calamitas: cum indies singulos quingenti. nōnumq̄ etiam plures caperentur. sed neq; captos dimittere tutū erat. Tātamq; asseruare multitudinem custodum videbatur esse custodiam. Maxime vero propterea non prohibuit Tytus eos existimans eo facile remissuros tanq̄ similia passuros nisi se dedissent. Milites autem diuersis modis suffigebant. ira & odio & ludibrij causa: & propter multitudinem quam cœpissent etiamq; spacium crucibus deerat. & corporibus cruces. Sediciosis vero tātum defuit vt ea clade mouerentur quod eius & in contrarium cessit ad deterrendam reliquam multitudinem. Transfugarum enim familiaribus ad murum tractis & (si qui erant popularium) proniores ad pacem: & quæ paterentur (qui ad Romanos confugerant) demonstrabant & qui compręhensi tenebātur eos supplices non captiuos esse ducebant. Ea res multos profugere cupientium (donec verum cognosceretur) inhibuit. Fuerunt autem qui statim dilapsi sunt velut ad certum supplicium properantes. Illatam eni ab hostibus mortem comparatione famis requiem esse ducebāt. ¶ Multis autem captiuorum Tytus etiam manus abscidi iussit: eosq; ad Iohannem & Symonem intromisit: vt propter calamitatem nec viderent̄ profugi nec crederent̄: saltē nunc desinerent ammonēsne ve cōpellerent ad excidiū ciuitatis sed lucrarent̄ in extremis voluntate mutata & proprias animas & patriam tātam & tēplum cuius participem non habebant. Simul autem aggeres circuiūdo operantes vrgebat: veluti faciens verba non multo post secutura. Ad hęc in muro stantes & ipsi Cęsari & patri eius maledicebant: mortemq; se contemnere clamabant. eamq; seruituti recte pręferre. Multi vero mala in Romanos facere dum se sperare potuerint: nec patriam curare nec templum vt ipse diceret perituros mundumq; deo templum hoc melius esse saluatumq; iri hunc abesse qui incoleret quem ipsi quoq; auxiliatorem habentes omnibus interminationibus illusores eos quibus facta nō aderentur finem enim dei esse talia cōuicijs admiscentes vociferabantur. ¶ Et inter hæc antiochus quoq; aderat epiphanes multos alios armatos secum ducens & pręterea caterua stipatus (qui macedones appellabantur) omnes etate pares & paulo magis proceres adolescentuli more macedonum instructi armis & eruditi: vnde etiā nomen habebant. Plęriq; tamen famam gentis ęquare non poterant. Omniumenim regum (qui romanis subiecti erant) fœlicissimum commagenum fieri contigit. priusq̄ fortuna mutaretur. Ostendit autem ille quoq; i senecta etate: nullum ante mortem beatum dici oportere Cęterum filius eius (adhuc eo tūc vigente) pręsens: se mirari aiebat quid nam esset ꝙ romanos adire muros pigeret. Erat eni bellator naturaq; promptissimus: tantusq; viribus vt non multum peccaret audacia. Cum vero tytus ad hoc subrisisset laboremq; communem esse dixisset. sicut erat antiochus cum macedonibus in murum impetum fecit. Et ipse quidem pro viribus suis ac peritia cauebat tela iudeorum sagittis eos appetēs adolescentuli autem omnes præter paucos attriti sunt. Nam pudore promissionis diutius pugna certabant & ad extremum multi saucij recesserunt: hoc reputantes ꝙ etiam viris macedonibus vincere cupientibus fortunā esset opus Alexandri: Romanis autem duodecimo die mensis maij aggeres inchoati. vix nono & vicesimo perfecti sunt cum totos dies septem laborassent: ingentes enim quatuor iacti sunt & vnus quidem (qui erat ad antoniam) a quintadecima legione fuerat extructus cōtra medium stagnum quod struchyum vocatur alter vero a duodecima viginti cubitis distans. Decima ve-

Tytus exeuntibus ad alimēta tendi iussit insidias.

Fames ad exeūdē faciebāt audaciores.

Rōani (iudeos q̄ mortis cōtēptores vidsbāt) suppliciorū augebāt genera & oēs captos post verbera crucifigebāt vn̄; crucibus spacio deficiēte & corporibus nō sufficiētibus crucibus ꝑpter captorū multitudinem.

Tytus captiuorū multos īcisis manibus ad Symonē & Iohannē (vt eos ad deditionē cōmoueret) misit sed cęsari maledicētes mortē seruituti ꝑferre clamabāt &c.

Nullus añ mortē beatus.

Tyto ridente & laborē cōmunē dicente Antiochus cū macedonibus ī murū ipetū fecit & multis ex suis īterfectis alij saucij recesserunt.

ro legio quę supra memoratis pręstabat in septemtrionali parte opus erexerat vbi stagnum est quod appellatur amygdalon Aduc autem quintadecima legio triginta descendentem cubitis aggerem fecit:ad potificis monumentum.

¶Iohãnes seditionum princeps ignem per cuniculos apposito: Romanorum diruit aggeres quorum spes repentini casus timore refrixit. Symon quoq; alios aggeres:aggrediens cum socijs suis Romanorum incendit machinas. Tũc tamẽ amborum iudeorum scilicet: & Romanorum maximus fuit conflictus. Et Romanis desperatis a d castra discedentibus iudei magis instabant sibi ex ciuitate aduenientibus adiumentis: & ad Romanorum castra cum custodijs dimicaturi properauerũt & ea obsiderunt. Sanctio enim apud Romanos est pro castrorum custodijs ne qualibet ex causa a castris recedant. Tytus autem(militibus)quia obsessorum paterentur fortunam qui prius hostium muros obsiderent(increpatis)hostes a latere cum militibus circũuenit:& ita puluis oculo & clamor aures exuperabat vt(mixta acie)amicus ab inimico minime discerni potuisset. Romani tamen Cęsaris pręsentia fortiores totam iudeorum multitudinem(nisi se in ciuitatem recœpisset)exterminauissent ipsi vero solutis machinis captum iri ciuitatem desperabãt: & varium super hoc deliberatur consilium quibusdam milite muros aggrediendos dicentibus:quibusdam nouos aggeres construendos alijs vero ꝗ sit famei relinquenda videbatur. Tytus vero(quoniam temporis longitudo(inquit)sępe victoriæ gloriam diminuit)ciuitatem omni celeritate:& cautione muro vndiq; cingi ordinauit & omnes claudi exitus dicens magnum opus sine labore perfici non posse.

¶Capitulum sextumdecimum.

Iohẽs seditionũ pricepsigne ꝑ cuniculos apposito aggeres diruit.

IAm vero admotis aggeribus Iohãnes suffossa intus terra vsq; ad aggeres Antoniam versus: dispositis per cuniculum sudibus opera suspendit: illataq; silua pice ac bitumine oblita ignem immitit. Succensis autem fulcimẽtis fossa repẽte subsedit: cumq; magno sonitu in ea aggeres deciderũt. At primo quidem cum puluere fumus ex alto excitatus est cum ignem ruina cõcluderet. Peresa vero materia qua præmebatur: flamma iam clarior apparebat. At Romanos repẽtini quidem facti stupor occupat: molitionem vero iudeorũ ęgre ferebant:iamq; se vicisse credentium & spes eorum cassa refrixit:& in posterũ subuenire aduersus ignem minus vtile videbat:etiã si esset extinctus semel aggeribus deuoratis.

Romani aggeribus igne diruptis timore repentini i casus spes eorũ refrixit &c.

¶Biduo vero post etiã alios aggeres Symon cũ socijs aggreditur(Illa enim parte Romani admotis arietibus iam concutere murum cœperant)Tepheus autem qui dum ex garsi ortus ciuitate galileę. & Megassarius alias Megassarus ex regalibus famulis alias famiijs mariamnes cumq; his adiabenus quidã filius nabatei nomen habens ex fortuna Egyras(cuius est ieterpręta tio claudus) raptis facibus in machinas euolarunt. Hisq;viris neq; audaciores in illo bello ex ea ciuitate apparuerũt neq; magis horrendi. Nam velut in amicos(non vt in agmen hostiũ excurrerent)nihil cunctati sunt.aut sustiterunt:sed per medios inimicos facto impetu machinas incenderunt. Acti autem missibus.& gladijs vndiq; truci non prius a periculo demoti sunt ꝗ̃ ignis instrumenta corriperet. Sublata vero iam flamma: Romani quidem concurrentes e castris auxilio properabant. Iudei vero ex muro eos prohibebant manusq; cum his conserebant qui flammas conarentur extinguere:proprijs corporibus nullo modo parcentes. Et illi quidem arietes igni subtrahere cũ eorum tegmina cremarentur.iudei vero etiam ꝑflammas eos retinere certabant.& quãuis feruens nati essent ferrũ tamen arietes nõ amisere. Hinc aũt in aggeres flamma transijt.& auxiliantes pręueniebat incẽdium. ¶Itaq; Romani flamma circumdati(quoniam seruari posse opera desperauerũt)in castra discedũt. Iudei vero magis instabãt cũ semper eoꝝ cresceret numerus ex ciuitate accedentibus adiumentis minusq; cautos haberent impetus frœti victoria Progressi aũt vsq; ad munimenta castrorum cum eorũ custodibus ꝓlio dimicabant. Est ergo quędã pro castris ꝑ vices stantium armatorum & acerbissima in eos romanorum sanctio vt(qui loco de qualibet causa cessisset)occideretur. Hi penali exitio gloriosa morte ꝓlata steterũt fortiter:eorumq; necessitate simul ac pudore plurimi fugientium redierũt. Balistisq; in muro dispositis ex ciuitate accedentem multitudinem prohibebãt nichil pro cautione siue tutamine suorum corporum ꝓuidentem. Nam quoscumq; obuios habuissent cum his congrediebantur iudei & in spicula irruentes in caute ipsis corporibus inimicos feriebant. Sed neq; hi actis magis ꝗ̃ fiducia superabãt Et romani plus audacię ꝗ̃ ꝗ male tractarentur cedebant. ¶Iamvero Tytus aderat ab antonia(quo secesserat)locum alijs aggeribus prospiciens multumq; increpatis militibus si cũ hostium muros obtinebant in suis periclitarentur & velut ex carcere cõtra se dimissis iudeis obsessorum paterẽtur ipsi fortunam:ipse cum electis militibus hostes a latere circumuenit. Illi autem cum in ora ferirentur contra eum conuersi durabant. Mixta vero acie:puluis:quidem lumina:clamor vero aures exuperabant. Neq; autem amicum quisꝗ̃ inter cognoscere poterat aut inimicum: Iudeis autem non tã viriũ fidu-

Congressus iudeorũ rõanorũ maximus.

Rõanis desperatis ad castra discedẽtibus iudei magis instabat sibi ex ciuitate accedentibus adiumẽtis & ad Romanorũ castra cũ custodijs ꝓperarunt dimicaturi quę obsederũt &c.

A cia.quantum salutis desperatione perseuerantibus.etiam romanos pudor animorū & glorię:& p̄sentia periclitantis cęsaris reddidit fortiores.Itaq; putauere eos ad extremum nimia ferocitate animorū vel totam multitudinem iudeorum fuisse rapturos.nisi pręuento pugnę momento in ciuitatem se recepissent.Corruptis aggeribus romani somnio tenebantur quia labore iam magnum alias longum vna hora perdiderunt & multi quidem solutis machinis capturos iri ciuitatem iam desperabāt. ❡ Tytusvero cum ducibus quid fieret deliberabat.Et calidioribus quidem placebat omni admoto milite vi muros experiri.Vsq; adhuc eni iudeos cū exercitus pte dimicasse.vniuersi vero militis impetum minime posse tolerare.verum sagittis esse obruendos.Prudentiores rursus aggeres fieri suadebant: Alij & sine aggeribus obsideri gressus eorum tantummodo obseruantes (ac ne victus(intro ferretur) monebant:& ciuitatem famei relinquere:neq; cum hoste manu confligere.nec enim expugnari eorū confidentiam posse(quibus optatum est ferro procumbere)vel etiam sine hoc interficere:quę seuior est cupiditas.Ipsi autem Tyto cęsari quidem prorsus ociari tanto cum exercitu honestum non videbatur:& pugnare cum his superuacuum(qui semetipsos perdituri essent)Aggeres autem facere operosum iudicabat impendiorꝫ penuria:egressusvero obseruari ciuitatis operosius.Nec enim circūdari eam propter magnitudine locorumq; difficultatem ab exercitu posse:& pręterea ad excursus incautum contra manifestam vero obseruationem occultas vias cogitaturos iudeos: tā necessitate q̄ locorum scientia.Siquid autem clam esset allatum:diutius obsidionem trahendam.Verendumq; ne victorię gloriam diminuat temporis longitudo.Hanc enim cuncta quidem effici posse sed celeritatem ante gloriam duci debere.Tamen si cautione vti vellet & celeritate totam muro cingere ciuitatem. Hoc enim modo omnes exitus posse percludi:& iudeos aut omnibus modis salute desperata ciuitatem tradituros:aut fame victos facillime esse capiendos.Aliter enim non posse se quiescere. Verum & aggeres curaturum esse cum infirmiores habeat qui prohibent. Quod si cuiq; magnum opus & inextricabile videaẽ eum considerare debere q̄ neq; paruum opus romanos deceret facere & sine labore magnum quid perficere ne deo quidem facile sit.

Consiliū variū qd agendū ī aggrediendi muri milite an aggeres cōstruēdi an ciuitas famei sit relinquenda.

Opinio tyti de mon capiēdi ciuitatem.

Lōgitudo tpis sæpe victoriæ gl'ia diminuit.

Magnū opus sine labore pfice re potest nemo

B ❡ Romani milites(iubente Tyto exercitum in opera distribui)omnis ciuitatis ambitū inter se partiti placere ordinate properabant:& murum circa ciuitatem cum castellis triduo(quod propter celeritatem fide videtur carere)compleuerunt & custodibus per castella collocatis vigilias ordinauit: & vigiles inter se somnos sortiebantur.Salutis autem cum exeundi facultate iudeis ablata est & cuncta iam fames totas domos ac familias deuastabat.vbiq; em̄ fame moriebanẽ.Multi mortuos sepelientes sup illos moriebātur.multiq; viui ad sepulchra properabant:latrones aūt mortuorꝫ detrahētes cum risu egrediebantur:& gladios suos in adhuc spirantes experiendi gratia transuerberabant/mortuorumq; plurima cadauera per muros pręcipitabant:quę videns Tytus ingemuit deumq; testatus ē: hoc factum suum non esse.Romani insuper seditiosos fame scientes cruciari lętabantur eis frumentorum copias ostendebant sua sacietate eorum famem incendentes.Tytus vero reliquias populi & qđ superest saluare cupiens nouos aggeres cōstruebat:& miseratus eos ad deditionem incitabat. sꝫ eis perierat pœnitudo qui etiam mortuam plebem quasi canes lacerabant.Symon aūt Mathiā ex pōtificibus vnū ppl'o fidelem cū tribus filijs(quartus enim iam fugerat)peremit.Hinc em̄ crudelis Symō rogātivt ante filios occideretur negauit sed nouissimū interfici iussit sepulturamq; sibi renuit.

❡ Capitulum septimumdecimum.

His dictis duces hortatus.iubet eos exercitū in opera distribuere.Diuinus aūt quidam impetus militibus incidit.ambitūq; partiti nō solū rectores inter se verū ipsi etiam ordines & miles quidē decadarcho:decadarchus autem etacontarcho:ilq; chyliarcho placere pperabat.Chyliarchorꝫ vero ostentatio ad duces vsq; pertinebat:ducū vero certamina cęsar ipse dijudicabat.Indies em̄ singulos circuiens opus sepissime īspiciebat.Cœptū em̄ a castris assiriorꝫ vbi ipe tēdebat:ad inferiorē scenopoli murū duxit. Hinc p cedronē ad oliuarū montē reuertens a meridie montē cōplectitur vsq; ad saxum(quod perysterconos vocaẽ)eiq; proximū collem qui super vallem iminet syloam & inde ad occidentē flexo edificio ad vallem fontis descēdit:Hinc subiens ad anani pōtificis monumentum circumdato monte vbi castra pompeius habuerat:ad septentrionalem redit regionem. Cumq; processisset ad vici partē (cui nomen est erebynthonicus)pusillum herodis monimentum ab oriente clausum castris suis coniunxit:vnde cœperat. Murus quidem vno minus quadraginta stadijs erat. Adhuc autem foris castella tridecim edificata sunt:eorumq; sytus denis stadijs numerabatur. Totum autem triduo opus constructum est:vt id quidem dignum mensibus videretur:celeritas vero fide careret. ❡ Muro circumclusa ciuitate per castella custodibus collatis primam quidem vigiliam noctis ipse circuiens explorabat.Secundam vero alexandro permiserat.Tertiamq; obtigit agminum ducibus somnos autem vi-

C

Tyto exercitus in opa distribui iubēte oīs ābitū ptiti placere .p. pabāt ordiate & murū circa citatē cū castellis triduo cōpleuerūt

custodibus p castella collocatis

giles inter se sortiabantur totaq; nocte per ca stellorum spacia circuibant. ¶ Iudeis autem cum exeūdi facultate omnis etiam spes salutis adempta est. Cūctaq; iā fames totas domos ac familias depascebatur. Et tectaq; quidem plena erant mulieribus exanimatis atq; infantibus viarum angusta senibus mortuis: Adolescentes autem aut virgines turgidi velut vmbrę mortuorum per publicum volutabant & vbi (quē casus occupauerat) decidebant. Sepelire autem funera sua neq; poterant prę labore: & eos quibus aliqua vis supererat pigebant & ꝑpter multitudinē mortuorū: & ꝙ de ipsis erat incertū. Deniq; sup eos quos sepelierant multi moriebantur: multi autem ad sepulchra (priusq̄ fati dies veniret) & viui properabant. Neq; luctus in illis calamitatibus neq; fletus erat: sed fame superabant affectus. Siccis aūt oculis & corruptis oribus qui tardius morerentur. eos qui ante se requiescerent tuebantur. Altum vero silentium ciuitatem plenāq; mortuis nox conpręhenderat & latrones his acerbiores. Domus enim tantum sepulchra erant. & cadauera spoliabant. velaminaq; corporibus detrahētes cum risu egrediebantur. Hisq; gladiorum mucrones propinabant: nonnullosq; iacentium adhuc spirantes ferro experiēdi causa transuerberabant. Si quis autem manum rogasset aut ferrum sibi commodari (quo famem euaderet) superbissime negligebatur. Animas vero efflantium quisq; in morte tēplū obrutibus intuebatur cū viuos relinqueret sediciosos. Illi autē primo quidē sumptu publico iubebant mortuos sepeliri: cū odorē ferre non possent. Deinde ꝙ non sufficiebant in valles eos ex muro ꝑcipitabant. Quas circuiēs tytus. vbi plenas cadauerū vidit altāq; saniē tabefactis corporibus defluentē ingemuit & extēsis manibus deū testabatur factū illud suū nō esse. Ciuitas quidē ita erat affecta. ¶ Rōani vero (cū nemo iā seditiosorū auderet excurrere nā etiā mœror eos famesq; tāgebat) dies letos agebāt frumēti aliarūq; rerū necessariarā hñtes copiā de syria ꝓximisq; ꝓuicijs. Multi autē iuxta murum astantes magnamq; alimentorum abundantiam demonstrantes sacietate sui famē hostium incendebant. Seditiosis autem nichilo magis calamitate cedētibus Tytus reliquas populi miseratus & properans saltem hoc liberare quod superest iterum aggeres inchoabat: quamuis difficulter materiam reperiret. Omnes enim ciuitati proximas siluas opera prima consumpserant. Ex nonagesimo vero stadio milites alias congerebant ad antoniā: & ex quattuor partibus maiores prioribus aggeres struebantur. Cęsar autem agmina circuiens atq; opus vrgens (ꝙ in manibus eos haberet) latronibus ostendebat. Sed illis pœnitudo plane perierat. & animis a corporibus separati. vtrisq; velud alienis vtebantur. Nec enim vel animas affectio mansueta: vel corpora dolor tangebat. Qui etiā mortuam plebem quasi canes lacerabant: replebantq; languentibus carcerem. ¶ Deniq; Symon Mathiā quidem (per quem obtinuerat ciuitatem) in cruciatum peremit. Boethi filius erat ex pontificibus populo maxime fidelis & carus Is (cum a zelotis male populus tractaretur) quibus iam Iohannes accesserat vt adiutorem symonem reciperet populo persuasit. nulla cum eo prius habita pactione aut male aliquid metuens Ingressas autem ille (postq̄ obtinuit ciuitatem) inimicum eum æq; vt alios esse dicebat. qui pro se consilium dederat velut hoc simplicitate suasisset. Productum enim & accusatum ꝙ cum romanis sentiret morte damnauit ne purgationis quidem facultate ei concessa cum tribus filijs suis. Quartus enim ad Tytum ante profugerat. Prius autem se occidi q̄ filios obsecrantem: atq; hanc pro illa ꝙ ei ciuitatem aperuisset gratiam postulantem: vt augeret eius dolorem nouissimum iussit interfici. Ille quidem supra cęsos in conspectu suo filios iugulatur. coram romanis productus. Ita enim Symon anano Magali alias Bagadati filio pręceperat qui erat satellitum eius crudelissimus cauillatus siquid eum iuuarēt ad quos exire voluisset. Corpora vero sepelire prohibuit. ¶ Post hos ananias quidā pōtifex filius Masambali alias Masbali nobilis & scriba curię vir fortis ex Ammaus genus ducens. & cum his quindecim ex populo clariores necantur.

vigilias ordinauit & vigiles sōnos inter se sortiebantur.

Multi mortuos sepeliētes sup illos moriebāt & multi viui ad sepulchra properabant. &c.

Mortuoꝝ cadauera ex muro ꝑ iecta i valles Tytus videns ingemuit deū testatus factum illđ non esse suum.

Tytus reliquias ppłi miseratus & qđ supest ꝑperabat liberare cōstruēdo nouos aggeres maximo cū labore & icitando eos ad deditionem sed illis pœnitudo pierat q etiā mortuam plebē quasi canem lacerabant. &c.

Ananias pontifex occidit & cū his quindecim clariores.

Additio.

¶ AEGESIPPVS lib. v. capi. xxiij. ponit orationem Mathię ad filios pœnitentis Symonem introduxisse & se accusantis ꝙ hostem eis iduxisset & carnifices videatur illa oratio quia multa continet deflenda & notanda.

¶ Iosephi incluso in ciuitate patri nullus sub pœna mortis audebat loqui. Iudas itaq; tantā videns crudelitatem signum Romanis de turri fecit quasi eis volens tradere ciuitatem: quem tamē nō credebant aliqui alij propter superbiam contemnebant. Symon vero illum cum custodibus perimēs mortuorum. Tyto vidente corpora proiecit Iosephus (nec enim rogare cessabat) muros circuiens lapide vulneratur & (nisi cęsa) qui eum protegerēt (misisset) captus fuisset a iudeis quo audito eius mater tanq̄ mortuum lugebat in carcere. Sed cito curatus populum rogabat ad fidem: vnde multi veniebāt ad Romanos qui inedia turgidi vacua replentes corpora moriebantur desuetis edendi officijs. Quodam autem ex fimo ventris colligente: & a Syris comprehenso fama totis percrebruit castris q̄ iudei transfugę auro pleni venirens quos syri & Arabes euiscerabāt vnaq; nocte duorum milium patefacta sunt viscera. Tytus autem hac cognita iiusticia nisi maxima fuisset multitudo omnes iterfecisset. Hos

vero multum increpauit mortis penem talia agentibus interminatus:sed omne supplicium contem pnit auaricia occulte enim propter tyti interdictum spe questus transfugas euiscerabant. Iohãnes autem sacrilegus multa a templo donaria & sacra vasa deficientibus a populo rapinis alienigenarũq; dona distraxit. Tunc quoq; hierusalem Sodoma peior hiatu terrę(si venire Romani tardassent) erat peritura. Mannetus autem ad Tytum veniens centum quindecim milia retulit elata cadauera a.xiiij aprilis vsq; kalen. Iulias. omnia autem mortuorũ secenta milia portis euecta. aliorum vero numeus minime potest comprehendi. Modium quoq; frumenti talento vendebat. Iudei etiam rimantes veteri boum fimo & stercoribus vti pro cibo sunt coacti. Capitulum octauũdecimum.

IOsephi vero patrem conclusum asseruabant. Missoq; precone denũciãt ne qs in ciuitate degẽtiũ vel colloqueret cũ eo vel in vnũ veniret mœtu ꝑditionis ꝓposito & eos qui hęc cũ illo deflerent ante questionem)perimebãt. ¶ Ista vidẽs qdã Iudas filius cludi vnus ex numero prefectorũ symonis (qui turri sibi ab eo creditã custodiebat) fortasse quidẽ nõ nichil etiã mĩa crudeliter pereuntiũ magis aũt sui prouidẽtia: cõuocatis decẽ fidissimis cõturbernaliũ quousq; tandem inquit hæc mala sustinebimus? Quando ve spem salutis habemus seruantes pessimo fidem? Ecce iam fames oppugnat: romani vero pœne intus sunt. Symon autem bene quoq; meritis infidelis est: mœtusq; sibi etiam apud eum pœne & apud romanos certa fœderis dextera. Ergo age tradito muro: & nosmet seruemus & ciuitatem Nihil autem graue symon patietur. si cum de se sperauerit citius pœnas pendat. His vbi decem assensi sũt: mane cęteros quos subiectos habebat per diuersum dimittit: ne quid eorũ quę cogitauerat ꝓderetur. Ipse vero de turre circa horam tertiam romanos inuocabat. Illorum autem alij per superbiã contẽnebant: alij non credebant: alios etiam pigebat velut mox capturos ciuitatem nullo periculo.

Pře Iosephi i ciuitate concluso nullus audebat loq sub pœna mortis.

¶ Interea vero cum Tytus ad murum cum armatis accedere tante rẽ symon cognouit turrimq; velociter occupat: romanisq; inspectantibus custodes peremit & per murum proiecit corpora mortuorum. ¶ Ibiq; circuiens Iosephus(nec enim rogare cessabat)caput lapide vulneratur statimq; antonitus cadit. Excursus autem ad eius casum factus est iudeorũ arreptusq; esset in ciuitatem nisi cęsar misisset qui eum protegerent. Illis autem pugnantibus Iosephus quidem tollitur nihil quod aggereẽ intelligẽs. Seditiosi vero tanq̃ interfecto quem maxime cupiebant cum leticia conclamarunt. Dicit autem hic nuncius per ciuitatem ex quo residuam multitudinem mœror tenuit vere perisse credentem cuius fiducia profugere cogitabant.

Symõ Iudã cũ custodibus turris pimẽs corpa ꝓiecit mortuorũ Tyto vidẽte & romanis.

¶ Audito autem Iosephi mater in carcere mortuum esse filium suum ad custodes quidem ex Iotapatis hoc ait certe se credere nec enim viuo potiri Secreto aũt flens ad ancillas hunc inquit fecunditatis recœpisse se fructum ꝙ ne sepelire quidem filium sibi licuisset. a quo sepeliri superasset. ¶ Verum nec illam quidem mendacium diutius cruciauit: neq; latrones refecit. Cito enim curato vulnere Iosephus resipuit ꝓgressusq; clamabat illos quidẽ non multo post vulneris pœnas daturos. Ppl'm aũt rursum ad fidẽ rogabat. vñ populo quidẽ fiducia: seditiosis vero stupor incidit eius aspectu. Profugorũ aũt alij stati muro necessitate desiliebãt alij velut ad pugnã cũ lapidibus ꝓgredi simulãtes: mox ad romanos fugiebant ¶ Hos aũt seuior ea(quã intus pertulerant)fortuna persequebatur: & fame quam domi reliquerant velociorem apud romanos inueniebãt ad exitiũ facietatem .aderant namq; inflati ex inedia: veluti morbo intercutis aquę turgidi. Deinde vacuata replentes corpora dirũpebantur. nisi qui perite desideria cohibuissent: paulatim cohibuissent: paulatim q; cibum desueto corpori obtulissent.

Lamẽtatio matris Iosephi in carcere audita filij morte: vide Aeg. li. v. c. z+.

Curatus iosephus rogabat pplm ad fidem vñ multi romanos fugiebant.

Iudei iedia turgidi vacuata replẽtes corpora moriebãtur desuetis edẽdi officijs.

¶ Verum & eos qui hoc modo seruarentur alia plaga suscipit: Quidam enim apud syros ex trãsfugis deprehenditur: e fimo ventris aureos colligens. Transglutientes autem(vt supra diximus)eo conueniebant quos cunctos seditiosi scrutabantur: & maxima vis auri fuerat in ciuitate. Deniq; duodecim atticis comparabant(quod ante viginti quinq; valebat)Verum hac arte per vnum detecta totis castris fama percrebuit: ꝙ auro transfugę pleni venirent. Arabum autem multitudo & syri scissis ventribus supplicium minitabantur. Et hac ergo clade nullam credo seuiorem contigisse iudeis. Vna deniq; nocte duorum militum patefacta sunt viscera. Et hac Tytus iniustitia cognita pœne circumfuso equitatu iussisset auctores iaculis appeti nisi magna multitudo fuisset noxiorum: multoq; plures puniendi q̃ qui fuerant interempti. conuocatis autem auxiliatorum ducibus itemq; agminum romanorum(nam etiam militum quosdam hęc tangebat inuidia) vtrisq; iratus dicebat si qui militum suorum hęc committerent lucri causa incerti ne arma propria quisq̃ erubesceret auro argentoq; facta. Arabes autem ac Syri quidem primo in alieno bello iure suo calamitatibus vterent. deinde crudelitatẽ in cedibus & in iudeis odia romanis ascriberent. Nec enim quosdam eorum milites infamiam participare. Et his quidem mortem ĩterminatus est: si quis in eadem postea repertus fuisset audacia. Ad legiones autem litteras dedit vt suspectos inuestigarent atq; ad se referrent. ¶ Verum profecto auaricia contemnit omne supplicium: seuisq; hominibus lucrandi amor in-

Vna nocte duorũ militũ patefacta viscera.

Auaricia contẽnit omne supplicium.

natus est. Nulla ꝑ omnino calamitas: plus habēdi cupidini cōparatur. Immo vero hęc alios & morbū habentē mœtu subiungit. Deus aūt qui dānauerat populū oēm viam salutis ad interitū verterat.

Occulte ꝓpter cęsaris interdictum trāsfugas spe quęstus euiscerebāt. Iohēs sacrilegus multa tēpli donaria & vasa rapinis ex pplo deficiētibus retinuit & alienigenarum dona distraxit.

¶ Deniq; id (quod cū pœna an interdixerat Cęsar) occulte in ꝑfugos admittebat. Et si qs trāsfugisset circūspectantes ne quis romanoꝝ videret eos scindebāt & ex visceribus nefariū quęstū trahebāt. In paucis aūt reperiebat: & plęrosq; sola spes cōsumebat. Hic aūt casus multos transfugarū seduxit. ¶ Iohānes aūt (vbi rapinę ex pplo defuerūt) ad sacrilegiū sese cōuertit multaq; donaria tēpli retinēs multaq; vasa diuinę rei ministerio necessaria crateras & lances & mēsas: vrceolis qdē abstinuit (quos augustus eiusq; vxor miserat) Romanoꝝ qdē īperatores honorauerūt semp tēplū atq; ornauerunt: tunc aūt iudeis etiā alienigenarū dona distrahebat. ¶ Ad socios aūt dicebat sine mœtu diuinis abuti debere q pro deo qui ꝑ tēplo militarent ex ipso ali. ꝓptereaq; sacrū vinū & oleū (quod sacerdotes sacrificijs reseruabant) tutū erat effudisse & illis sine honore vngebant & potabāt. ¶ Nō equidem recusauerim dicere quę dolor iubet. Puto si romani cōtra noxios venire tardassēt. aut hiatu terrę deuorandā esse ciuitatē: aut diluuio periturā aut fulgura: aut sodomitana incēdia passurā. Multo eñ magis impiā ꝓgeniem tulit. q̄ qui alias quę illa ptulerant. Deniq; cū eorū ptinacia desperata. totus ppls interijt. Vt quid opus ē singillatim narrare clades? ¶ Hac eñ Mānetus alias Manneus lazari filius trāsgressus ad titū p vnam portā (quę sibi credita fuerat) centū & quindeci milia & octogita dixit elata cadauera ex quo die castra ꝓpe ciuitatē pōsita sunt ex quartodecimo die mēsis aprilis vsq; ad kalendas iulias. Hęc aūt imensa est multitudo. Nec tñ vel ipse fuit appositus portę. sed publicā mercedē diuidēs mortuos ex necessitate numerabat. Cęteros eñ ꝓpinqui sepeliebant. Sepultura vero fuit elatos ex oppido proijcere. Post hūc aūt nobiles ꝓfugi oia mortuorū secenta milia portis euecta nūciabant: aliorū vero numerū minime posse cōpręhendi. Cum aūt pauperes ferendo non sufficerēt & congesta cadauera in maximis edibus essent cōclusa. & frumēti quidem modium talento venisse. Post autem vbi muro cincta ciuitate ne herbas quidē legere iā liceret: ad hoc necessitatis quosdam fuisse cōpulsos vt cloacas rimarent boumq; veterem finium alimentum haberent: & stercus inde collectū (quod nec visu quidē tolerabile fuerat) cibus erat. Hęc romani quidē audientes miserati sunt: seditiosos autem nevidentes quidē penitebat: sed patiebātur vsq; ad ea progredi. Fatum enim eos reddiderat cecos. quod iam & ipsis erat & ciuitati.

Mānetus ad Tytū trāsgressus cētū qndeci milia & octogita elata cadauera a xiiij. die aprilis vsq; kal. iulias. Modiū frumēti talēto vēditū iudei cloacas rimātes boū veterifico & stercoribus vti ꝓ cibo coacti sunt.

¶ Explicit Liber Sextus.

¶ Incipit Liber Septimns.

¶ DE IVDAICO bello liber Septimus incipit: In grecis autem codicibus hic incipit sextus aliter enim hoc opus greci q̄ latini patiuntur. Nāq; ipsi primū secundū: & tertiū sicut nos incipiūt: quartū vero & quintū simul iungūt: quartū dicētes: & quintū cōputant quē nos sextū: septimū vero in duas diuidūt partes / primam partē sextum librū appellātes & septimū incipiunt in secunda parte quæ est. ca. xiiij. sicut ibidem inuenietur.

¶ Seditiosorū ira aduersis magis accēsa Hierusalē clades in peius ꝓcedebant: multitudoq; cadauerū pestem emittebat. Ipsiq; non spe victorię ad bellū sed desperatiōe mouebant deū exprobrātes p tredeci milia i circuitu Hierusalem (dicit. Aegesip.) vasta humus miserabilisq; erat terrę facies. Bellū nāq; loci deleuit pulchritudinē. Reparatis itaq; vtrisq; timor. Rōani nāq; iudeos (qui calamitatibus alebant) inexpugnabiles arbitrabantur. Iohānes vero aggeres incendere conatus spe est deceptus quia maxima in ipsis custodiēdis erat diligētia. Kalendis aūt Iulij tētata est expugnatio: & recedētibus iudeis Romani applicāt machinas cōtra Antoniā ipsis q̄tū possunt Iudeis resistentibus noxq; vtrisq; requiē dabat. Murus vero ea parte qua Iohānes suffoderat aggeres volens incēdere cecidit gaudentibus romanis: sed nouo intus a Iohanne edificato muro Romani timent ascendere.

¶ Capitulum Primum.

Seditiosorū ira magis aduersis accēsa hierusalem clades i peius ꝓcedebant multitudoq; cadauerū pestem emittebat. &c.

CLADES quidem Hierosolimorum in peius quotidie procedebant. Cumq; & seditiosi magis accenderentur: postq̄ populum fames ipsosq; iam possederat. Quin & multitudo congestorum in ciuitate cadauerum & visu horrenda erat: odoremq; pestiferum emittebat cum excursus etiam pugnatium moraretur. Nam veluti per aciem reuerent plurima cede exercitata conculcare mortuos cogebantur & qui super eos pedem ponerē neq; separabantur neq; horrebant: nec saltem sibi augurio fore putabant contumeliam mortuorum. Gentili autem nece poluti dexteras ad externum bellum pręparabant tanq̄ exprobrantes deo (vt mihi videtur) supplicij sui tarditadem. Non enim spe victorię maior pars eorum: sed despera

tione salutis fœrocius mouebatur. ¶ Romani autē quãuis plurimū in congreganda materia laborarent:tñ interviginti &vnum diem aggeres erexerunt attonsis oíbus ad nonaginta vsq; stadia circum oppidū locis. Erat aūt miserabilis terrę facies. Nã(quę antea arboribus & paradisis ornata fuerat)ea tunc deserta precisisvndiq; ne moribus cernebatur. necvllus qui pridem iudeam viderat alienigena & suburbana pulcherrima ciuitatis(cū eius solitudinem tuncvideret)continere lachrimas poterāt vel non gemere mutationem quantum pristinę derogasset. Omnia nāq; insignia pulchritudinis bellū deleuerat. Nec siquis subito aduenisset(qui locum prius scierat)cū cognosceret. sed pręsens quereret ciuitatem. ¶ Romanis autem ac iudeis finitum opus aggerum par faciebat timoris inicium. Namq; hi (nisi eos quoq; exurerent)captumiri ciuitatem putabant romani aut fortasse nec voluntatem sibi fore illis incensis. Nam & materia defecerat & labori corpora quidem multum crebris autem offensionibus cesserant. Verum ciuitatis cladibus tristius romani q̃ ciues in ea degentes afficiebantur. Ad mala enim(quę hinc accedebant)etiā pugnatoribus nihilo senioribus vtebantur. Sed eorū spes frangebatur cum aggeres insidijs machinæ sine soliditate muri. manus vero conflictus audacia repugnātiū superaretur & præcipue q cum seditione fameq; ac bello totq; malis præstantiores iudeorum spiritus animos inuenirent. virorum quidem inexpugnabiles esse impetus arbitrabantur inuictam vero animorum magnitudinem quę calamitatibus aleretur. Nā qs eos in secundis rebus sustineat qui malis advirtutem incitarentur. Illi quidem propterea cautius custodias pręparabant. ¶ Iohannis autem factio apud Antoniam simul & quę futura timebantur si murus forte discisceretur alias disijceretur cauebat: & anteq̃ arietes admouerentur operibus instabat:nisi quia conatus eorum irritus fieret. Egressisq; cum facibus aggerem:spe decepta remearunt. Nam primum ne concordare quidemvidebatur eorum consilium. paulatim & per interualla & cunctanter non sine mœtu prosilientium : neq; iudeorū morevt breuiter dicam. Deerant enim(quę propria gentis essent audacia)cursus & omnium simul ípetus:&vt sine offensione recederent languidiores progressi q̃ solebant etiam romanos solito promptiores offendere. Qui corporibus quidem atq; armis ita vndiq; aggeres sepserant:vt nusq̃ aditum igni relinquerent. Animumvero ita confirmauerunt. ne quis loco(anteq̃ occumberet)mouere tur. Nam pręter omnium rerum desperationē etiam si illud opus esset exustum acerbissimus pudor milites occupauerat. Si aut calliditati virtus cederet. aut arma temeritati:aut peritia multitudini. aut iudeis romani. Simul autem missilia cum illis faciabant. In prosilientes delata:&(qui cecidisset)posteriores impediebat. ac periculum antecedentis meliores eos efficiebat. Qui vero intra teli iactum venire properassent alij disciplina hostiū & densitate perterriti:alij confixi hastis retrocedebant: & ad extremum alius alium timiditatis arguentes. re infecta reuertebantur. kalendis autem Iulias tentata fuerat expugnatio. ¶ Iudeis aūt inde digressis:romani machinas admouerūt. Qui(cum ab Antonia saxis atq; igni ferroq; peterentur)& quodcumq; hostibus telum necessitas obtulisset licet mœnibus multum iudei confiderent machinasq; contemnerent:tamen eas applicare prohibebant romanos. Illi autem iudeis studium esse ratione murorum ne infirmitate antonia lederetur & fragilibus eā fundamentis suspicantes contra certabant. Nec tamen quod feriebatur ictibus obediebat Sed ipsi qdē crebris in se missilibus iactis cum nullis periculis desupervenientibus laxarentur:arietum opusvrgebant. Cumvero inferiores essent ac lapidibus frangerentur:alijs scutis super corpora concamer atis fūdamenta manibus &vectibus suffodiebant. Itaq; saxis quatitur obstinato labore confecti s. Quietez vtrisq; nox attulit:& in ea murus arietibus labefactatus ex qua parte prioribus Iohānes aggeribus insidiando murum suffoderat. subsidente cuniculo repente labitur parum pręter spem muriq; & animi affecti sunt. Nam iudei quidem(quibus idem memoria esse oportebat q ruina pręter spē non accidat. & aduersus eam precanti non fuerāt:tanq̃ mensura esset antonia)confidebant. Romanorū autez inopinatam leticiam ex scœleri subuersione natam:conspectus alius murus(quem intrinsecus Iohannes edificauerat)cito restrinxit. Verumtamen prior facilior impetus videbatur. Tunc enim & ascensū per ruinas promptiorem:& Antoniam esse satis infirmiorem. murum vero qui recēs erat cito destrui posse arbitrabantur. Nemo tamen eum audebat ascendere. Qui primus id tentauisset certissimum esset exitium.

¶ Tytus promissis(ex quibus periculorum obliuio & mortis contē tus nascūtur)atq; exhortatione commilitones ad ascendendum murum incitabat. Exhortatione(inquit)opus est in solis rebus ambiguis. Pulchrumq; cum laude mori. Romanos isuper(quibus in pace bella discere consuetū est)in bellisvincere affirmat esse solitos. Multipliciter quoq; in iudeos dei iram ostendit : & mortuorum bello laudes extollit quorum animę inter sydera collocantur. mortuorum vero morbo subterraneis tenebris sine memoria operiuntur:mors insuper ferro leuior est q̃ morbo Magnaq; nimis maximis in periculis spes salutis inuenitur. Talia itaq; Tyto dicente pręmiaq; rem aggredienti pollicente

Iudei nō spe victorię s3 desperatiōe ad bellū mouebanť deū exprobrantes.

Bellū loci deleuit pulchritudinem.

Aggeribus reparatis vtriq; iudei & romani timent. &c.

Perplexitas romanorū íexpugnabiles iudeos arbitrātiū q calamitatibus alebantur.

Iohēs cū suis aggeres incendere conatus spe decipitur.

Diligētia romanorū í custodiēdis aggeribus.

kalēdis Iulij tētata expugnatio.

Rōani iudeis recedentibus machinas applicāt qbus iudei omnimode resistebant. &c.

Nox vtrisq; qetem dedit.

Nouo a iohāne edificato intus muro Romani timēt ascēdere.

Sabinus Syrus manu fortis(licet corporis habitu exilis esset)heroicā animā in macro corpore habēs primus/aliis periculum timentibus)se ipsi alacri animo obtulit:& armatus maxīa virtute audacia murum ascendens summitatem(fugatis hostibus)prēdidit.Cui fortuna pręclaris iuida facinoribus aduersa fuit.Hic enim lapidis offione lapsus est/quem reuertentes.Iudei solum iacentem inuenientes: ex omni parte iaculis petunt sed multos hostes sauciauit.Tandēvero sagittis est obrutus.Tres exvndecim(qui eum fuerant secuti)lapidibus necati sunt:aliis octo sauciatis qui in castra relati sunt: hæc tertio mensis Iulij gesta fuere.

Capitulum secundum.

Promissis piculorū obliuio & mortis contemptus nascitur.

Exhortatio ī solis rebus ambiguis.

Pulchrū cū laude mori.

Tytus vero spe atq; orone putans alacritatē pugnantiū excitari:& adhortatiōe atq; ꝓmissis sępe quidem piculorū nasci obliuia. interdū autem mortē solere cōtēni:invnū cōgregatos fortissimos experiebaṫ dicens. ¶ O cōmilitones hortari quidē ad ea(quę periculū nō afferūt) apte & ipsis q roganṫ:& qui eos rogāt ignauię reprehensionē parit.Exhortatione aūt opus est:in solis rebus ambiguis.Quippe illa p se quemq; aggere dignū est.Itaq; difficilē vobis esse in murū ascensum ipse ꝓfiteor. Qd autē vel maxime oporteat glorię cupidos ꝑugnare difficilimis rebus:pulchrūq; sit cū laude mori nec erit in fructuosū q primi fortiter fecerit ꝓsequar.Primū quidēvos illud horteṫ ꝙ nōnullos fortasse deterreat iudeorū patiens animus.& in aduersis rebus dura cōstātia.Romanos em̄ eosq; milites(qbus in pace bella discere.in bello aūt vincere cōsuetum est)a iudeis manuvel animo supari turpissimū est.idq; in finevictorię.cū etiam dei nitamur auxilio.Nāq; offēsionis nr̄e iudaicę desptatiōes sūt.Illorū aūt clades fauore dei.nr̄isq; virtutibus crescūt.Etem̄ seditio fames obsidio murorūq; sine machinis casus qd sit aliđ q̄ ī illos ira dei nostrūq; adiumētū.Igiṫ nō solū deterioribus īferioresvideri:sed etiā diuinū p̄sidiū ꝓderevobis non conuenit. Quo pacto aūt nō turpevideaṫ.Iudeos qdē(qbus nō magni pudoris ē vici q seruire didicerint)quo minus in posterū patianṫ mortē cōtēnere atq; invos medios frequēter excurrere nec victorię spe sed ostētasionis:vos aūt totius pene terrę marisq;victores qbus nōvincere ꝓbo habeṫ ociosos cedētes: ne semel quidē in hostes aliqd audaciter exptos famē ac fortunā cū his armis operiri : maxime cum paruo discrimine totū possitis efficere:Deniq;(in antoniā si ascēderimus) habebimus ciuitatē. Nā & si pugnandū sit aduersus itus positos(qđ nō arbitror)attn̄ capi ac respiratiōe hostiū icedere victoriā nobis plenissimā repromittit.Et ego quidē p̄termissa nūc eoꝝ laude(qui bello ceciderūt)& imortalitate q martio furore ꝓstrati sunt,ex morbo mortē pacis tpe aliter sentiētibus īprecabor quorū anima cū corpore sepultura dānetur.Quis em̄virorū fortiū nescit ꝙ animas in acie ferro corporibus absolutas purissimum elementum ęther hospitio receptas inter sydera collocatṫ manesq; se bonos & ꝓpicios heroesvidendos offerunt posteris suis?Quasvero morbus corporis tabesq; consumpserit(etiam si maxime probris ac piaculis purgatę sint)subterraneę tenebrę operiūt altaq; obliuio susceperit & corporis simul &vitę & memorię fine circumscriptas.Quod(si necessaria mors homini fato decreta est) ad hoc autem omnium est morbo leuius ferri ministerium : cui non videatur ignauum negare vsui: quod debito redditurus sit.Et hęc quidemveluti seruare nequeant qui conati fuerint prosecutus sū Est autem salutis spes in maximis quoq; periculis quiviri em animum gerunt.Primum enim (quod didicit pater)incessu deinde totum(quod edificatū est)facillime dissolui potest. Vosq; plures hoc opus aggredientes alius alij pro adhortatione atq; subsidio fiet:vestraq; obstinatio in breui aīos hostium franget.At fortasse nobis si eam modo cœperimus:incruenta res efficietur. Etenim ascendentes quidem:vos prohibere scilicet conabuntur.Si vero clam vel etiam per vim aliquid egerimus semel quamuis paucos non sustinebunt.Me autem profecto pudeat nisi eum(qui primus hoc incipiet)iuidendum remunerationibus fecero:& quivixerit quidem similibus pręsit:beatissima vero præmia sequantur occiso.¶Talia dicente Tyto(cętera quidem multitudo periculi magnitudinem timuit)eorumvero vnus(qui in cohortibus militarent)Sabinus quidam genere syrus vir & manu simul & animo fortis apparuit:licet si quis eum antevidisset quantum ex habitu corporis.ne specie quidem militē esse credidisset.Erat enim colore nigro:exilis habitudine.Sed anima quędam heroica in macro corpore atq; angustioreviribus suis habitabat.Cum primus itaq; surrexisset:dedo me(inquit) tibi alacri animo cęsar: & ante omnes in murum ascendo:atq; opto quidemvtvires acvoluntatem meam sequatur fortuna tua.Quod si ceptū casus inuiderit:scito me non præter spem ꝙ res aliter cesserit:sꝫ ꝙ sic decreuerim pro te moriturum.¶His dictis & scutum capiti leua manu pretendens:strictoq; dextera gladio.circa horam diei sextam murum petebat.Sequębantur autem illū ex aliis qui soli eiusvirtuti emuli esse cupiebant.vndecimviri.Multo autem omnes antecedebat diuino quodā impetu ex

Rōanis in pace bella discere & ī bello consuetū est vincere.

Ira dei ī iudeos multipliciter ostenditur.

Mortuoꝝ bello laudes quorum anime inter sydera collocanṫ.

Mortuoꝝ morbo aīe subterraneis tenebris sine memoria operiuntur.

Salutis spes magnanimis maximis etiā piculis

Pręmia policēṫ rē aggredienti

Sabinus syrus manu & animo fortis (licet hitu corpis exilis esset)animā heroicā ī macro corpore hn̄s p̄mus (aliis timētibus piculū)Tyto alacri oīo obtulit

citatus cum de muro custodes iaculis eum & sagittis vndiq; infinitis appeterent: atq; in eũ ingentia saxa deuoluerent qui nonnullos de vndecim deceperunt. Sabinus autem missilibus occurrẽs licet obstrueretur sagittis non ante tamen impetum cohibuit q̃ summa muri prenderet hosteſq; in fugã verteret. Viribus enim eius atq; animi pertinacia perterriti. plerosq; ascendisse: rati non steterunt. Qua in re fortunam quis (veluti virtutibus inuideat semperq; preclaris facinoribus officiat) incusauerit? Siquidem hic vir neq; ab incepto errauit: & offensione lapidis cum maximo super eum strepitu pronus decidit. Vnde factũ est vt iudei reuersi vbi solum & iacentem viderunt: eũ ex oĩ parte iaculis peterẽt. Ille genibus nuxu & scuto protectus: primo quidem vlciscebatur hostes. multosq; ad se ꝑperãtes sauciauit. Vulnerũ aũt multitudine remisit dexteram. Et ad extremũ (priusq̃ animã redderet sagittis ẽ obrutus. Vir dignus ꝑ fortitudine qui meliori fortuna vteretur pro mensura vero cœpti facinoris cedit. Ex ceteris aũt tres pœne iam summa tenentes obtriti lapidibus perierunt: & octo sauciati detracti: & in castra relati sunt. Hec quidem tertio die mensis Iulij gesta sunt.

Sũmitatẽ muri prendidit hostibus fugatis. Sabinus offẽsione lapidis lapsus ẽ quẽ reuersi iudei solũ iacẽtẽ iuenientes ex oĩ pte iaculis petũt ꝫ multos hostes sauciauit tãdẽ vero sagittis est obrutus.

℄ Quidã ex aggerum custodibus hora noctis nona (Aege. dicit quinta) ad Antoniam p ruinas accedentes (primis custodibus interfectis: & ceteris fugientibus) murum obtinuerunt tubã signũ dari precipientes. Audito itaq; sono tube Cesar cum armato exercitu ascendit: sed iudei per subterraneos obuiam venerunt. validissimaq; tunc facta est i aditu templi pugna solis ensibus permixtisq; propter loci angustias viris (& a nona noctis hora vsq; ad septimam bello protelato. Romanis obtinere Antoniã satisfuit. Iulianus vero (quẽ armis insignem Iosephus virũ cognoscens testatur) Rõanos videns superari irruit in hostes: & iã vincentes Iudeos vsq; ad templũ ꝑsecutus est multos interficiẽs. Ipsi vero fata (que ab hoĩe vitari nõ possunt) ꝑsequebantur. Hic enim calceos habẽs acutos elidit: multosq; iacens occidit hostes. Nimiusq; dolor Cesarẽ tenuit tãto ferri nõ posse auxiliũ. diu eñ cũ morte luctatus magna sui gloria non solũ apud Romanos (sed apud hostes relicta. Iudei igitur Romãos in fugã versos in Antoniã concludũt. Tytus vero eius fũdamenta iubet diruere: & Iosepho vocato decimaseptima Iulij Iohãni mandat q̃ si q̃s vellet pugnare ad bellũ progredi liceat. datq; sacra celebrãdi (fuerant eñ pœnuria virorũ obmissa) potestatẽ. Iosephus itaq; hebraico sermone Tyti mãdata disseruit multum (vt patrie & templo parcant) rogatus. Cui tyrannus conuicia inferens nunq̃ sibi metuẽdum excidium quoniam dei ciuitas esset. Sed iosephus eum criminatur ab illo auxiliũ querere i quẽ tantam commisit impietatem. Ipsum tamen ad penitentiam inuitat. Ieconiam adducens in exemplũ qui cum cognatione sua voluntariã sustinuit captiuitatem. laudaturq; a iudeis: promittit quoq; illi a romanis veniam: & (allegante ꝑphetas qui ciuitatis excidium predixerant) vox singultibus interrupta est: Quibus iohãnes & socij magis irritatis ipsum capere voluerunt.

℄ Capitulum tertium.

Biduo autem post viginti de numero excubantium per aggeres militum congregati signiferum ordinis sui. & duos quosdam ex ala equitum & tubicinem vnum ad se vocant. nonaq; noctis hora per ruinas ad antoniam ociose procedunt. Occisis autem primis custodibus somno oppressis murum obtinent: ac buccina signum dari præcipiunt. Quo cæteri quidem vigilas subito ex suscitantur: & fugiũt priusq̃ multitudinem (quę murum ascenderat) cernerent. Nam & timor illis: & Tuba ymaginem quandam vt magnus numerus hostium ascendisse crederetur ostendit. ℄ Cæsar autem audito signo propere armat exercitum: & cum ducibus primus lectorum caterua comitatus ascendit. Cum autem iudei ad templum interius confugissent. Ipsi quoq; per cuniculum irruperunt: quem Iohannes aduersus romanorum aggeres apperuerat. dispositiq; amborum agminum sediciosi tam Iohannis q̃ etiam symonis arcebat eos summa vi atq; alacritate repugnandi. Siquidem excidij finem putabant locum sanctum penetrasse romanos quod & his victoriæ principium fuit. Ad ipsum autem aditum validissima pugna committitur: his quidem templum vi occupare certantibus: iudeis vero antoniam versus eos repellentibus. Et sagittæ quidem atq; hastæ vtrisq; inutiles erant: strictis autem ensibus dimicabant. Neq; conflictu discerni poterat ex qua parte q̃sq; pugnaret permixtis viris & propter angustias permutatis: cum & vocis intellectum magnitudo cõfunderet: multaq; mors esset vtrumq;: armaq; simul & cadauera iacentium conculcata frãgerent præliantes. Semper autem (si bellum fluens grauasset alteram partem) potiorum exhortatio & inferiorũ conquestio nascebatur. Neq; fugæ aut persecutioni locus erat: sed propinquæ commutationes confligentium & inclinationes permixtæ fiebant exercitus. Qui vero inter primos stetissent aut occidendi aut moriendi habebant necessitatem: q̃ refugere non dabatur. Nam & posteriores vtriusq; partis in frontem suos vrgebant nullumq; inter dimicantes bello vacuum interuallum reliquerat. ℄ Cum autem iudeorum animi romanorum peritiam vincerent iamq; omnino tota acies pelleretur ex nona enim hora noctis ad septimam vsq; diei pugnabant. Hi quidem simul omnes excidij periculum pro

Quidã ex aggerũ custodibus hora noctis nona (Aege. dicit q̃nta) p ruinas ad Antoniã accedẽtes (primis custodibus ĩterfectis ceterisq; fugiẽtibus) murũ obtinuerũt tuba signum dari præcipientes. Validissima pugna ĩ aditu templi solis ensibus ꝑmixtisq; propter angustias viris. &c.

nutrimento virtutis habentes. Romani vero exercitus partem nondum enim ascenderant agmina il lisq; spes pugnantium nitebatur satis esse visum est impresentiarum antoniam obtinere. ¶ Iulianus vero quidam hecatontarchus ex bitinia non ignobilis (quem in illo armatorum peritia & viribus cor poris & animi spiritu omnium fortissimum ipse cognoui) vbi romanos iam cedere & male repugna re conspexit ,p,pter titum autē (qui apud antoniam stabat) subito prosilijt: iamq; vincentes iudeos so lus ad interiorem vsq; templi angulum persecutus est. Fugiebat autem vniuersa multitudo: neq; vim eius neq; audaciam hominis esse opinantes. Et ille per medios ruens: quo alium alio disiecerat p ip sos quem occupasset interficiebat. Eaq; facie nichil cesari aut mirabilius aut alijs horribilius visū est. Verum & ipsum profecto fata persequebantur: que ab homine vitari non possunt. Calceos nāq; ha bens creberrimis atq; acutis (vt ceteri solent milites) clauis fixos dum strato saxeis crustis solo curre ret labitur: magnoq; cum armorum sono deiectus in tergum fugientes reduxit. Et romanorum quidē clamor ex antonia sublatus est. saluti eius metuentium. Iudei vero circumfusi multi simul gladijs & ha stis vndiq; feriebant. Ille autem multam quidem ferri vim scuto excipiebat. Sepe autem conatus eri gere percutientium multitudine reuolutus est. Et iacens tamen gladio multos percutit. Nec eñ cito peremptus est: quoniam galea & thorace omnia membra neci oportuna sceptus erat. Nāq; diu cer uicem contraxerat: donec conscissis eius alijs membris remisit vires: cum nemo auderet ei succurre re. Nimius autem dolor cesarem tenuit vbi tante fortitudinis virum in conspectu tante multitudinis vi dit occidi. Et q; se locus quidem intercludebat auxilium ferre cupientem alios autem cum possent moetus impediebat. Iulianus quidem diu cum morte luctatus cum non paucos interfectorum suorū saucios reliquisset: egre premitur: magna sui gloria non tantum apud romanos & cesarem: verū apud hostes quoq; relicta. ¶ Iudei vero etiam mortui rapto corpore romanos in fugam versos in antoniaʒ conclusere. Fortiter autem in eo prelio decertarunt alexas quidem & Ciphtheo alias Cittheo & ex agmine Iohannis ex parte vero symonis malicheus alias Melchius & meritonis filius iudas: & iosus alias Sosa filius iacobi duces ydumeorum. Zelotarum vero duo fratres atsymon & iudas. ¶ Tytus autem militibus suis imperat antonie fundamenta diruere facilemq; ascensum cuncto exercitui pre parare. ¶ Ipse vero Iosepho ad se vocato namq; audierat eo die (qui erat mensis iulij septimus deci mus) diuinam obseruantiam (que endelechysmoys vocatur) virorum poenuria defuisse eaq; re nimis populum dolore iterum Iohanni dici precipit que ante mandauerat q; etiam siquis eum pugnandi seuus amor teneret. cum qua placeret ei multitudine ad bellum progredi liceret: dummodo non vna secum & ciuitas interiret simul & templum. Tamen & locum violare desineret: neve in deū nefas ad mitteret. Potestatem autem haberet (si vellet) sacra intermissa celebrare: per iudeos quos ipse delegis set. Itaq; Iosephus (ne soli iohanni hec intimarentur) sed etiam plurimis vnde audiri poterat cōstitit: & mandata cesaris hebraico sermone disseruit. Multum autem ab his quo patrie parcerēt precabaт̄ ignemq; depellerent iam templo contiguum. & deo vota redderent consueta. His dictis populus tri stitia simul & silentio tegebatur. Multis autem conuicijs tyrannus iosepho cum execrationibus lace rato postremo addidit nunq̄ sibi excidium esse metuendum: quoniam dei esset ciuitas. Atq; cum ex clamatione sane vero inquit Iosephus eam puram deo conseruasti: inuiolataq; sancta manserūt? nec in eum cuius speras auxilium quicq̄ impie deliquisti? Sed solemnia sacra consequitur? Et si quidē ti bi quisq̄ quotidianum cibum auferat impium eum hostem putabis? Deum vero quem perpetua reli gione priuaueris: belli auxilio speras futurū? Et romanis quidem peccata imputas: qui vestras leges etiam nunc tuentur: que ipse intercidisti sacra deo reddi compellunt. Quis non inopinate mutatiōis causam gemat ac defleat ciuitatem. cum alieni quidem hostesq; impietatem tuam corrigant? tu vero iudeus & inter leges educatus. illis quoq; in has seuior inueniaris. Atqui Iohannes etiam quidē poe nitere malorum non est turpe in rebus extremis. bonorumq; tibi exemplum patriam seruare cupien ti propositum est Iechonias rex iudeorum qui (quondam babilonio rege bellum sibi inferente) spon te priusq̄ ciuitatem caperet excessit: & cum cognatione sua volūtariam captiuitatem sustinuit. ne hec sancta hostibus proderet: deiq; domum videret exuri. ob hoc sacra iudeorum commemoratione lau datur: eūq; memoria transmissa per secula semper nouam immortalitatem posteris tradidit. Bonum Iohannes exemplar: & si periculum presto sit. Ego autem veniam quoq; tibi a romanis spondeo. Dū memineris q; non gentilis moneam: & iudeis ista promittam spectariq; oporteat. qui sit victor & vn de consilium. Absit enim vnq̄ ita captiuum viuere: vt aut genus aut leges patrias obliuiscar. Rursum indignaris & clamas: michiq; maledicis. Etiam acerbiora mereor. qui hec aduersus fata suadeo deiq; sententia condemnatos seruare contendo. Quis ignorat scripta veterum prophetarum: & responsum impendens miserrime ciuitati? Iam tunc enim eius excidium predixerunt. cum quis homicidiū gen tile coepisset: vestrorum autem cadauerum non ciuitas tantum: sed etiam templum oē repletum est.

Iulianus (quem armis isignē iosephus virū cognoscēs testat) Rōanos supari vidēs irruit ī hostes & iā vicētes iudeos vsq; ad tēplū p̄secutus ē multos interficiens.

Dolet cesar illi auxiliū nō ferri Iudei rōanos in fugā versos ī Antoniā cōcludūt

Tytus Antonie fundamēta diruere iubet.

De potestate sacra itermissa celebrandi.

Iosephus hebraico sermone tyti mādata disseruit multū (vt patrie & tēplo p̄cerēt) depcatus eui tyrānus conuicia dixit. &c.

Inuitat Iohānē ad penitētiā Iechoniā regem ī exm̄ adducēs q cū cognatione sua volūtariā captiuitatem sustineus laudatur a iudeis.

Allegat pphetas q citatis p̄dixerunt excidiū.

Deus plane deus ipse cũ romanis ignẽ sibi lustrationis infert totq; scelerũ plenã eximit ciuitatẽ. Hęc Iosepho cũ fletu & lachrimis ꝓsequẽte vox eius singultibus interrupta est & romani quidẽ miserati dolorẽ ãmirati sunt. Iohẽs aũt eiusq; socij magis cõtra romanos irritabanť: illũ quoq; capere cupiẽtes.

Iosephi vox singultibus interrupta.

Additio.

❡ AEGESIPPVS libro.v.cap.xxxiij. hoc excidium pro iniusta christi morte fuisse ponit. vrgebat (inquit) deus iamdudum perfidas mentes vrgere ex quo impio se patricidio cõmaculatum Christum Iesum crucifigẽtes hic est ille cuius mors iudeorũ excidium est. Natus ex maria qui ad suos venit & sui eum non receperunt. Quando enim suos non occidernnt Iudei? Nonne filium Saul sui occiderũt? Nabutb ꝓpheta a suis vtiq; lapidatus est. Iudea fuit Hiezababel quæ iussit iudeis senioresq; p̄ceptum executi sunt. Iudeis Achab qui causa mortis factus est. Quanti alij a ciuibus ciues pemptiᷓ Et tñ diu integra ciuitas remansit & si diruta a babilonijs post annos innumerabiles: sed reparata posta hoc est suprẽmum excidium post quod irreparabile templum quia auerterunt sceleribus suis prẽsulem templi reparationis arbitrum. hęc Aegesippus.

❡ Multi Iudeorum nobiles Iosephi oratione commmoti capta oportunitate confugerunt ad romanos. in quibus erant pontifices & pontificium filij quos Tytus humanissime suscipiens in Gophnam securos pmisit habitare. cuiq; etiam possessiones pacato bello reddere est pollicitus. His autem in ciuitate non visis rumor illos a Romanis occisos dicebat vt cęteri a fuga terrerẽtur: sed hos Tytus a Gophna reuocatos populo demonstrauit qui lachrimis atq; vlulatu seditiosos vt Romanos in ciuitate susciperent patriamq; liberarentlrogabant. Romani autem templum cũ honore respiciebãt adorantes: Tytusq; iterum ihesum eiusq; socios increpat ꝙ templum polluerunt pollicet urq; per patrios ipsum (si se dedant) impolutum permanere quibus sermonibus latrones in superbiam extollebantur. Id circo Tytus cõtra eos inuitus tñ bellum ordinat & exercitui cęreale p̄posito duce rogatus ab amicis manet in antonia. Progressi itaq; hora noctis nona contra custodes quos p̄ter spem inuenerunt vigilantes manus conseruerunt & multi iudeorum ꝓpter noctem & vocum confusionem suis velut hostibus vtebãtur: Romanis inter se datorum signorum recordantibus. Romani vero prẽmij spe pugnabant: Iudeorum aũt ꝙ tẽplo & proprio cuiuslibet timerent periculo augebatur audacia & quali theatricum bellum a nona noctis vsq; diei quintam continuatum est. Et romanorum reliqua manus subuersis Antonię fundamentis latam viam vsq; ad tẽplum p̄parauit: & aggeres inchoauit maximo labore ꝓpter materię pœnuriam & habendi difficultatem. Tytus quoq; equoꝝ custodię ꝓpter latrones commisit. Iudei namq; pascentes equos dum ligna romani colligerent p cuneos erumpentes rapiebant.

❡ Capitulum quartum.

NObilium aũt plurimos cõmouit eius orõ & nõnulli quidẽ sediciosorum custodias formidãtes locis suis manebãt iã tunc certi de suo pariter & ciuitatis excidio. Fuerũt aũt qui capto discessionis tẽpore ad romanos cõfugierũt: in qbus erant põtifices Iosippus & ihesus filij vero põtificũ tres quidẽ hysmahelis (cui apud cyrenẽ fuerat capud abscissum) & mathie quatuor alterius vero mathię vnus qui post interitũ pr̃is aufugerat quẽ Symon gyore cũ tribus filijs vt supradictum est interemit. Multi aũt nobiles cũ põtificibus defecerũt: Eosq; impator cũ p alia humane suscepit: tũ sciens alienis moribus illic versari molestũ esse in Gophnã misit vt ibi manerẽt interim munitas etiam possessiones cuiq; pacto bello redditurũ esse pollicitus. Illi quidẽ indestinatũ municipiũ leti cũ omni cautione discedũt. His aũt in ciuitate nõ visis tumor a sediciosis iterũ dissipatus alias diffamatus est romani trãsfugas occidissent: vt hoc mœtu videlicet a fuga reliquos deterrerẽt. Et paulisper quidẽ calliditas eoꝝ sicut antea valuit. Timor eni ꝓfugere cupiẽtes inhibuit. Rursus aũt postq̄ eos Tytus reuocatos a Gophna cũ Iosepho murũ circuire & pplo cõspici iussit multi ad romanos fugiebãt. In vnũ vero cõgregati & añ romanos stantes cũ lachrimis atq; vlulatu sediciosos rogabant vt primo qdẽ paucos in ciuitate romanos susciperent patriãq; seruarent. Si hoc displiceret saltẽ dephano certi exirẽt tẽplũq; sibi liberarent. Nec eni ausuros sine maxima necessitate romanos ignẽ sanctis imittere. His illi magis aduersabanť. Multiq; i trãsfugas vociferati cõuitia supra sacras portas iacula & balistas necnõ & saxorũ disponere tormẽta vt omne quidẽ circũ phanũ spaciũ multitudine mortuorũ sepulcro tẽplum vero ip̄m castello simile videreť. In loca vero sancta & in accessa cũ armis adhuc & manibus gẽtili cede calentibus insiliebant: & ad hanc ꝓcesserunt legis iniuriã vt quã iudeos indignationẽ oporteret exercere si hęc romani cõmitterẽt: & tunc i iudeos ꝓpria sacra temerãtes vtereñ. Romanorum militũ nemo tñ fuit qui non cũ honore templũ aspiceret atq; adoraret latronesq; optaret anteq̄ intollerandũ malũ cõtingeret pœniteret. ❡ Tytus aũt dolẽs eoꝝ inuicẽ iterũ iohẽm eiusq; socios increpabat dicẽs Nõne vos o sceleratissimi cãcello sancta loca ꝓtexistis? Nõ lr̃is gręcis ac nostris incisas tabulas cõstruistis? qbus ne septa cuiq̄ transgredi liceret edicit? Nõ eos qui transissent q̄uis romanus quis esset necare pmisimus. Quid igiť nũc in eo etiã mortuos cõculcatis o nocentissimi? Aut cur

Multi Iudeorũ orõne Iosephi cõmoti sunt & ad romanos capta oportunitate cõfugerũt in qbus erant põtificcs & põtifĩ cũ filij.

Rumor transfugas a rõanis occisos dicebat vt cęteri a fuga terrereñ sed reuocatos agophna Tytus pplo demõstrauit q & sediciosos rogabant &c.

Tytus iterũ iohãnẽ eiusq; socios icrepat ꝙ tẽplũ polluerit.

Pollicetur se templum impollutum permanere.
Latrões hmõi sermonibus in supbiã tollebãt
Io Tytus cõtra eos bellũ iuitus ordinat & exercitui cereali duce pposito rogatus ab amicis manet in Antonia.

Congressus hora nona noctis cõtra custodes quos pter spem vigilantes inuenerunt.

Romani pmisse pugnabant Iudeorum vero q templo timerent augebat audacia & pprio cuiuslibet piculo.
Bellũ theatricũ a nona noctis vsq; ad quintã diei.
Reliqua romanorum manus subuersis Antonię fundamentis latã viã vsq; ad tẽplũ ppara uit & aggeres inchoarũt maximo labore ppter pœnuriam materiæ & difficultatẽ habẽdi.
Tytus equorũ custodię cæteros ppter latrones cõmisit.

tẽplum & externi & gẽtilis sanguinis cõfusione polluistis. Testor ego patrios deos & siquis vnq̃ huc locum an respexit:nunc eni neminẽ credo. Itemq; testor & exercitum meum & iudeos(qui apud me sunt)& vos ipsos:q non ego vos hęc violare compellam. Quin & si locum acies vr̃a mutauerit: neq; accedet ad sancta quispiam romanorum:neq; quisq̃ in eius contumeliam faciet. Seruabo aũt vobis etiam tẽplum nolentibus. ❡ Hęc Iosepho internunciãte principis dicta:latrones ac tyranni existimãtes nõ beniuolentia sed timiditate huiusmodi sermones fieri in superbiam tollebant. ❡ Tytus autem qui neq; seipsos miserari eos neq; tẽplo parcere pspiciebat rursus bellum gerere decreuit inuitus. Sed vniuersum quidem his militem q locus eum nõ caperet inferre nõ poterat. Tricẽnis autẽ de singulis centurijs viris fortissimis lectis etiã chyliarchis singulis millenos attribuit. Hisq; duce pposito cęreali hora noctis nona iubet in custodias impetũ fieri. Cum aũt ipse quoq; in armis esset vnaq; descendere statuisset:amici eum ppter periculi magnitudinem ducũq; dicta retinuerunt. Plus enim operis eum in antonia sedentem q̃ militum certamina facturum esse direxerunt: & q̃ si periculum subisset. Omnes enim fore sub oculis imperatoris:optimos bellatores his dictis paruit. Deinde ob hoc solum se remanere locutus ad milites vt de eorum virtute iudicaret:ne aut fortis quisq̃ idonatus abiret aut contra impunitus ignauus lateret:sed omniũ inspector ac testis fieret ipse qui & vlciscendi & remunerandi dñs esset:illos quidẽ ad aciem hora qua supra memoratum est dimisit. Progressus aũt ad speluncam de antonia:quid foret expectabat. Verum qui missi fuerant:non ita vt sperauerant somno oppressos inuenere custodes sed excitatis cum clamore:confestim manus conseruerunt excubitorũ intus. Mane autem cęteri cateruatim excurrere. Itaq; primorum quidem impetũ excipiebant romani: qui aũt illos sequebant in agmen pprium incidebãt multiq; suis velut hostibus vtebant. Vocis nãq; agnitionem confusus partim clamor. oculorum singulis nox ademerat: cum pterea quosdã furor cecos & alios iracundia:timor alios efficeret. Idcirco obuium quemq; sine discretione feriebant. Romanis quidem scutorũ cõiunctione septis:perq; globos psilientibus ignoratio minus nocebat signi enim sui quisq; meminerat. Iudei vero disiecti tam impetum q̃ recessus temere faciẽtes:sepe ymaginem inter se hostium alius alij demonstrabant:cum reuertentem suum quisq; per tenebras quasi romanum aggredientem exciperet. Deniq; plures a suis q̃ ab hostibus sauciati sunt donec orto die visu iam pugna discerneretur:& in acie stãtes ordine sagittis atq; vltionibus agerẽtur. Neutri vero cedebãt neq; labore fatigabantur. Sed romani quidem & sigillatim & multi simul in cõspectu imperatoris de virtute certabant. Illumq; diem sibi quisq; promotionis putabat initiũ fore si fortiter dimicasset. Iudeis autem & propriũ cuiusq; periculum & q templo metuerent ministrabat audaciam:qq; tyrãnus stãs hos rogaret alios verberaret & adpugnandum interminationibus incitaret. Cominus autem plerũq; pugnatũ est. Sed cito & breui momento prelia mutabantur. Neutra enim pars prolixũ fugę spacium vel persecutionis habebat. Pro suorum aũt euentu & ex antonia tumultus erat & cõfidere superantibus & stare si fugerent acclamantiũ. Eratq; veluti quoddam belli theatrum. Nec enim vel Tytũ vel alios qui vna erant quicq̃ eorũ quę in pugna gerebantur latebat. Postremo hora nona noctis cœpto plio quinta die soluti sunt:cum neutri eo loco vnde pugnã inierant certa fuga cessissent: verũ mediã in ancipiti plio victoriam reliquissent. Romanorũ quidem plurimi nobiliter decertarunt. Iudeorum quidem partis symonis Iudas marthiothy alias Mareoti filius & symõ osyę. Idumeorũ vero iacobus & symon alter caythe alias Acathele filius iacobus aũt iosyę alias Sose filius. De Iohãnis autẽ socijs Getheus & alexas. De zelotis autẽ symon filius tharige alias iayri. ❡ Et romanorum reliqua manus (die septimo subuersis antonię fundamentis) latam viã vsq; ad templũ composuit. Admotaq; muro agmina:mox aggeres inchoabant. Vnum cõtra interioris templi angulũ qui ad septẽtrionem occidẽtemq; expectabat:alterũ contra exedrã ad aquilonis partem inter duas portas edificatũ. Aliorũ autem duorũ vnũ contra portã occidentalem tẽpli exterioris: alterũ ab aquilone. Magno tamen opus cum labore ac miserijs proficiebat:cũ materias secentesimo vsq; stadio deportarent. Interdũ autẽ ex insidijs ledebantur:cum ipsi quidẽ propter vincendi facultatẽ minime cauerent iudeis vero propter desperationẽ salutis audacioribus vterent. Nõnulli enim equitũ(quotiens ad ligna siue fœnũ colligẽdum exissent)intereadũ hęc facerent equos suos frœnis exutos pasci sinebãt. quos iudei per cuneos erũpentes rapiebant. Itaq; cũ id crebro fieret:cęsar existimãs(qđ erat verum) negligẽtia suorũ magis q̃ iudeorũ virtute rapinas cõtingere:tristi animaduersione cęteros ad equorũ custodiã reuocare statuit Vnoq; milite(qui equũ pdiderat)morte dãnato: eo metu equos suos cęteris conseruauit. Nunq̃ eni eos post hoc in pascua dimittebãt. Sed tanq̃ natura his cõnexi ad necessitatem egrediebant. Illi quidem templum oppugnabant:aggeresq; erigebant.

❡ Sediciosi aũt(vrgẽte fame deficiẽtibusq; rapinis)in prędia venerũt Romanorũ:impetũ faciẽtes & ex vtraq; fortiter pugnatum est. Pedanius vero fugiẽtibus iudeis vnũ iuuenem talo cõprehensum

maxime militię monstrata peritia portauit ad Tytum qui eius(qui cœperat) vires ammiratus captū supplicio iussit affici templiq; solicitus oppugnatione aggeres mature fieri perurgebat. Iudei timentes porticum(quę antonię iungebaꝛ)incenderunt manibusq; suis incēdium sanctis apposuerunt.Ipsi quoq; biduo post Romanis porticum inflammantibus(cum deberent prohibere incendium)culmen abijciunt.Tunc etiā Ionathes Iudeus corpore breuis & vultu despicabilis romanos ad singulare ꝓuocat certamen.multis in eos prolatis iniurijs.Contra quem quidam superbus e romanis Pudēs nomine(multis dedignantibus alijs suspicantibus)bello congrediens fusus in terram occisus est.Quidā vero priscus iactantem Ionathem sagitta transfixit qui dolore in vertiginem tortus supra corpus hostis incubuit. Et belli fœlicitatem q̄ velox vltio sequitur ostendit. Verum xxvij.Iulij die dolum excogitant Iudei:qui templi summitatē aridis lignis & sulphure ac bitumine replentes fingūt fugam.quare multi romanorum incauti & temerarij templū ascendentes submisso per iudeos igne succensi sunt quorum misericordia Tytus (licet morientibus indignareꝛ) commotus est.hocq;(cum nemo incendium posset prohibere)pereuntibus factum fuit solatium.Longusq; Romanus(qui incēdium euaserat)rogatus a iudeis promissaq; securitate vt descenderet seipsum(orante Cornelio fratre ne romanā dehonester militiam)sublatoq; alterius gladio(vtrisq; vidētibus agminibus)occidit. Artorius autem calliditate ab incendio liberatus est. qui(loci contubernali suo promissa hęreditate si eum acciperet) in eum se proijciēs euasit & lucius pondere oppressus constratoq; lapidibus solo allisus cōtinuo moritur. Et in posterum Romani cautiores facti sunt dolis Iudeorum.

Capitulum quintum.

Sediciosi(fame vrgēte& dificiētibus rapinis)i ꝑsidia venerūt Romanorū ipetū faciētes & ex vtraq; pte fortiter pugnatū est

Ltero vero die post eorum ascensum multi sedicios orum(q̄ rapinę defecerāt & fames vrgebat)cōgregati in ꝑsidia romanoꝝ quę heleonamalias Oliuarum mōtem versus collocata erant:circa vndecimā diei horā impetū faciunt.Sperabāt enī primo quidē inopinatos:deinde curādi corporis causa quiescētes facile decipi posse. Verū(cognito illorū conatu) romani & de ꝓprijs custodijs celeriter collecti:obstabāt eis murū transcendere ac perrūpere violēter ambitu conatis.cōflato aūt vehementi ꝑlio multa quidē & alia ab vtraq; parte fortiter gesta sunt:cū romanis ꝑter fortitudinē bellādi etiam peritia:iudei vero immoderato impetu & effrenatis animis vterenꝛ.Dū aūt his erat pudor illis necessitas.Nā & amittere iudeos veluti laqueis irreticos romani turpissimū videbaꝛ: & illi vnam spē salutis(si murum vi perrūpere potuissent) habebant. Ibi tum quidā ex ala equitū pedanius noīe(iudeis in fugā versis)atq; in vallē coactis equo in aduersum montē a latere citato ꝑteruectus rapit vnū ex hostibus fugā petentibus iuuenem & grauē corpore & armis vndiq; septū talo cōprehensum trūse inclinauit equo currente tantāq;vim dexterę itēq; cęteri corporis & equestris peritię demōstrauit. Iste quidē quasi manus aliquod rapuisset:captiuū ferēs ad cęsarē venit.Tytus aūt vires eius (qui cœperat)ammiratus est & captū(quia murū aggredi tentauerat)supplicio affici iussit:& ipse tēpli oppugnationem curabat vtq; aggeres mature fierent perurgebat. Introq; iudeis aduersis pręlijs male tractatis tumescente paulatim bello & in tēpli serpente ꝑnicie sicut in putrefacto corpore ad sola mēbra peste occupata ꝑuenientes ne vlterius ꝓcederet abscidebant.Porticus enī parte quę ab aquilone in occidentē ptinens antonię iungebaꝛ incēsa:deinde ad viginti fere cubitos abruperunt imisso sanctis incēdio munibus suis.Biduo aūt post idus ꝑdicti mēsis vicesimo & quarto die romani porticū inflāmarent & vsq; ad quintūdecimum cubitū igne ꝓgresso iudei similiter culmen abiciunt neq; omnino recedentes ab operibus & antonię continentiā dirimentes cū liceret eis ac deberent incendiū ꝓhibere.Itaq; immisso igne:cursum eis ociosi ꝓ sua vtilitate metiebanꝛ.Circa tēplū autē nunq̄ ꝑlia cessauerunt.Sed frequēs erat paulatim contra se excurrenciū bellum.

Pedanius fugiētibus iudeis vnū iuuené talo cōprehēsum maxīa militię mōstrata pitia ad Tytū portauit q eius q cœperat vires admiratus captū supplicio affici iussit tēpliq; oppugnationē curās aggeres mature fieri purgebat.

Hisdem aūt diebus quidā ex iudeis vir & corpore breuis & visu despicabilis tāq; genere q̄ rebus alijs vilissimus Ionathes nomine ꝓgressus ad iohānis pontificis monumentū(cum alia multa supbe ad romanos ꝓlocutus est)tū quem fortissimum haberet ad singulare ꝑlium ꝓuocauit.At qui cōtra steterant:multi quidem dedignabanꝛ. Erant autem inter eos(vt assolet)etiam qui timerent.Quosdam vero non inconfusa monebat ratio: cum mortis cupido non debere confligere. Nā qui de salute sua desperassent eos neq; cautos ipetus neq; deū habere placabilē: & cum his in discrimen venire quos neq; vincere magnum sit & vinci cū dehonestamento periculosum:non fortitudinis sed fœrocitatis videri.Cū autē nemo diu procederet multaq;iudeus eorū timiditati illuderet(erat enim arrogantissimus)quidam superbus e romanis nomine pudens ex ala equitū verba & insolentiam eius exosus fortasse autem etiam corporis breuitate sublatus incōsulte ꝓsiluit:& cęteris cōmissa cūseo pugna super fuit:sed a fortuna proditus est Labentem enim Ionathes interfecit deinde pede supra mortuū posito leua scutū:dexteraq; cruentū gladiū chorusçabat.armisq; cū frœmitu cōcussis in exercitū & iacēti insultās spectātes romanos increpabat donec eū tripudiantē & vana iactantē quidē priscus centurio sagitta transfixit.Eoq; facto & iudeo,

Ionathes iudeus corpore breuis & vultu despicabilis Rōanos ad singulare certamē prouocat multis in eos ꝓlatis cōuicijs.

Pudēs rōanus incōsulte Ionatā bello congrediēs fusus i terrā occisus est.

rum & romanorum clamor varius excitatus est. Ille aūt dolore in vertiginē tortus supra corpus hostis incubuit: belliq; fœlicitatem rotione carentē q̄ velox vltio sequeret̄ ostendit. Sediciosi vero templum tenentes: aperte quidē & quotidie militibus in aggeribus positis repugnabant. ❡ Vicesimo autē septimo die prędicti mensis huiusmodi dolū excogitāt. Occidentalis porticus spaciū (quod inter culmē ac trabes erat vacuū) siluis aridis itēq; sulphure ac bitumine repleuerunt: deinde velut oppressi cedebant. Quare multi quidē temerarij fugientibus instabant & in porticū ascendere scalis positis nitebātur. Qui vere prudentiores erant, nullā fugę cām iudeis fuisse cogitantes locis suis manebant. Verum porticu repleta his qui ascenderāt, ignē immittunt iudei: excitata vndiq; flāma subito rōanos & (qui extra periculū steterunt) ingens stupor inuasit & desperatio (quos incēdiū cœperat) occupauit. Flammis eni cincti semetipsos in oppidū alij vero in hostes p̄cipitabāt multi spe salutis desiliētes ī puteos debilitabantur. Alios dū conant̄ p̄ueniebat incendium alij flāmam ferro antecedebant. Statim vero & alios fugientes ignis cōprehendebat plurimū peruagatus. Cęsarē vero (licet morietibus indignaretur: q̄ iniussi porticū ascenderent) misericordia tamen eorum tetigit. Cūq; nemo prohibere posset incendiū: hoc erat solatio tamen pereuntibus quia videbant eius dolorē pro quo ipsi animam perderēt: Vociferans eni & ante alios prosiliens comites suos q̄ possent auxiliū ferre obsecrans cernebat̄: eiusq; vocē & affectionē quisq; velut aliquā p̄clarissimam sepulturā secum auferens moriebatur. Nonnulli tamen recepti in parte porticus latiore flammarum quidē periculū euaserunt: postremo autē vniuersi ceciderūt obsessi a iudeis cum diu saucij restitissent. ❡ Post omnes aūt quidē iuuenis nomine logystō alias Longus huic ornamentū fuit calamitati. Et q̄uis sigillatim digni essent memoria qui perierunt omnium tamen fortissimus demonstratus est: quem iudei quidē (q̄ & fortis esset & q̄ eū interficere cupiebant) ad se descendere promissa fide hortabant̄. Frater vero eius cornelius ex altera p̄te (ne gloriam suā romanorūq; militiam dehonestaret) orabat, cui magis obtēperauit. Sublatoq; alterius gladio vt ab vtrisq; agminibus cerneret̄ semetipsum occidit. ❡ Eorū autem (quos ignis obsederat) argorius alias Artorius quidā calliditate seruatus est. Appellato enim clara voce lucio quodam cōmilitone & contubernali suo: hęredē te (inquit) relinquo totius patrimonij mei si me exceperis. Cum autē ille prōpto animo accurrisset, & ipse quidē qui se in eum proiecerat vixit lucius vero pondere oppręssus. Cōstratoq; lapidibus solo allisus continuo moritur. Ea calamitas paulisper quidē romanis tristiciam cōparauit. In posterum tn̄ eos cautiores effecit & diuersis iudeorū insidias iuuit: quibus plerūq; loca mo resq; hoim nescientes ledebant̄. ❡ Exusta est vero porticus ad turrim vsq; Iohannis q̄ ipse belli tempore (quod cū symone gerebat) supra potestates (quę in xixtum ducerēt) edificauerat. Reliquum vero iudei (quoniam cōsumpti fuerant qui ascenderant) absciderunt. Postero autem die romani quoq; porticum quę in boreę parte fuit ad orientalem vsq; totam incendunt: continentē angulos eius (quę appellatur cedronus alias Cedron) supra vallem edificata vnde etiā profunda erat eius & horribilis altitudo. ❡ Circa templum quidem ita res se habebant.

Dolus Iudeorū qui sūmitatē tēpli aridis lignis & sulphure ac bitumine replētes fingūt fugā.

Misericordia tyti morientibus erat solacium.

Lōgus Romanus Iuuenis q̄ incendiū euaserat rogatus a iudeis p̄missa securitate vt descenderet seipm (orante cornelio fratre ne Romanā dehonestet militiā) occidit. Cautiores i posterū romani dolis iudeorū facti sunt. Porticus incendunt̄.

❡ Infinita in ciuitate pereūtiū fame erat multitudo & pro cibo amicissimi inter se seuiebāt. Fame quoq; rabidi vt canes domos desperatiōe bis ac ter eodē memento inquietabāt. Dētibus oīa etiā sordidissima subigebat necessitas, calciamēta atq; scutorū coria comedebāt, fœnū qđ caro emebat̄ p̄cio. ❡ Horrēdū quoq; tūc factū est, maria quedā eleazari filia iudea nobilis & diues a tyrānis sibi sublatis bonis raptores maledictis incitabat mori volebat sed p̄cussorē nō inueniebat hęc fame & iracūdia inpulsa lactantē filiū alloquitur ip̄m occidit coctūq; mediū comedit reliquā reseruans partē quā sediciosis mortē minantibus ostēdens eos horrore repleuit atq; demētia qui tremētes ac timidi exierūt. Audita vero tāti sceleris fama beati mortui (priusq̄ audissēt id aut vidissent) dicebant̄. Tytus aūt cognito facinore deū deprecat̄ super hoc se excusans seq; iudeis pacem pluries affirmat obtulisse. Tm̄q; scelus pollicet̄ vindicaturū neq; ciuitatē vbi matres filij vescunt̄) remansurā. Ipse quoq; die octaua Augusti p̄fectis aggeribus ad exedrā occidentalē arietes iussit applicari sed nihil p̄ficientibus & cū scalis ascēdere tētātibus maxima eorū facta est cedes vn̄ cęteri sociorū clade p̄territi discedebāt sediciosis fortiter pugnātibus. Tytus aūt (cū videret alienis & tēplo cū dāno & nece suorū) ignem portis subijci iussit ad quē Ananus & Archelaus p̄fugi cā venię aduenerūt quos prio q̄si necessitate nō volūtate venisse nō esse salute dignos dicebat (fide tn̄ iracūdiā cohibēte) eos dimisit, liquefacto itaq; portarū argēto citolignū cōsumptū est nemine Iudeorū ignē conato neq; auso extinguere.

Capitulum sextum.

Orum vero qui per ciuitatē fame corrūpebant̄: infinita multitudo moriebat̄. Inenarrabiles autem clades eueniebant. In deis autem singulos si vel vnq̄ aliquid cibi apparuisset bellū illico gerebat̄: & amicissimi inter se ad manus seuiebant: miseris diripiētes animę viaticū fides aūt pœnurię nec morietibus habebat̄: sed etiā quos viderit respirare scrutabant̄ latrones ne quē forte cibū siue occultās quispiā moreret̄ Ipsos autem

Fame peūtiū infinita multitudo & p̄ cibo amicissimi iter se seuiebant.

spes egestate victus hiantes veluti canes rabidos decipiebat: & impingentes in hostia tanq̃ ebrij fere banť: easdemq; domos bis ac ter eodē momēto desperatione inquietabant. Omniaq; dētibus necessitas subigebat. Et ea colligentes quę nullū (quis sordidissimum) mutorum animaliū non horreret comedere patiebantur. Deniq; nec cingulis aut calciamentis abstinuerunt: coriaq; scutis detracta mādebant. Quin etiam fœti veteris laceramenta victui habebantur. Cuius nōnulli exiguū pōdus: quatuor atticis venundabant. ¶ Et quod opus est famis improbitatē ex rebus anima carentibus demōstrare ¶ Factum enim relaturus sum neq; apud gręcos. neq; apud barbaros cognitū: & dictu quidē horrendū auditu vero incredibile. Itaq; libenter hanc calamitatem intermitterem ne mentiri me post futuri homines estimarent nisi testes multos haberē & fortasse aliqua patrię referrē gratiā par eius ea disserēs quorū facta perpessa est. Mulier quędā ex plebe transiordanem habitantiū incolarū maria nomine eleazari filia de vico Bathezobra alias Bathecor quod sigdificat domus hysopi genere ac diuitijs nobilis cū alia multitudine fugiens in hierosolimā recepta cū cęteris obsidebať. Huius alia bona quidem tyranni diripuerunt: quę ex ttassamnanis locis in oppidū comportauerat. Reliquias vero cōditorum (& si alimenta reperissent) irrūpentes domū eius quotidie satellites auferebant. Grauiter autem mulier indignabať propterea q; sepissime raptoribus maledicens & imprecans eos contra se vehemētius irritabat cū neq; iratus neq; miserans eam quisq̃ vellet interficere. Sed victū quidem alijs parando laborabat. Vndiq; autē adempta erat ei iam etiā reperiendi facultas: famesq; visceribus & medullis irrepserat: plus vero q̃ fames iracundia succendebat. ¶ Igitur impetu animi ac necessitate impulsa rebus aduersis contra naturā excitater. Raptoq; filio (quem lactentē habebat) miserum te (ait) infans in bello & fame & seditione: cui reseruauero? Apud romanos etiā si vixeris seruiturus es: fames autē p̄uenit seruitutē? His vero seuiciosi seuiores sunt. Esto igitur mihi cibus & sediciosis furia & humanę vitę fabula quę sola deest calamitatibus iudeorum. Et hoc simul dicens occidit filium suum: coctūq; mediū comedit ad opertū aūt reliquū reseruauit. Ecce autē aderant sediciosi & contaminatissimi nidoris odore capti mortē ei statim (nisi quod parasset ostenderet) minabanť. Illa vero partem se bonā illis reseruasse respōdens aperit filij reliquias. Illos autē cōfestim horror cœpit atq; demētia visuq; ipo diriguerūt. At mulier Et meus hic inquit vere filius: & facinus meū. Comedite: nā & ego comedi: Nolo sitis aut fœmina molliores: aut matre misericordiores. Quod si vos pietatē colitis & mea sacrificia repudiatis ego quidē comedi reliquum eius me manebit. Post hęc illi quidem trementes exierunt ad hoc solū inuidi: vixq; hunc cibū matri cesserunt. ¶ Mox aūt repleta est eo scelere tota ciuitas & vnusquisq; ante oculos sibi cladē illā pręponens tanq̃ hoc ipse admisisset horrebat. Ab oībus autē (quos fames vrgebat) p̄perabant ad mortē. Et beati appellabanť qui priusq̃ id audirent siue conspicerent interissent. ¶ Cito etiā romanis nunciata est illa calamitas eorūq; alij non credebant alij miserabanť Multos aūt vehementius eius gentis odiū cœpit. Cæsar autem super hoc deum placabat se quidem Iudeis pacem obtulisse eisq; liberam proposuisse omnium obliuionem quęcūq; commiserant illos autem pro concordia seditionem bellum pro pace pro pietate atq; opulentia famem optasse. Et qui p̄prijs manibus templum (quod eis ipse seruasset) incendere cœperant huiusmodi alimentis eos esse dignissimos. Verumtamen scelus huius nefandi victus ruina sese patria coopertururum neq; relicturum in orbe terrę vt sol inspiciat ciuitatem in qua matres sic vlciscerētur: ante matres autem patribus eiusmodi alimenta deberi qui nec post huiusmodi clades arma deponerent. Simul hęc dicens: desperationem hostium reputabat. Nec enim eos iam sanam mentem recepturos existimabat qui cuncta iā pertulissent: quibus anteq̃ ea paterentur mutare sententiam sperabantur. ¶ Octauo autem die mēsis augusti cum duę legiones aggeres perfecissent ad exedram occidētalem exterioris templi admoueri arietes iussit cum diebus ante sex (qui firmissimus erat aries) parietem sine intermissione pulsando nichil omnino profecisset. Verum & huius & cæterorum magnitudinem structura lapidum superabat. Septētrionalis autem portę alij fundamenta suffodiebant multumq; fatigati exteriores tantum lapides euoluere potuerunt. Ab interioribus autem porta sustinebatur. Tamq; diu manserunt: donec instrumentorum & vectium conatibus desperatis romani scalas porticibus applicarunt. Iudei vero pręuenienti ne eos subire prohiberent: cum his congressi dimicabant. Et alios quidem retro depellantes pręcipitabant alios accedentes subsidio trucidabant. Multos de scalis egredientes priusq̃ se de scutis obtegerent. ferientes gladijs pręueniebant. Nonnullas autem scalas armatorum plenas in latus inclinantes deijciebant. ¶ Vnde romanorum quoq; non parua cedes sequebatur. Alij signis ablatis pro his decertabant: rapinam eorum grauissimę fore turpitudini ducentes: postremo autē iudei & signis potiuntur: & eos (qui vna cum his ascenderant) interficiunt. Cæteri vero intereūtium clade perterriti discedebāt Romanorum quidem nemo non aliquo opere facto procubuit. Sediciosorum autem qui prioribus pręlijs etiam tunc fortiter pugnauerunt: & pręterea eleazarus fratris symonis Tyranni fi-

Fame rabidi vt canes domos desperatiōe bis ac ter eodē momēto inquietabant.

Horrendum facinus.

Maria eleazari filia Iudea nobilis & diues sublatis sibi a tyrānis raptores maledicens incitabat mori volebat sed percussorem nō inueniebat.

Occidit filium coctūq; mediū comedit partē reliquam reseruans quā mortē seditiosis minantibus ostendens eos horrore repleuit atq; dementia.

Tytus cognitio facinore deum deprecať se super hoc excusās q; Iudeis pacē obtulisset &c. vide in Aege. multa memoranda.

Tytus p̄fectis aggeribus ad exedrā occidentalē arietes iussit applicari sed nihil proficientes & cū scalis tentātes ascendere multi occiduntur Romanorum Magna cedes romanorum.

Tytus ignē portis tēpli subijci iussit ad quem Ananus & Archelaus ꝓfugi cū vniæ veniūt. Liquefacto portarū argēto cito lignū cōsūptū ē neminē Iudeorū ignē conato' neq; auso extinguere.

lius. ¶ Tytus autem (cum videret se alienis & templo cum damno & nece militum parcere) ignē portis subijci iussit: Inter hęc autem ad eum profugi veniūt ananus ex emaus symonis satelles crudelissimus & archelaus filius magodati idcirco sperantes veniam ꝙ iudeos victores reliquerant. Tytus autem vt hanc eorū in iudeos crudelitatem audiuit obtruncare decreuit. Dicebat eni eos necessitate nō voluntate venisse nec salute esse dignos incēsam ipsorū cā patriam deserentes Verūtamen cohibuit iracundiā fides eosq; dimisit: sed nō eo loco habendos quo etiā alios credidit. Iam vero portis milites ignē admouerāt liquefacto argento cito lignū flāmę absumserant: cū subito auctæ ꝓximas inde porticus corripuerunt iudeis vero circū se ignē videntibus corpora simul animęq; ceciderunt. Et stupore attoniti adiuuare quidē vel extinguere nemo conatus est: stātes vero aspiciebāt. Nec tn̄ his quę absumerenť dolētes saltē vt qđ reliquū esset saluū haberent animū colligebāt. Illo quidē die & quę secuta est nocte: crescebat incendiū. Paulatim eni nec prius simul vndiq; inflāmari porticus potuerūt.

¶ TEMPLI incendium nouissimum.

¶ Tytus autem incēdium iubet restringere & de tēplo (quid agendū esset) cōuocatis principibus inquirit cōsilium quidā templi ruinā suadebant. Alij vero cōseruādum dūmodo ipm̄ iudei reliquissēt si aūt bello obtinereť ignibus consumendū. Tyti vero sententia fuit pro hominibus non esse vlciscendum in anima carentibus neq; tm̄ incensurum opus quod etiam imperij esset ornamentū Sed iterū Iudeorum atq; roma restricto igne conflictus & Tyto ferente auxiliū Iudei (plerisq; interfectis) fugierunt & in tēplo concluduntř quod die decima Augusti quo a babiloniorū rege fuerat concrematum eodem euolutis tēporibus a Romanis passum est incendiū Nam quidā Romanus miles nō expectato edicto ignem ꝑ fenestram aureā (Aegesippus vocat portā) immisit in tēplum. Tytū vero extingui iubet incendium sed prę nimio clamore vox eius nō auditur Neq; signum aut preceptum (ira duce) milites attendebant. Immo non audire simulabant & quisq; ignem hortabať immittere & vbiq; fit ꝑ hierusalem. Tytus itaq; i[n]sanientiū militum continere impetū non volens flāma dominante tēplum ingressus est & quicquid illic erat aspiciens mirabať opus: milites q; rogabat vt ignē (nondū eni flamma interiora penetrauerat) iubet restringere. Illorum vero furorū belliq; impetus & iudeorū odia cęsaris reuerentia & prohibentis metum superabant.

¶ Capitulum septimum.

Tytus incēdiū iussit restrigere & de tēplo (qđ agēdū esset) cōuocatis pricipibus cōsil ūpetit Quidā cōseruādū dūmodo ipsum iudei reliqsent si aūt bello obtinereť ignibus cōsumēdū.

Iterū cōflictus Iudeorū & Romanorū restrictio igne. Iudei i tēplo cōclusi sunt. Die decio Augusti quo a babiloniorū rege fuerat cōcrematū tēplū eisdem euolutis tēporibus a romanis passū est incendium.

Postremo autem die tytus partem militū iussit incendiū restringere: perq; proxima portis loca viā sternere vt facilior agminibus esset ascensus: rectores ad se cōuocat: sexq; collectis qui erant proceres: tyberio alexandro totius militię ꝑfecto: & sexto cęreali quintæ legionis ꝑposito & largio lępido decimę & tyto frigio quintędecimę cū quibus erat etiā fronto ac ternius magister duarū alexandrinarum legionū: & marcus antonius Iulianus procurator iudeę cōgregatisq; ꝑterea chiliarchis & procuratoribus consilium dei templo proposuit. Alijs quidem videbať lege belli vtendum esse nunq̄ enim iudeos a nouis rebus posse desinere tēplo manente quo omnes vbicūq; essent colligereń. Nonnulli autem monebant (vt si templū reliquissent iudei) neq; armis pro eo quisq̄ certare cōseruandū esse suadebant. Si vero id pugna obtinuissent ignibus cōsumendum quoniā castellū iam videreť esse non templum & piaculum non ipse verum illi qui id fieri coegere cōmitterent. Tyto autem nec si stantes dimicarent iudei pro hominibus anima alias animo carentibus vlciscendum esse dicente neq; se vnq̄ tātum opus incensurum i[ta]m enim romanorum fore hoc dānum sicut ornamētum quoq; fore imperij si remaneret. Iam certi quid vellēt accedūt ad eius sententiā fronto & alexāder & cęrealis. Tunc quidē cōsilium dimisit iussisq; militibus requiescere necnon & ducibus vt his in procinctu validioribus vtereť viamq; sternere per ruinas lectis ex cohortibus imperat: ignēq; restringere. Illo quidē die iudeos labor itemq; timor ab impetu cōtinuit. Postero aūt collectis viribus & recepta fiducia ꝑ orientalē portā contra tēpli exterioris custodes secūda hora diei ꝑcurrunt. Illi aūt primā quidē concionē fortiter exceperūt. Septiq; scutis a fronte murū acie cōdēsa inclinanť. Certū aūt eos erat non diu duraturos ꝙ & multitudine infestantiū & animis vincereń. Cęsar aūt priusq̄ verterētur acies nā pugnatū ex antonia ꝓspectabat: cū equitibus lectis venit auxilio. Impetū vero eius nō sustinuere iudei: sed primis interfectis plerīq; fugam [p]etūt. Et cedentibus quidē romanis: reuertētes instabāt. Cū autē se illi retorsissent iterū refugebant donec circa horā quintam iudei quidē vi coacti tēplo interiori cōclusi sunt. Tytus aūt discessit in antoniā decreto postridie mane cū omni exercitu aggredi tēplumq; obsidere. Sed id plane dei sentētia iamdudum igne damnauerat. Euolutisq; tēporibus aderat fatalis dies (qui erat decimus mēsis augusti) quo etiā primo a rege babiloniorū fuerat cōcrematū. Ex edibus autem causam & principiū sūpsit incendiū. Nā cū paulisper tyti discessu sediciosi quieuissent: romanos rursum aggrediunť: Custodūq; templi cum ignē interioris phani restingentibus pugna cōmittitur. Hiq; iudeis in fugam versis: vsq; ad templū transierunt. ¶ Hic itaq; tunc militum quidam non expectato cuiusq̄ edicto. Neq; tantū facinus verius sed

diuino quodam motus impetu a contubernali suo sustollitur & ex ardenti materia raptum ignem in fenestram inserit auream: Inde membra circa tēplum edificata de septentrionali regione aditus erat Flamma vero excitata iudeorum quidem calamitati dignus clamor exurgit: & ad vlciscendum properabāt. Neq; vitę iam parcendum esse rati neq; viribus temperandum: eo amisso cuius gratia cautissimi videbantur. Mature autem quidam hoc tito nūciat: & ille namq; casu in tabernaculo requiescebat sicut a pręlio redierat. exilit: templumq; curriculo petit prohibiturus incendium: omnesq; post eū duces & hos agmina perterrita sequebantur. Clamor autem ac tumultus erat: tanto exercitu sine ordine concitato. Cęsar autem voce simul ac dextera pugnātibus signo dato ignem iubebat extingui sed neq; vox eius exaudiebatur q᷑ aures eorum maior clamor obstrueret nutumq; dexterę non attēdebant: cum alios bellum alios ira distraheret. Intro currentium vero agminum impetum non precepta neq; interminatio continebant Sed quo furor eos duceret sequebātur. Ad ipsos autem introitus obstrusi multi quidem sese inuicem conculcabant: multi vero ardentibus adhuc & fumentibus porticum incendentes ruinis liuore quidem vtebantur. Cum vero ad templum accessissent edicta quidē cęsaris non audire simulabant. Precedentem quisq; vt ignem immitteret hortabatur. Sediciosis autē iam subeundi quidem nulla spes erat: sed fuga & cedes omnia possidebat magna vero populi multitudo inualida & inermis vbicumq; occupati fuerant interficiebantur: & circum aram quidem ingens mortuorum numerus congregabatur. Per gradus vero templi & sanguis multus profluebat: & eorū corpora qui supra ceciderant dilabebantur. ❡ Cęsar autem (vbi nempe impetum insanientium militum continere poterat & flamma dominabatur) intro cum rectoribus ingressus & sanctum templi & quicquid illic erat aspexit: ea quidem quę apud alienigenas erant fama meliora: pompa vero & opinione domestica non minora. Cum autem flamma nōdum ex vlla parte adinteriora penetrasset nec membra quę circa templum erant depasceretur (quod erat verum) existimās ad huc illud opus posse seruari & ipse prosiluit militesq; rogare (vt ignem restingerent) conabatur: & liberalem hęcathontarchum de stipatoribus suis fuste mulctatos: (qui non obedissent) iussit arcere. Illorum autem furor belliq; impetus quidam vehementior iudeorumq; odia & cęsaris reuerentiam & prohibētis mœtum superabant. Plerosq; autem prędarum spes incitabat suspicantes intus omnia pecunia esse referta: quoniam fores auro factas conspicerent. Pręterea quidam miles ex his qui intrauerant cum cæsar ad inhibendum incendium cucurrisset: ignem iam cardinibus portę subiecerat. Tumq; subito postq̄ flamma intus apparuit & duces cum cęsare discedebant. & stantes extra succendere nemo ꝓhibebat.

Quidā Romanorū miles non expectato edicto ignē p fenestrā aureā quā Aegesippus vocat portā, imisit in templum.

Simulāt nō audire ꝑcepta Tyti sed quisq; ignē imittere hortaꝛ.

Tytus isanietiū militū ipetū cōtinere nō valēs flāma domināte tēplū igressus est & quicqd illic erat aspiciēs mirabaꝛ opus.

❡ Templum itaq; inuito Cęsare exuritur. hoc multum deflēdum opus quidem omnium (quę audiuimus aut vidimus maxime ammirabile in exstructione / magnitudine / in magnificentię gloria maximum tamē ex facto capiet solatium q᷑ vt animalibus ita operibus locisq; fatū sit ineluctabile alias ineuitabile. Mense namq; & die eisdem quibus primū templum a babilonijs: sed a romanis est incēsum. A prima constructione templi per Salomonem vsq; ad hoc excidium mille centum triginta anni menses septē & dies quindecim & a posteriore trecenti & triginta nouē anni quadraginta quinq; diebus. Rapiebantur omnia infinitaq; sine etatis aut sexus discretione fiebat cedes. Clamor horribilis & ingentissimus & tumultus: sed tumultum clades acerbiores sanguis igne largior: pluresq; erant interfecti q̄ interfectores omnisq; terra plena cadaueribus. Duo quoq; ex nobilibus (cū ad romanos transeundo seruari possent aut cōmunem cum cęteris durare fortunam) semetipsos in ignē eiecerūt omnia romani cum templo & Gozophilacium & iudeorum diuitias incenderunt. Sex fere milia ꝑmiscue multitudinis cum porticu ad quem confugerant incenduntur. His enim cā interitus pseudo propheta qui populo ꝑdicauit deum Iudeos iubere in templum ascendere salutis signa accepturos. Tunc quoq; subornati a Tyrannis prophetę populo dei auxilium debere expectare denunciabant.

❡ Capitulum octauum.

TEmplū quidem hoc modo inuito cęsare exuritur. Sed hoc q̄uis multū quis deflendū putet vt opus oīm (quę audiuimus aut vidimus) maxime ammirabile tā exstructionis genere q̄ magnitudinis itēq; munificentię in singulis rebus & gloria quę de sanctis habebaꝛ: maximū tn̄ ex facto capiet solaciū: q᷑ vt aīalibus ita operibus locisq; fatū sit ineluctabile. Mirabitur aūt in eo etiam circūacti temporis fidem Nam & mensem (vt dictum est) eundem & diem seruauit quo primū a babilonis tēplum erat incensum. Et a prima structione tēpli (quā salomō rex inchoauerat secundo anno principis Vespasiani) mille cētum triginta colliguntꝛ anni & septē mēses ac dies quindecim vsq; ad hoc excidiū qd̄ euenit. A posteriore vero (quā secundo anno cyri regis aggeus fecerat) vsq; ad excidiū (qd̄ vespasiano imperāte sustinuit ciuitas) anni trecenti & triginta nouē & dies quadraginta quinq;. ❡ Cū templū autē incendereꝛ etiam quicquid in manu fortuitu venisset rapiebanꝛ & cedes erat infinita depręhensorū nec acta fuit etatis miseratio aut reuerētia castitatis. Sed &

Tēplum inuito cęsare exuriꝛ.

Mēse & die eisdē qbus primū tēplū a babilonijs secundū in Romanis est icensum.

pueri & senes & sacri ac prophani similiter interficiebantur: atq; omne genus hominum belli calamitas persequebat: vnaq; supplices cum repugnantibus necabant. Flāmamq; vlterius ꝓgrediens cū gemitu occumbentium concrepabat: & pro altitudine quidem collis ardentisq; operis magnitudine: totam quis crederet ardere ciuitatem: Illo autem clamore nichil maius neq; horribilius excogitari potest. Nam romanorum agminum frœmitus erat & sediciosorum ferro igniq; clausorum clamor ingēs tollebat: & populi sursum deprehensi ad hostes fuga cum clamore ac pro calamitate conquestio. In colle autem constitutis: etiam multitudo oppidi cōsonabat. Nam vero multi fame marcidi & in mortem pœne luminibus clausis postq̄ ignem templi viderūt: in questus interim vires clamoremq; receperunt Resonabat & trans fluuium regio. & montes circūpositi grauiorem impetum faciebant & tū erant clades acerbiores tumultuum. Nam collem quidem (in quo templum erat) euelli radicitus quis putaret ita vndiq; belli plenus videbat & sanguis igne largior pluresq; interfecti inflectoribus omnisq; terra cadaueribus tegebat & supra corpora mortuorū gradientes milites cursum fugientiū sequebantur. ¶ Latrocinalis quidem multitudo tandem pulsis romanis in exterius templum & inde ciuitatem euadit populi autem (quod fuit reliquum) in exteriorem porticum confugerūt. Sacerdotum autē iudeorum nonnulli quidem primū iuribus itemq; sedilibus suis (quę ex plumbo facta erant) auulsis. in romanos pro missilibus vtebant deinde (cum nichil proficerent) ignisq; in eos euomeret: in parietem secedentes octo cubitis latum ibi manebant: Duo tamen ex nobilibus (cum ad romanos transeundo seruari possent) aut communem cum cęteris durare fortunē semetipsos in ignem eiecerunt & cum tēplo concremati sunt. Meyrus filius belge & Iosippus daree alias daleę. ¶ Romani autem q frustra se circa templum edificijs parcere iudicabant (cum ipsum templum arderet) omnia simul incendunt & quicquid ex porticibus reliquum erat & portas pręter vnam ex parte orientali & alteram ex meridiana quāuis eas quoq; postea funditus euerterunt. Quinetiam arculas (quę gazophilacia vocantur) incendunt: in quibus erat magna vis pecunię ac plurimum vestium aliaq; substancia: & vt breuiter dicā iudeorum omnes congestę diuitię: q opulentissimus quisq; illuc totas domos exhauserant. ¶ Venerunt etiam super eam (quę restabat) vnam porticum extra templum quo confugerant ex populo muliercule itemq; pueri & promiscue multitudinis prope ad sex hominum milia. Sed priusq̄ cęsar quicq̄ de his decerneret vel ducibus imperaret: ita flagrantes milites succendunt porticū. Hic quoq; contigit vt alij cum se ex flamma precipitarent morerentur: alios ipsa corrumperet ex tanto numero nemo seruatus est. ¶ His causa interius pseudo propheta quidam vir fuit qui eo die predicauerat his qui erāt in ciuitate q eos in tēplum ascendere signa salutis accepturos deus iuberet. Multi enim a tyrānis tūc subornati prophetę populo denunciabant vt expectarent auxilium dei quo propterea minus profugerent & eos qui supra timorem & custodiam fierent spes retineret. Cito autem in aduersis homini persuadetur: quod si etiam malorum instātium liberationem polliceatur qui fallit necessario eo quia patitur spei totus efficitur.

> Clamor horribilis & ingentissimus.
>
> Clades tumultuū acerbiores sanguis largior igne pluresq; erant interfecti q̄ iterfectores omnisq; terra plena cadaueribus
>
> Romani oīa simul cū templo incendeūt.
>
> Gazophilaciū incēdit & omēs Iudeorum diuitię
>
> Sex fere ꝓmiscue multitudinis milia hoīm cū porticū ad q̄ cōfugerāt incēduntur.
>
> Persuasio homini i aduersis facilis.

¶ Prodigia Iudeis ostensa sunt futuram suam & ciuitatis calamitatē significātia quæ ab imperitis bonum augurium a sapientibus vero in contrarium interpretabant. Cometes super ciuitatem gladio & igni similis p annum pseuerauit. Nona hora noctis circa templum tātum lumen octauo die azimorum effulsit vt clarus dies putaretur. Bos (cum ad hostiam duceret) agnum in medio phano peperit. Orientalis enim porta grauissima (quę vix a. xiij. hominibus claudebatur) sponte aperta est. Larualis ymago visa est currus ante solis occasum & armatę acies in nubibus apparuerunt. Vox in festo pentecostes (Migremus hinc) audita est. Iesus Ananię filius plebeius ante bellū in plena pace annis quatuor die festo exclamans futurum p̄dixit excidiū neq; verberibus affectus cessauit clamare ve ve hierosolimis insuper p̄fecto p̄sentatus & plagis vsq; ad ossa laceratus: neq; lachrimatus est Immo ad singulos ictus triste p̄sagium respondebat. Et septem annis & mensibus quinq; continuo clamens neq; voce raucior fuit. Sed supra murum circuiens ve ciuitati & templo calamitabat. Et cum ad extremum addidisset ve & michi. lapide misso statim peremptus est. Perituram quoq; cum templo ciuitatem cū tēplum quadratum esset sacris erat scriptum litteris Sed decepti iudei ꝓpter aliquod etiam sacris litteris inuentum q eo tempore quidam ex eorum genere orbis terræ esset habiturus imperium quod male intelligentes hoc dicebant ambiguum.

¶ Capitulum nonum.

Deniq; miserabilis populus illis quidem fallacibus deum calumniantibus credulus erat: certis vero prodigijs & solitudinem futuram pronunciantibus neq; attendebant animo neq; credebant. Sed velut attoniti nec aut oculos habentes aut animas edicta dei dissimulauerunt modo cum supra ciuitatem sidus stet. t gladio simile: & per annum perseuerauit cometes. modo cum ante defectionem primiq; belli mœtus ad diem festum azimorum populo conueniente (octauus autem dies erat aprilis mensis) nona hora nocturna circum aram itemq; templum

> Prodigia. Cometes super ciuitatē gladio similis p annū pseuerauit.

tantum lumen effulsit. vt clarissimus dies esse putaretur & hoc vsq; ad dimidiam permansit horam. Quę imperitis quidem horum augurium esse videbantur sacrorum vero peritis priusq̃ eueniret statim dijudicatum est. ℂ Eodemq; die festo. etiam bos (cum ad hostium duceretur) agnum in medio Phano peperit. ℂ Orientalis autem porta templi (cum esset enea: atq; grauissima & post meridiẽ vix a viginti hominibus clauderetur: serisq; ferro vinctis obseruaretur pessulosq; altos haberet in saxeum limen demissos vno perpetuo lapide fabricatum visa est noctis hora sexta sponte patescere. His aũt curriculo per custodes templi magistratui nunciatis: ascendit ille vixq; eam potuit claudere. ℂ Verũ & hoc iterum ignaris quidem signum optimum videbatur. deum namq; bonorum sibi portam aperuisse dicebant. prudentiores vero templi tutamen sponte sua dissolutum iri cogitabant & hostiũ donum esse portas aperiri solitudinem vero illo ostento significari inter se pronunciabant. ℂ Post dies autem festos in diebus paucis vicesimo & primo die mensis Maij larualis quędam ymago visa est fidem superans. Monstrum autem (quod dicturus sum) etiam his est cognitum qui viderunt. & quæ secute sunt clades dignę præsagijs extiterunt. Namq; ante solis occasum visi sunt per mane ferrei currus totis regionibus: & armate acies transeuntes nubila & ciuitatibus circũfusę. ℂ Festo autem (qđ pentecosten vocant) nocte sacerdotes intimum templum more suo ad diuinas res celebrãdas ingressi. primum quidem motum quendam strepitumq; senserunt postea vero subitam vocem audire quæ diceret: Migrenus hinc. ℂ Quid aũt his horribilius fuit? Iesus quidem filius Ananię plebeius & rusticus quadriennium (priusq̃ bellum gereretur) in summa ciuitatis pace atq; opulentia (cum ad festuʒ diem venisset) quo attegyas in honore dei componi in templo ab hominibus mos est repente exclamare cœpit. Vox ab oriente vox ab occidente. vox a quattuor ventis. vox in hierusalem & templum vox in maritos nouos nouasq; nuptas. vox in omnẽ hunc populum. atq; hoc interdiu noctuq; p omnes ciuitatis vicos calamitans circuibat. Nõnulli aũt virorum insignium aduersum omnẽ indigne ferẽtes corripiunt hominẽ multisq; verberibus afficiunt. Ille autem neq; pro se neq; ad eos qui se mulctabãt secreto quicq̃ locutus: eadem quę prius vociferans perseuerabat. Magistratus autem rati (qđ erat verum) magis diuinum esse hominis motum. ducunt eum ad Romanorum præfectum. Vbi plagis ad ossa laceratur. neq; supplex quicq̃ fuit neq; illachrimauit. Sed vt poterat inclinans maxime flebiliter vocem ad singulos ictus respondebat. Ve ve hierosolimis Albino autem interroganti (namq; is erat præfectus) quis esset vel vnde ortus aut cur ista diceret nihil retulit Non prius autem cessauit luctus miserę ciuitatis donec eũ Albinus furere iudicatũ dimisit. Ille autẽ vsq; ad belli tẽpus neq; adiat quemq̃ ciuium nec quemq̃ vidi. Sed quotidie velut orationem quandam meditatus: veve hierosolimis querebatur. Sed nec imprecatus est cuiq̃ (cum in dies singulos multaretur) nec victum offerẽtibus benedicebat. Sola vero eius responsio ad omnes erat triste præsagium. Maxime autem festis diebus vociferebatur: idq; per annos septẽ & quinq; menses cõtinuos faciens neq; voce raucior fuit neq; laborauit donec obsidionis tempore ipsa re prospecta augurijs requieuit. Supra murum enim circuiens: iterum ve ve ciuitati & phano ac populo voce magna clamabat. Cum autem ad extremũ addidisset ve etiã mihi: lapis tormento missus eum statim peremit animamq; adhuc illa omnia lugentem dimisit. ℂ Hæc si quis reputet perfecto inueniet deum quidem hominibus consulere. modisq; omnibus præmonstrare que sint eorum generi salutaria: ipsos autem ob dementiam suam malis voluntarijs interire. quando quidem & iudei post Antoniam captam quadratum fecerant Phanum cũ in sacris libris scriptum haberent captum iri ciuitatem ac templum. Si phanum quattuor angulis esset effectum. ℂ Sed q̃ maxime eos ad bellum excitauerat. respõsum quod erat ambiguum itidem in sacris libris inuentum: ꝙ eo tempore quidam esset ex eorum finibus orbis terre habiturus imperium id enim illi quidem quasi proximum acceperunt. multiq; sapientes interpretatiõe decepti sunt. Hoc autem plane responso Vespasiani designabatur imperium: qui apud iudeam creatus est imperator sed etiam homines fatum videre non possunt: etiam si prouiderint. ℂ At vero hi signorum quædã. pro sua libidine interprætati sunt alia, contempserunt donec patriæ excidio. suaq; pernicie eorum iniquitas confutata est.

ℂ AEGESIPPVS libro quinto. ca. xlv. portę orientalis apertionem inter cetera dixit significare ꝙ exiret cultus intro iret vastitas euacueretur celebritas sacrificium destrueretur. Quod etiam (anteq̃ Christum Iesum crucifixissent) liquido significatum lectio docet. Et ibidẽ in fine capituli de futuro ex eorum genere orbis imperatore dicit prudentiores hoc ad dominum Iesum referre qui eoꝝ in terris secũdum carnem genitus ex Maria regnum suum per vniuersa terrarum spacia diffudit. hęc Egesippus

ℂ Romani (positis in templo signis) Tytum imperatorem declarant Tunc quoq; auri pondus propter prædę abundantiam dimidio precio in Syria estimatum est Puer quoq; a Romanis re-

Bos in medio templi agnum peperit.

Expositio prodigij varia.

Larualis imago visa est.

Currus ante sol' occasũ & armatę acies innubibus appuerunt.

Iesus ananię filius plebeius añ bellum ãnis. iiij. die festo exclamãs futurũ p̃dixit excidium.

Verberibus affectus ea quę p̃us vociferans perseuerabat.

Prefecto rõanorũ p̃sentatus & plagis vsq; ad ossa lateratus neq; lachrimauit: sed ad sigulos ictus ve ve hierꝫ respondebat. &c.

Septem ãnis & mẽsibus. v. cõtinue clamans neq; voce raucior fuit sed etiã sup murũ ve ve ciuitati & phano clamitabat & i eap voce lapide percussus misit spiritum.

Decepti iudei p̃pter aliqđ in sacris iuẽtũ ꝙ eo tpe qdẽ ex eorũ gñe orbis terre esset hiturus ĩperium qđ male ĩtelligẽtes ãmbiguũ dicebant.

Additio

cepta dextera bibit & lagenam plenam ad suos reportans ipsos decepit. Sacerdotes autem fame pssos denegata venia: Tytus ad supplicium duci iubet decere inquiens cũ templo sacerdotes interire. Tyrannos vero ipse humanissimus orantes ad colloquium recipit dato militibus edicto vt iracundiã & sagittas contineant quos veniam petentes de suis impietatibus increpauit eorum ingratitudinem erga Romanos & Romanorum humanitatem allegans. Nihilominus tamen si arma volunt deponere vitam eis indulget Ipsi vero exeundi petũt facultatem cum familia: sed a Romanis fidem accipere dicunt se iurasse nũq̃ accepturos.

Capitulum decimum.

Romani (signis positis in tẽplo) Tytũ declarant imperatorẽ

Pueri dolus qui a romanis recepta dextera bibit atq; lagenã plenam ad suos rediens reportauit.

Romani quidem (postq̃ sediciosi ad ciuitatem cõfugerunt templo itemq; omnibus circunlocis ardentibus) signa in Phano reposuerunt contra portã orientalem. Hicq; (sacrificio celebrato) maximis cum clamoribus declarant Tytum imperatorem. Vsq; a deo vero prædа saciati sunt milites vniuersivt in Syria dimidio(q̃ pridem fuerat) precio pondus auri venisset alias veniret. ¶ Ex his autem sacerdotibus(qui in templi pariete perdurauerant)puer sitiens a Romanis custodibus pacẽ petebat sitimq; fatebatur.Sed vbi illico etatis quã necessitatis miseraitone permoti dextram dederunt ei:& ipse bibit:& quam secum attulerat lagena repleta sursũ refugiens abiit ad suos.Nec eũ quisquã custodũ consequi valuit:sed eius perfidie maledicebãt. Ille aũt nihil preter placita fecisse dicebat. Dextra enim sibi data nõ vt apud ipsos remaneret sed vt tantum descenderet:atq; vt aquam reciperet.Quod cum fecerit in fide mansisse. Astuciam quidam propter etatem maxime pueri(qui decepti fuerant)mirabantur.¶ Quinto vero die sacerdotes fame oppressi descendunt & a custodibus ad Tytum perducti vt salutem sibi cõcederet orabant.Ille autem veniẽ tempus preterisse fatus perisse vero id cuius eos gratia merito cõseruasset Decere aũt sacerdotes interire cũ tẽplo duci homines ad supplicium iubet.¶ Sed Tyranni cum socijs(quoniam bello vndiq; tenebantur)circumdatis autem nunq̃ erat fugere copia.Tytum ad colloquia prouocant.Ille autẽ pro humanitate naturali septem.oppidum seruare cupiens & amicis præterea suadentibus latrones eniam moderatiores factos esse arbitrabantur: in parte occidua tẽpli exteriores consistit. Hæc enim super xixtum erant porte ac pons qui ciuitatem superiorem templo iungebat. Hisq; tunc Tyrannus interueniebat ad Tytum. ac multi militum vtrimq; densi astabant: iudei quidem circum Symonem & Iohannem suspensi veniẽ spe.Romani vero ad Cesarẽ speculandi studio qualiter eos susciperet.Edicto autem dato militibus Tytus:.& iracundiam & sagittas continerent adhibitoq; interprete quo argumento superior ostendebatur: prior alloqui cœpit. Etiam ne saturati estis patriẽ malis o viri: quibus neq; virtutis nostrẽ nec infirmitatis propriẽ contuitus venit in mente. sed inconsulto impetu ac furore perdidistis populum ciuitatem ac templum: ipsi quoq; iuste perituri.Qui primum quidẽ postq̃ Pompeius vos fortiter debellauerat nouas res affectare non destitistis. Deinde etiam apertũ bellum contra Romanum populum extulistis? Vtrumne multitudine frœti? An ꝗ parua manus vobis Romani exercitus satis restitit? Auxiliatorum fide.Et quẽ gens imperio nostro libera iudeos prẽ Romanis optaret? Sed viribus corporum? Atqui scitis nobis seruire germanos. firmitate murorum? Et qui maior occeano murus atq; obstaculum. quo sẽpti britãni adorant arma Romanorum? Animorũ obstinatione vel astutia ducum? Atquin etiam cartaginenses captos esse noueratis? Itaq; vos cõtra Romanos ipsorũ exitauit humanitas. qui primum vobis & terram dedimus possidendam. & gẽtiles imposuimus reges. Deinde leges seruauimus patrias. & viuere vos non solum discretos: sed cũ alijs etiam vestra voluntate concessimus.quodq; maximum est tributum capere dei nomie ac donaria colligere permisimus eaq; offerentes neq; monuimus neq; ꝓhibuimus vt hostes nobis efficeremini ditiores nostraq; vos pecunia contra nos instrueretis? Ergo tantis bonis affecti sacietatem in eos(q vobis hẽc prẽstiterant) extulistis & initium serpentum virus blãdientibus infudistis. Esto Neronis negligentiam contensistis & veluti raptum aliquod membrum alias membrorum siue cõtractum alias male quieti in maiore viro detecti estis & ad spes improbas etiam cupiditates immo dicas explicastis.Venit pater meus ad patriam vestram (non vt pœnas a vobis ob ea quẽ incestium commiseratis exigeret)sed monitis emendaret.Deniq; cum deberet(si depopulandẽ nationis causa venisset)stirpẽ vestram petere atq; hanc delere ciuitatem galileam & circa eam loca vastare maluit. vt penitẽdi vobis præstaret inducias:Sed hẽc eiue humanitas infirmitas videbatur: nostraq; lenitatẽ aluistis audaciam.Et nerone mortuo fecistie (quod nequissimi solẽt) & ex intestinis vestris dissensionibus fiduciã prẽsumpsistis.neq; ac patre meo digressis ad ẽgyptum ad struendum bellum tẽpus illud vtile putauistis:neq; vos puduit perturbare principes declaratos:quos etiam duces humanissimos fueratis experti.Deniq;(vbi ad nos cõfugit imperium) & omnibus in eo acquiescentibus: per legatos autẽ gratulantibus exteris nationibus. iterum hostes iudei. Et legationes quidem a vobis trans euffraten vsq; ad nouarum rerum gratia missẽ: murorum autem noui ambitus reparabantur: sedicio vero.Tyrãno-

Tytus humanissimus tyrannos orãtes ad colloquium recœpit dato militibus edicto vt iracundiam & sagittas contineant.

Orõ ad Tyti ab seditiosis veniã petentes icrepatoria.

Hũanitas Rõanorũ erga iude.

Iudeorꝫ igratitudo erga rõanos

Allegat vespasiani hũanitatem

rumq; contentio & bellum intestinum quę sola huiuscemodi nequissimos decent. Iussus ego ab inui to patremandatis tristibus ad ciuitatem venię letabat cognito populū de pace: sentire ante bellū vos rogabam desistere. Pugnantibus aliquandiu parcebā. sponte ad me venientibus dextras dedi. fidem seruaui confugientibus. multos captiuos miseratus sum verberibus vrgentes bellum cohercui: muris vestris machinas inuitus admoui: semp cędis vestre cupidos milites continui. Quotiens vici totiens vos ad pacem tanq̄ victus prouocaui. Cum prope ad templum accessissem consulto iterum belli le ges oblitus sum parcere vos propriis sanctis orabā templumq; seruare data vos exeūdi copia & fide salutis: vel etiam pugnare alio tempore si velletis in alio loco facultates præbui. Ista omnia templūq; vestris manibus incendistis. Deinde scœleratissimi: nunc me ad colloquium prouocatis quid. Vt tale seruetis quale perijt. Qua vosmetipsos salute dignos esse post templi excidium iudicatis? Quin etiā nunc armati statis. & nec in extremis supplices assimilatis? O miseri que fiducia: Nonne populus ve ster examinatus est? Templum vero perijt? Michiq; subdita est ciuitas? In manibus autem meis habe tis animas vestras. Et tamen arbitramini mortem fortitudinis esse gloriam? Non contēdam cum per tinacia vestra. Proiectis autem armis traditisq; corporibus vitam vobis indulgeo & sicut in priuata domo dominus mitis vltus grauiora mihi cætera seruo. ¶ Ad hęc illi respondent fidem quidem se ab eo minime posse accipere. Nam iurasse nunq̄ id esse facturos. Exeūdi vero per munitiōes qua mu rum sępserat cum coniugibus ac liberis facultatem petebant. Ituros enim se in solitudinem ipsiq; op pidum relicturos.

Q̄tum fuit hu manus tytus in bello allegat.

Tytus si arma velit deponere vitam eis indul get.

Seditiosi exeū di cū familia pe tūt facultatem dicentes se fidē a romanis iuras se nūq̄ acceptu ros.

¶ Tytus seditiosorum iratus responsione militibus ciuitatem permisit inflāmare. quę mortuis erat plena. Et Tytus q̄uis iratus confugientes recœpit. Seditiosi vero ad regiam domum fugientes Romanos pellunt & populariumocto milia cum fere quadringentis occidentes pecuniam diripue rūt duosq; Romanos milites viuos capientes (vno trucidato) aliter cuidam puniendus traditur. & ad suos fugit quem Tytus quia viuus captus fuisset ablatis armis pepulit ab acię. Romani itaq; fugien tibus latronibus igni omnia tradiderūt. Hij enim seditiosi alacri vultu mortem expectabāt. Iosephus vero pro reliquis ciuitatis obseruando laborabat. Mortui canibus proijciebantur. omniaq; loca cada ueribus erant plena. Omne pereūdi genus fame leuius: vltima itaq; latronum spes in cloacis latere Tunc enim mortuorum cadauera (nisi excidio fuissent preuenti) manducassent. Tytus autem. xx. die Augusti ad capiendum superiorem ciuitatem aggeres fieri iubet ad quem Idumei missis legatis pacem rogant. quibus vitam pollicitus legatos remisit quo cognito. Symon illos occidit & duces eo rum in custodia tenuit. Idumeorum plures fugientes a Romanis suscipiuntur quos paruo precio (cū pauci essent emptores) vendebant. Et. xl. milia Idumeorum seruata sunt.

Capitulum vndecimum.

HOc Tytus vehementer iratus q̄ in sorte captorū cōstituti: victorum sibi cōdititiōes pone rent: declarari quidem his iussit voce preconis vt vlterius ad se profugerent: neue fidem sperarent. Nulli enim esse parcendum. Cunctis autem viribus dimicarent. quātūcunq; pos sent saluti suæ consulerent. Iam enim se omnia iure belli gesturum. Militibus autem diripe re ciuitatem atq; inflamare permisit. Illi autem ipso quidem die nihil egerunt: posterio autem die ar chiū. & Acrā. & curiā qui vocatur. Ephya al's Ephiā succenderunt. Et progrediebatur ignis vsq; ad Helenę regiā quę in media erat achra: nec minus ciuitatis mortuis plenę. ¶ Eodem die ieza alias Za ręregis filij & fratres. Cumq; his multi nobiles ex populo congregati (vt fidem sibi daret) Cęsari sup plicarunt. Illi autem quamq̄ cæteris omnibus iratus erat mores tamen non mutauit: sed eos suscepit. Et tunc quidem omnes in custodia habebat: regis autem filios ac propinquos postea vinctos Romā perduxit: fidem obsidium pręstaturos. ¶ Seditiosi autē ad dominū profecti regiam sibi q̄ tuta erat multi facultates suas opposuerant & Romanos hinc pellunt. & omnibus popularibus (qui eo confu gerant) prope ad octo milia & quadringentis occisis. pecuniam etiā diripuerunt. Viuos autem duos milites Romanos cœperunt vnum equitem: alterum peditem. Et peditem quidē interfectū per om nem traxere ciuitatem. velut vno corpore omnes Romanos vincicerentur. Eques vero quidam his q̄ saluti foret suadere pollicitus: deducitur ad Symonem. Cumq; ibi quæ diceret nihil haberet. Ardadi alias Ardalę cuidam ex numero ducum traditur puniendus. Is ergo reuinctis eum post terga mani bus & ceruice atq; oculis in conspectu Romanorum velut capite cesurus perduxit. verum ille (dū gla dium Iudeus educeret) ad Romanos refugit. Hunc Tytus q̄ ab hostibus esset lapsus non est passus quidem occidere: indignum vero Romanorum militem iudicauit. quia viuus fuerat captus. Et armis ablatis eum agmine pepulit. Quę res prudenti viro grauior esse morte videbatur. ¶ Postero autem die Romani (versis in fugam ex inferiore ciuitate latronibus) omnia Syloam vsq; igne tradiderūt. Et oppidum quidem gratulabantur absumi: rapinis vero carebāt q̄m latrones exinanitis prius omībus

Tytus seditioso rum responsio ne iratus.

Tytus militibus ciuitatem per misit inflāmare.

Tytus q̄uis ira tus tamen con fugiētes recępit

Seditiosi ad do mum regiā con fugientes roma nos pellunt & populariū octo fere milia cum q̄dringētis occi dentes pecuniā diripuerunt du os rōanos mili tes ceperunt vi uos quorum vno trucidato alter vero cuidā puniē dus traditus re fugit ad rōanos

Audacia & obstinatio seditiosorũ mortẽ alacri vultu expectatum.

in superiorem ciuitatem recedebant. Erat namq; illis malorum quidem nulla penitudo: arrogantia autẽ tanq̃ in rebus secundis. Deniq; ardere ciuitatem lętis vultibus aspicientes alachri voto mortem se expectare dicebant: quod perempto populo: incenso templo flagrante oppido nichil essent hostibus relicturi. Sed tamen iosephus in extremis eos rebus pro reliquijs ciuitatis obsecrando laborabat Sed multa quidem pro eorum crudelitate atq; impietate locutus. multa vero pro salute adhortatus nihil amplius q̃ elusus est ꝙ neq; se tradere propter iusiurandum patiebantur: neq; pugnare cum Romanis ex ęquo iam poterãt veluti custodia circumuallati: cedisq; insuper cõsuetudo dexteras com mouebat. ¶ Dispersi autem per ciuitatem per ruinas latitabant profugere parati insidiãtes. Multi autem capiebantur: omnesq; interficiebantur. Nam propter mediam fugere non valebant: mortuos autem canibus ꝓijciebant. Omne autem pereundi genus fame leuius videbatur a deo vt ad Romanos quoq; sine licentia desperata misericordia tamen fugerent atq; in seditiosos cede non cessantes sponte incederent. nullusq; in ciuittate locus vacuus erat. Sed cũcta mortuos habebant quos fames aut latrones confecerant & cadaueribus eorum plena erant omnia quę alimentorum penuria vel seditiõe perierant. Tyrannos autem fouebat factionemq; latronum spes vltima: quia in cloacis (quo fugissent) minime inueniri posse arbitrabantur: sed peracto excidio post romanorum digressum prodire ac fugere cogitabant. Id autem plane illis erat somnium nec enim vel deum vel Romanos fuerant latitaturi. Tunc quidem subterraneis frœti plura q̃ Romani concremabant: & q incẽdia fugientes in cuniculos descendissent eos improbe necabant itemq; spoliabant. Qui etiam cibum sicubi repetissent concretum sanguine: capientes deuorabant. Erat autem illis iam inter se rapinarum causa bellũ eosq; putaueri nisi excidio præuenti essent nimia crudelitate mortuorũq; corpora degustaturos fuisse. ¶ Cæsar autem fieri non posse prospiciens vt sine ageribus superiorem caperet ciuitatem. in prærupto vndiq; loco sitam distribuit operibus militem vicesimo die mensis Augusti. Erat enim transuectio impendiorum difficilis omnibus circum ciuitatem (vt dictum est) vsq; ad centesimum stadium in priorum aggerum constructione detonsis. Quattuor quidem legionum opus in occidentali parte ciuitatis contra aulam regiam erigitur: auxiliatorum vero manus & cętera multitudo xixtum versus ac pontem & Symonis turrim quam cum Iohanne bellum gerens pro castello sibi edificauerat. ¶ His diebus autem Idumeorum duces clam congregati consilium de sui traditione ceperunt (missisq; ad Tytum quinq; viris vt dexteram sibi daret) precabantur. Ille autem Tyrannos quoq; sperãs esse cessuros Idumeis extractis. Quoniam belli maxima pars videbantur: sero quidam veruntamen vitam his pollicitus. legatos remisit. Discessũ parantibus Symon præsensit Et eos qui ad Tytum perrexerant quinq; viros statim occidit Duces vero (quorum nobilissimus erat Iosiæ filius Iacobus) correptos in custodiam cõijcit: nec multitudinem Idumeorum abductis rectoribus quid ageret nescientem sine custodia habebat. Sed diligentioribus eam custodijs amplectabatur. & tamen custodes profugientibus obstare non poterant. Quamuis enim multi necarentur: plures tamen erant qui fugerant. Omnes autem suscipiebantur a romanis ꝙ Tytus nimia lenitatę priora precepta neglexerat: ipsiq; milites iam & spe lucri & societate cedibus temperabant. Sola enim relicta plebe aliud vulgus cum coniugibus ac liberis paruo quemq; precio venundabant: Cum multi autem distraherentur. & emptores pauci essẽt. quamq̃ voce preconis edixerat ne quis solus transfugeret vt eo modo familias suas seducerent tamen hos quoq; recipiebat: appositis qui ab his secernerent. si quis dignus supplicio videret. Et infinita quidem multitudo venit ex populo vero seruati sunt plusq̃ milia quadraginta quos imperator (quomodo cuiq; gratus erat) dimisit.

Mortuos canibus proijciebãt omne peũdi genus fame leuius.

Oĩa cadaueribus plena.

Vltima spes latronum i cloacis latere.

Mortuorũ corpora manducassent nisi excidio fuissent preuenti.

Idumei missis ad Tytũ legatio pacem rogant.

Tytum legatis pacẽ rogant.

Tytus legatos his vitam pollicitus remisit qđ cognoscens Symõi llos occidit & duce i custodiam tenuit &c.


Quadraginta milia Idumeorum seruata.

¶ HIERVSALEM finale excidium.

¶ Iesus sacerdos Vasa & candelabra de templo atq; pontificum indumenta pro fuga Tyto dedit. phineęs quoq; Gazophilacij custos deprehensus omnia ipsi ostendit: & veniam obtinuit. Romanis autem machinas septima die septembris admonentibus sediciosorum multi desperati se in cloacas dimiserunt: & alij restiterunt. Sed parte muri subrupta timentes sponte de turribus descẽdentes semetipsos tuitione priuauerunt. vñ Romani muris potiti signa in turribus collocantes victoriã cum leticia celebrarunt: & nouissimum murũ sine sanguine habuerunt. Combustaq; est hierusalẽ octaue die septembris. Tytus autem ciuitatem ingressus munitiones ipsius & turrium ꝓspiciens miratus est dicẽs deum & nõ hominẽ ab istis munitionibus iudeos extraxisse vinctosq; a Tyrannis relaxauit.

¶ Capitulum duodecimum.

Iesus sacerdos vasa & candelabra de tẽplo & pontificũ indumenta tyto pro fuga dedit

Is autem diebus etiam sacerdotum aliquis filius Thebuti nomine Iesus (accepta fide salutis a Cæsare. vt de sacris donarijs quędã traderet) egreditur: ac tradit ex Phani pariete cãdelabra duo his quę in tẽplo posita erant similia mensasq; & crateras & pateras: omnia ex auro solido & grauissimo facta. Tradidit etiam vela & pontificum indumenta cũ gemmi

vasa multa sacrificio comparata. ¶ Quin etiam custos sacrę pecunię compræhensus Phyneęs no ineuestes & singula sacerdotum ostendit: multamq; purpuram & coccum (quę advsum catapetis atis repositam seruabātur) cum quibus aliquantum cymiani erat cassię. pigmentorumq; alioꝝ mul udo. quibus commixta deo in dies singulos adolebant. Tradita sunt autem ab eo & ex alijs opibus ulta: & sacra ornamenta non pauca. Quorum ei gratia licet vi capto: vt transfugę tamen data ēve a. ¶ Iamvero perfectis aggeribus septembris mensis die septimo (qui erat cepto opere octauus & ecimus dies) Romani quidem machinas admouebāt. Seditiosorum autem alij (qui ciuitatē despe uerant) muris relictis iachram rediebant: alij in cloacas sese dimittebant multi vero dispositi vlcisce antur eos qui arietes applicarant. Et hos autem superabant multitudine ac virtute Romani quod maximum est læti mestos atq; iam debiles. Cum autem pars esset aliqua muri subruta nonnullę turres arietibus pulsatę cessissent: statim quidem propugnatores earum diffugiunt. Timor aūt etiā yrannos necessitate maior inuadit. Nam & priusq̄ transgrederentur hostes torpore tenebantur & d fugiendum suspensi erant. Videns autem paulo ante superbos & factis impijs arrogantes tunc ita umiles esse ac tremere vt miseranda esset quāq̄ nequissimis tāta mutatio. Conati sunt quidem am itu & muro quo mœnia cingebantur inuasio atq; perrupto custodes pellere atq; aggredi. Cum ve quos antea fideles habuerant nusq̄ viderent. fugiebant enim quo quemq̄ necessitas impulisset ad untes aūt alij torum ab occidēte murum euersum esse nunciarent. alij subisse. Romanos atq; appro inquare sese querentes. alij vero etiā videre hostes in turribus affirmarent mœtu fallente conspectū ora prostrati pro sua dementia querebantur: ac veluti succisi neruos qua fugerent hesitabant. Vn e vel maxime quis & virtutem dei perspexerit contra iniustos: & fortunam Romanorum. Tyranni q em semetipsos tuitione priuarunt. ac sponte de turribus descendere vnde nūq̄ vi. sola vero poterant ame capi. Romani autem qui tantum in muris inferioribus laborauerant: eos nunc quos instrumē s non potuissent: fortuna cœperunt. Omnibus enim machinis tres turres validiores erāt: de quibus upra memorauimus. Relictis itaq; his vel quod est verius dei nutu in his deprehensi: confestim qui em ad vallem intra Syloam cōfugiunt. Rursum autem vbi paululum a mœtu respirauerunt: muniti nem qua murus erat accinctus ex ea parte petierunt. Vsi autem infirmiore audacia q̄ necessitate iā nim vires eorum labor mœtus & calamitas fregerant a custodibus retrudūtur: & per diuersa disiecti cloacis delitescunt. ¶ Romani vero muris potiti signa in turribus posuerunt: & cū plausu atq; læti ia victoriam cantu celebrabant: q̄ principio finem belli multo senserant leuiorem. Deniq; sine san uine murum nacti nouissimum non esse credebant. Cumq; nullum reluctantem viderent: pro certo nirabantur. In angustias enim viarum strictis gladijs fusi. & quos cœpissent interficiebant nullo di crimine: domosq; totas cū omnibus qui eo confugerant igni tradebant. Multas vero vastantes quas ræde causa penetrassent: integras mortuorum familias: & plena mortuis tecta quas fames effecerat ffendebant. Ipsum deinde horrentes aspectum vacuis manibus egrediebantur: nec tamen eo modo erempto miserabantur. Non autem idem circa viuos paciebantur: sed vnumquemq; obuium trans ugendo. Et angusta viarum cadaueribus obstruxerunt: totamq; ciuitatem sanguine diluerunt. vt plę aq; incisorum cedes extingueret. Et occidentes quidē vespere desinebāt. nocte vero crescebat ignis. Ardentibus autem hierosolimitis illuxit dies septembris mensis octauus ciuitati. tot clades (cum ob ideretur) experte quod bonis suis (ex quo fuerat condita) inuidenda si mansisset. Nulla tamē re alia antis in fœlicitatibus digna nisi q̄ talem progeniem qua subuersa est edidit. ¶ Intro autem Tytus ngressu & alias ciuitatis munitiones ac turrium cautes miratus est: quas Tyranni per dementiam de eruerant. Conspecta deniq; solida eorum altitudine. itemq; magnitudine. subtiliq; lapidum compa gine singulorum quintumq; paterent vel quantū erigerentur deo (inquit) plane adiuuante pugnaui mus & deus erat qui detraxit ab istis munimentis iudeos. Namq; hominū manus aut machinæ q̄d ad ista valerent? Tunc quidem multa eiusmodi cum amicis collocutus est. Quos vero a Tyrānis vin ctos in castellis inuenit relaxauit.

¶ Tytus omnibus ciuitatis mœnibus subuersis turres propter memoriam fortunę suæ reliq̄t Et solos armatos qui manus opponerent (reliqua salua multitudine) iubet interfici vegetos vero & vtiliores coactos in templū conclusit appositis custodibus. Et fronto prępositus latrones ab alijs de cernens occidebat. iuuenes vero formosos corpore seruabat. & septem milia vinctos misit in ægyptū pluresq; Tytus vendidit: & multos spectaculis ferro & bestijs consumendos distribuit. Duodecim mi lia eo tempore fame perierunt. Captiuorum vero nongenta septem milia. Et cęsorum per omne tem pus obsidionis decies centena milia. vnde tantę multitudinis ciuium in hierusalem argumentum su mitur ex numeratione facta tempore Flori inuenti quoq; tunc plusq̄ duo milia qui se mutuis vulne ribus interfecerunt. Iohannes quoq; fame tabidus capitur. Similiter & Symō qui triumpho seruatus

Phinees gazophilacij custos dephensus oia ostēdit & veniā obtinuit.

Rōani machinas admouerūt. vij due septēbris & seditiosoꝝ multi despati se i cloacas dimiserūt alij resistūt. &c.

Parte muri subrupta timent tyranni.

Tyrāni semetipsos tuitiōe puātes spōte descēderunt de turribus.

Romani muris potiti signa itur ribus collocātes victoriā cū letitia celebrārt & nouissimū murum sine sāguine habuerunt.

Cōbusta hierl'ɜ octauo die septembris.

Tytus ciuitatē ingressus ipsius munitiones & turriū ꝓspiciēs miratus dixit deū iudeos ab istis munitionibus & nō hoiēs extraxisse.

est. Iohanne ꝑpetuis datovniculis. Hierusalē igitur anno sc̃do imperij Vespasiani die octaua septembris (prius q̃nquies capta nunc vero vastata) Primus vrbis conditor rex iustus Hierosolimā (quę prius Solimavocabatur) appellauit quamq; Dauid pulsis Cananeis primus habitauit quę postea a Babilonijs quadringentesimo sexagesimo septio anno mense sexto euersa est. Et a Dauid vsq; ad id quod Tytus fecit excidiū anni mille centū sepuaginta septē.

Tytus oĩbus ciuitatis subuersis mœnibus turres fortunę suæ in memoria reliquit.

¶ Capitulū tertium decimum.

Cum autem alia ciuitatis deleret murosq; subuerteret. eas turres fortunę suę monimentum reliquit: qua commilitante his potitus fuisset quę capi non potuissent. quia ergo milites interficiendo laborabant (magnaq; adhuc extabat multitudo superstitum) solos quidem armatos Cæsar & qui manus opponerent iubet interfici: reliquavero multitudinem saluam esse. Illi autem cum his (quos occidi mandatum fuerat) etiam senes ac debiles trucidabant. Segetos autem atq; vtiliores coactos in templum in destinatum mulieribus ambitum concluserunt Custodes autem his Cæsar apposuit. vnum ex libertis & ex amicis suis Frōtonem: qui fortunam quam meritus esset quisq; decerneret. Ille autem seditiosos quidem omnes atq; latrones cum alius ab alio indicarētur occidebat: iuuenes autem lectos qui procero atq; formoso essent corpore triumpho seruabat. Ex residuavero multitudine septem milia maiores annis vinctos misit ad ęgyptum: operibus deputandos. Plurimos autem per prouincias Tytus distribuit in spectaculis ferro & bestijs consumendos. q̃ vero infra sextum & decimum annum etatis agerentvendiderunt. ¶ Hisdem autem diebus quibus secernebantur a frontone mortui sunt fame duodecim milia quibus partim odio custodum cibus nō præbebatur: partimq; victus ipsi fastidio tenebantur. Erat autem pro multitudine hominum frumenti pœnuria. Et captiuorum quidem omnium numerus qui toto bello compræhensi sunt nongentorū & septem milium collectus est: hostium vero per omne tempus obsidionis decies centena milia. Horum plæriq; gentiles fuerunt: sed non indigenæ. A totis ei regionibus ad Azimorum diem festū congregati. belloq; subito circumfusi sunt: vt primo quidem illis pestifera lues ex loci angustia nasceret: deinde in ciuitate fames. Q; autem caperet multitudinem tantam hominum ciuitas: certum erat ex his qui sub Cestio fuerant. Enumeratis enim tunc viris ciuitatis: florus Neroni significare cupiēs contemnenti nationem a pontificibus petijt (vt si quomodo possent) multitudinem numerarent. Illi autē cum dies festus adesset (qui pasca vocatur) quando a nona quidem horavsq; ad vndecimam hostias cedunt. per singula autem quasi contubernia non pauciorum q̃ decem homines fiunt. solum ei epulari non licet: multi etiamvicini conueniunt: hostiarum quidem ducenta & quinquaginta sex milia & quingenta numerabant. Fiunt autemvt denos epulatores ꝑ singulas imputemus vices cētibus (quos Coneticos alias Gonorrheos vocant) neq; mulieribus menstruo cruore pollutis: neq; alijsinquinatis participare sacrificia permittebatur. Sed nec alienis quidem nisi qui religionis causavenissent. Magnavero hęc multitudo ab extraneis congregabatur. Tunc tamenvelut in carcerem tota gens fato cōclusa est. Et farta hominibus ciuitas bello obsidebatur. Itaq; superat omnem humanam & diuinitus emissam pestem numerus peremptorum quos partim palam occiderunt. partim cœperunt Romani. Rimantes enim cloacas & sepulchra cruentes: quos offendissent occidebant. Iuuenti sunt autem ibi quoq; plusq̃ duo milia. quorum alij manu sua: plures autem mutuis se vulneribus interfecerant cum fames alios corrupisset. Sœuus autem odor corporum introeuntibus occurrebat. adeo vt statim multi recederent: alij pluris habendi cupidine congesta cadauera calcantes se immergerant Multę nāq; opes in cuniculis inueniebantur. nefasq; omnemviam lucrifaciebat. Seducebātur autem multi quos Tyrannivinxerant. Nec enimvel in extremis a crudelitate cessauerant. Vltus autem estvtrumq; deus merito. Et Iohannes quidem oppræssus fame cum fratribus in cloacis (quā sępe despexit) a Romāis dexteram sibi dari præcatus est. Symonvero multavi cum necessitate luctatus. Sicut infra desinabimus semetipsum tradidit. Seruatus est autem alter quidem triumpho: Iohannes autemvinculis sempiternis. ¶ Romanivero extremas oppidi partes incendunt murosq; subuertunt. ¶ Ita quidem hierosolima capta est secundo anno principatus Vespasiani septembris mensis octauo die: quiquies autem prius capta. tunc iterumvastata est Egyptiorum quidem rex Azocheus: & post eum Antiochus deinde Pompeius & post hos cum Hærodes & sosius captum oppidum seruauerūt. Antea vero rex Babiloniorum eo potitus excidit post annos ex quo edificatum est mille trecentos sexaginta & mēses octo & dies sex. ¶ Primus autem conditor eius fuerat Chananeorum potentissimus qui pr̃ia lingua iustus rex appellatus est. Erat quippe talis ideoq; & sacerdotium deo primus exhibuit; Phano primum edificato hierosolimam ciuitatemvocauit cum ante solima vocaretur. Chananeorum quidem populo rex iudeorum Dauid pulso colendam suo populo tradidit. Et quadringentesimo sexagesimo septimo anno post hac mense sexto a Babilonijs euersa est. A rege autē Dauid q̃ primus iu-

Fronto pręposítus latrones ab alijs decernens occidebat.

Duodeci milia eo tp̃e fame perierunt.

Captiuorꝫ nũerus nongēta septem milia.

Pestifera lues Fames.

Contubernium decem homĩes continet.

Numerus pemptorū oẽꝫ hũanā pestē supat. Inuenti plusq̃ duo milia qui se mutuisvulneribus interfecerunt. &c.

Iohēs fame tabidus capit̃ sil̃r & Symō q triũpho seruatus ē Iohāne ꝑpetuis datovinculis.

Primusvrbis cōditor rex iustus vocatus.

eus in ea regnauit. vsq; ad id (quod Tytus fecit) excidium anni mille centum septuaginta septē. Sed nim neq; antiqtas neq; ingentes diuitię: neq; totum per orbē terrę diffusa natio: nec magna religio s gloria quicq̄ iuuit quo minus periret. Talis quidē finis hierosolimorū obsidiōis fuit.

Epylogus temporis subuersionis hierusalem

❡ Tytus templum ac ciuitatem funditus eruere iubet relictis Phaselo/Hyppico/& Mariāne rribus in memoriā Romanę fortitudinis: ciuitatemq; fecit complanare. Ipse quoq; omnibus belli p ous amministratis laudare exercitum cupiebat: & prēmia persoluere debita. eorum itaq; obedien ā fortitudinem laudat atq; magnanimitatem victoriosisq; coronas nominatim imponebāt & vniuscuiusq; ordinē mutauit in melius. Et sic oībus secundū merita donatis sacrificia celebrauit & duas le ones sibi retinēs cęteras ordinauit. Et in Cęsareā maritimā transiens captiuos obseruari iussit: dein e ad Cęsaream Philippi veniens oīa ibi spectaculorū genera celebrauit vbi multi captiui cōsumpti nt: Modus aūt quo Symon captus est describitur. qui in cloaca cum socijs euadere cupiens cum so js fodiebat: sed nullo sibi euadendi exitu candida veste indutus vt terrorē faceret videntibus captus t & vinctus a Terentio custoditur. Ipse enim diuina vltione propter suā crudelitatē sponte se hosti us in suppliciū tradidit. nequitia enim iram dei non potest effugere. Magna itaq; seditiosorū multi ido in cloacis reperta est. Symon aūt Tyto oblatus est vinctus quē triumpho Romę seruari præce it. Duo vero milia cum quingentis in spectaculis ferro & bestijs in Cęsarea maritima consūpta sunt eindevenit Tytus in Beritum vbi diu moratus clarissima fecit spectacula.

❡ Capitulum quartum decimum.

Ostq̄ vero q̄d occideret quid ve raperet non habebat exercitus. q̄ iratis animis oīa de erant nec enim parcendo si esset quod agerent abstinuissent: iubet eos Cęsar totam fun ditus iam eruere ciuitatē a c tēplum: relictis quidem turribus quę pręter alias eminebāt Phaselo/& Hyppico/& Mariamne. muriq; tanto quanto ciuitatem ab occidente cinge bat id quidē vt esset castrum vel custodię causa relinquendis turres autem vt posteris in icarent qualem ciuitatem quāue munitissimam Romanorum virtus obtinuisset. Alium vero totū am itum ciuitatis ita cōplanauere diruētes: vt (qui ad eā accessissent) habitatā aliquando esse vix crede nt. Hic q̄dem finis eorꝫ dementię (qui nouas res mouere tēptauerūt) hierosolimis fuit clarissimæ ci itati: & apud oēs homines prædicatissimę. Cæsar autem præsidio quidem illis statuit relinquere de mam legionem: nōnullasq; alas equitum ac peditum cuneos. ❡ Omnibus aūt belli partibus ammi istratis. & laudare vniuersum cupiebat exercitum pro rebus fortiter gestis & debita viris fortibus p̄ ia persoluere. Composito autem in medio ante hæc castris magno tribunali stans in eo cum pro erum eminentissimis: vnde ab omni milite posset audiri. magnam illis ait se habere gratiam pro be iuolentia qua erga se vtendo perseuerassent. laudabat aūt q̄ per omnia bella morigeri fuissent q̄q; ręliando fortitudinem in multis ma gisq; periculis demonstrassent patrię per se amplificantes impe um omnibusq; planum facientes hominibus quia neq; hostium multitudo. neq; minutiones regio um. neq; magnitudines ciuitatum vel audacia in cōsulta & imanitates effugere aduersantiū possint nq̄ Romanorum effugere virtutem quamuis in multis rebus aliqui fortunam opitulātem habuerit onum autem ait illos etiam bello finem imponere quod & multo tempore gestum sit. Nec ei optas e his melius quicq̄ cum id ingrederent. Hoc autem pulchrius atq; præclarius q̄ duces Romani & p uratores imperij ab his declaratos ac præmissos in imperium libenter cuncti suscipiunt: & his quæ osi decreuere manendum putant: agentes his gratias qui legissent. Mirari autem se eos ac diligere ēs q̄ nemo viribus alacritatem habuit tardiorem. Et illis tamen qui pro maiore vi clarius decertas ent. vitamq; suam condecorassent fortibus factis. & militiam suam re bene gesta nobiliorem fecisset ixit se & honores & prēmia redditurum: nec vllum eorū qui plus alio laborare voluissent iusta vicis itudine cariturum. Magnamq; sibi huius rei fore diligentiam: q̄ magis vellet honorare virtutes eo um qui militię socij fuissent q̄ peccata punire. Confestim ergo iussit eos quorum partes sunt indica e quos nam scirent fortiter aliquid in bello fecisse: & nominatim singulos appellans pręsētes collau abat quasi qui domesticis recte gestis nimium letaretur: & coronas eis aureas imponebat & torques ongasq; hastas & signa ex argento facta donabat: & vniuscuiusq; ordinem mutabat in melius. Q uin t ex manubijs aurū atq; argentum: itemq; vestes aliamq; prędam largiter distribuebat. ❡ Omnibus utem ita donatis vt quisq; se meritum prębuerat. votisq; cum vniuerso exercitu factis magno fauore lescendit: vertitq; ad sacra pro victoria celebrāda. Magnaq; astante boum multitudine circa aras im nolatos omnes exercitui dedit ad epulas. Ipse vero eum honoratis per triduum acta leticia. Milites uidem alios quandoq; conueniret dimittit. Hierosolimorum autem custodiam decimæ legiōi cre lit. neq; ad eufratem qui pridem ibi fuerant misit. duodecimę legionis memor q̄ Cestio duce iudeis ōcesserat. totam quidē illā de Syria pepulit. Erat ei oli apd Raphaneas alias Raphaneos: ad me litē

Tytus tēplū ac citatem fūditus eruere iubet relictis phaselo/hyppico: & mariāne turribus ī mēoriā Rōanæ virtutis citatēq; fecit complanare. &c.

tytus militibus habita victoria gratias agit. Laudat eorum obedientiā fortitudinē & magnanimitatem.

Præmia cuilibꝫ pollicentur.

Magis virtuteꝫ honorare q̄ peccata punire.

Cęsar oibus secūdum merita donatis sacrificia celebrauit.

Exercitum ordinat.

Duas legiões si bi retinuit.
Manubiarum multitudinē captiuos in Cæsarea reposuit.

autem (quę sic vocaĩ) misit hæc ad eufratem in confinio Armenię & Capadocię sita est. Duas vero cū obsequi satis esse duxit donec ad ęgyptum perueniret quintam & decimam legionem. ❡ Deinde si bi ad maritimā Cæsaream cum exercitu conuenisset: in eam manubiarum multitudinem reposuit: captiuosq; ibi asseruari iussit: q ad Italiam nauigare tempus hiemis prohibebat. ❡ Per idem vero tempus (quos Tytus Cęsar obsidionis causa apud hierosolimam commorabaĩ) ascensa naui oneraria Vespasianus Alexandria Rodum transmisit. Hinc autem vectus triremibus postq̃ omnes quas pretenauigauit ciuitates inuasit. & ab his cum votis exceptus in Gręciam & Yonia transijt. Egressus deinde Certyra alias Corcyra in Iaphiani alias Iapigiaз delatus est: vnde iam terra iter agebat. ❡ Tytus autem ex maritima Cęsarea reuersus in Cæsaream (quę Philippi vocaĩ) aduenit: diuq; ibi commorabatur omnia celebrans genera spectaculornm. Multiq; in ea captiui consumpti sunt: alijs bestijs obiecti alij caruatim coacti more hostium inter se depugnare. ❡ Hic etiam Symonem minorem Gyore filiū comperit hoc modo esse comprehensum. Iste Symon (cum hierosolima obsidereĩ) in superiore ciuitate constitutus postq̃ muros ingressus exercitus totam vastare cœperat ciuitatem: tunc fidissimis amicorum ascitis. & lapidarijs cum ferramentis eorum operi necessarijs: & alimentis (quę multis diebus sufficere possent) vna cum illis omnibus in aliquam occultiorem cloacam sese dimittit: & quo ad fossa patebant illa progrediebantur. Vbi vero soliditas obstitisset. eam suffodiebant spe posse vlterius progressu toto emergere atq; ita seruari. Sed hanc expectationem veram nō esse: rei periculum refellebat vix enim paululū fossores processerant. iãq; alimenta (q̃uis parce his vterentur) eis deficiebãt. Et nūc igitur Symon velut stupore posset Romans fallere albis tunicis innexaq; fibula ac clamide purpurea indutus ad illum ipsum locum ex terra editus vbi templum antea fuerat apparuit. Ac primo quidem obstupuere (qui cum viderunt) suisq; locis manebant. Deniq; propius cum accessissent quis esset p cūctati sunt. Et id quidem Symon non dicebat: iubebat autem ad se ducem vocari. Statimq; accersitus ab his (qui ad eum cucurrerant) venit terentius rufus (namq; is rector militię relictus erat) Omni vero ab eo veritate comperta ipsum quidem vinctum custodiebat. Cęsari autem quemadmodum esset cōprehensus indicauit. Symonem quidem in vltionem crudelitatis (quam in ciues suos amare ac tirannice fecerat) in potestate hostium quibus maxime erat inuisus ita deus posuit non in subditum eorū manibus. sed sua sponte ad supplicium adductum: propterea q plurimos ipse crudeliter interemerat falsis criminationibus insimulatos defectionis scilicet ad Romanos. Nec enim potest iram dei effugere nequitia. nec inualida res est iusticia. Sed quando sui temeritores vlciscitur: & grauiorem penam ingerit criminosis. cum iam se liberatos esse crediderint. eo q statim non luere commissa. Id etiam Symon didicit. postq̃ in iras incidit Romanorum. Illius autem ascensus a terra magnam etiam seditiosorum multitudinem his quidem diebus fecit in cloacis depręhendi. ❡ Cęsari autem maritimam Cęsaream reuerso vinctus Symō oblatus est: & illum quidem triumpho (quem Romę acturus erat) seruari iussis. Ibi autem moratus fratris sui natalem diem clarissime celebrat: multam partem danatorum honori eius attribuens Numerus enim eorum qui cum best ijs depugnarūt: quiq; ignibus cremati sunt. & inter se digladientes perierūt duo milia qngentos excessit. Oia tamē videbãtur hęc Romanis (licet mille modis illi cōsumerenĩ) minus esse supplicij. ❡ Postea Cęsar berytū venit. Hęc aūt ciuitas est phœnicis prouincię colonia Romanorum. & in hac quoq; diutius cōmoratus est: maiore vsus claritudine circa natalē patris diem tam magnificentia spectaculorū. q̃ sumptibus alijs excogitatis: cū etiam captiuorū multitudo eodē quo antea modo piret.

tytus ex cęsarea maritima i cęsareã philippi ad ueniens oia ibi gñã spectaculorum celebrauit vbi mlti captiui cōsumpti sunt.

Symon (nullo euadēdi exitu) cãdida veste indutus vt terrorē quendā faceret aspiciētibus captus est a romanis & vinctus a Terentio custoditur.

Neqtia iraз dei effugere nō potest.

Symō Tyto victus ablatus est quē triūpho romę iussit seruari

Berytū ciuitas phœnicis vbi tytus diu moratus etiaз clarissimã fecit spectacła.

❡ Iudeorum gens totius orbis indigenis asseminata precipue apud Antiochiam: vbi post Antiochum reges illis liberam domicilij dederunt facultatem: sed erga illos Antiochensiū ppter diuitias maximum erat odium. Et hos Antiochus quidem inuidus accusat vna nocte statuisse ciuitatē concremare: & quosdem tradidit quos populus iubet concremari. Antiochus quoq; ipsos paganizare cogit sabbati prohibens solēnitatem: & omnes recusantes captis a Romano duce militibus peremit. iterū ipse illis quadratum forum concremasse accusat. sed hos quidem iuuenis facta inquisitione immunes ostendit & incendiarios cognouit.

❡ Capitulum quintū decimum.

INuenit autem per idem tempus iudeos (qui apud Antiochiam reliqui erat) qui apud acerba & exciosa pericula perpeti concitata in eos Antiochēsium ciuitate: tã ppter criminationes illatas eis in psentia q̃ propterea quę fuerant non multo ante cōmissa. De qbus necessariū mihi videtur pauca prędicere vt etiã ea quę postea gesta sūt cōsequēti narratiōe referamus. Iudeorum nãq; gens multū qdē totius orbis indigenis asseminata est. plurimū autem Syris in ciuitate permixta pręcipue apud antiochiã versabatur propter magnitudinem ciuitatis. Maxime vero his liberam domicilij facultatē reges qui post Antiochum fuerant prębuerunt. Namq; Antiochus quidem qui ępiphanes dictus est vastatis

ierosolimis templum spoliauit. Qui vero post eum regnum assecuti sunt. quicquid eneum in dona- is fuit hoc iudeis apud Antiochiam degentibus reddiderunt. eorum sinagoga dedicandum. Con- tulerunt q; vt pari cum græcis iure ciuitatis vterentur. Asecutis quoq; postea regibus eodem modo tractati. Et profecerunt multitudine & extructione itemq; magnificētia munerum templum clarius reddiderunt. Semperq; religione sibi sociantes magnam paganorum multitudinem: etiam illos quo- dammodo sui partem fecerunt. Quo tempore autem bellum fuerat conclamatum: & recens in Syriā Vespasianus delatus est nauigio. Iudeorum vero odium apud omnes pullulabat. tunc vnus eorū Antiochus quidam plurimum patris causa honorabilis (erat enim princeps apud Antiochiam iudeorū) cum Antiochensium populus concionaretur in theatro progressus in medium patrem suum & cęte- ros deferebat insimulans eos quod vna nocte totam ciuitatem incendere statuissent: & veluti gesto- rum participes quosdam hospites iudęos tradidit. His autem auditis populus iam cohibere non po- terat. Sed in eos qui traditi fuerant ignem iussit afferri statimq; omnes in teatro concremati sunt in multitudine vero iudeorum ꝓperabat irruere: si eos celeriter vlti esset patriam suam seruatum iri exi- stimantes. Antiochus autem iracundiam magis accēdere mutato quidem voluntatis argumēto ꝙq; iudeorum mores odisset exhibere se credens. si paganorum ritu sacrificaret. Idemq; iussit etiam cęte- ros facere compelli. Renuendo enim manifestos fore insidiatores. Huius autem rei periculo ab An- tiochensibus facto pauci quidem consenserūt: alijs vero qui noluerunt perempti sunt. Antiochus ve- ro acceptis a Romanorū duce militibus seuus instabat ciuibus suis nequaq̄ eos die septimo ab ope- re cessare permittens. sed omnia cogens facere quę diebus agerent alijs. Tāq; validam necessitatē im- posuit. nō modo apud Antiochiam vt septimi diei ferię soluerent. Sed hoc exordio in cęteris quoq; ciuitatibus ad breue tempus similiter fieret. ¶ Iudeis autem apud Antiochiam tunc eiusmodi mala perpessis: altera denuo calamitas accidit. De qua narrare conati: hęc quoq; persecuti sumus. Nā quia quadratum forum exuri contigit. & archiua monimentorumq; receptacula publicorum. itemq; basi- licas. vixq; ignis inhibitus est super omnem ciuitatem magnanimis viuens: huius facti Antiohus iu- deos accusat ad Antiochenses quos scilicet si his infesti antea non fuissent. recenti tamen ex incen- dio tumultu facile calumniam perpulisset multomagis ex anteactis fidem habere suis dictis persua- sit. vt pœne se vidisse ignem ab iudeis inijci arbitrarentur: & tanq̄ furore correpti magno cum ardo- re cuncti qui accusabant aduersus eos impetum facerent. Vix autem motus eorum potuit reprimere collega adhuc iuuenis legatus postulās sibi permitti referre ad Cęsarem gesta Rectorem namq; Sy- rię Cesennium priscum iampridem Vespasianus eo miserat: nondum autem ille peruenerat. Habita vero diligenti quęstione collega reperit veritatem & eorum iudeorum quidē quos Antiochus accu- sauerat nemo conscius fuit. omne autem facinus admiserunt homines quidem nocētissimi necessita- te debitorum rati ꝙ si forum & scripta publica concremassent: exactione liberarentur. Iudei quidem pro suspensis consulatione criminationibus futura expectantes magno timore fluctuabant.

¶ Odium iudeorum apud oēs ꝓpter diuitias.

¶ Antiochus inui dus iudeos fallo abcusat vna no- cte statuisse totā vrbem cōcrema re & quos ppl's iussit cōcremari

¶ Antiochus iterū iudeos quadra- tū concremasse accusauit

¶ Quidā iuuenis facta inqsitione iudeos imunes ostendit & incē- diarios cogno- uit

¶ Tytus allato sibi a patre nuncio sciuit ipsum vniuersis Italię ciuitatibus fuisse desiderabilē: ma- ximoq; honore Romę receptum maxima nāq; fuit populi leticia in eius aduētu. Sed germani & Ga- lli Vespasiano adhuc in Alexandriam existente defecerant quo cognito. ipse litteris missis ventiliū cerealem cōsulem facit iussitq; ad regendas ꝓficisci britannias. qui audita Germanorum rebellione hos inuadit. quos domicianus dux exercitus pristino subiecit iugo. Sermatę vero qui & Scythę dicti sunt. cū germanis cōserant: & in romanos impetum facientes hystrum transgressi plures occiderunt. & Fronteium Agrippam vastatis vndiq; regionibus. Sed hoc Rubrius Gallus a Vespasiano missus rebellauit: & multos occidit alijs fugientibus.

Capitulum sextūdecimum.

Tytus allato sibi a patre nūcio ꝙ pater vni- uersis italię ciui- tatibus peruenissꝫ desideralis & maximo hono- re fuisset recep- tus.

Tytus autem Cęsar a patre sibi allato nūcio ꝙ vniuersis quidem Italię ciuitatibus desidera bilis peruenisset maxie vero ꝙ vrbs eū roma summa cū alacritate & claritudine suscepisset in maximā leticiam voluntateq; translatus est curis de eo ita vt sibi erat suauissimum libe- ratus Vespasianū enim etiā longe quidem ebsentem omnes homines Italiæ voluntatibus vt p̄sentem colebant: expectationem suam ꝙ nimis eū venire cupiebant pro eis aduentu ducentes. & omni habentes necessite liberam erga illum beniuolentiam. Nam & senatus memor calamitatum quę mutatione principum contigissent optatum. erat suscipere senectutis honoreb ellicorūq; gestoꝝ maturitate declaratum: cuius præsentiam sciebant soli subiectorum saluti commodaturam. Et popu- lus quidem malis intestinis sollicitus magis eum venire cupiebat. tunc se calamitatibus quidem pro certo absoluendū esse confidens anteq̄ vero libertatē cum opulentia recepturum: p̄cipue pars milita ris ad eū respiciebat. Hic enim maxime per eum bellorū patratorū nouerant magnitudinē. Imperitiā vero alioꝝ ducum experti atq; ignauiā: magna quidem se optabant turpitudine liberari. eū vero qui se & seruare & honestare solus posset recipere precabant. Dum vero hac beniuolentia diligeretur ab

Quāto honore vespasian⁹ fuerit Romę recoeptus.

omnibus: honore quidē a pcipuis viris vlterius expectare intolerabile videbat. Sed eum q̄ lōgissime ab vrbe Roma cōuenire ante pperabant. Nec tunc quisq̄ eius moras conueniendi ferebat: sed ita simul omnes effundebant: & vniuersis facilius & promptius ire q̄ manere videbat: vt etiam ciuitas ipsa tunc primū intra se iocundam sentiret hominū caritatem. Erant autem pauciores abeūtibus remanētes. Vbi vero eum appropinquare nunciatum est. q̄q; mansuete singulos suscepisset qui precesserant indicaret: omnis iam reliqua multitudo p vias cum coniugibus ac liberis p̄stolabat: & quo transiens aduenisset videndi eius voluntatē vultusq; eius lenitatem oīm generū vocibus psequebant benemeritum & salutis datorē solumq; dignum Romę principem appellantes. Tota vero ciuitas veluti templum sertis atq; odoribus ploena. cum aūt vix p circumstantiū multitudinē in palaciū venire potuisset ipse quidē poenatibus dijs aduentus sui gratulatoria sacra celebrabat. Vertunt aūt se ad ępulas turbę pq; tribus & genera & vicina cōuiuia exercētes deo libabant: & ab eo p̄cabant ipm Vespasianum q̄ plurimū tēporis in Romano imperio pseuerare. & filijs eius & qui ex his nascerent seruare inexpugnabilē pricipatū. Vrbs quidē Romana Vespasiano ita suscepto statim maxima foelicitate crescebat.

Leticia ppli in aduentu Vespasiani.

Germanorū & galatarum defectio vespasiano existēte adhuc in alexandria Cā defectionis.

¶ Ante hec vero tēpora quibus Vespasianus quidē apud Alexandriā erat. Tytus vero hierosolimā obsidebat. magna pars germanorū ad defectionē mota est. Quibus etiam galatarum pximi cōspirātes magnam spē contulerant. q etiam Romanoꝝ dominio liberarent. Germanos autē deficere velle bellumq; inferre sustulit primū natura bonis consilijs vacua paruaq; spe appetēs periculorum deinde odium principū qm soli sciunt prę cęteris gētem suam vi coactam seruire Romanos. Necnō equidem maximam tēpus eis fiduciam dedit. Nam cū viderent Romanoꝝ imperium crebris imperatorū mutationibus intestina seditione turbari: omnēq; his subditam orbis terrę partem pendere ac nutare cognoscerent. hoc sibi optimū tēpus ex illoꝝ aduersis rebus atq; discordijs oblatū. esse putauerūt. Id autem cōsilium dabant & hac eos spe decipiebant Dasicus al's Classicus quidā & Baylus al's Vitillus ex eorū potētissimis. qui olim quidem res nouas cupiebant tempore autē adducti sententiam suā pdiderunt. Iāq; alacriter affectę multitudinis periculum facturi erant. Verum maxima parte germanorum defectionē pollicita cęteris fortasse nō dissentientibus veluti quadā diuina puidentia Vespasianus ad ventilium cęrealem (qui pridem germaniā rexerat) lr̄as mittit: quibus eū cōsulem declarauit iussitq; ad britannias amministrandas pficisci. Ille igiť quo iussus fuerat abiens audita rebellatione germanonrū eos iam cōgregatos inuadit ordinata acie magnū in cōflictu numerū peremit: depositaq; amentia ad sobrietatem coegit. Sed q̄cito ad loca ille peruenisset: haud multo post erant supplicia luituri. Nā vt primū defectionis eorū nūcius allatus est Romā domicianus cęsar hoc audito (non sicut alter fortasse in illa etate fecisset nā omnino adolescēs erat) tantā rei magnitudinē suscipere detractauit. Sed a p̄re habens ingenitā fortitudinē & supra etatē exercitatus illico tēdebat in barbaros. Illi autē expeditionis fama pculsi: ei se pmiserant. luchrū hoc ex timore maximū nacti vt sine vlla clade pristino iugo subijcerent. Omnibus ergo circa galatiā (vt oportuit) ordinatus. ne rursus vnq̄ facile turbarent: domicianus clarus atq; insignis etatē superantibus factis. & patriū decus afferētibus: Romam regredit. ¶ Cum supra dicta vero germanoꝝ defectione hisdē diebus etiā Sarmataꝝ al's Scitharū cōuenit audacia. Nā (qui appellant scythaꝝ) sarmathę maxima multitudo clā transgressi flumen hystrū violenti atq; seuissimi pter inopinatū impetū multos quidē Romanorū (quos in p̄sidijs offendere interficiunt: & cōsularē virum seniorē pōpeium al's fronceiū agrippā (qui fortiter his obuius pugnauerat) occidūt: pximasq; regiones totas feriēdo atq; ducēdo oia (quę incendissent) puagaban Vespasianus hoc facto & vastitate Mesyę cognita. rubriū gallū dirigit. poenā sarmatis impositurum A quo multi quidē in p̄lijs trucidati sunt. qui vero salui esse potuerunt. domū refugerūt. Hoc aūt bello magister militū definito: etiā futuri tēporis cautioni cōsuluit. Pluribus eni & maioribus p̄sidijs loca circōdedit: vt oīno barbaris esset ipossibilis trāsitus. In Mesya quidē bellū ea celeritate discretū est

Crebrę mutationes impatoꝝ.

Vespasian⁹ lr̄is missis vētiliū cōsulē facit iussitq; ad regēdā britāniā pficisci qui auditā rebellatiōe germanoꝝ eos inuadit.

Sarmatę (qui & scythę dicti sūt) cū germanis in defectionē cōsētiūt & i rōanos facientes ipetū hystrū trāsgressi eorū plures occidūt & cōsularē frōteiū agrippā vastatis vndiq; regionibus sed hos rubrius Gallus a Vespesiano missus debellauit multis eorū interfectis & alijs fugientibus.

¶ Tytus vbiq; magnificentissima celebrans spectacula captiuis Iudeis ad ostentationem cladis abutebaf. Hic enim itinere fluuiū (qui ls dictus est. & sabbatinus pter peculiare miraculū appellatum cognouit. Hinc Antiochenses obuiā venerunt depcantes. vt iudeos a ciuitate expelleret: sed illos nō audit. Ipse quoq; auream coronā a parthoꝝ rege missam suscipiēs in Euphrate remeauit Antiochiā vbi iterum iudeos expelli petentibus Antiochius respondit eorū patriam perisse. nullūq; iam locum (qui eos reciperet) restare: sed eneas tabulas suorum priuilegiorum eis pmisit eximere. Cū aūt ille ad hierosolimam venisset tristemq; solitudinē. q̄ tunc videbat antiquę ciuitatis claritudini cōpararet misertus est. ciuitatis excidium multum impcans seditionis auctoribus. Deinde in Alexādriam pueniens curat nauigare in Italiam: & legiones suas p ciuitates distribuit. Captiuorum autem duces Symonem: & Iohannem septingentosq; alios in Italiam portari p̄cepit.

Capitulum septimum decimum.

PRinceps vero Tytus aliquãdiu quidem beryti cõmorabaẗ.ita vt diximus.Inde autem re uersus.& per omnes(quas obiret)Syrię ciuitates magnificentissima celebrans spectacu la iudeorum captiuis ad ostentationem cladis eorum abutebaẗ.Contigit autẽ in itinere fluuium cognitione dignissimũ. Is fuit medius inter archiam & raphaneas Agrippe re gni ciuitates.Habet aũt quoddam peculiare miraculum.Nam cum sit qñ fluit plurimus neq; meatu segnis tñ interpositis sex diebus a fontibus deficiens siccum exhibet locum videre.Dein de quasi nulla mutatione facta.septimo die similis exoriẗ:atq; hũc ordinẽ pro certo semper eũ serua re cõpertum est.Vnde etiam sabbaticus appellatus est a sacro iudeorum septimo die sic nominatus. ¶Ciuitatis aũt Antiochensium populus qm̃ Tytum aduentare cognouit manere quidẽ intra mœ nia prę gaudio nõ patiebaẗ.Oẽs autẽ obuiã ei pergere ꝓperabant & vsq; ad tricesimũ & eo amplius stadium ꝓgressę non mõ vir sed etiam feminę cũ pueris expectabant:Et cũ appropinquantẽ vidis sent ex vtroq; vię latere stantes dextras cũ salutatione tendebãt.Multisq; fauoribus exultantes:cum ipso reuertebaẗ.Crebro aũt inter oẽs alias laudes precabanẗ vt iudeos expelleret ciuitate.Tytus qui dem nihil ꝓcibus istis indulsit.sed ociose quæ dicebanẗ audiebat.Incerti autẽ quid sentiret quid ve acturus esset iudeis magno & atroci mœtu tenebaẗ.Nec enim cõmoratus est Antiochię Tytus.Sed cõtinuo a Zeugma eufraten versus iter cõtendit.Quo missi etiã ab rege parthorum venerunt aureã ei ferentes coronã ꝙ iudeos vicisset.Eaq; suscepta etiam cõuiuium exhibuit regis missis atq; ita An tiochiam remeauit. Curia vero & populo Antiochensi multũ petẽtibus vt in theatrũ veniret vbi eũ ois multitudo prestolabaẗ humanissime paruit.Rursus aũt hisdem fortiter instãtibus & crebro postu lantibus expelli ciuitate iudeos ingeniose respondit:patriã eorum dicẽs quo expellendi fuerant inte risse nullũq; iam esse locũ qui eos reciperet.Vñ ad aliã petitionẽ sese cõuertunt Antiochẽses: ꝙ prio rem ipetrare non potuerunt.Eneas enĩ tabulas eum ꝓcabanẗ eximere.quibus incisa essent priuilegia iudeoꝝ.Sed nec id quidẽ Tytus annuit.Verũ in eodẽ statu relictis oĩbus (quę habebãt apud Antio chiam iudei)ad ęgyptum inde discessit.Iter aũt agendo cũ ad hierosolimã venisset tristemq; solitudi nẽ(q̃ tunc videbat)antiquę ciuitatis claritudini cõpararet:disiectorum operũ magnitudinẽ & veterẽ pulchritudinẽ recordatus miserebaẗ excidiũ ciuitatis.nõ(sicut alius fecisset) exultans ꝙ talẽ ac tantã funditus excidisset.Verũ multũ imprecans seditionis auctoribus & qui hãc ei pœnã inferre coęgissẽt: ita certus erat ꝙ nũq̃ virtutẽ suã voluisset punitoꝝ calamitatibus clarescere:ex magnis enĩ diuitijs nõ minima pars in ruinis adhuc inueniebaẗ.Quędẽ enĩ eruebãt Romã plura vero captiuis indicantibus auferebãt aurũ atq; argentũ aliaq; instrumẽta ꝓciosissima quę dñi propter incerti belli fortunã terræ cõdiderãt.¶Tytus aũt ꝓpositum iter ad ęgyptũ tendẽs emẽsa velociter solitudine ꝑuenit Alexan driã.Decretoq; ad Italiã nauigare cũ se duę legiões comitarenẗ vtramq;(vñ venerãt) rursum remisit quintã quidẽ in Mesiam quintã vero decimã in pannonia.Captiuorum autem duces Symonẽ:& Io hannẽ & alios septingẽtos numero viros electos tã magnitudine corporum q̃ pulchritudine ꝓstan tes illico ad Italiam portari ꝓcepit cupiens eos & in triumpho ꝓterducere.

Tytus vbiq; mã gnificentissima celebrãs specta cula iudeorum captiuis ad ostẽ tationem cladis abutebatur.

Antiochẽses ty to obuiã ciuita tẽ exierũt.

Depcãtes vt iu deos expelleret ciuitate Tytus nõ audit.

Tytus aureã co ronã a partorũ rege missã susci piẽs i euphrate remeauit Anti ochiam.

Tyti hrlem re deũtis pietas & misericordia su per illa excisa q seditiosis ipre cãs virtutẽ suã punitorum cala mitatibus nole bat clarescere.

Captiuorũ du ces Symonẽ & Iohẽm & alios septigẽtos i Ita liã portari ꝓce pit.

¶TYTO Romam reuertente maximus celebratus est triumphus.

¶Tyto Romam aduenienti pater cum ciuium multitudine obuiam venit cũ maxima leticia om nes domos exierunt põpam visuri:& triumphum.Vespasianus:& Tytus lauro coronati patriaq; pur purea veste amicti transeunt quos senatus in octauianis ambulationibus ꝓparato tribunali ꝓstolabã tur.Milites q; inermes erãt in serica veste laureis coronati.Vespasianus autem(ipso & Tyto solẽnia ce lebrante)milites breuiter allocutus illos ad prandiũ(quod his ex more ab imperatore parari solet)di mittit.Ipseq; ad triũphorum recessit.ineffabilia autem erant triumpho ꝓparata. Aurum argentum(& ebur in omni genere specierum & operum.Gemmę multę & clarissimę. Simulachra deorũ ꝓciosissi ma ferebanẗ(animaliaq; diuersis ornamẽtis induta ꝓprijs.Triumphatores quoq; ab alijs discreti mi rabilis ornamentorũ magnificentia culti erant.insuperq; captiuorũ vulgus ornatum erat.Machinęq; portabanẗ.belli autem descriptio & bellorũ euẽtus quos iudei passi sunt ꝓsentialiter p singula pegma ta ostendebant.Ornamenta etiam & templo alata portabanẗ.sed mutatum erat candelabrũ a iudeo rum cõsuetudine.lex autem iudeorum nouissima spoliorum ferebaẗ.deinde transibant plurimi victo rię portantes simulachra omnia auro & ebore facta post quę Vespasianus prior ibat:& Tytus seque baẗ.Et domicianus adhuc equitabat ornatus pulcherrimi.Pompę autem finis fuit capitolini iouis tẽ plum quo constiterunt & antiquo Romanorum more.Symon Gyoræ hostium dux inter captiuos in põpam traductus laqueoq; circũdatus per publicum trahebaẗ.cuius quidem postq̃ vitę finem nun ciatum est hostias inchoarunt: & his secũdo celebratis in palacium recesserunt. hinc quoq; diẽ vrbs Romana finem malorum ciuilium & pro fœlicitate spei bonę principium celebrauit.

¶Capitulum octauum decimum.

Tyto aduenięti Romā pater cū ciuiū multitudine obuiā venit maxia cū leticia

Eracta vero nauigatione pro voto similiter quidem Roma in eo suscipiendo erat affecta & ex cursus exhibuit ei quos patri. Claritudinē vero Tyto pater addidit. qui venit obuiā eumq; suscepit. Multitudini autē ciuium diuinā quandam leticiā suggerebat: q videbat in vnum tres conuenisse. Non multis añ diebus post vnū cōmunem triumphū ob res gestas agere statuerunt. quis vtrisq; senatus pprium decreuisset. ¶ Prędicto autē die (quo futura erat pōpa victorię) nemo ex tam infinita ciuitatis multitudine domi remansit. Omnes autē cum pdissent loca vbi tm̄ stare potuissent puenerunt quātus spectandi modus sufficeret: imperatoribus cōcesso necessario transitu. Cūcta vero parte militari añ lucem p turmas atq; ordines pręgressa cum rectoribus suis & circa hostia cōstituta non palacij superioris: sed ppe Isidis templū ibi enim principes nocte illa requiescebant prima iā aurora incipiente pcedunt. Vespasianus & Tytus lauro quidē coronati. amicti vero patria veste purpurea: & ad octouianas ambulationes transeunt: ibi enim senatus & ducum pceres & honorati equites eorꝫ prestolabanꝑ aduentum. Tribunal autē ante porticus factum erat: sellęq; in eo pparatę eburneę. Quo cū ascendissent: cōcederunt. Statimq; partis eos militaris fauor excepit: multis virtutum testimonijs pdicans. Illi autem inermes erant ī veste serica: laureis coronati. Pręceptis aūt laudibus eorꝫ Vespasianus (cū dicere adhuc vellent) silencij signū dedit: magna oīm quiete facta surrexit & amictu magnā partē capitis adoptus solēnia vota celebrauit. Idēq; Tytus fecit. Perfectis aūt votis Vespasianus ī cōe oēs breuiter allocutus milites quidē ad prandium (quod hij ex more ab imperatore parati solet) dimittit. ipse vero ad portā recessit quę ab eo (q per illam semper triumphorū Pompa ducit) nomen accepit. Vbi & cibū prius capiebant & triūphalibus vestibus amicti ad portam dijs collocatis cęsa hostia inter spectacula transeūtes triumphū ducebant: vt multitudini facilior preberet aspectus. ¶ Pro merito autē narrari multitudo illorū spectaculorū magnificētia nō potest in oībus quę quisq; excogitauerit vel artium factis. vel diuitiarū opibus vel naturę nouitate. Nā pœne quęcūq; hoībus qui vsq sunt fortunatis paulatim quęsita sunt alij alia mirabilia atq; magnifica hęc vniuersa illa die Romani imperij magnitudinē pbauerunt. Etenim argēti auriq; necnō & eboris in omni genere specierū siue operū multitudine nō vt ī pōpam ferre cerneres Sed si quis dixerit oīa fluere & alias quidē vestes exrissimi generis purpura portari. alias diligentissima pictura varietas arte Babilonica. Gemmę autē clarissimę & tā multę. alię coronis aureis. alię speciebus. alię formate inclusę traductę sunt vt appareret frustra nos eorum vnq alias vsq verū esse aliqd suspicari. ¶ Ferebanꝑ aūt simulachrorum sigilla (quę illi deos habebāt) & magnitudine mirabili. & arte nō defunctorię facta horūq; nihil nō ex pciosa materia. Quin & animaliū diuersa genera pducebanꝑ. pprijs ornamētis induta. Erāt aūt quę singula etiā porteret magna hominū multitudo purpureis vestibus atq; inauratis ornata. Ipsi etiā (qui ad pōpam fuerant) ab alia turba discreti: pcipua & mirabili ornamentorꝫ magnificētia culti erant. Insuper his ne captiuorū quidem vulgus inornatū videres. Sed varietas & pulchritudo vestiū natura ex fatigatiōe corporū deformitatē oculis subtrahebat. Maxime aūt stupor erat machinatū (quę portabanꝑ) siue pegmatū fabricatio. pro cuius magnitudine timendū viribus portantiū occurrētes putabāt. Multa enim in tertiū nidū quartūq; surgebāt & magnificētia fabricę cū ammiratione delectabat. multis aurata veste circūdatis cum aurū præterea atq; ebur oībus esset affixum. ¶ Multis aūt imitationibus bellū aliter in alia diuisum certam sui faciē demōstrabat. Erat enim cernere vastari quidem fortunatissimam terram. totas vero interfici acies hostiū. & alios fugere alios captiuos duci murosq; excellētes magnitudine machinis dirui: & castellorū excindi munimina & populosarum ciuitatū mœnia disturbari: exercitūq; intra muros infundi cedisq; omnia loca plena. & eorū qui manu resistere nō poterāt preces ignemq; tēplis immissum ediumq; super dominos & post multam vastationē euersionis atq; omnis tristitię defluentis non arua culte neq; ad hominū vel pecorū potum. sed per terram ex omni pte flagrantem. Hęc enim iudei bello passas esse ipsi experti sunt. Ars aūt & cōfectorum operū magnitudo nescientibus adhuc fieri tanq psentibus ostēdebant. ¶ Erat autem p singula pegma captę ciuitatis dux ita (vt captus fuerat) ordinatus. multę aūt naues sequebanꝑ. Spolia vero alia: & ala quidē passim ferebanꝑ. Eminabāt autē duces eorum quę apud hierosolimam in tēplo reperta sunt mēsa aurea pōderis talēti magni & candelabrū quidem similiter auro factū. Sed opere cōmutato ab vsus nostri cōsuetudine. Nam media quidem colūna basi herebat tenues autē ab eo canulę pducebantur. ad similitudinem fiscinulæ: & summum quæq; in licinij speciem fabricatę. Erant autē numero septē septimi diei qui apud iudeos est indicantes honorē. ¶ Post hęc autē portabaꝑ lex iudeorū nouissima spoliorū. ¶ Deinde transibāt plurimi victorię simulachra portātes oīa ex auro & ebore facta. Post quę Vespasianus prior ibat: & Tytus deinde sequebaꝑ. Domicianus aūt adhuc equitabat ipe quoq; ornatus pulcherrime. dignū spectari exhibēs equū. ¶ Pōpę aūt finis fuit capitoliū iouis tēplū. quo (post qvētū est) cōstiterūt. Erat enī vectus mos patrius operiri. donec ducis hostiū mortē quispiā nūciaret. Is erat

Modus excūdi ab triūphum & ordo Vespasianus & tytus lauro coronati patriaq; veste purpura amicti trāseūt quos senatus ī octouianis āmbulationibus pparato tribunali pstolabanꝑ

Porta triūphi.

Ineffabilia triūpho pparata.

Argētū/aurū & ebur ī omī gñe; specierū & operum

Gēmæ clarissimę & multę.

Simlachra deorū pciosissima ferebanꝑ.

Triūphatores ab alijs discreti.

Machie portabanꝑ.

Belli descriptio & bellorꝫ euētus quos iudei passi sunt oībus pstētialiter ostēdebaꝑ.

Pegma machinā ī q statuę collocāt significat.

Mutatū candelabrum.

Lex iudeorum nouissima spoliorꝫ pcabaꝑ.

Symon Gyoræ tunc inter captiuos in Pompam traductus. Laqueo vero circumdatus per publicum trahebatur: cum eum simul cederent qui ducebāt. Lex autem Romanis est ibi necare criminum reos morte damnatos. Postq̄ igitur eum finem vitę habere nunciatum est omniumq; fauor secutus est tūc hostias inchoarunt. Hisq; omne secundo per vota solemnia celebratis in palaciū recesserunt. Et alios quidem ipsi ępulis exceperunt: alijs autem omnibus instructi erant domi conuiuiorum apparatus.

Symon Gyorę iter captiuos in pōpā traductus laqueo in pōpā iterfectus est.

¶ Hunc autem diem vrbs Romana celebrabat. victorię quidem in hostes gratulatorium: finem vero malorum ciuilium: & spei bonę pro fœlicitate principum.

Dies celebris romanis.

¶ PACI tempum Vespasianus edificauit.

¶ Vespasianus peractis triumphis templum paci edificauit: magnisq; donauit muneribus & ea quę in templo fuerant iudeorum ibidem reposuit. legem vero iudeorum. & purpurea penetraliū vela in palatio condita seruari precepit. ¶ Capitulum nonumdecimum.

POst triumphos vero & Romani imperij firmissimum statum. Vespasianus paci templum edificare decreuit: Itaq; mira celeritate. & quę omnium cogitationem superaret effectum est. Magna enim diuitiarum largitate vsus insuper pfectis id picturę ac figmentorū operibus exornauit. Omnia namq; in illud Phanum collecta ac deposita sunt quorū visando rum studio p totum orbem qui ante nos fuerunt vagabanť. Quomodo aliud apud alios situm esset videre cupientes. Hic autem reposuit etiam quę iudeorum fuerant instrumēta hisq; se magnifice ferens. legem vero illorum & penetralium vela purpurea in palatio condita seruari precepit.

Vespasianus p actis triūphis tēplum paci edificauit magnis donauit muneribus & ea quæ in tēplo fuerant iudeorū ibi reposuit,

¶ HERODIVM & Macherus a Lucio Basso obsidetur & capitur.

¶ Lucius Bassus missus in Iudeam legatus castellum Herodiū ab incolentibus sibi sociauit & militari manu collecta legione decima bellum inferre Macherontis statuit. Valde enim necessarium castellum excindi videbať ne multos sui munimine ad defectionē inuitaret. Nam salutis spē habitatoribus. & aggredientibus hesitationem & formidinem natura loci: & muro circūdante prestabat. Macherus vero altissimo vertice supereminebat. Ea namq; loci perspecta natura Alexander primitus castellum muniuit. vbi hęrodes post Hęrodium edificauit. propter Arabum vicinitatē multasq; contra obsidionem fecerat munitiones: & inexpugnabile reddiderat. Ruta quoq; mirabilis magnitudinis ibi tēpore Hęrodis perseuerabat: vbi & in valle a parte septemtrionali dicta. Barbas radix eiusdem nominis erat flammę similis mirabilis virtutis, sed eam euellere difficillimum erat sine euellētis morte. hęc enim demones abigebat. Ibi quoq; aquarum calidarum fontes sapore diuersi scaturiebant. multi etiā frigidi de aquę. Sed ex vna spelunca quasi ex duabus mammis duo emanant fontes alter calidus: & alius frigidus. qui mixti lauacrum prębent medicinale. & suauissimum metallum quoq; sulphur & alumen inueniunť. Basso itaq; castellum obsidente maximus fit conflictus. Sed res quædam inopinata tradēdi castellum imposuit iudeis necessitatem. Eleazarus scilicet vnus obsessorum iuuenis & audax. Qui (quodā die discreta pugna ex vtraq; parte) omnes despiciens extra portam remāsit & muro stātes alloquebať: sed illū (capta oportunitate) quidā ęgyptius captum ad romanoꝝ castra duxit ipmq; nudum verberibus cedi fecit qd̄ vehementer iudeos cōfudit & castellū romanis offerunt reddito sibi eleazaro. quo cognito multi inferioris ciuitatis fugiunt alijs occisis. mulieribus vero & pueris in seruitium mancipatis. ¶ Capitulum vigesimum.

IN iudeam vero legatus missus Lucius Bassus suscepto a cęreali vitellino militū magistro castellū quidem hęrodium ab incolētibus sibi sociauit. Post aūt omni manu militari collecta (multi aūt in partes diuisi erāt) & legione decima: bellū inferre Macherontis statuit. Valde eni necessariū videbať id excindi castellū: ne multos sui munimine ad defectionē inuitaret: Nam & salutis spē habitatoribus certā: & aggredientibus hesitationē atq; formidinē natura loci p̄stare maxime poterat. Nam ipm q muro cinctū est saxosus est collis in procerā celsitudinē surgēs: vt ob hoc etiā capi difficilis videreť: Sed ne vel accedi eo posse excogitarat: quę vallibus eū ex omni parte vallauerat: quaꝝ altitudo oculis cōpręhendi nō posset: quasq; nec transire erat facile nec aggestu vlla rōne cōpleri possibile. Nā ea quę ad occidēte secta erat vallis sexaginta stadijs distendiť vn̄ asphaltides lacus ei limitē facit. Ex hoc vero tractu ipse Macherus altissimo vertisse supeminet. A septētriōe aūt & meridie valles magnitudine quidē supradicta cingunť: similiter vero sunt inextricabiles Ad conatū aūt eius vallis (quę ab oriēte est) altitudo nō minor centū cubitis inueniť. mōte vero ex aduerso Macherōti posito termināť. Ea loci natura pspecta rex alexāder primitus castellū cōmuniuit: q poste a gabinius bello cū aristobolo gesto deposuit. Hęrodi aūt regnāti oībus locis dignior cura visa est & cōstructione tutissima ,pptcr arabū p̄cipue vicinitatē. Nāq; oportune situs est eorūq; fines expectās. Magnū ergo locum muro amplexus ac turribus ciuitatē illic fecit incolis vn̄ in arcem ipsam ferebant ascensum. Quin & rursum circa ipm verticem murū edificauerat, turresq; in angulis cētum sexaginta

Lucius Bassus missus in iudeā legatus hęrodiū sibi sociauit

Herodi castelli situs & descriptio,

Macherus in mōte.

Alexāder primitus castellū muniuit vbi post hęrodes hęrodiū edificauit ,ppter arabū vicinitatem.

Munitioões herodij cōtra obsidionem.

cubitis erexerat. In medio ambitu regiam struxerat: magnitudine simul habitationum & pulchritudine locupletam. Multas vero cisternas recipiēdis aquis habundeq; suppeditandis locis maxime idoneis fecerat. veluti cum natura certaret: vt q illa situ loci inexpugnabile fecerat: ipe munitionibus manu instructis superaret. Insuper his enim & sagittarum multitudinē machinarumq; reposuit & omnē apparatū excogitauit: qui habitatoribus posse magnę obsidionis pstare contēptum. ¶ Erat autem in ipsa regia ruta mirabilis magnitudine. Nullo enim carice vel celsitudine vel magnitudine vincebat. Ferebāt autē eam ex herodis temporibus perseuerasse: mansissetq; vlterius pfecto sed ab Iudeis (qui locum cœperant) excisa est. Vallis autem qua ciuitas a parte septemtrionali cingit quidem locus Batas alias Baaras appellat. Vbi radix eodem nomine gignitur: quæ flammę quidem assimilis est colore. Circa vesperam vero velut iubare fulgurans. accedentibus eamq; euellere cupientibus. facilis non est: sed tam diu refugit. nec prius manet: q̄ siquis vrinam muliebrem vel menstruum sanguinem super eam fuderit. Quinetiam tunc si quis eam tetigit mors certa est: nisi forte illā ipsam radicē ferat de manu pēdentem. Capit alio quoq; modo sine periculo. qui talis est. Totam eam circūfodunt / ita vt minimum ex radice terra sit cōditum: deinde religant ab ea canem. Illoq; sequi eum a quo religatus est properante radix quidem facile euellitur: canis vero cōtinuo morit. tanq̄ eius vice traditus qui herbā fuerat ablaturus. Nullus enim postea accipientibus mœtus est. Tantis autem periculis propter vnā vim capi eam operepreccium est. Nam quæ vocantur demonia pessimorum hominū spiritus. viuis immersa eosq; necantia quibus subuentum non fuerit hæc cito (etiam si tātummodo offeratur egrotātibus) abigit. Fluūt autem ex eo loco aquarum fontes etiam calidarum multum inter se sapore diuersi. Alię namq; amara sunt: alijs nihil dulcedinis deest Multi autem frigidę aquę ortus non solum in humilioribus locis fontes alternos habent: sed quod amplius quis miretur in proximo. Etenim quædam spelunca cernitur non quidem alte caua: saxo autem eminente protecta. Super hoc autem duę mammę inter se paululum distantes eminent & altera quidem frigidissimum fontem altera calidissimum fundit. Qui mixti lauachrum suauissimum præbent. multisq; morbis ac vicijs salutare: maxime vero neruorum curationi conueniens. Habetq; idem locus mœtalla sulphuris & aluminis. ¶ Bassus autem cōtemplatus vndiq; regionem valle orientali repletam. expugnationem aggredi statuit. opusq; inchoauit properans aggerem q̄ plurimum extollere: facilemq; per eum facere obsidionem. Qui vero intus fuerant deprehensi ab externis segregati iudei. illo quidem coęgere inanevlgus esse existimantes inferiorem obseruare ciuitatem. ac per iacula priores excipere. Superius vero castellum ipsi occupatū tenebant & propter munitionis firmamentum: & vt saluti suę consulerent. Impetraturos enim se veniam opinabantur: si locum tradidissent Romanis. Prius autem volebant spem declinandæ obsidionis experiendo conuincere: ideoq; in dies singulos alacri animo excursus habebant & cum his quos sors obtulisset consertis manibus multi quidem moriebantur: multosq; Romanos interficiebant. Semper autem vtrisq; plus ex tempore victoria captabatur. Iudeis quidem si incautiores aggrederentur: In aggere autem positis: si improuisum excursum eorum bene septi armis exciperent. Sed non is erat finis obsidionis futurus. ¶ Res autem quędam fortuitu gesta inopinatem castelli tradendi necessitatem Iudeis imposuerat: inter obsessos iuuenis sed audacia ferox & manu strēnuus nomine eleazarus. Is autē fuerat & ī excursibus nobis multos aggredi: aggressumq; phibere obsecrās alias obseruās etiā in p̄lijs semper grauiterq; Romanos afficiēs audaciaq; sua socios psequens impetū quidē his facilē periculo autem vacuū discessum efficiebat: nouissimus recedendo Itaq; discreto quodam die pugna ex vtraq; parte pgressa ipse tanq̄ despiciens omnes existimans neminem tunc hostium prelium excepturum extra portam remansit. & in muro stantes alloquebat: tutamen illis addēs. Hanc aūt opportunitatem vidit quidā ex Romanorum castris ęgyptius nomine rufus: & (quod nemo sperasset) impetu facto cū ipsis eum armis repente correptū. cū hoc viso in muro stantes stupor teneret in castrum Romanorum traduxit. Postq̄ vero dux nudum eum precepit extendi & in aperto constitutum vt ex ciuitate conspiceret verberibus cedi. vehemēter casus adolescentis iudeos cōfudit. Vniuersaq; ciuitas in fletu erat & questibus: vnius viri clade percussa. Id vbi Bassus animaduertit: cōsiliorum aduersus hostes hoc principiū sumpsit. eorūq; miserationem augere cupiēs quatenus coacti p eius salute castelli traditionem facerent quod sperauit adeptus est. Nā ipse quidē velut mox eleazarū suspēsurus crucē defigi iussit. Ea vero conspecta maior castellanos dolor inuasit. & vlulādo querebant intolerabilem esse calamitatē vociferantes. Tunc igit eos orabat eleazarus ne vel se despicerent mortē miserrimam subiturū sibiq; ipsis salutē pberent: post quem omnes iam subacti Romanorū viribus ac fortunę cōcederēt. Illi aūt & eius sermone fracti & q intus pro eo multum precabant (ex magna enim & populosa propinquitate genus ducebat) contra ingenium suum misericordia victi sunt. Et quibusdam celeriter missis colloquebant castelli facere traditionē; petētes reddito sibi Eleazaro sine mœtu dimitti

Ruta mirabilis magnitudinis a tpe herodis tūc pseuerans.

Baaras radix flāmę silis mirabilis virtutis.

Quō sine periculo euelli potest.

Abigit demōes

Aquarum calidarum fōtes sapore diuersi.

Aquę frigidę.

Metalla ibidē: sulphur & alumen.

Obsidet bassus herodiū & ciuitatem.

Conflictus.

Eleazarus audacia ferox,

Eleazari temeritas quē rufus in castrum Romanorū traduxit ipsumq; dux nudū verberibus cedi fecit qd iudeos confudit.

Cum autem his assensus esset dux Romanorum multitudo ciuitatis inferioris inita separatim cum Iudeis cognita pactione ipsi clã nocte aufugere statuerũt. Cũvero portas aperuissent: ab his(q̃ deditionem promiserant) ad Bassum nuncius venit. siue inuidia salutis eorũ. siue formidine eorũ fugę causas ipsi prestarent. Sed fortissimi quidẽ fugientiũ qui precesserant euaserũt: reliquorũ autem viri quidem mille septingenti perempti sunt. mulierculę vero & pueri in ceruitium ducti Sponsiones aũt cum his qui castellum dederunt habitas Bassus cõseruandas esse ratus & ipsos dimisit: & Eleazarũ reddidit.

¶ IARDES(qui & Saltus dictus(obsidetur a Basso.

¶ Bassus Iardem obsidens equitibus locum cingit & ne inde fugerent siluam scindi iubet magnoq; belli facto conflictu nullus iudeorum euasis ex Romanis duodecim tantummodo occisis & Iudas Gyari filius dux de Hierosolima fugiens aduersus est in cloacis. Eoq; tempore Cæsar liberio Iudeæ procuratori scripsit vt omnem terram iudeorum vendat propria: & patriam suam seruans. Et solis octingentis relictis iudeis Massada ad inhabitandam dedit. iussitq; singulis annis singulis Binas in capitolium defferre dragmas. ¶ Anthiocum autem apud Cæsarem: & filios Censenius accusauit quo commagenem ciuitatẽ ingresso. Anthiocus cum vxore & liberis se purgare volens exijt. Et ipso cum vxore & filiabus fugientem in Cecilio filij eius Romanis restiterunt & milites eius transferunt ad Romanos. Ipse autem vinctus mittitur. Romam Sed eum Vespasianus solui iubet magnos ei redditus contribuens. ¶ Alani iuxta Tanaym fluuium degentes Mediam inuadentes depopulantur pacoro rege medorum fugiente. Armeniamq; rege capto vastant.

¶ Capitulum vigesimũ primum.

His aũt administratis in saltũ(qui appellat̃ Iarden) ducere properabat exercitum. Multi eñi illuc congregati eẽ nunciabant̃. qui pridẽ tẽpore obsidionis ex hierosolimis & macherõte profugerant Ego cũ ad locũ venisset neq; falsũ fuisse nunciũ reperisset: primo quidem oẽm locũ equitibus cingit vt si quis iudeorũ conatus fuisset euadere fugiẽdi p equites copiã nõ haberet. Perdites aũt iussit scindere siluã ne inde fugerent. Hoc mõ ad necessitatẽ adducti sunt aliq̃d fortiter faciẽdi veluti ex audaci certamine fortasse fugã etiã reperturi Itaq; simul vniuersi & cũ clamore impetu facto in eos a quibus accincti fuerant irruũt. Illi aũt fortiter eos excupiebant. Multũq; his audacia illos cõtentione vsis diu quidẽ preliũ tractũ est. Nõ autẽ similis euenit finis pugnę certantibus. Nam romanorũ quidẽ duodecim tm̃ cantigit occũbere neq; multos sauciari: iudeorum vero ex illo prelio nullus euasit. Sed cum essent non pauciores tribus milibus prostrati sunt omnes: eorumq; dux Iudas Gyari filius de quo supra memorauimus q̃ ordini cuidã propositus(cũ hierosolimis obsideret̃) quibus dimersus erat cloacis latenter effugit. ¶ Eodẽ vero tẽpore cęsar etiã ad liberiũ maximũ scribit(erat aũt ꝓcurator) vt omnẽ terrã venderet iudeoꝝ. Neq; eñi ciuitatẽ in ea cõdidit: ꝓpria seruans. & patriã suam. Solis vero octingentis illic relictis. locũ dedit quẽ incolerent qui vocat̃ massada Distat aũt ad hierosolimis triginta stadijs. Stipẽdiũ vero vbicũq; degeret iudeis indixit: Binas dragmas singulis annis deferre in capitoliũ iussit: ita vt añ hęc hierosolimorũ tẽplo pendebãt. Et res q̃dẽ iudeoꝝ in tẽpore hunc statum habebant. ¶ Iã vero(quarto anno Vespasiano amministrãte imperiũ) cõtigit cõmagine regem Antiochũ in maximas clades cum tota domo incurrere. ex causa huiusmodi. Cẽsenius alias Cessẽnius Petrus al's Perus(qui tũc Syriã rector amministrabat) siue reuera: siue ꝓpter inimicitias Antiochi. certũ eñi nõ valde patefactũ est lr̃as ad cęsarem misit Antiochũ dicens deficere ab Romanis cũ epiphanio filio decreuisse pactis habitis cũ rege parthoꝝ ꝓpteraq; debere illos añ capere. ne si priores nouas res adorsi essent totũ Romanorũ imperiũ bello ꝑturbarẽt. Non erat aũt Cęsar hmõi ad se ꝑlatum nunciũ neglecturus. Nã vicinitas regũ maiore negocium prouidẽtia dignũ esse faciebat. Samosata eñi cõmagene maxima ciuitas iuxta eufraten sita est. vt esset parthis eo nãq; id cogitauerũt. facilimus transitus. tutum aũt receptaculũ. fide igit̃ habita sibi Petrus & potestate permissa vt ageret quod expedire videret̃ negligẽdum nõ putauit. Subito aũt(Antiocho eiusq; socijs nihil opinãtibus) in cõmagenã ingressus est. ex legionibns quidẽ sextã ducẽs: & insuper quosdam cuneos alasq; equitũ. Habebat aũt auxilio reges terrę(quę Caldaica alias Calcidica vocat̃) Aristobolũ eiusq; fratrem Masadamũ alias Soenũ. introitus autẽ illis erat sine certamine q̃ nemo indigenarũ valebat manus opponere. Antiochus autẽ insperato ꝑculsus nũcio. bellũ quidẽ cõtra Romanos nec cogitatione cõcepit. Decreuit aũt toto regno i quo erat tractu relicto cũ cõiuge ac liberis egredi. hoc se romanis putũ ab ea suspicione quę sibi ingeret̃ ꝓbaturũ esse ratus. Progressusq; de ciuitate cẽtum viginti ꝓpe modũ stadijs: in cãpo tabernaculũ ponit. Petrus vero in Samosata qui eã capescerẽt mittit: & p eos ciuitatẽ tenebat. Ipse vero cũ alio milite in Antiochũ ire tendebat. Non tñ rex vel ipsa necessitate adductus est aduersum Rõanos aliquid bellicũ gerere. Sed fortunam suam questus quiduis pati sustinebat. Adolescentibus aũt belliq; peritis suiq; corporis p̃stantibus filijs eius nõ erat facile in

Bassus Iarden obsidẽs equitibus locũ cigit. Iubet siluã scidi Cõflictus belli.

Iudeoꝝ i illo ꝑlio nullus euasit ex rõanis tantũmodo duodecĩ occisis

Cęsar liberio ꝓcuratori iudeæ scribit vt omnẽ iudeoꝝ terram vendat.

Antiochus & filij cõmagines rex apud Cęsarem accusatura cẽsenio.

Samosa ciuitas

Cessẽnius ĩgressus citatẽ cõmagenum.

Antiochus cũ vxore & liberis se purgare volẽs exit.

Antiochi filij rõanis in bello resistunt.

calamitate sine pugna durare. Itaq; ad virtutem se conferunt epiphanes & callenicus. Vehemẽti autem pugna p totam diem habita insigni fortitudine demonstrati sunt nullaq; suarum parte virium diminuta discedunt Antiocho vero neq; pugna quidem hoc modo peracta manere domi tolerabile videbat. Sed abducta cõiuge cũ filiabus in ciliciam fugit. Atq; hoc facto suorum militum animos fregit. Nam velut desperato ab eo regno defecerũt. Et ad Romanos se transtulerunt. Omniũq; erat desperatio. Ergo priusq̃ penitus destituerent auxilijs epiphani cum cæteris seruare se ex hostibus erat necessarium. Fiuntq; omnes equites decem qui cũ his trãsgressi sunt flumen eufraten. Hinc iam sine mœtu pfecti cum ad Bollogessen parthorum regem venissent: nõ quasi fugitiui despecti sunt sed adhuc pristinam fortunam retinentes omni honore digni habiti sunt. Antiochus vero vbi Tharsum ciliciæ venit misso Hetabontarcho Petrus nuncium Romã transmisit Vespasianus autem ita regem ad se deduci nõ passus est dignum esse ratus veteris amicitię habere rationẽ: quã belli occasione inexorabilem iracũdiam obseruare. Itaq; iubet ei iter agenti auferri vincula: intermissaq; interim Romam pfectione apud lacedemoniam degere. Magnos vero ei pecuniæ redditus pbet. vt nõ copiose modo. Sed etiam regie victum haberet. His epiphanes & ceteri cognitis qui patri antea metuebant magna cura & extricabili animos relaxarũt & ipsi quoq; spẽ recõciliande cum Cesare gratię cõceperũt: cum etiã Bologessus de his scripsisset ad Cesarem. Nec enim q̃uis fœliciter agerent extra Romanum viuere paciebant imperium. Et cum Cesar his mansuete facultatem dedisset: Romam venerunt. Patre autem ad eos ex lacedemone statim aduecto cũ omni honore his haberet: ibi manserunt. ¶ Alanorum autem natio q quidem scitę sunt iuxta flumen Tanayã & Meotidas Paludes sedes habentes (iam quodam loco memorauimus) His vero temporibus inito consilio vt terram mediam: & vlterius pdandi causa peruaderent cum rege hyrcanorum colloquunt. Namq; his est illius transitus dominus. quem rex Alexander ita feceratvt portis ferreis clauderet. Aditu autem sibi pbito vniuersi nihil suspicantibus medis incumbunt eorumq; fines populosos omnigenũq; pecorum plenos diripiebant. cum resistere nullus auderet. Nam qui regnum eius terrę obtinebat pachorus mœtu perculsus in dificiliora loca refugiens. ceteris quidem omnibus cesserat. Vix autem ab illis coniugem ac concubinas suas captas centum datis talentis redemerat. Summa ergo facultate siue pugna pdabundi: & vsq; ad Armeniam vastantes omnia pcesserunt. Eis autem rex Tyriades alias Thiridates erat. Qui cum his obuius plia conflixisset nõ multum ab fuit quo viuus illa acie caperet. Procul enim quidam misso eum laqueo circũdatum tracturus erat nisi celeriter gladio rupisset laqueum: atq; ita fugisset. Illi autem pugnando multo magis efferati. terram quidem depopulati sunt: magnam vero hominũ multitudinem aliam ducentes pdam ex vtroq; regno. ad sua rursum domicilia redierunt.

Antiocho cum vxore & filiabus fugiẽte i ciliciã milites sui ad romanos se trãsferunt.

Antiochus vinctus romã mittit quẽ vespasianus solui iubet magnosq; redditus ei dedit &c.

Alani iuxta Tanaym fluuiũ degẽtes mediã depopulant.

Pachorus rex fugit.

Alani armeniã vastãt rege capto.

¶ MASSADA a Flauio obsidetur.

¶ Flauius Siluius (mortuo in iudea basso) & in amministratione succedens massadam castellum fortissimum (quod siccarij (quorum Eleazarus princeps erat) occupauerant) obsedit. Fuit enim tẽpus illud apud iudeos omnium malicię generum fœcundissimum. Siccarij enim primo iniquitatis auctores. quos vero Iohannes moderatiores mõstrauit. & Symon Gyore pessimus horũ furoris emuli fuerunt Idumei sceleratissimi. Tunc quoq; id hominum genus (qui Zelotę dicti sunt) viguit qui ex bonorum emulatione nomen sibi imponẽtes omne malicię facinus imitati sunt. Sed in eos cuncta quę natura hominis possit ferre supplicia diuina voluntate pmeritis cõgesta sunt. Venit itaq; Romanorum dux contra Eleazarum & siccarios Massadam occupãtes: & ne quis fugeret eos circũdedit ibiq; nullus fons nascebat.

¶ Capitulum vigesimum secundum.

APud iudeam vero mortuo Basso Flauius Siluius in amministrationẽ succedit: & aliã quidã terram bello subactam videns. vnum autem adhuc rebelle superesse castellũ omni quę i illis locis habebat manu collecta aduersus id militem mouit. Nomen est aũt castello massada. Princeps vero siccariorum (a quibus fuerat occupatũ) erat vir ppotens Eleazarus ex origine Iudę qui nõ paucis iudeis psuaserat (vt ante significauimus) ne pfessionem facerent: qñ cẽsor cyrinus in iudeã directus est. Tũc enim siccarij vocauerunt qui Romanis obedientes esse vellẽt. omniq; mõ his quasi hostibus vtebant: diripiendo quidem & circũagendo eorum bona ignem vero eorum domibus inijciẽdo. Nihil enim eos ab alienigenis differre dicebant. Qui pugna etiam petendam iudeorum libertatẽ tanta ignauia pdidissent magisq; se optare si Romanis seruitium spopondissent. Erat autẽ id plane accusatio alias causatio & crudelitatis atq; auaricię dicebat obtentu manifesto autẽ rebus effectum est. Nam idẽ illi defectionis socij fuerunt. & bellum cum Romanis comuniter susceperunt. Causa autem peior illorum in eos facta est: & cum mentita eorum pidem refelleretur occasio peius tractabãt eos qui nequitię suæ iustis assertionibus exprobrarẽt. Fuit eni tempus illud quodamodo apud iudeos omnium generum

Flauius (mortuo i iudea basso) & in ãministratione succedẽs massadã castellum obsedit cuius princeps erat Eleazarus iudeus.

A malicię fœcũdissimũ vt nullũ opus intermitteretur infectũ ne si quis excogitãdo fingere voluisset. Haberet quo magis nouum aliquid inueniret ita & priuatim & cõmuniter omnes vnũ erant & exsuperare altus alium tam impietate q̃ proximos iniquitate certabant. Potentes quidẽ multitudinẽ male tractando multitudo vero ad interitũ potentiũ properando illis enim erat dominandi cupiditas his autem vim faciendi bonaq; locupletũ diripiendi. Primo quidem siccarij fuerunt iniquitatis in ꝓpinquos & crudelitatis auctores nullus nec verbo indicto ad iniuriã neq; facto intemperato ad eorum exitiũ quibus insidiarentur pretermisso pœnitus. ℂ Verum & hos Iohannes moderatiores esse demonstrauit. Non solum enim omnes interficiebat qui necessaria & pro futura suaderent tanq̃ inimicissimos eiusq; modi ciues tractans. Sed etiam patriam malis plurimis cumulauit: qualia facturus fuerat qui deum quoq; iam esset ausus impietate contẽnere. Nam & mensa nefaria vescebatur & legitimam patriamq; exterminauerat castimoniã vt etiam sit minime mirũ si mansuetudinis cõmunionẽ minime seruauit hominibus: qui dei pietatẽ furore contẽpserat. ℂ Rursus igitur symon gyore quid mali nõ cõmisit? Quave liberorum corporum iniuria temperarunt: qui eum creauerant tyrannum? Quave eos amicitia queve cognatio ad quotidianas cedes non ferociores effecit? Nãq; alienos quidẽ male tractare meritis nequicię opus esse arbitrabantur: clarissimam vero gloriã parere crudelitatem in familiarissimos existimabant. ℂ Horum furoris emuli etiam Idumei fuerunt illi autem sceleratissimi peremptis pontificibus ne qua pars conseruaretur pietatis in deum totum quicquid ex ciuitatis facie supererat absciderunt: summamq; per omnia iniusticiã induxerunt. In qua illud hominum genus (qui zelotę appellati sunt) viguit: qui nomen factis verum probauerunt. Omne eni malicię facinus imitati sũt nullo inemulato (quod ante cõmissum memoria tradidit) pretermisso: quãuis nomen ex bonorũ emulatione imposuissent qui eos quos lederent propter efferã sui naturam cauillãdo fallebant: qui malorum quę maxima essent bona ducebant. Itaq; debitum vitę finem inuenerũt merita illis oĩbus pœna dei voluntate decreta. Cuncta enim (quę natura hominis possit ferre) supplicia in eos vsq; ad extremũ terminum vitę congesta sunt quę varijs perempti cruciatibus pertulerunt. Verum fortasse dixerit aliquis minora eos q̃ cõmisere perpessos. Verum his quod iuste ea paterentur hęrebat de illis autẽ qui in eorum crudelitatem inciderunt non est huius temporis pro merito conqueri. ℂ Rursum igitur ad eã narrationis partẽ redeo: vnde digressus sum. ℂ Venit enim dux romanorum contra eleazarum & (qui cũ eo massadam tenebãt) sycarios exercitũ ducens: & fines quidem statim oẽs obtinuit: presidijs vbiq; locis oportunissimis collocatis. Castellũ aũt muro circũdedit ne quis obsessorũ fugiendi facultatem haberet: vtq; custodes perseuerassent. Ipse vero castris locũ occupat ad obsidionem quidẽ idoneum quem delegerat qua parte rupes castelli monti proximo applicabantur: cęterũ difficilem ad copias vtensilium. Non solum eni cõmeatus ex longinquo & cum labore iudeorũ maximo portabãt: quibus hęc fuerat cura mandata: verumetiam potus aliunde in castris deducebatur: quoniam in eo loco nullus fons proximus nascebatur.

Tẽpus oĩm generũ malicię apud Iudeos fœcundissimum.
Siccarij prio iniq̃tatis auctores Iohannes peior
Symon Gyore pessimus.
Idumei sceleratissimi.
Zelotę facinorosissimi q sibi nomẽ ex bonorũ emulatiõe imposuerunt.
Cũcta i eos supplíciorũ gña diuina volũtate ꝓ meritis sunt cõgesta.
Flauius contra eleazarũ & siccarios occupãtes massadã quos circundedit ne quis fugeret.
Ibi nullus fons.

ℂ Siluius massadę castelli obsidionẽ aggressus est maxĩo labore ꝓpter castelli munitionem & sitũ. Vndiq; eni obrutis atq; altis vallibus oĩbus animalibus inaccessibilis cinctũ erat. Erat enim iter vnũ quod coluber ex angustia crebrisq; flexibus capta similitudine appellatũ. Hoc aũt castellũ prius a Ionathe põtifice edificatũ: qd herodes postea magno studio p gyrũ muro cinxit & viginti septem turres & regiã inter mœnia edificauit & verticẽ (cũ esset fœcũdus) rex culturę destinauit. Ibiq; balnea rũ varia erat cõstructio: magniq; in scopulis putei circa regiã & turres. Intus autẽ munitio & alimenta quę centũ annis ꝓpter loci naturã manebant incorrupta. Inuenta insup ꝓ deci milibus virorũ arma. Illud eñ castellũ herodes ad refugiũ duplex suspicatus periculum sibi preparauit: scilicet a iudeis & maximũ a cleopatra vnus eni locus tantũ aptus obsidioni vbi Siluius machinas iussit applicari: cui siccarij multũ restiterunt: sed & murũ igne capere tentauit multis intus iactis facibus.

ℂ Capitulum vigesimum tertium.

His ante dispositis Siluius obsidionẽ aggressus ẽ maxime molis ac laboris egẽtẽ: ꝓpter castelli munitionẽ. Cui natura hmõi est. Saxũ gyro nõ exiguũ & excelsũ lõgitudine vndiq; abruptis atq; altis vallibus cingit & ex inuisibili subter fũdo habẽs scopulos: ipseq; oĩm sunt aĩaliũ gressibus inaccessę: nisi q duobus modis idẽ saxũ in difficilẽ explicat accessũ alias ascẽsũ. Est aũt vnũ iter ab lacu asphaltide ad solis ortũ & alterũ ab occidẽte facilius ambulari. Vocatur autẽ vnum coluber ex angustia crebrisq; flexibus capta similitudine. Quę enim prominet rupes frangitur: ac sepe in sese reuertens paulatim rursũ ꝓducitur vixq; illo itinere gradiẽs promouet pedem. Namq; imitanti vestigio: necesse est pede altero niti. Est aũt certa pernities. Altitudo eni rupium vtrimq; dehiscit quę horrore quẽuis audacissimum terrere possit. Per huiusmodi viã cũ trigita stadios ascendens q restat verticis est non incautũ finem coacti

Massadę castelli situs descriptio & munitio.
Valles oĩbus animalibus inaccessibiles.
Coluber iter.

sed vt habeat in summo placiciẽ. In hac primus quidẽ Ionathes põtifex castellũ edificauit: & appellauit massada. Post aũt herodi regi magno studio loci fuit eius constructio. Nam & murum per omnẽ eius gyrũ erexit stadiorũ spacio sexaginta ex candido lapide factũ & per duodecim altũ: latũq; octo cubitis: & viginti septẽ turres quinquagenis cubitis in eo stabant ex quibus aditus mẽbra: per omnẽ murum intus edificata. Rex enim verticẽ ꝙ esset fœcundus omniq; planicie mollior culturę destinauerat vt si quando externorum alimentorum pœnuria contigisset: ne hac quidem laborarent qui salutem suã castello credidissent. Quin & regiam sibi edificauerat ab occidentalis partis ascensu inter mœnia quidem arcis positam vergentem aũt ad septentrionem. Regie vero murus erat magnus celsitudine ac firmissimas quatuor sexagenum cubitorum in angulis turres habebat. Mẽbrorũ aũt intus: & porticum itemq; balnearum varia ac sumptuosa constructio colũnis quidem & singularibus saxis vndiq; substitutis parietibus autem membrisq; solida cõpage lapidum variatis. Ad singula vero habitacula & sursum & circa regiam & ante turres multos magnosq; puteos i scopulis exciderat custodes aquarũ tantũ molitus abundantiã: quantã (qui fontibus vterentur) haberent. Fossum vero iter ex regia in arcem summã ducebat quam nemo foris cernebat. Sed ne manifeste quidẽ vię facilẽ sui vsum præbere hostibus poterat. Nam orientalis quidẽ natura est inaccessa vt supra memorauimus: occidẽtalem vero magna in angusto posita turri perclusit quę non minore mille cubitorũ spacio ab arce distaret: quam neq; transire posse neq; capi facile videbatur: in extricabilis aũt quãuis licẽter ambulantibus fuerat fabricata. ¶ Ita quidem aduersus hostiles impetus natura simul & manu castellũ cõmunitum. Intus autẽ repositi apparatus magis & diuturnitatẽ & opulentiã mirare. Nam & frumentum plurimũ erat conditum & quod in longũ tẽpus sufficere posset: vinumq; multum & oleum. Super aũt cuiusq; leguminis fructus: & palmæ coaceruatæ. Cũctaq; reperit eleazarus (castello per dolũ cũ siccariis occupato) matura nichilq; recens depositis deteriora: quãq̃ fere ex quo apparata sunt (cum excidium a romanis illatum) centum annorũ tempus agebatur quin etiam romani fructum reliquias icorreptas offenderunt. Si quis autem causam diuturnitatis auram esse existimet non errauerit: ꝙ altitudine ab omni terrena & fœculẽta permixtione sit mera. ¶ Inuenta est autẽ omnigenũ quoq; armorꝫ multitudo ab rege condita quæ decẽ milibus virorũ sufficerent: ferrumq; infectum necnõ eris & plũbi materia quippe vt magnis de causis factũ esse credentes apparatum. Aiunt enim herodẽ idipsum castellũ sibi ad refugiũ parauisse duplex periculum suspicantẽ: vnũ quidẽ ab iudeorum populo ne se deposito illos qui ante fuerant reges ad pricipatũ reducerent: alterũ vero maius atq; atrocius ab regina ægypti cleopatra. Hæc eni suam sententiã non celabat. Sed cum antonio sępe verba faciebat postulans herodem interfici sibi autem obsecrans iudeorum regnũ donari & magis quis miraretꝛ nõdũ eius imperio antoniũ paruisse male amori eius mancipatum quã non dominaturam sparet. Propter eiusmodi mœtus herodes condito massada: in extremũ belli contra iudeos opus romanis reliquit.

¶ Nam quia foris iam omnẽ locum muro cinxerat dux romanorũ (sicut supra diximus) ac ne quis effugeret diligentissime procurauerat incipit obsidionẽ / vno tamen reperto loco qui aggerum iactum posset excipere Nã post eam turrim quę iter ab occidente quod ad regiã summũq; montem duceret percludebat erat quędã eminentia saxi vastior latitudine multũq; prouecta. celsitudine aũt massadæ trecentis cubitis inferior (quã lacem alias leuticẽ appellabant) Hãc igitur Siluius vt ascendit ac tenuit: aggerẽ apportare iussit exercitum. Illis autem alacri animo & magna manu operantibus: solidus ad ducẽtos cubitos erectus est cumulus. Verum neq; firma neq; sufficiens machinis ferẽdis hæc mẽsura videbatur. Sed super eũ tribunal constructis saxis ingẽtibus factum est altum: itemq; latũ cubitis quinquaginta. Erat autem alia fabrica machinarũ illis assimilis (quas primo quidẽ vespasianus ad obsidiones postea vero tytus excogitauerat) turrisq; sexagita cubitis effecta est: tota ferro cõsepta. Vnde multis balistarũ tormentorũq; iaculis romani cito eos repulerunt qui de muro pugnabant & caput erexere prohibuerunt. Simul autem ingẽti ariete fabricato Siluius crebro murũ pulsari iubet: ac vix quidẽ tamen deiecit aliquam eius partem interruptam. Cito autem pręuenere siccarii muro intus altero cõstituto: qui ne machinis quidẽ simile aliquid pateretur. Mollis enim adhuc erat: & ipetus laxare violẽtiam poterat. Hoc aũt modo cõstructas trabes proceritate magnas & quę sectę sunt cõtinẽtes composuerunt. Harum autem ordines erant duo sites tantũq; distantes quãtum esset muri latitudo: & inter eos ãbo replebãt aggeris spaciũ ne vero crescẽte tumulo terra difflueret: aliis trãsuersis trabibus quas in longitudinem posuerant colligabãt. Erat ergo illud quidẽ opus edificio simile: sed quæ cedẽdo iferebantꝛ machinarꝫ ictus euanescebãt: lutoq; subsidẽte strictorẽ fabricam faciebãt. ¶ Vbi hoc Siluius cõsiderauit igni magis murũ captum iri putãs multas quidẽ ardẽtes militibus faces itro iaculari pręcepit. murus aũt quippe vt magna ex parte lignis extructus ignẽ cito comprehendit & vsq; ad imũ sui laxitate calefactus ingẽti flãma colluxit. Incipiente quidem adhuc incendio. spirans aquilo romanis

Massada castellũ prius a Ionathe põtifice edificatũ quod postea hærodes magno studio muro p gyrũ cinxit xxvij. turres vertice culta. Regia edificata. Balnea. Magni putei in scopulis.

Mũitio castelli eius & alimẽta.

Alimẽta centum ãnis ꝓpter naturã loci icortupta. Arma pro decẽ milibus virorũ. Herodes hoc castellũ sibi ad refugiũ pauit duplex piculũ suspicatus scilicet a iudeis & regina cleopatra. Antonius fatuo amore captus cleopatræ.

Vnus tm̃ locus obsidiõi aptus.

Machias applicari iubet.

Resistẽtia siccariorum.

Siluius igne murũ capere tentauit iactis intus multis facibus.

erat horribilis. Auertēs eñ desup in eos flāmas abigebat & pœne machinas veluti cōflagraturas iam desperauerāt. Deinde flatu mutato veluti diuina ꝓuidētia excitatus auster multaq; vi contra obuius eas referens muro appulit: iāq; totus ardebat ex alto.

❡ Eleazarus nullū salutis modū excogitās oēs sibi ipsi mortē īferre hortatus est. Hic eum exhortatiuā ad socios habuit ōronē vt cōbusta vrbe seipsos interficiāt magis q̄ seruituti rōanorū subijciātur. Nichil (inqt) castelli inexpugnabilis natura neq; alimētorū copia aut armorū multitudo sine deo ꝓdest ad salutē. Primo enī castellū & pœcunias exurere monet & alimēta relinquere sola ꝓvoluntariæ mortis testimonio. Cui quidā cōsentiebāt alij mortē refugiētes lachrimis voluntatē significabant. Quos cū vidisset Eleazarus formidine frangi ōronē reiterat multo rep'etus spiritu animæ īmortalitatē ostendens viuere enim ait calamitas est & mors animabus pr ꝓstat libertatem: animę enim mortali iūctę corpori mortuæ sunt. Iudeorū itaq; asserit sapiētes mortē desiderasse & vitā quasi inuitos sustinuisse. Arguit etiam romanos non virtute iudeos vicisse & in diuersis locis Iudeorū cedes commemorat. Sed & romanorū adduc: crudelitatem prędixitq; ab ipsis inferenda supplicia.

❡ Capitulum vigesimum quartum.

Romani quidem cum dei vterentur auxilio. ad castra læti digrediebanī decreto hostes luce aggredi & nocte vigilias accuratiores fecerūt: ne quis eorum clam subterfugeret. Sed neq; ipse Eleazarus de fuga cogitauit: neq; alij cuiq̄ permissurus erat vt faceret Videns autē murū quidē igne cōsumptū: aliū vero nullū salutis modū neq; virtutis excogitans. Sed his (quę romani sibi liberisq; suis & cōiugibus facturi essent si vicissent) ante oculos positis de oīm morte cōsilium cœpit. Idq; ex præsentibus fortissimū ratus: validioribus amicis socijs vesperi cōgregatis talibus eos verbis ad facinus inuitabat. ❡ Cū olim vobis decretū sit viri fortes neq; romanis neq; alij cuiq̄ seruire nisi deo (is enim solus est verus ac iustus oīm deus) ecce tempus adest q̄ factis vestros ꝓbare animos iubeat. Ne igitur ipsi nos dehonestemus antea quidē seruitutē nec sine piculo passi: nunc aūt cō seruitute intollerabiles pœnas āplexi viuemus sub romanis futuri. Primi enim oīm ab his defecimus & nouissimi cū his gerimus bellum. Puto autem & hanc nobis adeo gratiam datā vt libere ac bñ possimus mori: quod alijs non euenit pręter spē paupertatis. Nobis autem certū est orto die futurū excidiū. Libera est aūt strennuę mortis cōdicio cum affectibus. Nec enim prohibere id hostes possūt qui profecto nos optant viuos abducere: neq; nos illos iā possumus superare pugnando. Nā fortasse quidē ab inicio statim oportuit quando libertatē defendere cupientibus oīa & a nobis ipsis acerba peiorāq; ab hostibus eueniebant de dei voluntate cōijcere: & scire q̄ amica ei quōdam iudeorū natio dānata esset interitu. Manens enim propicius vel saltē leuiter nobis infensus nunq̄ tantorū quidē hoim perniciem neglexisset: sacratissimā ve vrbem suam igni hostiū excidioq; prodidisset. Hos autē scilicet ex toto genere iudeorū etiam soli sperauimus seruata libertate superare: tāq̄ nichil deliquissemus in deū nulliusq; culpæ particeps fuissemus: qui alios quoq; docuimus. Itaq; videtis quēadmodū nos vana expectasse redarguit: fortiore insperatis rebus malorū necessitate nobis illata. Nec enim quicq̄ nobis castelli natura inexpugnabilis profuit ad salutē: sed alimentorū copiā sed armorum multitudinem aliūq; habentes abundantissimū apparatum ipso manifestissime deo spem salutis auferēte pdidimus Ignis aūt qui ferebatur in hostes: in edificatum a nobis murū non sponte reuersus est. Sed hęc multorum ira sunt criminum quę furore capti contra gentiles ausi sumus: pro quibus quęso ne romanis inimicissimis pœuas. Sed per nos ipsos deo pręstemus. Iste autem illis moderatiores sunt. morīētur enī cōiuges iiuria vacuę: liberiq; seruitutis expertes. Post illos aūt ipsi nobis honestā iuicē gratiā prębeamus libertate seruata optima sepultura: Primus tamen & pœcunias & castellū ignibus exuramus. Merebunt enim romani certe scio: si neq; corpora nostra tenuerint: cōpendioq; caruerint. Alimenta sola relinquamus. hęc enī testimonio mortuis q̄ non pœnuria victi sumus sed ita vt ab inicio statueramus mortem prętulimus seruituti. ❡ Hęc dicebat eleazarus: sed non in eundē modū pręsentiū sentēcię cōgruebat sed alij quidē ei obedire properabant & quasi voluntate replebātur pulchrā eē mortē existimātes. Qui vero meliores erant coniugū ac famularū suarū misericordia vel etiā proprius quemq; apertissimus interitus deterrebat aliusq; aliū intuentes. contrariū voluntatis suæ motum lachrimis designabant. ❡ Quos cum vidisset eleazarus formidine ac magnitudine consilijs animis frangi ptimuit ne etiam illos qui fortiter dicta perceperunt secū effeminarēt: flentes ipsi ac deplorātes ergo exhortationem non intermisit: sed erectior multoq; repletus spiritu clariorem dei immortalitate animæ orationē icipit. ❡ Magnaq; vsus exclamatiōe lachrimantes attentius expectēns plurimi iquit opinione deceptus sum qui putarē viros fortes pro libertate certantes bene malle mori q̄ viuere. Vos autem ne cuilibet quidem homini quicq̄ neq; audacia neq; virtute præstatis: qui etiam magna mala effugituri mortē timetis: cū oporteret vos super hoc neq; cunctari neq; expectare monitorem. Olim enim

Eleazarus nullū salutis modū ex cogitās oms sibi ipsi mortem iferre hortatus est.

Oratio eleazari ad socios exhortatiua vt cōbusta vrbe seipsos iterficiāt magis q̄ seruituti subijciant Vide i ægesi.v.ca. penultio istā ōronē q ibi quēdā epilogū deploratōis hierusalem ponit.

Nihil castelli inexpugnabil̄ natura neq; alimētorū copia neq; armoꝝ multitudo prodest sine deo ad salutem

Prio castellū & pecūias monet exurere & alimēta reliquere sola ꝓvolūtarię mortis testimonio.

Eleazarus exhortationē reiterat mlto spū repletus aīe īmortalitatē oñdens

Viuere ho'bus calamitas est & mors aiabus pstat libertatez. Anime mortali corpi iūctę mortuæ sunt.

& a primo stati sensu nos eruditos sacrę ac patrię orationis maiorū; nostrorum factis & animis confirmādo perseuerabāt quodviuere hoibus est nō mori calamitas. Nā mors quidē libertatē aīabus pręstat ad propriū purū; locū eas dimittit accedere ab oī clade futuras intactas. Donec aūt corpe mortali iunctę suntvnaq; malis eius implentur (quod & verisimile dicitur) mortuę sunt. Diuina enim cum mortali societas turpis est. Multū quidē potest anima etiam iuncta cum corpore. Instrumentū eni suum facit latenter id mouens & vltra mortalē naturam gestis producens. Verūtamē cum pōdere quo in terrā detrahitur quodq; ab ea pendet absoluta propriū locum receperit: tunc beatā & vndiq; liberam participat fortitudinē: & humanis oculis vt ipse deus inuisibilis manens. Nec enim cū est in corpore conspicitur nam & accedit occulte neq; rursus cū recedit videtur. Vnam quidē habens incorruptam ipsam naturam corpori aūt causam prębens mutationis. Nam quod anima tetigerit hoc viuit atq; viget. Vnde vero digressum fuerit hoc marcidū morit: tantū imortalitatis ei superat huius orationis argumentū vobis sit certissimū somnus in quo animę in se collectę nulq̄ eas corpore distrahente iocundissimam agunt quietem. Cum deo vero ꝓ cognatiōe degentes vbiq; assunt ac multa futura p̄dicunt. Cur igitur mortē timere conueniat qui sōni diligimus requiem? & quem admodum nō sit amentissimum breuitate vitę sequentis sibimet inuidere perpetuā? Oportebat quidē nos domestica īstitutione meditatos: alijs exemplo esse prōptę volūtatis ad mortem. Nā si ab alienigenis etiam rei fides petenda sit indorū videamus sapientes: qui philosophiam profitentur. Isti enim cum sint viri bonę vitę quidē tempus veluti quoddā necessarium naturę munus inuiti sustinent: properant aūt hoies corporibus soluere: nulloq; vrgente neq; exagitante malo propter immortalis conuersationis desiderium alijs quidem prędicunt se esse abituros. Nec est qui prohibebat quisq̄ sed omēs eos fortunatissimos appellantes ad familiares quisq; suos litteras mittunt: ita certam veramq; animis esse inter se cōsuetudinē crediderunt. Alij autem cum mandata perceperint igni traditi corporibus & vt imaculata puraq; anima secernatur: paulatim moriuntur. Facilius enim ad mortē illos amicissimi prosecuntur: quam cęterorum hoīm quisq̄ suos ciues in lōginquam peregrinationē ituros. Et se quidem ipsos deflent: illos autem beatos dicūt ꝙ īmortalitatis ordinē iam recipiāt. Nō ergo nos pudebit si deterius. Indis sapiamus? propriaq; ignauia leges patrias (quæ oibus hoībus emulandæ vident) inhoneste despiciamus. Quamq̄ & si contrario nos a principio instituisset eruditio ꝙ summū bonum est hoībus viuere: mori aūt calamitas: attamen tempus nos adhortatur eā bono animo & facile tolerare dei voluntate & necessario morituros. Olim enim (quantum apparet) contra omne iudeorum genus hoc decretum deus posuit vt vita careremus: qui non ea eramus (quemadmodū oportebat) vsui Nec ausum enim vobismetipsis ascribite: neve romanis gratificamini ꝙ nos eorum bellum omnes absumpserit. Non enim viribus illorum hęc acciderunt: sed causa fortior veniens illis pręstitit: vt vincere viderent.

Iudeorꝫ sapientes mortē desiderabāt & vita; quasi iuiti sustinebant.

Q dnō rōanorꝫ virtute victi sūt iudei arguit eleazarus.

De Cæsariensibus.

De Scitopolitanis.

Syria iudeis inimica.

De cæde iudeorum apud damascum.

Sexagita milia i ęgypto occisa.

Quibus enim armis romanorum perēpti sunt qui cęsaream incolebant iudei? Ac ne defecturos quidem ab illis dum diem septimum celebrarent. aggręssa cęsariensium multitudo neq; magnus referētes cum coniugibus ac liberis mactauerunt nec vel ipsos erubuere romanos qui non tantum mō hostes quia defeceramus putabant. Sed dicet aliquis cęsariensibus semp cum suę ciuitatis iudeis fuisse discordiam tempusq; nactos vetus odium exsaturasse alias exuperasse? Quid ergo de scito politanis dicemus? Nobiscum enim illi propter gręcos bellum gerere ausi sunt ac non cum propinquis nostris romanos vlcisci. Multū igitur his fides illorum ac beniuolentia profuit. An non ab ipsis cum totis familij acerbissime trucidati sunt? An pro auxilijs eis gratias reddidere? Nā quę illos a nobis pati prohibuerunt hęc passi sunt velut ea ipsi cōmittere voluissent. Longum sit nunc si velī separatim de singulis dicere. Hostis enim ꝙ syrię ciuitatum nulla est quę non Iudeos apud se habentes occiderit nobis quam romanis inimicos vbi etiam damasceni cum ne causam quidem probabilem fingere potuissent ciuitatem suā cede nefaria repleuerunt: decem & octo milibus iudeorum cū cōiugibus ac familijs iugulatis. Eorum aūt multitudinē plagis in ęgipto perēptorum sexaginta miliū numerum audiebamus excedere. Illi qdē fortasse in aliena terra cum nullū inuenissent hostibus aduersariū ita sūt mortui omnibus aūt qui domi cum romanis bellum suscipere nihil aderat. eorūq; spem totam possent præbere victoriæ. Arma enim & muri & castellorū inexpugnabiles fabricæ atq; interriti spiritus ad pericula pro libertate subeunda: cunctos ab defectionem reddidit firmiores. Sed hęc cum ad paucū tempus suffecissent spemq; sustulissent: maiorū malorum extitere principium. Omnia enim capta sunt oiaq; hostibus succubuerunt: velut illorum nobilioris causa victoriæ non ad eorū salutem a quibus instructa fuerant apparata sint. Et in prelio quidē mortuos fortunatos existimari oportet repugnantes eñ & libertate nō prodita perierunt. Eorū vero multitudinis qui a romanis subiugati sunt quis non miserea tur? Quis ve non anteq̄ illa patiatur mori properet? Quorū alij torti iamq; igne q̄ verberibus excruati obierunt alias perierunt. Alij fœrocissimis bestijs ad secundum corꝫ cibum viui seruati sunt. Il-

Adducit Rōanorꝫ crudelitatē

A lorum quidem miserrimi habendi sunt quia adhuc viuũt qui sępe mortẽ optantes non accipiũt. Vbi est autem illa magna ciuitas? Aut vbi quę totius gẽtis iudeę metropolis fuit? Tar tis quidẽ murorum septis munitissima tot vero ante muros castellis turriũq; obiectis mœnibus tuta belliq; apparatũ vix capiens tot aũt virorũ possidens pro se dimicantiũ multitudinem: quid nobis facta est? Quę deũ incolã habere credebatur radicitus ex fundamentis erepta est: solaq; monumenta eius restant eorũ quibus excisa est imposita reliquijs castra. Senes vero infœlices ad cineres tẽpli assident. & paucę mulieres ad turpissimã pudoris iniuriã ab hostibus reseruatę. Hęc secum reputans quisq̃ nostrũ aspicere solẽ durabit/etiã si viuere sine periculo possit. Quis inimicus adeo patrię? quis tam imbellis aut pcus animę: vt eum non peniteat hucusq; vixisse? Atq; vtinã oẽs fuissemus mortui: priusq̃ illam sacrã ciuitatem hostiũ manibus videremus excidi priusq̃ templũ sanctum tanta impietate funditus erui. Sed quoniã spes non strẽnua nos illexit quasi forte poterimus pro ea hostes vlcisci nunc aũt euanuit. Hac solos in necessitate dereliquit Mori bene properemus nostri metipsi misereamur & coniugũ liberorũq;(dũ nobis licet) a nobis ipsis misericordiã capere. Ad mortẽ namq; ipsi nati sumus & ex nobis genuimus eamq; fugere ne fortunatissimi quidẽ possunt. Iniuria vero ac seruitus est videre coniuges ad turpitudinẽ duci cum liberis. Non est malum hominibus ex naturę necessitate profectum. Sed hęc sua timiditate proferunt: qui ante mori cũ licuit noluerunt. Nos aũt multum frœti fortitudine a romanis defecimus: & postremo nunc illis ad salutẽ nos hortantibus non paruimus. Cui igitur non est eorum iracundia manifesta: si nos viuos subiugare potuerint? Miserandi quidẽ adolescentes erunt: quorum vires corporis ad multos sufficient cruciatus. Miserandi etiam prouectiores: quorũ etas clades ferre nõ poterit. Videbit alius coniugẽ aduci alius manibus reuinctis vocẽ filij patrem implorantis exaudiet. Sed dum liberi sunt & gladios habent: pulchrũ ministeriũ nobis prębeant. Expertes seruitutis hostium moriamur liberi: cũ filijs & cõiugibus vita decedamus. Hęc nobis leges precipiunt hęc nos cõiuges & filij deprecantur eorum necessitatẽ deus misit. His contraria romani volunt: & ne qs nostrũ ante excidiũ pereat timent. Festinemus igitur eis properata potiendi nostri voluntate: stuporem mẽtis amministrationemq; si audaciæ relinquere.

Lamẽtatio hierusalem.

Ad mortẽ nati sumus.

Prędicit supplicia a Rõanis inferenda.

¶ Iudei itaq; Eleazari orõne accensi seipsos interfecerũt: festinantes vt hostis pueniretur. Vniuersaq; bona cõcremãt. Sorteq; decẽ oĩm pcussoribus electis oẽs parato animo se mactãdos pbebãt. Et oibus occisis il is decẽ sortis legẽ in sua morte statuerũt. Sic deniq; oĩbus occisis vnus nouissimus circũspecta multitudine mortuorũ ne qs forte supesset vbi oẽs perẽptos cognouit regia incẽsa gladio trãsfigẽs occubuit. Latuerũt tñ duę mulieres altera Eleazari cognata cũ quiq; pueris in cuniculis aquę oibus alijs pemptis qui erãt cũ mulieribus & puulis nõgẽti & sexagita nũero decima quĩta aprilis. Rõani vero mane scalis muros aggrediẽtes neminẽ hostiũ iuenerũt. sed mulieres arietis ictu pulsę ex cloacis exierũt rẽ vt erat indicantes mirantibus Rõanis mortis contẽptũ. Et pacto excidio Siluius cũ exercitu recedit in cęsareã Totaq; sic Iudea bello subuersa est. Quidã aũt iudeorũ trãsfugę in Alexandria libertatẽ defẽdere conati sũt. Iudeiq; aduersis siccarios Rõanis satisfaciẽtes ipetũ faciẽtes sexcentos stati cœperũt & alij redacti sũt. Quorũ maxia fuit duricia oibus ãmiranda nullo eni tormẽtorũ genere (vt Cęsareã dominũ appellarẽt) cogi potuerũt. Maxime vero puerorũ nec eorũ quisq̃ vt dominum cęsarẽ nominare cõmotus est.

¶ Capitulũ vigesimũ sextum.

ADhuc eum orare cupientẽ omnes interpellabant & effrenato quodam impetu pleni ad opus incitabant. Ac veluti clarius exagitati alius aliũ capere cupiebat: hoc specimen esse fortitudinis rectiq; consilium existimãtes ne quis extremus remanere videretur. Tantus eos ad cõiugum & filiorũ & propriæ cedis amor suasit. Sed nec id qđ aliquis putauerit cum facinus accederet obtusi sunt verum eam seruauere sententiã quam cum dicta perciperent habuerunt. Proprium quidem earumq; affectum retinentibus cunctis rationi vero cedẽtibus quia iam optime filijs consuluissent. Simul enim vale vxoribus cum amplexu dicebant ac liberos gremijs captos extremum lachrimantes osculabantur. Et simul quidẽ manibus alienis iussa peragẽtibus volẽtes eos cõfidebãt malorũ quę subditi hostibus passuri fuerant cogitationẽ habentes pro solacio necessitatis ad cedem. Deniq; nemo hac audacia minor inuentus est. Cunctos autem coniunctissimos transfixerunt. Miseri quibus id nemo se fuit/quibus filios atq; vxores occidere malorũ omnium videbatur esse leuissimũ. Igitur neq; horum iam factorum dolorem tolerantes & interfectos lesum existimantes si vel breuissimum ei tempus superuiuerent: cito quidẽ vniuersis bonis in vnũ cõgestis ignẽ iniciunt. Sorte vero ex numero suo decẽ lectis omnium percussoribus cum vniuersi etiã propter coniuges ac liberos prostratos compositi eosq; complexi manibus cum communicassent parato animo se mactandos pręb ebant infœlicissimum illud exhibentibus ministeriũ. Isti aũt intrepide cunctis occisis eandẽ sortis legem in sua quoq; mor-

Eleazari orõne accẽsi iudei seipsos iterfecerũt festinantes vt hostis pueniretur.

Vniuersa bonã concremant.

te statuerunt vt cui contigisset nouē peremptis superesse semet super eos occideret. Ita oēs sibi cōfidebant: q neq; in audendo neq; in sustinendo facinore prestaret alius alij. Et ad extremū ceteri quidē se neci supposuerunt. Vnus vero atq; nouissimus criminū circūspecta multitudine mortuorum ne quis forte in multa cede supesset qui sue manus egeret: vbi cognouit oēs peremptos ignē imittit regię vehemēti vero manu toto per se trāsacto gladio iuxta suos affectus occubuit. Et illi qdē periērūt nulla credentes animam ex nūero suo romanis subditā reliquisse. ¶ Latuit autē vna mulier senior alia quędā eleazari cognata plurimnm sapientia doctrinaq; mulieribus prestans & quinq; pueri per cuniculos qui aquam sub terra potui dicebant abditi cū alij cedibus occupatas mentes haberent qui erant nongenti nūero & sexaginta cū mulieribus simul ac pueris. Hęc aūt calamitas acta est aprilis mensis quitodecimo die. ¶ Romani aūt adhuc pugnā expectantes mane desistunt & ab aggeribus scalarū pontibus iunctis muros aggrediebantur Cum vero hostiū cernerēt neminē: sed vndiq; versū acerbam sollitudinem ignemq; intus atq; silentium quid factū esset cōijcere non poterant & ad extremum velut impellentes ictū arietis vlulatum si quidā forte prouocarent dederāt. Clamorē autem sensere mulieres & ex cloacis emersę factū romanis vt erat indicarunt altera earū quemadmodū dicta vel gesta fuissent oīa manifeste narrāte nō tamen romani facile verbis abducebātur ausi magnitudinem verisimilē non credentes. Ignem vero extinguere conati sunt: perq; hanc viā sectātes cito in regiam peruenerunt. Conspectaq; multitudine mortuorū non vt in hostibus gauisi sunt: sed cōsilij fortitudinē & obstinatū in tanto numero rebus ipsis contēptum mortis ammirabantur. ¶ Huiusmodi autem peracto excidio: in castello quidem presidiū dux reliquit: ipse vero cum exercitu cęsareā profectus est. Nec enim quisq̄ in illis regionibus super erat hostium: sed iam tota iudea belli fuerat lōginquitate subuersa multisq; suorū etiā procul incolentibus sensim pturbationis ac periculū exhibuerat ¶ Nā & circa alexandriā ęgypti ciuitatē postea contigit multos iudeorū pire. His eni qui ex factione siccariorū illic effugere potuerunt: nō satis erat saluos esse. Verū & illic nouas res conabātur vt libertatem defenderent: & romanos quidē nihil se meliores putarent: deum vero solū dominū dicerent. Cū autem quidam his iudeorū non ignobiles aduersarentur illos quidē mactauere alios vero instabant ad defensionē eos rogantes. Eorū autem videntes confidentiā principes seniorum: iam cohibere tutum sibi non esse arbitrabantur / sed congregatis omnibus in concionē iudeis siccariorū temeritatem publicabant illos omnium malorum causam esse demonstrantes & nunc aiebant eos q nec si fugissent certam spem salutis habere viderentur. A romanis enim cognitis statim esse perituros proprias calamitates explere. Ipsis autem qui nullius fuissent eorū delicti participes: cauendū esse ab eorū exitio. Et multitudinē precabantur vt illorū causa romanis ipsorū traditione satisfacerent. His dictis pro specta periculi magnitudine paruerūt: multoq; impetu siccarios aggressi corrupuerūt. Quorū secenti quidem statim capti sunt. Qui vero in ęgyptum oc thebas (quę in illo tractu erant) elapsi sunt non multo post cōprehensi redacti sunt. Quorum non est qui duritiam (siue confidentia siue ptinacia voluntatis dicenda sit) non obstupescat. Omni enim genere tormentorū & vexatione corporū in eos excogitata ob hoc vnum tantūmodo vt cęsarem dominum faterentur nemo cessit neq; dicere velle visus est sed omnes ille necessitates validiorem sententiā conseruauerunt tanq̄ brutis corporibus non animis: etiam cruciatus ignēq; susciperent. Maxime vero puerorū etas miraculo spectantium fuit. Nec enim vel eorum quisq̄ cōmotus est vt dominum cęsarem nominaret / vsq; adeo corporū infirmitatem vis audacię superabat.

Oibus occisis vnus nouissimus circumspecta multitudine mortuorū vbi cognouit oēs perēptos icensa regia gladio trausfigēs occubuit. Hic ægesippus historiam finit. Rōani māe muros scalis aggrediētes neminē hostiū iuenerūt sȝ mulieres arietis ictu pulsę ex cloacis exierūt rem vt erat indicarunt.

Quidā iudeorū i Alexādriā ęgypti trausfugæ libertatē conabātur defendere.

Iudei aggæssi mlto ipetu siccarios sexcētos stati cœperūt. &c

Puerorū maxia pertinacia.

¶ Lupus Alexandrię rector inquietū iudeorū circa res nouas imperatori retulit qui veritus ne in vnū rursus cōgregarentur. templū iudeorū precepit destruere. Onias eñ symonis filius vnus ex pōtificibus concedente ptholomeo prope Nemphī dissimile vero hierosolimitano sed turri similem edificauit. Ornatus quoq; tēpli pter candelabrū similis erat. Hic enim Onias nō bona voluntate templū hoc cōstruxit: sed hierosolimitanorū odio qd ante nongētis septuaginta annis Esayas propheta pdixerat. Lupus itaq; ablatis quibusdā donarijs templū clausit quo mortuo paulinus eius successor nichil in eo reliquit nec diuini cultus pmisit vestigium. Tēpus aūt vsq; ad templū clausū a conditione fluxerāt anni trecenti quinquaginta tres.

¶ Capitulum vigesimum sextum.

Lupus tūc Alexandriæ rector oīa cæsari indicat cui tēplū iudeorū precepit destruere.

LVpus tunc alexandriā rector amministrabat: & de hoc mœtu ad cęsarē velociter retulit. Ille autem in quietum iudeorū circa res nouas studiū esse cauendum existimans: ac veritus ne in vnum rursus congregarentur & quosdā sibi adiungāt: precipit lupo vt templum iudeorū (quod esset apud onyo alias thānis) quę sic appellatur (ciuitatē) destrueret. Hęc autem est in egypto: quę & ob hanc causā coli cœpit & nomen accepit. ¶ Onias symonis filius vnus ex Pontificibus ex hierosolimis fugiens (antiocho rege syrię cum iudeis bellum gerente) alexandriam venit & a ptholomeo susceptus humanissime: propterea q antiocho erat iimicus ait se gentē iudeorū

eius auxilio sociaturum. si dictis suis obtēperasset. Cum autem rex ea(quę posset fieri) promisisset rogauit vt in aliqua ægypti parte tēplum sibi edificare permitteret & more patrio deū colere. Ita enim et Antiochū magis odiosum iudeis (qui tēplū apud hierosolimā vastauisset) ipsiq; beniuolentiores fore eos multosq; ad eos regionis diligentia collegendos. Paruit his ptholomeus cuiq; locum dedit centum & octoginta stadijs memphi distantem. Heliopolitanus autem ille tractus dicitur. Vbi castello fabricato onyas templū quidem dissimile ab eo quod est hierosolymis: turrim autem similē instruxit ingentibus saxis sexaginta cubitis erectam. Areę autem fabricam secundū patriam imitatus est & donarijs similiter exornauit: preter candelabri confectionem Candelabra enim non fecit: sed informatū autē lignum tanq̄ iubaris in luce radiente de aurea cathena suspendit. Totū vero circa templū spacium structo latere circūdedit saxeas portas habente. Concessit autē rex etiā multū agri modum ac pecunię redditus vt sacerdotibus esset copia ad multa quę dei cultus desideraret. ¶ Non tantū hæc onyas sana voluntate faciebat. sed erat ei contētio cum iudeis apud hierosolimam degentibus propter fugæ memorē iracundiā. Et hoc templo edificato arbitrabaṫ ad id se omnē ab hierosolimis multitudine reuocaturum. Fuerat autē olim quędam prædictio annis nongentis septuaginta Isayas q; predixerat huius templi futura in ægipto ab iudeo viro constructionem. Tēplum quidē ita fuerat edificatum. ¶ Lupus autē rector alexandrię susceptis literis imperatoris(cum ad templum venisset) nonnullis ablatis donarijs templū claudit. Postmodum lupo mortuo polinus (qui eius potestate successit) neq; donariorum quicq̄ reliquit(vehementer enim sacerdotibus interminatus est nisi oīa ꝑtulisset) neq; religionis causa ad templū accedere cupientes admisit. sed clausis foribus ita prorsus inaccessum fecit vt ne vestigium quidem diuini cultus in eo loco resideret. Tempus autē fluxerat clusuꝫ templum ex quo fuerat conditum anni trecenti quinquagita tres.

Onyas ptholomeo cōcedente tēplū ꝑpe Memphiꝫ edificauit dissimile hierosolimi. & turrim similem

Onyas nō bōa volūtate tēpluꝫ cōstuxit sed hierosolimitanorū

Lupus ablatis quibusdā donariis tēplum claudit quo mor. paulinus eius successor nihil i eo reliq̄t nec diuini cultus permisit vestigiū

¶ Ionathes ex iudeis vir nequissimus imperitorum multos sibi socians ꝑduxit in solitudinē quē cyrenēsiū iudeorum prestantiores catulo prefecto accusant qui missis millitibus facile eos conprehēdit inermes & multis eorū occisi fugit ionathes: sed quęsitus adducit ad catulū. Qui catulo impietatis prebens occasionē iudeorū locupletissimos falso consilij auctores fuisse accusat Vnde catulus impiissimus alexādrū(quē diu odio habuerat)cum vxore occidit: deinde tria milia virorū (qui diuites erant)trucidauit. Catulus quoq; vt eius lateret iniusticia accusationem etiam cōtra probatissimos iudeorum apud alexandriā & Romę degētium quorū Iosephus qui hęc scripsit vnus erat per ionathē confixit vespasianus vero veritatē suspicatus illos Tyti studio liberauit & ionathem prius verberatū viuum fecit cōcremari Catulus autem propter iniusticiā terribiliter morbo vexatus intestinis exhaustis mortuus est.

Capitulum vigesimum septimum

A Vdacia vero siccariorum veluti morbus quidē etiā ea(quę circa cyrenē erant)oppida cōtigerat. Elapsus em̄ ad eos ionathes homo nequissimus & arte gynesciarius alias textor nō paucis ipitoꝝ vt se attēderēt ꝑsuasit perduxitq; in solitudies cū signa & vmbrarū ymagines se pollicereṫ ostendere. Et alios q̄dē hęc agēdo atq; fallēdo latebat dignitate vero ꝑstantes cyrenēsiū iudeorū appatū eius & perfectionē pentapolitane libię rectori catulo ꝑnunciāt. Ille aūt equitibus ac pedibus missis inermes facile cōprehēdit & magna quidē pars manibus interiit Nonnulli aūt viui capti ad catulū perducti sunt. auctor vero cōsilij Ionathes quidē potuit effugere: multū vero ac diligēter p oēs regiones quęsitus incidit adductusq; ad catulū sibi q̄dē morā pœne moliebaṫ. Catulus aūt iniquitatis ꝑbuit occasionē. Nā ipe quidē locupletissimos iudeorū falso insimulās auctores sibi huius cōsilij fuisse dicebat. Catulus aūt criminationes alacri aīo suscipiebat rēq; delatā multimode cumulabat tragicis etiā verbis exaggerās vt & ipe quoddā bellū iudaicū patrasse videreṫ Quodq; hoc atrocius est pręter credendi facilitatē etiā ductor alias doctor erat calūniandi siccarios. Deniq; cum iussisset iudeorum aliquem alexandrum nominare(cui iom dudum infensus odiū publicauerat) etiam vxore eius Benicie alias Beronice criminationibus implicata hos quidem priores occidit: deinde omnes pecuniarum copiis eximios tria simul virorum milia trucidauit & hæc secure facere arbitrabaṫ q̄d eorū patrimonia redditibus cęsaris sociebat. ¶ Nec vero vel alibi degentiū quisq̄ iudeorū eius iniusticiā confutaret etiam longius mendacium propagauit. Ad Ionathę nonnullisq; aliis qui cū eo comprehensi fuerāt persuadet nouarū rerum accusationem viris inferre probatissimis iudeorum: apud alexandriam & romę degentium. Horum autem qui per insidias accusati sunt vnus erat Iosephus (qui hęc scripsit)Non tamen catulo factio ita(vt sperauerat)accessit. Nam romam quidem venit Ionathē cæterosq; vinctos adducens. Finemq; arbitrabatur esse questionis apud se ac per illū cōflatam calumniā. vespasianus autē rem suspicatus veritatem inquirebat cognitione non iure accusationem hominibus illatam. Illos quidē tyti studio criminibus soluit meritā vero pœnam in ionathem

Ionathes ex iudeis vir nequissimus multos imperitoꝝ sibi socians ꝑduxit in solitudines &c.

Ionathes(catulo iniquitatis ꝑbēte occasionē) iudeoꝝ locupletissimos falso cōsilij auctores accusat. &c.

Catulus accusationē etiā cōtra ꝑbatissimos iudeorū(quorum Iosephus vnus fuit) vt eius iniusticia lateret per Ionathē cōfixit

Ionathes verberatus viuus cōburitur.
Catulus ob iniusticiā terribiliter morbo vexatus & itestinis exhaustis mortuus est
Conclusio opis & veritatis testimonium

statuit. Prius enim verberatus: viuus exustus est. Catulo autem tunc quidem propter leuitatem principum obtigit: ne quid amplius reprehensionis experiretur. Non multo autem post multiplici morbo & insanabili correptus acerbissime liberatus est. Non corporis tantum sustinens cruciatū: sed erat ei maior animi morbus & grauior. Terroribus enī expauescebat. & crebro videbat sibi instātes vmbras eorum (quos peremerat) & clamitabat: cumq; se tenere nō posset exiliebat stratis tanq̄ tormentis sibi & flammis adhibitis. Hoc autem semper multum proficiēte malo extisq; defluentibus ac intestinis exaustis ita est mortuus nulla re alia magis diuine factus indicium: q̄ q͞ nequissimos vlciscatur.

¶ Hic nobis finis est hystoriæ quā ꝓmisimus nos cū om̄i veritate tradituros: cognoscere cupiētibus quemadmodum hoc bellum a romanis ita gestum est cum iudeis. Et qualiter quidem sit expositum lecturis vt dicant relinquatur. De veritate autem confidenter dicere non pigebit q͞ eam solā per omnia (quę scripsi) habuerim coniecturam.

FINIS.

¶ Exaratum habes (lector optime) flauium Iosephū hystoricum illustrissimum de bello Iudaico per veneabilem Ruffinū pręsbyterū de gręco in latinum traductum. Antehac q̄dem mendose īpręssum: ac īfinitis ferme locis deprauatū. Nūc vero per grauissimum atq; ꝓfundissimū theologię doctorem: nec nō professorem magistrum Robertū Goullet nō sine multa lucubratione ingentiq; labore in statum suū pristinum restitutus / excultus / & vbiq; emendatus. adiectis singulorum capitum cōpendiosis argumentis cum annotatiūculis p̄ q̄ vtilitibus in margine collocatis: nec non cum concordantijs ad libros eiusdē de Antiquitatibus & ad Aegesippū christianum de excidio hierosolimitano.

ℂ Josephi iudei ad epaphroditum de antiquitate iudaice gẽtis: contra Grecos Manethonem Appionẽq; & alios egyptios cõscriptio(quã nouissimã post omnia opera ędidit)In duos subdiuidẽs libros(quoꝝ Primus specialiter cõtra Grę cos & Menethonẽ & Secũdus cõtra Appionẽ intitulatur)nouiter impressa atq; per capitula(hucusq; nõ)ęgregie distincta adiectis singulorum capitũ argumentis cũ annotatiũculis perq̃ vtilibus Per gra uissimum atq; ꝓfundissimũ theologię ꝓfessorẽ ma gistrũ Robertũ Goullet hic sumit exordium.

Liber primus.

ℂ Iosephus qui antiquitatum libros quinq; milia annorum tẽpus cõtinentes graeco conscripsit ser mone. Iudeoꝝ genus vetustissimum probare conat̃: & iudeos accusat mẽdacio omnia grecorũ noua esse & apud eos iuniorẽ historię diligentiã fuisse. sed apud ęgyptios Caldeos & phoenices asserit anti quissimã. Hij eni tẽperatas habitãtes regiones diligẽter sua facta cõscripsere. Greci aũt litteraꝝ vsum sero habuerũt apud quos Homeri poema vetustissimũ est. Troianis eni rebus (vbi tot annis militatũ est)modernarũ litteraꝝ nõ fuit vsus. Grecoꝝ quoq; primi philosophi caldeorũ fuerũt discipuli. Nul la eni est illis firma scientia sed solũ scrupulosa opinio & ex eisdẽ rebus inter ipsos cõtraria cuius erro ris duas assignat causas quia scilicet eis ab initio studiũ nõ fuit publicas de his quę semper agunt̃ ꝓ ferre cõscriptiones & laudis maxime fuerunt cupidi.

Capitulum primum.

SVFFICIENTER vt arbitror & per libros antiquitatũ opulentissime vi rorũ Epaphrodite legẽtibus eos aperui de nostro genere iudeorũ quia & vetustissimũ est & primã cõscientiã ꝓpriam habuit quinq; milia enim annoꝝ numerũ historiam cõtinentẽ ex nostris sacris libris greco sermõe cõscripsi. ℂ Quoniam vero multos video respicientes blasphemiã quo rundam insane ꝓlatem & ea quę a mede antiquitate cõscripta sunt non credẽtes putãtes mendaciũ nostrũ sit genus/ eo q̃d nulla memoria apud Grecorum nobiles. Historiographos digni sũt habiti nostri maiores. Pro oibus his arbitratus sum oportere me breuiter hęc dicta cõscribere & de rogantiũ quidẽ vesanum spõtaneũq; increpare mendaciũ. aliorum vero ignorantiã pariter emẽdare vniuersosq; de nostra antiquitate qui scilicet veritatẽ amplectunt̃ edocere. Vtar autẽ in meis dictis testibus eis qui de omni antiq̃tate apud grecos fide digni sunt iudicãdi. eos autẽ qui blaspheme de nobis atq; falaciter cõscripsere aliqua p semetipsos cõficta indubitãter ostendã. Conabor etiam causas exponere ꝓpter quas nõ multi in Grecis historijs gẽtis nostrę fecere memoriã necnõ & eos quidẽ nobis nequaq̃ scri bere voluerunt nesciẽtibus aut nescire simulãtibus indicabo. ℂ Primitus itaq; satis admiror eos qui existimãt oportere de rebus antiquis Grecis tantũmodo fidẽ habere & ab eis cõsulendã esse verita tis integritatẽ. Nobis aũt & alijs hoibus non esse credendũ. Sed ego omnia in his contraria video cõ tigisse. Quapropter decet nõ varias opiniones inspicere sed ex ipsis rebus iusticiam ponderare. Om nia siquidem Grecorum noua heri(vt ita dicam)nuper facta cognoui. Et hęc fabricas ciuitatũ & ad inuentiones artium conscriptionesq; legum cunctarumq; rerum iunior apud eos est historię diligen tia conscribenda. Apud ęgyptios autem atq; Chaldeos & phoenicas/ desino eni nos illis connumera re sicut ipsi fatent̃/res gestę antiquissimam & pmanentem habent memorię traditionẽ. Nam & locis oẽs inhabitant quę nequaq̃ aeris corruptioni subiaceãt. Et multam ꝓuidentiam habuere/vt nihil ho rum quę apud eos agunt̃ sine memoria linquerent̃/ sed in publicis cõscriptionibus semper a viris sa pientissimis dicerent̃. Grecorum vero regionem innumerę corruptiones inuasere/rerũ memoriã delẽ tes. Qui aũt nouas cõstituentes cõuersationes omniũ se pręesse credidere. Sciat quia etiã sero & vix naturã potuere agnoscere litterarũ. Nã antiquissimũ earum vsum habuisse credunt̃ a phoenicibus & a Cadmo se didicisse gloriant̃. Sed neq; illo tẽpore poterit aliquis demõstrare seruatã conscriptionẽ neq; in templis neq; in publicis anathematibus qñ etiã de Troianis rebus vbi tot annis militatũ est. Postea multa questio atq; cõtentio facta est/vtrũ lr̃is vsi sũt. Et magis veritas obtinuit eo q̄ vsus mo dernarum lr̃arum illis fuisset incognitus. ℂ Cõstat aũt q̃m apud grecos nulla inuenit̃ absolute cõscri ptio poemate Homeri vetustior. Et hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestũ est. Et ante neq; hunc lr̃is suum poema reliquisse sed cantibus memoria reseruatũ postea fuisse cõpositum & ꝓpterea multam in eo conspexi dissonantiã. Qui autẽ historias apud eos conscribere tentauere .i. hi qui circa Cadmum Millesium & acusilaum argiuum & post hunc quicunq; alij fuisse referunt̃. Paululum tem pus pſiccam apud Hellanicum militiã p̄cessere. ℂ Sed eos etiã qui de celestibus & diuinis primitus

Iudeoꝝ genus vetustissimũ.
Greco sermõe scripti libri anti quitatũ tẽpus quinq; milia an norũ cõtinẽs.

Oĩa grecoꝝ no ua & apud eos iunior est histo rię diligẽtia.
Aegiptij caldei phoenices tẽpe ratas habitãtes regiões diligen ter sua facta cõ scripserunt.

Greci sero lr̃aꝝ vsum habuerũt

Troianis mo dernarũ lr̃arum nõ fuit vsus.
Homeri poema apud grecos ve tustissimũ.

Græcorū primi philosophi chaldeorum & egyptiorū fuerūt discipuli.

Apd grecos nō est firma scientia sed solū scrupulosa opinio & ex eisdem rebus inter ipsos contraria.

Varia argorum historiæ narratio & Atticorū.

Duas causas diuersitatis inter grecos assignat prima.

Laudis cupidi greci.

apud grecos philosophari id est Pherechidē Syrum & Pythagorā & Thaletē oēs cōcorditer cōfitent ægyptiorū & Chaldeorū fuisse discipulos & breuiter cōscripsisseq; a grecis oim antiquissima iudicātur ita vix ea credant ab illis fuisse cōscripta. Quomodo ergo nō est irrationabile/vt tali factu vegetent. Greci tanq̄ soli sciant vetera/& veritatem eorū sub scrupulositate de antiquis non ab ipsis cōscriptoribus facillime discant quia neq; firmiter scientes aliquid conscripsere/sed q̄ vnusquisq; opinatus est hoc studuit explanare. Vn̄ etiā libris suis alterutros arguunt: & valde cōtraria ex rebus eisdem nō piget edicere. ¶ Sed ego videbor ne potioribus esse superfluus si explanare voluero/q̄tis quidem locis Hellanicus ab acusilao de genealogijs discrepat/& in quantis Herodotū corrigit acusilaus. Aut quomodo Ephorus quidem Hellanicū in plurimis ostendit esse mendacem. Ephorum vero Timeus/Timeum qui post illum fuere. Herodotum vero cuncti/sed neq; de singulis cū antiocho & Philisto aut Gallia Timens concordare dignatus est. ¶ Neq; rursus de atticis hi qui attidas cōscripserunt aut de argolicis qui de argis historiam ꝓtulere/alterutros consecuti sunt. Et quid oportet dicere de ciuitatibus breuibusq; rebus qn̄ de militia Persica & his que in ea sunt gesta/tantum viri ꝓbatissimi discordasse noscunt. In multis autem etiam Thucydides tanq̄ fallax accusat licet scrupulentissimā secundū se historiam conscripsisse videat. ¶ Cause vero huius dissonantie multe forsam & alie querere volentibus apparebunt. Ego vero duabus quas dicturus sum maximam huius summā diuersitatis ascribo. Et quidem primum dico eam que mihi ꝓprior esse videt. Id est eo q̄ ab initio nō fuerit studiū apud Grecos publicas de his que semper agunt proferre conscriptiones. Hoc etenim p̄cipue & errorem & potestatem mentiendi posteris vetus aliquid volentibus scriptitare cōcessit. Non enim solummodo apud alios grecos publica conscriptio est neglecta. Sed neq; apud ipsos athenienses quos terrigenas esse dicunt/discipline q; cultores aliquid huiusmodi reperit. Sed publicarum litterarum antiquissimas esse dicunt leges que a Dracone eis ex Phœnicibus sunt conscripte ante modicum tempus tyrānidis Pisistrati. De arcadibus autem in antiquitate gloriantibus quid oportet dici? Vix enī isti & postea litteris eruditi sunt. Cum ergo conscriptio nulla p̄poneret que & discere volentibus edoceret & mentiētes argueret multa inter alterutros cōscriptores discordia generata est. Quoniam qui ad p̄scribendū se preparabant non studium veritatis exhibuerunt. Licet hec promissio semper habetur in promptu sed verborum magis habere ꝓlationem maximā. Et queadmodum laudari se in hoc super alios estimarent ad hoc potius semetipsos aptabant. Aliqui vero ad fabulas sunt conuersi. Aliqui aūt ad gratiam aut ciuitatē laudantes/aut reges. Alij semetipsos ac accusandas causas aut cōscriptores tradidere. In hoc se forte ꝓbabiles estimantes & omnino hoc agentes quod historie nimis aduersum est. Vere siquidem historie indicium eum/si eisdem rebus omnes eadem dicant atq; conscribant. Hi vero cum quedam aliter conscriberent q̄ alij tunc se putabant omniū veratiores ostendi. Quapropter causas quidem verborum & calliditatis eorum cedere nos grecis oportet. Non autem de antiqua historie veritate & maxime de rebus ꝓprie vniuscuiusq; prouincie.

¶ Aegypti & Babilonij atq; Iudei soliciti fuerunt & diligentissimi circa historiarū conscriptiones. Vn̄ apud Iudeos multa integritate seruatum est: sacerdotum nuptias secūdū eorum antiquā lineam cōprobare quorum successio duobus milibus durauit annis. Certissima quoq; est iudeorum conscriptio ꝓpter diuinam inspirationem: librorumq; ordinē qui solū sunt viginti duo omne tempus cōplectentes quorum quinq; Moyses & alios vsq; ad Artaxerxē sancti ꝓphete cōscripserunt. Multi neq; Iudeorum ꝓpter legis conseruationem multa passi sunt tormenta. Sed grecorum nullus ꝓpter suam quicq̄ passus est cum ex conscribentium pendeat volūtate. Multa quoq; in describendo Iudaica bella greci mentiti sunt. Iosephus vero quia omnibus interfuit dux galileorum verā conscripsit historiā & imperatores (quibus libros obtulit) testes ꝓducit. Libros aūt antiquitatū ex sacris voluminibus dicit se fuisse intantatum: belli vero historiam (aut quia multarum operationū operator fuit aut inspector) veraciter conscripsisse.

¶ Capitulum secundum.

Aegyptij & Babilonij antiqui circa cōscriptiones diligētissimi Iudei etiam so-

QVoniā vero egyptios & Babilonios ex lōgissimis olim tēporibus circa cōscriptiones diligētia fuit/qn̄ sacerdotibus erat iniunctū & circa eas ipsi philosophabant. Caldei vero apud Babylonios & quia p̄cipue Grecis immixti vsi sunt phœnicis lr̄is circa dispēsationes vitæ & cōmuniū operū traditionem. Dū consentiāt oēs tacendū hoc puto. De nostris vero ꝓgenitoribus quia eandē quā predicti habuerunt in conscriptionibus sollicitudinē desino dicere etiā potiorē pōtificibus & ꝓphetis hoc imperātes. Et quia vsq; an nostra tēpora cū multa integritate seruatum est si oportet audētius etiam seruabit. Conabor breuiter edocere non enim solūmodo ab initio ꝓbatissimos viros & inde placatione p̄paratos ad hec exercēda constituerunt. Sed quatenus etiam genus sacerdotū sine pmixtione puruq; consisteret ꝓuiderunt. Oportet etiā cum qui sacerdotū habiturus est ex eiusdē gētis nasci muliere & neq; ad pecunias & neq; ad honores inspicere. Et de hoc p

antiquam lineam & multis testibus approbare. Quod scilicet agimus non solū in ipsa iudęa/ sed vbi cūq; nostri generis cōstitutio reperit/etiam ibi integritas ista seruat circa nuptias sacerdotū/ hoc est in ęgypto & Babylonia & quocūq; terrarū orbe quilibet de sacerdotum genere sunt dispersi. Mittūt enim in Hierosolymā conscribentes a patre nomen nuptę & antiquorum progenitorum quicūq; huius rei testimonia prębuere Si autē bella proueniāt sicut iam crebro factum est Dum anthiochus Epiphanies ad nostram venisset regionem & Pompeius Magnus & Quintilius Varus & pcipue nostris gesta temporibus/tunc hi qui de sacerdotibus supersunt ex antiquis litteris iterum noua cōficiūt & probant mulieres quę relinquunt. Non enim ad captiuas accedunt alienigenarū consortia formidantes. Iudicium vero integritatis hoc maximum est quia pōtifices apud nos a duobus milibus annis denominati filij a patre conscripti sunt. His autem qui prædicti sunt si quid pręuaricent interdicitur ne vel ad altare accedāt vel alia sanctificatione fungant. ¶ Recte siquidem potius autē necessarie cum neq; conscribendi potestas omnibus data neq; alia sit in discretione discordia. Sed solūmodo pphętis antiquissima quidē & veterrima secundum inspirationē factā a deo cognoscētibus. Alia vero secūdū se sicuti sunt facti palam cōscribentibus infiniti libri non sunt apud nos discordantes & sibimet repugnantes sed solummodo duo &.xx. libri habentes temporis totius cōscriptionem/ quorum iuste fides admittit. ¶ Horum ergo quinq; quidē sunt Moyses qui natiuitates continent/ & humane generationis traditionē habent vsq; ad eius mortē. Hoc tēpus de tribus millibus annis paululū minus est ¶ A morte vero Moyseos vsq; ad artaxerxē psarum regem qui fuit post Xerxem pphetę post Moysen/ & quę secundum eos sunt gęsta conscripserunt in.xiij. libris. Reliqui vero.iiij. hymnos in deum & vitæ humanę noscunt pignora continere. ¶ Ab artaxerxe vero vsq; ad nostrū tēpus singula quidem conscripta non tamen priori simili fide sunt habita eo q non fuerit certa successio pphetarum. Palam namq; est ipsis operibus quemadmodum nos proprijs litteris credimus tanto namq; seculo iam pterito neq; adijcere quicq̄ aliquis nec auferre nec transformare psumpsit. ¶ Omnibus enim insertū est mox & prima generatione iudęis hęc diuina dogmata nominare/ & i his vtiq; permanere. Et ppterea si oporteat mori libenter. Iam itaq; multi captiuorum frequenter tormentis affecti sunt & mortes varias in theatris sustinuere ne vllum verbum contra leges admitterēt aut cōscriptiones habitas violarent. Qui græcorum aliquid tale perpessus est? quando neq; fortuitā sustinere lęsionem volunt licet omnia apud eos scripta destruantur. Verba enim hęc esse putant secundū conscribentium volūtates exposita. Et hoc iuste etiam de antiquis sapiunt quoniam aliquos nunc quoq; vident psumentes de his rebus conscribere quibus neq; ipsi interfuere neq; credere scientibus acquiescūt. ¶ Deniq; de bello quod apud nos contigit nuper quidam historias cōscribentes ediderunt. Dū neq; ad ea loca venerint/ neq; in proximo rerum gestarum fuerit. Sed ex auditu quędam pauca cōponētes impudēter semetipsos videntur historię nomine iactitare. Ego vero & ex omni bello & quę ibi particulariter gesta sunt veram descriptionē feci dum ipse rebus omnibus interfuerim. Dux etenim apud nos Galilęorum eram/ donec fuit defendendi facultas. Contigit autem vt caperet a romanis/ & habentes me Vespasianus & Titus in custodia vniuersa semper inspicere faciebant primo quidem vinctus postea vero solutus cum Tito ab alexandria ppter obsessionem Hierosolymorum directus sum eo tempore nichil est gestum quod meam potuisset latere noticiam. Nam videntes Romanorū exercitum vniuersa sub diligentia describebam. Et ea quę nunciabantur ab his qui semetipsos tradebāt/ ego solus integrius intelligens disponebam. Deinde Romę tempus vacationis habens omni iam negocio pręparato vsus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam gręcam rerum eruditionem exhibui. Tātaq; michi securitas affuit veritatis vt primos omnium imperatores belli. Vespasianum & Titum testes non exposcerem. Primum namq; illis obtuli libros/ & post illos multis quidem Romanorum qui bellis interfuere/ plurimis vero nostrorum eos etiam venundaui/ qui gręca sapientia videbantur imbuti quorum est Iulius archelaus. Herodes honestissimus & ipse admirabilis rex agrippa. Isti siquidē vniuersi testimonium perhibuere/ quia veritatem diligens excolui/ non reperiemus forsitan aut tacēs siquid gestorum per ignorantiam aut per gratiam commutaui aut pretermisi. ¶ Quidam vero praui homines derogare meę historię sunt conati tanq̄ in scolis adolescentium propositum exercentes/ & accusationis inspiratę atq; detractionis facientes opus/ cum oporteat illud sciri quia quod conuenit promittentem alijs rerum veraciū traditionem. Ipsum prius hac nosse certissime aut rebus gestis adherendo aut ab scientibus consulendo. Quod ego pręcipue circa vtrūq; me credo fecisse negocium Antiquitatis namq; libros sicuti dixi ex voluminibus sacris interpretatus sum cū essem genere sacerdos & participarem illarum sapientiam litterarū. Historiam vero belli conscripsi multarum quidem actionum ipe operator plurimorū vero inspector existens & omnino eorum quę dicta vel gesta sunt nihil ignorans. Quomodo ergo non procaces quilibet existimabit eos qui aduersum me nituntur de

Sacerdotū nuptię scdm antiquā iudeorum lineā testibus vbiq; cōprobant.

Pōtificū successio a duobus milibus ānis apd Iudeos.

Certissima iudeorum cōscriptio pter diuinā inspirationē & ordinē librorū q solum sunt lxxij. oē tēpus complectantes quorum quiq; scripsit moyses & alios vsq; ad artaxerxē pphetę scti scripsert.

Propt legē multi iudeorum mlta passi sūt sed grecorū nullus propter suam cū sit ex cōscribentiū voluntate.

Taxat græcos de mēdatio i cōscriptiōe historiæ de Iudaico bello Ipe vero q oibus interfuit dux galileorū verā conscripsit historiā suā q; post captiōnē narrat fortunā & quō cum diligētia oia pspiciēs redegit iscriptis testesq; veritatis iperatores qbus pmi libros obtulit & multos alios adducit &c.

Cōtra emulos suos.

veritate contendere? Qui licet imperatorum commenta legisse dicuntur/nō tamen nostrorum repugnantium rebus interfuere.

¶ Iosephus aduersus grecos disputat qui iudeorum nouellam dicunt conuersationem eo ꝙ de illis (vt dicunt) nichil in eorum cōscriptionibus reperiatur huius causam assignat. Iudeorum enim conuersatio procul a mari ab omnibus semota est populis: quare hij nō fuerūt cogniti sicut alię nationes quę mercimonijs alijs cognitæ fuerunt vt phœnices & ęgyptij. habitantes enim procul a mari multis temporibus ignorati sunt vt Romani quorum fama sero venit ad Grecos loci enim distātia causa est ignorantię. Greci autem suę antiquitatis vicinas adducunt regiones. Iosephus vero ęgyptios & phœnices inimicos pro se & primum Manethonem ęgyptium producit testem qui iudeorum in ęgiptum ingressum & exitum describit pastores ipsos appellans & quandoq; captiuos. Antiquis enim iudeorum ꝓgenitoribus pascere mos erat qui pascualem habentes vitem pastores appellabant. Quiq; Ioseph regi se captiuum dixit ideo captiui sunt vocitati. Iteratum insuper Manethonis adducit testimonium qui populi pastorum egressum de ęgypto sub Themuse rege in hierusalem describens eorum antiquitatē manifestat & eos trecentis quadraginta tribus annis ęgyptū habitasse anteq̄ danaus venisset ad Argos.

Capitulum tertium.

Intētio auctoris i hoc opere.

DE rebus itaq; necessariam feci descriptionē significare volens facultatē eorum qui historiā scribere cōpromittunt. Et sufficienter sicuti reor palā faciūt quia cōscriptio rerū apud Barbaros potius solēnior q̄ apud Grecos est. ¶ Volo paululū primitus disputare aduersus eos qui cōtendunt nouellē esse nostrā cōuersationē eo ꝙ nihil de nobis vt aiunt illi dictū sit a conscriptoribus grecis. Deinde testimonia antiquitatis ex aliorum litteris exhibebo/ & eos qui nostro blasphemāt generi valde ipsi ratione blasphemare mōstrabo. ¶ Nos igitur neq; regionē maritimam habitamus neq; mercimonijs cōgaudemus neq; per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed quidē nostrę ciuitates procul a mari positę regionēq; vberrimā possidentes. In ea assidue laboramus pręcipue circa filiorum nutrimēta studētes legūq; custodiā & traditionē pietatis totius opus vitę necessariū iudicamus. Cū adsit igitur hic quę ꝑdicta sūt cōuersationi nostrę etiā vita remotior. Nihil fuit in antiquis tēporibus quod faceret nobis permixtionē grecorū sicut ægiptijs mercimonia quę ab eis reijciuntur & ad eos rursus introducunt. Et iterum habitatoribus Phœnicię maritimæ studentibus circa contractus atq; negocia amore pecunię requisita/ Sed neq; latrocinia sicut quidam alij vacuare aut amplius habere concupiscentes patres nostri ad bella conuersi sunt licet regio nostra multa milia virorum fortium possideret. Phœnices ergo propter negocia ad Grecorum prouinciam nauigātes repente sunt agniti/ & per illos ægyptij & omnes a quibus ad Grecos honorē deuehebant immēsa maria proscindētes. Medi vero postea atq; Persę palam in asia regnauerunt/ & vsq; ad alterā epirū Persę militauerunt. Thraces autē ꝓpter vicinitatem & Scythiā ab his qui pontū nauigant cogniti sunt & omnino vniuersa iuxta mare/ vel orientale vel hesperum habitantes aliquid conscribere volentibus cogniti facti sunt. ¶ Qui vero superius habitabant & procul a mari multis sunt tēporibus ignorati. Et hoc apparet etiā circa Europam contigisse quando de Romanorum ciuitate tam longo tempore adepta potestate tantasq; causas belli cōficiēte. Neq Herodotus neq; Thucydides/ nec vllus qui fuit cū istis fecit aliquam mentionē. Sed sero tandem & vix ad grecos potuit eorū fama peruenire. ¶ De Galathis enim & Hiberijs sic ignorauere hi qui putantur subtilissimi conscriptores/ quorū est Ephorus vt vnā ciuitatem esse arbitraretur Hiberas. Qui tantā partem Hesperię terrę noscuntur inhabitare. Et neq; mores eorum qui fiunt apud eos vel qui dicuntur tanq̄ sic vtentibus referre præsumunt. Causa vero ignorantię veritatis est eo ꝙ procul abessent. Vt autem falsa conscriberent eoq; vellēt videri aliquid amplius ab alijs retulisse. ¶ Quomodo ergo mirari decet si neq; nostra gēs plurimis erat certa neq; ad scribendū de se aliquā dedit occasionem & ita constituta procul a mari & ita cōuersi deliberans. Pone igitur nos argumento vti velle grecorū quia nō est genus eorū antiquū eo ꝙ neq; in nostris voluminibus de eis sit aliquid dictum. Nōne omnino deridebāt causas huiusmodi a me ꝓbatas/ & testes vicinę regionis adducant antiquitatis suę. Igitur ergo hoc conabor efficere. Aegyptijs & Phœnicibus ꝑcipue testibus vtar/ cum nullus eorum potuerit tanq̄ falsum accusare testimonium. Et videtur maxime circa nos inimici in communi quidem omnes ægyptij & Phœnicum vero Tirij De Chaldeis autem nequaq̄ hoc dicere potero: quoniam & generis nostri principes cōstituti sunt: & ꝓpter cognationē in cōscriptionibus suis meminere iudeorū Cū vero fidem de his ꝓbauero: & blasphemias falsas ostendero tunc etiā Grecorū conscriptores memorabo/ qui iudeorum fecere memoriam vt neq; huiusmodi occasio relinquatur in iudeis nobis faciendę contētionis ¶ Inchoabo aūt primitus a litteris ęgyptiorum quas non arbitrantur commendare quę nostra sunt. Manethon itaq; genere viri ęgyptiorum greca disciplina participatus sicuti palā est/ scripsit enim voce helladica paternę reli-

Iudeorū cōuersatio ꝓcul a mari ab om̄ibus semota ppl'is q̄re nō fuerūt cogniti sicut alię gñationes vt phœnices p mercimonia & ęgyptij &c.

Medi.
Persę.
Thraces.
Habitātes ꝓcul a mari multis tēporibus ignorati sunt vt romani quorū fama sero venit ad grecos.
Galatheę.
Hiberij.

Cā ignorātię loci distantia.
Grecivicinas regiões testes suę atiqtatis adducūt ægyptios & phœnices inimicos iosephus suę atiqtatis testes adducit.

gionis historiam ex sacris sicut ait ipse interpretatus libris frequenter arguit Herodotum in ęgyptiacis ignoratione mentitū. Ipse quidē Manethon in secūdo ęgyptiacorꝫ hęc de nobis scripsit. Ponā vero etiā sermonū eius tanq̄ testimonij iure ꝓlatum honorabile nomen sub hoc nescio quomodo deus inspirauit & p̄ter spem ex partibus orientalis homines genere ignobiles adepta fiducia in prouincia castra metati sunt. Et facile ac sine bello eam potenterq; cœperunt & principes eius alligantes de cętero ciuitatis crudeliter incendere & deorum tēpla vertere. Circa omnes vero prouinciales inimicissime vsi sunt alios quidē perimentes aliorum vero & filios & coniuges ad seruitia redigentes nouissime vero & vnum regem ex se fecere cui nomen erat Sualitis hic in menfidem veniēs superiorē inferioremq; ꝓuinciam diuidēs castra in oportunis relinquens locis. Maxime etiā partes muniuit orientales ꝓspiciens. quoniā Assyrij aliquando plus valentes erant desideraturi regnū eū inuadere. Inueniens autem in Nomoto suati ciuitatem opportunissimā positam quidem ad orientem/ Buliastitis fluminisq; appellabaꝫ a quadam antiqua theologia Euaris. Hāc fabricatus est & muris maximis cōmuniuit collocans ibi multitudinem armatorum vsq; ad ducenta quadraginta milia virorꝫ eā custodiētiū Hic autē missis tēpore veniebat tā vt frumenta meteret & mercedes exolueret quā vt armatos ꝓ terrore extraneorū diligēter excitaret. Qui cū regnasset decemnouē ānis vita priuatus est. Post hūc aūt regnauit alter quattuor &.xl.annis Beon nomine. Post quē alter apachas sex &.xxx.annis & mēsibus septem. Deinde & aposis vnū & sexaginta & Samnas quinquaginta & mense vno. Post autem omnes ases nouē &.xl.& mensibus duobus. Et isti quidem sex apud eos fuere primi reges debellantes semper & maxime ęgypti radicem amputare cupiētes. Vocabaꝫ autem omne genus eorū Sesos hoc est reges pastores Se enim sacrarum linguarum regem significat. Sos vero pastorem siue pastores secundum sermonē communis eloquij & tantum cōpositum inueniꝫ. Hyesos quidam vero dicūt eos arabas esse. In alijs autē exemplaribus non reges significari cōperi per appellationē Hic sed e diuersos captiuos declarari neq; pastores. Hic enim rursus ęgyptiaca lingua & hac q̄n pingui sono ꝓfertur captiuos aptos significat/ & hoc potius verisimile mihi videꝫ/ & historiæ āntiquę cōueniēs. Hos ergo quos p̄diximus reges/ & eos qui pastores vocabanꝫ/ & qui ex eis fuere obtinuisse ægyptum ait annis vndecim/ & quingētis. ¶ Post hęc aūt regum thebaidis & alteris ęgypti factam dicit super pastores inuasionem & bellum maximum & lōgęuum eis illatum. Sub rege vero cui nomen erat alisfragumtos alias Alisfragmatheseos victos dicit pastores/ & alterā quidē vniuersam ęgyptū pdidisse. Inclusos autem in locū habentē mensurā terrę vlnarū vndecim miliū. Cuij loco nomen est auari Hunc Manethon dicit omnē maximo muro atq; robustissimo circūdidisse pastores quatenus & oēm possessionem munitā haberent simul & p̄dam suam. Filium vero alisfragmathoseos Themusis dicit. Conatum quidem eos per obsessionem capere & fortiter cum quadringentis.lxxx.milibus armatorum eorum muris excubuisse. Cum vero obsessionem desperasset/ pacta cum eis fecisse vt ęgyptum relinquētes quo vellent innoxij omnes abirent. Illos vero his ꝓmissiones impetratis cū omni domo & possessionibus non minus ducenta.xl.milia numero ex ęgypto p desertum in Syriā iter egisse & metuētes assyriorum potentiam/ tunc enim illi asiam obtinebant in terra quę nūc iudea vocitatur ciuitatē ędificasse/ quę tantis milibus hominū sufficere potuisset/ eamq; Hierosolymam vocitasse. ¶ In alio vero quodā libro ęgyptiacorum Manethon hanc ip̄am gentē/ id est qui vocabanꝫ pastores in sacris suorū libris captiuos ascriptos rectissime dixit. Nā antiquis progenitoribus nostris pascere mos erat/ & pascualem habentes vitam vocabantur ita pastores. Sed & captiui non irrationabiliter ab ęgyptijs sunt quoniam progenitor noster Ioseph dixit ad regem ęgyptiorum se esse captiuū & fratres in ægyptū posterius euocauit rege pręcipiente. Sed de his quidem in alijs examinationem subtilius faciemus.

¶ Nunc aūt huius antiquitatis ꝓducam testas ęgyptios rursumq; quomodo se habeāt verba Manethonis circa ordinem tēporum aperte describā sic enim ait. Postq̄ egressus est ex ęgypto populus pastorum ad hierosolymam/ expulsor eorum rex Themusis regnauit post hæc annis.xxv. & mensibus iiij. & defunctus est. Assumpsit regnum filius Chrebron annis.xiij. huius aūt amenosis annis.xxj. & mensibus.ix. Misfris autem.xij.& mensibus nouem. Misranthusis.xxv.& mensibus decem. Et musis autem nouem & mēsibus octo. Amenosis vero.xxx.& mansibus.x. Orus.xxx.sex & mensibus quiq; huius autē filia acenchies.xij.& mense vno. Rathotis vero frater nouē. acencheridis autē duodecim menses.iij. Armes vero.iiij.& mense vno. Armesis autē vnū & mēses.iiij. Armesismianus vero sexaginta sex & menses.ij. Amenosis.xix.& menses sex. Sed hossis autē equestrem & naualē virtutē habens fratrem quidem armē procuratorem ægypti cōstituit/ & omnē ei aliā regalem cōtulit potestatē tantummodo aūt diademate vti ꝓhibuit & ne reginam matrem filiorum opprimeret imperauit & vt abstineret etiam ab alijs legalibus concubinis. Ipse vero ad Cyprū & Phœnicum & rursus contra assyrios atq; Medos castrametatus vniuersos quidem alios ferro alios sine bello terrore magno virtu-

Testimonium Manethonis ęgyptij de iudeorum antiq̄tate.

Sualitis.

Buliastris ciuitas.

Sesos q̄d significat.

Regnū thebaidis alisfragūtos rex pastores victos iclusit i loco vndecim miliū vlnarꝫ dicto Auari Themusis rex ęgyptius de ęgypto iudeos q hic pastores appellantur expulit.

Iudei quare a manethone pastores dicti sūt & captiui.

Manethōis iteratū testimoniū de antiquitate iudeorum.

tis sibimet subiugauit. His vero fœlicitatibus eleuatus cōfidentius incedebat orientales vrbes ac ꝓuincias subuertendo/multoq; tempore procedente armes qui in ęgypto fuerat derelictus omnia cōtraria quę eū frater agere monuerat sine timore faciebat. Nam & reginam violēter abiecit/& alijs cōcubinis sine parcitate iugiter miscebat͂ suasusq; ab amicis vtebat͂ & diademate & rebellabat fratri. Is vero qui cōstitutus erat super sacra ęgyptia scribens librū. Sed hosti direxit & cūcta significās & q̄ rebellaret ei suus frater armes. Qui repente ad Pelusium destinauit & ꝓprium tenuit regnū Prouincia vero vocata est ex eius nomine ęgyptus. Dicit enim quia Cethos ægyptus vocabatur Armes autem frater eius Danaus. Hęc quidem Manethon. ¶ In palā vero est ꝑredictis annis tempore cōputato quia hi qui vocabant͂ pastores id est nostri ꝓgenitores ex ægypto liberati ante tres & nonaginta atq; trecentos annos hanc ꝓuinciam inhabitauere q̄ Danaus ad argos accederet licet hunc antiquissimum argiui esse cōfidant. ¶ Duas igitur res Manethon maximas pro nobis ęgyptijs litteris ꝓtestatus est primā quidē quia aliūde ad ægyptū. Deinde gressus eoꝝ exinde ita tēporibus antiquissimū vt pene mille annis bellū ꝑcedat Iliacū In his autē in q̄bus Manethon non ęgypti litteris sed sicut ipse confessus est ex fabulis quorundam sine nomine quodam adiecto postea particulariter hęc redarguam ostendens ea sine verisimilitudine esse mendacia.

Cethos prius vocata est ęgyptus.

Iudei anq̄ danaus ad Argos accederet trecē tis & nonagita tribus ānis ęgyptū habitarūt.

¶ Iosephus pro suę gentis ꝓbāda antiquitate phœnicum producit testimoniū: quibus in memoria fuit templi a Salomone constructio anteq̄ Tirij Carthaginem cōstruerent apud quos litterę Salomonis ad Iranium (qui in biblia hiram est appellatus) seruantur dyonemq; apud eos famatum historicum adducit testem qui mutuam Salomonis & Ironij familiaritatem & amicitiam describit. Insuper & Manandrū Ephesium qui singulorum regum conscripsit actus ab Iranio enim vsq; ad didonē cētum quinquaginta quinq; anni & menses octo & ab ędificatione templi vsq; ad cōstructionem Carthaginis centum quadraginta tres anni & menses octo. Caldęorum etiam historiam (quę multum cū sacris concordat voluminibus) producit. verba Berosi allegans qui de diluuio hominumq; corruptione archa & de Noe generatione vsq; ad Nabunassarum historias scripsit. Nabuchodonosor quoq; in cōstructione Babylonię magnificentā ponit quā postea cyrus victor cōprehēdit. Capitulū quartū.

Testimonium phœnicū ꝓ antiqtate iudeoꝝ apud quos memoria habet͂ de cōstructione tēpli a Salomone annis cētū quadragita tres anteq̄ tyrij carthaginē fabricauere.

Sed volo ab istis rursus migrare ad ea quę apud Phœnicas de nostro genere conscripta & eorum testimonio declarata sunt. Itaq; apud Tyrios multorum annorum puplicę litterę & conscriptiones diligentissime custoditę ex his quę apud eos facta & inuicem gesta noscūtur quę tamen memoria digna sunt. Inter hæc ergo conscriptum est quia in hierosolimis ędificatum est tēplum a Salomone rege ante annos pene .c.xliij. & menses octo q̄ Tyrij Carthaginē carchedonem fabricauere. Descripta vero est apud illos cōstructio tēpli nostri. Iranius enim Tyriorū rex amicus erat regis nostri Salomonis paternis amicitijs ei deuinctus. Is ergo munificentiam suā exhibens ad claritatem fabricę prębuit Salomoni auri quidē .xx. & centum talenta incidensq; pulcherrimā siluam in mōto qui Libanus nūcupatur ad camerā destinauit ei. Quē redonauit quidē Salomon alijs quidem multis rebus sed etiā terra Galileę regionis quę Zabulon vocat͂. Pręcipue autem eos ad amicitias sapientię concupiscentia conuocauit propositiones enim soluendae alterutris dirigebāt & melior in his Salomon erat & in alijs sapientior apparebat. Hactenus vero seruant͂ apud Tyrios epistolæ multęque quas illi scripsere adinuicē pro qua re liber est a me compositus litterarum a Tyris directarum vn̄ etiam testē ꝓducā Dionē q̄ apud Phœnicū historias integerrime approbatus est. ¶ Igit͂ in Phœnicis historicis hoc modo scribit. Abibalo moriēte filius eius Iranius regnauit hic ptes orientales ciuitatis ampliauit & vrbē potiorem fecit & Olympij iouis templum destruens terrę coęquans locū mediū mœnibus vrbis adiunxit & aureis anathematibus exornauit. Ascendens autē in Libanū siluas incidit ad tēplorū ędificationem. Regem vero Hierosolymorū Salomonē misisse dicunt ad Iranium quędam ęnigmata & poposcisse ab eo solutionē adijciens vt qui non posset discernere pecunia soluenti persolueret. Confessumq; Iranium non se posse persoluere propositas quæstiones & multas pro expensis faciendis pecunias condemnatum. Deinde ad dęmonum quendā virum Tyrium ꝓpositas soluisse quęstiones ipsumq; alias proposuisse quas si non solueret Salomon multas rursus pecunias Iranio regi cōferret. Dion igitur hoc modo de prędictis testimonium phibuit nobis. ¶ Sed post hūc producam quoq; Menandrū Ephesium. Is enim singulorū regū actus cōscripsit apud grecos & Barbaros studens ex prouincialibus vniuscuiusq; loci litteris historię veritatē pardere. Scribens enī de his qui Tyro regnauere & deinde veniens ad Iranium Regē sic ait. Moriente vero abibalo successit in eius regno filius eius Iranius qui vixit annis .xxxiij. hic statuit locū valde latissimū aureamq; colūnam iouis in templo reposuit & ad siluam lignorū proficiscens abscidit de monte (qui Libanus appellatur) ligna cedrina ad tegmina facienda templorū. Defouensq; antiquiora templa fanum ædificauit Herculis. Fecit erectionē mēse Peritio castraq; mouit aduersus Tyticcos minime tributa redden-

Litę Salomonis apd Tyrios seruare.

Testimoniū dionis historici ꝓ āntiqtate iudeorū adducit hic enī mutuā familiaritatē & amicitiam. Iranij & Salomonis describit

Testimoniū menādri ꝓ antiquitate Iudeorum.

A tes. Quos etiam subdens sibibet denuo remeauit. Sub hoc fuit abdemonus puer iuuenis qui semper parabolas superabat quas Salomon Hierosolymorum rex destinabat supputaꝶ vero tēpus ab hoc rege vsq; ad cōstructionem Carchedonis hoc mō. Moriēte Iranio successit in eius regno Balbazerus filius Qui cum vixisset annis quadraginta tribus septē regnauit annis. Post hunc abdatratus filius cū vixisset annis viginti regnauit nouē hunc filij nutricis eius quatuor peremere. Quorū senior Metusastartus filius Leastrati regnauit. Qui cū vixisset annis.xliij.regnauit annis duodecim Post hunc frater eius astarimus/ & hic viuens annis.liij.&.l.regnauit annis nouē & peremptus est a fratre pellethe qui suscipiens regnū mensibus imperauit octo cū vixisset annis quinquaginta. Hūc peremit Tyrobalus astarte sacerdos qui cū vixisset annis quadraginta octo/regnauit annis.xxxij.huic successit Badezodus filius. Qui cū vixisset annis quadragintaquinq; regnauit sex. Huic successor factus est Mettinus filius/qui cū vixisset triginta duobus nouē regnauit annis. Huic successor fuit Pigmalion qui annos egit in sua vita quinquaginta sex ex quibus quadraginta tenuit principatū. Huius regni anno septimo soror dido in Lybia ciuitatē ędificauit Carchedona. ¶ Colligiꝶ etiā tempus a regno Irani vsq; ad ędificationē Carchedonis annorū centum quinquagita quinq; & mēsium octo. Quū vero duodecimo anno huius regni in Hierosolymis ędificatū est tēplum. Fit ab ędificatione tēpli vsq; ad cōstructionē Carchedonis tēpus annoꝝ.C.xliij.mēsiū octo. ¶ Testimonio siquidē phœnicū quid amplius oportet apponiꝶ Cerniꝶ ipa veritas fortiter approbata & multo clarius apparet qm̄ pcedit cōstructionem tēpli pgenitorū nostroꝝ ad puinciam hāc aduētus. Cū eni eam vniuersam bello tenuissent/tunc aūt tēplum ędificare cœpere & hęc aperte ex lr̄is sacris etiā a me in antiquitate manifesta sunt. ¶ Nunc itaq; sunt dicēda ea quę apud Chaldęos noscunꝶ esse cōscripta/ & de nobis ad historiam sūt delata. Quæ multā habens concordiā cum nostris voluminibus etiam de alijs rebus. Testis autem horū est

B Berosus vir genere quidē Caldęus/notus autem eis qui doctrinę eruditioniq; congaudent. Quoniā de astronomia/ & de Chaldęorū philosophia ipse græcas conscriptiones exposuit. ¶ Igitur Berosus antiquissimus secutus historias de facto diluuij & hominum in ea corruptione sicuti mos est ita conscripsit. Simul & de arca in qua generis nostri princeps erutus est/deuecta scilicet ea ī summitate mōtium Armeniorū. Deinde scribens eos qui ex Noe progeniti sunt/ & tempus eorum adijciens vsq; ad Nabunassarum alias Nabulassarum peruenit: Babiloniorum & Chaldeorum regem/ & huius actiōes exponēs ait. Queādmodum misit in ęgyptū ad nostrā terram filiū suum Nabuchodonosor cum multa potentia/qui dum rebellantes eos inuenisset omnes suo subiecit imperio/ & templū in Hierosolymis cōcremauit/cunctūq; generis nostri populū auferens migrauit in Babylonem. Vn̄ ciuitatem cōtigit desolari annis.lxx.vsq; ad Cyrum regē Persarū. Dicit autem quia tenuerit Babylonius ęgyptū Syriam phœnicē arabiam/ vniuersos priores Chaldęorū Babyloniorū reges actionibus suis excellens. ¶ Ipsa vero verba quę Berosus protulit hoc modo dicta necessario pferenda sunt. Audiens autē pater eius Nabunassarus quia satrapa constitutus in ęgypto & Syria inferiore & Phœnice rebellaret cū non valeret iam ipse labores ferre tribuit filio suo Nabuchodonosor ætate valenti partem quandam exercitus super eum misit. Nabuchodonosor autem cum Satrapa desertore cōgressus puinciam quę ab initio eorū fuerat ad pprium reuocauit imperiū. Eodē vero tēpore cōtigit patrē eius Nabonlassarū cū ęgrotasset in Babylonia ciuitate defungi qui regnauit annis.xxj. Nabuchodonosor aūt nō post multum tempus mortem patris agnoscens & negocio ęgyptiaca disponens reliquam puinciā & captiuos iudeorum & Phœnicū atq; Syriorum qui ī ęgypto fuerant: cōmendans quibusdam amicis vt cū magna virtute & reliqua vtilitate deueherentur ad Babyloniā ipe cum paucis aggressus per desertū in Babyloniā venit reperiensq; cuncta a Chaldęis dispēsari/seruatūq; regnum ab optimatibus eo-

C rū Dominus factus totius paterni principatus/captiuis quidē aduenientibus pręcepit habitacula in oportunissimis Babylonię locis ędificari. Ipse vero de belli manubijs tēplum belli & reliqua loca munificentissime nimis exornans & antiquā ciuitatem & alteram extrinsecus adijciens cogitans quatenus nequaq̄ possent obsidentes fluuiū conuertere/ & ad ciuitatem accedere. Tres quidē interiori ciuitate per circuitū porticus/tres vero exteriori constituit. Quorū alias ex cocto latere & bitumine alias vero ex ipso latere fecit & largissime muniens ciuitatem portasq; diuina pulchritudine commensus perędificauit in paternis regalibus aliaq; regalia celsitudinē illorū multo valde pręcedentia. Quorū ornatum exponere valde longissimum est. Verūtamē sciendum quoniā hęc maxima atq; superba vltra credulitatē rei sunt. Perfecta diebus quinq; & decē. In his ergo regalibus lapideas munitiones celsas ędificauit & aspectū montibus similem reddens etiam ex arboribus vniuersis plantationes exhibuit. Fecit quoq; hortū quod suspensibile vocabaꝶ eoq; eius vxor desideraret huiusmodi qualitatem nutrita in medię locis. ¶ Hæc itaq; retulit de prędicto rege & multa super hæc in libro Chaldaicorū in quo culpat cōscriptores gręcos quasi vnam arbitratos a Semiramide assyriam Babylonem edifica

Pigmalion.

Dydo.

Ab Iranio vsq; ad didonē cētū quiquagita quī q; anni & mēses octo & ab ędificatiōe tēpli vsq; ad constructiōnē carthaginis cētū quadraginta tres āni & mēses octo.

Caldeorū testimonium.

Berosus de diluuio hoīmq; corruptiōe & arca historias cōscripsit & Noe generationes vsq; ad Nabunassarum.

Berosi verba.

Magnificentia Nabuchodonosor ī ędificijs babylonię citatis.

Nō eodē Babylonia Semirami de & Nabuchodonosor ædificata.

tam/& mira opera ab illa circa eam fuisse constructa falſe conſcripſiſſe dicēs/& ipſa quidem Chaldeorum conſcriptionē fide dignam pudori exiſtimandum eſt/qñ cum archiuis Phœnicum concordare videnť, quę a Beroſo conſcripta ſunt de rege Babiloniorum. Quoniam & Syriam vniuerſam Phœnicem ille ſubuertit. ¶ In his quoq; conſonat & Philoſtratus in hiſtorijs dum Tyrię meminit obſeſſionis & Megaſthenes in quarto indicorum vbi declarare contendiť p̄dictum regem Babyloniorū Herculem fortitudine & actuum magnitudine p̄ceſſiſſe. Dicit enim eum & maximā Lybię partem Hiberiā ſubuertiſſe. Quę vero de templo Hieroſolimorū relata ſunt/quia & concrematum eſt pugnātibus Babylonis/& cœpit rurſus ędificari Cyro tenenti aſyę principatū. ¶ Ex dictis Beroſi declaramus. Sic enim in tertio libro dicit. Nabuchodonoſor itaq; poſtea inchoauit p̄dictum murum incidens in languorem de vita migrauit/cū regnaſſet annis tribus & quadraginta. Huius regni dominus eſt effectus filius eius. Et helmaradochus ꝓpter iniquitates & luxurias paſſus inſidias a marito ſororis ſuę Niriglſſoris peremtus eſt/cum duobus regnaſſet annis. Quo defuncto ſumens regnū qui ei fecit inſidias Nirigliſſoris annis regnauit quattuor. Huius filius Loboroſardochus principatū quidem tenuit puer exiſtens menſibus nouē Inſidias vero paſſus eo ꝙ nimis appareret malorum eſſe morum ab amicis extinctus eſt. Hoc itaq; pereunte cōuenientes hi qui fecerant inſidias illi communiter regnum impoſuere nabonido cuidam qui erat ex Babylone ex eadem gente. Sub hoc muri circa fluuium Babylonię ciuitatis ex latere cocto & bitumine ſunt ornati. Cumq; regnum eius eſſet in anno ſeptimodecimo cōſtitutum/egreſſus Cyrus ex perſide cum multa virtute vniuerſam aſiam ſubuertens impetum fecit ad babyloniam vrbem. Sentiens autem nabonidus inuaſionem eius/& occurrens cū exercitu ſuo atq; congręſſus pugna victus & cum paucis fugatus incluſus eſt in Borſipenſium ciuitate. Cyrus autem Babyloniam compręhendens & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis/eo ꝙ nimis videretur munita/& eſſet ad capiendum valde difficilis/reuerſus eſt ad Borſipum Nabonidem inſtanter/expugnaturus. Nabonide vero obſeſſionem non valente perferre/ſed primitus ſupplicante vſus clemētia Cyri/& dans ei habitaculum in Carcamone/expulit eum a Babylone. Nabonidus itaq; reliquum vitę tempus in illa prouincia cōuerſatus eſt. ¶ Hęc concordant cū noſtris. Scriptum namq; in eis eſt quia Nabuchodonoſor octauodecimo regni ſui āno templum noſtrum ad deſolationem vſq; perduxit/& fuit exterminatū annis ſeptuaginta. Secundo vero anno regni Cyri fundamentis depoſitis rurſus ſecundo regni Darij anno perfectum eſt.

Beroſi verba cōtra gręcos.

Cyrus victor babyloniā cōprehendit.

¶ Iterato phœnicum teſtimonio Ioſephus teſtes etiam gręcos producit & primo Pythagoram qui (licet nullam reliquit cōſcriptionem) iudeorum tamen zelatus eſt leges: & multas in ſuam trāſtulit philoſophiam. Theophraſti Hęrodotiq; & Cyrilli poęte antiquiſſimi affert teſtimoniū. Sed & Clearchi ariſtotelis diſcipuli: qui belli Ptholomei contra Demetrium meminit. Hęcateum quoq; adducit qui leges deſcribit Iudeorum quiq; magnitudinem prouincię & pulchritudinem atq; ciuitatis hieruſalem circuitū & habitantium narrauit multitudinem. Meminit quoq; augurij auis a Moſſolano iudeo occiſe dicente hęc enim ſuam neſciens ſalutem itineris ſalubritatem alijs non potuit indicare Ponit quoq; Agitarchidis verba de iudeorū ciuitate & eorum moribus circa ſabbati obſeruantiam. Hieronimum inſuper Antigoni regis amicum ꝓducit. Plurimi itaq; quia ſacri lectioni non incubuerunt Iudeorum cognouerunt antiquitatem.

Capitulum quintum.

Phœnicū teſtimonium.

HIs prolatis adijciam etiam Phœnicum hiſtorias non enim ꝓbationum abundantia relinquenda eſt/Eſt enim dinumeratio in illis annorum/ſic enim habēt ſub rege Thobalo. Nabuchodonoſor obſedit Tyrum annis tribus & decem. Poſt hunc regnauit Bahal annis decem. Poſt hunc iudices conſtituti ſunt/& iudicauere idem. Hęc Nibalus Nalbaſei mēſibus duobus. Chelbiſaddei menſibus decem. Abalus pontifex menſibus tribus. Mittinus & Geraſtratus Abdilimi iudices annis ſex/inter quos regnauit Balatorus anno vno/quo moriente mittentes euocauere Meralum ex Babylone/& quattuor regnauit annis. Eo quoq; moriente euocauere fratrem eius Ironium qui regnauit annis viginti. Sub hoc Cyrus perſarum habuit poteſtatem. Quapropter omne tempus eſt annorum quinquaginta quatuor & menſium trium. Septimo ſiquidem anno regni ſui Nabuchodonoſor cœpit obſidere Tyrum. Quartodecimo autem anno regis Ironij Cyrus perſarum tenuit principatum. Cōſonant igitur quę de templo ſcripta ſunt a Chaldeis/ac Tyris cum litteris noſtris. ¶ Manifeſtum vero & ſine contentione teſtimonium eſt de prædicta noſtri generis antiquitate & hi ſiquidem qui non valde contendunt ſufficere iudicio quę promiſſa ſunt. Oportet autem non credentibus barbaricis conſcriptionibus ſed ſolis græcis fidem habendam eſſe dicentibus.

¶ Ad huc multos exhiberem teſtes etiam græcos ſcientes noſtrum genus/& oportuno tempore/eorum habentium mentionem. Pythagoras igitur Samius cum ſit antiquus quidem ætate/ ſapientia vero & diuina pietate philoſophos omnes excellens/non ſolū quæ noſtra ſunt agnouiſſe manifeſtū

A est/sed etiam zelatus ea ex multis apparet. Et eius quidem conscriptio nulla reperitur. Multi tamẽ de eo retulere/quorum insignior est Hermippus vir circa omnem historiam diligentissimus indagator. Refert itaq; in primo Pythagorę libro/quia Pythagoras vno confabulatorum suorum defuncto nomine Calciphōte genere Grotoniate. Illius animam dicebat secum degere die noctuq; & qua præciperet vt nõ transiret de loco vnde asinus onus portaret & ab aqua fetulẽta semetipsum abstineret/& ab oi blasphemia recederet. Deinde sequitur/hęc autem ageb. t.. q; dicebat iudęorum & Tharienfiũ opiniones imitatus ac transferens. Dicitur enim quia vere ille vir multas Iudęrum leges in suã trãstuleret philosophiã. Fuit autem etiam per ciuitates non ignotas olimq; gens nostra & multæ natiões ad quas transit etiam zelum eius habuere. Quod manifestat Theophrastus in his quę scripsit de legibus. Ait enim quia prohibent Tyriorum leges peregrino sacramento iurare. Inter sacramentum quibusdam alijs etiam iusiurandum quod corbam appellatur enumerat/& apud nullum hoc inuenitur iuramentum nisi apud iudęos solos. Quod interpręatur ex hebraica lingua significat enim donum.

Pythagorę testimoniũ & laudes cuius cõscriptõ nulla iuenit mł titũ eũ dixerũt iudæorꝫ leges fuisse zelatuꝫ & mł tasi suã transtulisse philosophiam.

¶ Verum neq; Herodotus Halicornaseus nostram ignorauit gẽtem. Sed quodammodo eius meminisse cognoscitur. De colchis enim referens in secundo libro sic dicit. Soli autem inter omnes Colchi & Aegyptij & Aethiopes verenda ab initio circuncidũt/Phœnices vero & in Syri Palestina q cõfitẽtur hoc ab Aegyptijs didicisse. Syri aũt q circa Thermodontem & Parthenium fluuium commorantur & Astygitones a Colchis dicuntur nuper didicisse. Hi namq; sunt inter homines soli qui circunciduntur/& isti sicut Aegyptij facere videntur. De Aegyptijs aũt & Aethiopibus dicere nõ possũ vtrũ alteri ab altes didicere. Dixit ergo Syros qui in palestina sunt circuncidi. Omnium autem qui habitant palęstinm soli iudęi circunciduntur. Quod eis angnoscens & Cyrillus antiquus poeta meminit hoc modo de gente nostra dicens. Quia castrametati sunt nostri maiores cum Xerxe persarum rege

Herodoti testimonium.

B apud Hellada/& dinumerans vniuersas gẽtes/nouissimam nostram posuit ita dicens. Postremũ vero transibat genus mirabile visione/linguam quidem/plenissimam ope proferentes. Habitantes aũt in soli montibus/vbi palus amplissima est iuuenes capillis sub rotunditate detonsis super equos erectos habentes vltus/& quasi fumo siccatos. Palam ergo est sicut arbitror quia nostri meminerit/ eo q; & montes in nostra regione sunt constiuti in quibus habitamus. Et palus quæ dicitur Asphaltis idest bituminalis. Hęc enim inter omnes palus in Syria latior atq; maior est. Et Cyrillus quidem cũ ita meminerit Iudeos scisse dignoscitur/quẽ quilibet legerint admirantur Non calumniosi: gręcorum: sed sapientia summa conspicui.

Cyrilli poetę antiquissimi testimonium.

¶ Clearchus enim aristotelis discipulus/& ex pipateticorum philosophorum nullo secundus in primo libro de somno dicit Aristotelem doctorem suum de quodam viro Iudęo ita referre & ipsi Aristoteli eũdem sermonẽ abscribit. Quod ita cõscriptum est. Sed alia quidẽ longum est dicere. Quę non habere potuerant illius admiratione quadam atq; philosophiam occidi operepręcium est referre. Et Hyperochydes venerant inquit audire desideramus vniuersi. Porro secundum pręcepta Aristotelis inquit rhetoricę eius genus primitus trãseamus ne reluctemur doctoribus pręceptorum. Dic iquit Hyperochides ita si placet. Ille igitur genere quidem Iudęus erat ex inferiori Syria. Qui sunt ex propagine philosophornm indorũ: vocantur vt aiunt philosophi. Apud indos Galani apud Syros autem Iudei nomen accipientes a loco. Locus enim vbi habitant appellatur Iuda. Nomen vero eorum ciuitatis valde difficile est. Vocant enim eã nomine Hierosolymam. Is igitur homo multos hospicio respiciens & de superioribus ad marina descendens gratissimus erat non solum eloquio: sed etiam animo. Et tunc nobis degentibus apud Asiam quum diuinus homo venisset ad ea loca confabulari cœpit nobiscum: & cum alijs scholasticis eorum sapientiam tentans. Cumq; multi eruditorum congregarentur tradebat potius aliquid. Habebat hęc ait Aristoteles apd̃ Clearchum/& super hęc multam ac mirabilem cõtinentiam iudęi vero in cibis & castitate narrant. Licet

Clearchi Aristotelis discipuli testimoniũ quid etiã ipsius ẽ aristotelis.

C autem volentibus hęc ex ipis lectione cognoscere. Ego enim refugio/ plusq̃ decet inserere. Clearchus si quidem facta digressione cum aliud propositum haberet nostri generis ita meminit. Hecateus aũt abderita vir philosophus simul/& circa actiones industrius cum Alexandro rege nutritus/& cũ Ptolomęo Lagi commoratus non transitorie: sed de ipsis Iudeis conscripsit librum. Ex quo volo capitulariter vnum eorum quę ab eo sunt dicta percurrere. Sed primitus tempus ostendam Meminit enim belli quod circa Gaium ab Ptolomęo gestum est contra Demetrium quod vtiq; contigit. Vndecimo quidem anno post mortem Alexandri Olympiade vero septima & decima atq; centesima sicuti Castor: adijciẽs ei hanc Olympiadem dicit: sub hac Ptolomęus Lagus vicit in Gaza bello Demetriũ antigoni qui vocabatur obsessor Alexandrum vero profitentur vniuersi centesima & quartadecima Olympiade fuisse defunctũ. ¶ Palam ergo est: quia & secundum illum tempus & sub Alexandro genus florebat nostrum. dicit igitur Hecateus: quia post Gaij bellum Ptolomęus locorum que sũt circa Syriam dominus est effectus. Et multi hominum cognoscens mansuetudinem & clementiam Pto-

Clearchus belli ptolomęi cõtra demetrium meminit.

Castor.

Herathei testionium.

lomęi cum eo proficisci ad Aegyptum & rebus communicare voluere. Quorum vnus inquit erat Ezechias pontifex Iudęorum: homo ętate quidam quasi sexaginta & sex annorum. Dignitate vero apud contribules maximus & animo sapientissimus: potentissimus ad dicendum & circa causas sicut nullus alter expertus dicit etiam omnes sacerdotes iudæorum qui decada accipiũt: & vniuersa in cõmuni gubernant: circa mille & quingentos existere. Rursus autem prędicti viri faciens mentionẽ inquit homo hunc honorem gerens & assuetus esse nobiscum assumens aliquos suorum differentiam cũctã exposuit & habitationem suam & conuersationem quam scriptam habebat pariter indicauit. Deide palam facit Hecateus quales circa leges existimus & quia omnia sustinere ne transcendamus eas eligimus: & hoc esse optimum iudicamus. Dicit igit̃ hęc & mala sępius ab Astygitõibus audiẽtes & omnes compulsionum vim passi a Percisis regibus & Satrapis non possunt mente mutari sed cum magna exercitatione de his precipue omnibus respondere parati sunt. Perhibet autem etiã indicia fortis animi circa leges non parua dicens Alexandro quõdam in Babylone constituto: & volente Belli templum quod corruerat renouare cunctisq; militibus similiter stercora portare precipiente solos iudęos hoc facere non fuisse perpessos. sed etiam multas sustinuisse plagas: & detrimenta ptulisse non modica donec eis ignoscente rege securitas pręberet̃. Qui dũ ad ꝓuiciã inquit ꝓpriã reuersi fuissent tẽpla & altaria fabricata oĩa destruxere. Et pro alijs quidẽ multa satrapę exoluere. Pro alijs vero veniam consecuti sunt ad ciuitatem: quoniam iusticia apud eos mirabilis est & quia gens nostra fuit multorum hominum numero copiosa. Sed multa quidem milia nostrorum migrantes in Babyloniam se primitus collocauerunt. Non parua etiam morte Alexandri in Aegyptum & Phœnicem sunt translata: propter seditionem in Lyriam factam. ¶ Idem itaq; vir & magnitudinem prouincię quam incolimus pulchritudinemq; narrauit. Pœne decies trecenta milia inquit integra terrarum optimarũ vberrime valde prouincię possidere noscuntur. Iudeę namq; huius est amplitudinis & qua etiam ciuitatẽ ipsam Hierosolymorum spaciosam: & maximam olim inhabitamus & virorum multitudine copiosã necnon & templi constructione idem ipse sic refert. Sunt autem Iudęorum in alijs quidẽ multę munitiones per prouinciam atq; vici. Vna vero ciuitas munitissima habens precipue circuitum quinquaginta stadiorum in qua commorantur hominum circa centum & quinquaginta milia nomine Hierosolyma. Est autem in ipsa medietate ciuitatis lapidea quadriporticus centum per circuitum cubitorum habens etiam duplices ianuas. Quo ara est quadranguli figuratione composita ex lapidibus nõ dolatis sed collectis atq; iacentibus vnum quoq; latus viginti cubitorum latitudinem habens: altitudinẽ vero decem. Et circa eam maxima fabrica vbi altare est constitutum & candelabra vtraq; aurea duo talentorum pondus habentia & inextinguibile lumen noctibus & diebus simulachrum vero aut aliquod Anathema ibi nequaq̃ est nec vlla plantatio Nullus ibi veluti lucus aut aliquid huiusmodi. Habitant autem in eo & noctibus & dies sacerdotes quasdam purificationes agentes & omnimode vinum non habentes in tẽplo. ¶ Super autem quia & cum Alexãdri regis successoribus postea Castra metati sunt. Testatur hoc modo dicens ea quę cognouerit a viro iudæo in expeditiõe constituto. Cuius verba hęc habentia declarantur. Ait enim. Me siquidem eunte ad mare rubrum vna secutus est q̃dam cum alijs equestrum iudęorum nos deducentium nomine Mossolamus vir efficax animo bellator super omnes archarios: & indubitanter Gręcos & barbaros valde precipuus. Is igitur homo properantibus multis pariter & quodam vate ab ipsos augurium capiente & petente vt cuncti starent. Interrogauit cur sustinerent omnes. Ostendente vero eivate auem quem intuebatur atq; dicente. quasi quidem expediret eis vt sustinerent omnes si staret auis. Si ergo surgens anterius euolaret procederent. Si vero post tergũ iret recedere cunctos oportet. Rursum tacens arcumq; trahens sagittas emisit & auem ꝑcutiens interemit. Indignantibus vero vate: & quibusdam alijs & maledicentibus ei. Quid furitis inquit mali dęmonij auem sumentes in manibus. hęc enim suam salutem nesciẽs de nostro itinere nobis salubritatem potuit indicare? Si enim pręscire futura valuisset in hunc locum nequaq̃ venisset: metuens ne sagitta a Mossolamo iudęa periret: sed & ad eius testimonia iam quidem quiescãt. Facile namq; est volentibus librum ipsum legere & hęc apertius inuenire. ¶ Non vero me pigebit Agatarchidem introducere. Licet homo minime malus: & eiuisum est nobis detraxisse. Is enim narrans de Stratonice quemadmodum venit quidem ex Syria de Macedonia ad virum suum. Demetrium derelinquens Seleuco autem vxorem eam ducere nonvolente quid illa superabat. Exercitu eius in Babylonia posito circa Anthiochiã bella mouit. Deide quomodo reuersus est rex Antiochia capta in Seleucia Metilla fugiẽs: cum posset seipsam velocius interimere somno prohibita ne faceret: capta atq; defuncta est. Hęc ergo prędicens Agatharchides & derogans superstitione Stratonices vtitur indicio generis nostri pręscribens. Qui vocantur iudęi habitant omnium munitissimum ciuitatem quam vocare Hierosolymã prouinciales solent. Hi vacare consueti sunt septima die. & neq; arma por-

Idẽ de legibus iudeorum.

Heratheus magnitudinẽ ꝓuincię iudęoru ꝫ & pulchritudinẽ narrauit & circuit tũc ciuitatis hierl'm habitantiumq; multitudinem.

Hecathe hystorici verba de iudæis.

auguriũ de aue quam mossolamus iudæus interemit dicens hęc ei salutẽ ne sciẽs salubritatẽ itineris nõ potuit alijs indicare.

Agatharchidis testimonium.

tare in prędictis diebus:neq; terrę culturam continere:neq; alterius cuiuspiam curam habere patiun tur. Sed in templis extendantes manus adorare vsq; ad vesperam soliti sunt. Ingrediente vero in ciuitatem Ptolomęo Lagi cum exercitu & multis hominibus dum custodire debuerint ciuitatem eis stulticiā obseruantibus prouincia quidem dominum suscepit amarissimum. Lex vero manifesta est vna; natura habere solemnitatem huiusmodi autem casus pręter solos illos alios docuit vniuersos. Vt tūc ad somnia & opiniones quę tradebantur de lege hic confugiāt. Dum circa res necessarias & rō nihil valet humana. Hoc qaidem Agatharchidi videtur esse ridiculum. Eis autem qui hęc examinant integrius apparet magnum:& precipua laude dignissimum si & saluti & patrię quidam custodiam legū pietatē diuinam proponere concupiscant. Quia vero non ignorantes quidam conscriptorum gētem nostram sed propter quasdam aut alias causas non salnbres memoriam nostri nō reliquere. hoc indicium me arbitror esse prędicturum. Hierosolymis eī qui de successoribus conscripsit historiam ipse quidem tempore quo Hecateus fuit & amicus existens reges Antigoni Syrię pręsidebat. verum & Hecateus quidem etiam librum conscripsit de nobis. Hieronymus autem nequaq̄ nostri in hystoria meminit licet pene in ipsis locis nutritus esset in tantum voluntate hominum differebant. Alio nā q; placuit studium habere memoria dignum. Alium vero omnino circa veritatem quędam passio cernitur obscurasse sufficiunt tamen ad comprobationem antiquitatis nostre Aegyptiorū & Chaldæorum atq; Phœnicum & super illas Grecorum pariter conscriptiōes. ¶ Adhuc eni super ea Theophilus:& Theodorus & Mnaseus & Aristophanes & Hermogenes & Euemerus & Cynon & Zopyriō & multi quidā alij simul: Non enim ergo omnibus libris incubui/non transitorie nostri fecere mentionem. Plurimi namq; prędictorum virorum veritatem quidem antiquarum causarum frustrati sūt quia lectioni sacrę nostrorum non incubuere librorum. Communiter tamen de antiquitate testati sunt: p qua nunc ferre proposui. Phalereus autem Demetrius & senior Philon & Eupolemus non multum veritate frustrati sunt/quibus dari veniam dignum est. Non enim inerat eis vt nostras litteras possēt omni scrupulositate sequi.

Agatarchidis verba de iudeorū citate & moribus circa sabbati obseruātiā qbus irridet. &c

Plurimi quia sacræ lectiōi nō incubuerūt iudeorū antiquitatē nō cognouerunt.

¶ Iosephus maledicta contra genus suum falsa nititur ostēdere quoniam multi propter inuidiam maliciā verbosam nouitatē & vanam gloriam veritatis historię detrahunt & iudęorum cōuersationi. Iudęorū enim aduentum in Aegyptum & regressum Aegyptij inuidia excecati & odio; negauerunt. Sed Manethon Iudęos ab ęgypto abhominatione fuga dilapsos sibi ipsi contradicens mentitur pluraq; confingens Moysem primo Orsasiphas dicit fuisse vocatum Omniaq; ista mendacia ratione impugnat Iosephus.

Capitulum sextum.

His ita dictis vnum adhuc michi capitulū ē relictū ex his quę i pricipio libri posui. Quatenus derogatiōes & maledicta qbus vtunt quidā cōtra genus nostrū falsas ostēdā & cōscriptoribus eorū testibus vtar qn̄ cōscribentes hęc cōtra semetipsos locuti sūt talia Quia vero multis alijs hoc euenit ꝑpter quorundā vęsaniā arbitror itelligere eos qui voluerit hystorias ipsas ꝑcurrere. Quędā igitur gentiū & gl'iosissimarū ciuitatū fœdare nobilitatē & cōuersationi detrahere tētauere. Theopompus quidē Atheniensium Lacedemonium vero Pylocrates. His aūt Tripodem perdurabilem conscribens. Non enim Theopōpus hoc fecit sicuti quidam putant etiam. Thebeorum momordit vrbem. Multi vero necnon & timeus in historijs de prædictis & de alijs blasphemauit. Et hoc precipue faciunt quando gloriosissimi in aliqua parte calumniantur. Quidam propter iuidiam atq; maliuolentiam: alij vero propter verbosam nouitatem memoria se dignos fieri iudicantes & apud stultos quidem nequaq̄ hac spe fraudantur. Qui non salubre noscuntur habere iudiciū: multas vero eorū miserias cōdemnabunt. Blasphemiarū vero in nos sępe gestarum huiusmodi causa est. ¶ Volentes Aegyptij pręstare aliquibus veritatem corrumpere tentauere. Et neq; aduentum in Aegyptum nostrorum progenitorum sicuti contigit sunt confessi. Nec rursus egressum cum veritate dixere multasq; causas odij ac inuidię pariter habuere. Principio quidē quia in eorum regione nostri progenitores potentes effecti sunt Vnde regressi ad propria denuo fuere fœlices. Deinde horum aduersitas multas inter eos fecit inimicitias. In tantum differente nostra pietate extra solemnitates illorum quantum dei natura animalibus irrationabilibus sine dubitatione distinguitur. Communis namq; apud illos ritus est alios arbitrari deus: seorsū non singuli solent diuersis ea muneribus honorare. Vani ac fatui omēs homines & ab iitio vti de his malis opinionibus consueti. Et propterea nequaq̄ imitari nostram honestatem de diuina ratione potuere. Videntesq; multos nostram zelari conuersationem inuidiam habuere; & ad tantam fatuitatem ac pusillanimitatem quidam eo perducti sunt vt non eo pigeret etiam cōtra antiquas suorū scriptiones aliqua dicere. Quod cum hoc faciunt sibimet ipsis aduersus cōscribere passionem cęcitatis ignorauere. In vno tamen & maximo viro verbum meum statuam quo vsus sum ante paululum nostræ

Causę odij & inuidię idolatria Aegypitorum.

antiquitatis teste. Manethon itaq; qui Aegyptiacam historiam ex litteris sacris se interpraetaturũ pollicitus est prædicens nostros progenitores cum multis milibus in Aegyptũ aduenisse incolas subiugasse. Deinde ipse confessus est: quia posteriori tempore amittentes eam prouinciam quæ nũc iudęa vocatur obtinuissent & ędificãtes Hierosolymam construxissent templum. Et vsq; ad hoc cõscriptiones secutus est antiquorum. Deinde præbens sibimet potestatem cum vtiq; videatur scribere ea quæ in fabula sunt atq; dicuntur incredibilia verba de iudęis inseruit volens permittere nobis plebẽ Aegyptiorum leprosorum aliorumq; languentium. Quod sicut ait abhominatione ex Aegypto fuga dilapsi sunt Amenophin etiã regem adiecit quod est falsitatis nomen. Et propterea tẽpus regni eis nequaq̃ diffinire pręsumpsit cum aliorum regum omnes annos perfecte protulerit. Hinc itaq; quasdam annecti fabulas pene oblitus qui egressum pastorum ab Hierosolyma ante quingentos decẽ & octo annos factum esse protulerat. Themusis enim erat rex quando egressi sunt. Et ab hoc tempore regũ qui postea fuere anni sunt. ccclxxxxiiij. vsq; ad fratres nomine Sethonem & Hermetum quorum Sethonem quidem Aegyptum Hermetum vero Daneum denominatum quem expellẽs inquit. Sethõ regnauit annis quinquaginta & nouem. Et post hunc senior scilicet Tapsis annis sexagita sex. Ante tãtos igitur annos egressos ex Aegypto patres nostros confessus. Deinde Amenophin adijciẽs regẽ hunc cõfitetur & deorum fuisse contemplatorem sicut Ororem quendam priorum regum & implesse desiderium enim nominis sacerdotem. Idem Amenophin natũ ex patre Papio qui videbatur quasi diuina participari natura. Et secundum hęc sapientiam hanc habere pręscientiam futurorũ. Et dixisse regi huncvniuocum enim quia possetvidere deos si prouinciam a leprosis & alijs maculatis hominibus purgare cõtenderet. In quo lętatũ regem omnes dicit corpore debiles ex Aegypto congregasse & fecisse multitudinem numero octuaginta milia. Eosq; ad sectiones lapidum in partem Nili orientalem misisse ad hoc esse efficiendũ simul & alios Aegyptios quibus hoc erat iniunctum fuisse autem quosdam inter eos etiam rationabilium sacerdotum lepra perfusos ait. Amenophin vero illũ sapientem diuinumq; virum refert timuisse: & circa semetipsum & apud regem deorum Vulcanum: vt aperte suaderet eis vim fieri sed iecisse quoniam auxiliarẽtur quidam maculatis hominibus: & Aegyptum obtinerent tredecim annis. Et hęc eum non quidam pręsumpsisse regi dicere sed ex his hominibus conscriptum. reliquisse librum & per semetipsum & apud regẽ & propterea regem in anxietatẽ maximam peruenisse pro iudęis his verbis hęc refert. His itaq; rogatus rex vt ad requiem & tutamen eorum secerneret ciuitatem. Desertam vrbem quę tunc fuerat pastorum nomine Auaris ꝓbui eis. Est autem hæc ciuitas secundum theologiam antiquam valde precelsa. Porro illi in hanc ingressi & locũ hunc ad resultandum habentes. Optimum ducem sibimet quẽdam Heliopolitanorum pontificum. Osaphipha constituere & huic se obedire in omnibus iurauerunt / vt ille primum quidem eis legẽ posuit / vt neq; deos adorarent / neq; ad sacris animalibus quę præcipue festiua apud Aegyptios erant / se pœnitus abstinerent / nulliq; copularentur nisi cum si quibus iusiurandũ habere videbantur. hæc autem sentiens & alia plura maxime Aegyptiorum consuetudinibus inimica precepit multo opere muros ędificari ciuitatis & ad bella pręparari contra Amenophin regem. Ipse vero assumens secum etiam alios sacerdotes & maculatorum quosdam misit legatos ad pastores qui videbanť a Thethmuse rege depulsi ad hierosolymorum vrbem causas suas & aliorum qui simul fuerant exhonorati significans & poscens / vt pariter contra Aegyptum castrametaretur / promisitq; eos fore venturos. Primũ quidem in Auarin progenitorum suorum prouinciam / & necessaria populis abundantius exhibenda pugnaturos autem opportuno tempore m / & prouinciã facilime subdituros. Illi vero lęticia cumulati omnes alacriter vsq; ad ducenta milia virorum pariter sunt aggressi / & non post multum ad Auarin vsq; venere Amenophis autem Aegyptiorum rex dum illorum audisse inuasionem non mediocriter vulneratus est Dum recordaretur quod ei prædixerat Amenophis Papij. Et primum quidem cõgregans Aegypticam plebem. Facto consilio cum principibus eorum animalia sacra & quę precipue a sacerdotibus honorabantur ante præmisit & sacerdotibus particulariter iussit vt simulachra eorum caute celarent. Filium vero Sethonem qui etiam Ramessi a Rapso patris nomine vocabatur. Cũ quinq; esset annorum apud suum commendauit amicum. Ipse vero transiens cum alijs Aegyptijs vsq; ad trecenta milia virorum bellatoribus viris occurrens congressus non est / putans enim semetipsum cõtra deum pugnare. Post tergum reuersus venit ad Memphin & sumens Apin talia sacra mox in Aethiopiam cum vniuersis nauibus & multitudine venit Aegyptiorum. Per gratiam namq; erat ei subiectus Aegyptiorum rex q̄ suscipiens etiam populum vniuersum prębuit alimenta hominibus necessaria / quę prouincia ministrabat. Et ciuitates ac viros tredecim quatenus eis qui fuerãt deducti ad fines Aegyptios & in Aethiopia quidem hęc gesta sunt. Solymitę vero descendentes cum viris pollutis Aegyptiorum sic pessime hominibus vsi sunt vt eorum victoria esset nimis pessima. His qui tu: e

Cõtra manethonẽ iudęos abhominatiõe ab ęgypto fuga dilapsos cõfugientes sibiq; ꝓpter odium cõtradicẽtẽ

Mẽdaciũ Mãethonis & fabula quẽ seqtur iustinus trogis abreuiator li. xxxvj. vbi loquitur de origie iudeoꝝ.

Auaris ciuitas.

Mendacia oia ista & conficta.

A eorum impietates inspiciebant non solum etenim ciuitates & vicos concremauere sacrilegia faciētes & deorum idola deuastantes.sed etiā ipsa sacra animalia quę colebantur crudelissime discerpserunt. Perpetratores & occisores horum saccerdotes atq; prophętas esse cogentes quos etiam expellebant nudos.Dicitur itaq; quia conuersationes & leges eis composuit.Sacerdos quidam genere Heliopolitis nomine Orsasiphas vocatus ex nomine Osireos Heliopolitani dei quod dum conuersus fuisset ad hoc genus mutauit nomen:& vocatus est Moyses.¶Quę vero Aegyptij de iudęis proferūt hęc sūt. Sed & multa breuitatis causa prætereo.Dicit aūt rursus Manethō quia postea Amenophis ex Aegypto digressus est cum magna virtute simul & filius eius Ransis & ipse habens magnum exercitū. Et congressi contra pastores atq; pollutos vicerunt vsq; ad Syrię fines.Hæc equidem & huiusmodi Manethon conscripsit.¶Quia vero anilia loquitur deliramenta atq; mentitur aperta ratione mōstrabo illud primo distinguens quod postea alterna gratia referendum est.Is enim concessit nobis atq; professus est eo q ab initio non fuerint Aegyptij genere:sed extrinsecus illuc aduenissent/& Aegyptum obtinuissent/& ex ea rursus egressi sunt nostri progenitores quia vero nobis postea permixti non sunt ęgyptij corpore debilitati & qui ex his nō fuit Moyses qui populum eduxit ex ęgypto: sed ante multas generationes extitit per ea quę ipsa dixit conabor ostendere.Primam itaq; causam posuit figmēti risibilem.Rex enim inquit amenophis concupiuit videre deos/quos putas si quidem quia apd eos solemnes erant/Bouem & Hircum & Crocodilos & Canicaptos volebat aspicere. Cęlestem aūt quomodo poterat/& cur hoc habuit desiderium quia vtiq; & prior enim rex alter hos viderat.Ab illo ergo audiens quales esset & quemadmodum eos vidisset/noua nequaq̄ agebat arte :sed forte sapiēs erat ille vates per quem hęc rex posse agere confidebat quod si ita fuisset quomodo impossibilitatis cō cupiscentiam non pręsciuit non euenit quod voluit.Proinde quam rationem habere potuit / vt propter semi mēbrios aut leprosos ei inuisibiles essent.Dij irascuntur enim propter impietates non propter corporum diminutiones.Deinde tam multa milia leprosorum & male habentiumvna pene hora quomodo fuit possibile congregari/aut quomodo rex nō obediuit vati.Ille namq; precepit debiles ęgyptios ex illo deportari.Hic aūt eos ad sectiones lapidum destinauit tanq̄ operarijs indigens & nō purgare prouinciam volens. Ait aūt eo q vates quidem semetipsum peremerit præuidens eorū iram

B & quę erant in ægypto futura & conscriptum librum regi reliquit. Proinde ab initio vates etiam suū interitum non pręsciuit/quomodo nunc repente regi contradixit volenti videre deos q̄ quot se ipe perimere festinabat.Quod vero inter omnia est stultius videamus. Audiens enim hęc inquit & de futuris iam metuens.Debiles illos ex quibus ęgyptum purgare debuerat neq; tunc de prouincia protulit:sed rogantibus eis sicut ait ciuitatem dedit dudum a pastoribus habitatam quæ vocabatur auaris. Ad quam congregati principem inquit legere ex sacerdotibus Heliopolitanis qui eis exposuit vt neq; deos adorarent.Neq; ab ęgyptiacę festiuitatis animalibus abstinerent:sed omnia perimerent atq; consumerent/nulli pœnitus miscerentur nisi cum quibus coniurati esse videbatur & iureiurādo multitudinem obligatam quatenus in eis legibus perdurarent. Auarin ciuitatem munitam contra regem dicit eos bella sumpsisse. Adiecit autem quia misit Hierosolymam rogās illos pro auxilijs exhibēdis & daturum Auarin compromittentes quæ foret ex Hierosolymis egredientibus exire maiorū & ex ea qua procedens omnem ægyptum obtinerent.Deinde subiungit illos quidem venisse cum ducentis milibus armatorum.Regem vero Amenophin ægyptiorum cum non cessaret repugnandum deo mox ad Aethiopiam refugisse & Apin cum alijs sacris animalibus deuexisset Hierosolymis vero inuasione facta & ciuitates depopulatas & templa concremasse & equestres peremisse refert & nulla iniquitate aut opere iniquitatis abstinuisse.Quod vero conuersationem & leges eis exhibuit.Sacerdos inquit erat genere.Hieropolitis nomine Arsiphas alias Orsasiphas vocatus ab appellatione Osireos Heliopolitani dei & mutato noīe dictus pastea Moyses.Tertiodecimo vero inquit anno Amenophin postq̄ regno pulsus est ex Aethiopia profectum cum multis milibus dicit & congressum contra pastores atq; pollutos habita conflictione vicisse. Et multos interficientem vsq; ad fines Syriæ persecutum.In his iterum non intellexit si verisimilitudine se mentiri leprosum namq; & cū eis ait multitudo collecta debilium.Licet primitus irascerentur regi circa se vtiq; talia facienti secundum pręmonitionem vatis.Tamen cum a sectione lapidum sunt egressi & prouinciam percepere omnes circa eum mitiores effecti credēdi sunt porro si adhuc & illum odio habebant seorsum magis insidiari potuissent non circa omnes bella cōmittere cum scilicet plurimi existentes multorum illic cognationes haberent.Proinde etiam si contra homines pugnauere decreuere non tamen contra deos impietatem gerere pręsumebant nec contraria suis agere legibus in quibus inscripti esse noscūtur. ¶Oportet itaq; nos Manethoni gratias agere quoniam huius iniquitatis principes dicit.Non eos qui ex Hierosolyma sunt egressi:sed illos ipos Aegyptios esse probat & maxime sacerdotes atq; iusiurandi vincu-

Moyses primo scdm istū mēdacem orsasiphas vocatus est.

Rōe impugnat Manethonem mendacem.

Solēnes dij ęgyptiorum bos hircus.

Crocodilus.

Dij ppter ipietates & nō propter corporū diminutiones irascuntur.

Manethō mendosus & sibi repugnans.

lum illoꝝ multitudine cōuenisse. Illud aūt quomodo nō irrationabile est. Nec picula belli particip atus est: sed misere maculatos ad Hierosolymā & ab eis solacia poscerent maxima stulticia nō illoru sed hæc fingētis ostendit. Iste namq; etiā nomen positum ciuitati templorū spoliatiōe presumpsit e dicere. Et hoc postea fuisse mutatū. Miranda res quia posteris quidē turpe fuit tale nomē & ociosum Ipsi vero qui fundauere vrbem ornare semetipsos etiā vocabulo credidere. Hic aūt fortissimus vir multa detractionis i peritia non intellexit quia Hierosolimi non idē voce Iudaica quod Græca significat. Quid ergo amplius quilibet dicere cōtra mendaciū tam imprudenter expositum. Sed quoniam congruam iam magnitudinem suscepit hic liber. aliud faciens principium: cætera præsentis operis explanare tentabo.

Cōtra mutatio nē nois Moysi.

¶Explicit Liber Primus.

¶Incipit Liber Secundus contra Appionem.

¶Iosephus dicenda dictis continuans Appionis scripta detractionē contra iudeos cōtinentia improbat. Hic enim Iudęos Alexandrinos fuisse vocatos increpat dignitatē (quam impetrare prohibitus est adipisci) calūnians. Iudęi enim ꝑ Herathei testimonio ꝓpter fidem eorū & mansuetudinem ab Alexandro Alexandrię ciuitatis iure ciuilitatis honorati sunt. Quibus etiā Ptholomeus Lagus eorū fidem: & fortitudinem cognoscens ęgyptiaca castra cōmisit gubernanda. post hunc Ptolomeus Philadelphus non solū captiuos iudęos absoluit: sed & pecunias eis cōdonauit & leges eis cognoscere desiderans destinari viros (qui leges ipsas interpretarentur) rogauit. Tertius quoq; Ptholomeus (qui vocatus est benefactor) fortiter Syriam obtinens nondus ægyptiacis ꝓvictoria sed veniēs hierusalem multas hostias Iudęorum more gratificauit. Philometor quoq; & eius vxor Cleopatra regnum cōmiscere iudęis & duces militię fuerūt. Onias & Dositheus iudæi quorū nominibus derogat Appion cum potius deberet venerari quia regibus fideles fuerunt & eis gratias agere q̄m liberauere Alexandriam. Testis enim eorū iusticię est deus. Nam Physton Ptholomeus cum aduersum Onię exercitū pugnaret omnes iudęos in ciuitate positos cū filijs & vxoribus capiens nudos ac victos elephantis subiecit lacerandos sed conuersi elephanti regis interemerunt amicos.

¶Capitulum Primum.

PRIORI q̄dē volumine clarissime michi Epaphrodite de antiq̄tate nostra mōstraui phœnicum & Chaldæorū ægyptiorūq; litteris satisfaciens veritati multosq; Grecorū conscriptores adducens. & meam ediuerso disputationē aduersus Manethonem & Cheremonem & alios quosdā exhibui. Nunc aūt inchoabo reliquos arguere: qui cōtra nos aliqua conscripsere. Impulsus enim sum contra Appionem respondere grammaticum si tū assumi hoc oportet officium. Horum igitur quæ ab eo conscripta sunt alia quidem similia sunt dictis aliorum alia valde frigida. Plurima vero quondam tantummodo detractionem habentia & multā vt ita dixerim ineruditi probationem tanq̄ ab homine composita & moribus praua & totius vitæ suæ temporibus importuna. Quia vero multi hominum propter stultitiam suam his potius sermonibus capiūtur q̄ illis quæ multo studio conscribuntur. & derogationibus quidem gaudent præconis vero mordentur nichil horum nouit indoctus. Illud quoq; quod seminari dicit quo cum iudæi essent Alexandrini vocati sunt similis inscientię esse. Omnes etenim qui ab coloniam aliquam deuocantur & plurimum alterutris genere differunt ab ædificatoribus appellationem accipiūt. Et quid opus est de alijs dicere nostrorum enim ipsorum hi qui Antiochiam inhabitant Antiocheni nominantur lus enim ciuium eis dedit conditor Seleucus. Similiter & qui in Epheso commorantur in Licaonia cum ciuibus exinde natis vniuoci sunt. Hæc præbentibus regni eis per tempora successoribus. Romanorum vero clementia cunctis non paruulum donum appellationis suæ concessit. Non solum viris singulis. sed etiam maximis gentibus in communi. Hiberi deniq; antiqui & Tyrrheni & Sabini & Romani vocantur. Si vero hunc modum aufert communis ciuitatis Appion quiescat dicens semetipsum Alexandrinum. Natus enim in profundissima Aegypto quomodo erat Alexandrinus iure ciuilitatis sicut ipse in nobis dicit ablato cum solis Aegyptijs nunc orbis domini Romani participari cuiuslibet ciuitatis interdixisse videbantur. Hic autem ita robustus est, vt dignitates quas ipse impetrare prohibebatur adipisci non valens calumniari conetur eis qui hæc iustissime percepere. ¶Non enim propter inopiam habitatorum ciuitatis quam studiose ædificabat Alexander nostrorum aliquos ibi collegit, sed omnes approbans diligenter ex virtute ac sibi dignos inueniens hoc pręconium nostris exhibuit cum gentem nostram studeret non mediocriter honorare. Ait enim Hecateus. Quia propter mansuetudinem atq; fidem quam ei prębuere Iudęi Samariam regionem adiecit vt eam sine tributis habe-

Continuatio sequentiū ad p̄cedētia Taxat Appionis scripta quę i hoc libro vult improbare.

Appiō Iudæos alexādrinos vocatos icrepat dignitates (q̄bus nō erat dignus) calumnians.

rent. ¶ Similia quoq; sapuit post Alexandrũ. etiam Ptolomeus Lagi de Iudeis in Alexandria cõmorantibus. Nam ægyptiaca eis castra commisit. Arbitratus ea fide simul eorum & fortitudine conseruanda & in Cyrene credens se tutissime regnaturum & non ĩ alijs libię ciuitatibus ad ea loca partem Iudęorum habitandi causa direxit. ¶ Post hũc autẽ Ptolomeus qui Philadelphus est appellatus nõ solum si qui fuere captiui apud eos nostrorum omnes absoluit: sed & pecunias eis sępius cõdonauit & quod maximum est desiderauit agnoscere nostras leges & sacrarum scripturarum volumina cõcupiuit misitq; rogans destinari viros qui ei interprętauerunt legẽ & vt hęc apprime conscriberent diligentiam hanc cõmisit non quibuscunq; viris sed Demetrium Phalereum & Andream: & Aristeum ad hęc implenda cõstituit quorum eruditionem propriarum litterarum Demetrius differebat Alijvero habebant custodiam corporis eius iniunctam. His ergo hanc diligentiam imperauit. Non eñi leges & patrum nostrorum philosophiam discere concupiscet si his vtentes despiceret & nõ potius valde miraretur. Quę pœne omnes in ordine progenitores eius Macedonum reges ignorauere/habentes ergo nos precipuum familiaritatis affectum. ¶ Tertius namq; Ptholomeus qui vocatus est benefactor fortitur obtinens Syriam vniuersam nõ dijs ęgyptiacis pro victoria solẽnitates gratificas immolauit sed veniens ad Hierosolymã multas hostias sicut nostri moris est deo gratificauit dignissimaq; dicauit ornamenta victorię. ¶ Philometor autem Ptolomeus & eius vxor Cleopatra omne regnũ cõmisere Iudęis & duces totius fuere militię Onias & Dositheus Iudęi quorũ nominibus derogat Appion cum debuisset opera eorum potius mirari & gratias agere quoniam liberauere Alexandriã quã veluti defendere se quis confingit. Nam dum rebellio surrexisset in Cleopatrę regno & periculũ pessimę perditionis insisteret. Istorum labore ciuitas intestinis prelijs est erepta. Sed postea inqt Onias ad vrbem deduxit exercitum paruum cum esset illic Herinus pręses Romanorũ legatus Quod vt ita dicã recte atq; iuste factum est. Ptolomeus enim qui cognominatus est Physcon moriente suo patre Ptolomęo Philometore egressus est de Cyrene volens reginam Cleopatrã expellere & filios regis vt ipse regnum iniuste sibimet applicaret. propter hęc ergo Onias aduersus eũ bellũ pro Cleopatra suscepit. Et fidem quam habuit circa reges nequaq̃ necessitate deseruit. Testis autem deus iusticię eius manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolomęus cum aduersum exercitũ quidẽ Onię pugnare pręsumeret omnes vero Iudeos in ciuitate positos cũ filijs & vxoribus capiens nudos atq; vinctos elephantis subiecisset vt ab eis conculcati deficerent. Et ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset in contrarium quę prępara uerat euenere. Elephanti enim relinquentes sibi appositos Iudęos impetu facto super amicos eius multos ex ipsis interemere. Et post hęc Ptolomęus quidem aspectum terribilem contẽplatus est prohibentem se vt illis noceret hominibus. Concubina vero sua carissima quam alij quidẽ Hythacã. Alij vero Hyrenem denominans supplicante ne tantam impietatem perageret & concessit & ex eis quę egerat vel acturus erat pœnitentiam egit. Vnde recte hanc diẽ Iudęi Alexandria cõstituti eo ꝙ aperte a deo salutem promeruere celebrare noscuntur.

Testimoniũ hecatei adducit iosephus de honore iudeis ꝓpter eoꝝ fidẽ & mãsuetudinẽ ipẽso ab alexãdro ptolomęo Lagi ptolomęo Philadelphe & Ptolomæo energete atq; Philometore Ptolomæo & Cleopatra vxore. &c.

Appiõ oniæ & dosithei iudeorũ derogat noĩbus quoꝝ potius deberet imitari qa fideles regibus fuerunt

Crudelitas Phystõis Ptolamęo q iudeos nudos elephãtis & bestijs dedit denorãdos s3 cõuersi elephãti suos iterimere aicos.

¶ Appion omnium calũniator Iudeos propter bellũ cõtra Ptolomeũ Phystonẽ accusat cũ eos potius deberet laudare: & pro eorũ fidelitate cõtra ipsum Iosephus affert testimoniũ & eius obiectioni quare Alexãdrinoꝝ (cũ sint alexdriẽ deos ciues nõ adorauit) rñdet. cũ etiã ipsi ęgyptij scd̃m variã opinionũ diuersas adorent bestias naturę cõtrarias. ipse aũt Appion cõtra Iudęos incepit seditionem. imaginum aũt apud alios a Iudeis (his oĩno etiã dei imagines prohibenẽ) institutionis rei ꝑ imaginẽ representate causa fuit honoris exhibitio.

Capitulum secundum.

Appion aũt oĩm calũniator etiã ꝓpter bellũ aduersus Physconẽ gestũ/Iudęos accusare ꝓsumpsit cum eos laudare debuerit. ¶ His aũt etiã vltimę Cleopatrę reginę Alexandrinorũ meminit. Veluti nobis improperans qm̃ circa nos fui ignorata & nõ potius illã redarguere studuit cui nichil oĩno iniustitię & malorũ operũ defuit vel circa gñis necessarios vel circa maritos suos qui etiã dilexerint eã. Vel in cõmuni cõtra Rõanos oẽs & bñfactores suos iperatores. Quę etiã sororẽ Arsinoem occidit ĩ tẽplo nihil sibi nocẽtẽ. Peremit aũt & fratrẽ insidijs paternosq; deos & sepulcha ꝓgenitoꝝ depopulata est. Percipiẽsq; regnũ a prio Cęsare eius filio & successori rebellare ꝓsumpsit. Antoniũq; corrũpẽs amatoris rebus & pãię inimicũ fecit & infidelem circa suos amicos instituit. Alios quidẽ gñe regali spoliãs. alios autem demens & ad mala gerenda compellẽs Sed quid oportet amplius dici/cum illum ipsum in nauali certamine relinquens idest maritum & parentẽ cõmunium filioꝝ tradere cum exercitu a principatu & assequi esse q coegit? Nouissime vero Alexandria a Cęsare capta ad hoc vsq; ꝑducta est vt salem hinc sperare se iudicaret si posset ipsa manu sua Iudęos perimere eo ꝙ circa omnes crudelis & ifidelis extaret. Putas ne gloriandum nobis non est si queadmodum dicit Appion/famis tempore Iudęis triticum nõ est mẽsa Sed illa quidẽ pœnã subijt cõpetentẽ.

Appiõ Iudæos ꝓpter bellũ cõtra Physconem accusat cũ3 eos deberet laudare.

Iosephus cæsaris testioniovtĩ contra appionẽ ꝑ fidelitate iudeorum. &c.

Nos autem maximo Cęsare vtimur teste atq; fidei q̃ circa eum contra ægyptios gessimus necnõ & se natu eiusq; dogmatibus & epistolis Cæsaris Augusti quibus nr̃a merita comprobantur Has litteras. Appionem oportebat inspicere & secundum genera examinare testimonia sub Alexandro fc̃tã. Et omnibus Ptolomeis & quę a senatu constituta sunt. Necnon & maximis Romanis imperatoribus Si vero germanicus frumenta cũctis in alexandria commorantibus mentiri nõ potuit hoc iudicium est sterilitatis ac necessitatis frumentorum non accusatio iudęorum. Quid eni sapiant omnes/imperatores de iudeis in Alexandria commorantibus palam est. Nam administratio tritici nihilominus ab eis q̃ ab alijs Alexandrinis translata est. Maximã vero eis fidẽ olim a regibus datam conseruauere idest fluminis custodiã totiusq; custodię nequaq̃ his rebus indignos esse indicantes. ❡ Sed super hoc quo modo ergo inquit si sunt ciues: eosdem deos quos alexandrini non colunt? cui respondeo. Quomodo etiam cũ vos sitis ęgyptij inter alterutros prelio magno & sine fœdere de religione contẽditis. An certe propterea non vos omnes dicimus ęgyptios? & neq; communiter homines quoniam bestias aduersantes naturę colitis multa diligentia nutrientes. Cum genus vtiq; nostrorum vnum atq; idem esse videatur. Si autem in vobis ęgyptijs tantę differentię opinionum sunt quid miraris super his qui aliunde in Alexandriam aduenerunt? Sin legibus a principio constitutis circa talia permansere. Ijs autem seditionis causas nobis apponit qui si cum veritate ob hoc accusat Iudeos in Alexandrip constitutos. Cur omnes nos culpariq; positos eo ꝙ noscamur habere concordiam. Porro enim seditiõis auctores quilibet inueniret Appioni similes Alexandrinorum fuisse ciues. Donec enim greci fuere & Macedones hanc ciuilitatem habentes nullvm sedi[t]ionem aduersus nos gessere/sed antiquis cessere solẽnitatibus Cum vero multitudo ęgyptiorum creuisset inter eos propter confusiones temporũ etiã hoc opus semper est additum. Nostrum vero genus permansit purum. Ipsi igitur molestię huius fuere principatũ nequaq̃ populo Macedonicam habente constantiam neq; prudentiã gręcã: sed cũctis scilicet vtentibus malis moribus ęgyptiorum & antiquas inimicitias aduersum nos exercẽtibus. Ediuerso namq; factum est quod nobis improperare pręsumunt. Nam cum plurimi eorum non oportune ius eius ciuilitatis obtineant peregrinos vocãtes eos qui hoc priuilegium ad oẽs impetrasse noscõtur. Nam ęgyptijs neq; regum quisq̃ videtur ius ciuilitatis fuisse largitus neq; nunc quilibet imperatorum. Nos autem Alexander quidem introducit. Reges autẽ auxere. Romani vero semp custodire dignati sunt. Itaq; derogare nobis Appion dignatus est quia imperatorum nõ statuamus imagines tã q̃ illis hoc ignorantibus aut defensione Appionis indigẽtibus/cũ potius debuerit admirari magnanimitatem mediocritatemq; Romanorũ Q᷑m subiectos non cogit patria iura transcendere. Sed suscipiunt honores sicut dare offerentes piũ atq; legitimũ est. Non enim honoris gratiã habent/qui ex necessitate & violentia conferuntur. Græcis itaq; & alijs quibusdã bonũ esse creditur imagines instituere. Deniq; & patrũ vxorum filiorumq; figuras depingentes exultant. Quidã vero etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. Alij vero & seruos diligentes hoc faciunt. Quod ergo mirũ est. si etiam principibus ac dominis hunc honorem prębuere videantur? Porro aũt legislator nõ quasi prophetãs Romanorum potentiam non honorandam/sed tanq̃ causam/neq; deo/neq; hominibus vtilem despiciens. Et qm̃ totius animati multo magis dei inanimati probatur inferius interdixit imagines fabricati. Alij autem honoribus post deum colendos non prohibuit viros bonos quibus nos & imperatores & populum ro. dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia & non solũ quotidianis diebus ex impensa communi omniũ Iudęorũ talia celebramus. Verũ cum nullas al's hostias ex cõmuni neq; pro filijs peragamus. Solis imperatoribus hunc honorem pręcipuum pariter exhibemus quem hominum nulli persoluimus. Hæc itaq; cõmuniter satisfactio posita sit aduersus Appionẽ pro his quę de Alexandria dicta sunt.

Obiectiõi appionis rñdet iosephus rõnẽ assignans quare iudæi (cũ sint alexandrini ciues) deos nõ colunt alexãdrinorum Aegyptij bestias naturę cõtrarias colunt.

Appiõ seditionẽ incepit cõtra iudęos.

Causa imaginũ cõstructarꝫ apd alios a iudęis q bus ꝓhibitũ est

❡ Iosephus Appionis fautores vt possidonium & Appolonium increpat qui templũ blasphemãtes Iudeo asini caput ibidem mentiuntur adorare: & Antiochum illud ex auro compositum (cum ipm templũ expoliauit) affirmant inuenisse contra quos pro templi honestate/Polybium/Stratonẽ/Nicholaum damascenum/Tymagenẽ/Castorem/& Appolodorum testes producit: qui omnes Antiochum auro argẽtoq; plenum templum dicunt spoliasse. Neq; iudei asinis honorem neq; potestatem aliquam dant sicut ęgyptij Crocodillis & aspidibus quas adorant: Sed sacrilegũ Antiochũ excusare volentes multa cõtra tẽpli honorẽ sunt mentiri. quoꝝ Appiõ propheta fixit ipm in tẽplo lectum inuenisset & iacẽtẽ hoiem mẽsãq; multis cibarijs refertã illũq; hoiem gręcũ iacente ab antiocho libertatẽ petiuisse & annis singulis imponit dixisse iudęos gręcũ saginatũ occidere & imolare & ex visceribus gustare & in imolatione Gręci cõtra gręcos cõiurare in inimicitias. Sed ad fabulã rñdet Iosephus cũ iudei nõ solũ aduersus gręcos legũ discordiam habeant: sed aduersos ægyptios & plurimas alios & tamẽ nihil tale aduersos vllum cõmittitur. Nec etiã tantis iudeorum milibus degessenda sufficere

viscera Insensati itaq; non verbis:sed operibus sunt arguendi. Templi namq; integritas & mundicia in porticum custodia manifestantur atq; maxima circa illud prouidẽtia cum neq; aliquod vas liceat portare in templum.

Capitulum tertium.

Admiror autem esse nos/qui ei huiusmodi formitem pbuere/ idest possidoniũ & Apolonium Molonis/qm̃ accusant quidem nos quare nos eosdem deos cũ alijs non colimus Mentientes autem pariter/& de nostro templo blasphemias componentes incongruas/ non se putant impie agere/ dum sit valde turpissimum libris qualibet rõne mentiri. Multo magis de templo apud cunctos hoies nominato tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Appion psumpsit edicere Asini caput collocasse Iudęos/& eum colere/ac dignũ facere tanta religione/& hoc affirmãt fuisse depalatũ dũ Antiochus & Epiphanes & expoliasset templũ/& illud caput inuẽtum ex auro cõpositum multis pecunijs dignũ. Ad hoc igit prius quidem. Quoniã Aegyptius vel si aliquid tale apud nos fuisse nequaq̃ debuerat increpare cũ non sit deterior asinus furonibus & hircis & alijs qui sunt apud eos dij. Deinde quomodo non intellexit operibus increpatus de incredibili suo mendacio Legibus nãq; semper vtimur hisdem/in quibus sine fine consistimus. Et cum varij casus nostram ciuitatem sicut etiam aliorũ vexauerint. Et dius ac Pompeius magnus/ac Licinius Crassus/& ad nouissimum Tytus Cæsar/ bello vincentes obtinuerunt templum. Nichil huiusmodi ille inuenere/sed purissimam pietatem de qua nichil nobis est apud alios effabile. Quia vero Antiochus neq; iustam fecit templi deprędationẽ/ sed de egestate pecuniarũ ad hoc accessit cum non esset hostis/& super nos auxiliatores suos & amicos aggressus est. Nec aliquid dignum derisione illic inuenit. Multi & digni cõscriptores super hoc quoq; testãtur/Polybius Megalopolita/Strabon Capadox/Nicolaus Damascenas/Timagenes/ & Castor tẽporum conscriptor/& Apollodorus omnes dicunt pecunijs indigẽtem Antiochum transgressum fœdera Iudęorum & spoliasse tẽplum auro argẽtoq; plenum. Hęc igitur Appion debuit respicere/nisi cor asini ipse potius habuisset/& impudentiam canis/& qui apud ipsos assolet coli. Neq; enĩ extrinsecus alia ratiocinatione mẽtitus est. Nos itaq; asinis neq; honorem neq; potestatem aliquam damus sicut Aegyptij Crocodilis & aspicibus/quando eos qui ab istis mordentur & a Crocodilis rapiuntur fœlices/& deo digni arbitantur. Sed sunt apud nos asini/ quod apud alios sapientes viros onera sibimet imposita sustinentes. Et licet ad archas accedentes comedant aut proposita non adimpleãt multas valde plagas accipiunt quippe operibus & ad agriculturã rebus necessarijs ministrantes/sed aut omnium gurdissimus fuit Appion ad componendum verba falacia/aut certe ex rebus initia sumẽs hęc implere nonvaluit/quando nulla potest contra hos blasphemia prouenire. ¶ Alteram vero fabulam derogatione nostra plenam de gręcis apposuit/de quo hoc dicere saterit/quoniam qui de pietate loqui pręsumunt/oportet eos non ignorare minus esse in mundum per templa transire q̃ sacerdotibus scelesta verba confingere. Isti vero magis studere defendere sacrilegũ regem q̃ iusta & veracia de nostris & de templo conscribere. Volentes enim Antiocho pręstare & infidelitatem ac sacrilegum eius tergere quo circa gentem nostram est vsus ptopter egestatẽ pecuniarum detrahẽtes nobis/etiã quæ in futuris essent mentiti sunt. Propheta vero aliorum factus est Appion/& dixit Antiochum in templo inuenisse lectum & hominem eo iacentem/& propositam ei mensam maritimis terrenisq;volatilium dapibus plenam:& obstupuisset his homo. Illum vero mox adorasse regis ingressum tanquam maximum ei solatium prębiturum/ac procidentem ad eius genua extensa dextera poposcisse libertatem. & iubente rege vt cõsideret & diceret quis esset vel cur ibidem habitaret vel quę esset causa ciborum eius. Tunc hominem cum gemitu & lachrymis lamentabiliter suam ait narrasse necessitatem Inquit esse se gręcum & dum perageret prouiciam propter vitę causam direptum se subito ab alienigenis hominibus/atq; deductum ad templum & inclusum illic/ & a nullo conspici/ sed cuncta dapium pręparatione saginari. Et primum quidem hęc sibi inopinabilia beneficia prodidisse & detulisse lęticiam. Deinde suspitionem/postea stuporem/ac postremum consulentem a ministris ad se accedentibus audisse legem ineffabilem Iudęorum pro qua nutriebatur/ & hoc illis facere singulis annis quodam tempore constituto. Et compręhendere quidem Græcum peregrinum/ eumq; annali tempore saginare/& deductum ad quandam siluam occidere quidem eum hominem eius corpus sacrificare secundum [illegible] sõlemnitates/& gustare ex eius visceribus & iusiurandum facere in immolatione Gręci/vt in[illegible] co[illegible] Græcos haberent. Et tunc in quandam foueã reliqua hominis pereũtis abijcere [illegible] paucos iam dies debita sibimet superesse atq; rogasse vt erubescẽtes Gręcorum deos & [illegible] insidias iudęorum. De malis eum circũstantibus liberaret. ¶ Hu[illegible] tragœdia plenissima est/sed etiã crudeli impudẽtia redundat. Nõ tñ [illegible] sicut arbitrati sunt qui hęc ad illius gratiam cõscripsere. Nã

Cõtra Appiõis fautores & templi blasphemos Turpissimum mentiri.

Appiõ asini caput i tẽplo mentit iudęos adorare.

Testes de honestate tẽpli q oẽs Antiochũ auro argẽtoq; plenũ dicũt spoliasse.

Aegyptij adorãt crocodillos & aspides.

Sacrilegũ Antiochũ volẽtes excusare multa mẽtiti sũt cõtra tẽpli honorem quorũ Appion propheta dixit ipm̃ i templo lectũ inuenisse & hoiem iacẽtem apposita mẽsa.

Appion iudęis iponit singulis annis gręcũ occidere & imolare &c.

enim presumsit aliquid tale vt ad templum accederet/ Sed sic autem inuenit non sperans. Fuit ergo volūtatibus iniquis impius/ & nichilominus sine deo quanta iussit mendacij superfluitas quē ex ipa recognoscere valde facillimum est. Non enim circa solos Grecos discordia legum esse dignoscit/ sed maxime aduersus Aegyptios & plurimos alios. Quē enim chorum contigit aliquando circa nos peregrinari? vt aduersos solos renouata cōiuratione per effusionem sanguinis egeremus/ vel quomodo possibile est vt ad has hostias oēs iudei colligerentur/ & tantis milibus ad gustanda viscera illa sufficerent sicut ait Appion/ vel cur inuentum hominem quicumq; fuit/ non enim suo nomine conscripsit/ aut quomodo eum in suam patriam rex non cum Pompa deduxit dum posset. Hoc faciens ipse quidem putari pius & Grecorum amator eximius/ assumere vero cōtra iudeorum odium solatia magna cūctorum. Sed hec relinquo/ insensatos enim non verbis sed operibus decet arguere. Sciunt igit omnes/ qui viderent constructionem templi nostri/ qualis fuerit & intransgressibilem eius purificationis integritatem. Quattuor enim porticus habuit incircuitu/ & harum singule propriam secundum legē habuere custodiam. In exteriorem itaq; ingredi licentiam omnibus etiam alienigenis/ mulieres tantummodo mēstruate transire prohibebantur. In secunda vero porticu cuncti iudei ingrediebātur eorumq; coniuges cum essent ab omni pollutione munde. In tertia masculi iudeorum mundi existētes atq; purificati. In quarta autem sacerdotes stolis induti sacerdotalibus. In aditum vero soli pricipes sacerdotum propria stola circūamicti. Tanta vero est circa omnia prouidentia pietatis/ vt secūdum quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane etenim aperto templo oportebat faciētes hostias introire. Et meridie rursus dum clauderent templum. Deniq; ne vas aliquod portari licet in tēplum/ sed erant in eo solummodo posita altera mensa turibulum candelabrum que omnia & in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neq; ministeriorum aliquorum ineffabilium agitur: neq; intus illa epulatio ministratur. Hec enim que predicta sunt habent totius populi testimonium manifestum rationemq; gestorum. Licet enim sint tribus quattuor sacerdotum & horum singule habent hominū plusq̄ quinq; milia/ fit tamen obseruatio particularitur per dies certos/ & his transactis alij succedentes ad sacrificia veniunt/ & congregati in templum mediante die precedentibus claues templi & ad numerum omnia vasa percipiunt nullaq; ad cibum aut potum attineant in templo delata. Talia nāq; etiam ad altaria offerre prohibitum est: preter illa que ad sacrificia preparantur. Quod ergo Appionem esse dicimus nisi nihil horum examinantem verba incredula protulisse. Sed turpe est historiae enim veram notitiam se proferre grammaticus non promisit. Et sciens templi nostri pietatem hanc quidem pretermisit. Hominis autem greci comprehensionem finxit: & pabulum ineffabile & ciboꝝ opulentissimam claritatem. Et peruios ingredientes vbi nec nobilissimos Iudeorum licet intrare nisi fuerint sacerdotes. Hec ergo pessima est impietas atq; mendacium spontaneum ad eorum seductionem: qui noluerunt discutere veritatem.

Insensati nō verbis sed opibus sunt arguendi. Tēpli purificationis itegritas & custodia i q̄tuor porticibus & circa oia ꝓuidētia maxima. Tp̄s & modus tēplū ingrediēdi Non licebat aliqđ vas portari in tēplum.

Appion grāmaticus.

¶ Aliam finxit fabulam Appion Zabidonem dicens luciferum asini caput habentem in templum venisse (obstupescentibus inopinabili visione Iudeis) & rursus Doram velociter aduenisse quod falsum auctor manifestat. Qua loca que non sunt scribit & ciuitates nescientes trāsfert & Iudeos (eo q; communes cum alijs deos non habeāt) accusat: & ad se venturum Apollinem & cum stellis super terram eum ambulare credidisse. Nullus enim lucernem vidit neq; ambulanti obuiauit. Ianuarū quoq; templi tanta erat quantitatis vt non minus q̄ a ducentis viris claudebant. Multiq; greci Iudeorum leges venerati sunt quorum quidem permanserūt alijs recedentibus nullusq; hoc meminit: sed solus Appion hec adinuenit. Ipse enim nouus Iudeorum fuit accusator malorum apud aegyptem gestoꝝ oblitus. Aegyptij enim perses & Macedonibus nihil a famulis differētes Iudei vero. cxx. annis principatum tenuerunt. Appionē quoq; irridet qui Alexandrinam beatificat quia se coōem habere meruit dicens illū oportere testem esse sui qui aliū non habet accusanti se insuper Appion iudeos quia suilis non vescunt carnibus & in genitalibus circumciduntur. respōdet Iosephus animalium communem omnibus esse immolationem nec propter hoc mundum (quod expauit Appion) animalibus de solādum preceptaq; ab initio fore dicit deos coleret & diligere sapientiam & hec maxime adimplēt qui circumciduntur & porcinis abstinent cibis. Appion itaq; suas ignorans leges de iudeorum legibus mentitus est & circumcisus putrefactus expirauit doloribus.

Capitulum quartum.

Der ea si quidē mala & ineffabilia que predicta sunt nobis detrahere tentauere. Rursumq; tāq̄ pijssimus dederit adijciens fabule inna facta. Et enim illum retulisse dum bellum iudei contra iudeos haberent. Longo quodam tempore in alia ciuitate Iudeorum qui ea apollinem colebat venisset ad iudeos/ cuius hominis nomen dicitur Zabidon. Deinde quis e[illegible] promisisset traditurum se eis Apollinem deum Doriensium venturūq; illum ad nostrum templum. Si oēs ascēderet &

Alia fabula cōficta ab appiōe del zabidone lucernifero asini caput habēte.

credidissent omnem multitudinem iudęorum. Zabidō vero fuisse quoddam machinamentū ligneū. A Et circumposuisse sibi: & in eo tres ordines infixisse lucernarum: & ita ambulasse vt procul stantibus appareret quasi stella per terram iter agēs Porro Iudęos inopinabili visione obstupuisse: & longe cōstitutos tenuisse silentium. Zabidon vero multa quiete ad templum venisse & aureū detraxisse asini caput. Sic enim vrbane conscribit: & rursus Doram velociter aduenisse. Igit & nos dicere possimus: quia asinum hoc est semetipsum Appion grauat & facit stultitia simul & mendacijs oneratum. Loca namq; quę non sunt conscribit. & ciuitates nesciens trāsfert. Idumea enim prouincię nostrę confinis & posita iuxta Gazam & nulla ciuitas huius Dora nuncupatur. In Phœnice vero iuxta montem Carmelum Dora ciuitas appellatur in nullo concordans Appionis oblocutionibus. Quattuor enim dierū itinere procul est a Iudęa. ¶ Cur itaq; rursus accusat eo q̄ nō habeamus cōmunes cum alijs deos si sic facile credidere patres nostri ad se venturum Apollinem & cum stellis eum ambulare super terram putauere/ Lucernam enim primo nunq̄ videre. Qui licet & tantam & talia concelebrant candelabra. Sed nec aliquis ei ambulanti per prouinciam ex tātis milibus obuiauit. Desolatos etiam viros custodibus comperit: & hoc tempore prelij. Cętera iam relinquo. Ianuę vero templi altitudine quidē erant cubitorum sexaginta: latitudine vero vingiti. Omnes deauratę & pene auro puro confectæ. Has claudebāt non minus quam viri ducenti diebus singulis: & relinquere eas apertas nefandissimū nimis erat. Facile eas lucernifer ille apperuisse creditur qui solus etiam habuisse asini caput ęstimabatur. quapropter dubium est vtrum hoc caput Zabidon denuo reuocauit. An certe sumens Appion introduxit in templum vt Antiochus inueniret. Vnde in secundo Appioni aliquam mētiendi daret occasionem & conscribēdum banirantium per deum factorem cœli & terrę maris nulli Iudęos facturos alienigenę & maxime Grecis. Oportebat aūt mentientē absolute dicere nulli facturos alienigenę & magis Aegyptijs. Sic eni ab initio poterāt eius figmēta de iureiurādo cōgruere ab Aegyptijs vtiq; non propter malignitatem suam: sed propter calamitates expulsi sunt. A Græcis autem plus locis q̄ B studijs sumus adiūcti: ita vt nullę inter nos & illos inimicitię Zelotypię esse noscunt. E diuerso nāq; multos eorum ad nostras leges contigit accessisse/ quorum quidam permansere quidam vero perdurare non ferentes denuo recessere. Hoc tamen iusiurādum nunq̄ se quisq̄ audisse meminit apud nos habitum/ sed solus Appion vt videtur audiuit. Ipse vtiq; composuit nimis: igitur hęc maxima compositio etiam infuturo dicenda Appionis admiratione dignissima est. Quarum rerum hoc affirmat indicium/ quia neq; legibus iustis vtamur/ nec deum colamus vt cōuenit/ & diuersis gētibus seruiamus/ & calamitates quasdem circa ciuitatem sustineamus cum vtiq; principalis ciuitas Romanorum sit/ cuius ciues soli ab initio regnare atq; nos seruire consueuerunt. Quis etenim ab horum magnanimitate se valeret abstinere? Nullus etenim aliorum potest dicere sermonem quem Appion locutus est/ quando paucis contigit in principatum continue præsidere & non rursus alijs facta mutatione seruire. Plurimę namq; gentes alijs obedire coactæ sunt. Soli autem Aegyptij eo q̄ refugiant sicut aiunt in eorum prouidentia dij atq; soluentur migrantes in effigies bestiarum. Honorem præcipuum inuenerunt vt nulli famularentur horum qui Asiam Europamq; tenuere. Qui scilicet vnam diem ex quo totius sæculi non habuere libertatem neq; apud indigenas dominos neq; apud externos Nam quēadmodum eis vsi sint per se non semel solummodo sed frequenter vastantes vrbes templa vertentes amputatos apud eos interficientes deos improperare non studeo. Non enim cōuenit stultitiam nos indocti Appionis imitari/ qui neq; casus Atheniensium neq; Lacedęmoniorum animo suo cōcepit. Quorum alios quidem fortissimos/ quorum summi diuersis vitę sunt calamitatibus sauciati. Dimitto dirutam Atheniensium arcem templum Ephœsinum & Delphos/ aliaq; multa pro quibus intulit. sed potius inferētibus improperia. ¶ Nouus autem accusator nostrorum Appion inuentus est malo C rum suorum apud ægyptum gestorum prorsus oblitus. Sed Sesostris eum quem refert fabula regem fuisse ægypti vt credit excęcauit. Verumtamen possumus & nos dicere nostros reges Dauid & Salomonem: qui multas subdidere gentes. Sed de his modo supersedendū est. quę vero cunctis nota sūt: Appion modis omnibus ignorauit: quoniam persis & post illos principibus asię Macedonibus/ ęgyptij quidem seruire nihil differentes a famulis. Nos autem liberi consistentes etiam ciuitatum in circuitu positarum tenuimus principatum annis viginti & centum vsq; ad Pompeium magnū & dum vniuersi sunt expugnati a Romanis principibus omniū soli propter fidem suam maiores nostri auxiliatores & amici fuere. Sed queritur quia viros mirabiles non prębuimus vel vt quorundam artium inuentores & inter hos enumerat Socratem & Zenonem Cleantem & alios huiusmodi. Deinde qđ potius est mirandum semetipsum his adiecit & beatificat Alexandriam quia ciuē talem habere meruit/ quod rite facit. Oportebat enim vt ipse sui testis existeret/ quia alijs omnibus sit importunus & callidus esse videbat & vita verboq; corruptus. Quapropter recte quilibet Alexādrię cōdolebit si su

Rn̄sio ad fabulam.

Ianuaꝝ tēpli q̄titas & ornatus quas nō minus viri ducēti singl'is diebus claudebant &c.

Multi græci iudeorū leges venerati sūt.

Inuectiua contra appionē mēdacem.

Nouus iudeoꝝ accusator Appiō maloꝝ apđ ęgyptū gestoꝝ oblitus seruierēt eni ęgyptij psis & macedōibus nihil a famulis differētes Iudęi vero tenuerunt pricia cxx. ānis.

per isto aliquid magni sapuerit. De veris autē qui fuere apud nos titulo nullo laudis inferiores sciunt qui voluerint nostrę antiquitatis libris incūbere. Reliqua vero quę in accusatione conscripta sunt dignū erat forte sine satisfactione relinquere: vt ipse sui potius & aliorū Aegyptiorū accusator extaret.

Appiō iudęos de imolatione aīaliū & qa suillis nō vescūtur carnibus & de genitaliū circūcisione accusat ad quę Ioseph⁹ rñdet prio de imolatiōe aīaliū quę cōmunis ē cū alijs pplis.

¶ Queritur enim eo q animalia consueta sacrificemus: & nō vescamur carnibus suillis: sed & circūcisionem genitalium vehemēter irridet. De nostrorum quidem animalium peremptionē cōmunio nobis est cum alijs hominibus vniuersis. Appion autem sacrificantes nos redarguēs increpat semetipsum: cum genere sit Aegyptius. Nō enim Gręcis aut Macedonibus aduersatur. Isti enim optant sacrificare & centum bobus ad sacrificia suis dijs & sacerdotibus vtuntur ad epulas. Quę cum ita sint non propterea contigit mundum animalibus desolari/ quod Appion expauit. Qui tamen si solemnitates Aegyptiorum sequerentur quidam mundus hominibus ferocissimis aut bestijs impleref: quas isti iudicantes deos diligenter enutriunt. Etenim si quis eū consuleret: quos putaret omniū Agyptiorum esse sapientes atq; deicolas sacerdotes sine dubio fateretur. Hæc enim duo dicuntur sibimet ab initio a regibus esse pręcepta. vt deos colant & sapientiam diligant/ quod illi facere pręcipue iudicātur/ qui tamen & circumciduntur omnes/ & a porcinis abstinent cibis. Sed neq; vllus alter Aegyptiorum cum eis dijs sacrificare dignoscit. Cęcus igitur fuit Appion/ quādo pro Aegyptijs nostras detractiones componens illos videtur potius accusare/ qui nō solū vtunf solemnitatibus/ quas in nobis culpat iste. Sed etiam alios circūcidi docent/ sicuti dixit Hero dotus. Vnde recte michi videtur Appion propter patrię suę leges mulctam soluisse blasphemię. Etenim necessario circumcisus circa genitalia vulnera ei facta nihil ei circum pferunt & putrefactus magis doloribus expirauit. Oportet enim bñ sapientes in legibus proprijs circa pietatem integre permanere/ & aliorum minime permanere. Iste vero suas quidem leges effugit. De nobis vero mentitus est. Hic itaq; terminus vitæ fuit Appionis. Sed & noster hic iam finem liber accipiet.

¶ Iosephus Apollonium Molonem & Lysimachum & nonnullos alios reprehendit qui tam per ignorantiam q̄ per insaniam Moysi legislatori tanq̄ mago derogantes leges. Iudęorum nullius malicię nulliusq; virtutis dixerunt esse doctrices. Apollonij vero dispersa est accusatio. Hic enim iudęos aliqñ sine deo esse hominibus odiosos appellat aliquādo eis formidinem improperat. aliqñ superbiā impingit ipsosq; barbaris affirmat stultiores. legislatorem autem Moysem super cęteros legislatores gręcos (apud quos legis nomen non fuit cognitum) extollit laudibus. legislatores enim Gręcorum fallaces sunt: infiniteq; sunt eis legum differentię sibi inuicem repugnātes Moyses vero deum eternum omnium gubernatorem legibus suis colere docuit. Pythagoras quoq; anaxagoras plato & Stoici diuinam cognouerunt naturam.

Capitulum quintum.

Contra apollonium & lysimachū moysi legislatori tāq̄ mago & fallaci derogātes dicētes leges iudęorū malicię nulliq; virtutis esse doctrices.

Accusatio apollonij dipsa q iudęos aliqñ sine deo eē hoibus odiosos appellat aliqñ eis formidinē iproperat aliqñ superbiā eis ipigit ipsosq; barbaris affirmās stultiores.

Quoniam vero & Apollonius Molonis & Lysimachus/ & alijs quidam tam per ignorantiā q̄ per insaniam de legislatore nostro Moyse de legibus verba protulere/ nec iusta nec vera. Dum illi quidem velut mago atq; fallaci derogant. Leges autem malitiæ apud nos nulliusq; virtutis affirmant esse doctrices. Volo breuiter & de omni cōdersatione nostra & de particulari sicuti potero proferre sermonem. Reor enim fore manifestum/ quia & ad pietatem alterutrum vniuersalemq; clementiam/ insuper ad iusticiam laborumq; tolerantiam/ & ad contemptū mortis optimas leges positas habeamus. Rogo tamen lecturos vt non cum inuidia exequātur huius operis lectionem. Non enim proposui laudes cōscribere nostrorum: sed aduersus eos qui nos plurimum & falaciter accusarunt satisfactionem hanc puto esse iustissimam. Proinde accusationem Apollonius non continue sicut Appion instituit: sed dispersim. Quippe tñ aliquando quidem nos sine deo & hominibus odiosos appellet. Aliqñ vero formidinem nobis improperat. Et ediuerso rursus aliqñ de p̄sumptione fastum gentis nostrę queriτ. Dicit autem etiam stultiores barbaris & propterea nullū inuētum nos solos vitę vtlię comperisse/ Hęc autem omnia manifeste redarguunt dū vniuersa contrario q̄ ab eo sunt dicta mōstranτ. Et legibus imperata & a nobis cū omni integritate gesta. Si vero coactus fuero facere mentionem legū contrariarum apud alios cōstitutarum cuius rei culpabiles illi sunt qui nostras solemnitates tanq̄ malas dicere voluere. Quibus neutrum puto remanere quod dicant: neq; quia eas habeamus leges quarum ego capitales & summas ad increpandum positurus sum æque: quia pręcipue in legibus proprijs perduramus. Paulū ergo sumens onus volo prius edicere: qui corū qui sine lege & ordine viuunt. Hi qui ordinis & cōmuniū legum amatores extiterūt: & primi hoc inchoauerunt. recte mansuetudinem nostramq; virtutem p̄stare dicendi sunt. Deniq; cognatur singuli eorum gesta sua ad antiquitatem referre: vt imitatores aliorum videantur existere: & non ipsi potius alijs. vt legitime viuere debeant exponere. His igitur hunc in modum habentibus virtus legislatoris est memoria considerare: & his qui vsuri sunt legibus quas posuerit satisface quia recte sunt. Populi vero est vt in omnibus quę constituta sunt perduret: & neq; fœlicitate procedente neq; calami-

A tatibus aliquid horum immutet. Dico igitur nostrum legislatorem quorumlibet qui memorantur legislatorum antiquitate precedere. Lygurgus eni & Solon & Zeleucus Locrensis & omnes qui apud grecos mirabiles sunt nouelli atq; recentes quantum ad illum comparati esse noscunt. Quando nec ipsum nomen legis fuisse olim apud Græcos agnoscitur. Testis Homerus est qui nusq̃ in opere suo hoc vsus est nomine. Non enim secundum legem: sed indiffinitis sentencijs & regum preceptiōibus populus regebatur. Vnde etiam multo tempore permansere tantum moribus vtētes: & non scripto. Et multa horum semper secundum euentum casuum permittentes. Noster vero legislator antiquus existens hoc etenim vndiq; manifestum est etiam apud eos clarum qui semper contra nos loquunt semetipsum prebuit optimum principem populorum & conciliatorem magnum. Sed instructionem totius legis vitæ constringens eis suasit hanc libēter excipere & firmissime inclyta scientia custodire. Primitus autem eis magnitudinis opera videamus. Ille namq; progenitorum nostrorum relinquentium Aegyptum & ad terram propriam remeantium: multa milia sumens ex plurimis & impossibilibus rebus cautissime liberauit: & inaquosam eos & multū arenosam oportebat transire viam: bellaq; deuincere: & filios ac vxores p̄damq; belli seruare in quibus dux egregius & cōciliarius sapiētissimus & tutor veracissimus fuit vniuersorum. Omnem si quidem multitudinem in semetipsum pendere facit: & cum omnia que vellet persuadere posset in nullo horum vindicauit sibimet potestatem: sed in quo maximo tempore potestatem sibimet arrogant & Tyrannidem presules rerum: & populum frequenter plurima iniquitate viuere consuescunt. In hac ille potētius constitutus ediuerso: magis iudicauit agendum pie & plurimam exhibere alijs æquitatem ipse virtutem precipuam se credens cunctos ostendere: & salutem firmissimam præbere sequacibus bona voluntate. Et maximis actibus in singulis casibus vsus est. Quapropter recte iudicabat ducem atq; consiliatorem se deū habere & primitus sibimet satisfaciens quia secundum illius voluntatem vniuersa gereret atq; tractaret. Credidit modis omnibus oportere vt etiam apud plebem hec opinio permaneret. Namq; dum respicere suā vitam credunt: delinquere non presumunt. Huiusmodi quidem noster legislator fuit non magus: nō B fallax sicut derogatores iniuste p̄nunciant. sed quales apud Græcos gloriantur fuisse Minoē & post eum legislatores. Alij namq; quidam eorum leges positas a Ioue dicebāt. Alij vero eas in apollinem & vaticinium delphicum referebant: siue pro veritate hoc credentes seu facile suadendum iudicantes populo. Qui vero precipuas leges instituerit/ vel qui iustissime de dei fide cognouerint/ licet hoc ex ipsis legibus facta comparatione conspicere. Iam enim de ipsis tempus est disputādi. ❡ Igitur infinitæ quidem particularis gentium atq; legem apud cunctos homines differentie sunt. Alij si quidē Monarchis/ alij vero populo potestatem reipublice commisere. Noster vero legislator nichil horum intendens:. veluti si quis hoc dicendo mensuram transcendat verbi diuinam rempublicam declarauit: deo principaliter conuersationem nostram atq; potestatem excellenter assignans & satisfaciens eum cunctos inspicere tanq̃ causam bonorum omnium vniuersis hominibus existentem: & quecūq; contigit eos in angustijs supplicasse illius non latuisse volūtatem. Neq; quicq̃ eorum que gessere vel si quid aliquis apud semetipsum potuit cogitare vnum vero eum esse mōstrauit & ingenitum immutabilem per tempus eternum & omni specie mortali pulchritudine differentem. Et ipsum nobis notum qualis autem sit secundum substantiam prorsus ignotum. Hæc itaq; de deo saperent prudētissimi græcorum quia quidē eruditi sunt illo vtiq; sciendi præbente principia nunc dicere prætermitto: quia non optima & congrua dei nature atq; magnificentie sunt valde testātur. Pythagoras enim & Anaxagoras & Plato: & post illos philosophi Stoici & pene cuncti videntur de diuina sapuisse natura. Sed hi quidem ad breue philosophantes populo superstitionem opinionibus iam conscriptam veritatem dogmatis proferre timuere. Noster vero legislator opera præbens consonis verbis suis nō C solum his qui cum eo erant satisfeci. Sed etiam qui ex illis semper erant nascituri hoc immutabiliter inspirauit: & causa legislationis ad vtilitatis modum semper adduxit. Non enim partem virtutis dei culturam dixit: sed huius partes alias esse perspexit atq; cōstituit. Idem fortitudinem iusticiam & in omnibus ciuium concordiam ad alterutros. Cūctæ namq; actiones & studia vniuersiq; sermones ad diuinam referunt per omnia pietatem. Non enim hoc inexaminatum aut indefinitum vlterius dereliquit.

Laudes moysi legislatoris s: p ceteros legislatores grecos apud quos legis nomē non fuit cognitū &c.

Grecorū legislatores fallaces.

Infinitæ legum apd gētes differentie.

Moyses deum eternū oim gubernatorem posuit.

Pythagoras Anaxagoras & Plato & Stoici quō diuinā cognouerūt naturam.

❡ Duo moralis discipline modi quorum vnus sermone doctor est alter excitatione morum quos Moyses ambos multa diligentia complectit. ceteri vero legislatores vnum assumentes alterū reliquerunt. sicut Lacedemonij & Cretes moribus erudiebant non verbis. Athenienses vero & pene omnes alij greci que oportet agi suis legibus p̄cipiebant. assuescere vero ad hec operibus minime valuerūt. precepit autem Moyses semel in ebdomada relicto opere populum ad legis auditionem cōgregari. Quibus itaq; Iudeus interrogatus facilius legem q̃ nomē suum recitabat. Nullusq; eorum de deo ser-

mones audet pferre contrarios. Nihilq; nouum vel his quę antiquitus sauciata sunt contrariū fas est illis cogitare. diuinę enim legis integritas sacerdotibus est commissa. nu lus q; sanctior est pricipatus cuius populus sit ad pietatem p̄paratus. Opera autē diuina omnibus sunt manifesta vniusq; dei templum est vnum. hunc placant hostijs sacerdotes quorum primus secundum genus deo custodit lege de dubijs iudicans & punit lege conuictos.

Capitulum sextum.

Duo moralis discipl'ię modi s3 verbo & mo quos moyses ābos cōplectit.

Vo si quidem sunt totius disciplinę & moralis institutiōis modi/ quorum vnus quidē sermone doctor est. Alter vero excitatione morum quę cū ita sunt quidam legislatores sentiendi sunt discreti/ & alterum horum modum sibi placitum assumentes alterū reliquerunt. Sicuti Lacedęmonij quidem & Cretes moribus erudiebant/ non verbis. Athenienses vero & pene omnes alij Gręci quę quidem oportet agi p̄cipiebant suis legibus. Assuescere vero ad hęc operibus minime valuere. Noster autē legislator hæc ambo multa diligentia cooptauit. Nam nec exercitatione morum dimisit non traditas/ neq; legis sermone reliquit incōptas Sed mox a primo inchoans cibo & vnicuiq; dicto conueniēte nihil neq; minimarum escarum sub potestate voluntatis vtentium dereliquit Sed & de cibis quibus conuenit abstineri/ & qui sumendi sunt/ vel quę dięta communis esse videatur. Necnon & de operibus labore simul & requie. Terminum atq; regulam posuit legem: quatenus veluti sub patre atq; domino viuētes: neq; volentes quicq̄ neq; per ignorantiam deliquamus. Non enim ignorantibus pœnam posuit. sed optimam & necessariam correptionem monstrauit legem. Quapropter non semel audire: nec secundo vel sępius. Sed in vnaquaq; septimana alia opera relinquentes: ad legis auditionem cōgregati p̄cepit vniuersos eamq; perfecte condiscere q; scilicet omnes legislatores reliquisse noscuntur. Et intātum plurimi hominum porro sunt vt secundum p̄prias viuant quia pene eas ignorant. Et cum peccauerint tunc agnoscunt ab alijs quam legem probant esse pręuaricati. Sed etiam viri maxima cum gloria & principalia gubernantes p̄fitentur ignorationem. Scitos nāq; sibi faciunt assidere ad dispēsationem rerum: & experimentum legis habentium. Nostrorum vero quilibet cum leges interrogatur facilius q̄ nomen suum recitat. Vniuersas quidem mox a primo sensu eas discentes in animo velut inscriptas: & rarius quidem quilibet transgreditur. Impossibile autem eum suppliciū deuitare peccantem. Hoc itaq; primum omnium mirabilem consonantiam nobis instituit. Nam vnam quidem habere & eandem de deo sectam: vita vero ac moribus differre nihil ab inuicem optimam moribus hominum potest celebrare concordiam. Apud nos etenim solos neq; de deo quilibet sermones audet alterutris aduersarios sicut multa similia apud alios fieri comprobantur. Cum non solum a fortuitis quod visum fuerit vnicuiq; profertur. Sed etiam apud quosdam Philosophorum hoc crebro pręsumitur. Quando alij quidem totam dei naturam sermonibus perimere tentauere. Alij vero eius p̄uidentiam ab hominibus abstulere. Neq; in studijs vitæ a differentia vlla cōspicitur/ Sed communia quidem opera omnium apud nos existunt. Vnus non de deo sermo concors est asserens illum cūcta respicere. sed etiam de ipsius vitę studijs. Et quoniam oportet omnia alia ad terminum diuinę pietatis adducit a mulieribus nostris & a seruis quilibet auerti. Pro qua re illatas nobis calumnias a quibusdam cur non exhibeamus viros inuentores nouorum operum seu verborum contigit oriri. Alij siquidem in nulla re paterna perdurare optimum esse putant: & pręcipue trāsgressoribus sapientiæ robur assignant. Nos autem ediuerso vnam esse prudentiam atq; virtutes existimamus/ nihil pœnitus vel facere vel cogitare contrarium his quę antiquitus sancita noscuntur/ quod scilicet indicium legis est optimo fœdere constitutę. Nam ea quę nunc non habent modum experimento sępe correpta redarguūtur. Apud nos autem qui credimus ab initio positam legem diuina voluntate nichil aliud pium est q̄ hanc sub integritate reseruare. Quis etenim eius quicq̄ mouere potest/ aut quid melius adinuenit vel qui ab alijs tanq̄ precellentius ad statū reipublicę nostrę migrauit/ aut quę poterit esse melior atq; iustior q̄ ea quę deū quidem principem omnium esse cōfirmat. Sacerdotibus autē in communi quidē res p̄cipuas dispensare permittit. Summo vero pontifici aliorum sacerdotum principatum cōpetenter iniungit. Quos vtiq; non diuitijs neq; alijs quibusdam spontaneis auiditatibus præcellentes. Legislator ad culmen huius honoribus instituit. Sed quinq; sapientia vel temperantia alijs præstare noscuntur/ eis pręcipue culturam diuinę placationis coniunxit. Apud hos igitur & legis & aliorum studiorum integra diligentia custoditur. Cōtemplatores etenim omnium atq; iudices contentionum & punitores culpabilium sacerdotū esse decreti sunt. Quis ergo principatus quod regnum erit hoc sanctius vel qui honor deo potius cooptabitur cum omnis quidem populus sit p̄paratus ad pietatem? Summa vero diligentia sacerdotibus sit indicta & velut quędam festiuitas gubernetur vniuersa respublica. Cum enim ministeria sua: numero paucorum dierum alienigenę custodire nequiuerūt ea videlicet sacrificia nominantes nos cum multa delectatione & in commutabili voluntate solēni-

Precepit Moyses semel i ebdomada relicto opere populū ad legis auditionē congregari.

Quilibet iudeus interrogatus facilius legē q̄ nomē suū recitat.

Apud iudeos nullus sermōes de deo audet p̄ferre aduersarios sicut apud alios &c.

Nihil nouū vel his quę antiquitus sancita sunt cōtrariū fas est iudęis cogitare.

Integritas diuinę legis sacerdotibus commissa.

Nulius sanctior principatus illo cuius pp'ls sit ad pietatē p̄paratus.

tatis opus per omne seruamus æuum. ¶ Quæ igitur sunt præcepta vel interdicta simplicia siue nota dicamus. Primum quidem de deo est. Deus habet omnia prefectus beatissimus ipse sibi cũctisq; sufficiens principium & medium & terminus. Inter oia operibus quidem & muneribus clarus & totius rei manifestus. forma vero & magnitudine nobis inenarrabilis Omnis nanq; materies cõparata ad huius imaginẽ licet sit preciosa tamẽ promẽ cunctaq; ars ad illius imitatiõis inuentum extra esse artem cognoscitur nihil simile neq; videmus neq; possumus suspicari neq; conijcere. Sanctũ est videmus eius opera lumẽ/cęlum/solem/luuã/flumina/mare/aĩalium/ nationes/redditiones/fructum hæc deus fecit non manibus neq; laboribus neq; quibusdã indiguit sibi cooperantibus: sed ipso vidente bona repente facta sunt. Bona nunc homines conuenit vniuersos si qui eum quę placere exercitatione virtutis. ¶ Modus eum diuine placationis iste sanctissimus est. Vnum templum vnius dei commune omnium communis dei cunctorum. Gratum namq; semper est omne quod simile est. Huic placant quidem sacerdotes semper. Præcedit vero istos primus secundum genus qui ante alios sacerdotes sacrificauit deo custodiet leges/ de dubiis iudicabit/puniet lege conuictos. Huic quisquis non obedit supplicio subiacebit tanq̃ qui in ipso deo impie gesserit. Hostias immolant/nõ ad crapulam nostrã vel ebrietatẽ attinentes. Hæc enĩ non placẽt deo quę res occasio potius iniuriarũ simul & expensarũ est. Deus enĩ temperatos ordinatosq; & boni generis diligit & vt p̃cipue sacrificantes caste viuamus. In sacrificiis autẽ ꝓ cõmuni salute primũ oportet orare Deinde singuli pro semetipis. Quomodo oẽs socij sumus & qui hoc consortiũ suæ vitæ p̃ponit maxĩe deo gratissimũ est/supplicatio vero fit ad deũ votis ac precibus nõ vt bona p̃stet nec enim ipse sponte cõtulit vniuersis: & vno deposuit: sed vt hoc suscipere valeamus suscipientesq; seruemus: purificationes in sacrificijs lex decreuit. Ex oĩ excubij excõicatione a muliere facta & alia multa conscribere valde longissimum est.

Opa diuina oĩbus nota.

Vnũ tẽplũ vnius dei.

Sacerdoti obediẽdũ q lege cõuictos pugnit et hostiis deũ placat.

¶ Lex matrimonium filiorum procreandorum causa instituit: vbi mulier viro est inferior omnẽ autem aliam prohibet hominum permixtionem adulteriumq; sub pena mortis prohibetur:neq; in filiorum natiuitatibus epulationes aut ebrietatis occasiones permittit sed filios iubet erudiri. Mortuos quoq; iubet spoliendos honor parentibus post deum exibendus: & qui eos cõtristat est lapidãdus. Arbiter munus accipiens morte moriatur mutuans vsuras non accipiat. Recipiendi quoq; in legum communicatione alieni lex erga hostes docet clementiam. Mors autem in pluribus causis pœna est transgressoribus. Similiter lex est ineuitabilis in seruis mensuris ponderibus ac de iusta venditione. Iudei itaq; pro legis conseruatione alacri animo passi sunt mortem.

Capitulum septimum

Lex matrimonij.

Hviusmodi ergo de deo & eius placatione sermonibus est. Ipse autẽ simul etiam lex est quosdã aũt nouit lex permixtionẽ per naturam ad cõiugẽ si tamen pro filiorum causa procreandorum agatur. Masculorũ vero in masculos valde iudicauit inimicas & tẽtantes horum morte decreuit dignos. Nubere vero iubent non respicientes ad dotem neq; violenter arripere sed neq; dolo vel fallacia suadere. Dispensationẽ vero potius fieri per eum cuius esse noscitur potestatis & p cognitionẽ oportunã. Mulier aũt inferior inquit est viro per oia. Obedit igitur non ad iniuriã, sed vt sit sub regimĩe constituta. Deus enim viro potestatẽ dedit Cum hac ergo coire decet maritũ solũmodo. Alterius vero experientiã habere nequissimũ. Si quis autẽ hoc egerit declinatio nulla mortis neq; vim fieri virgini alteri desponsatæ neq; si suaserit nuptę filios nutrire pręcepit Vniuersis autem mulieribus interdixit vel celare quod statũ est vel aliam machinationem corrumpere filij Namq; mœchatrix est anima demoliens & genus imminens. Igitur siquis ad concubitum corruptionemq; transierit immundus oportet autẽ etiam post legalem commixtionem viri mulieris auari. Hoc enim partem anime polluere iudicauit inflata namq; corporibus vulneratur. Dum ob hoc fit aliquam propter purificationis causam talibus imperauit. Sed neq; in filiorum natiuitatibus concessit epulationes aggregari & fieri occasiones ebrietatis: sed tẽperatum esse repente principium iussitq; litreris erudiri propter leges & nosse progenitorum actiones vt immittantur & cum legibus educati neq; transgrediantur neq; cogitationem ignorationis habere iudicentur. ¶ Prospexit autem etiam funeribus mortuorum beneq; pręciose ad sœpeliẽdum celebrantu exequię. Neq; insignium fabrice sepulchrorum sed necessaria quidem circa prolationem funeris imperauit, domesticos adimplere Omnibus autem viuentibus legitimum esse constituit vt aliquo moriente & concurrant & gemitus lamentationis effundant. Purificari autem iubet etiam momesticos funere celebrato vt longe procul sit q̃ sit videatur quis mundus esse cum fecerit homicidiũ. ¶ Parentum honorem post deum esse constituit & qui non repensat eorum gratie sed in qualibet parte contristat precepit esse lapidandum. Iubet etiam omnibus senioribus honorem iuuenes exibere quoniam cunctorum senior deus est. Nihil permittit celebrandum apud amicos non enim amicitię

Mulier viro inferior

Prohibetadulteriũ sub pœna mortis

Lex in filiorum natiitatibus nõ ꝑmittit epulatiões nec ebrietatis occasiões. sed iubet filios erudiri

Lex de mortuis sepeliendis

Honor parẽtũ post deũ et q cõ

tristat est lapidādus &c.
Arbiter munus accipiēs morte moriatur.
Mutuāsnō acci piat vsuras
Recipiēdi in legū communicatiōe alieni.
Circa hostescle mētiam lex docet.

sunt apud eum cui omnia non creduntur. Et licet aliquę inimicitię proueniant: ꝑdita mēs a rara prohibuit. Si quis arbiter munus accœpit: morte mulctatur. Despiciens quod iustum est: & auxiliū reis offerens. Q d quisq̄ non potuit non auferat: & aliena non tangat mutuans non accipia vsuras. Hęc & his multa similia communionem continent nostrorum inter alterutos. ℭ Quomodo autem etiam de domestica cura circa alienigenas habenda habuerit legislator referri dignū est. Videbitur eni omnibus optime prospexisse: deum eo ita sentiēte neq; propria corrumpimus: neq; participari rebus nostris volentibus inuidemus. Quicunq; enim volunt sub nostras conuersari leges accedentes ad ea cū munificentia suscepit non genere solummodo sed etiam voluntate vitę putans esse consortium. Eos autem qui transitorie misceti solemnitatibus non alia tamen exhibenda constituit. Idem omnibus ꝑbendum ignem/ aquā/ cibum/ iter ostēdere non spernere aliquē insepultū mitissime etiā cōtra hostes quę sunt agenda sanciuit vt neq; terra eorum exuratur. neq; arbores fertiles incidantur. sed etiā spoliari eos qui in bello cecidere interdixit: & captiuos prospexit quatenus eorum ammoueatur iniuria: & maxime fœminarum. Sic autem alūnos mansuetudinem atq; clemetiam studuit edocere vt etiam de animalibus irrationabilibus non taceret sed horū tantummodo vtilitatem legitimam concedens ab omni nos alia causa prohibuit. Quęcūq; enim veluti supplicantia oriantur in domibus hoc interdixit occidi. Sed neq; parentes deniq; precepit auferri. Et licet inimica sunt aialia eis tamē parcēdū esse sanciuit. Sic vndiq; ea quę ad mansuetudinē pertinent obseruauit. Doctrinalis quidē sicuti prędictū est legis vtens & alia rursus contra transgressores punitionis sine excusatione defigēs Damnū nanq; in plurimis causis transgrediendum mors est. Si adulterium cōmiserit aliquis suum puelle fecerit. Si masculo turpe tentamentum presumpserit aut patiatur sustinere tentatus. Similiter autē est lex ineuitabilis & in seruis sed etiam de mensuris vel si quis de ponderibus dolum fuerit operatus & de iniusta venditione ac fraude vel fide traxerit alienam rem: aut quod nō potuit abstulerit oimo di sunt vindicta nō qualia apud alios sed ne valde maiora De iniuria vero parentum vel impietate quę sit in deo/ licet tentet hoc aliquis mox peribit. His itaq; secundū legem vniuersam honor tribuit non argenti/ non auri neq; coronę capitis: aut cuiusdā prædicande festiuitatis/ sed vnusquisq; testem habens conscientiā suam valde ꝑficit legislatore prophetāte/ & deo fidem condonāte firmissimam his qui seruauerunt leges: licet pro eis mori cōtingat aliquibus concurrunt alacri ad occasum. Dedit eni deus rursus fieri vt vita melior possit ex mutatione conferri Piget itaq; nunc hoc me conscribere: nisi opera essent omnibus manifesta. Quoniam multi & plerūq; olim nostrorū progenitorū ne vel sermonem solūmodo extra legē proferent: oia passi sunt sustinere viriliter vel si honorari contigit apud omnes homines nostrā legē & voluntariā legis consequentiam esse manifestā imbuebāt grecos maiores nostri etiam extra regionē propriam cōstituti huiusmodi si quidē etiam habēt & tā gloriosam de deo talesq; leges multo sęculo sic firmissime custodire omnes arbitror admirari propter frequentes apud nos factas mutationes.

Morsi pluribus causis pœna de mēsuris & pōderibus

De iniuria dei & parentum

Iudei alacri aīo etiā mortē ꝑ cōseruatione legis passi sunt.

ℭ Plato philosophię apud gręcos mirabilis de re pu. conscribens pene parentus de deo veram propter plebis ignorantiā dicit non esse secutū proferre opinionē. Iudeorū autē respu. amplius duobus milibus annis ante lacedemonios fuit qui propter rerum mutationes pene suarū legū obliti sunt Iudeis nullo medio a suis legibus alienatis: prōpti enim semper fuerunt iudei in obseruādis legibus quorū mos erat propria custodire nō aliena acusare. Inuehit etiā Iosephus in poetas qui quantos voluerunt deos posuerunt diuersis natiuitatibus procreatos alterū fabrū textricēq; deā quosdam ephœbus alios senes confingentes. Adulterū quoq; deorū mentiuntur in cælo quorū quidem errorū causa fuit veri dei ignorantia & data poetis mentiendi et pictoribus fingendi facultas

Capitulum octauum.

Plato apud gręcos philo. mirabil de repu. conscribēs pene pēptus de deo verā ꝑpter plebis ignorātiā nō eē securū ꝑferre opinionē
Iudeorū respu. āplius duobus milibus ānis aū

DEniq; eos qui scribere proxime de repu. & legibus tentauere tanq̄ de incredibilibus compositionibus quidam frequenter accusant dicentes. quoniam impossibilia sumpserint argumenta. Et alios quidem relinquo philosophos quicūq; huiusmodi negocium in suis cōscriptionibus habuere. Plato mirabilis apud gręcos tanq̄ de honestate vitę præcedens & virtute sermonuȝ & persuasione philosophiæ cunctos excellens ab his qui dicebant pessimum esse de repu. conscribere illusus & diuulgatus pene peremptus est. Cum vtiq; qui illius verba cōsideraue rit frequenter & facile reperiet quę etiam consuetudini plurimorum proxima esse noscunt. Ipse siquidem Plato confessus est quia de deo veram opinionem propter ignorantiam plebis proferre securū non est. Sed platonis quidem verba vana esse putant & multa potestate esse compositas atq; conscripta & maxime de legislatione prolata. Lygurgi vero mirantur & spartani cuncti cōcelebrant quoniā illorum legibus plurimo tempore perdurarunt. Ergo hoc manifestum virtutis inditium est in legibus permanere. Si vero Lacędemoniorum admirantur illorum tempus assumant scientes amplius

A duobus milibus annis nostram constitisse rempublicā & super hęc sciant quoniam Lacedęmonij q̄dem omni tempore quo apud se habuere libertatem pręfectevisi sunt custodisse leges. Cum vero circa eos factę sunt fortunę mutationes pene cunctarum legum obliti sunt. Nos autem multis casibus euolutis propter regem Asiæ mutationes neq; in nouissimis malisvenientes a legibus sumus alienati nonvocationis nec epulationis causas seruantes eas quando si quis considerare voluerit multi ampliori testimonio maiores excubias & labores nobis q̄ Lacedęmonijs videbit impositos. Illi siquidē operantes terram & neq; circa artes exercitiū habentes sed ab omni operatione remissiores pingues & corpore pulchri in ciuitate degebant. Alijs ministris in omnibusvitę necessarijs rebusvtentes & cibum paratum ab illis accipientes solum opus bonum atq; clemens iudicantes ad faciendum & patiēdum quatenus pręualerent aduersus omnes contra quos bella susciperent quia non neq; hoc adipisci potuerūt dicere superpono. Non enim singulis solummodo/sed multis frequēter eorum subito legis pręcepta negligentes semetipsos cum armis hostibus tradere. Putas ne? & apud nos non dico tāti sed duovel tres agniti sunt proditores effecti legum vel mortem non dico illam facile quę solet præliātibus euenire/sed eā quę cū multa corporū afflictione & multa crudelitatevidetur accedere Quam vt ego puto quidam pręualentes nobis non per odium subiectis imposuere si qui sunt homines/qui non tantūmodo esse credant pessimum si agere quicq̄ extra leges suas vel sermonem apud eos dicere cōpellātur. Non tamen mirari decet si mortem fortissime toleramus pro legibus & vltra alios vniuersos. Non enim quę leuia videntur nostris studijs alij facile patiuntur/hoc est operationem cibiq; simplicitatē/& vt mihi frustra neq; fortuito/quod quisq; desideratvescatur/aut bibat aut ad concubitum quemlibet accedat aut splendidevestiatur aut sine nobilitatevacet. Sed illud attendendum est si gladijsvtentes & hostes ad inuasione fugantes pręcepta legis circa cibos nequaq̄ infringimus. Nobis itaq; gratū est ꝓpter hęc legibus obedire & illis fortitudinis causas ostendere. ¶ Proinde Lysimachi & Molones & quidē huiusmodi alij conscriptores improbi. Sophistę adolescentium deceptores quasi vehemēter nobis prauissimis existentibus derogare contendunt. Ego nolem de legibus alienis examinationē efficere. Noster em̄ mos est propria custodire nō aliena potius accusare. Et vt neq; irridere neq; blasphemare debeamus eis qui apud alios putātur dij aperte nobis legislator interdixit ꝓpter ipsam appellationē De accusatoribus autem proiectiones suas nō icrepare volētibus tacendum nō est. Cumvtiq; non a nobis nunc sermo compositus eos arguerevideatur sed a multis probabiliter iā pręmissus. Quis igitur eorum qui apud gręcos sapiētia sunt mirabiles non redarguit nobilissimos poetas & pręcipue legislatores? Quoniā huiusmodi sectas de deis ab initio populis inseruere? Dicentes eos & numero quidem quātos ipsivoluere ex alterutris vero & diuersis natiuitatibus procreatos. Hos autē diuidentes locis habitaculis tanq̄ generationes animalium alios quidem sub terra alios in mari seniores autem eorum in tartarisvinctos esse dixere quibuscūq; distribuere. Cœlū his sermone quidem patrē operibus autem tyrannum atq; dominum superposuere. Propterea aduersus eū cōstituere insidias pervxorem & fratrem & filiam quam ex eius capite fingunt generatā vt alligātes eum appenderent sicut ipse ille suum dicitur patrem Hęc iuste accusatione digna conquerūtur qui sapiētiævirtute præcellunt. Hic super hęc diridentes adijciunt. Si deorum alios quidem ephœbos & adolescentes alios autem seniores & barbaros esse credendum est alios constitutus superantes & quedā fabrum aliam vero textricē aliū vero peregrinantē & cum hominibus contendentes. Alios autem cytharizantes aut arcu gaudentes. Deinde inter alterutros seditiones effectas & propter homines contentiones constitutasvt non solum alterutris manus mitterent sed etiam ab omnibus vulnerari lugerent malaq; perferrent & super omnia est luxuriosius si intemperantia permixtionisvterentur. Quomodo non erit incongruum amores & concupiscentias advniuersos attingere simul masculos & ad fœminas Deinde fortissimus & primus eorum pater seductas a semetipso impregnatasq; mulieres diruptas submersasq; sperneret & eos qui ex eo sunt nati neq; liberare potest. Factos conscriptos neq; sine lachrymis eorum perferre mortes. Bona sunt hęc & his alia consequentia id est adulterio in cœlovisо & sic impudenter a dijs celebratovt iam alij zelare se poterentur tali passione conscripti. Quid enim alij facturi non essent dum neq; senior atq; rexvaluisset impetum suū a mulierū permixtione retinere. Alijvero dum seruientes hominibus & nunc quidem ędificātes causa mercedis nunc vero pascentes. Alij autem malignorum modo in ferro carcere colligati. Quē igitur sapientium talia non accēdantvt hoc componentes redarguant & multam stuiticiam his credentium reprehendant. Alij vero ad terrorem quendamvel metum necnō & rabiem atq; seductionem omnesq; pessimas passiones & formam in dei natura fingere pręsumpserę. Et horum quidem nobilioribus etiam ciuitate sacrificare suasere. Si quidem simulata necessitate consistunt vt quosdam deorum putent bonorum esse largitores. Alios autem vocant aduersarios quando eosveluti malignissimos homines muneribus atq;

Lacedæmonios fuit q pœne legū ꝓpter mutatiōes rerū obliti sūt Iudęis a suis legibus nullo modo alienatis

Prōptitudo Iudęorū ad obseruandas leges.

Mos Iudęorum ꝓpria custodire nō aliena accusare.

Contra poetas quātos ipi voluere deos posuerūt creatos. &c.

Fabulę poetarum de dijs suis & statibus eorum

Adulteriū poetę mentiuntur i celo. &c.

Ignorantia veri dei cã tãtę iniq tatis ẽ data poe tis atq; pictori bus mentiendi facultas.

donis placare contendunt magnum quoddam malum se suscepturos ab eis existimantes nisi merce dem eis studiose pręebuerint. Quę igitur causa sit tantę huius iniquitatis atq; delicti circa deũ. Ego q dem arbitror eo ꝙ neq; veram dei naturam ab initio eorũ legislatores agnouerint neq; quantũ pręci pere potuere perfectam sententiã diffinientes reipub. tradidere. Sed velut aliud quidam prauissimũ reliquerunt dantes potestatem poetis si quidem vt quos vellent deos introducerent. Hęc omnia pati entes rhetoribus aut de republica scriberent & de peregrinis dijs decreta proferrent sed etiam picto res & gypso plastę in hoc apud græcos multam habuere potestatem vt vnusquisq; formam quã vel let secundũ modũ suæ opinionis exponeret. Alter quidem ex luto quod vellet fingens Alius vero pi gens opificis itaq; qui maxime putantur esse præcipui ebur & aurum habent ad hoc suę semp noui tatis argumentũ. Proinde apud eos priores quidẽ dij florentes honoribus senuerunt. Sic enim profe rendũ est. Alij vero noui clã introducti religione potiunť & tẽplorũ alia quidẽ desolata alia vero nu per secundũ eorũ voluntatem ędificantur quapropter & arbitror e diuerso nosse magis indigent qua lis facta sit circa deum & quomodo ei honor immobili religione seruetur.

¶ Iosephus Apolonium stultũ vocat dicens vero philosophos de deo cum Iudeis concordes in opinione. Vnde plato Moysẽ imitatus nullũ poetã in republica dicit recipiendũ. Athenięses vero cõ munẽ oĩbus suam ciuitatẽ gloriantes pręter illoꝝ legem de dijs loquentes grauissime punierunt. So crates nãq; quia nouũ deum referebat veneni poculo mulctatus est. Anaxagoras quoq; (quia solem) quem colebãt deũ atheniensium (insensatũ dicebat) morte dãnatus est. Pythagoras etiã dubium de dijs conscripsisse accusatus nisi fugisset occidebatur. Scythę similiter Anacharsim philosophum inter emerũt quoniam deorum græcorum plenissimus ad eos venisse dicebat variam itaq; auctor gentiliũ arguit fatuitatem.

Capitulum nonum.

Apolloniũ stul tum vocat. Veri philoso phi de deo Iude is in opinione cõcordes Plato moysẽ imitatus nullũ poetã i re publ. dicit reci piendum.

Apollonius si quidẽ Molon vnus fuit stultorũ atq; tumentiũ. Eos aũt qui vere in gręco philosophati sunt neq; predictorũ aliquid latuit neq; frigidæ allegoriæ causas ignorauere. Quapropter illos quidẽ iuste spernere & circa verã decẽteq; circa deũ opinionẽ nobis fuere cõcordes. Qd plato respiciẽs neq; vllũ queq̃ poetarũ dicit i repub. eẽ suscipiendũ & Homeꝝ honorabiliter admonet fanũ ei cõstituens & vn guẽta supfundẽs ne rectã opinionẽ de deo fabulis forte destrueret. Pręcipuę nã q; Plato nr̃m legislatorẽ imitatus licet nullã eruditionem huiusmodi suis ciuibus ĩpetrasset idest vt oẽs pfecte discerent leges vt ne fortuite aliquid extraneorũ ciuibus miscerenť sed esset pura respub. & in legũ custodia pduraret. Horũ nihil cogitãs Apollonius Molon nos voluit accu sare qm̃ nõ recepimus eos q alijs sunt opinionibus pręoccupati neq; de deo cõmunicari patimur eis quia alia vitę cõsuetudine degere cũ neq; hoc propriũ nostrũ sit sed cõmune cũctorũ nõ modo reꝝ sed etiam qui inter gręcos cautissimi fuisse noscunť. Lacedæmonij nãq; peregrinos etiã expellebant corruptionẽ extra leges ex vtroq; metuentes. Illorum igitur citius sęuiciã poterit quilibet arguere q nulli neq; conuersationis neq; cohabitationis suę participiũ exhibebant. Nos aũt aliorum quidem res zelare non sinit participare vero cupiẽtes quæ sunt nostra libenter suscipimus quod vtiq; reor indiciũ magnanimitatis atq; clementię. Sed desino iã de Lacedęmonijs amplius disputare. ¶ Athenienses vero qui cõmunẽ esse suã gloriantur omnibus ciuitatem quomodo de his rebus habuerit Apollonius ignorare. Hi namq; vel verbo solum modo pręter illorũ legem de dijs loquentes ineuitabiliter punie runt. Cuius etenim rei gratia. Socrates est mortuus non enim hostibus tradidit ciuitatẽ neq; tẽpla va stauit sed quia noua iuramenta iurauit & quoddã dæmoniũ significans se referebat seorsum ludẽs sicuti quidam dicunt. Propter hoc veneni poculo morte mulctatus est. Insuper etiam corrũpere iuue nes eum accusator aiebat & conuersationẽ patriæ legesq; contẽnere. Et socrates quidem ciuis Athe niensis huiusmodi tormenta sustinuit. Anaxagoras autem Clazomenius fuit. et quia existimantibus Athenienslbus solem esse deũ ille eum insensatũ & ignotũ asseruit paucorum sententia morte dãna tus est & aduersus Diagorã Melium talentum decreuerunt. Si quis occiderit eum quoniam eoꝝ my steria deridere ferebať. Pythagoras aũt nisi cito fugisset cõpręhensus occidereť eo ꝙ dubium de dijs Atheniensiũ cõscripsisse putabantur. Quod oportet mirari si circa viros fide dignos talia gessisse nos cantur qui neq; mulieribus pepercere. ¶ Nunc enim sacerdotẽ quendã quoniam eum quidã accusa uit peregrinos colere deos decretum aduersus eos qui peregrinũ introducerẽt deũ supplicitũ mortis inferebatur. Igitur qui tali lege vtebantur palam est eo ꝙ aliorũ non crederent esse deos. Non enim si crederẽt aliquibus inuiderent quasi quiddã maius habentibus. Sic his vero cędibus congaudentes humanis & paululũ differentes a bestijs arbitrantur tamen sua mysteria oportere esse custodiẽda & Anacharsim sapiẽtia mirabilẽ Scythę græcis aduenientẽ interemerũt quoniam videbatur gręcorum deorũ ad eos venisse plenissimus. ¶ Multos aũt apud Persas quilibet inueniet etiam pro eadẽ causa

Athenięses oĩ bus cũem suã ci uitatẽ gl'iabanť Socrates vene ni poculo mul ctatus quia no uũ deũ refere bat.

anaxagoras qa solẽ (quẽ deum athenięses cole bant) insensatũ dixit morte dã natus est.

Scythæ ana charsim philo sophum intere

A tormentis affectos. Sed palam est quoniā Apollonius Persarū legibus congaudebat illosq; mirabaꝭ. Quippe cum greci totū fortitudinē atq; cōcordiā vnanimitatis quam habuere de dijs/ hāc scilicet fortitudinē quā in tēplis eorū cōcrematis habuerūt. Is etiā studiorꝫ oīm imitator extitit. Persicorum vxoribus alienis cōtumelias faciens filiosq; concidens. Apud nos aūt mors decreta est si quis vel irrationabilia mala hoc modo noceat & ab his legibus nos abducere neq; timor potuit præpotentium potestatū/ neq; zelus eorum qui apud alios honorantur sed neq; fortitudinē ideo exercemus vt bella auaricię causa suscipiamus sed vt legū iura seruemus/ & dū talia detrimēta litie sustineamus si quos de legibus mouere tētauerint: tunc etiā vltra virtutē rebellare contendimus & vsq; ad calamitates nouissimas perduramus. Cur itaq; nō zelemus leges/ cū eas neq; a legislatoribus suis seruatas esse videamus Vel quomodo Lacedęmonij non erant de ipermixta sui cōuersatione reprēhēdi/ & de defectu pariter nuptiarꝫ. Vliacivero & Thebei coitū impudentē & extra naturā olim masculos agebat/ & optime atq; vtiliter facere se putabant. ergo cum ipsi omnino rebus afficerent etiam suis legibus miscuere/ qđ tantum aliquando valuit apud Grecos vt etiam dijs suis masculorum concubitum applicarent. Itaq; deniq; germanorum nuptias retulere. Huiusmodi satisfactionem rerum incongruarum & extra naturam pro libidine componentes.

merūt qm̄ deorū grecorꝫ plenissimus ad eos dicebaꝭ venisse.

Fatuitatē gentiliū redarguit.

¶ Plurimi legislatores malignis hoībus absolutiōes malorum dederūt. Lex vero a Iudęis vsq; ad mortē seruatur. et cum vetustas temporis verissima oīm sit probatio. hic concludit Iosephus legem Moysi sup omnes optimā quę omnes obligauit sed & hic ipsius legis fecit mentionē vt de ea ipudenter loquētes arguat & cū ipse leges de se ferāt testimoniū ꝙ pie sunt bellū ꝑ auaricia nesciētes opus suū contra Appiones & Melones terminat mendaces. ¶ Capitulum decimum.

B DEsino nūc de supplicijs dicere & quātas ab initio prębuerint plurimi lagislatores absolutiōes malignis hoībus in adulterio quidē pecuniarū in corruptione autē etiā nuptias sentientes. Quantas aūt occasiones cōtineāt de abnegatiōe pietatis examinare lōgissimū est. Iā em̄ apud plurimos olim meditatio facta est trāsgrediēdi leges qđ nō agitur apud nos qn̄ ꝓpter eas & diuitijs & ciuitatibus & bonis alijs priuati sumus Lex aūt apud nos seruatur vsq; ad mortē. Nullius vero iudeorū neq; si ꝓcul abeat & prouinciam ob regem q̄ acerbū sic metuit vltra illum legis videaꝭ timere p̄ceptū. Igiꝭ si ꝓpter virtutē legum taliter apud eos sumus: concedant qm̄ potentissimas leges habemus. Si vero circa prauas nos leges iudicant perdurare: quid ipsius iustis me nō patianꝭ meliores non custodientes ope sanctionis? Quia igitur lōginquitas tēporis verissima crediꝭ omniū esse ꝓbatio. Hinc ergo testem faciā virtutem legislatoris nostri: & opinionis quā ille de deo cōtradicit. Nam cū sit infinitū tēpus si quis: & cunctis alijs semper hominibus zelum sui potius prębuerūt. Primi quippe Grecorū ad faciem quidem iura patriæ conseruabant. Ipsis aūt rebus philosophiæ quę tractatu illa secuti sunt. De deo similia sapientes humilitatęq; vitę cōmunionē inter alterutros edocētes. Sed etiā populis oli multus fuit zelus nr̄æ maxima pietate culturę nomen est. Itaq; pietas Græcorū nec vllus quisq̄ barbarus nec vna gens vbi se ptimanę in qua vacamus cōsuetudo minime discurrit: atq; ieiunia & candalabrorꝫ incēdia: sed etiā ciborū apud nos solēnia plurima apud multos iugiter obseruare conantur/ Insuper imitari etiā concordiā quā nos inter alterutros obtinemus: & rerū participari suarū & operū dilectionē in artibus & pdurationē necessitatū habere ꝑ legibus. Illud enim mirabilius est qa pręter ipulsorē huius obseruationis ipsa per se lex homines ita valuit obligare & quēadmodū deus in vniuerso mundo cōsistit ita lex p cūctos ābulauit. Vnusq; eni si suā regionē domūq; conspicit his quę discunꝭ recessauit. Oportet igitur cunctorum hominum malitiam reprēhendere aut enim volunt nos isti aliena & praua iura ante pro

C pria & meliora zelari aut certe si hoc nolūt quiescāt nobis per inuidiā accusatiōes igerere. Nō em̄ ꝑ cuiuslibet maliuolētia defendimus hāc causā sed nr̄m honoramus legislatorē atq; credimus quæ ab illo ꝓphęta de deo sunt. Deniq; nisi intelligeremus ipsi virtutē legū nunq̄ magna sapere sup his tantus populus zelatur. Sed de legibus quidē & de repu. nostra certissimā feci rationē in his quę de antiqtate cōscripsi. Nūc aūt eorꝫ nemini quantū necessariū fuit neq; aliorū vituperare iura neq; nr̄a laudare proponens sed hoc agens vt de nobis iiuste cōscribētes & cōtra ipsā veritatē ipudētissime cōtēdētes arguerē. Arbitror itaq; per hāc cōscriptionē abundāter me quę ꝓmisi cōplesse. Deniq; in principio demōstraui genus accusatorū esse certissimū atq; nouū & multos veterū in cōscriptionibus suis memoriam habētiū nostri ex illis testes exhibui. Dixere itaq; Aegyptios fuisse progenitores nostros & ostēsū est quia in ęgyptū venerint aliūde. Deinde sunt mentiti quoniā exinde ꝓpter cladē corporis sint repulsi & apparuit quātū voluntate & magnitudine fortitudinis ad propria sui reuersi. Alij vero tanq̄ nequissimo viro legislatori nostro derogare cōtendunt. Cuius virtuti dudū quid ipse post illum

Malignis hoībus plurimi legislatores absolutiōes dederūt Lex a iudęis seruaꝭ vsq; ad mortem.

Vetustas tpis verissima oīm probatio hic cōcludit legē moysi sup oēs optimā

Lex omēs obligauit.

Causa quare leges Iudęorū in hoc opere recitauerit.

epylogus prędictorum.

Leges de semet ipis testimoniũ dãt q sunt pie bellũ causę auaricię nescientes

tẽpus vero longissimum perhibet testimoniũ. De legibus autem loqui ãpliori sermone non fuit opus. Ipse nãq; per semetipsas apparuere pię & verissimã habentes intentionem & non ad humanum odiũ sed ad rerum communionẽ potius inuitantes iniquitatum inimicę cultricesq; iusticię segnicia est. Et multas expensas procul abijcientes sufficientiã & amorem laboris erudientes bellum causa auaricię nesciẽtes. Fortes aũt ꝑ se esse populo pręparantes ad supplicia retribuenda semper ineuitabiles verbis nequaq̃ circũuenriri possibiles pręparationes semp operibus exequẽtes. Hęc enim nos semp opera manifestiora litteris exhibemus. Quapropter ego cõfidẽs dico quia multarũ atq; meliorũ rerum nos potius q̃ alij pręceptores sumus. Quid enĩ intranscensibili pietate melius est? quid iustius q̃ legibus obedire? quid vlterius q̃ in alterutros vnanimes esse? Et neq; in calamitatibus ab inuicem recedere neq; tempore fœlicitatum per iniurias discrepare sed in bello quidem mortem contemnere in pace vero artibus aut agriculturę vacare & semper & vbiq; credere deum respicere & solum omnia gubernare Hęc igitur si quidem apud alios aut scripta sunt primitus aut seruata firmiorẽ debemus nos gratiam illis tanq̃ eorum facti discipuli vero nequaq̃ primitus extitere. His pręcipue nos vtẽtes cognoscimus & primam eorum inuentionem nostram fuisse declaramus. Appiones igitur & Molones & quicunq; mendacij derogatione congaudent coniuncti procul abscedant. Tibi autem Epaphrodite veritatem maxime diligenti & per te similia nosse de nostro genere cogitantibus hic libellus conscriptus esse dinoscitur.

Notãda sẽtẽtia.

Cõcludit cõtra Appiões & melones mẽdaces.

DEO GRATIAS.

DIVI HIERONIMI testimonium de scientia & ingenio nostri Iosephi in tractatu de viris illustribus qui inter cętera dicitur ipsum ob ingenij gloriam statuam Romæ in foro meruisse. Et alibi de eodem ait Iosephus antiquitatem Iudaici populi approbans duos libros contra Appionem grammaticum alexandrinum scripsit. & tanta seculariũ profert testimonia vt mihi miraculum subeat quomodo vir hebręus ab infantia sacris litteris eruditus cunctam gręcorum bibliotecam euoluerit.

Exaratum habes (candide lector) Flauium Iosephum historicum illustrissimum de Aantiquitatibus belloq; Iudaico necnon de antiqua iudæorum origine per venerabilem Ruffinum præsbyterum De græco in latinum traductum. Ante hac quidem mendosæ impræssum ac in infinitis ferme locis deprauatũ. Nunc vero per grauissimum atq; profundissimũ sacrę paginę Professorem magistrũ Robertũ Goullet nõ sine multa lucubratione ingẽtiq; labore in statũ suum pristinum restitutus excultus & vbiq; accuratissime emendatus Adiectis singulorum capitum compendiosis argumentis cum annotatiunculis per q̃ vtilibus in margine collocatis necnon cum concordantijs non solum eorũdem librorum inter se Sed etiam biblię ęgesippi ac hystorię scolastice vbicũq; idẽ cũ Iosepho pertractant. Impręssus quidem industria probi viri Anthonij bonnemere in impręssoria arte petissimi ac librarij Impensis vero honestorum virorum Ioannis petit & Franscisci regnault bibliopolarum Anno domini Milesimo quingentesimo decimonono Kalendis Aprilis.

FINIS.

¶ Spectatissimo dignissimoq; domino magistro Ioanni Boeuin: in sacratissima theologorum palestra licenciato: vigilētissimoq; ac sapientissimo Haricurianę domus prouisori: & domino: necnon sanctorum Geruasij & Protasij apud parrhisios curato: pastoriq; meritissimo: ac bn̄factori suo. suus humilis discipulus & assecla Ioannes Vatellus cum summa veneratione fœlicitatem.

INTER multa illa beneficia: quę nobis ab immortali: summoq; rerum omnium opifice concessa sunt. indulgentissime pater ac prouisor dignissime. Hoc vnum singulare mihi perspicitur: ac pręcellens. Q; vbi diuinus ille ꝓmetheus: ac verissimus plastes primariū huiuscenostri humani generis auctorem in campo damasceno ex luteo cōpegisset: ignem: & inextinguibile supernaturalis animi semen e celo rapiens suę celsitudinis ferula: eidem infundens artubus: sanctissimum viuendi munus: & officium pro immensa sua: eademq; inenarrabili virtute contribuit. Quo quidem vt cum dignitate fungeretur in tā multiplici mundialis huius freti discrimine positus: fragilitatis suę cymbā dominus duplici remige suffulciens intellectu & memoria. rationē insuper dedit instar sui. Quę veluti dux: atq; magistra per ęstus: & scopulos ęrūnose vitę clauum: ac regimen dispensans: in tutum ac securum fœlicitatis ęternę. perpetueq; beatitudinis portum dirigeret Ipsa siquidem ratio/ ea viuendi munus analogia perficit arbitratu meo: qua mens hominem infusa corpori. Neq; eni eum viuere existimo: qui rationis: aut intellectus expers: non secus ac brutum sentit. Quamobrē eum recte quidem Mantuanus censet in ea elegia: quę cōtra amorem inscribitur: hominis vultū: ac exteriorem corporis speciē portendere: intus autem & ingenium: & naturam stolidissimę pecudis. Vnde & cēturi minotauriq; biformes a scriptoribus fabularum sunt hm̄oi homines appellati: qui partim sensu traherent ad voluptatis illecebras: partim ratione ducerētur. Et id genus alij. quorum vitę: ac morum diuersitas amplissimum humanę in mutum pecus metamorphoseos exhibuit argumentum. Nam quid Scylla Phorci vt aiunt ex Cretaria nympha filia in monstrum cōmutata perhibet: nisi propter immoderatū suę spurcissime libidinis vsum & immensam colluuiem scelerum circum inguina more canū latrantium? Quid Nyctimene in noctuā: nisi q̄ & ipsa correpta cecitate mentis (quæ luxurię comes est & filia) patris cōmercio fœde: ac turpiter vsa per tenebras: & indiscretum viciorū chaos ambulās: veram vitę lucem: atq; ꝑfulgidum virtutis iubar aufugerit? Sic suo in saxū Niobe fastu: nulliq; cedente superbia diriguit. Sic & Tereus in vpuppam auē fœdissimam versus est: honestatis modum relinquens: ac naturę dignitatem. Hunc igit qui viuere: & a ferali brutorum ingenio seiungi desiderat. summa ope niti decet: vt eum se per laborem ac studium pręstet: qui vita vitalis (vt ait Ennius) existat: & seipso dignus. Quapropter generosi quidem mihi: ac veri (vt ita loquar) homines illi videri solent: qui nō sibi solum in ocio versati: sed & alijs quorum etiā causa se natos intelligunt. sua lucubratione. & opera ꝓdesse cōcupiunt. Idq; student pro viribus: & contendunt efficere: quod eos imprimis & exornet & alios adbene. celebriterq; viuēdū iuuet/ hortetur/ & instruat. Instructis autem existat ad simile calcar: exemplar maxime ꝑfuturum: pabulum honestatis: & virtutis fomes. Quominus hi ꝓculdubio ferendi sunt: qui cum doctissimi sane: atq; literatissimi sint: idipsum tamē & sibi & deo talis auctori muneris inuidētes: nolunt in aliorum vtilitatem & vsum reponere: quod ex literarum emporio Veluti mercatores referunt: suis laboribus: atq; vigilijs comparatum. Formidantes videlicet id genus timiduli: ne si quid aptius operantes in lucē dēt egregium Cum scientia inflet vt Habet primę ad Corin. octauo Paulus: inani gloriæ vēto intumescant veluti in deum cuius id totum est: tanq̄ exuberantissimi rerum omnium fontis quadam animi pusillanimitate referre posse diffidētes. Aut id quidem ne seltem sibi exinde laudem censeantur aucupari. Q; si minus id vt volunt licere illis putandum est: qui tale possunt. Tolletur sane pari argumēto in omni re bene faciendi munus. fœliciterq; merendi occasio. Quodquidem nephādum est & a naturę dignitate longe alienum. Nam si omnes (vt ait in primo officiorum Cicero) Trahimur ad cognitionis scientiæ cupiditatem: in qua excellere pulchrum: Labi autem & errare nescire & decipi & malū & turpe ducimus: quid esse nobis vnq̄ potest magis operepręcium: q̄ si veterum & eorum illustrium sectati vestigia: nonnihil operemur in vitę officio: quod nequaq̄ nobiscum intereat: sed lōge qui-

Prothoplasti hois formatio.

Vitę donum sibi datum.

Vitæ dux ratio.

Cur Scylla ī mōstrū versa est.

Nyctimene in noctuam.

Niobe ī saxum.

Tereus in vpuppam.

Veri hoīes q̄ sibi & alijs ꝓsunt

Sibi deoq; īuidi qui q̄d sciūt: tenēt secretum.

Bn̄merēdi occasionē ꝓpter vanā gloria nō eē fugiēdam.

In sciētia excellere pulchrum.

Tã ociȷ q̃ negocij cõstituendã esse rationem.

Donũ dei sciẽtia & ĩtellectus nõ debet neq; silentio p̃mi neq; ocio corrũpi.

Cultor & gloria

Roberti Goullet eiusce p̄posi ti operis elimatoris sequẽtisq; auctoris laus & cõmẽdatio.

Iosephi vtilitas.

Talmuth/vetus testamentum.

Iosephi historia ad cõfutãdã Iudeorꝶ sectam apprime cõducens.

Oĩbus tã grecis q̃ latinis antiquior.

Quę adeã adiecta cõplẽt ac pficiunt.

Omissa a Iosepho deniq; suis locis addita ex Biblia/ scolastica historia & aegesippo.

dem post fata manens: & transfusum ad posteros: nostri olim tam ocij q̃ negocij rationem constituat: vt oportere voluit Cato Censorius: & perpetuum diuinę erga nos largitatis extet monimentũ. Quale est illud sanctissimi patris Hieronymi tã multiplex tanq; omnifariã refulgens: in quo nimirum cœlestis aquæ liquor scaturi: & admirabilis quędã ęterni fontis resultare conspicit vbertas. Quale & diui Augustini religionis normę: & doctorum columinis: quod ętas hominis non sufficit legere. Horum igitur exemplo viri huiusmodi sibi solis seruientes. donum sibi cælitus datũ in vulgus exire non timeãt: nec marcescere: situq; toties obduci permittant tã celebre munus intellectus: tãq; decẽs vitę officium. Quę dignissime prouisor extitit impudens ad hãc diem nostrorum hominũ inertia: Quorum ne vllus quidem (quod fateri pudet) adhuc inuentus est inter eos receptus: qui literis inuigilasse: & (vt ita dixerim) plus olei q̃ vini cõsumpsisse videant. Pręterq̃ pauci admodum tui similes: & coętanei De quorum fœlici grege: ac numero insignis ille: & egregius occiduę nostrę regionis splendor ac decus eximium Robertus Goullet sacrarũ literarꝶ dignissimus antistes ac in eisdem ꝓfessor emeritus tuę Haricurianę domus ολατευτηο και καυχημα: ac eiusdem diligẽtissimus institutorum custos & assertor. Qui vt est omniũ virtutũ corona percelebris: ac magno ingenio summaq; eruditione plenus in hac (vt scis) Parrhisiensi academia conspicuum iamdudũ nomen: ac famam ppetuam est adeptus: suo p̄sertim concionandi officio: in quo ipse quidem: si per ociũ licet assidue huius vrbis ciues dulcissimo instructionis cibo reficit & spiritualis verbi semine locupletat. Vnde quãtũ auctoritatis & glorię sit apud ipsos cõsecutus: Musoniano (vt ita dixerim) silentio cõmodius potest: q̃ verbis indicari. Accedit ad hęc summa rerum inquisitio: & diligentia qua vsus est maxima in hac sacratissimi Flauij Iosephi operis recognitiõe. Quod equidem vel nimia vetustate: vel patrum nostrorum negligentia apud nos perierat. Incũbens igit̃ vir vtiq; impigerrimus in tã liberale tãq; laudabile munus (quo nõ solũ viuos sibi cõciliat. sed mortuũ quoq; reddit obstrictũ beneficio sempiterno) ab omni deprauationis: ac mendarum labe vel ab interitu potius vendicauit. Non parum quidẽ arbitratus afferre voluptatis: & cõmodi: cum his omnibus. qui rerum gestarum lectione gaudent: & humanitatis scientias abunde pfectęq; desyderent adipisci: tum his p̄sertim: qui paulo altius euolantes ad sacrarum litterarum cognitionem: famamq;: & rectam intelligentiam ac summi illius boni (qui deus est) contẽplationem proximius aspirare contendunt. Quippe q ipsum opus tam inmensum: tamq; vtile ad ea com plura viam prębet & aditum quę: vel in Talmuth: hoc est sacra veteris testamenti pagina minus quidem expressa sunt: vel ab ipsis iudęis nostrę legis orthodoxę psecutoribus acerrimis inueniuntur deprauata. Qꝫ si veritas ex hoste clarior: si fides a Christianę professionis inimico facta: certior elucescat: quid tam pręsens: tanq; necessariũ est contra Iudeorum sectam pugnãtibus q̃ sanctissimis eisdemq; approbatissimis huiusce sui Iosephi scriptis & iniri: & suas in refellendo confirmare rationes? Quinnimo & id vel ipense nos ad cognoscendę huiusmodi Iudaicę historię studium debet inducere: q ea nullam neq; nobiliorem: neq; fideliorem: sed neq; cõsummatiorem esse tum in gręcis. tum in latinis satis ac super cõpertum est. Quippe quę vel a prima hominis creatione (quã nedum alij historiographi: verum etiã ipse Aristoteles omnium: qui & gręce & latine philosophati sunt facile princeps ignorauit) quicquid in terra sancta tam cum romanis: q̃ cũ exteris gestum factũq; est vsq; ad decimum annum Neronis imperij contineat. Quo neq; iucundius vnq̃ neq; expetibilius quicq̃ nobis esse potest: qui Christianam fidem ꝓfessi: verum deum agnoscimus. Qui tam & si Iudeos filij dei: ac eius sacro sanctę crucis ppetuos hostes: pio iustoq; odio prosequamur: horum tamen fœlix olim imperium: suorumq; sanctissimorꝶ patrum famã ac memoriam cum veneratione recolimus Huius igit̃ frequens flauianę historię recordatio. quãtum omnibus sit allatura cõmodi nemo est qui ambiguat: elimatę p̄sertim & ab eodẽ magistro nostro annuo labore recognitę distinctęq; luculenter quibusdam veluti parergis. sed quę in rem esse plurimum videbunt: adiectis insuper ad singula capita non inutilibus epitomatis/ quę subiectam vniuscuiusq; materiam prime fronte exhibeant. Et si qua forte Iosephus omiserat/ & omiserat quidem plurima: tam in libris de antiquitatibus/ q̃ in eis/ qui de bello Iudaico conscripti sunt/ ille suppleuit ex Biblia/ Scolastica historia/ & Aegesippo/ conciliauitq; inuicem vbi essent dissidentes/ atq; ita repercussit omne opus/ vt quod imperfectum prope/ ac mancũ prius erat/ nũc quidem absolutissimum videat/ & integerrimum.

Sed nequid ille de spacio:curriculoq; suę studiosę consuetudinis nequaq̃ deflectens: intentatum re linqueret:quod & suę facultati:aliorumq; studio:atq; exercitationi congrueret apparatum: compen diosissima vniuersi operis epitomata,compluraq; ad totius historię integritatem ex ethnicis supple menta congessit: insequens opusculū quod cum esset ex quattuor p̄sertim cōflatum.Iosepho:testa mento veteri:scholastica historia.recte quidē:ac scite ηονϖμαρτετ hoc est ex quattuor vnum appel lauit.Quod sua celebre infuturum reddet vtilitas.Tanti igitur auctorem muneris maxima quidem beniuolentia:maximoq; honore prosequi cum omnes debemus: tum patria.cuius ductu:& benefi cio:quę penitus ad hanc diem fuerat emortua.nunc viuere incipiet. Et hoc tuum collegium: cuius fauore & gratia hęc q̃tulacumq; sum pręfatus:elucebit in posterum.

Sed ne forte meę pariant tibi tœdia nugæ:
Raptaq; de tepido tantula dona sinu.
Iam studio se Vale multos prouisor in annos:
Atq; ita Vatelli sis memor vsq; tui.

FINIS.

Ordo librorum biblie et distinctio canonicorū a nō canonicis.

Quoniam Iosephi historiā ad biblię nostræ historiales & legales libros(vt potui) conciliaui & quę omisit Iosephus huic cōpendioso repertorio adieci.Ideo librorum biblię ordinem & capitulorum numerū superaddere lectoribus vtile iudicaui. primum canonicos libros a non canonicis secernendo.¶ Canonici enim sunt spiritu sancto dictante confecti.Non canonici vero siue apocryphi ideo dicunt̄ quia nescitur quo tēpore quibusve auctoribus sint ęditi. Quia tamen valde vtiles sunt nichilq; in eis quod canonicis obuiet inuenitur idcirco eos ecclesia le git & ad morum informationem recipit. Eorum tñ auctoritas ad p̄bandum ea quæ veniunt in du bium aut ad confirmandā ecclesiasticorū dogmatū auctoritatē secundū Hieronimū in prologis su per libros Iudich & Salomonis nō reputat̄ idonea.At vero canonici tantę sunt auctoritatis q̄ quic quid ibi continet̄.verum habet̄ firmiter & discusse.vnde de his Augusti.ad Hieronimū scribit.Ego credendū solis eis scriptoribus(qui canonici appell..nt̄)didici hunc timorem honoremq; deferre vt nullum eorum scribendo errasse firmissime teneam: at si aliquid in eis offendero qd̄ videat̄ contra rium veritati nichil aliud existimē q̃ mendosum esse codicem vel non esse assecutum interpretē qd̄ dictum est vel minime intellexisse non ambigam.Alios autem ita lego vt q̃talibet sanctitate doctri na ve polleāt nō in ideo verum putē quia ipsi ita senserunt.sed quia michi per illos auctores cano nicos vel probabiles rationes q̄ a vero non abhorreat persuadere potuerunt.¶ Sunt igit̄ veteris te stamenti(vt beatus Hieronimus in p̄hemio galeato(qui est regum)distincte explicat)libri canonici xxij.ad numerum.xxij.literarum hebreorum.Qui omnes ab hebreis in tres partes diuidunt̄ scilicet in legem id & quinq; libros:Moysi in prophetas octo:& Agiographa nouem.

Canonici qui sint & qui non canonici.

Augustinus.

¶ Libri Canonici viginti duo.

¶ Libri legales scilicet Moysi.Pentatheucus continens quinq; qui sunt.
Genesis.j.
Exodus.ij.
Leuiticus.iij.
Numeri.iiij.
Deuteronimium.v.
¶ Libri prophetiales octo sunt principales quorum primus.
Iosuę.j.
Iudicum cum Ruth.ij.
Samuel id est primus & ij.Regum.iij.
Malachim id est.iij.& iiij.Regum.iiij.
Esaias.v.
Hieremias cum Threnis.vj.
Ezechiel.vij.
Duodecim prophetę minores quorum nomi na infra scribuntur.viij.

¶ Cirinus (restitutis archelai opibus descriptioneq; perfecta) zorarum a sacerdotali deposuit officio, annanum substitues. ¶ Hęrodes quoq; Tetrarcha Sephorim muro circundedit antocaridam appellans & Bethorantā similiter Iuliadam vocans. Philippus autem cęsaream & iuliam ciuitates ędificat. Copinio iudeos regente Samarię in festo azimorum ossa mortuorum iacientes templum polluerunt. ¶ Itaq; Copinio romā reuertenti marcus successit in iudea sub quo Salome hęrodis soror moritur: Iulię cęsaris vxori relinquens omnē Toparchiam. ¶ Post Marcum annius ruffus (sub quo augustus moritur) cui Tyberius tertius romanorum imperator successit principatum iudeę recepit post quem Valerius gracus quitus iudeorū rector efficitur. Is annanum sacerdotio remouens ismaelem filium iabim pontificem designauit & ipse multosq; mutauit sacerdotes Cayphasq; qui & Iosephus dictus est sub eo functus est sacerdotio. Huic pontius Pylatus successor effectus est hęrodes insuper ad Tyberij honorem ciuitatē ędificauit Tyberiadem vocans & ciuem loci fieri septem dierum habitatione instituit. Ca. ij. folio. clxviij. pa. ij.

Li. 1. ca. 8. — eg. l — Hist c. 2

¶ Phraates parthorum imperator insidijs a phraate filio ex cōcubina Thermasa ithala nata paratis cooperante matre moritur. Phraates autē iuuenis patricidio & infando matris amore excisus expulsus emoritur. Quo mortuo parthi hęrodem vocans eis regnaturum qui propter crudelitatem eis suspectis extinguitur. Deinde missa legatione Bonones romę obses ad parthis imperandum mittitur / qui mansuetudinem eius spernentes ab imperio illum deturbant

sco. De iudai. bel.

obsidatum iudicãtes seruitutẽ. Arthabanus quoq; medorũ rex ab ipsis vocatus venit: cui bonones occurrens cũ exercitu eum fugat sed nõ post multũ tẽpus congregato exercitu cõfligit cũ bonore qui victus fugit Seleuciã. deide ad thesifontẽ. Et postea iteratum est bellum cõtra Arthabanum vbi bonones captus Sillano syrię p̃sidi traditur qui (quoniã eũ romę cognouerat) eũ honorifice tractauit. Eo tẽpore mortuo comagene anthioco rege plebs aduersus nobilitatẽ scindit & vtraq; pars legationẽ mittit. Et senatus germanicum cũcta syrię negocia mittit correcturꝰ qui veniẽs i partibus oriẽtis a Pisone veneno perimit. Ca.iij. fo.clxix. pa.j.

2. li.2.ca.8. euã.

¶ Pylatus iudeę rector (assumpto de cęsarea exercitu) legem iudeorum soluere visus statuas in templo collocauit primus eni cum signis ciuitatem intrauit prędecessoribus suis p̃sidibus sine signis mœnia ciuitatis ingressis: ipse vero iudeorum admiratus fortitudinem quos pro legalium custodia ad mortẽ paratos videt ymagines de hierosolimis aufferri & in cęsaream iubet ꝑduci Sed ex opibus tẽpli aquę ductum fabricare volens iudeos impedientes militibus eos adorso circũuenire p̃cepit qui magnã multitudinẽ prostrauerũt. Ca.iiij. Fo.clxix. Pa.ij.

Testimonium de Jesu Christo vnigenito dei filio.

2. euã.

¶ Testimonium virtutũ Iesu xp̃i qui multos iudeorum & multos gẽtilium sibi adiũxit quiq; per pylatum accusatione iudeorum cruci adiudicatus est: sed tertio die resurrexit secundum prophetias de eo diuinitus inspiratas. & ab eo cristianorum (qui ab ipso nuncupati sunt) nomen & genus perseuerat. Ca.v. folio.clxx. pa.j.

2.

¶ Paulina romana Saturnini vxor honesta & pulcherrima cuius amore mundus equestris emeritus diues & nobilis captus maxima illi pro concubitu ꝑmittens dona sed eiectus maxima effectus est morbo quẽ Ida liberta quędam ex parentibus lenona astutissima sanare cupiens sacerdotes tẽpli Isidis pecunia corrumpit qui paulinã mulierẽ castam & simplicem decipientes finxerunt Anubũ ægyptiorum deum paulinã diligere & eius thorum appetere qđ libẽter illa & optabiliter suscepit ad amicas gloriando denunciat hoc etiam marito qui grate ꝑpter vxoris pudicitiam cõcessit. Illa igitur pergente ad tẽplum cum ipsa cenasset & tempus quiescendi venisset vniuersa a sacerdote claudunt substractis luminibus. Mundus autẽ intro latitans venit ad mulierem quem deũ existimans illa reuerenter recepit & cum ea mundus pernoctens circa viciniam lucis recessit. Tertia vero die occurrens mundus dolũ detegit paulinę quę scissis vestibus facinus cognoscens ad virum occurrit & factionẽ apperiẽs iniuriam vlcisci ipsum deprecata est qui imperatori tyberio cuncta nunciauit. Qui diligenter causam examinans sacerdotes cum ida adegit in cruces & tẽplum funditus euertit statuamq; Isidis in thiberim iactari p̃cepit. Mundum vero exilio damnauit. Ca.vj. Fo.clxx. pa.j.

Luce.13.

¶ Iudei cuiusdam a patria propter transgressionẽ legis ꝑfugi malicia qui vna cum tribus sibi similibus fuluiã quondã de cœtu nobilium decipiẽtes auri & ostri plurimum accipientes ꝑ ornatu templi vsibus ꝓprijs assumpserunt quo cognito Tyberius ꝓpter horum quattuor hominum nequiciam omnes iudeos a roma iubet excedere. Samareornmquoq; gens tunc turbata est hos enim caphedon vir mendax peruertit falsis promissionibus in mõte garizim cõgregatis quos ascendẽtes pylatus occidit. Quẽ Samareorum principes de huiusmodi occisione apud Vitelliũ syrię principẽ accusauit & illũ romã mittit decimo anno p̃sidentię suę Marcello subrogato. Sed antiq̃ pylatus romã veniret tyberius occubuit. ca.vij.fo.clxx.pa.ij.

actu. .58. — Marsellus pręses.

actu. 3. sup.lib.15. capi.15.

¶ Vitellius in paschate hierusalem ascendens iudeis magnificis & liberalis venalium rerum p̃cium minuit stolãq; pontificis & ornatũ eius in tẽplo sub pontificũ custodia permisit secundum antiquum morem. Hęrodes nãq; & eius filius archelaus in antonia turre custodiri p̃ceperãt. hic Iosephum cayphã cognominatũ a sacerdotio remouit subrogato ionatha annę filio Scribente quoq; tyberio ad vitelliũ vt amicitiã cum arthabano cõficeret ille magnis muneribus suadet hyberioꝝ & labanoꝝ regi vt cũ arthabano sine vlla dilatione pugnarent. At illis a pugna abstinẽtibus Scithæ parthoꝝ terrã vastant & cõtra arthabanũ bellũ maximum faciunt ibi filio eius interfecto. Qđ audiẽs tyberius vitellio iubet cũ arthabano amicitiam fa-

cere qd & factum est filio eius obsidi tyberio cũ muneribus dato cum quo etiã iudeũ hoĩem noĩe Lazarũ propter magnitudinẽ gigantẽ vocatũ mittit. Vitellius aũt (pacis tractatũ herode pueniente cesari rescribente) maxime cõtra eũ iratus irã in animo reseruãs. Ca.viij. Fo.clxx. Pa.ij. & .clxxj. Pa.j. — De iudai. bel.

¶ Philippo tetrarcha herodis fratre (cuius mores & ad subiectos cõuersio laudaẽ) anno.xxij imperij. tyberij siue herode mortuo principatum dispensationi syrie cõmisit tyberius. Tunc quoq; inter arethã petreum & herodem regẽ: Simulatio maxima fuit quia herodes filiã arethe habens vxorem herodiadem aristoboli filiam cõiugemq; viuentis Philippi fratris vxorẽ accepit. Quod arethe filia recognoscens ad patrem remeauit & hoc inimicitiarum fuit inter aretham herodẽ inicium atq; belli vbi herodis exercitus maxime fuit debilitatus. ¶ Sed sunt nõnulli qui herodis victum exercitum pp̃ter iniustam Iohannis baptiste mortẽ fuisse dicũt. Timens enim herodes ne plebs Iohannis santissimi monitis a regno discederet fecit eum de truncari. ¶ Vitellius autẽ cõtra aretham (pcipiẽte tyberio) bellum parat. Varus vero cum herode hierusalem ascendens hostias immolauit ionatham a sacerdotio remouens quod fratri eius cõtradidit. Quartoq; die post littere de tyberij morte allate sunt. Ca.ix. fo.clxxj. pa.ij. — Mathe. ca.14. Mar.ca.6 Ibidem.

Agrippa herodes.

¶ Agrippa herodes romam venit vt ab imperatore aliquã obtineat potestatem herodis enĩ omnis ergo propter eius impietatem circa cẽtum annos consumpta est. In quo ad humilitatem & modestiam humanũ genus producitur cum illius familie calamitates audierit Epilogus autem generationis illius hic habetur. Ca.x. fo.clxxij. pa.j. — li.2.ca.8.

¶ Agrippa rome maximam familiaritatem cũ druso tyberij filio & anthonia eius vxore habuit. Qui pdigus (mortua matre) opes effundens ad magnam peruenit paupertatẽ & (mortuo tyberij filio) in iudeam redire cõpulsus est grauatusq; debitis seipsum iteremisset nisi fuisset ab vxore prohibitus. Que illi ad herodiadem sororem (quã herodes tetrarcha vxorẽ acceperat) scribere suasit vt pp̃ter consanguineitatem ei vellet in egestate constituto ferre auxilium. Illũ itaq; herodes & herodias euocantes egentes aliquo tẽpore nutrierunt sed (sibi herode exprobrante) agrippa exprobrationis impatiens abcessit & amicitiam cum flacco Syrie gubernatore procurauit. Qua perdita (accusante eum fratre) extrema pœnuria circumceptus sub vsura pecuniam recipiens a Marsia nauim ascendẽs & herennium capitonem pollicitis decipiens alexandriam profugit vbi alexandrum inueniens ab illo quinq; talenta mutuo accepit. Ca.xj. Fo.clxxiij. Pa.ij. — li.2.ca.8.

¶ Agrippa puteolis appulsus ad tyberium scribens ab eo in capreis honorifice receptus sed a capitone accusatus q̃ triginta miriades exactores fugiens nõ soluisset cæsaris amisit grãm Ipse vero ab anthonia triginta miriades mutuo recipiens debitum soluit & gratiam recuperauit & Gaio cesaris nepoti coniungiẽ & a quodam Samareo centum miriades mutuo recipiens debitum anthonie reddidit. Qui cum Gaio (mortuo tyberio) debitum diceret imperiũ eutícheus libertus silentio verbum tradidit & cũ ab agrippa furtim accusareẽ ductus ad tyberium dicit ad pisonem verba quedam velle enunciare tyberio. Tyberius autem habuit eũ in vinculis more suo vtẽs qui neq; legationes facile recipiebat neq; cito remittebat. Officiarios quoq; suos pp̃ter vtilitatem subditorum nõ mutabat nouos officiarios dicẽs ad furta & rapinas esse promptissimos exemplo vulnerati hominis ad cuius vulnus plurimi cõgreganẽ adducens. Hic enĩ.xxij.annis pmanens in imperio solũ duos in iudea habuit dispensatores vinctorum quoq; & non sine causa deferebat examinationes. Ca.xij. Fo.clxxiij. Pa.j. — li.2 ca.8.

¶ Agrippa anthonie medio (que apud tyberium pluribus de causis honorabilis erat) rogabat vt euthicei aduersum se discutereẽ accusatio quod diu tyberius differt dicẽs q̃ si in examine datus euticheus vera dixisse pbatum fuerit omnis pœna in agrippam conuerteẽ. Sed agrippa (cum hec ei ab anthonia dicerenẽ) magis instabat & tyberius euthiceũ pduci iubet & examinari. Qui adductus agrippã accusat in examine. Qd tyberius verũ existimãs agrippam vinctum ad carcerẽ mittit qui (cum ducereẽ) siti anxius aquã a thaumesto recipiẽs & pmittit libertatem. Germanus quoq; quidã nomine agrippe cõuinctus (bubone super arborẽ (vbi agrippa erat) vinctus considente) eidem futurum eufortunium auguraẽ finem quoq; p̃dixit vite cum iterum bubonem viderit. Ca.xiij. Fo.clxxiij. Pa.ij. — li.2.ca.8.

.sco. | De iudai. bel. | li.2.ca.8.

ℭ Agrippa (pmittente macrone medio anthonie) in vinculis paululum relaxat ab amicis hu maniter visitatus. Tyberio autem febre correpto tybertus gemellus & Gaius germanici filius (cuius maxima sunt pconia cuiusq; mortē vniuersi deplorabant grat a cuius cunctorum amor ad filium Gaium puenit ab euodo psentatur tyberioq; dijs supplicanti & signum petēti (vt cognosceret quisnam post eū esset imperaturus) omen demōstratum est & Gaius (tyberio iu uene cibis occupato) primus secundū omen ei psentatus est. Cui tyberius augurium deflens (cum nepotem tyberium potius imperare voluisset) imperij ex deorum decreto cōtribuit po testatem tyberium ei cōmendans quod benigne se facturum pmisit ficte tamen quia in im perium veniens ipsum tyberium iuuenem extinxit. Mortuus est itaq; tyberius in ira impor tabilis & (ad quicquid cupiditas impulisset) irreuocabilis postq̄ sex menses & .xxij. imperauit annos. Ca.xiiij. Fo.clxxiiij. Pa.j.&.j.

li.2.ca.8.

ℭ Agrippa (Marsio tyberij mortem hebrea lingua sub hoc singo mortuus est leo nūciante) gaudio extollit & centurio (qui agrippe custodiēdo preerat) quid vellet sermo ille interrogās (audita tyberij morte) cōuiuium agrippe fecit sed (quodam tyberium viuere dicente) turba tus centurio arctiori custodia constringit: sequenti autem die a Gaio epistole ad senatum de morte tyberij & ad pisonem pro liberatione agrippe mittunt. Gaius autem magnificam Ty berio celebrauit sepulturam & ipso die agrippam voluit absoluere sed ab anthonia phibitus est ne putaret mortem tyberij gratanter accipere. Ipsum tamen postea non multis ptereun tibus diebus eum vocauit restituens in regno & p ferrea auream dedit cathenam. Agrippa itaq; (permittente imperatore venit in patriam & pter omnium spem rex ab omnibus cerne bat. Vnde Herodias eius soror commota inuidia herodem tetrarcham Agrippæ fortunam manifestans romam nauigare concitat vt a cesare regalem obtineat dignitatem qui (licet diu recusasset ocium diligens) romam venit cum herodiade quorum Agrippa intentionem co gnoscēs fortunatum libertum cum muneribus ad cæsarem mittit & litteras aduersus herodē Gaius autem (adueniente herode) Agrippe recepit litteras quibus accusationes contra hero dem continebant & Cesar veras credens tetrarcham Agrippe regno coniunxit & herodem in exilium lugdunium expulit herodiademq; (cui cesar (Agrippe sororem cognoscens) opes dederat) omnia abrenuentem simul cum herode in exilium damnauit omnem substantiā tri buens agrippe. Ca.xv. Fo.clxxv. Pa.j.

Gaius im pator. iiij.

li.2.ca.8.

Antipas exul cum herodia de.

li.2.ca.9.

ℭ Gaius q̄diu se humilem exhibuit fauorem habuit omniū sed pcedente tempore eleuatus humanum pdidit intellectum volens se diuinitati esse similē. Tūc nāq; seditio inter iudeos & paganos alexandrie orta ex vtraq; parte legati ad Gaiū mittunt & appione iudeos accusan te (quia cesaris honorē non curarent) illi simulachra cōstituere recusabant quo audito Gaius philonem iudeorum legatum doctissimum respōdere paratum ex secretario iubet excludi qui egrediens circumstantes iudeos non furore cui territi hortat. Gaius vero cōtra iudeos iratus petronium mittit in syriam vt simulachrum suum erigat in templo hierusalem. Ad quem iu dei venientes eum deprecant ne contra paternas leges simulachrum erigat in templo ipsiq; illud deneganti iudeorum maxima multitudo mori p cōseruatione legis parata i tyberiade occurrit supplicās vt legem eorum pmitteret integram. Ad illum quoq; aristobolus agrippe fra ter elicias maior aliq; plurimi optimi viri veniunt depcantes vt multitudini parcat que cultu ram terre p legis conseruatione negligebat. Ca.xvj. Fo.clxxvj. Pa j.

li.2.ca.9.

ℭ Pacatus petronius p multitudine iudeorum ad Gaim pponit scribere conuocansq; in tybe riade magnam multitudinem se excusat & eos remittit ad culturam. Deus autē suam repen te manifestauit psentiam & adulterium suū in omnibus fore petronio ingēte tūc pter omniū spem descendente pluuia. Et sic petronius deū videns consolatorē pro iudeis scribit ad Gaiū Agrippa autē amplius in Gaij crescens amicitia epulum omniū superans diligentiā pparauit cuius magnificentiā cesar volens remunerare in donis hic respondit sibi suā sufficere gratiā nec quicq̄ gratia lucri agere sed petere coactus p omnibus ab imperatore querit statuā i tē plo nō erigi qd cōcessit Gaius ad petroniū scribēs. Sed resipiscēs Gaius genus mortis eligere petronio rescribit quia eius cōtēpsit adiplere mādata sed Gaius priusq̄ epistola ad petroniū venerit mortuus est. Deus enī petroniū remunerauit p honore quē tēplo exhibuit qui vbiq; dilectus & senatori ordine & qualibet est dignitate honoratus. Ca.xvij. Fo.clxxvj. pa.ij.

Maxima iuuenum audacia.

De iudai. bel.

¶ Maxima cedes & calamitas iudeorum in Mesopotamia & Babilonia. Duo namq; viri iu, dei asianeus & anuleus germani velaminum nauium operatores(eos corripiente operis ma, gistro)fugerũt cum armis in vicum diruptionem fluminum vocatum ad quos iuuenum mul, titudo congregata est quorum ductores facti vicinos fecerunt tributarios eorumq; nomen omnibus erat formidolosum. Quos babilonię Satrapa(congregato exercitu) clãdestine lega tos adducere procurans eos die sabbati inuadit. Sed asineus equorum hinnitus audiens so, cios arma sumere adhortaẽ: & die sabbati contra hostes pugnare quos inuadentes vincũt & multis obtruncatis alios fugant. Illorum autem audita audacia Arthabanus parthoꝝ rex eos videre cupiens per nuncium(dextra & fide prestita)vocat. Et asineus differens fratrẽ cũ mu neribus mittit. Artabanus vero(adueniente anuleo)cum fratrem audisset timore non venisse anuleum remittit(vt prestito iuramento)fratrem securum adducat Anuleus ergo fratri regis munificentiã persuadens secum ad artabanum adduxit quos cum gracia recipiẽs asinei mi, rabaẽ magnanimitatem qui sub breui corpore & cõptẽptibili tantam habebat fortitudinem atq; prudentiam. Hos quoq; cum muneribus remittit eis babilonię commẽdans regionem prohibuitq; abagadem ne occideret asineũ. Qui reuersus oppida constituit & castella & om nem Mesopotamiam per quindecim annos gubernauit. Ca.xviij. folio.clxxvij. pa.ij.

¶ Dum fratres tali ꝓsperitate fruerenẽ conuertanẽ ad iniurias paternas leges transgrediẽtes. vnde eos mala occupauerunt. Anuleus namq; mulieris pulchritudine deceptus virum eius occidit & eam sibi coniunxit quę ad ydolatriam cõtraxit anuleũ quem socij sui monent mu, lierem ydola colentem(hębraico ritu contempto)non debere accipere sed anuleus correcto rem peremit qui moriens occisori & socij permittẽtibus maledixit. Plurimi quoq; anulei pec, catum corripere volentes fratrem magnis vocibus talia pmittentes adeunt increpantes. Qui crebris accusationibus compulsus fratrem increpat & mulierem hortaẽ relinquere quod co, gnoscens mulier illi venenum inter cibos dedit & mortuus est. Anuleus ergo solus exercitum sumens contra mitridatem artabani generum bellum mouet & omnia p̄de committit. Dein, de Mitridates contra anuleum occulte bellũ parat(quo cognito)anuleus eos dormientes in, uadit multisq; interfectis & alijs fugientibus mitridatem viuum capiens super asinum duxit quem occidere(hortantibus amicis)recusat sed remittit ad patriam. Cui reuertẽte vxor eius (ꝙ iudei hominis captiuus fuisset)exprobrabat ipse contra iudeos arma parat & superbien, tem anuleum vincit. Sed fugiens in siluam pessimoꝝ multitudinem congregat cum quibus babilonios inuadit: & ipsi in Neherdam venientes anuleum sibi dari petunt qui capientes (aditu ei patente)anuleũ & quotquot inueniunt obtruncant. Quo mortuo Babilonij iudeis molesti qui in seleuciam cum suis migrarunt factaq; est maxima iudeorũ ruina ex corruptio ne Babilonię. vnde eis in Tesifontem fugientibus terrore p̄mebanẽ omnibus vicinis sibi for, midolosis. Ca.xix. Fo.clxxviij. Pa.ij.

¶ Explicit Liber Octauusdecimus.

Incipit liber nonusdecimus qui continet tempus annorum octo & mensium sex.

Mors ga'j pditissimi.

li.2.ca.9.

¶ Gaius non solum iudeos sed etiam in omnes Romanos subditos imperio suam manifesta uit insaniam maxime circa Romanos senatores quoꝝ plurimos (ablata eorum pecunia mor te dãnauit diuinumq; honorẽ non solũ cum hominibus: sed in tẽplo se Iouis fratrẽ appellans vsurpauit atq; tanq̃ deus maris graue putans remis ipsum trãsire pontem in medio mari vo, luit construere. Tẽploꝝ quoq; depopulator dicebat pulchras res pulchro ĩ loco(quẽ romam vocabat)solũ debere esse iouem verum olympum romã trãsferre voluit. Sed meuius impedi, uit. Natã autẽ sibi filiam in capitolio pducens & super simulachri genua cõstituens cõmunẽ sibi iouiq; natã duos.pres vni ꝓle cõfirmabat molitus est etiã seruos ad dominorũ excitare accusationẽ: vñ & pollicendos seruis claudiũ dñm suum accusauit. Et itaq; audacia seruorum cõtra dños mala fecit in repu. maxima ꝓinde mors gaij legem corrumpentis reipu. maxime fuit vtilis contra quem omnium erat odium cuiusq; mortem omnes propter eius iniquitates honestum opus reputabant & maxime fame cupiditas chęream ad eius mortem excitabat.

De iudai. bel.

Qui a Gaio exactiones colligere constitutus humilibus parcens & de pressis ipsum ad iracūdiam ꝓuocauit ita vt eum de mollicie & de secordia criminaret̄ prȩnominans ingerens illi iniurias. Ca.j. Fo.clxxx. Pa j.

¶Chȩreas grauiter motus ꝙ per eum homines torquerentur conqueritur clementi & Papinio de imperatoris insania quȩ comprimere opportere dicebat cuius clemens consilium manifestius approbabat. Sed iubebat facere sed continuo mutans sententiam clemens quȩcūq; cepit efferre p plurimos & chȩreas formidans perrexit ad Sabinum libertatis amatorē opus putans vt celeriter(quȩ cogitabat)inciperet ꝓinde conuertat̄ ad Munitianum virture parem & licet consanguineus esset Gaio illi tamen ꝓpter lepidi mortem suspectus erat. Chȩreas vero(cum curiam ingrederet̄)augurium audiuit vocem scilicet prȩcipientem vt intentum perfíceret. Omnes quoq; tunc ad tyrannicidium erant parati chȩreas autem nullam moram gerebat & omne tempus oportunum iudicabat & Gaium capitolium vt ꝓ filia sacrificaret)ascēdentem cogitauit p̄cipitare. Ca.ij. Fo.clxxxj. Pa.j.

hist. actu. ca.64.

¶Chȩreas ad audaciam coniuratos contra Gaium excitat(& armatorum multitudine ad palatium conueniente)petentibusq; tribunis(vt moris erat)signum a Gaio. Cui sacrificanti augurium(cruor scilicet super vestem asperne senatoris aspersus)apparuit. Cuius etiam mortez vatinius senator prȩdixit quem clauditus tacere iussit duoq; Gaio auguria in spectaculo ꝓuenerunt & Minucianum(vt Chȩream confortaret)surgentem Gaius retinuit. Sed ipse paululum quiescens denuo surrexit & abijt. Gaium itaq; ad balneas euntem p̄cedebant coniuratores inter quos Chȩreas(euaginato gladio)occurrit & ei vehementem plagam non tamē mortalem(nota causam)intulit. Quem nō clamantem sed fugientem Sabinus impulit & eum cadentem singuli descripserunt. Ca.iij. Fo.clxxxij. Pa.ij.

¶Gaij occisores populum stulte principem honorantem timentes a cede per aliam viam rediderunt & germanicum Gaij patrem occiderunt. Germanis itaq; (quibus Gaij mores primo cognita est)inquirentibus interfectores aspernas occurrens occisus est similiter Norbanus & athenis. Omnibus vero Gaij mors grata erat p̄ter mulieribus & infantibus ꝓpter spectacula & seruis:qui eius auxilio contra dominos habebant accusationem. Et cum varia fuisset populorum de Gaio opinio aruntius venalium rerum preco Gaium mortuum proclamauit in teatro & ipsius cognita morte Germani ab ira quieuerunt. Laudatus quoq; est Chȩreas ꝓ opere & inquirente populo Gaij peremptores Asiaticus valerius vtinam(inquit)ego quo audito consules Gaium accusantes populo & militibus iusserunt ad ꝓpria remeare pacem nunciantes adesse & requiem. Ca.iiij. Fo.clxxxij. Pa.ij.&.clxxxiij.Pa.j.

histo.actu capi.64.

¶Consilio inter milites inito de claudio Gaij patruo imperatore creando Sentius Saturnius ꝓ recuperanda libertate & seruanda orationem habuit ad populum. Plures itaq; magis sine principe q̄ sub tyrannide viuere eligebant. Chȩreas vero Lupum tribunum ad interimendū Gaij vxorem & filiam(quibusdam hoc crudele iudicantibns)misit. Hæc enim omnium malorum causa fuit poculumq; ei ad vesaniam transformatiuum dederat:ipsa vero vltro iugulum occisori p̄parante occidit̄ cum filia. Ca.v. Fo.clxxxiij. Pa.ij.&.clxxxiiij.Pa.j.

histo.actu ca.63.64.

¶Gaij anno imperij quarto occisi pessimi mores quiq; sorori p̄mixtus ciuitatis incurrit odiū hic orator grȩcus & latinus(quem tyberius fecerat erudiri)scientia abusus & potestate peruenit ad mortē. Claudius autem de teatro fugiens se in arctissimo celabat loco quem Germani suȩ vtilitati consulentes Gaij requirentes p̄emptores latentem inueniunt & eum gratus tm̄ē tem confortans ei datum imperium a dijs significat ipsumq; ꝓpter corporis debilitatem fugere non valentem in vehiculo ad palatium portant & ꝓpter germanici fratris fauorem principem statuere festinabant. Seditio vero tunc populi fuit & senatus hi pristinam appetentes dignitatem populus autem senatus auariciam fugiens raptum claudium imperatorem esse gaudebat. Senatus enim ad claudium mittit vt senatui imperium ꝓ cōmuni vtilitate cedat aut impium a senatu accipiat. Sed claudius senatus cognoscēs arrogātiam ad militū & agrippȩ instantiam cogit̄ non cedere. Ca.vj. Fo.clxxxiiij. Pa.ij.

hist. actu. ca.63.64.

¶Agrippa(cōpletis Gaij exequijs)venit ad claudium quem paratum cedere inueniens im

pium monuit defendere & ad senatum vocatus dicit ꝓ gloria curię se mori paratū & a sena tu ad claudiū missus latenter exacuit impaliter respondere. Claudius autē exercitū conuocat eoꝝ pcipiens secū pmanendi sacramentū cuilibet largit̄ munera. conuocato vero senatu cen tum tm̄ sunt obliti (alijs se absentātibus) quibus clamor exercitus cōgregati est emissus impe ratorem petentiū & nō a multis solui romanū principatum diuisioq; fuit maxima inter eligē tes & pene facta sunt homicidia. Chęreā autem & socios ad milites verbá facere nitētes mul titudo disturbauit & (senatu desolato) Sabinus seipsum iterficere primitus minatus est q̄ clau dium facere impatorem. Et quintus pompeius milites senatui accusans (nisi a claudio fuisset p̄seruatus) fuisset occisus quem a periculo ereptum fecit sibi cōsularem. Claudius vero agrip pę monitis senatum cōuocauit sententiamq; ꝓtulit in Chęreā qui (cum ad mortē duceret̄) lu pum socium flētem redarguit militesq; rogauit vt gladium (quo Gaium occiderat) ad necem suam deportaret: & vna plaga mortuus est. Lupus vero mollius ceruicem p̄parans pluribus plagis crudeliter est pemptus Sabinus autē seipsum interemit. Capi. vij. Fo. clxxxv. Pa. ij.

De iudai. bel.

Hist

Claudius impator iiij.

¶ Claudius agrippæ regnum conspirauit adijciēs hærodis regnum & lisanię tetrarcham an tiochiq; regnum cum eo publice fœdera celebrans. Seditione quoq; inter iudeos & paganos in alexandria existente (mortuo Gaio) iudei sub Claudio (recepta fiducia) veniūt ad bellum. Claudius enim ęgypti p̄fecto pro iudeis mandauit vt seditionem amoueret edictumq; omni orbi pro iudeoꝝ libertate destinauit. Agrippa autem maximis honoratus donis a Claudio maximoq; cum honore & imperatoris fauore venit in iudeam vbi hostias celebrās multosq; nazarenos tondens & cathenam auream instar ferreę qua ligatus fuerat a tyberio i tristis for tunę memoriam in templo suspendit Seophilum a pontificatu amouens Boethum instituit & Syllam p̄fectum fecit militię. Ca. viij. Fo. clxxxvj. Pa. ij.

li. 2. c. 10.

histo capi

¶ Doritis cęsaris simulachrum in templo ponentibus iudeorum agrippa exaggeratus venit ad petronium cōtra ipos conquestus ad quos petronius ipse pro iudeorum libertate scripsit misitq; cęsaris editum. Symone vero canthera a sacerdotio priuato & iona annę filio recusan te mathias eius frater pontificatum recepit. Et marsus petronio successit sylam autem regis agrippe p̄fectum ipsi improperantē beneficia a p̄fectura rem ouens mittit in vincula quem (mitigata ira) vocauit ad cōuiuium sed illum venire recusantem dimisit in carcere. Agrippa itaq; muros hierusalem munitissimos fabricans a claudio perficere ꝓhibetur. Hic enim agrip pę in nullo maiori hęrodi similis circa omnes fuit mansuetus. Symonem vero quendam regē a templi lumen ꝓhibuisse accusatum rex euocatum & nihil habentem (quod responderet) mansuete cum muneribus remisit ad ꝓpria. Ca. ix. Fo. clxxxvij. Pa. ij.

Marsus syrię p̄ses.

li. 2. ca. 10.

¶ Berathios inter cęteros multum rex agrippa honorauit eis theatrum amphitheatrum bal neas & porticus constituens. Qui celebratis spectaculis antiochus commaginensis rex & da mascenorum Sansigeramus & contis minoris armenię ad se venientes in tyberiadem huma nissime recepit. Marso vero venienti agrippa in occursum vadit qui tot regum concordiam & amicitiam suspectam habens vnumquemq; ad propria mandauit remeare quod agrippa grauiter fetens marso factus est inimicus Elyoneus (mathia eiecto) sacerdos constituitur. In super Agrippa in cęsarea ad honorem cæsaris spectaculum celebrans stola vndiq; argento contexta indutus (fulgente veste) ab adulatoribus deus est appellatus sed quia verba non cō pescuit male sibi accidit. Videns namq; babilonē malorum causam intellexit passionem mor tiferam i corde suscepit & a cęsarea ad regalia deportatus anno ętatis quinquagesimo quar to & regni septimo filiam agrippam nomine & tres filias relinquens mortuus est. In biblia di citur consumptus a vermibus expirauit. Sylas vero ab aristione Hęrode & telchi occiditur. Mortuo itaq; Agrippa cęsarienses & Sebasteni blasphemias in eum exercētes eius filiarum statuas deluserunt ad fornicaria loca deferentes immemores ipsius & aui Hęrodis (qui illas ędificauit ciuitates) beneficiorum Claudius quoq; audita (agrippę regis morte) regnum filio dedisset nisi a consulibus fuisset impeditus pręfectum quoq; cuspinum fadum agrippam ho norans misit pręcipiens cęsarienses pro contumelijs cohibere. Ca. x. Fo. clxxxvij. Pa. ij. & clxxxviij. Pa. j.

li. 2. ca. 10.

histo ca. 6

Actu. 12.

Actu. 12.

Filij agrip pę regis.

¶ Explicit Liber Nonusdecimus.

¶ Incipit liber vicesimus qui continet tempus annorum viginti sex.

¶ Mortuo rege Agrippa claudius deffuncti memor Cassiū longinum successorem in syriam presidem mittit. Phadus vero iudeę procurator iudeis indignatus propter philadelphinos occisos seditionis auctores puniuit. Ptholomeoquoq; latronum principe a phado occiso Iudea latronibus est mandata. Cassio autem & phado sacerdotibus tunicam sacerdotalem in Anthonia reponi pręcipientibus sub romanorum potestate petunt iudei vt ad claudium legatos mittant vt in eorum maneat potestate quod eis cōcessū est datis obsidibus filijs hocq; agrippa claudio obtinuit. Et claudius ad phadum rescripsit. Hęrodes vero agrippę regis frater templi potestatem & sacerdotium ordinationem a claudio impetrauit & chanterio remoto Iosephum sacerdotem fecit. Capitu.i. Fo.clxxxviij. Pa.ij.

Cassius syrię p̄ses. Phadus Iudeę. Hęrodes fr̄ agrippę

¶ Monobazus adiabenorum rex (cum manum super ventrem vxoris helenæ pręgnantis & dormiētis poneret) vocem audiuit vt manum deponat ne puerum vexet qua voce turbatus vxori auditum nūciauit & natum filium Iazathem vocauit qui a patre multū dilectus: ei fratres inuidebant qđ pater cognoscens timensq; ne ei aliquod malū accideret eum cum muneribus ad Abnergium regē misit cuius postea filiam habuit vxorem. Ip̄m quoq; iā pater senex euocauit illi Cairum dedit Iazates vero legibus credēs iudeorū circūcidi voluit sed eius mater ꝓhibuit. Ipse vero Eleazaro iudeo legē moysi explicanti deuotionē manifestans circūcidit̄ quē & eius filios a multis liberauit periculis. Helena quoq; filium regnū videns pacifice gubernare & esse beatum visitandi hierusalem habuit desiderium cuius aduentus multum ꝓfuit ciuitati nam eius medio ciuitas a fame est liberata. Ca.ij. Fo.clxxxix. Pa.j.

Iarates rex. Helena mater.

¶ Arthabanus parthorum rex satrapas inimicos timens ad Iazatem veniens ab eo honorifice est receptus & eius medio in regno est restitutus qui beneficiorum non immemor multa ei dona dedit post paululum vero Arthabanus filio suo Bardani regnum diuisit qui cōtra romanos pugnaturus a Iazate petit auxilium & eidem deneganti bellū fecit: illum vero regē parthi extinguentes regnum contradiderunt cui Vologesis successit Monozabasus regis frater & tota cognatio (relicto paganismo) ad iudaismum conuertunt̄. Cuius subditi ad Abiam arabię regem scripserunt bellum contra suum regem mouentes qui contra Iazatem bellū faciens occisus est cum plurimis. Vologesis vero (adiabenorum ꝓceribus eum inuitātibus) cōtra Iazatem bellum mouet & (occasione non inuenta) honores (quos ei pater dederat) repetit Iazates autem dei auxilio confidens hostis expectat aduentum dicens deum cunctis hominibus esse meliorem & terrę ꝓstratus inuocans eum est exauditus vologesis namq; (Daro & Isaro ꝓuinciam diripientibus) remeauit. Iazates vero anno etatis quinquagesimo quinto & regni vigesimo quarto morit̄ viginti quattuor filios & totidem filias relinquens & Monobasum regni faciens successorem. Qui fratris & matris ossa hierusalem misit sepelienda. Ca.iij. Fo.clxxxix. Pa.ij.

o.actu 8. Actu.5. li.2.ca.10.

¶ Theodas magus populū iudeoꝝ seducens semetipsum ꝓphętam esse asserebat quē phadus ꝓhibuit capite truncatū. Phado autē tyberius alexander in iudea successit qui Iacobum & Symonem & filios iudę remp. perturbantes occidi fecit Ananias Ioseph succedit in sacerdotio & tyberio Cumanus mortuo vero hęrode agrippę regis fratre agrippa iuuenis a claudio regnū accepit maxima quoq; (Cumano iudeū regente) seditio maxima fuit vbi viginti iudeoꝝ milia in festo azimorū vnius militis luxuria (qui genitalia sua reuelauit) in turba defecerunt. Et quidē ex turba fugientes stephanum cęsaris seruum spoliauerunt latrocij more quo audito cumanus milites destinauit vicinos vicos precipiens diripi & vinctos nobiles adduci militem quoq; legem Moysi blasphemantem capite truncari fecit. Ca.iiij. Fo.cxc. Pa.ij.

Tyberius iudeę pręses. Cumanus iudeę pręses sub quo cepe rūt tumulti.

.li.2. 1.6. li.2.ca.11.

¶ Seditionem inter Samaritas & iudeos orta iudei (cumano pecunijs corrupto & iusticiam negante) Eleazarum in auxiliū sumentes contra Samaritas bellātes omnia diripuerunt quos Numidio quadrato Samaritę de violentia accusarūt qui seditionem auctores crucifixi & Secundo Samaritas iudeos accusantes audiens quia ipsi populo a romana suasissent potestate

Numidi⁹ q̄dratus. Syrię pręses.

Fœlix procurator iudeę. — Recedere illos occidi mandauit & ananiam pontificem & ananianum magistrum romã misit ligatos quos Claudius agrippę pcibus absoluit & samaritas occidi pcepit cannanumq; misit in exilium & celerem morte mulctandum remisit in hierusalem & fœlix procurator instituit Agrippę quoq; aucta est potestas cuius drusilla soror Aziazo alias Lazito regi circũciso datur cuius nuptias Epyphanes nolens circũcidi renuit & mariam archelaus accepit vxorẽ drusilla vero (spreto marito) fœlici pcuratori iudeę nupsit. Palemon autem Beronicem (mortuo herode) pro diuitijs duxit vxorem sed ipsa virum ppter nimietatem coitus reliquit & maria archelaum repudians nupsit Demetrio. Ca.v. Fo.cxcj.Pa.j. — De iudai. bel. De felice. Actu.24. | Hist. histo ca.11

Neronis facinora. Agrippa filius. — ¶ Claudius agrippinę vxoris veneno interemptus qui Messalinam vxorem ppter Zelum interfecit Neroni octauiam desponsauerat. Nero autem Britannicum veneno latẽter occidit matrem quoq; & vxorem multosq; insignes viros aziazo rege amasorũ mortuo successit eius frater & aristobolus a nerone in armenia est cõmissus & agrippę partẽ Tyberiadis tetrarchie donauit. Iudea quoq; latronibus & sediciosis magis plena quos fœlix interfecit & eleazarum eorum principem victum misit in hierusalem. Fœlix autem inimicias contra Ionatham sacerdotem habens eo q melius iudeis psidere moneret eius procurat mortem per latrones gladios sub veste habentes absconsos. ¶ Pseudo pphęta ęgyptius iudeorum seductor quorum multos fœlix occidit ipso ęgypto fugiente. Seditioq; tunc fuit inter Syros & Iudeos pro equitate ciuitatis in cęsarea quos pfecti compescuerunt. Ismaeleq; ab agrippa sacerdote instituto contemptio inter sacerdotes & pontifices oritur sacerdotibus inopia morientibus. Ca.vj. Fo.cxcj.Pa.j.&.cxcij.Pa.j. — li.2.ca.12. Actu.24. | ege. capi histo ca.6 Ege ca.7 hist. ca.11

Festus iudeę pses. Albinus iudeę prę ses. Mors Iacobi fris Iesu. — ¶ Iudei fœlicem (portio festo successore illius directo) Neroni accusant. Berillus quoq; p Syris Cæsarem contra iudęos orat. Latrones insuper siccarij in iudea populis in festinitatibus permixti perimebãt. Festus quoq; super populos qui decepti fuerant a quodã mago multitudinem destinauit & seductorem atq; seductos occidit. ¶ Agrippa autem iuxta Teatrum in palatio ædificium fabricatus est & iudei parietem excelsum triclinij regalis & porticus occidentalis auferẽs aspectũ construxerũt. Vnde rex indignatus & festus eis opus pcepit destruere sed iudei ad neronẽ mittentes ędificiũ pmanere obtinuerunt. Ioseph (ismaelem cũ helchia obsidet) sacerdos instituit. ¶ Et Albinus (mortuo festo) pfectus ordinat in iudea Ioseph a sacerdotio priuato Ananus iunior subrogat qui saduceus Iacobũ fratrẽ Iesu Christi & aliquos tradidit lapidandos quod alij grauiter ferentes eum regi & albino accusarunt qui eum de sacerdotio deposuerunt subrogato Iesu damei filio. Ca.vij. — li.1.ca.12. Actu.25. Actu.25. | histo ca.11 ege.l ca.8 histo ca.6 ege.l capi.

Cæsarea philippi. Neronia est appellata. — ¶ Albinus siccariorum plurimos occidit. Ananus vero fauorem populi habens albinum & pontificem muneribus placans violenter a sacerdotibus eius famuli decimas rapiebãt vnde sacerdotes egestate deficiebant. Siccarij vero noctu ciuitatem ingrediẽtes scribam magistratus Eleazari filium alligantes eduxerunt promittentes illũ remissuros si albinus decem viros (quos vinctos habebat) ananę medio ex solueret. Cęsarea vero Philippi Neronia est appellata: vñ odium aduersus agrippam ortum est quia extraneã ornaret ciuitatẽ. Iesus autẽ Gamalielis filius (priuato damei filio) sacerdotium accepit. vñ seditio inter alterutros orta est. Custobarus quoq; & Saul cum anano maximam populo faciebant violentiam. Albinus quoq; (cognito quia florus successor fuisset directus) carcerem a noxijs purgauit & puinciam impleuit latronibus. Leuitę autẽ hymnidici a rege petentes vt linea vterent veste obtinuerũt. Omnia quoq; tunc paternis legibus contraria agebant. Ca.viij. Fo.cxciij. Pa.ij. — li.2.ca.12. | ege.l ca.8.

Florus iudeę pses. Varia populi israel gubernatio. — ¶ Cathalogus pontificum & Epylogus eorum vsq; ad belli finem quorũ Aaron primus ex cuius sanguine descendentibus sacerdotum solis debebat & ab eo vsq; ad finasum octogita tres ex quibus in deserto vsq; ad constructionẽ tẽpli tredecim p totam vitam tenentes honorem Postea vero viuentibus facta est successio. ¶ Rei enim publicę varia fuit gubernatio primo sub populi potestate Secundo sub vnius principatu & tertio sub regibus. ¶ Ab exitu de egypto vsq; ad tẽpli constructionem anni sexcenti & tredecim sub.xiij.pontificibus. ¶ A Salomone vsq; ad captiuitatẽ Bobilonicã anni trecenti sexaginta sex menses sex & dies viginti sub octodecim pontificibus. ¶ A Liberatione captiuitatis (pmittente cyro) vsq; ad antiochũ Eupatorem sub sedecim pontificibus anni.ccccxiiij. Anthiocus autem & Lysias Oniam de- — li.2.ca.12. | histo ca.11

De iudai. bello.

ponentes sacerdotium primo turbauerunt. ¶ Ioachim mortuo ciuitas septē annis fuit sine pontifice. ¶ Herodes vero suscepto regno ignobilibus sacerdotalē tribuit honorem. Archelaus quoq; nullum de Asamonei genere sacerdotem fecit similiter nec Romani pontifices. ¶ Ab herode vsq; ad destructionem hierusalem per Tytum fuerunt viginti nouem pontifices & anni centum & septem. Cestius quoq; florus Albino successit qui vxoris malignitate sacerdotalis dignitatis adeptus infulas iudeis crudelis fuit & Auazus. Hi enī propter latrones solemnitates omittebant: fugientes ipsos. Flori etiam crudelitas & malicia bellum contra Romanos coegit assumere. Ca.ix. Fo.cxciij. Pa.ij.

¶ Concludit Iosephus opus antiquitatum: ab Adam vsq; ad decimum annum imperij Neronis: quod opus ipse testatur cōpleuisse anno decimo tertio imperij domiciani: & anno ætatis suæ quinquagesimo sexto.

¶ Finit Tetramonum super viginti libros antiquitatum Iosephi Iudei: continens Epithomata ipsius Iosephi Biblię Historię scolasticę: & Aegesippi.

De ātiqui tatibus.

Epitomata seu compendiosa argumenta singulorum

capitum septem librorum Iosephi iudei de iudaico bello: & concordantię ad libros eiusdem Iosephi de Antiquitatibus: necnon ad quinq; libros Aegesippi christiani de excidio hierosolymitano: appositis ipsius Aegesippi additionibus. præfatum reuerādum magistrum nostrū Robertum Goullet theologię professorem meritissimum.

li.12.ca.10 11 12.14. 16.18. li.13.ca.3.

¶ Contentione Inter iudeos orta multi eorum ad antiochum Epiphanem relictis paternis legibus confugerunt: qui maximo cum exercitu veniens ciuitatem cœpit: & militibus predandi data licentia templum spoliauit & solemnitates per tres annos sexq; menses prohibuit vnde pontifex Onias ad Ptholomeum fugientes templum simile hierosolymitano in Aegypto ędificauit. Antiochus autem circuncisionem prohibēs porcos fecit immolari. Matathias vero Asamonei filius & sacerdos bachidem occidens fugit in montes: sed inde multis sibi sociatis commisso prelio hostes superauit. Moriens autem iudęi filio principatum dedit qui antiochum vincens tēplum purgauit & noua vasa intulit Mortuo quoq; Antiocho filius eius Antiochus odij heres exercitum contra iudeos parat. Et Eleazarus Elephātem occidēs sub ventre illius interijt. Antiochus autem hierusalem obsidens post paucos dies vtensilium pœnuria coactus recedit. Et iudas multis interfectis hostibus occubuit & frater eius Iohannes. Ca.j. De iudaico bello. Fo.ij. Pa.j.

Matathias sacerdos.

Iudas machabeus dux israel

li.13.c.1.8. 9.10.11.12. 13.14.

¶ Ionathas dux iudeorum (mortuo iuda fratre) Antiocho reconsiliatus: dolose interficitur a triphone. Symō vero victoria potitus pontifex creatur liberians a Macedonum dominatione iudeos.cvij.annis. Sed Ptholomei generi sui insidijs in conuiuio occiditur. Qui (captiua vxore Symonis cum duobus filijs) tertium iuniorem filium Iohannem (qui hircanus dictus est) voluit occidere: sed paternum honorem recipiens bellum parauit cōtra Ptholomeū matri & fratribus auxilio futurus. Ptholomeus vero quotiens ab hircano pręmeretur matrē eius & fratres in murum productos verberabat: & precipitare minabatur. vnde ad misericordiam commotus cessabat licet mater ipsa illum non parcere impio pręcaretur. Hircanus autem aperto Dauid sepulchro ablatis inde pecunijs Antiochum iudeam vastantem placauit primusq; peregrinos aluit. Ciuitates quoq; Syrię bello inuadit Antiocho cōtra mœdos bellante: & contra Samariam mouet exercitum obsidioni præfectis filijs a quibus Antiochus victus fugit. Samariaq; funditus diruta est inuidiam insuper gentilium contra hircanum & filios prosperitas rerum concitauit. Hircanus autem cuius virtutum maxima est laus anno principatus tricesimo tertio obijt: quinq; post se relinquens filios. Ca.ij. Fo.ij. Pa.ij.

Ionathas dux iudeorum.

Symō frater dux & pōtifex.

Hyrcanus Iohannes

¶ Aristobolus(patre mortuo)dyadema primus post captiuitatem accepit Antigonum fratrem pari honore honorans aliis fratribus cum matre vinctis. Matre vero fame necata antigonum fratrem inuidorum accusatione consentiente regina dolose fecit interimit quē iudas esseus propheta prædixerat proxime moriturum. Aristobolis quoq; sceleris cogitatione sollicitus pro fratris & matris nece anno regni primo mortuus est quo mortuo vxor fratrē eius alexandrum dissolutis vinculis regem instituit:Qui fratrem suum regnum appetentem occidit & alterum priuata vita cōtentum secum habuit.Prælium quoq; cum Ptolomeo latiro habuit a quo victus est & ab obedo arabum rege.Ca.iij.Fo.iij.Pa.j.

De ātiqui tatibus. li.13.ca.15. 16.17.

egesi li.1.c

¶ Maximum iudeorum contra Alexandrum odium quorum sex annis quinquaginta milia occidit quiq; demetrium petiuit contra eum auxiliatorem a quo victus est Alexāder sed eius crudelitas ad impietatem procedēs octingentos captiuos crucifigi fecit/& mulieres earumq; filios in conspectu matrum necauit. Antiochus vero cum alexandro ipso a domesticis prælijs cessante bellum gessit quem vicit Alexander qui post belli requiem morbo correptus anno regni sui trigesimo septimo moritur regnum Alexandre vxori relinquens. Ca.iiij. Folio.iij.Pagina.ij.

li.13.ca.18. 19.20.

li.1.c 11.12

¶ Hircanus maior filius Alexandri pontifex ab alexandra matre declaratur sub cuius tempore pharisei pro libito populum rexerunt iudeorum qui dyogenem alexandri amicissimū (cōsentiente Alexandra)interfecerunt. hęc contra Ptholomeum mittit exercitum. Sed ipsa morbo laborante aristobolus regnum inuasit propter quod illa ipsius vxorem cū filijs in carcere conclusit.Ipsa autem mortua anno regni nono/ aristobolum contra hircanum fratrem (quem omnium hęredem reliquerat)bellum mouet.Sed hircani militibus ad fratrē trāseuntibus pax sub cōditione fit inter eos permittatis eorum domibus Antipater autem Idumeus diues & nobilis hircanum regnum repetere cui arethas rex antipatri medio dat auxilium & victus aristobolus fugit in hierusalem qui omnino captus esset nisi scanorus Romanorū dux soluisset obsidionem.Qui ad eum fratrum missis legatis cum muleribus corruptus est ab aristobolo.Ca.v.Fo.iiij.Pa.ij.

li.13.ca.20 li.14.c.1.2

li.1.c. 14.

¶ Hircanus & Antipater ad Pompeium accedentes multa(vt hircano regnum restituatur) allegant. Pompeius autem(auditis illis)Aristobolum petit ipsumq; de Alexandro castello iubet descendere qui perterritus pecuniam pompeio promittens eum mitigat.Sed(ipso nō soluente)iratus pompeius ipsum in custodiam collocatq; ciuitatē tentat euertere fitq; tunc hierosolymis seditio de pompeio recedendo aut eijciendo. Ipse vero ingressus pisonem palatij & templi custodē fecit neq; iudei sacrificia etiam tempore belli intermittebant. licet eñ lex iudeos ab omni opere pręcipit sabbato abstinere permittit tamen per sabbata pugnare. Primus autem faustus cornelius ciuitatis muros ascendit vbi sacerdotes inter gladios magis mori q̄ sacrificia imperfecta relinquere eligebat itaq; duodecim iudeorum milia occisa sunt. Romanorum vero per pauci sed plures sauciati.Ca.vj.Fo.v.Pa.j.

li.14.c.2.3

l.1.c.1 17.

¶ Pompeius cum suis templum ingressus cuncta contra iudeorum mortem prospexit(cum sanctum illud archanum prius nunq̄ alienis fuisset detectum)pecunias autem sacras nullatenus tangere permisit.Sed templum purgare fecit & sacra celebrare solemnia hircanum pōtificem declarans hierusalem vero tributariam fecit & ciuitates quas in Syria cœperant militum duci parere iussit.Aristobolum captiuum cum familia(fugiente Alexandro)Romā duxit Pompeius.Scaurum autem petram arabię ciuitatem obsidentē hircanus fame fatigatum fouit per Antipatrum & pacem fecit cum arabis.Alexander etiam bellum contra hircanum faciens Gabinium timens fugit victo eius excercitu.Gabinius itaq; subuersa reędificauit ciuitates & ad Alexandrum misit castella omnia suæ offerens ditioni.Ca.vij Fo.v.Pa.ij.

l.14.c.3.4

li.1.ca 18.19.

¶ Gabinius omnem iudeorum gentem in quinq; conuentus diuisit.·.Aristobolus autem iterum occupans Alexandrum ipsum tenta reparare.Et exercitum parat contra Romanos vbi(ipse fugiente)quinq; milia eius exercitus occisa sunt.sed ipse cum antigono filio capitur & custodię traditur filijs matri traditis.Gabinium autem contra parthos bellum parantē hircanus & antipater iuuant.Tunc quoq; iudeorum exoritur seditio pro Alexandro Aristoboli

Diuisio iudeæi quinq; partes.

l.14.c.4.5

l.1.c.1 21.

ip. De ātiqui tatibus.

filio & victo alexandro decem suorum millia occiduntur. Gabinius quoq; hierusalem reuersus Nathabeos bello superat. Crassus vero Gabinio succedens tēplū pecunijs (quas pōpeius non tetigerat) spoliauit pro bello cōtra parthos qui perijt cum exercitu. post quem cassius cōmissus parthos Syriam properantes inhibuit. & triginta milia iudeorum adducit in seruitium Cypris Antipatri vxor quattuor illi genuit filios & fisiam qui maximā habuit cum rege arabum & alijs potentibus procurauit amicitiam. Ca. viij. Fo. vj. Pa. j.

Liberiāti pri excyp

.22. .25. l.14.c.6.7

❡Cæsar Iulius victor Aristobolum soluens a vinculis eum cum duabus cohortibus in Syriam misit. Sed hunc Pompeiam veneno interfecerunt cuius corpus Antonius postea in regalibus monumentis iussit sœpeliri. Alexander quoq; eius filius a scipione securi occiditur. Ptholomeus vero ad Aristoboli vxorem mittens Antigonum cum sororibus iubet destinare: & sibi minorem filiam copulans a patre occiditur. quem pater accepit vxorem. Antipater autem (mortuo Pompeio) cęsari sese contulit: & ipsi dedit auxilium: quiq; mitridatem liberauit quem rex gestarum testem habuit apud cęsarem & factus est ab eo ciuis Romanus & hircanns pontifex confirmatus. Antigonus vero ipsos coram cęsare de patris & fratris morte accusat cuius accusationi vulnera antipater ostendens satisfecit. Hircanus quoq; pontificatu dignus a cæsare pronunciatur & Antipater procurator iudeę promissum est eis subuersa renouare mœnia. Antipater autem qui hircanum vidēs seniorem phaselum filium proposuit hierosolymis & hęrodem galileæ. Ca. ix. Fo. vj.

Antipr ciuis rōan9.

a.25. 27. li.14.ca.7 8.10.

❡Ezechia latronum principe cum suis ab hærde occiso. Hærodes ipse a Syris honoratur: & sexto cæsari est cognitus quem phaselus frater o virtute certabat superare propter hos antipater ab oibus honorabatur. Vnde inuidi iudei hircanū de negligentia accusabat. quia Antipatrum & filios regere permitteret. Hircanus quoq; hęrodem accusatum (quia pręter legem multos occidit) ad iudicium vocat. Sed eum sextus absoluit. Rursum quoq; hęrodes accusatus bellum contra hircanum mouisset nisi pater & frater impediuissent. Basso quoq; sextum Cæsarem dolose occidente Romę intestinum bellum oritur & marchus sexto in Syria instituitur. Iulio autem a cassio & bruto anno imperij tertio occiso. Cassius Syriam occupat magnas imponens exactiones. cuius gratiam hęrodes in colligendis exactionibus promeruit illiusq; iam contra malichum antipater repręssit: sed ingratus malichus ipm dolo querebat interficere. Ca. x. Fo. vij. Pa. ij.

ca.27. li.14.c.10. 11.12.

❡Hærodes totius Syrie procurator efficit sibiq; regnū pmittit vnde Antipater veneno (procurāte malicho) occiditur. sed hęrodes ipse patris mortem vlcisci bello prohibitus dissimulās clarissimas celebrauit exequias. sed ipsum vlcisci cassius monuit. vnde malichum principatū volentem vindicare chylarici (pręsente hircano) interemerunt fœlixq; contra phaselum malichi mortem volens vindicare vincitur. Et antigonum tunc vincit hærodes cui dosas vxor antipatrum filium genuerat. Ipsi quoq; mariamne filia Alexandri filij aristoboli hircanum ex filia neptis secundæ vxor iuncta erat. Interfecto autem cassio cæsar in Italiam: & antonius in Syriam dicesserunt apud quem optimates iudeorum hęrodem accusant & fratrem quē pecunia hęrodes placauit & ab ipso hęrodes & frater tetrarchę instituuntur punitis eorum accusatoribus. Et iterum mille legatos tyrum missos indignatus antonius eorum multos occidit & multos vulnerauit sed & vinctos interfecit. Ca. xj. Fo. viij. Pa. j.

Hærodes & fr tetrarchę.

ca.29. l.14.c.12, 13.

❡Barzaphane parthos satrapas post biennium cum pacoro parthorum regis filio Syriam obtinēte. Lisanias ptholomei mennei filius mille talenta cum quingentis mulieribus repromittit vt Antigono regnum contraderent: & hyrcanum exturbarent: quo persuasus pacorus per maritima. Barzaphanes vero per mediterranea loca copias ducentes attributa equitum parte regio ministro qui iudeam petens iudeorum consilia exploraturus suppetiaretur. Antigono cum pleriq; iudeorum adherentes locum qui drimas dicitur occupat fusis hostibus qui hierosolymam petentes vsq; ad regiam pergunt. Vbi cum hircano & phaselo concertantes in fugam versi ab hęrodis manu in phano concludūtur collatis sexeginta custodibus per ędes proximas. Quos populus fratribus infensus concremauit. Qua de re hærodes succensus cū populos cōfligēs multos trucidat: & instante penthecostes festo plebē adorsus plures peremit. interea vero pacorus pacis arbiter ab antigono dolose petitur: quē phaselus recepit

hospitio sed phaselus ipse & hircanus insidiose a parthis capti. herodes Marianes suasu hostium euasit insidias ad Idumeam proficiscens & in Massada cōtra hostes victoria potius in memoriā preclari facinoris arcem munitissimam condidit de suo nomine herodium vocans cum vero de Idumea venienti Iosippus frater obuiam venit. Parthi autem apud hierosolymam in prædam versi fugientum domos & regiam deprædati sunt. Ca.xij. Folio.viij.Pa.ij. & Folio.ix.Pagina.j.

De ātiquitatibus. | egesi

¶ Parthi Antigonum iudeorum regem constituentes hircanum & phaselū vinctos tradunt verberandos qui hircani aures (ne pontificium quandoq; recipiat) obtrūcauit. Phaselus vero Antigonum virtute præueniens (cum ne ferri copiam nec liberas haberet manus) saxo percutiens interijt. cum gaudio moriens mortis suæ herodem cognoscens vltorem. Parthi autē hircanum vinctum ducunt in parthiam. herodes quoq; fratrem adhuc viuere credens vt ipsum liberet sollicitus est pecuniam mutuare quē arabum rex recusat. vnde herodes indignatus versus Aegyptum recedit vbi a cleopatra honorifice receptus est. Sed regine sprœtis precibus & hyemis asperitate maxima edificata naui Romam petit vbi ab Antonio (cui quę facta sunt renunciauit) benigne est receptus eumq; tunc regem proposuit facere iudeorum Antigonum inimicum cognoscens & conuocato senatu Antipatri merita prædicauit. & Hærodes a senatu rex creatur cuius regni primo die apud Antonium cenatum est. Capitu.xiij. Folio.ix.Pagina.ij.

Hærodes rex ab antonio.

li.14.ca.13 14. | li.1.c.

¶ Antigonus Massada obsidens inclusis aqua carentibus pluuia diuinitus puteos impleuit. ventidius autem a Romanis missus vt parthos a Syria prohiberet pecunijs corrumpitur: & discedens Sylonem relinquit qui ab Antigonū mercede similiter corrumpitur. Herodes vero aucta virtute Massadam ab obsidiōe voluit liberare/ sed eum impediuit Iosippe hostilis q̄ capta herodes ad Massadam suos liberaturus properat indigenas varijs modis sibi associās quia Massada hierusalem cōtra Antigonū proficiscitur & circa eius mœnia se pro bono populi venisse proclamari iubet seq; de nullo vlturū omnesq; cōdonare offensas. quę proclamatio ne exaudiretur ab Antigoni sectatoribus impeditur. tūcq; Sylonis reuelata est corruptio herodes quoq; magistratus & milites orat vt quem a cęsare Antonio & senatu deductū honorifice cognouerant nō deserant eosq; pœnuria liberare pollicetur qđ Antigonus molit̄ impedire. Herodes autem decem cohortibus munitus herichonta pergens vacuum inuenit incolis. Quingentos tamen cum mulieribus & familijs montium fastigia occupantibus dimisit. Reliquam autem ciuitatem Romani expilant. Antigonus vero Sylonis corruptione partem exercitus suscepit Ioddis in gratiam. Herodes autem Idumeam cum equitibus & præpeditibus commouit cumq; capta sephori milites hyemalibus brumis defatigatos refocillat & aduersus latrones animum dirigit galileamq; a latronibus purgauit pecunia militibus pro stipendijs distributa. ferorę quoq; fratri minimo scripsit vt & foro venaliū iuberet muroq; castellum Alexandrium cingeret. Ca.xiiij.Fo.x.Pa.i.

li.14.c.14 20. | li.1.ca

¶ Ventidius (Antonio athenis diuersante) Sylonem & herodem ad expeditionem in parthos accersit. herodes vero libenter ad ventidium Sylone dimisso aduersum latrones in speluncis habitantes mouet exercitum nullusq; latronum hærodios conseruare volenti sese dederi voluit: sed senior quidem septem filiorum pater. ipsos cum vxore ne herodi quidem cōmiseranti sese darent trucidauit sibiq; postea mortem consciuit. Hærodes autem subactis latronibus præfecto ptholomeo in samariam redijt qui ab ijs qui galileam infestabāt trucidatur. quorum postea multitudinem interemit herodes. Ventidius quoq; Antonij iussu interempto pacoro mille equites & duas cohortes in auxilium misit herodi. Hærodes quoq; macherę iniquitatem accusaturus properat ad Antoninm qui precibus tamen in gratiam regis redijt. Herodes quoq; Samosatham adueniens obsidionem terminauit multis barbaris interfectis. Iosippus autem contra fratris iussum in Antigonum bellum mouens cum recentibus Romanis militibus occidio. Vnde Antigonus victoria minime contentus seuit in mortuum & caput eius abscidit quo ferora .l. offerebat talenta. Ca.xv.Fo.xj.Pa.j.

li.14.c.14 20. | li.1.ca.

¶ Antigoni fautores herodes optimates aquis submergere conantur. Sosius vero Syrię prepositus captis samosatis ab Antonio auxiliari iubetur. Hærodi qui apud daphnem somnijs

li.14.c.15. | li.1.ca.3

De ātiquitatibus.

& nuncijs de fratris nece certificatur quiq; propter casum preter spem ei accidentem deo casus creditus est. Romanisq; ab hostibus telis & lapidibus sauciatis herodes ipse telo vulneratus est in latere. Antigono autem pappum in samariam mittēte herodes captis municipijs cesisq; duobus habitatorum millibus ad copias suas redit cum multi iudeorum varijs inducti rationibus adheserunt quiq; fraternæ cedis recordatione acrius deuitabat & fusis hostibus iugens fit excidium tantaq; cadauarum per vias erat multitudo. vt etiam victoribus transitus obstrueretur statimq; hærodes ad hierosolymam perrexisset nisi hyemis asperitas eum prohibuisset. Hærodi quoq; balneum ingressuro vnico comitāte famulo pleriq; hostes armati occurrunt qui attoniti (licet inermis foret) diffugerunt. Quidam vero pappi (qui Iosippum interemerat) caput obtruncans ferorę mittit. Ca. xvj. Fo. xj. Pa. ij.

c.30.31. li.14.c.16. li.15.c.1.4.

¶ Hærodes autem transacto hyemis rigore anno regni sui tertio hierosolymam ꝑfectus ipsam obsidet qui vxorem Alexandri filiam ducturus composito exercitu Samariam petit & post nuptias rediens/ei sosius cum magno exercitu sociatur magnaq; fuit vtriusq; partis obcessorū & obsidentiū cōstātia. Romanis vero per cuniculos ingrediētibus quidam herodiani mœnia transcendūt. deinde sosij centuriones. vnde expugnata hierosolyma maxima sine sexus ętatis aut loci delicto facta est strages Antigonusq; se ad sosij pedes prouoluēs ab eo antigono irrisorie vocatus vincitur. Hęrodes vero circa templi custodiam prouidus Romanos a rapinis arcet promittens se illis de suo satisfacturum. Sosius autem aurea corona deo dedicata ex hierosolymis rediens Antigonum victum perduxit Antonio. Hęrodes vero ciuitatis ornatum (deficiente pecunia) Antonio amore vincto misit. Qui ipsius femina victus amore ciuitates multas ei donauit: quamq; Hęrodes placans tributarium sed ei reddidit. Antonius quoq; Atrabazam tigrani filium captiuum dedit cleopatre. Ca. xvij. Fo. xij. Pa. j.

c.31.32. li.15.c.5.6.

¶ Cleopatra Hęrodem callide ne cum Antonio vadat impediens vt sibi contra arabes bellum committatur procurat: contra quem in arabes victorem themon cleopatre dux venit. vnde arabes recreati hęrodis exercitū fugāt. Quorum tamen hęrodes ipse fines incursionibus vexit: terręmotus quoq; maximus in iudea triginta hominum milia cum infinitis pecoribus (manente exercitu incolumis) occidit. arabes quoq; iudeorum legatos interemerunt. Hærodes vero suos hostium aduentu perterritos ad bellum contra ipsos excitat. vnde animati victores contra arabes extiterūt quiq; siti compulsi seipsos tradunt. hęrodes quoq; ab ipsis patronus optatus est. Ca. xviij. Fo. xiij. Pa. j.

c.33.34. li.15.ca.7.8.12.13.

¶ Hærodes autem victo a Cæsare Antonio maxime de salute sollicitus ad Cæsarem in rhodum sine dyademate se Antonij amicum fuisse prudentissime declarans a quo humanissime receptus iterum rex ab eodem constituitur. ipsumq; cæsarem euntem in Aegyptum recœpit & exercitu illius necesseria ministrauit. Vnde auctum est eius regnum. Cęsar quoq; quattuor centū galathas cleopatre satellites donauit hęrodi. Zenodoro quoq; damascenos latrocinijs vexante a terraq; deiectio dominium illius hęrodi donatur & Syriæ procurator constituitur qui a Cæsare post Agrippam & ab Aggrippa post Cæsarem vnice diligebatur. Capi. xix. Folio. xij. Pagina. ij.

Hęrodes a iulio rex cōstituit.

ca.35. li.15.ca.11.12.13.14. li.16.c.15.

¶ Hęrodes ad summum fœlicitatis euectus ędificia magnifica construxit. hic enim anno regni sui quindecimo templum instaurauit Antoniamq; turrim & domum regiam construxit & duas edes amicorum nominans vocabulis: Cęsaream scilicet & Agrippiniam edificauit & sebastam samarię ciuitatem condidit vbi templum ad honorem cęsaris fecit & aliud templū circa iordanem candido marmore posuit. stratonis quoq; turrim renouauit & drusim turrū cognominauit theatrum & amphiteatrum fecit quinquēnali certanuen in honorem Cęsaris instituto. Ante donam quoq; ciuitatem reppparans Agrippium vocauit. maxime quoq; parentes diligens Antipatridam ciuitatem in patris honorem & cyprum pro matris memoria & phaselum turrim in fratris recordationem ędificauit. hęrodium quoq; castellum tumulūq; astridem similiter nominatum munificentissime accurauit animi quoq; sui magnitudinem in plurimis etiam externis ciuitatibus demōstrauit vt apud tripolim & damascum atq; ptholomaidam publicas balneas necnon apud sidonem & damascum theatra condidit. frumēta quoq; cunctis ministrauit egentibus & liberalitatem suam omnibus fecit notum debita atq;

Hęrodes maximus venator & bellator

tributa sepius remittens.hic quoq; cum summus venator esset vno die feras quadraginta sub egit bellator quoq; strenuissimus erat cui fortuna secunda raro contra votum eius belli cessit euentus.Ca.xx.Fo.xiiij.Pa.j. De ātiqui tatibus.

¶ Hærodes doside vxore repudiata Mariamnem duxit vxorem.vnde domus eius omnino repleta est discordia.Nam antipatrum ex doside primum filium propter mariamnes filios expulit a ciuitate.Deinde hircanum Mariamnes auum propter regni suspitionem peremit. Mariamne enim quinq; habēs filios duas feminas:& tres mares quorum minor Rome moritur tantum herodem odio prosequebatur q̄tum illam ipse diligebat/eidem facinora exprobrabat:quæ scilicet hircano auo fecisset queq; in fratrem aristobolum commisissent. Salome vero herodis socer in Mariamnem indignata eam de adulterio accusauit.Vnde turbatus Romam profecturus ipsam Iosippo sororis viro secrete commēdabat interficiendam.qui secretum Mariamne declarauit.quo cognito & Salome suspitionē confirmante.Hærodes vtrūq; iussit occidi:sed herodis amor mortuam magis exarsit Mariamnem.Cuius filij propter matris necem patrem habuerant suspectum & vxores ducentes scilicet aristobolus filiam Salome & Alexander filiam regis capadocum insidias patri parare accusantur. Vnde in eorum deiectionem reuocato Antipatro eorum tristicia est multiplicata.Antipaterq; in eos calumnias multas moliebatur.atq; ipse regni successor testamento declaratus matrem a patre fecit reuocari.quapropter herodes Alexandrum Romam secum ducens ipsos apud Cesarem de conspiratione in patrem accusauit. Qui eloquens patris accusationibus satisfecit.Veruntamen cesar spretis filiorum accusationibus herodem recœpit in gratiam & ei quem vellet filiorum permittit regni successorem relinquere. Archelaus autem Alexādri socer reintegrata concordia lætus Herodem in eleusa honorifice recœpit.Ca.xxj.Fo.xv.Pa.j. l.14.ca.11. li.15.ca.2. 7.8.9.10. li.16.ca.1. 3.4. li.1.ca 37.38

¶ Herodis oratio ad populum & ad tres filios quos reges designat.sed tamen regni honorē ipsis tribuens regnum sibi retinuit gubernandum. Filios autem specialiter & si ad mutuum amorem exhotauerit eis regalia donans vestimenta.ipsos tamen dissentio non relinquit.sed astutus antipater odium in fratres celabat:ipsis quidem pro nobilitate generis quicquid animo conciperent verbo manifestantibus.vnde multi fuerunt delatores;adolescētum dicta in crimina conuertentes amicorumq; antipatri & adolescentulorum diuersa erat conditio. Antipater namq; fratres patri accusabat.ipsiq; omnes contra fratres fauebant qui in se delata facinora ignorabant Antipater insuper contra adolescentes feroram patruum & Salomē amittam concitauit.Ca.xxij.Fo.xv.Pa.ij. l.61.c.4.6 li.1.ca 40.

¶ Glaphire insolentia que sese omnibus propter generis nobilitatem preponens omnes herodis vxores & sororem despiciebat conspirationem concitauit in alexandrum qui propter vxoris glaphire superbiam & contumelias omnibus inuisus erat.Aristobolus quoq; Salomē inimicam sibi reddidit(licet socrus eius erat)vxori sue frequenter generis humilitatem obijciens.vnde ipsa iracundiam cohibere nonvalens.herodem contra adolescētes prouocat ad odium qui ad se eos euocans rogauit eos fratres deligerēt promissa peccatorū venia.illi vero criminationum excusationem patri dederunt eumq; placauerunt.Sed Salomem & feroram sibi infensos cognoscentes timuerunt feroras eum totius regni præter dyadema socius erat ancille tamen captus amore regale renuit matrimonium cui data est venia ipseq; sororem Salomem(ꝙ cum silleo regis arabū procurator nubere voluisset)accusauit.Tota tamen tēpestas contra Alexandrum versa est.ennuchi quoq; ab Alexandro corrupti vi tormentorū alexandrum accusarunt.Hærodes autem maxime perterritus vbiq; exploratores cōmittit maximamq; fit eius propinquis tribulatio qui seipsos preuenientes accusabant crudelissimusq; herodes fuit etiam circa amicos.Alexander autem in vinculis captiuatur multis eius amicis trucidatis alijsq; eum & fratrem ꝙ venenum parassent cōtra patrem accusantibus.Ca.xxiij. Folio.xvj.Pagina.ij. l.16.c.6.7 li.15.ca.10 li.1.ca

¶ Alexander patris suspitionē nullo modo aboleri posse arbitratus fatetur insidias & quattuor libris plurimos socios se habere prescripsit ante om̄ia feroram & Salomem:Archelaus autem genero & filie timens venit in iudeam quibus prudentissime succurrit & verbis fefellit herodem qui ei libros Alexandri dedit legēdos vnde nactus consilij sui occasionem in fero- li.16.ca.8. li.1.ca.

esip. i. | Deātiquitatibus.

tam contulit & herodem paulatim pacificauit. Herodes itaq; (remissa in Alexādro ira) excitatus in feroram qui Archelai consilio omnia fatetur sibi imposita atraq; veste indutus cum lachrymis ad pedes prouolutus veniam postulans eius medio promeruit. Archelaus autem herode placato ferorę iratus Alexandro tandiu mansit filiamq; ab eo distractam secū adductum firmabat donec Hærodem pro adolescentulo compulit deprecari reintegrata cōcordia Archelaum abeuntem hærodes & vnumquemq; amicorum eius pro merito muneribus donauit. Ca.xxiiij. Fo.xvij. Pa.j.

ca.41. | li.16. ca.10

¶ Eurides lacon proditissimus adulator reconciliationem perturbauit Alexandri. regemq; adulatione falsisq; laudibus & sermonis calliditate circumuenit qui apud eum antipatri laudator pecunia corruptus erat & alexandri qui incaute de patre conquerebatur proditiosissimus fuit accusator. alios quoq; antipater contra fratres subornauit accusatores epistolam insuper fictam ad custodem castelli alexādrij nomine alexādri directā produxit. vnde herodes torto castelli preposito filios (quis nullū cōtra eos validum proferretur documentum) asseruari precoepit & euridem totius sceleris fabricatorem quinquaginta talentis donauit qui ad Archelaum capadociæ regem vadens & mentiens Alexandro reconsiliasse herodem ab eo munera accepit. Sed tandem propter facinora a cæsarea fugatur. hærodes autē paratissimus ad audienda maledicta. Ca.xxv. Fo.xvij. Pa.ij.

Proditor maximus.

ca.41. | li.16. ca.10 11.12.

¶ Salome socrus Aristoboli & amitta (qm̄ eā vt suę saluti cōsuleret eam precabatur) eius monita regi prodidit rex itaq; filios vnxit & separatos p̄coepit asseruari & voluminnū atq; olympium descripta ferentes iudicia mittit ad cæsarem qui herodi rescribens potestatem (congregato concilio) dedit & filios punire. Paret ergo scriptis hærodes & beriti conuocato concilio præsiderunt saturninus & pedanij legati & alij Syriæ optimates preter Archelaum regem qui regi erat suspectus. hærodes vero filios (quos prouido satis concilio) (ne asistētes ad misericordiam impellerēt, in iudicium non produxit. Sed eos absentes quasi p̄ntes accusat obijciendo insidias saturninus condemnendos adolescentes sed non mortem pronunciauit quē duo legati & nonnulli alij secuti sunt. voluminius vero primus cūctiq; post eū hærodis fautores necandos esse adolescentes indicauit. interea vero tyro vetus miles veritatem libere loquutus est clamitans conculcatam esse iusticiam & veritatem perijsse. quem rex cū filio capi iussit a Triphone tonsore falso accusatum ipseq; in tortura & militum principes cum tonsore lapidum ictibus interimuntur & filios in sebaste missos iubet effocari: & in alexandrio cum alexandro materno auo sæpeliri. Ca.xxvj. Fo.xviij. Pa.j. & ij.

ca.42. | li.17. c.1.2

¶ Antipater ab omnibus propter fratrum occisionem odio habitus peremptorum timebat filios. erant enim alexandri filij duo ex glaphira Tygranes alexād r. Aristoboli autem ex beronice Salomes filia filij Hærodes & agripa & aristobolus filieq; Hærodias & Mariamnes: sed glaphiram quidem cum dote sua in cappadociam (interfecto alexandro) dimisit & beronicem aristoboli coniugem auunculo antipatri nuptā dedit. Antipater vero mœtu opes multas pluribus largiens magis erat inuisus. Hærodes autem conuocatis propinquis & amicis astantibusq; pupillis lachrymatur eos amantissimos vocans omnibus commendat: & maiori filio alexandri ferorę filiam desponsat: & filio antipatri patriam aristoboli filiam & aliam hærodi ex filia pontificis sibi genito. Antipater autem maliciam circa fratrum filios non potuit continere. sed sponsalia callide studuit dirimere instantissime eum precabatur quia numerosa esset progenies nuptias permutari. Nouem enim herodes vxores habebat ex quarum septem filios suscœperat plurimos. vnde herodes audito antipatro nepotibus timens sponsalia reformauit antipatri. Nam adulatio multum valuit apud hærodem antipater itaq; odium vitare non valens terrore sibi securitatem quesiuit cui ferora & mulierum conflictio (præter Salomem quę omnia cognoscens eis aduersabatur) veluti iam confirmato regi obediebant. Fingebant quoq; inter se (vt regem deciperēt) palam discordias. Salome vero omnia cognoscens regi nunciat. vnde iratus rex maxime contra feroræ vxorem quam ei precœpit expellere qui ait se cititius vita q̄ cōiuge cariturum incertus itaq; rex quid ageret antipatro ne cū ferora & eius coniuge interdicit habare colloquium. Ca.xxvij. Fo.xix. Pa j.

ca.42 | li.17. ca.3.

¶ Antipater Salomes timens obseruationem per amicos (vt Romam proficiscatur) procurat

& cum muneribus & testamento vbi ipse rex erat inscriptus mittitur. Gilleus quoq; qui maximum cum aretha rege suo certamen habebat Romam cum Antipatro certaturus nauigatur: quem sabatus herodi accusat q corinthum pecunia corrupisset vt ipsum occideret et quod duo arabes subditi questioni confessi sunt qui & Romam missi sunt. Hærodes quoq; fratrem vxorem repudiare recusantem indignatus cum vxore eiecit qui ad Tetrarchiam suam accedens iuratus est ante Hærodis mortem non reuerti. Hærodes (sua manifestata patientia) infirmum fratrem visitauit & corpus eius in hierusalem detulit cum honore sæpeliendum Iudam autem herodi ferorem veneno fuisse interemptum anunciauerunt & pro amatorio mulierum arabiam dedisse syllei consilio mortiferum. quo tormentis veritatem perquirēte quędam ancilla Antipatri matrem omnium malorum causam esse clamat: & occultos ferore & mulierum conuentus detegi cum qua omnes ancillę conueniunt Antipatri secreta declarantes consilia. Ca. xxviij. Fo. xix. Pa. ij.

De ātiquitatibus.

¶ Hærodes dosidem Antipatri matrem omni ornatu spoliatam expulit. hinc ad Antipatrū Samaritam Antipatri procuratorē conuertit & ex illius tormentis comparat necandi sui causa ex Aegypto Antipatrum venenum petijsse per aliquam antiphili collegā idq; feroram ab eo accepisse cui mandasset Antipater hærodem occidere. Feroram vero dodisse vxori seruandum quę ei rege statim euocata de tecto se pręcipitem dedit: sed mortem euadens insidiarū modum declarauit & feroram dixit super fratris nece penituisse & venenū ab antipatro paratum consumi iussisse. Antiphilus quoq; veneni delator accusatur. Et Mariamne pontificis filia maleficiorum conscia accusata. herodes eius filius Antipatri successor a testamēto deletus est. Bacillus quoq; aspidū virus attulerat litterę quoq; tunc ab Antipatro contra Archelum & Philippum conficte apportantur. Nemo autem Antipatro propter eius odium quę contra eum fiebant in iudea notificauit. quiq; patri de Roma litteras misit cui pater indignationem simulans rescripsit. audita autem ferorę morte luxit quia maleficiorum amiserat ministrum timens ne comprehenderetur venenum. dubius autem antipater se domum redeat cui aduenienti maxima fuit sollicitudo omnibus eum deuitantibus callide tamen vultu confidentiam simulabat. Ca. xxix. Fo. xx. Pa. ij.

l. 17. c. 4. 5

li. 1. ca 44.

¶ Dolis antipater (quę suę salutis erat instrumenta) armatus venit ad regiam vbi amicis eius a prima ianua reiectis cū iniuria. ipse quoq; a patre repulsus est cuiq; purgationi suæ crastinus dies coram varo inductus est. vnde mœtu obstupefactus respōdere nichil potuit. Postero autem die conuacato concilio litterę matris ad antipatrum delatę sunt in iudicio. Antipater autem ad patris pedes prouoluto Hærodes orationem ad varum Antipatri accusatoriā & sui erroris excusatoriam elegantissime habuit: accusabat enim dolos Antipatri & insidias quarum probationes ipse dolore confusus Nicholao iussit adducere. Antipater vero se ipm purgare conabatur tempus suæ peregrinationis pro rebus patris dicēs expendisse & varum aliosq; commouit ad misericordiam. Nicholaus autem contra Antipatrum criminum adduxit probationes misericordię spem auferens. veneni quoq; per ordinem dedit probationes quo facto varus (cum antipater nichil amplius responderet q̄ deus testis est innocētie meę) venenum petit idq; morti damnato bibendum pro experimēto dedit & eo statim quędam in secreto locutus gesta in concilio cæsari rescribens discessit. Ca. xxx. Fo. xxj. Pa. j.

li. 17. ca. 5. 6. 7.

li. 1. c

¶ Hęrodes Antipatro vinculis tradito ad cæsarem nuncios mittit. Tunc quoq; quidam de seruis Antiphili de Roma veniēs epistolas agmes iulię Cæsaris vxoris ancillę apportauit cōtra Salomem qua visa regem subit cogitatione forte etiā alexāder fuisset falsis epistolis comprębensus. Hærodes vero ne præpositis satisfacet morbo impeditur. scribit tamen de agme ad Cæsarem & mutato testamento ponit pro Antipatro Archelaum regni successorem. Iudas autem & mathias famatissimi sophistę iudæi audito regis morbo fabricata regis contra leges opera & auream aquilam (quam rex supra templi portam collocauerat) destruere & tollere monuerunt quos regis dux captos regi pręsentat quos omnia confitentes viuos comburi precœpit. Reliquos vero carnificibus tradidit obtruncandos rex itaq; multiplici agitatus morbo multum sperabat sanitatem: desperata vero salute militibus suis & rectoribus multas donauit pecunias. Ca. xxxj. Fo. xxij. Pa. j.

li. 17. ca. 7 8. 9.

li. 1. ca

opus .45. De Antiqtitabus. li.17.c.9.

¶Herodes morti proximus nobiliores iudeos iubet in ypodromo cōcludi & Salome sorori suę eius ꝙ marito omnes(cum spm efflauerit) præcœpit occidere vt eum omnis iudea diem mortis suę illachrimarent. Tunc quoq; litterę mortis agmes & Antipatri condemnationis de Roma apportanf. Herodes autem morbi doloribus victus seipsum malum parando cutello occidisset nisi aciabus eius nepos manum tenuisset. Antipatrum vero fiduciam repetentem & custodibus munera pollicentem(missis satellitibus)iubet rex occidi: & sine honore in Hyrcania sœpeliri cuius morte die quinto anno regni postq̄ Antigonū interfecit trigesimo quarto:& anno trigesimo septimo postq̄ rex a Romanis est declaratus in rebus domesticis infœlicissimus morif.quos mortuo salo vinctos liberauit.Ptholomeus vero annuli regis custos militum conuocata multitudine regis voluntatem declarans Archelaum regem ꝓclamauit.cui populus & milites congratulatis sunt hunc ad sœpeliendum regem operam dederūt nihilq; munificentiæ est prętermissum maximaq; cum pompa in Herodio castello vt iusserat est(sœpultus. Ca.xxxij. Fo.xxj. Pa.ij.

¶Explicit Liber Primus.

¶Incipit Liber Secundus.

.1. li.17.ca.11 12.

¶Archelaus diebus septem lugendo patrem consumptis epulisq; ferialibus prolixe populo exhibitis(hic enim mos multos iudeorum ad inopiam redegit)cādida indutus veste ꝓcessit ad templum ibi varijs fauoribus exceptis a plebe humanissime vulgus recœpit nomen quia regnum(donec a cęsare fuisset confirmatum)recusauit. Tuncq; gauisa multitudo magnis petitionibus mentē eius tentare cœpit qui in gratiam populi cunctis postulatis facile annuebat post meridiē aūt suscitata est aliquorū ꝑ morte iniusta iuuenū(qui aquilā de tēpli porta abstulerant)maxima seditio.quos archelaus verbis magis q̄ vi sedare volens magistrū militum mittit rogans vt quiescerent:sed illū lapidibus ꝑturbarunt.Vnde archelaus die festo azimorū ne cresceret seditio armatorū misit cohortē quorum vulgus multos lapidibus interfecit vulnerato chiliarcho.iudeorum vero in sacrificijs occupatorū(alijs fugientibus)tria milia occisa sunt.Archelaus aūt(philippo fratre regni dimisso ꝓcuratore) Romā cū matre & amicis iuit: & Salome vna cū filijs.Sabinus vero Syrię ꝓcurator ꝑ cōseruatione pecuniarū herodis venit in iudeā quē varus inhibuit.ipse tamen(Archelao Romā ꝓfecto)Hierusalem veniens regiā tenet & custodibus euocatis pecuniarū rationē discutere conatus est.Ca.j.Fo.xxiij.Pa.j.

.1. li.17.ca.11 12.

¶Antipas cum Archelao de regno certabat defendens patrum testamentū(in quo rex fuerat inscriptus)posteriore firmius similiter Romam nauigauit secum ducens matrē: & amicos cum hireno oratore acerrimo.iudei autem Romanos iudices magis q̄ regē petebant & Antipam q̄ Archelaum.quē etiam Sabinus apud cęsarem accusauerat.Antipā vero(cui etiā Salome fauebat)multū laudauerat.Cęsar itaq; hinc & inde acceptis instrumentis optimates Romanorū vocat ad cōcilium vbi Antipater Salome filius(is eni orator erat accerrimus)accusationem ꝓposuit archelao.Ipm asserēs auctoritate ꝓpria regnū vsurpasse totiusq; oīonis vires in multitudine eorū(qui ab eo circa tēplum die festo azimorū cesi fuerāt)astruebat: secundūq; Herodis testamentū non valere ꝓbabat:cū tūc sanę mentis inops esset & ad singula testes adhibuit.Nicholaus vero Archelai defensor ad accusationes respōdēs cedē in tēplo necessario factam p docuit.Secundū rationibus confirmauit Herodis testamentū.vn oibus expositis Cęsar Archelaū ad genua sua accedentē erexit dignū regno ostēdens.nihil vero certū ꝓnunciauit. Ca.ij. Fo.xxiiij. Pa.ij.

li.17.ca.13

¶Cęsar(dimisso concilio) secum de cognitis deliberans.anteq̄ tn̄ quicq̄ statueret mater Archelai morif & varię litterę de Syria iudeos defecisse nunciātes prolatę sunt.varus enim hoc ꝑspiciens(abeunte Archelao Romā)Hierusalē ascendit vt seditios cohiberet. Sabiniū nāq; iudeos exactionibus opprimentē ipsorum cōtra eum maxima multitudo in festo pētecostes congregata est:in tres partes diuisa.Vn perterritus vari petit auxilium:& in phaselum turrim altissimā euasit maximaq; facta est pugna.Iudei nāq;(seccensis porticibus)flāma cōprehensi cōsumebanf:aut in hostes desilientes ab ipsis occidebanf.ipsi vero audaciores facti ex precedenti nece tēpliq; thesaurum spoliatione contra Romanos facti sunt quibus ruffus & gratus

eum exercitu sociarunt Sabinus tum iudeis libertatem promittentibus: pollicitationibus nō confidebat. Ca.iiij. Fo.xxiiij. Pa.ij.

De antiq. tatibus.

Eges

¶ Mortuo Herode absenteq; Archelao multi regnum cupierunt vsurpare: duo namq; veteranorum militum milia qui sub herode militauerant in Idumea cōgregati cum regalibus decertauerunt: quibus Aciabus regis consobrinus repugnauit in inferiore autem galilea iudas ezechię latronum principis filius aulam regiam inuasit. Symon quoq; herodis seruus impo sito sibi dyademate regina min hiericonte igne concremauit. Quem tamen fugientem gratus vertice percussum occidit. pretęrea artonges pastor corporis animęq; fiducia confisus & in fratribus regnum ausus est affectare. qui contra Romanos & regios bellū parauit. Varus autem acceptis sabinis litteris magnum congregans excercitū venit in iudeam cui berithij: & arethas rex dederunt subsidiū: & sephori capta ciuitate eam igni cōbussit incolis captiuis. Arus quoq; vicus direptus est. & Saphus depopulatus. Emaus etiā castellū comburitur. adueniēte vero varo hierusalem omnes seditionis causas in alios conferebant. cui Iosephus archelai cōsobrinus & cum grato ruffus & Romana cohors obuiam (alia parte Sabino absedēte) venerunt. varus autem (dispertito exercitu) seditiosorum fere duo milia crucifixit: & multitudini data venia duces ad Cęsarem interrogandos misit. qui regis propinquos (quia contra regem bella mouerant) iussit interfici. Ca.iiij. Fo.xxv. Pa.j.

li.17.c.13.

¶ Legatione iudeorum Romę super octo milia ius suę gentis liberum petentium transmissa conuocatur a cęsare consilium in templo Appolinus adiurandis operibus exornata: vbi iudeoꝝ multitudo aderat & ecōtra archelai cum amicis: inter quos Philippus frater duabus a varo ex causis missus. primum vero iudei (iubente cęsare) herodem allocuti eius facinora adduxerunt. deinde contra archelaum ipsum ex cede trium milium iudeorum (vt certus Herodis filius ꝓbaret) regni accusant sumpsisse p̄mordia petunt itaq; iudei patriam suam Syriæ coniungi: & per Romanos iudices gubernari. Nicholaus vero (purgatis contra reges obiectis criminibus) iudeorum arguit nationem: cęsar igit̄ (auditis partibus) mediam regni partem Archelao dedit tetracham appellās. ipsum etiam regem si se dignum prębeat pollicitus reliquā vero dimidiam in duas diuidēs tetarchias philippo dedit: & Antippe legatumq; Salome ampliatum cōfirmauit duasq; filias virgines filijs ferorę desponsauit: & herodis facultates fideliter distribuens pauca vilissima ꝓpter defuncti honorē sibi retinuit. Ca.v. Fo.xxv. Pa.ij.

li.17.ca.15

li.2.

¶ Iudeus quidam iuuenis Alexandro (quem Herodes occiderat) simillimus spe fallendi Romam veniens mentitus est. Alexandrum socium habens iudeum omnes regni actus cognoscentem. hic a iudeis multis muneribus donatus quasi rex a paternis amicis deducebat̄ tantaq; multos clementia cœperat vt illum sella portarent & regale obsequium ꝓprijs sumptibus exhiberent. Cęsar vero alexandri vultum optime cognoscens. celandū quēdam (vt adolescentem adducat) misit quo conspecto statim coniectura personę cognouit differētiam: & de Aristobolo fratre percunctantibus saluum quidem esse: & apud cyprum degere commemorabat. Cęsar autem (cognita veritate) risit fraudi actorem iussit interfici: & filium Alexandrum propter corporis habitudinem remigum numero inseruit. Archelao autem tūc iudeis & Samaritis contra ipsum: vtriq; ad Cęsarem legatos mittunt qui in exilium pellitur in viennam. Hic enim priusq̄ vocat̄ somnium viderat quod Symon Esseus exponens dicit varias rerum mutationes expartum fore moriturum. Glaphira quoq; eius vxor Archelai capadociæ regis filia (quæ prius Alexandro eius fratri vxor fuerat) visionem vidit qua exposita vix biduum superuixit. mortuo itaq; Archelao Copinius a Cæsare missus est. regere iudeam tunc prouinciam factam. Symon vero Galileus Iudeos Cęsari tributa prohibebat soluere. Ca.vj. Fo.xxvj. Pa.j.

lib.16.ca. 19.18. li.18.ca.1.

li.2.

Additio.

¶ AEGESIPPVS post hanc historiam Libro seundo Capitulo quarto ponit famosum ludibrium Paulinę Romanę vxoris pudicissimę Saturnini & mūdi emeriti equestris eius amore succensi quod hic omisit Iosephus repetere: Sed ad longum ꝓsequitur illud: libro decimo octauo Antiquitatum capitulo sexto: Aegesippus insuper ibidem de pilati malicia qui Christum morti adiudicauit de quo Iosephus libro eodem capitulis quarto quinto septimo. Etiā & Herodis Antipę adulterium & crudeliterem ponit qui Iohānem baptistam occidi fecit de quibus Iosephus libro eodem. Ca.ix.

li.18.ca.1.

¶Tria apud iudeos philosophorum genera Esseorum scilicet Phariseorum & Saduceorum Esseorum enim maxime sunt laudis: religioq; pcipua nuptias contēnunt non quia humanā generis successionem censeant perimendam: sed quia cauendam fœminarum intemperātia putant nullam eaꝝ vni viro fidem seruare credentes diuitias contēnunt: omniaq; apud eos sunt communia squalorem corporis decorē putant dūmodo semper sunt in veste candida cō munium reꝝ indiuisos habent ,pcuratores neq; locum certū habentes aduenientibus suę se ctę ,pfessoribus quicquid habent prōptissime exhibent:neq; quicq; cum peregrinanť portāt pter arma cōtra latrones in qualibet ciuitate specialis hospitū curator cōstituiť.vestimēta aūt & calceos nunq̄ mutant nisi vetustate cōsumanť:permutatio in eos nō mercatura exerceť p̄cipue circa deum religiosi nihil ,pphani ante solis ortum loquunť.hora quinta in vnū cōgregati lintheis percincti corpus frigidis aquis abluunt sacerdos cibū orone p̄uenit & post prandium datorē victus deū laudibus canunt sacris depositis vestibus ad opera redeunt reuersiq; similiter cum hospitibus cœnant.in duobus sunt sui iuris scilicet subuenire dignis:& indigentibus:sed cognatis aliquid dare sine curatoribus est interdictū maximi sunt iracundię moderatores studiosi sunt circa veterum scripta maxime quę animę & corpori expediant eligētes hi autem alios se cum non facile recipiunt primo p annum differentes extrinsecus cōmorari deinde post cōtinentię ostentionem duobus annis mores ,pbantur.Prius autē q̄ cōmunem incipiat habere cibum magnis adiurat se execrationibus patrum quidē secuturū deū: deide circa homines seruare iusticiam neq; sponte cuiq̄ nocere:iniquos omnes odisse omnibus fidē seruare maxime principibus neq; absq; dei voluntate ad principatus accedere potentiā & si quis pręsit nunq̄ abuti potestate neq; viribus potestatis:sed neq; veste aut ambitioso ornatu reliquis eminere:veritatem diligere animā purā ab iniustis seruare cōpendijs fugere latrocinia depręhēsos vero in peccatis a sua cōgregatione depellūt & qn̄q; morte cōsumunť non minus q̄ ciuitatū cōgregati iudicia faciunt.sabbato vētrē non purgāt alijs autē diebus foueā dolabra faciētes dimissa voce cōtegentes ne scilicet diuino splendori iniuriā faciūt in eadem fouea a vētris onere leuanť & terram reducūt.discernunť autē inter se scdm susceptę abstinētię tēpora in ordines quattuor.longissime viuunt ,ppter simplicitatem victus.Eoꝝ autē maximam constantia in Romano bello ,pbata est qui gaudentes queq; (ne legislatorem offenderent)supplitia perpessi sunt.corpora dicunt corruptibilia:animas vero immortales corporibus quasi carceribus implicatas. bonarum animarū loca vltra occeanum ponūt amœna & delectabilia.malarum vero ,pcellosa loca & hiberna plena gemitibus. inter eos aliqui futura certissime ,pnunciant.¶Aliud est essenorū collegium ab alio solum in matrimonij opinione differens.hi enim castrissime matrimonio vtunť:nunq̄ ad p̄gnantem accedentes:Et eos qui continuam tenent continentiam damnant dicentes:si in eandem omnes velint ire sentētiam defecturum confestim genus humanum.Phariseorum secta certiorem legalium ritum noticiam ,pfitetur & fato deoq; vniuersa deputans animam omnem incorruptā esse animas bonorum trāsire in alia corpora. improborum autem interminabili supplicio cruciari affirmāt. ¶Saducei autē fatum negant & deum extra omnem mali patrationem inspectionemq; constituunt. Animarum autem generaliter vel supplicia denegant vel phariseis sunt sotiales. Saduceorum vero inhumana est conuersatio. Ca.vij. Fo.xxvj. Pa.ij.

li.18.ca.2. 4 10.11.12 13.14.15.

¶Iudea prouincia facta hęrodes Antipas & philippus tetrarchias regebant. Augusto autē imperatore mortuo anno imperij.lvij.Tyberius Iulię filius imperiū suscœpit Philippus vero cęsaream ciuitatem condidit & Iuliadem.Tyberias quoq; ab hęrode in galilea cōstructa est Pylatus autem ,pcurator in iudeam a Tyberio missus ymagines nocte contra iudeorum ritū in hierusalem intulit.vn̄ iudeorum maximus fuit tumultus.qui quinq; diebus & totidē noctibus cōtinuis proni circa pylati domū corruētes steterunt immobiles.parati potius mortē sustinere q̄ cōtra leges patrias Cęsaris recipere ymagines Pylatus insuper ex thesauris templi aquę ductū in hierusalē construere maximā cōmouit in populo turbationem & cedē.Agrippas Hęrodis tetrarcha accusator Romam venit ad tyberium(quo accusationem nō suscipiēte)residens tamen Romę familiaritatem inuenit cum Gaio germanici filio.qui (cū inter epulas Gaium in breui(tyberio mortuo) omnium dominum desiderasset) accusator & in carcere includitur.quem Gaius(Tyberio anno imperij.xxij.mortuo)imperator absoluit a vinculis:& Philippi defuncti tetrarchiam ei tradens regem appellauit.vnde Hęrodias Antipam incitat (vt rex sicut Agrippa nominet) romam adire: sed hic a Gaio ,ppter auariciam increpatus fu

git in hyspaniam cum quo herodias discessit. Capi. viij. Folio. xxviij. Pagina. ij.

De antiq. tatibus.	Ege

¶ Gaius fortuna abusus deum se putat vulgoq; vocari & multos nobiles Romę interfecit. petronius quoq; ab ipso in iudeam (vt statuam eius in templo collocaret) missus venit in ptolomaidam galileę ciuitatem: cuius situs descriptionem hic cognoscens vbi (iudeis cum mulieribus supplicātibus) statuas reliquit iudeis enim nullibi nec dei quidē habere licet symulachrū quorū paratus petronius legem approbauit quorū quoq; admiratus cōstāciam qui pro cōseruatione legis pacatissimi erant ad mortē agrorūq; dimittebāt culturā ad Gaiū pponit rescribere etiā pro eis animā offerens. Gaius aūt petronij litteras recipiens indignatus & mortē ei cominatus rescripsit: prius tamen Gaij mortē sciuit q̄ rescripta recoepit. Ca. ix. Fo. xviij. Pa. ij. — li. 18. c. 17 — li. 2.

¶ Gaio imperij anno tertio Claudius ad imperiū ab exercitu rapit senatu cōtradicēte qui bellū contra ipsū propter Gaij imanitatem agere decreuit. Agrippa vero a claudio ad senatū missus imperatoris benignam voluntatem declarauit. & iterū accoepto patrum responso mittitur ad senatum qui (vno milite æducto gladio inducente) venit ad Claudium quē pacato militum impetu honorifice claudius recoepit in castris. Tunc quoq; Agrippę patronum regnum confirmauit imperator multa alia condonans & donationem ipm patribus pręcoepit vt ipsam tabulis incisam capitolio collocarent: & fratrem Herodem similiter muneribus honorauit. Agrippę autem magnificentia in constructione murorum hierusalem claruit cuius tres filię & filius vnus ex Cypri vxore erant. ipso autem mortuo regnum claudius redegit in prouinciam. & Cuspius fadus procurator missus est post quem Tyberius. Hærode vero calcidis rege mortuo duos habentē filios de beronice & de prima Mariamne Aristobolū. Alexandri autem postea in maiori regnauerunt armoenia. Ca. x. Fo. xxix. Pa. j. — li. 19. ca. 6 7. 8. 9. 10. li. 20. ca. 4 — li. 2.

¶ Agrippam Agrippę filium Claudius auunculi sui regno cōstituit & Cumanum iudeę pcuratorem sub quo tumultus coeperunt: seditionis vero occasio fuit miles quidam posteriora denudans trigintaq; iudeorum milia ex mutua conculcatione occisa sunt. Stephanus quoq; Cęsaris a latronibus expoliatus est. iudea quoq; milite (sacrę legis libros comburente) ad Cumanum concurrit petens milites punitionem. qui militem ad supplicium iussit adduci. Seditio insuper inter galileos & Samaritas (Galileo ad festinitatē ascendente occiso) orit & iudei (relicta solemnitate & cumano iusticiam negligenti) in Samariam impetum Eleazaro & Alexandro ducibus fecerunt. & maximam facientes cedem vicos inflammauerūt. Cumanus vero cum exercitu his (qui vastabantur) auxilium ferens plures occidit: & alijs veniam (pcantibus amicis) condonauit. Samaritę autem quadrato Syrię pręsidam iudeos de priore violentia accusant. iudei vero seipsos excusabant. Quadratus itaq; seditionis auctores crucifixit & in lydda. xviij. iudeos a samaritis accusatos securi percussit: & pontificē sacerdotum aliorūq; iudeorum nobiles similiter q Samaritarum principes Romam misit ad Cæsarem Claudius vero Agrippę pcibus Samaritarum nobiles iussit interfici Cumanū expulari & celerem morte mulctandum remisit hierusalem foelix Iudeę pręses destinatur & Agrippę auctum est regnum. Ca. xj. Fo. xxix. Pa. ij. — li. 20. ca. 4 5. 6. — li. 2.

¶ Claudio anno īperij sui decimo quarto mortuo: Nero successit in imperio qui immanissimus fratrem suum vxoremq; & matrem interfecit: & ad vltimum histrionū opera peruenit hic armoeniam minorem Aristobolo Herodis filio dedit: & Agrippę regno quattuor addidit vrbes & reliqua iudeę foelici pręsidi qui Eleazarum latronum principē Romam misit aliosq; latrones crucifixit. sed his latronibus purgata regione Siccarij die claro in media ciuitate homines interficiebant. primusq; ab illis Ionatas pontifex occisus est (his enim maxima latrocinandi erat temeritas arsq; latenti) Tunc quoq; seductores quidam & Hypocritæ non minus ciuitatem vexauere q̄ siccarij. Hij enim populum seducentes in solitudines signa deum promittentes ostendere ducebant & occidebant. quos foelix interfecit: Aegyptius insuper pseudo propheta triginta milla hominum ducens in mōtem oliuarum voluit (depulso Romanorum præsidio) populo dominari. Sed (ipso cum paucis fugiente) multi a foelice comprehensi vinculis traditi sunt. Quidam & populo afflictionem inducētes mortē his (qui romano pplo voluissent obedire) cōminabant. Seditio iterū circa cęsareā inter Syros & iudeos pro ciuilitatis ęqtate. Foelix aūt (dato ędicto vt cōtumaces ab vrbe discederēt) multos nō parētes interfecit. — li. 20. ca. 6 7. 8. — li. 2. 7. 8.

De antiq. tatibus.

Postea vero non pacata seditione vtriusq; partis nobiles misit ad neronẽ: huic festus successit post quem albinus iniquissimus latronibus fauens. eius enim iniusticia & auaricia (qui latronum quasi priceps erat) seditiosorum creuit audacia indigni enim officijs honorabanẽ quod futuræ captiuitatis maximum fuit seminarium. Ca.xij. Fo.xxx. Pa.ij.

Li.20.c.9

¶ Cestius florus albini successor pessimus albiniũ per sui cõparationem optimum fecitvideri iudei namq; ꝓpter eius maliciam patrias sedes relinquentes fugiebant. Cestio quoq; gallo syrię ꝓcuratore hierosolimam veniente occurrens illi multitudo illum deprẽcabaẽ vt florum eijceret. hic enim (vt iudei a Romano recederent imperio) sedulo ĩ dies augebat calamitates exordiũ nãq; iudaici belli anno Neronis duodecimo & Agrippę regni decimo septimo mẽse mayo sumptum est iudei namq; synagogam in cæsarea habentes ꝓpe agrum gentilis quẽ volentibus emere iudeis dominus agri vendere recusauit: sed ibi tabernas ędificauit qđ maxima seditionis causa fuit: die namq; sabbati (cęsariensi iuxta synagogam allites immolante) Iudei ira accensi maximum fecerunt tumultum quem iocundo sedare volenti cæsariensium pręsso violentia iudei liberos legis statim rapientes in narbatha secesserunt: & eorum primates ad florum in sebastem conquerentes venerunt quos cõpręhẽsos iussit vinciri. Florus quoq; omnimode bellum inflammas decem & septem talenta de sacro thesauro pro cęsare petit aufferri. vnde cõmotus populus in eum maledicta iaciebat. hic itaq; cũ exercitu veniens hierusalem. cum tamen cęsaream pacificare debuisset timorẽ concussit populo ei obuiã (vt eius leniret impetum) venienti queq; discedere p̄cœpit. postridie vero cõueniẽtibus oĩbus iudeis sedẽs pro tribunali eos (qui in eum maledicta dixerãt) iubet ꝓducere. quiq; iudeis humillime veniã petentibus forũ venaliũ rerum destruere: & sibi obuios militibus iubet trucidare multosq; nobilium iudeorum verberibus laniatos crucifixit. Sexcẽti namq; & triginta vno die in hierusalem per florum sunt interempti. Ca.xiij. Fo.xxxj. Pa.j.

¶ HIC IOSEPHVS antiquitatum libros terminauit concludens libro: & capitulo vltimis florum causam fuisse quia iudei bellum contra Romanos assumerent. Additio.

.ca.8.

¶ Beronicę Agrippæ regis soror (ipso absente) militum videns iniquitatem (missis nuncijs) florum deprẽcabaẽ vt cessaret a cede. sed neq; interfectorum multitudine neq; precatricis nobilitate quieuit. sed etiam aduersum reginam efferatus est. hęc enim hierosolimam (vt vota rederet) venerat. mos enim est his qui pro morbo vel alijs necessitatibus implicanẽ orare p triginta dies anteq̃ immolant & ostias: abstinereq; a vino & capillos radere. quẽ mortem exercens beronice his diebus nudipes ante tribunal stetit deprẽcans florũ. sed nihil obtinuit. clamantẽ autẽ contra florũ populum primates iudeorum pacificauerũt. sicq; multitudine sedata florus dolose conuocatis iudeorũ nobilibus petit vt populus obuiam ꝓcedat militibus de cęsarea veniẽtibus mandatq; florus militibus nõ salutare iudeos obuiantes: sed ĩ eos (si quippiam petulanter fuerint loquuti) vti armis. sacerdotes autẽ & leuitę sacra vasa ꝓferentes populũ p̄cabanẽ vt templi custodirent honorẽ neq; Romanos cõtumelijs incitarent. ppl̃s itaq; sacerdotum hortatu obuiam militibus veniẽs eos salutat quibus nihil respõdentibus seditiosis ꝙ quibusdam iudeis contra florum succlamantibus maxima est facta iudeorum cedes. Ca.xiiij. Fo.xxxij. Pa.ij.

.ca.8.

¶ Florus (iudeis Romanis saxis per tecta obruentibus) ab vrbe hierosolimã recedens (relicto ibi p̄sidio) venit cęsaream. qui impudenti mendacio iudeos apud Cestiũ gallũ accusauit quibus (& beronice) excusantibus & quę facta fuerãt referentibus. gallus neapolitanũ tribunũ ꝓ inquirẽda veritate ad iudeã misit. & ipse Agrippę circa iamniã occurrẽs ad quẽ etiam iudeorum principes flori inhumanitatẽ conuenerũt causas itineris indicat. Agrippas autẽ (licet florum increparet) inuectionẽ suam ĩ iudeos (quorũ maxime miserabaẽ) volens eoꝝ frenare motus transtulit. populus vero Agrippę & neapolitano cum lachrimis venientes hoc (vt gẽti cõsulerẽt) deprẽcabanẽ neapolitanus itaq; Agrippę suasu ciuitatem ingrediẽ qui populi iudeorum conuersationem & mansuetudinem cognoscens redijt ad Cestium vulgus vero regem prẽcabaẽ aduersus florum legatos mittere ad Neronem quod Agrippa prudẽter florum accusare imperatori inuidiosum putauit. despicere vero iudeos bello commotos non expedire cernebat igiẽ aduocata cõcione Agrippa in isto p̄sente beronice sorore in domo asamoneorum orationem habuit. Ca.xv. Fo.xxxij. Pa.ij.

¶ Oratio regis Agrippę ppl'm iudeorum ad quietē patientiā & pacem adhortantis. hic eñ ōronem diuidens exiguā belli materiam ostendit/colendāq; ptātem & nō exasperandā am monet/nihil enī (inquit) ita plagas cohercet sicut patiētia quę pudorē indicit violentibus mo tum enī bellū sine magnis calamitatibus sustinere amouere. q vero semel subiectus est & dei ceps deficit cōtumax seruus magis q̄ libertatis amator appellaṫ: eos ergo Rōanis parere hor tatur quia eorū parētes & reges pecunia corporibus & animis meliores primi paruerūt exē pla adducit. quia etiā fortissimi populi Romanis sunt subditi. Athenienses qui Xerxen supe rauerunt seruiunt Romanis/ Lacedemonij/ Macedones/ Britānia inaccessibilis/ Romanis est subiugata/ quingētę asię ciuitates/ henyochi/ colchi tātorū gētes/ bosphorani/ meothicę gētes/ bythinia/ Cappadocia/ Pāphili:/ Vidia/ Tracēs/ Illirij/ Dalmatę/ Galli quos natura multis cixit munimētis Alpibus & Occeano (quiq; octoginta annis pugnauerūt) facti sunt tributarij Ro manis qui plura fortuna q̄ bellis obtinuerunt. Hiberos aurum apud eos nascēs a Romanorū seruitute nō potuit liberare/ lusitani armœnia & vltra Herculis colūnas arma ꝓtulerunt Ro mani pitenosq; montes suę ditioni subiugarūt Germanifortes (quorum rhenus terminus est) Romanis subditi sunt britāni quoq; (quorū occeanus murus est) parthi etiā bellicosissimi ob sides mittūt romanis. omnes autē sub sole incolētes romanorū veneranṫ arma: carthago insu per sub scipiōe corruit: cyrenei marmoride: Syrtes terribiles: nasamones mauri: numidę ęthio pes Romanorū victi fuerūt armis Agrippa insuper vicina exēpla iudeis de Romanorū potē tia aducens ęgyptū scilicet cū vicinis ꝓuincijs (quorū terminos incōmeabiles & munitiones ponit) monet. insuper Agrippa iudeos a bello desistere quia nullū cōtra Romanos habebūt auxilium bellū quoq; gerere iudeoꝝ religioni ꝓbat esse cōtrarium: futurā quoq; super oēs iu deos in quacūq; manētes ciuitate p̄dixit calamitatē. miserationē quoq; ciuitatis tēpli & san ctorum p̄ponit sicq; oronem cū lachrimis p̄ñte sorore terminauit iudeis vero r̄ndentibus ꝙ nō aduersus romanos sed aduersus florū bella vellēt mouere Agrippa inquit opera vr̄a talia sunt qualia aduersum romanos pugnantū monetq; eos porticus reparare combustas & ne gata prius soluere tributa cui acquieuerunt. Ca.xvj. Fo.xxxiij. Pa.ij.

¶ Agrippam ppl'm floro obedire monentē multitudo accensa: eū affecerūt cōtumelijs vrbe eijcientes. in eū etiam nonnullis saxa iacientibus ipse discessit in regnū. seditiosi quoq; iudei quidē in massada castellū irruentes oēs romanos interfecerūt. Eleazarus quoq; militum dux ꝓhibet neminus aut hostia a Romanis suscipiaṫ hostięq; cęsaris reiectę sunt. seditiosos vero de temeritate & oblationū refutatione nobiles & potētes añ portam aureā redarguerunt qui seditionē pacificare nō valētes ad florū legatos mittunt. & agrippā vt cū exercitu veniētes se ditiosos opprimerēt. Agrippas aūt (floro vt bellū inflāmaret) nihil r̄ndente populo mittit au xilium. Ca.xvij. Fo.xxxv. Pa.j.

¶Vespasiano aduenienti hiericonta traianus occurrit cūctis sub iordanem dcuictis Sed ex hiericonte ante eius aduentum hierusalem in montana diffugerant:non pauci autem qui remanserant occiduntur. hiericontis situs & dimensio asphaltides & tyberienses lacus natura cōtrarij asphaltides salsus & tyberienses dulcis fons iuxta veterem ciuitatem hierico hominibus alñ & fructibus pestilens:per heliseum vero(sale imposito)cundissimus atq; saluberrimus est effectus. Amplius autem q̄ cęteri fōtes spacium rigat optimos paradisos educat ita palmę mellifluę Opobalsamus Mirobalsamus & quę sunt carissima ibi generantur cuius rei causa est aquarum vis & aeris. Asphaltides autē salsus lacus est sterilis velocissimus:Ne quis ibi facile iungi potest etiam ex industria quod(vt experiretur)Vespasianus(iacto ibi homie) lacum videre voluit. Mirabilis quoq; coloris & terrę mutatio. Bitumen insuper medēdis corporibus inuenitur hic lacus sodomiticę terrę vicinus quę habitatorum impietate fulminibus conflagrata fuit vbi adhuc diuini ignis reliquię videntur atq; in fructicibus cineres. Ca.vj. Fo.lxj. Pa.ij.

Ege li.4. 17.1

¶GERESA capitur a romanis.

¶Vespasianus(collocatis apud Hiericonta pręsidijs) Annium cum exercitu mittit ad geresam qui(capta ciuitate)mille iuuenes iterfecit: & familias ducit captiuas bonaq; militibus p̄dari permisit: domibus quoq; incensis ꝓximos petijt vicos & vastauit omnia circa hierusalem. Neronis vero occisi anno imperij.xiij. Vespasiano paranti se proficisci hierusalem interitus nunciat:hic enim seipsum fugiens occidit. Cui galba imperator succedens occidit & otho declaratur. Imperator qui bellum fecit cōtra vitellium. Vespasianus autem a galba mandatū expectans militiam differebat misit Tytum qui galbam mense septimo totidemq; diebus cognoscens fuisse occisum redijt ad patrem. Ca.vii. Fo.xlii. Pa.ij.

li.4. 20.2

¶Nouum bellum in Hierusalem p Symonem gyore filium & Iohānem ortum hic enim ꝓpter iniquitates suas ab acrabatena pulsus dominandi cupidus omnes nequissimos congregans montana iam diripiebat terribilisq; pluribus timori erat & illi popularium multi tanq̄ regi parebant. Hic enim Ayam vicū ad sui tuitionem muro cingit & pro castello habuit. Ipse quoq; zelotas contra se cum armis egredientes(pluribus occisis)alios in fugam conuertit:hic et am cōtra idumeos bellum gessit & per totum diem detracto bello vtriq; ęquales recesserūt Eleazarus autem a symone missus ad hęrodis custodes de traditione eius prolocutus fugę non reperiens locum in vallem se deiecit & statim mortuus est. Iacobus vero idumeus ꝓditor symonis copias exploraturus veniens patriam ipsi tradere pollicetur qui ad idumeos reuersus symonis exercitum multiplici numero mentiebatur & sine bello symoni monebat tradere principatum. Iacobo quoq; in conflictu ad symonem conuerso vniuersa turbatur multitudo cunctis sine ordine recedentibus. Capitu.viij. Folio.lxiij. Pagina.i.

li.4. 23.

¶Symon sine sanguine idumeam introiuit. Chebronq; ciuitatē obtinuit quā indigne ægyptiaca memphyte antiquiorem dicunt & Abraham ibi fuisse domicilium. Terebintus quoq; maxima arbor sexto ab oppido stadio cernitur ab initio mundi creata nunc vsq; durare. Symon autem queadmodum post locustas sylua cerni solet frōdibus spoliata sic etiaꝫ idumeā vastauit:vnde Zelotę his incitati insidijs per itinera collocatis vxorem eius capiūt. Vnde in quos repperisset insaniam infundebat i hoc solum a feris distans qꝫ mortuorum nō vesceret corporibus quare eius fœrocitate territi Zelotę vxorem remittunt. Ca.ix. Fo.lxiii. Pa.j.

li.4. 25.

¶COPHNITIA & Acrabatena atq; Bethelan & Epheꝫ Capheranum Carabin & Chebron Idumeę ciuitates & municipia a Vespasiano & Cęreale capiuntur.

¶Vespasianus restātes idumeę partes accepit cophnitiam acrabatenam bethelan & ephē cęrealis cum exercitu ad superiorem missus idumeam capheranū carabin & chebron vastat & comburit. vi autem in Chebron intromissus hominum multitudinem quam inuenit cum pauperibus peremit. Symon autem iudeę persecutus reliquias plerosq; hierosolymam cōfugere cōpulit & eius obsesso muro operariorum ex agris veniētem multitudinē interfecit. Ipse quo qꝫ foris populo erat romanis terribilior. Intus vero Zelotes vtrisq; seniores quos etiam galilei nouis inuētis & factionibus corruperūt. Cui iohānes ex potētia(quā a galileis acceperat)vicē referēs oēs ꝓmittit p̄datiōes & quęcūq; vellēt. Cedes nāq; virorū & feminaꝝ iniurię

li.4. 26.

pro ludo habebantur. Sentina enim iniquitatis & libidinis hierusalē erat & iudea eosq; qui Iohannem fugissent recipiebat symō: pugnaq; facta est inter zelotas & symonē. Visse iudei hierosolimitę congregato concilio iohannem dijcere & Symonem recipere statuerunt & missо cum quibusdam mathia pontifice eum in ciuitate vt dn̄m & deffensorem receperunt. qui omnibus sese ęque hostem magnifestauit ipseq; auxiliante populo templum ingreditur. Vbi inter cętera Zelotę quattuor turres fabricauerant fortissimas. Ca.x. Fo.lxiij. Pa.ij.

c.26. 8.

¶ Vitellio germano imperij rectore cum exercitu italiam vastante Vespasianus alijs vacare bellis cum patria vastaretur indignabatur. hocq; ferre nō poterat cogitatione dubius milites quoq; romani in iudea degentes contra romanos murmurabant quia spe questus creabant imperatores relicto (qui apud eos erant) imperio digniore eius ꝓbitatem & laudes super extollentes multumq; in Vespasiano creando fore certamen arbitrātur. Non enim senatum populumve romanum vitellij libidines pro Vespasiani pudicitia ꝑpessurus ne pro bono imperatore crudelissimum tyrannum optaturos. Ergo si pericię senectutis debeatur imperium Vespasianum. Si autem adolescentię viribus Tytum dicunt dignum ipsumq; Vespasianum milites imperatorem nominantes rogant periclitanti subueniat imperio. Sed imperare nolenti & recusanti magis instant etiam cum gladijs mortē ei minātur quod cum minime potuissent persuadere acceptauit. Ipse vero ægyptum (cum sciret magnam imperij partem esse) priusq̄ militum hortatu romam peterent) res alexādrinas ordinauit. Aegypti describitur situs cuius pelagus portubus caret pręter alexandrinum qui aditu difficillimus & periculosus ideo turris maxima, in insula igne lucens nauigantibus nauium applicandarum difficultatem ostendit. Vespasianus igitur alexandrinarum rerum cupidus ꝓpter imperij firmitatem litteras tyberio Alexandro ægypti & alexandrię rectori mittit indicans militum alacritatē quodq; ipse quod necesse fuit suscepto principatus munere operam atq; adiumentum eius assumeret qd̄ Alexander fecit. Ca.xj. Fo.lxiiij. Pa.j.&.ij.

c.28. 9.

¶ Vespasianum imperatorem in oriente citius fama nunciante. Legationes e syria alisq; pro uincijs coronas gratulatoria decreta ipsi afferebant qui diuina prouidentia imperium sibi cōtigisse cognoscens multaq; pręcedentia signa: & Iosephi dicta recordatur quem ad se vocatū solui iubet. Sed procurante tyberio vt a probro simul & a vinculis solueretur vtq; moris erat apud eos: eius vincula non soluta sed fracta fuerunt. Vespasianus vero dato legatis responso & ordinatis rebus veniens anthiochiam nunciauit cum multis copijs misit in italiam. Antonio autem bellum contra vitellium agere properanti. Cecinnus a Vitellio missus venit obuiā qui viso Anthonij exercitu de proditione agitauit & conuocatis militibus rebus Vitellij detrahens laudabat Vespasianum eos ad ipum suadens transire quem milites Vitellium si vicisset: timentes occidere voluerunt. Sed impediti vinctum Vitellio transmittēdum habebāt. Romanos vero cremonem fugientes anthonius (qui primus cognominabatur) preueniens multos peremit & oppidum aggressus militibus ꝑmisit predari. Triginta milia & ducenti vitellij exercitus sunt extincti. anthonius quoq; quattuor milia & quingētos amisit & Cecinus solutus gestarum rerum ad Vespasianum nuncius dirigitur. Ca.xij. Fo.lxv. Pa.j.

ca.31. 1.

¶ Sabinus vespasiani frater anthonij recreatus victoria romę capitolium occupat. Cui nobilium multi sociantur. Et domicianus secum contra quos Vitellius militum misit exercitū Sabinus vero ad vitellium ductus (domiciano cum multis nobilibus euadente) occiditur Reliqua multitudo laniatur & templum incenditur. Antonium autem cum exercitu venientem vitellij milites excipiunt qui (trino intra vrbem commisso prelio) omnes interierūt & vitellius ebrius de palacio procedens a populo in media vrbe octauo imperij mense iugulatur. Mortuorumq; supra quinquaginta milia numerata sunt. Mutianus quoq; romam ingressus multos (qui vitellio consenserant) occidit: & domicianum vsq; ad patris aduentum populo recto rem insinuauit. Et sic Vespasianus a populo cum lęticia imperator est confirmatus qui i alexandria gesta romę cognouit & ad eum ex toto orbe legati venientes cum gratulationibus totam vrbem repleuerunt hic romam ꝑparans proficisci tytum ad hierosolimam liberādum dirigit cuius iter atq; mansiones hic inscribuntur. Ca.xiij. Fo.lxv. Pa.ij.

¶ Explicit Liber quintus.

Incipit Liber Sextus.

¶Tyto adhuc in alexandria cum patre impium disponente seditio hierosolymis aucta trifariam diuisa est scilicet Zelotarum Iohānis & Symonis. Zelotarum enī dn̄atio causa excidij fuit seditioq; in seditione fuit. Eleazarus nāq; qui ab initio Zelotas a populo ī tēplum separauit Iohannē sibi p̄ferri indignatus alios sibi contra ip̄m sociat interioremq; tēpli occupat ambitum & Iohannes loco inferiori existens hostes habebat a vertice tēplumq; crebro missilium iactu cedibus totum polluebat. Symon vero superiorem ciuitatis partem & inferioris plurimam retinēs Iohāne erat inferior Iohāni itaq; medio duplex parabat bellum ad oēm quippe impietatis genus rabidi efferebant sacrificantesq; & adorantes interficiebat stannūq; sanguinis occisorum per atria templi profluebat. Vnde maximū erat ciuitatis lamentum. Eleazarus itaq; cōtra Iohannē socij ebrij ferebant qui etiam & socij in Symonē rebellabant: Cui etiam contra seditiosos ciuitas erat auxilio. Iohannes autē quandoq; fugiente Symone plenas vtēsilium fruměti incēdebat ibidē illo regrediente Symon agebat omniaq; ad ciuitatis obsidionem p̄parata suarūq; viriū neruos absciderunt cōbustisq; circa tēplum oībus ciuitas area pugnę facta est concrematoq; omni frumento famē sibi cōparauerūt. populus autē (vt externo bello domesticis liberaret malis) pro romanis vota faciebat. Tūc enim maxima iudeorū erat infœlicitas neq; viuis reuerentia neq; mortuis dabat sepultura. Ca.j. Fo.lxvj. Pa.j.

li.5.ca.

¶Tanta erat seditiosorum crudelitas vt mortuorum conculcarent cadauera. Iohānes quoq; sacris materijs ad bellica conficienda instrumenta abutebat. Deus vero laborem eius inutilē demonstrauit. Tytus autē exercitum colligens legiones & subsidia cęsareā profectus est. Procedentem vero Tytum in hostilem terrā antecedebant regia omniaq; auxilia valde enim ordinatus erat eius exercitus. Ipse autem quia populum iudeorum latronibus oppressum pacē desiderare audierat daphnam eorum animos exploraturus ingressus maximū euasit periculum. Diuinitus namq; cum esset sine armis a missilibus in eum iactis est p̄seruatus & duobus tantū socijs interfectis ad suos saluus euasit in scopos loco: vnde ciuitas & templi magnitudo videri poterat diuersis in locis castra muniri iussit. Ca.ij. Fo.lxvj. Pa.ij.

li.5.ca.

¶Dissentio interior (bello foris interueninte) refrenat seditiosiq; contra romanos inita concordia vniuntur & contra romanos in valle cedron impetum facientes legionem turbarunt eam fugantes. Sed Tytus in auxilium legionis veniens multos interemit iudeorum aliosq; in fugam conuertit. Tyto vero milites ad ędificandum mittente iudei hoc fugā estimabant Sed speculatore signum dante frequentissima multitudo maximo impetu prosilijt vt nemo eam sustinere ausus est. Et romanorum agmen continuo dissipatum est & pulsi in montem refugiunt. Tytus autem cum paucis relictus iudeorum furori cedere rogatus honorem saluti anteponens hostes impugnauit & turbauit. Sed iterum turbati romani disperguntur supplicantes iudeorum non posse ferre impetum & alijs quidem fugiētibus Tytum fugisse estimabāt. Ipsum vero quidam in medio versari bello cernentes cunctis eius periculū nunciarunt cum clamore & furore a fuga reuocati contra iudeos irruerunt. Tytus itaq; bis legionem a periculo liberauit. Ca.iij. Fo.lxvij. Pa.ij.

li.5.ca.

¶Extraneo remisso bello iterum intestinum oritur ī festo azimorum inter Iohannē & Eleazarum & Iohānis instructi milites templi occupandi gratia arma sub veste portabant qui ingressi abiectis vestibus armati apparuerunt tuncq; maxima & varia cedes facta est ī templo Seditio quoq; quę prius fuerat tripertita in duas partes redigitur. Tytus autem castra propius ciuitatem transferre volens misso exercitu complanare vsq; ad muros iubet spacium. Iudei vero Romanos sub pacis simulatione volunt decipere. Ipsosq; fugiunt velle introducere quorum romani calliditatem nō cognoscentes opus festinabant aggredi. Sed Tyto suspecta erat mutatio qui milites manere pręcepit. Quidam vero romani ad portas currentes interficiebantur alijs vulneratis. Iudei quoq; Romanos vituperabant fraude pellectos. Tytus vero iratus milites propter inobedientiam redarguit apud quos etiam vincere sine ducis præcepto infamię est. Commilitonibus autem pro inobedientibus tytus indulget Capi.iiij. Fo. lxviij. Pa.j.

li.5.c.6.7.

¶HIERVSALEM obsidetur Cuius situs ædificia murorumq; & turrium munitio & templi:regięq; aule ornatus & structura describuntur.

¶Tytus militibus recōsiliatus coęquato ciuitatis interuallo exercitum ordinauit circa hierusalem quę trino circūdata est muro nisi in vallibus ipsaq; est supra duos colles quorum superior castellum Dauid & inferior dictus est acra collis vero tertius lata diuisus valle quem assamonei aggeribus repleuerūt vt templo coniugerent ciuitatem. Vallis autē vsq; Syloam tyropeon est appellata foris etiam duo erant colles. Murorum autem ciuitatis quę plurimorū regum opibus vndiq; munita erat descriptio & dimensio hic ponitur. Primus cum murus vetustissimus dicebat. Agrippa autem a claudio prohibitus muros non perfecit. Turres autē mœnibus supereminebant. Primi eni muri viginti erant turres: Tertij nonaginta: medij quattuordecim & antiquę quinquaginta. Cū enim tertius murus totus esset admirabilis admirabilior tamen i muro turris sephina surgebat qua parte Tytus castra posuit. Herodes tres turres triū amicorum nomine ędificauit Hyppicos Phalellus & Mariamnes turris quę cęteris magnificentiora & ornatiora sustinebat diuersoria has turres antiquus murus excellentiori loco cōditus est lapidibus mirabilis magnitudinis constructus continebat. Ca.v. Fo.lxviij. Pa.ij.

¶Regię aulę magnifica descriptio mirabilisq; structura omnium narratione pręstātior quę equali ambitu turribus ornatissimis & virorum receptaculis ambiebatur extra:sed omnia intestini insidiatores flammis consumpserunt. Templi quoq; a salomone ędificati discribit magnificentia populiq; ad ędificia liberalis deuotio. Ipsius insuper templi dimentio diuisio portæ atq; pro mulieribus ad orandum locus & ingressus designantur. Quodq; fuerit sanctum & sacrosanctum profanum ostenditur:singulorumq; structura. Ornatus ibi & quattuor colores scilicet hyacinthi: coccij: purpurei & byssi. quattuor significantes elementa ponebantur. Ca.vj. Fo. lxix. Pa.j.

¶Planicies autem templi erant cuius dimensio secundum altum/longum & latum describit In ipso quoq; tēplo tria mirabilia/prędicanda opera erant:candelabrum/ mensa & thuribulū Septem lucernæ in candelabro: septem errantes stellas denotabant. Et duodecim panes in mensa:anni curriculum per duodecim signa designabant. Thuribulum quoq; per tredecim odores.omnia esse dei manifestabāt. Aureis quoq; verubus acutissimis:ne ab auibus polluęretur templum pręseruabatur. Viri autem per omnes qui omnia castra nō essent ab interiori aula prohibebātur. Ceci quoq; de sacerdotali tribu plebeis vtebātur vestibus:partes tamen generis consequebantur. Pontifex autem cum ipsis sacerdotibus nō semper:sed diebus quibuscunq; septimis & per singulos menses kalendis: vel quando agebatur annua solemnitas ascendebat. Eius describitur vestimentum & significatio notanda. Solus autem atq; in anno semel intrabat quo die cunctos iuuare mos erat iudeis. Antonia quoq; turris ab Herode ędificatur in angula duarum porticuum prioris templi sita est Herodis maximam demonstrās magnificentiam. Ca.vij. Fo.lxx. pa.ij.

¶Aegesippus libro quinto capi. decimo dicit quendam cananeorum potentem hierosolimam vrbem cōdidisse qui pro atrio nomine iustus vocabatur quam primo solimam vocauit postea templū addiderunt vnde hierosolima dicta est. Dauid primus vir hebreus cananeos expulit constituit suos qui in ea domum regiam se fecit voluit & templum condere:sed prohibitus oraculo salomonem heredem reliquit qui templum ędificauit:& adorauit de hoc Iosephus antiquitatum libro.viij.capi.iij.iiij v.vj.ibidem. Insuper Aegesippus materię templi diuersitate moralizat. Nō ociosa inquit materia tantę diuersitatis Sed cuius species materiā rerum latentium significaret eius q̄ esset templum qui cœlo & aeri mari & terrę qua creator elemētorum dominaretur atq; solus regeret & gubernaret & postea subdit. Deniq; princeps sacerdotum hęc.iiij indumento suo exprimere consueuerat quando maxima celebritas erat festorum dierum q̄ totum mundum indueret vt pro populo supplicaretur in eius figurā qui venturus erat princeps sacerdotū Iesus qui tolleret peccata mundi femora princeps lintheo interius operimento tegebat eo q̄ prę cęteris in sacerdote fides mentis quęrit & corporis castimonia. Quę succingere debeat carnis intemperantiā Duo erant tabernacula sacra & paulopost in illud interius quod secundū appellabatur semel introibat tantū princeps sacerdotū

Additio.

ca.8. ca.9. ca.9. ca.10.

non sine sanguine quem offerret pro se & populi delicto hoc significante spiritusancto venturum Iesum qui vere solus intraret interiora diuinorum penetralia sacramentorum & archana substantię cœlestis quę nosset omnia: solus quoq; patri sanguine suo totum mundum reconsiliaret vt cœlestium & terrestrium misereretur. deniq; postq̄ venit pacificauit omnia per sanguinem crucis suæ quæ velut in cœlo vel in terra sunt. Intus Thymiamatherium intus mensa intus lucerna. Thymiamatherium quod ita ad deum patrem sicut incensum dirigatur maximi sacerdotis oratio: mensa q̄ in ea passio Christi sit & misteria sacramentorum. vnde & Dauid dicit Parasti in conspectu meo mēsam. Cuius velut duodecim panes duodecim apostoli sunt testes passionis ac resurrectionis eius: Lucerna quę super candelabrum ponitur añ sub modio erat: id est sub legis mēsura nunc est in gratię plenitudine frequēs heptamicho lumen effundēs eo q̄ spiritus sanctus septem maximarū gratiarum virtutibus dei tēplum illuminet. Trinitatis igitur cognitio interioribus erat templi quę dicebatur sanctarum. vbi reposita quondam Aaron virga floruit q̄ sacerdotalis gratia i christo amplius esset operatura post mortem qua mundum redemit: ante tēplum erāt.xiiij. gradus per quos Ezechię regis vmbra ascenderat significās ei vitę finem futurum: Sed oraculo monitus orauit & meruit mortis delationem hoc iudicio q̄ hisdem gradibus sol refunderetur qui significaret tot numero annorum commeatum & vitę refusum hęc ibi ægesippus.

¶ Symone & Iohanne inter se diffidentibus: diuisa ciuitas eos sequębatur. Tenebat autem Symon superiorem ciuitatem & murum maiorem vsq; cedron. Iohannes vero templū & circa templum loca: Nichil iudeis a romanis peius passi sunt q̄ ipsi ce tractauerunt. seditio nāq; ciuitatem & romani seditionem ceperunt. Ca.viij. Fo.lxx. Pa.ij. — li.5.c

¶ HIERVSALEM a Tyto obsidetur.

¶ Tytus circuiens ciuitatem qua muros aggrederetur explorat & consideratis locis ad Iohānis pōtificis tumulum adoriendam esse ordinauit obsidionem. Nichanore autem Tyti amico propius cum Iosepho (vt pacem suaderem) appropinquante sagitta percusso: Iratus cęsar in obsidionem excitatur & suburbana militibus vestare permittens aggeres tripertito exercitu construi iubet vtrorumq; romanorum scilicet & iudeorum maxima fuit diligētia & iudei aggeres exstuere romanos impediebant. Propius tamen dispositis machinis Tytus murum ex tribus partibus iubet pulsari: vnde sediciosos inuasit timor: quoniā odiorum obliti in vnū coeunt contra Romanos. Tytus quoq; semper laborantibus pręstabat auxilium: & Iudeorū audaciam disciplina vincebat Romanorum: Et grauissima circa machinas commissa pugna multę interficiuntur quas Alexandrini promptissime ab incendio preseruauerant. Tytus autem potentissimus comitatus in hostes irruens duodecim peremit: reliquis cōuersis in fugam & captiuum iudeum ad aliorum terrorem iussit crucifigi: Iohannes quoq; Idumeorum dux percussus sagitta periit. Ca.ix. Fo.lxxij. pa.j. — lib.5. 10.

¶ Nocte vero Romanus exercitus vna turrium nulla hostium vi lapsa eius sonitu territus est suspicantibus singulis iudeos castra inuasisse: sed tyto rei causam indicantē quieuit tumultus & contra iudeos machinas admouerunt: Muroq; nyconta fracto illius propugnacula securi reliquerunt quia alia duo superessent munimētia. Romani itaq; ea parte ingressi quintadecima die Maij maximam muri partem diruerunt: Et tytus ordinato exercitu expugnationem ingredit̄ iudeis fortiter resistentibus. Iohannes quoq; & Symon si loca dimiserunt custodienda. Iudei tamen imperiti romanorum peritia vincebantur: sed in murali certamine vincebāt: Romanos autem fortuna & scientia: Iudeos vero audacia sustentabat: pernoctātes autē in armis prima luce erant parati. Symon quoq; suos metu vrgebat: Romanos autem vincendi cōsuetudo & Pudor hortabatur ad virtutem & tytus vbiq; pręsens testis militię. Lōginus autē romanus in medios irruens hostes duos peremit fortissimos & ad suos rediit cuius saluti Cęsar consulens temerarios referebat impetus. Ca.x. Fo. lxxij. pa.j.ij. — li.5.c 12.

¶ Castor iudeus subdolus (ariete medię turri septētrionali applicato) miserabili voce tytum sibi parcere pręcabatur. Cui pro simplicitate sua credulus machinarum impetu refrenato qd vellet permittit eloqui. hic autem fœdus velle inire simulans fingitq; quosdam socios pacē quęrere & quosdam non. Illis autem super hoc ambigentibus cessente quoq; expugnatione: — li.5.c 14.

Symonem mandat vt rebus consulat vrgentibus & sumit contra dicentes socios rogare videbatur qui in torachas nudos gladios fingentes velut interfecti cadebant quod cęsar & socij videntes obstupuerunt calamitatiq; eorum miserebantur. Castor autē ad natem sagitta percussus imperatori conqueritur. Cui (iubente tyto) Iosephus nichil de eo boni suspicans dexteram porrigere noluit amicos etiam prohibuit. Eneas vero cum ad eum vorantem & aliquid de sinu promittentem properaret pene saxo ab illo dimisso prostratus & miles quidem propinquus est vulneratus. Quo cognito Tytus iracundiā vehementius contra iudeos vsus est. Tyto vero capto muro fugatisq; iudeis intro cum mille armatis transit & eos exoratum iri aditum non dilatauit nec occidi permisit. Romanorum autem multi inclusi a iudeis trucidātur omnesq; fuissent perempti nisi eis Tytus opem dedisset: sed a muro pulsi sunt. Oppidanis itaq; creuit spiritus & secundis rebus facti amentes se non posse vinci arbitrantur. Sed deus eorum (quia iniquis erant) eorum officiebat sententijs neq; in quo erant cernere poterant periculum. Capi. xj. Fo. lxxiij. Pa. j.

ca. 14.

¶ Tytus iterum muro potitus pręsidia per turres meridiana parte collocauit qui iudeorum conuersionem expectans i conspicuo hostibus loca pecuniam militibus iussit distribui & exercitus ordinem armorum quoq; pulchritudinem ostendebat. Et forte seditiosi ad illam speciem animos mutassent nisi malorum immanitate (quam in populum commiserant) veniam a romanis desperassent. Tytus autem diuiso bifariam exercitu templum per Antoniam capere cogitauit in vtraq; parte aggeribus eleuatis. Iudei vero Symonisq; socij & Iohānis atq; Zelotę impediebant. Cęsar itaq; ipsos ad pœnitudinē suadere non cessabat: sed oratione armis quādoq; efficatiore per Iosephum rogabat ad pacem: Qui muros vndiq; circuiens vn posset audiri eos vt vlterius romanis non resistant obnixe exorabat dicens naturalem legem potentioribus cedere iubere. Optimumq; ante intolerabilem mutare sententiam & salutare sequi consilium Sed illum talia mouentem multi conuicijs afficiētes etiam tela in eum iaciebant. Capi. xij. Foli. lxxiij. Pagi. ij.

Geñ. c. 12. 46. Exo. c. 1. 2 3. 4. 5. 6. 7 1. re. ca. 4. Anti. li. 1. ca. 16. Anti. li. 2. ca. 8. 9. 10. 11. anti. li. 12. c. 10. 11. 12. ē. libro. 1. ca. 1. 1. Macha. ca. 1. 2. 3. 4

ca. 15.

¶ Iosephus enim vt eos flecterent antiquorum patrum adducit historias eorum diuina rememorans opera Abrahę oranti deum intactam vxorē Pharao Nechās remisit. Israel quoq; quadringētis annis seruiuit in ęgypto nec se armis defendit: Sed semetipsum deo cōmendauit. Rapta archa a philistijm de medio sine armis est restituta. Diuina fiunt Sennacherib cedes & exercitus centum enim octoginta quinq; milia diuinitus fuerunt occisa. Septuaginta annis israel in babilone captiuus non armis liberatus est: sed a solo deo. Antiqui autē iudei sine armis deo volente hostes superabant. Pugnantes vero de spe semper ceciderunt. Sedechias autem & populus suus hieremiam captam iri ciuitatem clamantem nō occiderunt. Idcirco vos illis peiores estis qui bonorū suasorem quęritis interficere. Israel sub Anthiocho captiuatus est plurimis eorum ꝓpter peccata occisis. Iudei quoq; ex impietate sua romanis facti sunt subiecti. Hęrodis tēpore ciuitas ꝓpter populi peccata capta est & direpta: deo iquit humanis viribus spretis omnia sunt cōmittenda: eorum rememorat peccata. Frustra quoq; iudeos dei auxilium in quem tanta concluserunt mala dicit sperare. Neq; enim romani similia sicut assirij malo cōmiserunt. Sed quod parentes vestri soluerunt petunt tributum: Quiq; erga iudeos semper liberales: cōcedūt enim liberas familias esse & possessiones tenere sacrasq; leges manere intactas. Ante Tyti aduentū aruerant fontes & aquę vendebanť: nunc autem post eius aduentum abundantissime ꝓfluunt quod prodigium ostensum est in babilonica captiuitate: deus eni intueť occulta qui confessis & penitentibus est placabilis. Eos Iosephus ad penitentiam hortatur ciuitatis iam dirutę atq; templi pulchitudine familiarium quia monet miserari bello aut famę cito periturarum meminitq; matris coniugis & familię. Ca. xiij. Fo. lxxiiij. Pa. j. & ij.

¶ Aegesippus ꝓlixiorem ponit Iosephi orationem vide eam capitulo. xv. & xvj. & ibi multa commemoranda inuenies.

ca. 17.

¶ Seditiosis obstinatis populus ad fugiendum cōmotus est & vennudatis possessionibus solidos ꝓpter latrones transglutiebant & hos humanissime reperiebat quorū iohānes & Symō exitum impediebant quos cū desperatio vrgebat. Maximaq; tūc erat fames nullaq; inueniebanť frumenta seditiosiq; irrumpētes domos scrutabanť verberantes (siquid reperissent) ne-

gantes. Habendum autem argumẽto erant miserorũ corpora cum ea quę solidis viribus starent abundare cibo putarẽtur ditiores quoq; totam substantiam vno frumẽti modio permutabant Mensa nullibi ponebatur sed omnes incoctum cibum diripiebãt. Fames super omnes clades & quod reuerentia dignum est in fame negligit. Matres cibũ infantibus ex ore capiebant. Clausas domos ruptis foribus ingrediebant & iam cõtusum cibum ex gutture strangulatis faucibus reuocabant. Nulla erat miseratio: sed pro rapiendis alimentis acerbissimi excogitabant cruciatus. Horrenda namq; fames excogitat & patitur diuitesq; grauiora patiebant q̃ pauperes. Quęq; Symon expilasset mittebat ad Iohannẽ sibiq; populi sanguinem ꝓpinabant & vtriusq; scelerum erat concordia. Nulla certe vnq̃ ciuitas tanta perpessa est neq; vlla natio ferociorem habuit maliciam. Sibiq; ipsis maledicentes cõuitia dicebant ciuitatem ipsi euertẽtes romanos hanc victoriam tristem coegerunt habere. Ca.xiiij. Fo.lxxvj. Pa.j.

Egesippus.

¶ Tytus exeuntibus ad alimenta iussit tendi insidias. Fames vero ad exeundum reddebat audaciores. Romani autem (cum iudeos mortem videbãt cõtemnere) suppliciorum augebãt genera & omnes captos post verbera crucifigebant: vñ crucibus spacio deficiente & corporibus cruci minime ꝓpter captiuorũ multitudinem sufficiebant. Sed neq; ea clade mouebant: Iudei autem ab hostibus illatam famis cõparatione estimabat requiem multos insuper captiuorum. Tytus incisis manibus ad Symonem & Iohannẽ (vt eos ad deditionem cõmoueret) remittebat Sed ipsi cęsari maledicentes mortẽ seruituti p̃ferre clamabant. Anthiochus itaq; (quẽ ægesippus cõmageni filium vocat) miratus ꝙ romani muros nõ ascendant qui (ridente Tyto & laborem dicente cõmunẽ) cum macedonibus in murum impetum fecit: & multis ex suis interfectis alijs sauciati recesserunt. Ca.xv. Fo.lxxvj. Pa.j.

li.5.ca. 19.20.

¶ Iohannes seditionũ princeps igne per cuniculos apposito romanorũ diruit aggeres quorum spes repentini casus timore refrixit Symon quoq; alios aggeres aggredientes cum socijs suis romanorũ incendit machinas. Tunc tamen amborum iudeorũ scilicet & romanorũ maximus fuit conflictus. Et romanis desperatis ad castra discedentibus iudei magis instabant sibi ex ciuitate aduenientibus adiumentis & ad romanorũ castra cum custodijs dimicaturi ꝓperauerunt & ea obsiderũt. Sanctio enim apud romanos est pro castrorum custodijs ne qualibet ex causa a castris recedãt. Tytus autẽ (militibus (quia obcessorum paterentur fortunam qui prius hostium muros obsiderent) increpatis) hostes a latere cum militibus circũuenit: & ita puluis oculo & clamor aures exuperabat vt (mixta acie) amicus ab inimico minime discerni potuisset. Romani tamen cęsaris p̃sentia fortiores totam iudeorũ multitudinẽ (nisi se in ciuitatem recepisset) exterminauissent. Ipsi vero solutis machinis captum iri ciuitatem desperabant & varium super hoc deliberat consilium quibusdam milites muros aggredientes dicentibus quibusdam nouos aggeres construendos alijs vero ꝙ sit famei relinquenda videbatur. Tytus vero (quoniam temporis longitudo (inquit) sepe victorię gloriam diminuit) ciuitatem omni celeritate: & caucione muro vndiq; cingi ordinauit & omnes claudi exitus dicẽs magnum opus sine labore perfici non posse. Ca.xvj. Fo.lxxvj. Pa.ij.

li.5.ca. 21.

¶ Romani milites (iubent Tyto exercitum in opera distribui) omnis ciuitatis ambitum inter se partiti placere ordinate properabant & murum circa ciuitatem cum castellis triduo (quod propter celeritatem fide videt carere) compleuerunt & custodibus per castella collocatis vigilia ordinauit & vigiles inter se somnos sortiebant. Salutis autem causa exẽdi facultatem iudeis ablata est & cuncta iam fames totas domos ac familias deuastabat vbiq; eni fame moriebant. Multi mortuos sepeliẽtes super illos moriebant multiq; viri ad sepulchra ꝓperabãt: latrones autẽ mortuoꝝ detrahentes cum risu aggrediebant: & gladios suos in adhuc spirantes experiẽdi grã transuerberabãt mortuorũq; plurima cadauera ꝑ muros p̃cipitabãt quę vidẽs Tytus ingemuit deũq; testatus est: hoc factũ suum nõ esse. Romani insuper seditiosos fame sciẽtes cruciari lętabant eis frumentorũ copias ostendebãt sua sacietate eorũ famẽ incendẽtes. Tytus vero reliquias populi & qđ superest saluare capies nouos aggeres construebat: & miseratus eos ad deditionẽ incitabat sed eis perierat pœnitudo qui etiã mortuã plebẽ q̃si canes lacerabant. Symon autẽ mathiam ex põtificibus vnũ populo fidelem cum tribus filijs quartus eni iam fugerat peremit. Huic enim crudelis Symon roganti vt ante filios occideret negauit sed nouissimum interfici iussit sepulturamq; sibi renuit. Ca.xvij. Fo.lxxvij. Pa.j.

li.5.ca. 23.

¶ Aegesippus libro quinto capitulo decimo tertio ponit orationem Mathię ad filios penitentis Symonem introduxisse: & se accusantis q hostem eis induxisset & carnifices videatur illa oratio quia multa continet dessenda & notanda. Additio.

¶ Iosephi incluso in ciuitatate patri nullus sub pœna mortis audebat loqui. Iudas itaq; tantā videns crudelitatem signum Romanis de turri fecit quasi eis volens tradere ciuitatē. Quem tamen non credebant aliqui alij propter superbiam contemnebant. Symon vero illum cū custodibus perimens mortuorum. Tyto vidēte corpora proiecit Iosephus (nec eum rogare cessabat) muros circuiens lapide vulneratur & (nisi cesa qui eum protegerent) misisset, captus fuisset a iudeis quo audito eius mater tanq mortuum lugebat in carcere. Sed cito curatus populum rogabat ad fidem: vnde multi veniebāt ad Romanos qui inedia turgidi vacua replētes corpora moriebantur defunctis ędendi officijs. Quodā autem ex fimo ventis colligente & a Syris compręhenso fama totis percrebruit castris q iudei transfugi auro pleni venirēt. quos Syri & arabes euiscerabant vnaq; nocte duorum milium patefacta sunt viscera. Tytus autem hac cognita iniusticia nisi maxima fuisset multitudo omnes interfecisset. Hos vero multū increpauit mortis pœnam talia agentibus interminatus. Sed omne supplicium cōtemnit auaricia. Occulti enim propter tyri interdictum spe quęstus transfugas euiscerabant. Iohānes autem sacrilegus multa a templo donaria & sacra vasa deficientibus a populo rapinis alienigenarumq; dona distraxit. Tunc quoq; hierusalem Sodoma peior hiatu terrę (si venire Romani tardassent) erat peritura. Manetus aūt da Tytū veniēs centū quindecim milia retulit elata cadauera: a. xiiij. Aprilis vsq; kalen. Iulias. Omnia autē mortuorū secenta milia portis euecta Aliorum vero numerus minime potest comprehendi. Modium quoq; frumenti talento vendebatur. Iudei etiā rimantes veteri boum fimo & stercoribus vti pro cibo sunt caocti. Capi. xviij. Folio. lxxviij. Pa. j.

¶ Explicit liber Sextus.

Incipit Liber Sextus.

¶ De Iudaico bello liber septimus incipit. In grecis autem codicibus hic incipit liber Sextus aliter enim hoc opus gręci q latini partiūtur. Namq; ipsi primum secundum & tertium sicut nos incipiunt. Quartum vero & quintum simul iungunt quartum dicentes: & quintum cōputāt: quem nos sextum. Septimum vero in duas diuidūt partes: primā partem sextum librū appellantes: & septimum incipiunt in secunda parte quę est Capitulum decimumquartum. Sicut ibidem inuenitur. Additio.

¶ Seditiosorum ira aduersis magis accensa hierusalem clades in peius procededbant multitudoq; cadauerum pestem emittebat. Ipsiq; non spe victorię ad bellū: sed desperatione, mouebantur deum exprobrantes per tredecem milia in circuitu hierusalem (dicit Aegesippus) vasta humus miserabilisq; erat terrę facies. Bellum namq; loci deleuit pulchritudinem. Reparatis itaq; vtrisq; timor. Romani namq; iudeos (qui calamitatibus colebantur) inexpugnabiles arbitrabantur. Iohannes vero aggeres incendere conatus spe est deceptus quia maxima in ipsis custodiendis erat diligētia. Kalendis autem Iulij tentata est expugnantio & recedentibus iudeis Romani applicant machinas contra Antonium ipsis q̄tum possunt iudeis resistentibus noxq; vtrisq; requiem dabat. Murus vero parte qua Iohannes suffoderat aggeres volens incendere cecidit gaudentibus Romanis: sed nouo intus a Iohanne ędificato muro Romani timent ascendere. Ca. j. Fo. lxxviij. Pa. ij.

¶ Tytus promissis (ex quibus periculorum obliuio & mortis contemptus nascuntur) atq; ex hortationi commilitones ad ascendendum murum incitabat. Exhortatione (inquit) opus est in solis rebus ambiguis. Pulchrumq; cum laude mori. Romanos insuper (quibus in pace bella discere consuetum est) in bellis vincere affirmat esse solitos. Multipliciter quoq; in iudeos dei iram ostendit: & mortuorum bello laudes extollit. Quorū animę inter sideria collocātur. Mortuorum vero morbo subterraneis tenebris sine memoria operiuntur: mors insuper ferro

leuior est q̃ morbo. Magnaq; minis in periculis spes salutis inuenitur. Talia itaq; Tyto dicente primaq; rem aggredieti pollicente Sabinus Syrus manu fortis (licet corporis habitu exilis esset) heroicam animam in macro corpore habẽs primus (alijs periculum timentibus) se ipsi alacri animo obtulit: & armatus maxima virtute audacia murum ascendens summitatem (fugatis hostibus) prendidit cui fortuna pręclaris inuida facinoribus aduersa fuit. hic em̃ lapidis offione lapsus est. quem reuertentes: iudei solum iacentem inuenientes ex omni parte iaculis petũt: sed multos hostes sauciauit. Tãdem vero sagittis est obrutus. Tres ex vndecim (qui eũ fuerant secuti) lapidibus necati sunt alijs octo sauciatis qui in castra relati sunt. hęc tertio mẽsis Iulij gesta fuere. Ca. ij. Fo. lxxix. Pa. j. & ij.

¶ Quidam ex aggerum custodibus hora noctis nona (Aegesippus dicit quinta) ad Antoniam per ruinias accedentes) primis custodibus interfectis: & cęteris fugientibus) murum obtinent Rubam signum dari pręcipientes. Audito itaq; sono tube. Cæsar cum armato exercitu ascendit: sed iudei per subterraneos obuiam venerunt validissimaq; tunc facta est in aditu templi pugna solis ensibus permixtis propter loci angustias viris: & a nona noctis hora vsq; ad septimã bello protelato Romanis obtinere Antoniam satisfuit. Iulianus vero (quem armis insignem Iosephus virum cognoscens testatur) Romanos videns superari irruit in hoste & iam vincentes iudeos vsq; ad templum persequutus est multos interficiens. Ipsum vero fata (qui ab homine vitari non possunt) prosequebantur. hic enim calceos habens acutos elidit multosq; iacens occidi hostes nimiusq; dolor Cęsarem tenuit tanto ferri non posse auxilium diu enim cum morti luctatus magna sui gloria non solum apud Romanos: sed apud hostes relicta. Iudei igitur Romanos in fugã versos in Antoniam concludũt. Tytus vero eius fundamenta iubet diruere: & Iosepho vocato dicima septima iulij Iohanni mandat ꝙ signis vellet pugnare ad bellum progredi liceat. datq; sacra celebrandi (fuerant enim pœnuria virorũ obmissa) potestatem. Iosephus itaq; hębraico sermone: Tyti mandata dissernit multum (vt patrię: & templo parcant) rogatus. Cui tyrannus conuicia inferens nunq̃ sibi metuendum excidium quoniam dei ciuitas esset. Sed Iosephus eum criminatur ab illo auxiliũ querere in quẽ tantum commisit impietatem. Ipsum tamen ad penitentiam inuitat. Ieconiam addusius in exemplum qui cum cognatione sua voluntariam sustinuit captiuitatem laudaturq; a iudeis promittit quoq; illi a Romanis veniam: & (allegante prophetas qui ciuitatis excidium prædixerant) vox singultibus interrupta est. Quibus Iohannes & socij magis irritatis ipsum capere voluerunt. Ca. iij. Fo. lxxx. Pa. j.

li. 5. ca. 13. 32. 3

Additio.

¶ Aegesippus libro quinto capitulo trigesimo tertio. hoc excidium pro iniusta populi morte fuisse ponit: vrgebat (inquit) deus iamdudũ perfidas mẽtes vrgere ex quo impiose patricidio cõmaculatũ populũ Iesum crucifigẽtes hic est ille cuius mors iudeorum excidiũ est. Natus ex Maria quia ad suos venit & sui eũ nõ receperũt. q̃n em̃ suos nõ occiderũt iudei. nõne filiũ saul sui occiderũt. Nabuth ꝓpheta a suis vtiq; lapidatus est. Iudea fuit Hiezababel quę iussit iudeis senioresq; pręceptũ executi sunt. Iudeis Achab qui causa mortis factus est. Quãti alij a ciuibus ciues perẽpti. Et tñ diu integra ciuitas remansit & si diruta a Babilonijs post annos innũerabiles: sed reparata postea hoc est suprẽmũ excidiũ post, quod irreparabile templum quia auerterunt sceleribus suis pręsulem tẽpli reparationis arbitrum: hęc Aegesippus.

¶ Multi iudeorum nobiles Iosephi oratione commoti capta oportunitate confugerunt ad Romanos: in quibus erant pontifices & pontificum filij. quos Tytus humanissime suscipiẽs in Gophnam securos permisit habitare. cuiq; etiã possessiones pacato bello reddere est pollicitus. his autem in ciuitate non visis rumor illos a Romanis occisos dicebat vt cæteri a fuga terrerentur. sed hos Tytus a Gophna reuocatos populo demonstrauit qui lachrymis atq; vlulatu seditiosos vt Romanos in ciuitatate susciperent patriamq; liberarent rogabãt Romani autem templum cum honore respiciebant adorãtes. Tytusq; iterum Iesum eiusq; socios increpat ꝙ templum polluerunt polliceturq; per patrios ipsum (si se dedant) impolutum permanere quibus sermonibus latrones in superbiam extollebantur. Idcirco Tytus contra eos: inuitus tamẽ bellum ordinat & exercitui cęreale pręposito duce rogatus ab amicis manet in Antonia. progressi itaq; hora noctis nona contra custodes: quos præter spem inuenerunt vigilantes manus conseruerũt & multi iudeorum propter noctem: & vocũ confusionem suis

li. 5. ca. 35. 36. 3

Egesi

gesip. us.

Velut hostibus vtebātur. Romanis inter se datorum signorum recordantibus. Romani vero premij spe pugnabant. Iudeorum autem q templo & proprio cuiuslibet timerent periculo augebatur audacia & quasi theatricum bellum a nona noctis vsq; diei quintam cotinuatum est. Et Romanorum reliqua manus subuersis Antonię fundamentis latam viam vsq; ad templum preparauit: & aggeres inchoauit maximo labore propter materię pœnuriam & habendi difficultatem. Tytus quoq; equorum custodię propter latrones commisit iudei namq; pascentes equos dum ligna Romani colligerent per cuneos erumpentes rapiebant. Captu.iiij. Falio.lxxxj.Pagina.j.

.ca.37. 40.48).

¶ Seditiosi autem (vrgenti fame deficientibus rapinis) in prædia venerunt Romanorum: impetum facientes & extraq; fortiter pugnatum est. Pedanius vero fugientibus iudeis vnum iuuenem talo compræhēsum maxime militię monstrata peritia portauit ad Tytum. qui eius (qui cœperat) vires ammiratus captum supplicia iussit affici templiq; solicitus oppugnatione aggeres mature fieri perurgebat iudei timentes porticum (quæ Antonię iungebatur) incenderunt: manibusq; suis incendiū sanctis opposuerunt. Ipsi quoq; biduo post Romanis porticum inflammantibus (cum deberent prohibere incendium) culmen abijciūt. Tunc etiam Ionates iudeus corpore breuis & vultu despicabilis Romanos ad singulare prouocat certamē multis in eos prolatis iniurijs: contra quem quidam superbus e Romanis Pudens nomine (multis dedignantibus alijs suspicantibus) bello congrediens fusus in terram occisus est. Quidam vero priscus iactantem Ionatham sagitta transfixit qui dolore in vertiginem tortus supra corpus hostis incubuit. Et belli fœlicitatem q̄ velos vltio sequitur ostendit. Verum vigesimo septimo Iulij die dolum excogitāt iudei qui templi summitatem aridis lignis & sulphure ac bitumine replentes fingunt fugam: quare multi Romanorum incauti & temerarij tēplum ascendentes submisso per iudeos igne succensi sunt Quorum misericordia: Tytus (licet morientibus indignaretur) commotus est. hocq; (cum nemo incendium posset prohibere) pereūtibus factum fuit solatium. Lōgusq; Romanus (qui incendium euaserat) rogatus a iudeis pro missaq; securitate vt descenderet seipsum (orante Cornelio fratre ne Romanam dehonestet militiam) sublatoq; alterius gladio (vtrisq; videntibus agminibus) occidit. Artorius autē calliditate ab incendio liberatus est. Qui (loci contubernali suo promissa hereditate si eum acciperet) in eum se proijciens euasit & lucius pondere oppræssus constratoq; lapidibus solo allisus continuo moritur. Et in posterum Ramani cautiores facti sunt dolis iudeorum. Capi.v. Folio.lxxxij.Pa.j.

.ca.42. .43.

¶ Infinita in ciuitate pereūtium fame erat multitudo & pro cibo amicissimi inter si seuiebāt Fame quoq; Rabidi vt canes domos dsperatione bis ac ter eodem momento inquietabant. Dentibus omnia etiam sordidissima subigebat necessitas. Calciamenta atq; scutorū coria comedebant. fœnum quod caro emebatur precio. Horrendum quoq; tunc factū est Maria quedam Eleazari filia iudea nobilis & diues a tyrannis sublatis bonis raptores maledictis incitabat mori volebat: sed percussorem non inueniebat: hæc fame & iracundia impulsa lactantem filium alloquitur ipsum occidit coctumq; medium comedit reliquam reseruans partem quam seditiosis mortem minantibus ostendens eos horrore repleuit atq; dementia qui trementes ac timidi exierunt. Audita vero tanti sceleris fama beati mortui (priusq̄ audissent) dicebātur. Tytus autē cognito facinore deum deprecatur super hoc se excusans seq; iudeis pacem pluries affirmat obtulisse. Tantumq; scelus pollicetur vindicaturum neq; ciuitatem (vbi matres filijs vescuntur) remansuram. Ipse quoq; die octaua Augusti perfectis aggeribus ad exedram occidentalem arietes iussit applicari: sed nichil proficientibus & cum scalis ascendere tentantibus maxima eorum facta est cedes. Vnde cęteri sociorum clade perterriti discedebant seditiosis fortiter pugnantibus. Tytus autem (cum videret alienos & templo cū damno & nece suorum) ignem portis subijci iussit. Ad quem Ananus & Archelaus profugi causa venię aduenerunt. Quos primo quasi necessitate non voluntate venisse non esse salute dignos dicebat (fide tamen iracundiam cohibentem) eos dimisit. liquefacto itaq; portarum argento cito lignum consumptum est nemine iudeorum ignem conato neq; auso extinguere. Ca.vj.Fo.lxxxij.pagi.ij.

¶ TEMPLI incendium nouissimum.

¶ Tytus incendium iubet restringere & de templo (quid agendum esset) conuocatis principibus inquirit consilium: quidem templi ruinam suadebant: alij vero conseruandum dūmodo ipsum iudei reliquissent. Si autem bello obtineretur ignibus consumendum. Tyti vero sententia fuit pro hominibus non esse vlciscendum in anima carentibus neq; tantum incensurū opus: quod etiam imperij esset ornamētum. Sed iterum iudeorum atq; Roma restricto igne conflictus. & Tyto ferente auxilium iudei (plærisq; interfectis) fugerunt: & in templo concluduntur. Quod die dicima Augusti quo a Babiloniorum rege fuerat concrematum eodē euolutis temporibus: a Romanis passum est incendium. Nam quidam Romanus miles non expectatur ędicto ignem per fenestram auream (Aegesippus vocat portam) immisit in templum. Tytum vero extingui iubet incendium: sed præ nimio clamore vox eius non auditur. Neq; signum aut pręceptum (ira duce) milites attendebant. Immo non audire simulabant & quisq; ignem hortabatur immittere & vbiq; fit per hierusalem. Tytus itaq; insanientium militum continere impetum non valens flamma dominante tēplum ingressus est: & quicquid illic erat aspiciens mirabatur opus: milites q; rogabat vt ignem (nondum enim flamma interiora penetrauerat) restringerent. Illorum vero furorum belliq; impetus & iudeorū odia Cæsaris reuerentia & prohibentis mœtum superabant. Ca. vij. Fo. lxxxiij. Pa. ij.

Egesi. li. 5. ca. 44.

¶ Templum itaq; inuito Cæsare exuritur. Hoc multum deflendum opus quidem omnium (quæ audiuimus aut vidimus) maxime ammirabile in extructione: magnitudine in magnificentię gloria. Maximum tamen ex facto capiet solatium ꝙ vt animalibus ita operibus locisq; fatum sit inelectuabile alias ineuitabile. Mense namq; & die eisdem quibus primum templum a Babilonijs: sed a Romanis est incensum. A prima constructione templi per Salomonem vsq; ad hoc excidium mille centum triginta quinq; diebus. Rapiebant omnia infinitaq; sine ętatis aut sexus discretione fiebat cedes: clamor horribilis & ingētissimus & tumultus: sed tumultuū clades acerbiores sanguis igne largior: pluresq; erant interfecti q̄ interfectores omnisq; terra plena cadaueribus. Duo quoq; ex nobilibus (cum ad Romanos transeūdo seruari possent aut cōmunem cum cęteris durare fortunam (semetipsos in ignem eiecerunt) omnia Romani cum templo & Gazophilacium & iudeorum diuitias incenderunt. Sex fere milia permiscue multitudinis cum porticu ad quam cōfugerant incendūtur. His enim causa interitus pseudo propheta qui populo prædicauit deum iudeos iubere in templum ascendere salutis signa accepturos. Tunc quoq; sabornati a Tyrannis prophetę populo dei auxilium debere expectare denunciabant. Ca. viij. Fo. lxxxiiij. Pa. j.

li. 5. c.

¶ Prodigia iudeis ostensa sunt futuram suam & ciuitatis calamitatem significantia quæ ab imperitis bonum augurium: a sapientibus vero in contrarium interprætabantur. Cometes super ciuitatem gladio & igni similes per annum perseuerauit. Nona hora noctis circa templum tantum lumen octauo die azimorum effulsit vt clarus dies putaretur. Bos (cum ad hostiam duceretur) agnum in medio phano peperit. Orientalis eum porta grauissima (quæ vix a terdecimo hominibus claudebatur) sponte aperta est. Larualis ymago visa est currus ante solis occasum & armatę acies in nubibus apparuerunt: vox in festo petecostes (Migremus hinc) audita est. Iesus Ananię filius plebeius ante bellū in plena pace annis quattuor die festo exclamans futurum prędixit excidiū. neq; verberibus affectus cessauit clamare ve ve hierosolymis. insuper pręfecto pręsentatus & plagis vsq; ad ossa laceratus: neq; lachymatus est immo ad singulos ictus triste pręsagiū respondebat. Et septem annis & mensibus quinq; cōtinuo clamans: neq; voce raucior fuit. Sed supra murū circuiens ve ciuitati & templo clamitabat. Et cum ad extremum addidisset ve & mihi: lapide misso statim peremptus est. Perituram quoq; cum templo ciuitatem: cum templum quadratum esset sacris erat scriptum litteris. Sed decepti iudei propter aliquod etiam sacris litteris inuentum ꝙ eo tempore quidam ex eorum quem orbis terrę esset habiturus imperium quod male intelligentes hoc dicebant ambiguum. Ca. ix. Fo. lxxxiiij. Pa. ij.

li. 5. ca.

Additio.

¶ AEGESIPPVS libro quinto capitulo quadragesimo quinto portę orientalis apertiorem inter cætera dixit significare ꝙ exiret cultus / introiret vastitas / euacueretur celebritas / sacrificium destrueretur. Quod etiam (anteq̄ Christum Iesum crucifixissent) liquido significatū lectio docet. Et ibidem in fine capituli de futuro ex eorum quem orbis inperatore dicit pru

dentiores hoc ad dominum Iesum referre qui eorum in terris secundum carnem genitus ex Maria regnum suum per vniuersa terrarum spacia diffudit. hæc Aegesippus.

Ca. 45 47.

¶Romani (positis in templo signis) Tytum imperatorem declarant. Tunc quoq; auri pondus propter prædæ abundantiã dimidio precio in Syria estimatum est. Puer quoq; a Romanis recepta dextera bibit: & lagenam plenam ad suos reportans ipsos decœpit. Sacerdotes autem fame præssos denegata venia: Tytus ad supplicium duci iubet decere inquiens cum templo sacerdotes interire. Tyrãnos vero ipse humanissimus orantes ad colloquium recipit dato militibus ędito vt iracundiam & sagittas contineant. Quos veniã petentes de suis impietatibus increpauit eorum ingratitudinem erga Romanos & Romanorum humanitatem allegans. Nichilominus tamen si arma volunt deponere vitam eis indulget. Ipsi vero exeundi petunt facultatem eum familia: sed a Romanis fidem accipere dicunt se iurasse nunq̃ accepturos. Ca. x. Fo. lxxxv. Pa. j. & ij.

Ca. 47

¶Tytus seditiosorum iratus responsionem militibus ciuitatem permisit inflammare. Quę mortuis erat plena. Et Tytus q̃uis iratus confugientes recœpit. Seditiosi vero ad regiã domũ fugientes Romanos pellunt & popularium octo milia cum fere quadringentis occidẽtes pecuniam diripuerunt. duosq; Romanos milites viuos capientes (vno trucidato) alter cuidam puniendus traditur: & ad suos fugit quem Tytus quia viuus captiuus fuisset ablatis armis pepulit ab acie. Romani itaq; fugientibus latronibus igni omnia tradiderunt. Hi enim seditiosi alachri vultu mortem exportabant. Iosephus vero pro reliquis ciuitatis obsecrando laborabat: mortui canibus proijciebantur. Omniaq; loca cadaueribus erãt plena. Omne pereundi genus fame leuius vltima itaq; latronum spes in cloacis latere. Tunc enim mortuorũ cadauera (nisi excidio fuissent pręuenti) manducassent. Tytus autem vigesimo die Augusti ad capiendam superiorem ciuitatem aggeres fieri iubet ad quem Idumei missis legatis pacem rogant Quibus vitam pollicitus legatos remisit quo cognito Symon illos occidit: & duces eorum in custodia tenuit. Idumeorum plures fugientes a Romanis suscipiũtur. Quos paruo precio (cũ pauci essent emptores) vendebant: & quadraginta milia Idumeorum seruata sunt. Capi. vj. Folio. lxxxvj. Pagina. j.

¶HIERVSALEM finale excidium.

Ca. 49

¶Iesus sacerdos vasa & candelabra de templo atq; pontificum indumẽta pro fuga Tyto dedit. Phineęs quoq; Gazophilacij custos deprænhensus omnia ipsi ostendit: & veniã obtinuit Romanis autem machinas septima die septẽbris admouentibus seditiosorum multi desperati se in cloacas dimiserunt: & alij restiterunt. Sed parte muri subrupta timentes spõte de turribus descendentes semetipsos tuitione priuauerunt. vnde Romani muris potiti signa in turribus collocantes victoriam cum læticia celebrarũt: & nouissimum murum sine sanguine habuerunt. combustaq; est hierusalem octauo die septembris. Tytus autem ciuitatem ingressus munitiones ipsius & turrium prospiciens miratus est dicens: deum & non hominem ab istis munitionibus iudeos extraxisse victosq; a Tyrannis relaxauit. Ca. xij. Fo. lxxx vij. Pa. ij.

Ca. 50.

¶Tytus omnibus ciuitatis mœnibus subuersis turres propter memoriam fortunę suæ reliquit: & solos armatos qui manus opponerent (reliqua salua multitudine) iubet interfici. vegetos vero & vtiliores coactos in templum conclusit appositis custodibus: & frõte prępositus latrones ab alijs decernẽs occidebat. Iuuenes vero formosos corpe seruabat & septẽ milia vinctos misit in Aegyptũ pluresq; Tytus vẽdidit: & multos spectaculis ferro bestijs cõsumendos distribuit. Duodecim milia eo tempore fame perierunt. Captiuorum nõgenta septem milia & cęsorum per omne tempus obsidionis decies centena milia. vnde tantę multitudinis ciuiũ in hierusalem argumentum sumitur ex muneratione facta tempore Flori. inuẽti quoq; tunc plusq̃ duo milia qui se mutuis vulneribus interfecerunt. Iohannes quoq; fame tabidus capit Similiter & Symon qui triumpho seruatus est. Iohanne perpetuis dato vinculis hierusalem quę anno secundo imperij Vespasiani die octaua septembris (prius quinquies capta nunc vero vastata) Primus vrbis conditor rex iustus hierosolymã (quę prius Solima vocabat) appellauit. quãq; Dauid pulsis cananeis primus habitauit quę postea a Babilonijs quadrigentesi-

mo sexagesimo septimo anno. mense sexto euersa est. Et a Dauid vsq; ad id quod Tytus fecit excidium anni mille centum septuaginta septem. Ca.xiij.Fo.lxxxvij.Pa.j.&.ij.

¶Tytus templum ac ciuitatem funditus eruere iubet relictis Phaselo/Hyppico/& Marianne turribus in memoriam Romanę fortitudinis: ciuitatemq; fecit cōplanare. Ipse quoq; omnibus belli partibus amministrantis laudare exercitum cupiebat: & prima persoluere debita, eorum itaq; obedientiā fortitudinem laudat atq; magnanimitatem victoriosisq; coronas nominatim imponebat: & vniuscuiusq; ordinem mutauit in melius. Et sic omnibus secundum merita donatis sacrificia celebrauit & duas legiones sibi retinens cęteras ordinauit. Et in Cęsaream maritimam transiens captiuos obseruari iussit: deinde ad Cæsaream Philippi veniēs omnia ibi spectaculorum genera celebrauit vbi multi captiui consumpti sunt. Modus autem quo Symon captus est describitur. qui in cloaca cum socijs euadere cupiens cum socijs fodiebat: sed nullo sibi euadendi exitu cādida veste indutus vt terrorem faceret vidētibus captus est: & vinctus a Terentio custoditur. Ipse enim diuina vltione propter suam crudelitatē sponte se hostibus in suppliciū tradidit. nequitia enim iram dei non potest effugere. Magna itaq; seditiosorum multitudo in cloacis reperta est. Symon autem Tyto oblatus est vinctus quem triumpho Romæ seruari precœpit. Duo vero milia cū quingentis in spectaculis ferro de bestijs in Cæsarea maritima consumpta sunt: deinde venit Tytus in Beritum vbi diu moratus clarissima fecit spectacula. Ca.xiiij.Fo.lxxxviij.Pa.j.

li.5.c. 52.

¶Iudeorum gens totius orbis indigenis asseminata pręcipue apud Antoniā vbi post Antiochum reges illis liberum domicilij dederūt facultatem: sed erga illos Antiochesum ꝑpter diuitias maximā erat odium: & hos Antiochus quidem inuidus accusat vna nocte statuisse ciuitatem cōcremare: & quosdam tradidit quos populus iubet concremari. Antiochus quoq; ipsos paganizare cogit sabbati prohibens solemnitatem: & omnes recusantes captis a Romano duce militibus peremit iterum ipse illis quadratum forum concremasse accusat. Sed hos quidam iuuenis facta inquisitione immunes ostendit & incendiarios cognouit. Capitu.xv. Folio.lxxxviij.Pagina.ij.

li.5.c.

¶Tytus allato sibi a patre nuncio sciuit ipsum vniuersis Italiæ ciuitatibus fuisse desiderabilem maximoq; honore Romæ receptum. maxima namq; fuisset populi lętitia in eius aduentu. Sed germani & Galatę Vespasiano adhuc in Alexandriam existente defecerant quo cognito: ipse litteris missis ventiliū cęrealem consulem fecit iussitq; ad regendas proficisci britānias qui audita germanorum rebellione eos inuadit. Quos domicianus dux exercitus pristino subiecit iugo. Sarmatę vero qui & Scythę dicti sunt cum germanis conserant: & in Romanos impetum facientes hystrum transgressi plures occiderant. Et fronteium Agrippam vastatis vndiq; regionibus. Sed hoc rubrius Gallus a Vespasiano missus debellauit: & multos occidit alijs fugientibus. Ca.xvj.Fo.lxxxix.Pa.j.

li.5.c.

¶Tytus vbiq; magnificentissima celebrans spectacula captiuis iudis ad ostentationem cladis abutebatur. Hic enim itinere fluuiū (qui is dictus est & sabbatinus propter peculiare miraculum) appellatum cognouit. huic Antiochenses obuiam venerunt deprecantes. vt iudeos a ciuitate expelleret: sed illos non audit. Ipse quoq; auream coronā a parthorum rege missam suscipiens in Euphrate remeauit Antiochiam vbi iterum iudeos expelli petentibus Antiochius respondit eorum patriam perisse nulluq; iam locū (qui eos reciperet) restare: sed eneas tabulas suorum priuilegiorum eis permisit eximere. Cum autem ille ad hierosolymā venisset tristemq; solitudinem quam tūc videbat antiquę ciuitatis claritudini cōpararet misertus est ciuitatis excidium multum imprecans seditiosis auctoribus. deinde in Alexandrium perueniens curat nauigare in Italiam: & legiones suas per ciuitates distribuit. Captiuorum autem duces Symonem: & Iohannem septingentosq; alios in Itali..m portari precœpit. Capi.xvij. Folio.lxxxix.Pagina.ij.

¶TYTO Romam reuertente maximus celebratus est triumphus.

¶Tyto Romam aduenicnte pater cum ciuium multitudine obuiā venit cū maxima leticia

omnes domos exierunt Pompam visuri: & Triumphum. Vespasianus & Tytus lauro coronati patriaq; purpurea veste amicti trāseunt quos senatus in octouianis ambulationibus pręparato tribunali præstolabantur. Militesq; inermes erant in serica veste laureis coronati. Vespasianus autem(ipse & Tyto solemnia celebrante)milites breuiter allocutus illos ad prādiū (quod his ex morte ab imperatore parari solet)dimittit. Ipseq; ad triumphorū portā recessit: ineffabilia autē erant triumpho præparata aurum argentum & ebur in omni genere specierum & operum gemmę multę & clarissimę. Simulachra deorum pręciosissima ferebātur: animaliaq; diuersis ornamentis induta proprijs. Triumphotores quoq; ab alijs discreti mirabilis ornamentorum magnificentia culti erant. Insuper captiuorum vulgus ornatum erat. Machinęq; portabantur. Belli autem descriptio & bellorum euentus quos iudei passi sunt pręsentialiter per singula pegmata ostendebant. Ornamenta etiam & templo ablata portabantur, sed mutatum erat candelabrum a iudeorum consuetudine. Lex aūt iudeorum nouissima spoliorum ferebatur. Deinde transibant plurimi victorię portantes simulachra: omnia auro & ebore facta est. post quę Vespasianus prior ibat: & Tytus sequebatur & domicianus adhuc equitabat ornatus pulcherrimi. Pompę autem finis fuit capitolini Iouis templum quo cōstiterunt & antiquo Romanorum more Symon Gyore hostium dux inter captiuos in Pōpam traductus laqueo circundatus per publicum trahebatur cuius quidem postq̄ vitę finem nunciatum est hostias inchoarunt. & his secundo celebratis in palacium recesserūt. Hunc quoq; diem vrbis Romam fidem malorum ciuilium & pro fœlicitate spei bonæ principium celebrauit. Ca.xviij.Fo.xc.Pa.j.

¶PACI templum Vespasianus ędificauit.

¶Vespasianus paractis triumphis templum paci ędificauit: magnisq; donauit muneribus, & ea quę in templo fuerant iudeorum ibidem reposuit. Legem vero iudeorum & purpurea, penetralium vela in palacio condita seruari precœpit. Ca.xix.Fo.xcj.Pa.j.

¶HAERODIVM & Macherus a Lucio Basso obsidetur & capitur.

¶Lucius Bassus missus in iudeam legatus castellum hærodium ab incolētibus sibi sociauit & militari manu collecta legione decima bellum inferre Macherūtis statuit. Valde enim necessarium castellum excindi videbatur: ne multos sui munimine ad defectionem inuitaret. Nam salutis spem habitatoribus: & aggredictibus hesitationem & formidinem natura loci: & muro circūdante præstabat. Macherus vero altissimo vertice supereminebat. Ea namq; loci perspecta natura Alexander primitus castellum muniuit: vbi hærodes post hærodium ædificauit propter Arabum vicinitatem multasq; contra obsidionem fecerat munitiones & inexpugnabile reddiderat. Rura quoq; mirabilis magnitudinis ibi tempore hęrodis perseuerabat: vbi & in valle a parte septemtrionali dicta Barbas radix eiusdem nominis erat, flammę similis mirabilis virtutis: sed eam euellere difficillimū erat sine euellentis morte. Hęc enim demones abigebat. Ibi quoq; aquarum calidarum fontes sapore diuersi scaturiebāt. Multę etiā frigidę aquę: Sed ex vna spelunca quasi ex duabus mammis duo emanant fontes alter calidus, & alius frigidus, qui mixti lauachrum præbant medicinale, & suauissimū. Metallū quoq; sulphur & alumen inueniuntur. Basso itaq; castellum obsidente: maximus fit conflictus: sed res quædam inopinata tradendi castellū imposuit iudeis necessitatē. Eleazarus scilicet vnus obsessorum iuuenis & audax. Qui(quodam die discreta pugna ex vtraq; parte)omnes despiciens extra portam remansit: & muro stantes alloquebatur: sed illum(capta oportunitate) quidam Aegyptius captum ad Romanorum castra duxit ipsumq; nudum verberibus cedi fecit quod vehementer iudeos confudit & castellum Romanis offerunt reddito sibi Eleazaro: quo cognito multi inferioris ciuitatis fugiunt alijs occisis. Mulieribus vero & pueris in seruitium mancipatis. Ca.xx.Fo.xcj.Pa.j.

¶IARDES(qui & saltus dictus)obsidetur a Basso.

¶Bassus Iardem obsidens equitibus locum cingit: & ne inde fugerant siluā scindi iubet magnoq; belli facto cōflictu nullus iudeorum euasit: ex Romanis duodecim tantūmodo occisis

Et Iudas Gyari filius dux de hierosolyma fugiens diuersus est incloacis. Eoq; tempore Cæsar liberio iudeæ procuratori scripsit vt omnem terram iudeorum vēdat propria & patriam suam seruans: & solis octingentes relictis iudeis Massada ad inhabitādam dedit. Iussitq; singulis annis singulis Binas in captiuorum deferre dragmas. ¶ Antiochum autem apud Cæsaream: & filios censenius accusauit quo commagenam ciuitatem ingresso. Antiochus cum vxore & liberis se purgare volens exijt. & ipso cū vxore: & filiabus fugiente in cecilio filij eius Romanis restiterunt & milites transierūt ad Romanos. Ipse autem vinctus mittitur Romā: Sed eum vespasianus solui iubet magnos eis redditus contribuens. ¶ Alani iuxta Tanaym fluuium degentes mediam inuadentes depopulantur pacoro rege medorū fugiente. Armeniamq; rege capto vastat. Ca.xxj.Fo.xcij.Pa.j.

De ātiquitatibus.

Egesipus.

¶ MASSADA a Flauio obsidetur.

¶ Flauius Siluius (mortuo in iudea Basso) & in amministratione succedēs Massadum castellum fortissimum (quod siccarij) quorum Eleazarus princeps erat (occupauerant) obsedit. Fuit enim tempus illud apud iudeos omnium malicię generum fœcundissimum. Siccarij enim primo iniquitatis auctores. Quod vero iohannes moderatiores monstrauit: & Symon Gyoræ pessimus horum furoris emuli fuerunt Idumei sceleratissimi. Tunc quod id hominum genus (qui Zelotę dicti sunt) viguit qui ex bonorum emulatione nomen sibi imponētes omne malicię facinus imitati sunt. Sed in eos cūcta qui natura hominis possit ferre supplicia diuina voluntate pro meritis congressi sunt. Venit itaq; Romanorum dux contra Eleazarum & siccarios Massadam occupantes: & ne quis fugeret eos circundedit ibiq; nullus fons nascebatur. Ca.xxij.xcij.Pa.j.

li.18.ca.1.

li.5.

¶ Siluius Massadę castelli obsidionem aggessus est maximo labore propter castelli munitionem & situm. Vndiq; enim obrutis atq; altis vallibus omnibus animalibus inaccessibilis cinctum erat. Erat enim iter vnum quod coluber ex angustia celebrisq; flexibus capta similitudine appellatum. Hoc autē castellum prius a Ionatę pōtifice ędificatim quod hērodes postea magno studio per gyrum muro cinxit & viginti septem turres & regia intermœnia ędificauit: & verticem (cum esset secundus) rex culturę destinauit. Ibiq; balnearum varia erat constructio: magniq; in scopulis putei circa regiam & turres. Intus autē munitio & alimenta quę centum annis propter loci naturam manebant incorrupta. Iumenta insuper pro decim milibus virorum arma. Illud enim castellum Hærodes ad refugium duplex suspicatus periculū sibi præparauit scilicet a iudeis & maximum a Cleopatra. Vnus enim tantum aptus obsidioni vbi Siluius machinas iussit applicari: cui siccarij multum resistunt; sed & murum igne capere tentauit multis ictus iactis facibus. Ca.xxiij.Fo.xciij.Pa.j.

¶ Eleazarus nullum salutis modum excogitans omnes sibiipsi mortem inferre hortatus est. Hic enim exhortatiuam ad socios habuit orationem vt combusta vrbe seipsos interficiāt magis q̄ seruituti Romanorū subijciantur. Nichil (inquit) castelli inexpugnabilis natura neq; alimentorum copia aut armorum multitudo sine deo prodest ad salutem. Primo enim castellū & pecunias exurere monet & alimēta relinquere sola pro voluntariæ mortis testimonio; cui quidem consentiebatur alijs mortem refugientes lachrymis voluntatem significabāt Quos cum vidisse Eleazarus formidine frangi orationem reiterat multo repletus spiritu animę immortalitatem ostendens. viuere enim ait calamitas est: & mors animabus præstaret libertatē animę enim mortali iunctę corpori mortuę sunt. Iudeorum itaq; asserit sapiētes mortem desiderasse & vitam quasi inuitos sustinuisse. Arguit etiā Romanos non virtute iudeos vicisse & in dulcis locis iudeorum cedes commemorat. Sed & Romanorum adducit crudelitatem predixitq; ab ipsis inferenda supplicia. Ca.xxiiij.Fo.xciij.Pa.j.

li.5.c. 54.

¶ Iudæi itaq; Eleazaro oratione accensi seipsos interfecerunt festinantes vt hostis pręueniretur. vniuersaq; bona cocremauit. Sorteq; decem omnium percussoribus electis omnes parato animo se mactandos prębebant. Et omnibus occisis illi decem sortis legem in sua morte statuerunt. Sic deniq; omnibus occisis vnus nouissimus circumspecta multitudine mortuorum ne quis forte superasset vbi omnes peremptos cognouit regia incensa gladio transfigēs

li.5.c

ꝓ.sco. De iudai. bel.

occubuit. Latuerunt tamen duę mulieres altera Eleazari cognata cum quinq; puęris in cuniculis aquę omnibus alijs peremptis: qui erant cum mulieribus & paruulis nogenti sexaginta numero decimaquinta aprilis. Romani vero manu muros scalis aggrediẽtes neminem hostium inuenerunt sed mulieres arietis ictu pulsę ex cloacis exierunt rem vt erat iudicãtes mirantibus Romanis mortis contẽptum & peracto excidio siluus cum exercitu recedit in cęsaream. Totaq; sic iudea bello subuersa est. Quidam autem iudeorum transfugę in Alexãdria libertatem defendere conati sunt: iudeiq; aduersis sicarios Romanis satisfacientes impetum facientes sexcentes statim cœperunt & alij redacti sunt. Quorum maxima fuit duricia omnibus ammiranda. nullo enim tormentorum genere (vt Cęsaream dominum appellarent) cogi potuerunt. Maxime vero puerorum nec earum quisq̃ vt dominum Cęsarem nominare commotus est. Ca.xxv. Fo.xcv. Pa.j.

Anti.li.5. ca.2.sup. li.1.capi.1.

¶ Lupus Alexandrię rector inquietum Iudeorum circa res nouas Imperatori retulit qui veritus ne in vnum rursus cõgregarentur templum iudeorum pręcœpit destruere. Onias enim Symonis filius vnus ex pontificibus concedenti Ptholomeo prope Nemphym dissimile vero hierosolimitano sed turrim silem ędificauit. Ornatus quoq; templi pter cãdelabrum similis erat Hic enim Onias non bona voluntate templum hoc construxit: sed hierosolimitanorum odio quod ante nongẽtis septuaginta annis Esayas ꝓpheta prędixerat Lupus itaq; ablatis quibusdam donarijs templum clausit quo mortuo Paulinus eius successor nihil in eo reliquit nec diuini cultus permisit vestigium. Tempus autem vsq; ad templum clausum a cõditione fluxerant trecenti anni quinquaginta tres. Ca.xxvj. Fo.xcv. Pa.ij.

¶ Ionathas ex Iudeis nequissimus imperitorum multos sibi sociãs perduxit in solitudinem: quem cyrenensum iudeorum pręstantiores catulo pręfecto accusant qui missis militibus facile eos compręhendit inermes & multis eorum occisis fugit Ionathes: sed quęsitus adducit ad catulum. Qui catulo impietatis prębens occasionem iudeorum locupletissimos falso consilij auctores fuisse accusat. Vnde catulus impijssimus Alexãdrum (quem diu odio habuerat) cum vxore occidit: deinde tria milia virorum (qui diuites erant) trucidauit. Catulus quoq; (vt eius lateret iusticia) accusationem etiam contra probatissimos Iudeorum apud Alexãdriam & romę degentium (quorum Iosephus (qui hęc scripsit) vnus erat) per Ionathem confixit. Vespasianus vero veritatem suspicatus illos Tyti studio liberauit: & Ionathem prius verberatũ vnum fecit concremari. Catulus autem ꝓpter iniusticiam terribiliter morbo vexatus intestinis exhaustis mortuus est. Ca.xxvij. Fo.xcvj.pa.j.

¶ Explicit Tetramonon ex Josephi Judei: biblie historie scolasticæ: & Egesippi christiani Epithomatibus conciliatum: per venerabilem Magistrum Robertum Goullet artium & theologię doctorem eximium.

¶ Epithomata seu compendiosa argumenta singulorum capitum duorum librorum Iosephi Iudei de Antiquitate gentis Iudaicę.

¶ Iosephus qui antiquitatum libros: quinq; milia annorum tempus continentes: gręco conscripsit sermone. Iudeorum genus vetustissimum ꝓbare conatur & Iudeos accusat mẽdacios omniaq; gręcorum noua esse & apud eos iuniorem historię diligentiam fuisse sed apud Aegyptios Caldeos & phœnices asserit antiquissimam. hi enim temperatas habitantes regiones diligenter sua facta conscripsere. Gręci autem litterarum vsum sero habuerunt apud quos Homeri poema vetustissimum est. Troianis enim rebus (vbi tot annis militatum est) modernarum litterarum non fuit vsus. Gręcorum quoq; primi philosophi caldeorum fuerunt discipuli. Nulla enim illis firma scientia. sed solum scrupulosa opinio & ex eisdem rebus inter ipsos contraria cuius erroris duas assignat causas. quia scilicet eis ab initio studium nõ fuit pu

blicas de his quæ semper agunt ꝓferre conscriptores & laudis maxime fuerunt cupidi. Ca.j. Fo.xcvij.Pa.j.

¶ Aegyptij Babilonij atq; iudei soliciti fuerunt & diligentissimi circa historiarum cōscriptiones. Vnde apud iudeos multa integritate seruatum est sacerdotum nuptias secūdum eorum antiquam lineam cōprobare: quoꝝ successio duobus milibus durauit annis. Certissima quoq; est iudeorum conscriptio ꝓpter diuinam inspirationem: librorūq; ordinem qui solum sunt viginti duo. omne tempus complectentes quorum quinq; Moyses & alios vsq; ad Artaxarxem sancti prophetę conscripserunt. Multi itaq; iudeorum ꝓpter legis conseruationem multa passi sunt tormenta. Sed gręcorum nullus ꝓpter suam quicq̄ passus est: cū ex cōscribentiū pertineat voluntate. Multa quoq; in describēdo iudaica bella gręci mentiti sunt. Iosephus vero quia omnibus interfuit dux galileorum veram cōscripsit historiam & imperatores (quibus libros obtulit) testes ꝓducit. Libros autem antiquitatum ex sacris voluminibus dicit se fuisset intentatum. belli vero historiam (aut quia multarum operationū operator fuit aut inspector) veraciter conscripsisse. Ca.ij. Fo.xcvij. Pa.ij.

¶ Iosephus aduersus græcos disputat qui iudeorum nouellam dicunt conuersationem eo q̄ de illis (vt dicunt) nihil in eorum conscriptionibus reperiatur huius causam assignat. Iudeorū enim conuersatio procul a mari ab omnibus semota est populis: quare hi nō fuerunt cogniti sicut alię nationes: quę mercimonijs alijs cognitę fuerunt: vt phœnices / & ægyptij. habitantes enim procul a mari multis tēporibus ignorati sunt: vt Romani quorū fama sero venit ad gręcos. Loci enim distantia causa est ignorantię. Gręci autem suę antiquitatis vicinas adducunt regiones. Iosephus vero ægyptios & phœnices inimicos per se & primum Manethonē ægyptium ꝓducit testem qui iudeorum in ægyptum ingressum & exitum describit castores ipsos appellans & quandoq; captiuos. Antiquis enim iudeorum ꝓgenitoribus pascere mos erat: qui pascualem habentes vitam pastores appellabātur. Quia; ioseph Regi se captum dixit ideo captiui sunt vocitati. Iteratum insuper Manethonis adducit testimonium qui populi pastorum egressum de ægypto sub Themuse rege in hierusalem describens eorum antiquitatum manifestat & eos trecentis quadraginta tribus annis ægyptū habitasse anteq̄ danaus venisset ad argos. Ca.iij. Fo.xcviij. Pa.ij.

¶ Iosephus pro suę gentis probanda antiquitate phœnicum ꝓducit testimonium quibus in memoria fuit templi a Salomone constructio anteq̄ Tyrij Carthaginem construerent: apud quos litterę Salomonis ad iranium (qui in biblia hiram est appellatus) seruantur. Dyoneq; apud eos famatum historicū adducit testem: qui mutuam Salomōis & ironij familiaritatē & amicitiam describit; insuper & Menandrū Ephesum qui singulorum regum cōscripsit actus ab iranio enim vsq; ad Didonē centum quinquaginta quinq; anni & menses octo. & ab edificatione templi vsq; ad constructionem Carthaginis centum quadraginta tres anni & menses octo. Caldeorum etiam historiam (quę multum cum sacris concordat voluminibus) producit: verba Berosi allegans qui de diluuio hominum corruptione archa: & de Noe generatione vsq; ad Nabunassarum historias scripsit. Nabugodonosor quoq; in constructione Babilonię magnificentiā ponit: quam postea Cyrus victor cōpręhendit. Ca.iiij. Fo.xcix. Pa.ij.

¶ Iterato phœnicum testimonio Iosephus testes etiam gręcos ꝓducit. & primo Pythagorā qui (licet nullam reliquit cōscriptionem) iudeorum tamen Zelatus est leges. & multas ī suam transtulit philosophiam. Theophrasti Hęrodotiq; & Cyrilli poetę antiquissimi affert testimonium: sed & Clearchi Aristotelis discipuli qui belli Ptholomei contra Demetrium meminit: Hecateum quoq; ad Hierusalem circuitum & habitantium narrauit multitudinem: meminit quoq; augurij auis a Mossolano iudeo occise dicente. Hęc enim suam nesciens salutem itineris salubritatem alijs non potuit indicare. Ponit quoq; Agitarchidis verba de iudeoꝝ ciuitate: & eorum moribus circa sabbati obseruantiam. Hieronimum insuper Antigoni regis amicum ꝓducit. Plurimi itaq; quia sacrę lectioni non incubuerunt iudeorum cognouerunt antiquitatem. Ca.v. Fo.cj. Pa.ij.

¶ Iosephus maledicta cōtra genus suum falsa nitit̄ ostendere: qm̄ multi ꝓpter inuidiam maliciam verbosam nouitatem & vanam gloriam veritatis historię distrahunt & iudeorum cō

uersationi Iudeorum enim abuentum in Aegyptum & regressum ęgyptij inuidia excecati & odio negauerũt. Sed Manethon Iudeos ab Aegypto abhominatione fuga dilapsos sibi ipsi contradicens mentit: pluraq; cõfingens Moysem primo Orsasiphas dicit fuisse vocatũ Omniaq; ista mendacia ratione impugnat Iosephus. Ca.vj. Fo.cij. Pa.j.

¶Explicit Liber Primus.

Incipit Liber Secundus contra Appionem.

¶Iosephus dicenda dictis continuans Appionis scripta detractionem contra Iudeos continentia improbat. Hic enim iudeos Alexandrinos fuisse vocatos increpat dignitatem (quam impetrare prohibitus est adipisci) calumnians: Iudei enim pro Heratei testimonio propter fidem eorum & mansuetudinẽ ab alexandro Alexãdrię ciuitatis iure ciuilitatis honorati sunt. Quibus etiam Ptholomeus Lagus eorum fidem & fortitudinem cognoscens ægyptiaca castra cõmisit gubernanda: Post hunc Ptolomeus Philadelphus non solũ captiuos Iudeos absoluit: sed & pecunias eis cõdonauit & leges eis cognoscere desiderans destinari viros (qui leges ipsas interpretarent) rogauit. Tertius quoq; Ptolomeus (qui vocatus est benefactor) fortiter Syriam obtinens non dijs ægyptiacis pro victoria: sed veniens Hierusalẽ multas hostias iudeorum more gratificauit Philometor quoq; & eius vxor Cleopatra Regnum commiscere Iudeis & duces militię fuerunt Onias & Dositheus Iudei: quorũ nominibus derogat Appion cum potius deberet venerari quia regibus fideles fuerunt: & eis gratias agere quoniam liberauerunt alexandriam. Testis enim eorum iustitiæ est deus Nam Phiston Ptholomeus cum aduersum Onię exercitum pugnaret omnes Iudeos ĩ ciuitate positos cum filijs & vxoribus capiens nudos ac vinctos elephantis subiecit lacerandos: sed conuersi elephanti Regis interemerunt amicos. Ca.j. Fo.ciij. pa.ij.

¶Appion omnium calũniator Iudeos propter bellum contra Ptholomeũ Phistonem accusat cum eos potius deberet laudare: & pro eorum fidelitate contra ipsum Iosephus affert testimonium & eius obiectioni: quare Alexandrinorũ (cum sint alexandrię deos ciues nõ adorauit) Respondet cum etiam ipsi ęgyptij secundum variam opinionum diuersas adorent bestias naturę contrarias ipse autem Appion contra iudeos incipit seditionẽ imaginum autem apud alios iudeis (his omnino etiam dei imagines ꝓhibent) institutionis rei per imaginem repręsentatę causa fuit honoris exhibitio. Ca.ij. Fo. ciiij pa.j.

¶Iosephus Appionis fautores vt possidoniũ & Appolonium increpat: qui tẽplum blasphemantes iudeo asini caput ibidem mentiunt adorare: & Anthiocũ illud ex auro compositum (cum ipsum templum expoliauit) affirmãt inuenisse: contra quos pro templi honestate/ polybium Strabonem Nicholaum damascenum/ Timagenem/ Castorem & Appolodorũ testes ꝓducit: qui omnes Antiochum auro argentoq; plenum tẽplum dicunt spoliasse. Neq; Iudei asinis honorem neq; potestatẽ aliquam dant sicut ęgypti Crocodillis & aspidibus quas adorant: Sed sacrilegum Antiochum excusare volentes multa contra templi honorem sunt mẽtiti: quorum Appion prophęta fixit ipsum in templo lectum inuenisse & iacẽtem hominem mensamq; multis cibarijs refertum: illumq; hominem gręcum iacentem ab Antiocho libertatem petiuisse & annis singulis imponit dixisse iudeos gręcum saginatum occidere & immolare & ex visceribus gustare & in immolatione gręci cõtra gręcos cõiurare in inimicitias. Sed ad fabulam Respondet Iosephus cum iudei non solum aduersus græcos legum discordiam habeant sed aduersos ęgyptios & plurimos alios & tamen nichil tale aduersos vllum cõmittitur; nec etiam tantis iudeorum milibus degustanda sufficiat viscera: insensati itaq; non verbis sed operibus sunt arguendi Templi namq; integritas & mundicia in porticum custodia manifestantur atq; maxima circa illud ꝓuidentia cum neq; aliquod vas liceat portare in templum. Capi.iij. Fo.ciiij. Pa.ij.

¶Aliam finxit fabulam Appion Zabidonem dicens lucernifera: asini caput habẽtem ĩ templum venisse (obstupescendibus inopinabiliter visione iudeis) & rursus doram velociter ad

uenisse quod falsum auctor manifestat. Quia loca quę nō sunt scribit & ciuitates nescieś trāsfert: & iudeos (eo ꝙ cōmunes cum alijs deos non habeant) accusat & ad se ventrum Appolinem & cum stellis super terram eum ambulare credidisse. Nullus enim lucernam videt neq; ambulanti obuiauit. Ianuarum quoq; templi tanta erat quātitas vt nō minus q̄ a ducentis viris cladebantur. Multiq; gręci Iudeorum leges venerati sunt: quorum quidem permanserunt alijs recedētibus. nullusq; hoc meminit Sed solus appiō hęc adinuenit ipse enim nouus fuit Iudeorum accusator malorum. apud ęgyptum gestorū oblitus. ægyptij enim Perses a macedonibus nichil a famulis differentes. Iudei vero. Ca. xx. annis principatum tenuerunt. Appinionem quoq; irridet qui alexandrinam beatificat. quia se communem habere meruit dicens illum opportere testem esse sui qui alium non habet. Accusanti se insuper Appion Iudęos quia suillis non vescuntur carnibus & in genitalibus circūcidunt. Respondet Iosephus animalium communem omnibus esse immolationē. Nec ꝓpter hoc mūdum (quod expauit Appion) animalibus desolandum: ꝑceptaq; ab initio fore dicit deos colere & diligere sapiētiam: & hęc maxime adimplent qui circunciduntur & porcinis abstinent cibis. Appion itaq; suas ignorans leges de iudeorum legibus mentitus est & circūcisus putrefactus expirauit doloribus. Ca. iiij. Fo. cv. Pa. ij.

¶ Iosephus appolonium molonem & Lysimachum & nōnullos alios reprehēdit qui tam ꝑ ignorantiā q̄ per insaniam Moysi legislatori tanq̄ mago derogantes leges iudeorum: nullius malicię nulliusq; virtutis dixerunt esse doctrices. Appolonij vero dispersa est accusatio. Hic enim iudeos aliquando sine deo esse hominibus odiosos appellat aliquādo eis formidinem improperat: Aliquādo superbiam impingit ipsosq; barbaris affirmat stultiores: legislatorem autem moysem super cęteros legislatores gręcos (apud quos legis nomen nō fuit cognitum) extollit laudibus. Legislatores enim gręcorum fallaces sunt. infinitęq; sunt eis legum differētię sibi inuicem repugnantes. Moyses vero deum æternum omnium gubernatorem legibus suis colere docuit. Pytagoras quoq; Anaxagoras Plato & Stoici diuinam cognouerunt naturam. Capi. v Fo. cvj. Pa. ij.

¶ Duo moralis disciplinę modi: quorum vnus sermone doctor est alter excitatione morum quos moyses ambos multa diligentia complectitur: cęteri vero legislatores vnum assumentes alterum reliquęrunt sicut lacedęmonij & croetes moribus erudiebantur non verbis Athenienses vero & pene omnes alij gręci quę oportet agi suis legibus pręcipiebant. assuescere vero ad hęc operibus minime valuerunt. Præcepit autem moyses semel in hebdomada relicto opere populum ad legis auditionem congregari. quibus itaq; iudeus interrogatus facilius legem q̄ nomen suū recitabat. nullusq; eorū de deo sermones audet ꝓferre contrarios: nihilq; nouum vel his quę antiquitus sancita sunt contrarium fas est illis cogitare. diuinę enim legis integritas sacerdotibus est cōmissa: nullusq; sanctior est principatus cuius populus sit ad pietatem pręparatus. opera autē diuina omnibus sunt manifesta vniusq; de templum est vnum hunc placant hostijs sacerdotes quorum primus secundum genus deo custodit lege de dubijs iudicans & punit lege conuictos. Ca. vj. Fo. cvij. Pa. i. & ii.

¶ Lex matrimonium filiorum procreādorum causa instituit: vbi mulier viro est inferior omnem autem aliam prohibet hominum permixtionem. adulteriumq; sub pœna mortis prohibetur. neq; ī filiorum natiuitatibus epulationes aut ebrietatis occasiones permittit: sed filios iubet erudiri. Mortuos quoq; iubet sepeliendos honor parentibus post deum exhibendus: & qui eos contristat est lapidādus. Arbiter munus accipiens morte moriatur mutuans vsuras non accipiat: recipiendi quoq; in legum cōmunicatione aliam lex erga hostes docet clementiam mors in pluribus causis pœna est transgressoribus. Similiter lex est ineuitabilis ī seruis mensuris ponderibus ac de iusta venditione iudęi itaq; pro legis cōseruatione alacri animo passi sum mortem. Ca. vii. Fo. cviii. pa. i.

¶ Plato philosophię apud gręcos mirabilis de repu. conscribens pene pemptus: de deo verā ꝓpter plębis ignorantiam dicit non esse securū proferre opinionem. Iudęorum autem respublica amplius duobus milibus annis ante lacedęmonios fuit. Qui propter rerū mutationes pene suarum legum obliti sunt iudęis nullo modo a suis legibus alienatis prumpti enim sem

per fuerunt iudei in obseruandis legibus qu[illegible]m mos erat propria custodire non aliena accusare. Inuehit etiam Iosephus in poetas qui quos voluerunt deos posuerunt di[illegible]ersis natiuitatibus procreatos alterum fabrum textricem quę deam[illegible]q[illegible]osdam ephœbos alios senes confingentes. adulterium quoq; deorum mentiuntur in cœlo Quorum quidem errorum causa f[illegible]it viri dei ignorantia & data poetis mentiendi & pictoribus fingendi facultas. Ca.viij. Fo.cviij.Pagina.ij.

¶ Iosephus appolonium stultum vocat dicens veros philosophos de deo cum Iudeis concordes in opinione. vnde plato moysem incitatus nullum poetam in repu dicit recip[illegible]ēdum Athenienses vero communem omnibus suam ciuitatem gloriantes pręter illorum legem de dijs loquentes grauiss[illegible]me punierūt. Socrates namq; quia nouum deam referebat veneni poculo mulctatus est. Anaxagoras quoq; quia solem (quem colebant deum atheniēsium) insensatum dicebat: morte damnatus est. Pythagoras etiam dubium de dijs conscripsisse accusatus nisi fugisset occidebatur Scythę similiter anatharsim philosophum interemerunt quoniam deorum grecorum plęnissimus ad eos venisse dicebat. variam itaq; auctor gentilium arguit fatuitatem. Ca.ix. Fo.cix. Pa.ij.

¶ Plurimi legislatores malignis hominibus absolutiones maloꝝ dederunt. lex vero a iudeis vsq; ad mortem seruatur. Et vetustas temporis ver[illegible]ss[illegible]ma omnium sit probatio. hic concludit Iosephus legem moysi super omnes optimam quę omnes obligauit: sed & hic ipsius legis fecit mentionem vt de ea impudenter loquentes arguat: & cum ipse leges de se ferant testimonium ꝙ pie sunt bellum pro auaricia nescientes opus suum contra appiones & melones terminat mendaces. Ca.x. Fo.cx. Pa.j.

¶ Expliciūt epithomata singulorum capitum duorū librorum Iosephi Iudei/ contra grecos & Appionem Alexandrinum de Iudeorum antiqua origine: per prefatum Magistrum Robertum Goullet artium & Theologię doctorem eximium collecta.

Sequitur compendium de sex etatibus seculi: orbis descriptione: & regnorum initijs: regumq; successionibus ab eodem eximio sacre theologię professore Magistro Roberto Goullet ex diuersis auctoribus concilia- tum pro perfecta sacrarum histo- riarum & peregrinarum cognitione q̄ ma- xime necessa riam.

Compendiū de sex etatib⁹ seculi in quo (preter christi genealogiam (multa scitu dignissima continentur, breuis scilicet cosmographiæ recollectio. & omnium ferme regnorum origo successio & finis quiq; reges in illis/ & quot annis regnauerunt. Illi presertim quorum sacricodices: ac Iosephus noster meminerunt. M.R.Goullet.

CVm hebrei aduersus ferme omnigenas hominum nationes varijs fuerunt bellis exercitati hinc omnium regnorum originem. regum quoq; successiones nomina & annos vsq; ad nostri Iosephi tempora: sed & aliqualem orbis descriptionem necnon regionum prouinciarum & pricipalium ciuitatum (q̄tum ad presens opus sufficere visum est) caodunaui prout a sacris didici codicibus & in antiquorū libris Augustini Hieronimi Chrisostomi Eusebij Cesarieñ. episcopi Rabani Bede Orosij Isidori Hugonis de sancto victore: plurimorumq; aliorum catholicorū doctorum. Item Berosi Caldei/ Maronis Aegyptij/ Philonis iudei/ Strabonis Plynij/ Plutarchi/ Iustini/ Titi lyuij Lucij flori & multorum aliorum scriptis iueni) Huic operi (vt ipsius Iosephi dilucidior sit historia) adijcere cōstitui. Si prius tamen iudeorum genealogias ab Adam p patriarchas/ iudices/ reges/ & sacerdotes ascendendo ad christum/ qui de medio eorum (vt iādudum moyses predixerāt) nasci secundū carnem voluit) texuerim. Sicut enim deus vniuersum orbē & omnia quæ in eo sunt sex diebus fabricauit. Ita sex etatibus mundū cōsumabit. Nos enim sumus (.i.Cho.x. memorante paulo in quos fines seculorum deuenerunt.

Deute.18.

j.Chor.x.

MVndus ergo añ oēm diē (inqt Hugo de sctō victore) factus sex diebus formatus tribus prius dispositus & tribus sequentibus ornatus ¶ Prima die facta est lux

¶ Secūda die firmamentum aquas superiores ab inferioribus diuidens.

¶ Tertia die congregate sunt aque/ que erant sub ter firmamētum in vnū locum & apparuit arida.

¶ Ecce quattuor elementoꝝ dispositio cœlū sursum expāsum aer serenatus. Aque in vnū congregate deinde terra. ¶ Sequitur ornatus.

¶ Quarta die facta sunt luminaria in ornamētum cœlorum Sol/ Luna & Stelle.

¶ Quita die facti sunt pisces de aquis ad ornamētum aquarum/ volucres ad ornamentum aeris.

¶ Sexta die facta sunt iumēta bestie: & cetera animātia ad terræ ornamētū & nouissime factus Adā in cāpo damasco: & Eua i paradiso terrestri a quo ꝓpter pctm̄ eiecti sunt i hac lachrymarū vallem.

¶ Septimo die requieuit deus ob omni opere qd patrarat.

Prima etas seculi ab Adam vsq; ad diluuium.

ADam secūdū Isidoꝝ.li.v.ca.xxxix. & septuagita duos interpretes genuit Seth anno etatis sue.ccxxx. secundū vero hebreos & Bedam anno. cxxx. Omnes anni eius sūt nongēti trigita. Seth.cv.genuit Enos/ omnes an.dcccc xij.

¶ Enos.xc.genuit Caynam: omnes an.dcccc v.

¶ Caynam.lxx. genuit Malalehel omnes anni. dcccxcv.

¶ Malalahel.lxv.genuit Iared: oēs anni. dcccxcv.

¶ Iared.clxij.genuit Enoch: oēs an.dcccclxij.

¶ Enoch.lxv.genuit Mathusale: & translatus est anno vite sue.ccclxv.

¶ Mathusale.clxxxvij.genuit Lamech: omnes anni.dcccclx.

¶ Lamech.clxxxij.genuit Noe omnes anni. dcclxxvij.

¶ Noe.ccccc.genuit Sem & diluuiū fuit anno etatis sue.dc. & anno etatis Sem.c.

¶ Hic terminatur prima etas per decem generationes continēs secundū hebreos & Philonem iudeum. M.dclvj. sed secundum interpretes & Isidorū. bis mille.ccxlij. Augu. vero ponit.M.M.cclxij. Et Iosephus.li.j.ca.v.M.M.dclvj. Hie. autē nō cōplet duo milia.

Secunda etas a diluuio vsq; ad Abraham.

224.

NOe & tres filij sui Sem Chā & Iapheth cum vxoribus soli post diluuium superstites hominum generationem restaurauerunt. Nā ex his secundum Augu.xvj. de ciuitate dei.ca.vj. & Isidorum.li.ix.ca.ij. due & septuaginta ꝓdiere gentes: quia lingue totidem teste Isidoro per terras esse cœperunt: quæ crescēdo prouincias & insulas impleuerunt licet multorum filij non commemorentur vt Ionici & alioꝝ quos Noe post diluuium genuit qui nascēdo alijs tribubus accesserunt: nullam ex se gentem facientes. De Sem enim primogenito.xxvij. de Cham.xxxj. & de Iaphet quindecim descenderunt generationes que vniuersum orbem habitauerunt.

¶ Generatio Sem et populi ab eo descendentes.

¶ Filij Sem primogeniti Noe sex fuerūt: e quibus quinq; prodiere gentes.

Filij

¶ Elam primogenitus Sem a quo Elamite principes persidis.

Elam popu

¶ Assur secundus: a quo Assyriorum pululauit imperium.

Assy

¶ Arphaxath.iij. a quo gens Caldeorum orta est

Cald

¶ Luth alias Lidi. iiij. filius Sem a quo Lidij vel

Lidi

Luthei Lutheí populi.

Syri. ℂAram.ii.a quo Syrij quorum metropol damascus. Filij Aram nepotes Sem fuerunt quattuor.

Hus terra Iob. ℂHus traconitidas conditor inter palestinam & celostriam: vnde fuit Iob.

Armenij ℂHul.ij.filius Aram: a quo Armenij.

Carmani. ℂGether.iij.a quo Carmani & Carmania prouincia ortum habent.

Meones. ℂMesa alias Mersam.iiij.a quo Meones

ℂPosteritas Arphaxath filij Sem i recta linea describitur quia de eo hebrei (a quo Christus & prophetę orti sunt(processerunt.

ℂGenerationes itaq; a Sem descendẽtes possederunt terram meridianam ab oriente vsq; ad phoenices sub linguis.xxvij.

Generatio cham & populi ab eo descendentes.

Filij.Chā, æthiopes. ℂFilij Chā quattuor a q̃bus ortę sũt gẽtes q̃ttuor.

ℂChus a quo æthiopes scdm Iosephũ & Isidorū sunt ꝓgeniti: qui primo Chutei appellati sunt.

Ægyptij. ℂMesraim.ij.filius Cham a quo ęgyptij perhibẽtur ex orti qui quidem ab hebręis Mersei vocati sunt & ægyptus Mersa.

Libici. ℂPhuh.iij. filius Chā a quo (vt Iosephus scribit) Libici alias Libij populi dicti sunt: vnde & Mauritanię fluuius Phuth dicitur & regio Phuthensis.

Chananei. ℂChanaam.iiij.filius a quo Chananea regio quæ nunc iudea dicta est: & Chananeorum decem gentes & Aphri & Phoenices sunt appellati.

ℂFilij Chus nepotes Cham filij Noe.

Saba & Arabes. ℂSaba.i.a quo Sabei dicti sunt & hi (vt Iosephus scribit & Isidorus) Arabes Saba nũc arabia dicitur.

Getuli. ℂEiulath.ij. a qua getuli i parte remotioris aphricę habitãtes: qui & quandoq; eiulei sũt appellati.

Sabathei. ℂSabatha.iij.a quo Sabatheni qui nunc a gręcis Astabari appellantur.

ℂRegma vero & Sabathaca dedam & Chuza Nẽroth gygas qui primus tyrãnidẽ exercuit filij Chus paulatim teste Isidoro antiqua prodiere vocabula: Ab his tamen vt inquit Iacobus Bergomensis quędam ęthiopicę gentes descendisse putantur in occidentali plaga habitantes.

ℂFilij Mesraim secundi filij Cham septem ex quibus septem nationes prodiere.

Lydi ppli ℂLydim primus a quo Lydi populi a quibus Lydia prouincia dicta est.

Philistiim ℂCesloim.ij. a quo philistiim quos veteres Allophilos: Iosephus vero & moderni palestinos vocãt a quibus palestina est appellata in Syria/arabię vicina prius a Philistea vrbe metropoli quę postmodum (vt Plinio placet) Gaza dicta est.

ℂAnamin quoq; & laabin Thusim Cellũ ac alios Mesraim genuit filios quorum sex nationes ignotę habentur: quę bello æthiopico (vt inquit Isidorus) subuersę vsq; ad obliuionem pręteritorum nominũ peruenerunt.

Filij Chananei.xj. ℂFilij Chanaam vel Chananei vndecim: ex quo Chananeorum decem gentes quorum terram (his per Iosue eiectis) iudei possiderunt.

Sydones. ℂSydon primogenitus a quo Sydones & Sydon vrbs in Phoenice.

Ethei. ℂEth.ij.a quo Ethei populi.

Iebuzei. ℂIebus.iij.a quo Iebuzei quos Dauid a Hierusalẽ expulit.

Amorrei. ℂAmorreus.iiij.a quo Amorrei.

Gersei. ℂGergesenus vel Gerseus.v.a quo Gergesei vel Gersei.

Enei q gabaonitę. ℂAeneus.vij.a quo ęnei dicti sũt.gabaonitę a Gabaon ciuitate dicti.

archades. ℂAracheus vel Archeus.vij.qui Archas condidit oppidum in radicibus Libani.

Asenei ℂAsencus vel ausseus.viij.a quo asenei vel aussei.

Aradij. ℂAradius.ix.a quo aradij qui aradum insulã possederunt.

Samarites. ℂAmareus.x.qui & Samarites dictus est a quo in Syria nobilis ciuitas (quæ æolis dicitur) nomen accepit.

Amaritæ. ℂAmatheus.xj.filius Chanaã a quo amatitæ qui amathus insulam possiderunt.

ℂHeę sunt gentes de stirpe Cham quę a Sydone vsq; ad Gaditanum froetum: omnem meridianam partem tenent quę sunt patrię trecentę & nonaginta quattuor sub linguis.xxxj.

Generatio Iosepth et populi ab eo descendentes.

ℂIapheth.iij.filius Noe: septem genuit filios quorum primus.

Galathę qui Galli ℂGomer a quo Gomoritę quę postea Galatę sũt nuncupati.i.Galli secundum Isidorum.

Scythę. Gothi. ℂMagog.ij.a quo arbitrantur Scythas & Gothos traxisse originem.

Medi. ℂMedai alias Medar.iij.filius a quo Medorum gẽs processit & media regio.

Iones. ℂIanan.iiij. Iones gręcos cõstituit a quibus mare Ionium Ionia regio gręcię est.

Hyberi q̃ Hyspani. ℂTubal.v.filius a quo Hyberi qui & hyspani.licet (vt ait Isidorus(alique ex eo etiam Italos suspicentur.

Capadoces. ℂMoloch.vj.a quo capadoces vnde & apud eos Melcha ciuitas dicitur Capadocia quoq; Regio a Romanis Cæsarea fuit nuncupata.

Traces. ℂTyras deniq; septimus Iapheth filius a quo Traces quorum non satis dimicatum est nomen quasi Tyriaces.

Sarmathę. ℂFilij Gomer nepotes Iapheth Assenes vel Ascanes a quo Sarmatæ quos Tartaros nunc appellamus.quosq; Gręci Reginos vocant Hi quippe Scytharum genus sunt.paludes meotidos habitantes.

Riphei a qbus Troiani.

¶Rapha alias Riphath.ij. Gomer filius a quo Riphei q ab Isido. paphlagones dicūtur & ab eo Troiani processerunt.

Tigramei qui Phryges.

¶Gotorma alias Tergoma vel Tygram.iij. filius Gomer a quo (vt Iosephus ait) Tygramei qui & phryges a grecis nuncupantur phrygia regio.

¶Filij Ianam nepotes Iapheth quattuor.

Helisei grecie olij

¶Helysim primus a quo Græci helisei qui postea Aeolij Aeolia prouincia.

Cilices q Tarsenses

¶Tarsis.ij. a quo Cilices (vt Ioseph9 arbitrat emerserunt. vnde apud eos Tarsis Metropolis est.

Cithei q Cyprij.

¶Cethim.iij. filius a quo Cithei. i. Cyprij. a quibus hodie & vrbs Cithium nominatur.

Rhodij.

¶Dodani.iij. filius a quo Rhodij & Rhodus insula dicta est.

¶Hę sunt gentes de stirpe Iapheth: a Tauro monte ad aquilonem mediam partem Asię: & omnem Europam vsq; ad occeanum Britannicum ducentas patrias sub linguis & gentibus quindecim possidentes nomina gentibus & locis sua relinquentes. de quibus postea (vt ait Isidorus) plurima sunt mutata aut a locoru3 regibus aut ab ipsis locis aut etiā ab incolarum moribus. Cętera autem permanēt vt fuerunt ita vt hodie appareat rationabiliter vnde deriuata fuere sicut ab Assur Assirij: & ab Heber hebręi de quibusdam vero ratio non apparet vt ægyptij a Mesraim filio Chā & ætiopes a Chus exorti nulla resonat vocabuli origo.

¶Noe. post diluuium vixit. cccl. añ. omnes an. eius dcccccl.

¶Sem anno.ij. post diluuium. etatis suę. cij. genuit Arphaxath. omnes an. eius. dccij.

¶Arphaxath. cxxxv. gēuit Sale oēs an. cccccxxxiij

Iudi qui Sarmathe.

¶Sale a quo scd̄m Iosephum Sarmatę qui & Iudi ꝑdiere. cxxx genuit Heber omnes an. cccclxxxiij.

hebręi.

¶Heber a quo hebręi dicti sunt in cuius familia teste diuo Augustino lib. xvj. de ciuitate dei. cap. xj. dum lingue diuiderent hebręa quę antea vna erat remansisse dicitur & propter linguarum diuisionē

Diuisio linguarum.

filium Phalech nominauit quē āno etatis. cxxxiiij. genuit. cuius omnes anni. cccclxix.

Bactriani

¶Heber quoq; alium habuit filium nomine Iectā cuius Moyses meminit a quo secundū Isidorū Bactriani licet eos alij Stytharum exules suspicentur.

¶Hic Iectam duodecim filios habuit.

Helmodach.j.	Iared.vij.
Saletha.ii.	Hebal.viii.
Aphormoth.iij.	Abimael.ix.
Iare.iiii.	Ophir.x.
Azaram.v.	Eiula.xi.
Vzaldedas.vi.	Ioab alias Iubal.xii.

Turris Babel.

¶Phalech (in cuius tēpore turris Babel. edificatur) cxxx. habuit Ragau & oēs añ. ccxxxix.

¶Ragau seu Reu. cxxxii. genuit Seruch om̄es anni. ccxxx.

¶Seruch. cxxx. genuit Nachor om̄es an. cxlviij.

¶Nachor. lxxix. genuit. Thare omnes an. ccv.

¶Hic terminat secūda etas ꝑ decem gn̄ationes cōtinēs scd̄m hebręos & Phitonem annos. ccxcij. sed secundum. lxx. interpretes & Isidorum. dccccxlij. in toto ab initio mundi ter mille. clxxxiiij. 3184

¶Tertia etas a natiuitate Abraham vsq; ad Dauid regem.

Thare. lxx. genuit Abrahā: & deinde Nachor & Aram fratres.

Filij

¶Arā genuit Loth vnicū & Sarrā atq; Melcham filias quo in igne mortuo fratres eius filias duxerūt vxores (sc3 Abraham Sarai quę Sara & Iescha dicta est) & Nachor duxit Melchā ex q̄ genuit octo filios quorꝫ primogenitus.

Filij Nachor.

¶Hus cuius filius secundum aliquos fuit Iob.

Bus. ii. pater Ben & Balaam prophetę.

¶Bathuel. iii. filius genuit Labā & Rebechā vxorem Isaac.

¶Labā genuit Lyā & Rachel vxores iacob.

Daniel alias Camuel. iiii. filius Nachor.

Casseth. v. filius.

Aram. vi. filius.

Pheldas. vii. filius.

Hela alias Bela. viii. filius Nachor.

¶Abraham. lxxv. anno dei ꝓcepto relicta terra & cognatione: venit in Chanaam nasciturі saluatoris de semine suo accipiens promissionem.

¶Abraham Loth captiuum liberauit quattuor reges debellās cui melchisedech obuiā veniēs ꝓ victoria deo panem & vinū ī sacrificio obtulit. Geñ. xiiij

¶Hęc nomina regum debellatorum.

Amraphel rex Sennaar.

Arioth rex. Ponti.

Chodorlahomor rex Elamitarum

Thadal rex gentium.

Iubilei initiū

¶Ab ista victoria iubilei anni initium sumptū est: quia tunc Loth qui fuit liberatus erat quinquagenarius Ideo instituta est de quinquagenario ī quinquagenarium celebratio.

Ismaelitę

¶Abrahā. lxxxvj. genuit Ismaelē a quo ismaelitę. Abrahā an. c. genuit. Isaac & oēs an. eius. clxxv.

Filij Abrahā ex Cethura

¶Abrahā ex Cethura vxore (q̄ nōnulli dicūt fuisse agar) mortua Sarra genuit filios. vj. quorꝫ nomina.

Zamram.

Iectam.

Medam.

Iesboth.

Sue.

¶Affram alias Apher a quo aphrica ꝓuincia denominatur: loco cuius nōnulli ponunt Madiam.

Filij

¶Loth nepos Abrahā fugiēs de pręcepto dei Sodoma vxore sua in statuam salis conuersa ex filiabus suis duos genuit filios.

Moabitę

¶Moab ex primogenita a quo Moabitę.

ammoni Ammon ex alia a quo Ammonitę.

¶ Noĩa citatũ ꝓpter pctm̃ succesaꝝ & regũ ipaꝝ:

Sodoma	Bara vel ballas rex
Gomorra	Bersa alias Balleas rex
Adama	Sennar vel Simaber rex
Seboyn	Semeber alias Simoborus rex
Segor	Rex Segor quę est Bale.

ismae duode ci. ¶ Nomina.xij. filiorum Ismaelis qui ꝓpter eorum virtutem & Abraham dignitatem fuerunt reges: & ab alijs dicuntur Ismaelitę qui nunc corrupto nomine dicuntur Saraceni quasi a Sara cũ debent dici Agareni quia ab agar ancilla processeruntr.

¶ Naboth primogenitus a quo Nabathei & Nabathea regio secundum Iosephum. Nabathei

Cedar.ij.	Quodamus.viij.
Aderbus alias Adehel.iij.	Themasus.ix.
Marsamus.iiij.	Iecturus.x.
Masmarus.v.	Naphesus.xj.
Ydumias.vj.	Cadomas.xii.
Masmisus.vii.	

¶ Isaac.lx.genuit Iacob & Esau ex Rebecha vnica vxore.

Idumei. ¶ Ab Esau descenderunt Idumei qui multum iudeis fuerunt infesti.

¶ Esau autem quadragenarius pręter parentũ voluntatẽ duas vxores duxit alienigenas quaꝝ noĩa

vxores Esau ¶ Agamida Edonis Chananei filia.

Alibamin Fusebonis Chanaei etiam filia.

filij Esau ¶ Esau ex Alibamin alias Olibania filij duo.

Heliphas

Rabuel.

¶ Ex Agamida prima vxore tres filij.

Hieris

Hielon

Chorę.

¶ Elias quoq; mltas habuit vxores ex quibus etiã multos genuit filios: de quibus subticemus. Errant autem qui Edon dicunt fuisse filium eius. Ipse em̃ in puericia a coetaneis suis Edon vocatus est. Et ideo Seir regionem in qua habitauit Sis appellauit: quã gręci Idumeam denominauerũt quę prius Gobolithis dicta est.

vxores Iacob. ¶ Iacob lxxx descendit in Mesopotamiam vbi seruiens Laban accepit Lyã & Rachel eius filias vxores.

filij iacob natiui, ordo ¶ Iacob.lxxxvii.an. genuit Rubẽ primogenitũ & alios.xii.filios cum filia successiue.

¶ Iacob filij ex Lya vxore libera.

Ruben primogenitus.

Symeon.ii.

¶ Leui.iii.a quo postea sacerdotes & leuitę.

¶ Iudas.iiii.a quo iudei dicti sunt hebręi.

¶ Iacob filij ex Bala ancilla Rachel.

Dan

Neptalim

¶ Iacob filij ex Zelpha ancilla Lyę.

Gad

Aser

Gadara	Galasa

¶ Has ciuitates septem Tetrarchię instar regnorū cingunt scilicet Tetrarchia.

Tetrarchię.

Traconitis	Ampeloessa
Panecas	Sabę
Abila	Iturea.
Arca.	

Cesarea panee cui ter mutatum

est nomen.primo enim Leser dicta deinde Dan & tercio a Philippo Tetrarcha Cęsaream Philippi in honorē cęsaris nūcvero a Barbaris Belina appellat

Cęsarea Philippi

Bersabee ciuitas In tribu Symeon

quam Ptholomeus Bersanam vocat: hodie vero a Barbaris vocatur Gibellina.

Cesarea palestine prius turris

Stratonis ab Herode in honorem Cęsaris nomine mutato dicata est: postremo a Vespasiano Flauia Colonia dicta est.

Cęsarea maritima

Idumea in littore palestine versus

ægyptum & Arabiā sita ipsi Arabię vicina Nabathea a Nabatheo Ismaelis filio dicta: & incolæ dicunt Nabathei qui inter Iudeos eorūq; legibus communicabant.

¶ Inter hos oppida sunt Philistinorum qui ijdem cum palestinis sunt.

Ascalon	Antheodon quæ nunc
Azotus	Geth dicitur
Gaza	Acharon

¶ Antipatris vrbs ab Herode in honorem patris condita.

¶ Raphace quę nunc ab hebręis Rema dicitur.

Descriptio Iudee et dimensio.

Iudea regio(quę prius(vt dictū est)Chananea appellabatur)versus mediterraneam continetur in regione palestinę & cōtinet Galileam Samariam ac regionem transiordanem.

¶ Iudeę latitudo ex Iordane fluuio vsq; ad Ioppē est: longitudo vero a monte libano vsq; ad Tyberiadem in cuius medio fere Hierosolima est.

¶ Diuiditur autem in Toparchias decem.

Hiericuntem	Zophanticam
Hemaum	Thamiticam
Lyddam	Bethleem.
Ioppicam	Tephenem.
Acrabathenam	Norman.

¶ Iosephus vero libro vndecimo eas aliter nominat sic.

Hierosolimam caput	Hemaum
Thepham	Pellam
Acranaten	Idumeam
Thamuam	Eugadem.
Lyddam	Herodium
	Hiericontem.

¶ Post quas idem Iosephus dicit finitimas etiam

Iamnam	Gamaliticam
Ioppen	Bachaneam.

Iothapatha ciuitas Galilee

Patria Iosephi.

cui preerat Iosephus noster quam magna obsidione expugnauit Vespasianus.

Bethleem ciuitas Dauid in qua natus est saluator noster Iesus.

Diuisio galilee. ¶ Galilea ex parte boreali est a Iosepho i superiorem & inferiorem diuisa.

Nazareth in superiori galilea versus occidentẽ quę propter saluatoris nostri originem metropolitico nomine decorata est.

Hebron paruus vicus prope hierusalem olim Arbe dictus sepultura patriarcharũ Cheloris monumentum Iosephus vocat.

¶ Therebintus (quam Iosephus ab initio mundi creatam adhuc extare commemorat) prope est ad sex stadia.

Sodoma metropolis tredecim vrbium (vt scribit Volateranus) igni & terręmotu absumptarum.

Emaus (vbi Christ⁹ post resurrectionem peregrinis cognitus est) inter Toparchias collocatur. hęc Metropolis ciuitas palestinę facta est (vt diuus testat Hiero.) postq̃ fuit restaurata sub Marco Aurelio & Nicopolis est appellata.

Hierusalem ciuitas in medio fere Iudeę (vt dictum est) sita est: ibi enim Melchisedech summus sacerdos dicitur habitasse: cui Abraham ex hostim victoria occurrens decimas ex spolijs hostium obtulit: hic & filium suũ immolare deo iussus est: & hic Iacob Scalam in cœlum tendentẽ & angelos descendentes vidit.

Nomina hierusalẽ plura. ¶ Hęc ciuitas multa habuit nomina.

Salem. ¶ Salem enĩ primo dicta est quãdo in ea regnauit Melchisedech qui dictus est rex Salem. Geñ. xiiij.

Luza. ¶ Luza quoq; dicta est Geñ. xxxv. Iacob venit Luzam quę est in terra Chanaam.

Bethel. ¶ Bethel tertio vocata est ab ipso Iacob Genesis xxviij. Iacob appellauit nomen vrbis quæ prius Luza vocabatur.

Hiebus. ¶ Hiebus. iiij. dicta est: quia Hiebuzei ibi erant pricipãtes. Iosue. xviij. dicitur Possessio filiorum Beniamin vsq; Hiebus quę est hierusalem.

Hierusalẽ ¶ Hierusalem quito dicta est per compositionem ex Hiebus & Salem. B. mutata in. R. Hiebusalem diceretur hierusalem.

Ciuitas Dauid. ¶ Ciuitas Dauid. vj. dicta est: vt patet. ij. Re. ca. v. & .j. Paralipo. xj.

Solima. ¶ Solima insuper septimo a Salomone dicta est quasi Salomina qui eam tam magnificis ampliauit muris ac ędificijs.

Hierosolyma. ¶ Hierosolima. viij. est appellata p quandã cõpositionem vt quidem dicunt Hierosolima quasi Hierosalomina Mat. xx. Ecce ascẽdimus hierosolimã. Matthei.

helia. ¶ Helia insuper ab helio Adriano qui eam reędificauit non in eodem loco vt dicũt quidam: sed in alio vbi nũc est & a suo nomine heliam appellauit

¶ Caluarium montem & Golgotha: & dñicum sepulchrum extra mœnia sita Adrianus muro cinxit ibidem templo (vt testatur hiero.) dedicato.

¶ In caluario quoq; erat Cenobium: ad cuius priorem & religiosos electio patriarchę pertinebat.

Bethanẽ. ¶ Bethanen postremo (teste Isidoro) dicta est ab Hieroboam qui ibi vitulos aureos fabricauit: ideo Bethanen id est domus ydoli quę tamẽ antea domus dei vocabatur.

¶ Mons Olíueti ex alia parte ciuitatis.

Duplex bethania. ¶ Bethania marthę vltra est montem.

¶ Bethania altera trans Iordanem: vbi Iohannes baptisabat.

¶ In valle Iosaphath probatica piscina.

¶ Tabor mons vbi dñica fuit transfiguratio: in regione Galileę haud longe a Nozareth.

¶ Montes Gelboe vicini sunt

¶ Carmelus mons: locus Helię.

¶ Quarentena locus: ob memoriam ieiunij saluatoris cognoiatus est in deserto prope Carmelum.

Tres lacꝰ ex iordane fluuio qui maria ab hebręis dicũt. ¶ Libanus & Antilibanus montes iudeę: Iordanis enim fluuius ex Antilibano per fines iudeę in Austrum fluit tres efficiens lacus (qui ab hebręis Maria appellantur.) ¶ Primus ad Carmeli radices Genesara a Plynio & Iosepho appellatus: In sacris autem libris Genesareth ab oppido eiusdeȝ nominis dictus. ¶ Secundus lacus Tyberiadis aquis calidis saluberrimus a Tyberiade ciuitate dictus.

¶ Vltimus lacus Asphalarites vocatur animalibus noxius.

Ortus iordanis. **Iordanis itaqȝ fluuius (inquit** Hiero.) a radice oritur libani & habet duos fontes vnũ nomine Ior: alterum Dan qui simul iuncti iordanis nomen efficiunt.

¶ Calirhoe fons medicę salubritatis

Circa illos lacus sunt multę ciuitates

Genesareth	Hyppus.
Tyberias	Acharon iudeę
Iulias.	

Samaria regio inter Iudeam & Galileam teste Iosepho sita est: quæ a vico Cinea in Toparchiam Acrabathenam desinit in nullo a iudea nisi in lege discrepans habet oppida plura.

¶ Neapolis ciuitas antea Mamortha vocata.

¶ Sebaste a mõte altiore quę samaria prius appellata ab herode Ascalonita in honorem Augusti Sebaste cognominata.

¶ Sichar vrbs: vbi puteus Iacob apud quẽ Saluatoris gesta cum muliere Samaritana legimus.

Mesopotamia inter Syrie partes a Plynio ponitur inter Euphratem ab austro. & Tygrim ab oriente terminata: e septem trione autē tauro quo ab Armenijs dirimitur: In hac igit̄ tres potissimę vrbes.
¶ Edissa ab hebręis Haraph vocata vbi abagarus olim regnasse dicitur: & Thobias ad hanc misit filium ad Gabellum.
¶ Carre antiqua ciuitas quam Abraham cū Hur Caldeorum est egressus primum incoluit.
¶ Nisibis alias Nisibus sub tauro sita est.

Babilonia mesopotamie coniuncta inter Euphratis cōuersiones australior est: vbi Semiramis post viri mortem ciuitatem Babiloniā construxit ibi Assyriorum regnum incepit de quo postea dicam.
¶ Borsippa ibi ciuitas.
¶ Zemna ciuitas Satraparum regio appellata.

Persie descriptio.

Persia a septētrione mediam ab occasu Susianū ab oriente duas Carmanias ab austro partem persici sinus habet. ¶ Persę quidē toti imperauerūt Asiæ posteris vero tēporibus ipsorum regnū cū parthis cōfusum est ideo de eis simul dicemus.

¶ Achemenia pars psidis	Laodicia
Arbela quę Gangamela	Gancamala
Cyrapolis quę Cyrecatha	¶ Gordica regio
Cachenum	Mases & Casus
Drange gens	¶ Panchaia regio.
¶ Drangena regio	Pasargada oppidum
Elymei	& regio.
¶ Elimea regio	Syrace vrbs
¶ Persepolis regni caput	¶ Syracena regio
Susiana regio	Coaspes fluuius
Susa ciuitas quę Cisus	
Susij & Cisij incolę.	
Vxia regio Vxij.	

Parthia regio que ab occasu mediam a Septētrione hircaniam ab austro desertam Carmeniam habet montibus cincta finis inter eos & Romanos Euphrates
¶ Hecatompylos regni caput
Cresiphon regia ciuitas
¶ Parthici populi parthorum: e Scythia profecti qui & Parthi dicuntur.
¶ Nysei campi Nysei equi laudatissimi
¶ Media a septētrione partē hircani: maris ab occasu maiorē Armeniam a meridie persidē ab oriēte Hircaniam & Parthiam habet
Media duplex altera maior.
Ecathana metropolis vrbs
Altera media Atropatia
Gazaca vrbs in campo sita
Mariana regio & Marianus lacus.

Laodicea	Arsatia
Apamea	Zagrius mons
Raga quę Aropus	Mardis

¶ Colchis Iberia & Albania finitimę inter se regiones a septētrione Samariam habent a meridie maiorem Armeniam & Moschios montes ab occasu pontum Euxinum ab oriente mare Caspium hinc ortum est commentum aurei.

¶ Pharnacia regio	Amaranthi insula.
Diosurias metropolis	Coratici montes
Neapolis	Cyra vrbs
Sebastopolis Aea	Moschitia regio.

¶ Albania sub imperio Persarum fuit: postea macedonum postremo Romanorum Sacasani albanis proximi.

Hircania regio cui Caucasus mons eminet.
Mardorum gens hircanis vicina
¶ Margiana regio vbi alexādria: ab alexandro cōdita post Seleucia dicta & deinde antiochia.
¶ Bactriana regio vbi ciuitas Zoriastis quę postea Bactra a flumine dicta.
Petra arx inexpugnabilis
Petra alia in Sogdiana regione.
Petra alia apud Ochum fluuium.
Branchidarum vrbs.
¶ Sogodiana regio vbi vrbes octo alexander dicitur edificasse.

Emodi montes.	Nisea
Paropamsades fluuius	Demonas
Orus fluuius	Ochus fluuius.
Laxartes fluuius	Oxus fluuius
Scytopylus	Derbite
Are alexandri	Tapyri.

Scithia in oriente porrecta includitur hic Sarmatica asiatica hic regione Serarum a septētrione terra incognita a meridie Sacis Sogdianis & ijs coniunctis populis Imaus mons vniuersum intersecat.
¶ Scythia Bifariam diuiditur fines autem inter se gentibus nulli neq; enim agros colunt: aut domos ædificant tantum armenta pascentes ac sedibus semper incertis errantes Parthicum & Bactrianū constituerunt imperium. horum quidem qui scilicet supra Euxinum & Istrum & Hadrium habitāt vocantur.

Hyperborei	Qui a Caspio Maridai
Sauromate	dicuntur.
Massagete	Sace
Arimaspi	¶ Nomades vniuersi

¶Inter Scythiæ populos q̃q̃ pene innumerabiles principales ponuntur:tamen isti sunt famosiores.

Sace | Bactriani | Capyri
Massagete | Margiani | Traudei
Hircani | Mardi | Corsarij
 | Derbices. | Hemicynes.

¶Cataius locus Scythię multas cõtinens regiones cui sicut alij Scythię partibus p̃sidet rex quẽ magnũ canem appellant. — Magnus canis.
Comara ciuitas a qua Comari
Comana vnde Comani dicti sunt.
Heniochea regio.

Neuri
Abij
Galactophagi
Aeoci
Homobij
Amapobij
Melanchleni.

¶Seres populi ad orientem estiuum:sicuti & Galli ad occidentem:qui dicũtur annos viuere ducentos.

¶Arabia triplex est petrea deserta & fœlix.

¶Petrea ægypto iudeę confinis dicitur Nabathea cuius Metropolis

¶Petrea nunc Arach vocata:in sacris enim litteris Esaias dicit. Emitte agnum domine dominatorem terrę de petra deserti.hac hebręi ex ægypto iter fecere.Ipsa enim in plano sita circũsepta rupibus alteri inter quas fontes vberrimi sunt.Extra vero circuitum regio ex magna parte deserta & hne aquis presertim versus iudeã vbi Synai mons in quo data lex moysi.Hanc inhabitant Arabiam.

Agrei | Elana
Gerrei | Elamicus sinus apud mare rubrũ
Ammanitę | Theredon.

¶Arabia deserta Sceuetis vocata.

¶Sceue vrbs dicitur ꝙ gens vaga & sine ędificijs in tentorijs habitet.hęc a meridie montibus Arabię fœlicis cincta : a septentrione Mesopotamiam habet ab occidente petream.

¶Arabia felix inter duos sinus Arabicum

& Persicum versus meridiẽ cuius opulentię testis alexãder qui eã regiã facere postq̃ ex Iudea reuertisset constituit:populi pręcipui.

Sabei | Atramitę
Characeni | Achomeni
Araceni | Achome
Gelbanitę | Mobeni
Edumei | Moba.

¶Partes autem meridionales tenent Ichthypagi piscibus victitantes.
Troglodite in cauernis habitantes
Septentrionales vero.

Syraceni & Saraceni qui potius dicendi sunt Agateni. Ex his ꝓcessit filius perditionis Mahumetus anno dñicę salutis.dcxx.tempore Heraclij imperatoris.

¶Aphrice descriptio.

APhrica tertia pars mundi ab Affer filio Abrahæ ex Cethura sic(vt quidẽ voluit)appellata : frœto Herculeo ac Nilo cęteris orbis partibus deducitur Incipit enim a finibus ægypti pergẽs iuxta meridiem per Aethiopiã vsq; ad Athlantem mõtem:a septentrione mari mediterraneo claudit. Lybia & Hesperia a gręcis est appellata hanc ab initio(vt ait Salustius) Getuli & Lybies asperi incultiq;(quibus cibus erat caro ferina atq; humi pabulũ more pecudum)habitauerunt.

¶Hanc Ptholomeus iis regionibus:& hoc ordine distinguit.Mauritanijs duabus. — Mauritania.

Massylia
Numidia
Aphrica minore
Cyrenaica
Marmarica
Aegypto

¶Sub Tingitana quæ Sitiphẽsis est ęthiopas Athacas ponit sub Cesariensi Athlantem & Getulũ sub minore Nigrates Aethiopas & his inferiorem Lybiam:sub ea quoq; æthiopiam interiorem equinoctialem transgredientem.postremo sub ægypto æthiopiam/sub ægypto appellatã siue Mauria.Vtroq; eni modo Mauritania a latinis est appellata post Athlanticũ pelagus inuenitur Mauritani enim siue mauri/vel vt gręci volunt Maurisij frœto tãtum herculeo ab Hyspania a Getulis Athlante/a Numidis Ampsaga fluuio diuiduntur.His Bocus quondam imperauit/cui successit Ioaba qui victus a.C.Cęsare mortẽ sibi consciuit.& filius eius puer Romam in triumphum ductus est. Is fuit qui postea singulari ingenio ac doctrina pręditus scripsit historiam & demum Augusti liberalitate ad regnum paternum remissus successorem Ptholomeũ ex Antonij & Cleopatre filia natũ habuit : quo per Caligulam interfectio Mauritania in duas prouincias est distincta.Claudius priceps primus Romanorum:mauritanis bella intulit per Suetoniũ paulinum regionesq; subegit colonos nouos deduxit/nomina ciuitatum mutauit:& in prouincię formã.

¶Tinge quę regioni nomẽ dedit/in ora est ab Autheo primum cõdita:deinde a Claudio Cesarea est appellata.

Lixus alias Lix oppidum & fluuius.

Zilis oppidum | Phuth a quo
Abyla altera columna | Phuthei populi
Simica | Malua fluuius.
¶Septẽsis ciuitas ob se. | Ampsaca.

ptẽ mõtes simul iũctos.
Exilissa Iulia dicta
Alcazar.
Salus fluuius & oppidum.
Athlantes populi.
Athlanticum pelagus.
Erythrea insula.
Getuli qui Garthee.

Maroch
Athlas maior & minor montes.
Canarij ancoie.
Canius vicus.

¶Numida in littore vsq; ad signum Numicum & ostia fluminis Ampsace extẽditur. vnde Numide quia huc illuc vagabãtur. Nomode id est pastores dicti sunt Mapalia cohabitant id est breues tegetes eorum lingua.

¶Massylia Massilij equi
Massalij populi qui & Massilienses.

¶Carthago ciuitas a grecis Charcheio Tuuis ciuis in Carthagineñ.

Vtica Tyriorũ post Carthaginem colonia secunda

Tapsus
Hippones due:

Aspis promotorium
Egymuros promot.

Hippoñ. eps augustinus.

¶Hippo regia vbi prefuit diuus Augustinus episcopus.

Clupea vel Clypea
Tagasta
Zama
Tripolis.
Abrotiuum que
Neapolis;
leptis magna
Trabaca
Taphra
Bizantium
Biyazantes gens
Bazalada regio
Dulopolis
Bagradas fluuius.
Cynips.

Mace populi
Tyton palus
Tritones tres
Lybica.
Boetia.
Thessalica.
Lothophagi.pp.
Syrtes due.
Aegade insulæ
Tigle.
Glosyra.
Menyux.

¶Cyrenaica regio Pentapolis dicta a numero ciuitatum que in ea continentur.

Cyrene
Apolonia
Brace post
Pthomais

Arsinoe.
Berenice prius
Hesperis dicta

¶Lybio phoenices
Lybie ægyptij
Nasamones
Marmaride
Styri
Egipanes

Garamentes
Asbeste populi
Solis fons
Blemmyes populi.
Hymathopodes.
Psylij.

¶Descriptio Egypti.

Aegyptus Aphrice versus orientẽ tenet extrema i duas diuisa partes quæ secundũ Nilum Aetiopie cõtermina versus meridiem vsq; ad Syenẽ procedit Thebais appellata: dicta est autẽ vniuersa prius Aeria ꝙ fusco & caliginoso sit aere: & heptapolis.a septẽ primis vrbibus.iiij.videlicet Thebaidos que sunt

Aeria Aegypt

Panapolis
Antionus
Lycopolis
Hermopolis

Tres que sunt Archadie
Heroclea
Oxyringus
Memphis.

¶Archadia enim regio est ab Archadio dicta imperatore antea Heptanomus a septem Homis id est prefecturis.

¶Alexãdria nobilis ciuitas: vbi a Philadelpho Biblioteca fuit ordinata. ¶Preter hanc enumerantur Alexandrie.xxij. Alij autem ponunt tantum duodecim edificatas a magno Alexandro duodecim annos. Quibus regnauit que sunt.

Alexandria Bucephala.
Alexandria Montuosa
Alexandria apud Porum.
Alexandria in Scythia
Alexandria apud Babilonem
Alexandria hec in ægypto.
Alexandria apud Massagethas
Alexandria apud Orgalas
Alexandria apud Gronicum
Alexandria apud Troadem
Alexandria iuxta Tygrim.
Alexandria apud Xantum.
Pharus insula iuxta in portu Alexandrie.

Nicopolis oppidum
Paretonium ciuitas
Ganopus vel Gauobus
Heraclium alias
Heracleopolis.iij.
vbi templum herculis
Apud Pelusium
Terachia hec
Sais Metropolis.

Sailica prefectura
Naucratis flu.& vrbs.
Saltice colonia
Sebeuica prefectura
Hermopolis ciuitas
Mendes.
Leonthopolis
Busirica prefectura.
Burisis Cynopis.

¶Memphis ægypti quondam regia ciuitas Pelusium que Belbeis quandoq; dicta: & Damieta: nũc Bubastus ciuitas heroum.

¶Hieropolis que in sacris codicibus Hiessen dicitur: hanc ait Iosephus: Ioseph concessisse Iacob patri & fratribus habitandam.

¶Babilon castron a Babiloniis fugientibus conditum.

¶Cairus hodie vocata vrbs maxima Sultunorum regia.

¶Achantus vrbs
Miris lacus

Abydus mẽnonis regia
Lycopolis
Panopolis.

Ptolomais vrbs
Coptium.
Thebais regio
Thebe ciuitas prius Dyopolis vocata & Hecatopylos.
Dyopoles quinq;
Heracleopolis
Abydus
Tentyra.
Meris insula
Tarichee vrbes.
Mendesie.
Saitice.
Canobice
Tarichea vrbs Indie.
Menelaus vrbs
Syene
Elephãtia insula terminus ægypti & æthiopiæ

ilus flu.

Nilus fluuius ægypti habẽs ostia septem in quo sunt secundum Dyodorum septingente insule.

dorus.

Isidorus autem/ Honorius quoq; inclusus in suo libro quem edidit de imagine mundi. & Hartimãnus in sua cronica ponunt ægyptum regionẽ Asiæ hec vt scribunt in oriente a rubro mari surgit: & terminum suũ versus occidentem in Lybia figit. Hæc fluuio Nilo vndiq; cuncta in modum deltelitteræ est formata centum milibus villarũ inclita. Hanc nubes nõ obscurant pluuie non irrigant: sed Nilus inundans eam fecundat.

Ethiopia ab Ethiope Vulcani filio prius athantia dicta est hec per meridiem ex occidenti in orientem longe lateq; varijs adsumptis cognominibus diffunditur. Quare Homerus in primo Illiadis bipertitos. Aethiopas esse dixit, ad oriẽtem & occasum. Nã æthiopes sub ægypto sunt vt scribit Volateranus: & Leuco Aethiopes: & Erebi: & Nigrite: & Atace: & Hesperij. & Macrobij: & Brachobi: & Antomole æthiopes omnes. Qui cuncti hodie presto Iohanni obtemperãt. Due ergo nãq; æthiopie vna circa ortũ solis altera circa occasum.

Meroe caput eorum insula & ciuitas.

Napara ciuitas
Pselia
Premna
Antomale populi
Astarte populi
Gylpeis insula
Homerite gens
Aroma vrbs
Aromaticum vinum
Topazon insula
Blemmyes.
Troglodite populi sub cauernis habitantes ꝓpter calorem solis.
Troglodite alij in Europa apud Tribalos.
Alij circa Cãcasum quos Virg. in Geor. Nomades appellat.
Nigrite populi
Niger fluuius.
Cerna insula.
Barchobij æthiopes.

inũlaro. aticum.

Europe descriptio.

Vropa tertia pars mũdi ab Europa Agenoris filia dicta est: que incipit a Tanai fluuio descendens ad occasum per septentrionalem occeanũ: vsq; ad fines Hyspanie: pars orientalis & meridiana a ponto cõsurgẽs tota mari coniungitur: & in insulas Cades finitur.

Prima Europe regio scythia inferior que a Meotidis paludibus incipiens: inter Danubium & septentrionalẽ occeanũ vsq; ad Germaniam porrigitur: que terra propter Barbaras gentes quibus inhabitatur (vt scribit Isidorus, Barbarica appellat.

Barbaria.

Huius pars prima Alania quæ ad Meothidas paludes pertingit: post hanc Dacia vbi & Gothia: deinde Germania cuius plurimam partem Sueui coluerunt.

Alania in parte Scythie a Ptolomeo ponitur. Ply. vero in Sarmacia Europea hanc ponit Iosephus vero libro vltimo de Iudaico bello. c. xxj. inter Tanaim & Meothidem Alanos dicit habitare. &c.

Dacia inter Sauromatas cui preesse p qui Suetiam & Nouergiam penisulas obtinet.

Gothorũ multa gña

Gothia Germanie est vicina Gothorum autem varia sunt genera: quidam vocatur Gothi Trazite. Hunis vicini apud Meothidem remoti ab alijs Gothis qui Visigothi dicuntur.

Hunorum etiam duo sunt genera quidem enim sunt inter Sindos & Sarmathas supra Caspios habitantes circa Boream & orientem a Persis Truci appellati. Alij sunt Huni Europij scilicet isti quibus isti Gothi Trazite coniunguntur. Alij autem sunt Gothi qui Visigothi Vandali & Alani vno Sarmatarum nomine appellantur: quorum secum omniũ vna eademq; natio a multis ponitur quæ Barbarica appellatur.

Huni duplices.

Descriptio Germanie.

Ermania q̃ latissima regio est: & libera natio: de qua Franci Cymbri longobardi Vandali Burgũdiones & Germani omnes ortum habuerũt. Hec vt scribit Isidorus post Scythiam inferiorẽ a Danubio inter Rhenum fluuium occeanũq; conclusa cingitur. a septẽtrione & occasu occeano. ab ortu vero Danubio a meridie Rheno flumini diriuitur. vnde a Germinãdo populo Germania dicta est. Latitudo eius ab alpibus vsq; occeanũm & longitudo intra Rhenũ & Vistulani fluuios vsq; ast Albini tãtum Plynius vniuersam Germaniam in quinq; diuidit genera.

In steioues proximos Rheno quorum Cymbri sunt mediterranei.

Hermiones quorum sunt Sueui
Hermandui
Catti
Cherusci.

❡ Ingeuones.iii.quorum pars.
Cimbri
Teutones
Caucorum gentes.
❡ Vindelos.iiii.quorum sunt
Burgundiones
Varini.
❡ Gutthones.v.quorum sunt.
Peucini.

Germanię diu.

❡ Germaniam autem diuidit Plyñ.in tres partes in superiorem scilicet inferiorem & magnā: vt qui ad Rheni fontes habitant Italię vicini vsq; ad vangiones nunc vvormacenses superiorem. Qui vero viciniores occeano septentrioniq; sunt inferiorem teneant magnam trans rhenum Penitiores vocat populos vsq; ad Albin.

❡ In Germania superiore populi
Retij
Vindelici
Norici
Boij.
❡ Omes citra Danubiū prope Alpes regiones tenent.

❡ Eluecij nunc Suizeti dicti
Austrij.
❡ Augusta ciuitas Vindelicorum.
❡ Constantia ciuitas vbi concilium fuit.

Conciliū Cōstācię.

❡ Bauaria regio Boiorum & Noricorum.

Bononia vrbs.
Salezaburgensis ciuitas.
❡ Ratispona Metropolis Bauarię.
Etelburgium.

❡ Pannonia superior nunc Austria.

Vienna ciuitas olim flexum
Noua ciuitas.

❡ Oppida Eleutiorum siue Suizetorum.

Lucerna olim Nasium
Berna Berneses incolę
Forum Tyberij.
Suntia.
Tutegium olim Tugurium
Curia Curienses populi.
❡ Ranticorum ciuitas Augusta nunc dicta.
Basilea.
Argentoracum ciuitas.
Spirensis.
❡ Macontiacum nunc Maguntia.
Confluentia.
Lucemburgensis
❡ Aggripina vbi trium Magorum corpora venerantur nunc Colonia dicta.

Conciliū Basilieñ.

❡ Cliuensis ducatus olim butonodorum.

❡ Trans Rhenum populi		❡ Holandia.
Batani.	Cherusi.	Selandia.
Phrisij.	Catti.	Geltia.
Sicambri.	Hermandui	Assia.
Teucaterij.	Cauci.	❡ Marchia Badēsis & aliæ duæ eodem noīe dictę.
Vsiperes.	Longobardi.	
Francones	Sueui.	❡ Istualia.

❡ Francones & Sueui vsq; ad Albin occupant.
Traiectum ciuitas.
Mitelburgensis ciuitas Selandię.

❡ Geldrenses hodie qui prius Sicambri.

❡ Vlma ciuitas olim Alcimenes
Herbipolensis
Herfordensis.
Bambergensis
Narumburgensis.

❡ Prouincie autem (Vt scribit Isidorus)

quas Danubius a Barbarico mari ad mediterraneū secludit: sunt
❡ Mœsia.
Panciana.
Tracia.
Macedonia;
Thessalia
Epirus.
❡ Dalmacia a Delmi maxima ciuitate eiusdē prouincię nomen accepit Adheret ab oriēte Macedonię a septentrione Mœsię: ab occasu Istria terminatur: a meridie vero Adriatico sinu clauditur. Vnde iste prouincię sunt in græcia: a gręco rege dicta.

❡ Mesia a Messium prouentu dicta in Europa est: & Mysia in Asia vtranq; tamen græci Mysiam dicunt: hæc autem ab oriente ostijs Danubij iungitur. ab Euro vero Tracię a meridie Macedonię ab occasu Istrię.

❡ Duplex est superior & inferior Superior inter Danubiū & montes Macedonicos continetur vbi ferme tres regiones continentur.

Mœsia duplex.

Bosna.
Rascia.
Sernia.
❡ Danubius ex.lx.pręcipuis fluuijs augeť in Alemania ab Alemano lacu dicta (quę & Rhetia quādoq; est vocata) & in septem ostia: vt Nilus diuisus ponticum mare ingreditur. &c.
❡ Inferiorem Gete coluere: in qua Valachiæ pars quam Mandauiam appellant.

Tracia duplex.

❡ Tracia duplex quedam in Asia

incipiens ab ore ponti vsq; ad Heracleon: alia Europea quę a meridie ægeo mari adheret ab occasu Macedonia illi subiacet huic ab oriente pro pōtis & vrbs Constantinopolis opposita est: a septentrione vero Ister obtenditur. Ampla est enim: & plurimas continet gentes & ciuitates: iter quas est Bizantium nunc Constantiopolis dicta: ab oriente pro pontis a septentrione vero Ister obtenditur a meridie vero ægeo mari adheret: ab occasu Macedonia illi subiacet.

Cōstātinopolis ciuitas.

Macedonia prius ab ematbio rege Emathia dicta quā Macedo deucasionis materni nepos Macedaniam nominauit hęc patria Alexandri magni: in medio duorum marium Ionij ab occasu & ægei ab oriente ab aquilone Dalmatię partem & Mœsiam superiorem a meridie Epiruȝ habens. diuisa est in duas partes quarum altera ꝓuicia aut superior & libera dicta est: ea scilicet quę per sinum Ionico littore protenditur illirico & Italię proxima. Altero vero vltra Candauię montes Macedonicis regibus seruiebat.

Patria Alexādri magni.

Duplex Macedonia.

Primam partem Macedonię habitant.

Albani	Taulantij
Parethini	Crestę

Mons Olympus in ea est.

Nunc omnes Albanorum nomine censentur. Drino flumine ab Illiricis diuisi.

Thessalia a Thessaso rege cognominata: vbi primum aurei solidi facti sūt: patria achillis & origo Laphitarum: de quibus fertur ꝙ primo equos frœno domuerunt hęc ab oriente Ossam & Pelion montes habet ab occasu Pindium ab aquilone Olympum. a meridie Othryn/ hæc in quattuor partes diuiditur quę sunt.

Aurei soli di primi.

Phthioria versus Austrum

Estatioria versus occidentem

Thalassoria siue marina

Pelasgia quarta pars

In Thessalia Plyni. xxiiij. nobilissimos amnes tradit: & montes quorum principes Olympus: pieris: Ossa &c.

Multæ quoq; sunt ibi clarę ciuitates: & oppida quorum nomina breuitatis gratia transimus silentio.

Epirus regio quam Molossi primū habitauerunt qui a Pyrrho Vlixis filio Pyrrhidæ dicti sunt: Situs autem Epiri secundum Ptholomeum ab arcto Macedoniam ab ortu Achaiam: ab occidente littus Ionij maris: a meridie Adriaticum attingit.

Chaonia antea Mollosa dicta pars Epyri Gentesni ea regione habitantes,

Chaones	Acarranes
Thesproti	Casiopi
Tymphei	Molosi complures,
Tarauli	q; alię: de qbus breui,
Amynei	tatis causa cōticemus

Ambracia Thesprotię vrbs prius Eponia & Paralia dicta.

Aetholi populi ab Aetholo dicti & aetholia regio vbi Pylene ciuitas: quam nunc Pleuronam nouam dicunt: nam & pleuton vetus ibidem etiam inuenitur.

Locrensium regio que Locris dicta est in duas a Strabone diuiditur partes: altera in occidentem spectans quę pernaso occubat monti: vbi Locrenses Herij & Ozolę habitant. Altera in orientem spectans ad mare desinit aegeum. & hi rursus in duas diuisi sunt partes: quia quidam dicuntur.

Locris duplex.

Opuntij a metropoli

Epicnemidij alteri.

Phocenses populi Pansonie cognominati inter Boetios & Locranses constituti: ex magna parte sinum tenent Corinthiacum Athenensibus semper in omni fortuna fidissimi.

Attica post sinum Corinthia cum reperitur quam Strabo ab actione rege appellatum dicit. Attidem vero ab attide filia Granai vel verius a littore.

Megarensis in parte Atticę quorum.

Megaris regio.

Megara ciuitas.

Hæc regio Attica Hellas dicta est a rege Helline deucalionis & pyrre filio a quo & prius græci. Hellines nūcupati sunt secundum Isidorum. Hęc inter Macedoniam & Achaiam media iacet: ipsa est vera græcia vbi fuit Athene ciuitas liberalium litterarum mater & philosophorum nutrix.

Athene.

Marathonius campus opinione quondam pręlij vt scribit Isidorus cruentissimus.

Helladis autem vt vult Isidorus duę sunt prouincię Boetia & peloponnesus.

Boetia ex omni græcia tria respicit maria peloponnesiacum Siculum & Hadriaticum.

Cadmea ciuitas a Cadmo constructa ibi. Multę quoq; alię sunt ciuitates quarum nomina dicere nichil vtilitatis operi nostro confert.

Hanc a nomine Bouis Cadmus Boetiam nominauit: vbi & Thebas vrbem construxit: de qua Hercules maior Thebanus dictus est.

Thebe.

Eadem est Aonia a fonte Apollini & musis dicato qui in Boetia est.

Peloponnesus secunda pars Attice inter Ionium et ægeum pelagus constituta plura nomina ex diuersis colonis accepit.
Apia ab Apio.
Pelasgia a Pelasgis.
Argos ab Argiuis.
Peloponnesus vltimo a Pelope dicta est.

Achaia ab Acheo rege Urbs et prouincia est appellata hæc pene insula est. Nã absq; septentrionali parte qua Macedonię iungitur. vndiq; mari septa est: ab oriente habet myrthorum mare ab Euro Breticum a meridie Ionium ab Affrico & occasu Cassiopas insulas.
Huius caput est vrbs Corinthus græciæ decus & Græcorum deliciæ.
Corithus
Corinthus prius dicebatur.
Ephyra &
Acrocorinthus &
Heliopolis propter siccitatem solis.

Archadia vero sinus achaie est quã Archos Ionis & Caliste filius Archadiam ex suo nomine nuncupauit. ipsa est Sicyonia a Sicyone rege a quo etiam Sicyoniorum regnum dictũ est.
Sicyonia vbi Sicyoniorum regnum.
Hæc inter Corinthum & Achaiam
Sicyon etiam ibi ciuitas est
Duodecim olim ciuitatibus habitabatur quarum nomina hæc sunt

Patras	Pellenes
Dymas	Bura
Phares	Cerannia
Tritea	Carymna
Laertia	Helices
Aegira	Oleum.

Elis Urbs et regio que inter messenios & Acheos siculo mari abluitur Elei incolæ dicuntur & Epei Epia etiam dicta est Elis.
Messenia florentissima quondam quę Lacedemoniorum viribus annos fere. xvi. restitit.

Croeta.
Laconica regio patim in orientem spectans centum olim vrbibus habitabatur qua propter Hecatonpolis sicuti & Crœta dicebatur.

Lacedemonia que et Lacedemon dicta est: ciuitas est & regio Taygeto: & Partenio mõtibus circundata.
Sparta ciuitas in Lacedæmone regione ab Hærodoto ponitur Strabo vero partem ponit Laconicę
Amycle vna e centum Laconicę vrbibus
Amycleum portus & oppidum in Crœta
Aethea vna etiam e centum
Aulon altera e centum.
Crocea vna e centum &c.

Argos regio dicitur et ciuitas.
Argi & Argiui populi
Argoli a Persis dicuntur &
Argolis regio.
Argos Peloponnesiacum Doricũ vocatur necnon varijs vocabulis.
Aegialia dicitur &
Hippobotum ac
Hippium
Iasium &
Dixium.
Cleone vrbs in via ex Argis Corinthum proficiẽtibus in monte sita.

Pannonia ab alpibus apenninis: Ut scribit Isidorus est nuncupata quibus ab Italia secernitur. Coniungitur autem cum Rhetia siue Alemania: & Norico habens ab oriente Mysiam ab Euro Istriam ab Affrico Alpes appẽninos ab occasu Galliam Belgicam a sptentrione Danubij fõtem: qui Germaniam & Galliam diuidit Istriam Ister amnis (qui eius terram influit) vocauit ipse est teste Isidoro Danubius.
Pannonia a Græcis Pæonia aliquando vocata est. Alij vero scriptores Pæoniam diuersam faciũt eamq; apud Auxilium fluuium in Macedonia ponunt.
Pannonia duplex a Ptholomeo ponitur. altera superior vbi nunc Austria & inferior: cuius limites multo breuiores q̃ imperium.
Duple panno
Nam pannoniorum regioni subijciuntur.
Laziges qui Transiluani.
Daci qui Valachi.
Valerię populi qui Croatij
Amantun magna ex parte
Metropoles ciuitates duæ sub quibus. xiij. ciuitates.
Strigoniensis.
Colocensis
Sub prima Metropoli sex.

Agriensis	Quinqueecclesiensis
Nitriensis	Lauriensis
Vaciensis	Versprimiensis.

Sub colocensi quinq; ciuitates:

Zagabriensis	Sirmiensis
Transiluanus	Cauadiensis
Varadiensis.	

Boemia ac polonia q̃q̃ disiuncte simili viuendi institutione quodammodo vtuntur. Boemia autem Albi fluuio media irrigatur ab oriente Maranos ab Arcto Saxones ab occidente. Noricos a meridie Austriam & Bauariam habetq; oppida multa quę sunt.

Praga vñ Hieronimus de Praga hereticus
Cadauus
Bruxia.
Sclaken
Vendum
Cuticinum.

Polonia vtramqz Vistule possidet ri/pam: ex parte Germanię Slesie Moranię.

Ex parte Sarmatię Lituanis leuonijs Gythonibusqz coniungitur. Ipsa autem in maiorem & minorem diuiditur.
Cracouia in minore.
In maiore sunt.
Posuania &
Guesna.

Sarmatia a qua Sarmate quos greci

Sauromatas vocant. Omnis enim teste Plynio qui externi gentium ac ignoti prope existentes mortalibus degunt: tam Europeos q̄ Asiaticos communi vocabulo veteres Scythas appellauere. Verum a posteris grecis diuisit vt Sauromatæ vsq; ad Rha fluuium dicātur & ex his Europei tātum qui inter Vistulam & Tanaim cōtinentur: ex parte vero Austri montibus Sarmaticis a septemtrione autē sinu venedico & terra incognita.

Scyta uis.

In hoc igitur spacio principales populi.

Venedici	Bessi
Pheni	Budini
Vindili	Amoxobij
Varini	Geloni
Gythones	Gemini.
Burgundiones	Alani
Peucinij	Agarthisi
Basterne	Arimaspi
Omani	Tauri
Roxolani	Tactari
Sauari	

Flumina vero sunt
Borysthenes
Tyra
Hypanis
Axiaces
Tanais
Męotis palus

Montes.
Riphei
Arympei
Are Cæsaris.
De his Domicianus primus triumphauit.

Vindili teste ptholomeo & plynio sunt quos ętas posterior Vandalos vocauit.

Vandali.

Saxonia vltra Albim ad occeanum

habet ab occidēte vlsurgin/ab aquilone Cimbricā Chersonneson ad meridiem Francos Boemosq;: ab oriente Celstas & Prutenos in quo situ comprehenduntur.

Thuringi
Lusarij
Pomerani

Isti Saxonum orientalia colunt.

Oppida Saxonię.

Vismaria	Sterinum.
Sundis	Rostochium
Gripsorolda	Caminus vrbs.

Teutones populi qui Teutonari alias

Teutonici qui in Italiam contra Romanos irruerunt.

Teutonici.

Nuburgiū ciuitas	Odera fluuius.
Noua & vetus marchina	Albis fluuius
Merseburgium	Misna ciuitas
Brandeburgensis	Lipzg ciuitas
Stedalum	Spreda fluuius.
Gadeolum.	Ottellus fluuius
Stoltuedlcum	Francfordia ciuitas
Ostroburgium	Berlinum. &c.

Inter Soxones quoq; computantur.

Madeburgenses	Brunsincenses.
Bremenses	Amburgenses.
Alberstadenses	Luneburgenses.
Lidemenses	Lubicenses.
Verdenses.	Veodes.

Sunt quoq; in Saxonia multæ ciuitates quæ vocantur Imperiales: & principes vrbibus dominantes.

Cymbri Saxonibus vicini. &c.

Descriptio Italie et dimensio.

Italia olim a Græcis occupata: magna grecia est appellata: deinde a rege Saturnia mox latium. Ansonia quoq; a parte Italiæ. Oenotria & Hesperia: postremo ab Italo Siculorum rege ibi regnante Italia nuncupata est.

Plura nomia Italię

Hęc inter meridiem & Hibernum solis exhortū protenditur triplici veluti peninsula circūfusa mari supero infero & Ionio. Cuius situs longitudine amplius q̄ latitudine extenditur. Longitudo enim est a Salassis qui locus nunc Salutiarum & montis ferrati est vbi Alpes initium capiunt thegium vsq; per capuam. Latitudo vero a Varo maxima est ad Arsiam amnem in foro iuliensi regione Quę prius colonos habuit partim Barbaros partim Græcos.

Oenotrios	Ansonios.
Morgetas	Aborigenes
Siculos.	Pelasgos
	Antuneos.

Hanc primus coluit pro Berosi testimonio Ianus qui & Noe fuit.

Noe bi.auit Italiā.

Longobardi (expulsis Gothis) eam rexerunt ipsam in quattuor ducatus diuidentes qui sunt Ducatus.

Foroiulij	Beneuenti
Ethrurię	Spoleti Ticini.

Strabo eam in partes octo diuidit.

Diuisio Italię.

Venetiam	Tusciam
Luguriam	Romam
Picenum	Campaniam
Lucaniam	Apuliam

Alia dio. ¶ Antonius autem in itinerario suo in prouincias sexdecim.

Campaniam.i.	Apenninum in quibus
Tusciam cum	Genua.viii.
Vmbria in qua est	Samnium in quo
Roma.ii.	Beneuentum.ix.
Nursiam in qua	Apuliam cum
Reate.iii.	Calabria:in qua
Flaminiam:in qua	Tarentum.x.
Rauenna.iiii.	Brucium cum
Picenum in quo est	Lucania:in qua est
Asculum.v	Regium.xi.
Liguriam in qua est	Retiam primam.xii.
Mediolanum.vi.	Retiam secundam.xiii.
Venetiam cum	Siciliam in qua est
Istria in qua est	Neapolis.xiiii.
Aquileia.vii.	Sardiniam.xv.
Alpes corticos &	Corsicam.xvi.

Mltiplex Liguria. ¶ **Liguria multiplex: quoniā Ligures plu**res ab antiquis auctoribus descripti inueniunt, quidam enim sunt.

Alpini	Iugauni
Transalpini	Deciares
Apuani	Exubij
Salturi	Buriates.

Mediolanum. ¶ Mediolanum ciuitas populosa Liguriæ a Gallis in subribus antiquitus ędificata.

Genua. ¶ Genua ciuitas metropolis: vñ originē habuerit incertū est eius meminit Liuius li.xxi.vbi Ply.Scipionē dicit cum admodū exiguis copijs Genuam petisse hęc in littore maris Ligustica sita.

Mantua. ¶ Mantua a Manato fatidica Tyzesię filia Tyberis coniuge dicta est. Item a Tuscis originē habuit.

¶ Hanc quoq; duodecim Lucumones (qui Ethruriam rexerunt) habitauere.

Ferraria a Ferro. ¶ Ferraria a Smaragdo patricio exarcho Italię dicitur mœnibus fuisse circundata vocataq; a ferro p̄ fulibus Rauennatibus quibus (vt scribit Volateranus) subdita erat sicut Argerita & Aureolum vicina oppida ab eius generis metalis.

¶ **Subalpina regio post Liguriam versus** mediterraneam occurrit quam Padus mediam diuidit: a cuius vlteriore ripa Ticino: a citeriore vero Trebia duobus quasi brachijs a latere septemtrionis includitur a meridie & occidente mōtibus Cispadani Alpibus & Ligurię vicini Trāspaclani alij dicuntur.

¶ Alexandria noua ciuitas a Alexandro tertio pōtifice condita ibi est.

¶ **Transpadanam regionē Strabo in tres** partes diuidit Subalpinam & Venetiam in qua est Mediolanum vsq; Aquileiam: deinde Istriam. Ply. autem Subalpinam partim cum Liguria cōiungit: deinde Transpadanam in qua est Mediolanum.

Papia. ¶ Ticinum ex Alpibus in Padum fluens oppidū sui nominis habet quod nunc Papia dicitur.

¶ Regio que vltra Mediolanum

Apes.I.cōtigit tota fere ignobibis est: vbi post Adulam montem qui pars est Alpium: vocaturq; hodie mons Bralius. Telina vallis appellata iacet: hinc & alię valles coniunctę. In his oppida complura seu vici potius inter quæ Burmium fluuius in duo brachia diffunditur altero inter meridiem: & occasum Comum

Leucum altero ad orientem

¶ Circa Larium lacum oppida

Glarea	Collicū post Addus ostia
Suricum	Corenum
Domasium	Delphus.
Grancdona	Bellanum.
Musechia	Varena.
Mussium	Vallis Saxina.
Artiona	Mandellum
Menasium	

¶ Leucum oppida munitissima.

Malgratia	Vessena.
Orion	Bellasium
Ciuenna	Nexum.
	Torium.

¶ Comum prope Larium dictum a Cęsare Nonū comum coloni Nonocomenses.

Bergomum	Brixellum &
Brixia	Carauagiū oppida inter
Cremona	Cremonam &
Mantua	Mantuam.
	Villa franca.

¶ Padus fluuius a Gręcis Eridanus est appellatus ex fonte (gallica lingua Pades a liguribus Bondingus) procedens.

¶ Padua ciuitas a Pado dicta antiquitus Patauinum.

¶ Vincentia Gallorum ædificium.

¶ **Venetia secunda Transpadane pars:** quam hodie Longobardi Marchiani dicunt quæ Dalmacia supra mare est appellata: cuius termini a Tesis vsq; ad Timauum: qui supra Aquileiam fluit in quo tractu Foroiulienses sunt.

¶ Venetorum autem originis duplex est fama aut a Venetis Gallię Belgicę: aut ab Euetis Paphlago-

nię populis qui post bellum Troianum vna cū Anthenore hęc loca petierunt.

Venecię ciuitas principalis.

Verona Vnacum Brixia a Cenomanis ad Atesini fluuium condita

Tridentum versus Atesis ortum.

Venetorum autem vrbes & bella vlterius describere propositum nostrum excederet quoniam de his nihil in sacris codicibus neq; in Iosepho nostro actum est.

Istria post timauum velut peninsula panditur & cum Liburius & amne Ticio terminatur.

Galliam Togatā Ptholomeus Plyniusq; vocāt eam tantum quę intra Padum Rubiconem & Appenninum est: quia Boij galli dudum hunc tractū occupauerunt cultuq; Romano ac toga vterentur dicta est Emilia & Flaminia.

Rauenna in ora a Thessalis condita.

Cesena	Hęc oīa Pipinus (superato Aistulpho (qui eas occupauerat) summo pōtifici tribuit qd Charolus & eius postea filius Ludouicus cō,pbauere voluereq; hāc ptē Romādiola dici.
Cernia	
Forum Liuij	
Forum truentinorum	
Forum Cornelij	
Bononia	
Murina	

Ethruria ab ethruscis dicta est: quorum vt Liuius scribit ante Romanorum imperium late terra mariq; opes patuere mari supero inferoq; quibus Italia insulę modo cingitur: quātum autem potuerunt nomina sunt argumento ꝙ alterum Tuscum communi generis vocabulo alterum Adriaticum ab adria Tuscorum colonia vocauere. hi in vtrumq; mare vergētes incoluere terras prius cis Appenninum ad inferū mare: postea trans Appenninum totidem quot capita originis erant colonijs dimissis quę trans Padum omnia loca: excepto venetorum angulo qui sinum circū colunt maris vsq; ad Alpes tenuere.

Pisas dyo a pelasgis conditas dicit Plyn. vero a Piseis peloponensi sitasq; inter Aruum & Auserim scribit.

Auseris fluuius quem Strabo Esarem dicit.

Viterbium ciuitas Longula quandoq; dicta.

Florentia a quibusdam a Sillanis dicitur fuisse condita. Hæc prius Fluentia dicta est & coloni Fluentini ꝙ pręfluenti Arno fuerunt appositi.

De primis rome colonis.

Latiū antiquū a Tyberi vsq; adcirceios erat deinde vsq; ad Lirim tractū: a Lario Latini nomen sumpserūt quorum caput Roma quā prius Siculi gēs indigena prius tenuere ante hos nulla memoria: deinde pulsis Siculis Aborigines gens vaga qui in montibus prius sine laribus & muris habitauerūt. Venerūt postea Pelasgi & alij gręci qui Aboriginibus fuere auxilio & sub iugandis finitimis & ędificandis vrbibus a Tyberi flu. vsq; ad Lirim vocatiq; Aborigines vsq; ad Troianum bellum.

Roma.

Aborigines.

Sub latino autem rege Latini.

Postremo a Romulo Romani.

Latini romani.

Tribus. xxxv. Romę fuisse Pedianus scribit a tributo dando: vel ꝙ tres tantum a principio fuerūt.

Tribus romanę xxxv.

Tatiensis a Tacio.

Ramnes a Romulo

Luceres a Lucumone aut Luco quem Asylum Romulus appellauit.

Tribunum nomina hęc sunt

Romulia	Sabarina	Vfentina
Tatiensis	Tomenina	Mentina
Suburana	Armensis	Pontina
Palatina	Papiria	Publicia
Exquilina	Pupina	Anthesis
Collina	Pollia	Velina
Claudia	Pupilla	Aniensis
Lemonia	Galeria	Terentina
Pontia	Falera	Volicinia
Crustumena	Veturia	Metia
Scapeia	Aemilia	Faucia
Stellatina	Cornelia	

Vrbis autem regiones. xiiij. sunt quarum nomina & contenta in eis cæteraq; huius vrbis insignia (quę Liuius ad longum & post eum Volaterranus refert) breuitati studens omitto.

Vmbri vetustissimi Italorum populi quasi terrarnm inundatione imbribus super fuissent sic dicti a Plynio ponuntur qui prius Siculos Liburnosq; expulere & agrum Pręcutianum Adrianumq; inuaserunt. Demum & ipsi a Tuscis expulsi sunt. ccc. eorum vrbibus expugnatis Tusci vero deinde Gallis. Aristoteles animalia ter ī anno parere scribit arbores biferos fructus ferre ī vmbris & mulieres plęrumq; parere geminos Termini eorum hinc Tusci Inde Sabini ex aquilonis autem latere longo tractu vsq; ad mare adriaticum protanduatur: nunc vero appenninum non trāsierunt.

Otriculum oppidum in monte situm primum post Latium quod quidem inter Sabinos ponunt alij inter Vmbros.

Ameria vrbs antiquissima.

Sabini iuxta vmbros ponuntur dicti a Ply. quasi Seuini a deorum cultu Strabo antiquos esse dicit Sabinos: & ab eis Samnites quos etiam Sabellos vocant & Picentes descendisse & viam Salariā strauisse quę a portu Collina incipit.
¶ Fretum Sabinorum oppidum super Tybrim.
¶ Sabini secūdum Catonem a Sabino Sangi filio orti sunt Dyo. vero hos commixtos Laconibus dicit qui fugientes duriciam legum Ligurgi in Italiam circa Tetracinam Ferouię templum constituerunt. Ex eisq; pars ad habitandum cum Sabinis ꝑfecti puritatē viuendi moresq; laconicos eos docuere. ¶ Alij a Sabo qui(vt ait Ouidius)trinomius erat: dicebatur enim Sanctus Fidius semipater origine affirmant traxisse. ¶ Sabini igitur Narę Emote Fistelli iuxta Vacinie nemora & Reate & Auiene fluminibus interimuntur: ex alia parte Anio ex monte Trebatiorum.

Reate ciuitas.
¶ Reate Sabinorum vrbs Italię medium.
¶ Hic prope campus Rosee & lacus velinus qui ab oppido nunc Pedeluco nomen accepit.

Pincētes.
Pincentes numerosi quondam populi(quorum.cccix.oppida ī potestatem populi Romani venerunt)a Sabinis auctore Ply. ortum sumpserūt. Strabo autem quia vsi sunt Pici ductoris auspicijs picentes fuisse dictos affirmat & regionem Picenum quę nūc Marchia quia vna cū Marsis deficere dicta est. ¶ Siti sunt trās Appēninum ad marevsq; ad Adriaticum lōge magis q̄ late porrecti a Rubicone vsq; ad Homatrinum fluuium ac Adriani oppidum
¶ Rubicum nunc Pisitella paruus quidem amnis sed quia Gallorum & Ro. prouincię terminus memorabilis.
¶ Ariminum in Piceno secundum Liuium: Stra. vero Vmbrorum dicit coloniam.
¶ Beneuentum in Piceno.

Pręcutiani populi.
¶ vltra picenū regionem montanam incolunt: vt inquit Strabo.

Vestini	Frentani
Matrucini	Peligni
Marci	Samnites.

¶ Nunc locun vno nomine Apturiū vocant quasi pręcutium & pręcutini vel pręcutiani in parte positi pupuli sunt appellati. Hi terminos habent Appenninū & mare ab occidente Picentes ab oriente populos vsq; ad amnem Fiternum.
¶ Theata ciuitas alias Tegeate dicta.

Samnites longe sequūtur Appennino qui & Sabelli diminutiue (quia a Sabinis orti sunt)appellantur: quos Lucius Florus Fœdifragos vocat ipsi a septētriōe cū Apulis a meridie cū Campanis & Lucanis terminantur.
¶ Boianum alias Bouianum vel Bobianū ciuitas.

¶ Campania Tribus constat finibus ad Smuessam ad Messenum ad Neapolim termini eius vsq; ad Samum fluuium antiquitus vero vsq; ad Silanum protrahebatur ex occidente Lirim e septentrione Samnites habet. in quo spacio Leborię & ager Leborinus situs est hodie terra laboris vocatus omnium feracissimus Hos Cicero supbos vocat bonitate agrorum & magnitudine fructuū salubritate aeris & pulchritudine regionis.
¶ Smuessa ciuitas in ora liris.

Minturnę	Faternus ager.
Sinope	Vulturnus oppidū & flu.

¶ Neapolis in sinu quem ex similitudine Strabo cratera vocat.

¶ Picentini populi a quibus Picentia denominata est a Samo vsq; ad Silarum procedunt quo olim vetus Campania protēdebatur prognati ab his qui Adriani in Piceno colunt: quos Ro. pulsis Lucanis huc traduxere qui & ipsi antea Sibaritas indigenas eiecerunt.

Lucani post silarum habitant vsqз ad Laium fluuium. a Samnitibus orti qui duce Lucio superatis bello Possiodomatibus eoruз potiti sunt vrbibus.
Possidonia Sibaritarum ędificium post Pestum & sinus Pestanus.

Brutii tractum quem nunc Calabriam vocāt occupabāt post Laium flu. incipientes & in frœtum Siculum modo Pennisulæ Lucanorum excurrentes hi pastores & transfugę fuerunt. Lingua enim Lucanorum Brutij rebelles fugitiuosq; significant.

A Tarento vsqз ad Jdruntem ⁊ ab eo per littus vsq; ad mōtem Garganum regiones istę continentur.

Iapygia
Daunia
Messapia
Penceria
Salentini.

Apulię quę omnes nunc vno Apulię nomine vltra appennium sitę appellantur.

Japigia contigua est Metapontinis vsq; ad Brūdusium Ischino inclusa a Iapidę Dedali filio qui dux Cretensis ad hęc loca applicuit.

Messapia a Massapo duce quā Stra

bo eādem cum Iapigia dicit Ply. vero diuersam & magis septētrionalem facit.

Paucetia a paucetio dicta fratre Oenotrij dicta est a quo Italia vt iā dictum est Oenotria fuit appellata. eiectis Ausonijs. ¶ In hac parte duę nobiles ciuitates

Tarentum

Brundusium.

Salentini in penisula siti a salo .i. mari dicti: ab initio Cretē̄es & Ilirici qui vna Locrensibus in hanc Oram applicuerunt.

¶ Idruntes eorum metropolis. ¶ Ea tota regio Salapia cognominatur nomine meritricis Annibalis.

¶ Salapia vetus oppidum in Apulia

¶ Salpa in littore quę iam interijt.

Mesira

Tranium quod Trinium.

Siciliam primi (vt asserit thucydides) Cyclopes & Lestrigones (quorū origo nusq̄ legitur) incoluerūt: post hos Sicani genere Hyspani a flumine Hispani Sicoti a liguribus eiecti & Sicani partem insulę ad occasum spectantem adhuc incolunt: deinde plerīq; Troianorum capto Ilio ibi consedere qui dicti sunt Elymi. vrbes eorum Erix/ & Egesta. His accolę accesserunt quidem Phocenses/ post hos Siculi ex Italia Opicos fugiētes qui victis bello Sicanis Siciliā appellauere: deinde Phœnices partem quę ad aquilonem vergit negociandi causa tenuere ac Motyram: Solentem & Panormū. Elymis finitima oppida inhabitauere: vnde breui traiecto Carthagini forent vicini.

¶ Sicilia q̄ plurimis Barbaris primitus fuit inhabitata & propter situationem. Trimacria dicta est ex tribus promontorijs.

¶ Peloro Italiam respiciente.

Lylibeo gręciam.

Pachino Aphricam.

¶ In ea multę sūt ciuitates & oppida: sed & regnū quod nūc vulgo Neapolitanum appellatur a Neapoli ciuitate &c.

Descriptio Hispanie & diuisio.

Hyspania (quā gręci Hisperiā vocant) Europę maxima est ꝓuincia a Gallia mōtibus discreta Pyreneis a septentrionali ꝑte: reliqs vero ꝑtibus mari vndiq; clausa

¶ Plęriq; eam in tres partes diuidunt.

Beticam

Lusitaniam

Terraconensem.

¶ Ruffus vero & Honorius cū Iacobo Bergomēsi in sex prouincias.

Terraconensem	Gallitiam
Carthaginensem	Beticam
Lusitaniam	Celtiberiam

Ply. diuidit eam in citeriorem & vlteriorem.

In vlteriore Betica omnis cum parte Lusitanię tantum cōtinetur. Hanc Anas fluuius a Lusitania diuidit: Betis vero mediam abluit. ex orientis parte Murgi & Vrci oppida vsq; terminant. Longitudo eius secendū Ply. a Castulone: & latitudo a carteia & in hac conuentus ponit quattuor.

Gaditanum	Oppida. clxxj. in his
Cordubensem	colonias septem munici-
Astigitanum	pia. xviij. &c.
Hispanensem.	

In Betica enim quę mediterraneo mari adiacet est regnum Garnatę in quo sunt

Garnata ciuitas a quibusdam Eliberis dicta regum sedes.

Hispal quę Auicennam medicum genuit

Corduba Senecę & Lucani patria

Lusitania quę nunc & Portugalia est a Lusu Liberi patris a septentrione & meridie duobus fluminibus Aua & Doria ab occidente autem occeano clauditur.

Vlixipo alias Vlixea ciuitas regia nunc Vlixpona dicta in ora sita est.

Ebora nunc Eborensis ciuitas.

Aegitania	Lacobrica
Sisopona	Mirobriga
Salium	Arcobriga
Sentica	Talabriga
Salmantica nunc	Limarium promonto.
Salmanca.	

Terraconensis siue citerior vtrumq; littus Aquitanici & Balearici maris complectitur omniū amplissima longitudine a Pyreneis ad Castulonem latitudine a Tarracone ad littus e radicibus Pyrenei vbi curuatur angustijs inter duo maria paulatim sese panduus qua contigit vlteriorem. diuiditur autem in conuentus septem:

Carthaginensem	Austurum
Terraconensem	Lucensem
Cęsar augustanum	Bracharensem
Clunicensem	

Continet oppida plura. ccxciij. &c. & regna diuersa inter se.

¶ Nauarre quod inter Canthabros continetur.

Castelle quod inter caloecos & Astures.

Arragonię quod inter Celtiberos ac Terraconenses.

Lusitanię regnum quod alio nomine Portugaliæ dicitur. vbi insignis ciuitas Emerita.

Regna hyspaniæ.

Calcei

Hi inferiora tenent

Lucenses
Brecari
¶ Brigantiū qđ nunc
Campostella
Lucus Augusti
Lucensis nunc dicta
Iria flauia
littora vsq; ad Neruiū pmōtoriū hoꝝ est Flauiū
Lucus Austurum
Brachara Augusta cuius præsul metropoliticus & primas Lusitanię.

¶ Cassitirides insulę decem

¶ Astures Callecis proximi quorum vrbes.
Augusta
Austurica nunc
Austuricensis
Legio Germanica
nunc Legionensis
Brigetium.
Veca nunc
Ouersensis

¶ Ex horum finibus plura nascuntur flumina.
Anus
Nibis
Tamara
Meabus
Narius
Minius
Lethę

¶ Cantabri in eodem littore asturibus orientaliores sunt Vascones sequentes. horum vrbes
Iuliobriga
Vellica in montibus
Pompelon quasi
Pompeij ciuitas nunc
Pompilona regni
Nauarre caput
Calagulium
Seguntia nunc
Seguntina

Aegyptiorum regnum incepit incepit in Affrica temporibus Saruchanno a diluuio. cxxxj. ab initio mundi secundum Isidorum. M. M. M. xxxv. in quo Sores vel goros alias Zomes vel Chemesis primus regnauit. cuius siquidem & si initium inueniatur priorum tamen regum successiones non leguntur.

¶ Reges Egyptiorum

id enim crebris & diuersis altercationibus seu tumultibus mutatum fuisse compertum est. frequẽs enim priorũ dynastiarum probat mutatio de quo etiam persȩpe in Iosepho nostro necnon in sacris codicibus habetur mentio. Durauit nihilominus vsq; ad Octouiani tempore & Herodis ascalouite regnum Tyrannicum in Iudea annum scilicet tertium per etates quattuor. Ab exordio enim regni vsq; ad Abrahã fluxerunt teste Eusebio dynastiæ quindecim. Anno enim. cxxxj. adiluuio teste Beroso Chemesis primam tenuit septem annis dynastiam (Dynastiam enim ȩgiptij summam dicũt potestatem) Chemesi successit Oceanus cum Thetide qui colonias posuit iuxta Nylum a quo & Nylus antea dictus est Oceanus Postq̃ Dynastia septẽ annis penes Nylum fuit. hoc ordine duodecim dij regnauerunt singuli in suis vrbibus septem annis qui summam annorum faciũt lxxxiiij. Tres ex dijs iunioribus securi ceperunt augere tẽpus: quorum primus principatũ tenuit annis. xiiij. secũdus xxvj. postremus. xxxvij. qui simul sumpti efficiunt ãnos. lxxvij. adiectiq; superioribus Dynastijs reddunt annos. clxj. ad quos si addis. cxxxj. qui a diluuio ad primam sub Chemese dynastiam fluxerũt erunt. ccxcij. quo anno incepta est Dynastia. xvj. sub Osiride qui concessit Dynastiam Thebeis. durauitq; p̃dicta. xvj. Dynastia an. cxc. Et primo anno huius Dynastiæ natus est: vt scribit Eusebius Abrahem a quo vt iam plures diximus inchoatur tertia ȩtas. Et huius Dynastiȩ anno cxxxiij. vel eo circa Cres primus regnauit in Crȩta. Et anno. clvj regnum Argiuorum incepit.

Dynastia quid sit.

Dynastia xvi.

¶ Tertia etas seculi

Dynastia. xvii. quo tempore regnabant pastores qui vt vult Eusebius: pastores nuncupati sunt propter Ioseph & fratres qui pastores in ægyptum descendisse comprobantur. & durauit annos. ciij.

Dynastia. xviii. positanorum sub. xvi. regibus: durauit an. ccxlviii. quorum primus. est.
¶ Amans an. xxv.
¶ Chebron secundus an. xiii.
¶ Ammenophis. iii. an. xxi.
¶ Tunc omnes reges Aegypti vocati sunt Pharaones. Pharao enim nomen est dignitatis sicut Imperatores Cȩsares sunt appellati.
¶ Mephres. iiii. an. xii.
¶ Misphar mutosis. v. an. xxvi.
¶ Tuthemosis. vi. an. ix.
¶ Amenophis alias Amenoptes. vii. an. xxxi.
¶ Otus. viii. rex. an. xxvviii.

¶ Reges Egyptiorum
¶ Aceugeres alias Aceucris.ix.an.xij.
¶ Achoris.x.an.viij.
¶ Cheucres.xj.an.xvj.
¶ Iste Cheucres est Pharao qui contradixit per Moysem deo atq; mari rubro obruptus est.
Acheres.xij.an.viij.
Cherres.xiij.an.xv.
¶ Huius tempore Memphis ciuitatem Epaphus filius Ionis condidit.
Armeus qui & Danaus.xiiij.an.v.
¶ Remesses q & Aegyptius dictus est eiecto Danao:rex xv. Aegyptum quæ prius Aeria dicebat de nomine suo appellauit regnauit annos.lxviij.
¶ Aegyptus teste Diodoro siculo dicta est Oceana & Nilea post (vt meminit Eusebius) Aeria qui etiā ab Osiris Osiriana & ab Hebręis Mizrela vel Mesra a Mesrāt & ab isto eiecto fratre Danao vltimum nomem accepit ægyptus dicta.
¶ Menophis.xvj.an.xl.
¶ Dynastia.xix. Egyptiorum durauit an.cxiiij.quo tempore ęgyptij suo imperatore vt cœcerunt:quorum primus
¶ Zetus an.iv.
Rames.ij.imperator an.lxvj.
Amenophis.iij.an.xl.
Ammenemes.iiij.an.xxvj.
Thuoris qui & Polibus.v.an.vij.
¶ De tertio Maneto Aegypti.
¶ Dynastia.xx.Dyapolitanorum durauit ānos.clxxviij. & Dauid cœpit regnare hebreis circa annum. cvj. istius Dynastiæ: a quo inchoatur quarta etas.

¶ Quarta etas seculi.

¶ Dynastia.xxi.sub regibus septem durauit annos.cxxx.
Smendis.i.an.xxvj.
Psensennes.ij an.xlj.
Nepherchetes.iij.an.iiij.
Amenophis.iiij.an.ix.
Osochor.v.an.vj.
Spinaces.vj.an.ix.
Perusennes.vij an.xxxv.
¶ Dynastia.xxii.sub tribus regibus durauit annos.xlix.
Sesoncorsis.j.an.xxj.
¶ Huius pater fuit Serapis quem ferunt quidem post mortem ab ægyptijs ocum nuncupatum & Serapim appellatum.
Obsorthon.ij.an.xv.
Tachelotis.iij.an.xiij.
¶ Dynastia vicesima tertia sub tribus regibus durauit annos.xliiij.
Petubastis.j.an.xxv.
Osorthon.ij.que in egyptij Herculem conominauerunt annos.ix.
Psammus.iij.an.x.
¶ Dynastia vicesima quarta sub vno rege durauit annos.xliiij.
Boccoris an.xliiii.
Hoc tempore fuit captiuitas decem tribuum per senacharis.
¶ Dynastia vicesimaquinta sub tribus regibus durauit annos.xliiii.
Sabachon æthiops victo Bachori regnauit i egypto annos.xii.
Sebichus.ii.an.xii.
Tharachus Etiops an.xx.
¶ Dynastia vicesima septa sub octo regibus durauit an.cxxix.
Merres æthiops primus an.xii.
Stephinatis.ii.an.vii.
Nichepsos.iii.an.vi.
Psemmeticus.iiii.an.xliiii.
Nechac qui & Nechepsos.v.an.vi.
Psammites qui & Psammeticus.vi.an.xii.
Vaphres.vii.an.xxx.
¶ Huius tempore fuit captiuitas Hierusalem per Nabuchodonosor regem Caldeorum a qua captiuitate incipit quinta etas.

¶ Quinta etas seculi.

Anamasis rex ægyptiorum.viii.an.xlii.
¶ Dynastia vicesima septima in qua Persarum rex Cambises anno quinto regni sui obtinuit ęgyptum vsq; ad Darium filium Xerxis & sic nomen reges Persarum regnauerunt Aegyptijs circiter annos.cxiii.

¶ Perse reges in Egypto.

¶ Cambises Persarum rex secundus regnauit primus ægyptijs an.iii.
Duo fratres magi mensus septem.
Darius.iii.an.xxxvi.
Xerxes filius Darij.iiii.an.xx.
¶ Artabanus.v.menses septem qui menses in ordine pro anno computantur.
Artaxerxes longimanus cognominatus.vi.an.xl.
¶ Xerxes huius nominis.ii.rex septimus regnauit menses duos.
Sogdianus.viii.rex menses.viii.
¶ Sic per menses diuersos annos accrescit.
Darius cognométo nochus.ix.rex. regnauit.Persis solum.ix.

Dynastia Egiptiorum vicesima octaua in qua Aegyptij recesserunt a Persis & ꝓprios reges iterum habuerunt. durauit autem ista Dynastia sub vno rege solum an.vj.

Amartheus Saites an.vj.

Dynastia vicesimanona egiptiorum Mendesiorum sub.ix.regibus durauit annos xlviij.

Nephirites.j.an.vj.
Achoris.ij.an.xij.
Psammites.iij.an.j.
Nepherites.iiij.menses.iiij.
Nectenebris.v.an.xviij.
Theo.vj.an.ij.

¶Dynastia Egyptiorum Tricesima quinta durauit sub vno rege an.xviij.

Nectanebus rex regnauit an.xviij.
Artaxerxes qui & Ochus dictus est persarũ rex.xij Nectanabo in Aethiopiam pulso ægyptum tenuit & sic iterum Persem Dinastiam Egyptiorũ tenuerunt ab anno.xviii.Ochi sub.iiij.regibus vsq; ad septimum annum Alexandri magni: & tunc ægyptij venerunt in potestatem Grecorum sicut & Persæ sub Dario Arsani filio.

¶Perse reges iterum in Egypto.

¶Ochus qui & Artaxerxes an.viii.
Arses Ochi filius an.iiij.
Darius Arsani filius an.v.

¶Alexander anno regni sui septimo condidit in ægypto Alexandriam ciuitatem & obtinuit Babiloniam & interfecto Dario regnauit in ægypto annos.v.

¶Lagite Regnauerunt mortuo Alexandro in ægypto sub regibus.xj.vocatis Ptholomeis & vna muliere Cleopatra annos.cccxvij.vsq; ad annum.xv.Cesaris Augusti: quo tempore Aegyptus venit in ditionem Romanorum Cleopatra ab Augusto separata.

¶Ptholomeus Lagi filius mortuo Alexandro regnauit primus in egypto annos.xl.
¶Ptholomeus philadelphus cuius tempore.lxxij. interpretes floruerunt rex.ij.regnauit an.xxxviij.
Ptholomeus Euergetes.iij.an.xxvj.
Ptholo.Philopater.iiij.an.xvii.
Ptholo.Epyphanes.v.an.xxiiii.
Ptholo.philometor.vi.an.xxxvi.
Ptholo.Euergetes.vii.an.xxix.
Ptholo.phiscon qui Sother an.xvii.
Ptholo.qui alexander.ix.an.x.
Ptholomeus.x.qui a matre fuerat eiectus regnauit annos.viii.
Ptholomeus Dyonisius.xj.an.xxx.
Cleopatra eius filia regina an.xxij.
¶Sub hac defecit regnum Aegyptiorum & fit ꝓuincia Romanis subdita: quã primus tenuit Gaius Gallus.hic & Anthonius a romanis victi vt scribit Eusebius semetipsos interfecerunt.

¶Secunda Etas seculi.

¶Sycioniorum Regum tempora & successiones.

REgnũ enim Sycioniorũ incepit ĩ Achaia anno.xxiiii. Nachor anni Abrahe & durauit p duas etates sub.xxxi. regibus annos.dccccixi. post reges successerũt sacerdotes Carni per annos.xxxiii.& sic in toto durauit vsq; in annum decimumseptimum Heli iudicis & sacerdotis an.dccccxciiii.

¶Aegylaus primus Sycioniorum rex a Sycionia Aegilea vocata est quæ nunc dicitur Peloponesus qui regnauit an.lij.
¶Europs.ij rex regnauit an.xlv.
¶Anno.xxii. sui regni natus est Abraham a quo vt iam sepius dictum est inchoatur tertia etas

¶Tertia Etas seculi.

¶Stelchim iii.an.xx.
Apis a quo nũc apia.iiii.an.xxv.
Thelaston.v.an.lii.
Aegidius.vi.an.xxxiiii.
Thurimachus.vii.an.xlv.
Leucippus.viii.an.liii.
Messappus.ix.an.xlvii.
Peratus.x.an.xlvi.
Plenneus.xi.an.xlviii.
Orthopolis.xii.an.lxiii.
Marichius.xiii.an.xxx.
Marathus.xiiii.an.xx.
Echireus.xv.an.lv.
Chorax.vxi.an.xxx.
Epopeus.xvii.an.xxxv.
Laomedon.xviii.an.xl.
¶Sycion a quo Sycionij (qui prius Aegyalei dicebantur) nuncupati sunt decimus nonus rex regnauit annos.xlv.
Polybius.xx.an.xl.
Inachus.xxi.an.xlii.
Festus.xxii.an.viii.
Adrastus.xxiii.an.iiii.
Polyphides.xxiiii.an.xxxi.
Pelasgus.xxv.an.xx.
Reusipphus.xxvi.an.xxxi.

Post hos reges Sacerdotes Carni.

Archelaus
Anthodundus
Methudutus
Euneus
Theonaus
Amphicius
Caridus alias
Caridemus.

Omnes isti septem sacerdotes post reges prefuerūt.xxxiii. annis Caridus enim nouissimus impensas non sustinens fugit.

¶Ista regna pręcipua fuerunt orta in secunda etate & durauerunt per plures etates vt visum est.

¶Regnorum in tertia Etate ex ortorū tempora & regum successiones.

Regnum Creticum

Post Archam in tertia Etate exorta sūt q̄plurima regna primo regnū Creticū anno a natiuitate Isaac (vt Eusebio placet) xxix. i quo Cres siue Orion primus regnauit insulā de suo nomine Cretam appellans.

¶Tessalorum regnum in eadem etate anno.lxiiii.etatis Iacob a Thessalo prio rege a quo regio illa quæ prius Emonia dicebatur Thessalia nuncupata est.

¶Insubrinum regnum etiam seruitutis Iudaici populi in Aegypto incepit: vbi Cygnis primo regnauit.

¶Phrigum regnum in Phrigia minoris Asię prouincia in diebus Aioth iudicis Hebreorum sumpsit exordium vbi primus Tātulus regnauit.

Laurentinorum regnum in Laurentia ciuitate quę postea Sabinorum ciuitas est dicta Picus auguris a quo vt visum est Picēces (dicti sunt) primo constituit anno Delbore sexto.

Volscorum regnum diebus labdon Camilla insignis virgo tenuit.

Francorum regnum a Francione Hectoris filio in diebus heli iudicis & sacerdotis hebreorum in Germanię partibus quę nunc Francia appellatur incepisse Vincētius gallus in scriptis reliquit.

¶Horum tempora & successiones quoniam nihi ad propositum nostrum faciunt omittens aliorum quorum memoriam faciūt sancti codices & noster Iosephus seriam (vt ꝑmisi) describam & tempora.

Tertia Etas Seculi.

Argiuorum itaq; Regnum in tertia etate exortum i ægypto dynastia xvi.an.clxi. scilicet āno primo Iacob patriarchę durauit sub.xiiii. regibus vsq; ad.xii.annum Delbore & Barach iudicū Israel an.dxliiii. & post in Micinas trāslatum est iperiū.

¶Inachus primus rex regnauit an.l.

Phoroneus.ii.an.lx.

¶Iste leges primus conscripsit & iudicia.

Apis rex.iii.an.xxxv.

¶Hunc Apem aiunt esse Serapim qui cum fratrē Egialeum regem prefecisset Achaię ipe cū populo ad Aegyptum nauigauit.

Argus.iiii.an.lxx.

Crassus.v.an.liiii.

¶Huius tempore Calytias filius Pyrātis apud Argos sacerdotio fungebatur.

Phorbas.vi.an.xxxv.

¶Huius tempore in Acta (quę nūc Attica nuncupatur) primus regnauit Atheniensibus de quorum regno postea dicam.

Troyphas.vii.an.xlvi.

Crothophus.viii.an.xxi.

Stelenus.ix.an.xi.

Cecrops

¶Hun cum Danus expulisset argos tenuit minores q; eis perseuerauerunt vsq; ad Euristeum filium Steleni nepotem Persei.

Danaus expulsus Aegypto Argos sibi vendicauit rex.x.an.l.

¶Huius tēpore Bythinia ciuitas condita est Phoenice.

Corinthus prius Ephyra dicta tunc a Sisipho cōstructa est.

Linceus.xi.an.xli.

Pelope hoc tempore apud Argos regnauit an.liii. a quo Peloponnesus vocata est.

Abas.xii.rex an.xxiii.

Proetus.xiii.an.xvii.

Acrisius.xiiii.regnauit an.xxxi.

¶In hoc Argiuorum reges defecerunt & in Micenas regnum est translatum.

Tertia Etas Seculi.

Micenarum Regnum.

Post Acrisium in Micenas Argiuorum translato imperio regnauerūt decē an. Perseus Micenarum rex primus interfecto Acrisio ab Argiuis non sponte migrauit.

Stelanus rex.ii.

Euristeus Stelani filius.iii.an.lxv.

Atreus & Tyestes.iiii.an.lxv.

Agamenon.v.rex.an.xxxv.

¶Huius tēpore sc; anno.xxiii.regni Agamenonis capta est Troia: Et post captiuitatē Eneas Latinis (qui postea Romani sūt nūcupati) āno.iii.vel scdm alios vt scribit Euseb.viii. regnauit de quo regno

Reges Atheniensium.

postea suo ordine dicam
Aegestus.vj.an vij.
Horrestes.vii.an.xv.
Tysamenos.viii.filius Horrestis
Penthilus.ix.an.xxij.
Comestes.x.regnauit an.xxxv.vsq; ad heraclidarũ descẽsum in Pelopõesim circa initium regni corinthiorum tempore Samuelis.

Tertia etas seculi.

Atheniensium regnum initiũ sumpsit anno Moysi.xxxij.añ egressum Israel de ęgypto.xlv. & durauit p duas etates vsq; ad.xxix. annũ Manasse regis Iuda sub.xvii. regibus an.cccc.lxxxiij Et sub.xx. principibus quos mors tm̃ finiebat an. ccclxxxi. & per annos principes an.ciij. & sic i toto durauit per an.dcccclxxiij. Regũ rego successiones annorumq; series subscribuntur.

Ceirops diphies dictus in duabus naturis ob lõgitudinem corporis rex.i.regnauit an.l.
Hic in Euboea Athenas cõdidit q̃ & dyadas noĩauit.hãc vrbẽ Euboici Orchomenon appellauerũt.
Granaus rex ij.an.ix.
Amphitrion.iij.an.x.
Erithonius.iiii.an.l.
Pandion.v.an.xl.
Huius tẽpore Caduis regnabat Thebis ex cuius Semele natus est Dyonisius liber.
Erichteus.vi.an.l.
Cerops.vii.an.xl.
Pandion.viii.an.xxv.
Egens paudionis filius.ix.an.xlviii.
Theseus.x.an.xxx.
Hic cum Athenienses prius per regionẽ dispersos in vnam ciuitatem cõgregasset ignominiose eiectus est leges primus ipse constituens
Minos tunc leges ac fora constituit
Carthago hoc tempore a Tyrijs condita est
Menesteus qui & peteo.xi.an.xx.
Mopsus tunc regnabat in Cylicia a quo Mopsocrene & Mopsistię.
Dimophon.xij an.xxxiii.
Oxyntes.xiii.an.xii.
Aphydas.xiiii.an.vnum.
Thimotes.xv.an.viii.
Melauthus.xvi.an.xxxvii.
Codrus Melauthi filius.xvii.regnauit an.xxi.
Codrus iuxta respõsum seipm̃ morti tradidit vt ppl'm liberaret iterimit i bello Pelopõnescaco i quo regnum Heraclidarꝫ destructũ est qd ccclxxxii.an. durauit. Hoc tempore Dauid a quo incoat quarta etas regnabat hebreis.

Quarta etas seculi.

Post istum codrum principes siue magistratus quos mors (vt scribit Eusebius) finiebat secuti sunt quorum primus.
Medon Codri filius tenuit principatũ p an.xx.
Agastus.ij.an.xxxvj.
Archippus.iii.an.xix.
Tersippus.iiii.an.xli.
Phorbas.v.an.xxxi.
Mecades.vi.an.xxx.
Dyonenetus.vii.an.xxviii.
Pheredus viii.an xix.
Ariphron.ix.an.xx.
Tespirijs.x.an.xxvii.
Agamnestor xj.an.xx.
Aeschylus.xii.an.xxiii.
Alcamenon.xiii.an.ij.
Carops.xiiii.an.x.
Aesimedes.xv.an.x.
Elidicus.xvi.an.x.
Hypomenes.xvii.an.x.
Leocrates.xviii.an.x.
Absander.xix.an.x.
Erixias.xx.an.x.

Post hos anni principes decem ex nobilibus ciuitatis electi Atheniensibus prefuerũt annos circiter.ciij. & post illos regnum Atheniensium deficit &c.

Tertia Etas Seculi.

Regnum quoqz Italie Ut scribit Berosus a Iano qui & fuit tpe Noe incepit. Alij vero dicũt icepisse i diebus Moysi a quodã Iano qui Saturnũ Cretensem a Ione filio pulsum & fugatum benigne suscepit verum etiam cũ eo regnũ partiri voluit & durauit sub illo noĩe sub.v.regibus vsq; ad destructionẽ Troiæ fere.cl.an. vt dictum est quando Eneas in diebus Labdon Hebręorum iudicis & tunc dictum est regnum incepit Latinorum & post per Ascanium Albanorum regnum.
Ianus primus rex Italię.
Saturnus secundus.
Picus tertius
Faunus quartus
Latinus quintus.

Regnum Latinorum.

Post quẽ regnum quod & prius Italiæ dictũ est Latinorum quod durauit sub illo noĩe vsq; ad tertium annum regni Acham regis Iuda per duas etates sub.xv.regibus an.ccccxxvj.

Eneas.j.rex regnauit an.iij.
Ascanius.ij.an.xxxviii.

Regnum albanorū quod prius latinorum.

¶Syluius posthumus (quia post mortē patris natus est) appellatus a quo omnes reges Albanorum Siluij nūcupati sunt rex.iii.an.xxix.
Eneas Syluius.iiii.an.xxxi.
Latinus Syluius v.an.l.
¶In principio regni istius Dauid cœpit hebreis regnare a quo.

Quarta etas seculi.

¶Alba Syluius vj.an.xxxix.
Syluius Athis siue ægyptius vij.an.xxiiij
Capis Syluius vii.an.xxviii.
Calpetus Syluius ix.an.xiii.
Tyberius Syluius x.an.viii.

Tyberis fluuius

¶Ab isto Fluuius Tyberis est appellatus q prius Albula dicebatur.
Agrippa xi.an.xl.
Aremulus siue Remulus Syluius xii.an.xix
Auentinus Syluius xiii.an.xxxvii.
Procas Syluius xiiii.an.xxiii.
Amulius Syluius xv.an.xliiii.
Postea Amulium Regnū Latinorū siue Albanorꝫ nuncupatum est Regnū Romanorum de quo infra videbimus.

Tertia etas seculi.

Regnum Lacedemoniorum circa finem tertie etatis In diebus Samuelis iudicis Israel anno scilicet octauo & durauit sub nouem regibus vsqꝫ ad xlix.annū regni Oziẹ regis Iuda an.cccxxiiii.
¶Eu ristheus primus rex an. xlij. hoc tēpore Dauid regnabat hebreis a quo incepit.

Quarta etas seculi

Agis ij.an.viii.
Archestratus iii.an.xxxiii.
Labores iiii.an.xxxvii.
Doristheus v.an.xxix.
Agesilaus vi.an.xliiii.
Archelaus vii.an.lx.
Thelecus viii.an xl.
Alchamenes ix.an.xxxviii.
¶Hic reges Lacedẹmoniorum defecerunt.

Tertia etas seculi.

Corinthiorum regnum sub Samuele ortū est, scilicet xxv. an.ante regnū Dauid & durauit sub xii. regibus vsqꝫ ad annum primum Ionatham filium Oziæ regis Iuda an.cccxxviii.

Reges Corinthiorum.

¶Athletes primus rex regnauit an.xxxv.
¶Hic Dauid regnabat hebreis a quo.

¶Quarta Etas Seculi incḣoatur.

Ixion ij.an.xxxvii.
Agylaus.iii.an.xxxvii.
Ptyminas iiii.an.xxxv.
Bacis a quo reges Bacide v.an.xxxv.
Agelas vi.an.xxx.
Eudemus vii.an.xxv.
Aristhemedes viij an.xxxv
Eoemnon ix.an.xvj
Alexander x.an.xxv.
Phelesteus xi.an.xii.
Automennes xii.an.vnum
¶Post hunc defecerunt reges in Corintho & anni principes sunt constituti
¶Hẹc regna orta sunt in tertia ẹtate aliorumvero quẹ sua in alijs etatibus sumpserunt initia tempora restat describere

¶De Regno autem Hebreorum quod

a Saule primo rege ī diebus Samuelis sumpsit exordium similiter de illius diuisione ī regnum Iuda & Israel prius dictum est.

¶Quarta Etas Seculi.

Regnum Macedonū exortum fuit ī diebus Oziẹ regis Iuda āno scilicet xiii.sui regni:durauit sub.xl.regibus vsqꝫ in annum nonum Oziæ pōtificis qui menelaus dictus est a Cranno primo rege vsqꝫ ad Alexādrum annos ccccxlviii.& ab Alexandro vsqꝫ ad finem regni clxix.in toto dcxxxvii.
¶Crannaus primus rex an.xxviii.
Cænus ij.an.xii.
Tyrimas iii.an.xxxviii.
Perdica iiii.an.xlj.
Archeus v.an.xxxviii.
Philippus vi.an.xxxviii.
Europus vii.an.xxvi.
¶In regno istius facta est captiuitas a quo inchoatur quinta etas.

Captiuitas hierusalem

¶Quinta Etas Seculi.

Alietas viii.an.xxix.
Amyntas ix.an.l.
Alexander x.an.xliiij
Perdicas xi.an.xxviii.
Archelaus xii.an.xxiiii.
Orestes xiii.an.iii.
Archelaus xiiii.an.iiii.
Amintus xv.an.j.
Pausanias xvi.an.j.
Amyntas xvii.an.vj.
Argus xviii.an.ij.

Reges macedonum.

Amyntas.xix.an.xix.
Alexander.xx.an.j.
Ptholomeus.xxi.an.iij.
Perdicus.xxii.an.vi.
Philippus Macedo.xxiii.an.xxvi.
Alexander magnus.xxiiii.an.xii.

¶ Mortuo Alexandro magno quattuor principes eius regnum cœperunt. Ptholomeus in ægypto de quo & successoribus iam dictum est. Seleucus ī Syria & Babilonia Antigonus Asia cuius regnū postea rediit ad Seleucum vt dicaз Philippus Arideus regnum suscepit Macedonum.

Philippus Arideus Alexandri frater.xxv.an.vij.
Cassander.xxvi.an.xix.
¶ Antigonus & Alexāder Cassandri filij.xxvii.& xviii.an.iiii.
Demetrius.xxix.an.vi.
Pyrrus.xxx.an.menses.vij.
Lysimachus.xxxj.an.v.
Ptholomeus.xxxii.an.j.
Meleagios.xxxiii.menses duos
Antipater.xxxiiii.an.dies.xlv.
Sostenes.xxxv.an.ij.
Antigonus.xxxvi.vi.an.xxxvi.
Demetrius.xxxvij.an.x.
Antigonus.xxxviii.an.xv.
Philippus.xxxix.an.xlii.
Perses.xl.rex an.x.

¶ Sub isto Macedonium regnum defecit qm̄ ipso interfecto Romani Ilyrios & Macedones & Galathas liberos esse iusserunt.

¶ Quarta Etas Seculi.

Edorꝶ regnū quod successit regno Assiriorum sub Arbato alias arbate rege incepit āno septimo Oriȩ regis Iuda & durauit vsq; in annum.xix. trāsmigrationis Babilonis sub rebigibus octo annos cclix.

Arbates enī Assyriorum destructo imperio regnū in Medos transtulit & interim res (vt scribit Eusebius) sine principibus agebaẗ vsq; ad Deocū regem Medorum in medio autē tēpore Caldei p̄ualebant quorꝶ separatȩ quȩdā successiones regū feruntꝰ de qbus supra. relique quoq; gētes ꝓprijs regibus vtebanẗ. ¶ Arbates.j.rex regnauit an.xxviii.

Sosarmus.ij.an.xxx.
Medidus.iii.an.xl.
Cardiceas.iiii.an.xiii.
Deiocles.v.an.liiii.
Phaortes.vi.an.xxiiii.
Cyaxares alias Cyaraxes.vii.an.xxxii.
Asiages.viii.an.xxxviii.

¶ Reges medorum.

¶ Huius tempore facta est captiuitas Iudeorum sub Nabuchodonosor a qua captiuitate incepit quinta etas.

Quinta etas seculi.

Cyrus Medorum destruxit imperium qui (subuerso Astiage rege) transtulit ad Persas.

¶ Persarum Regnum.

Egnum persarum sub Cyro rege exortū anno transmigrationis Babilonicȩ.xxxi. durauit sub.xiiii. regibus an.ccl.
Cyrus primus rex an.xxx.
Cambises.ij.an.viii.
Fratres magiduo.iii.menses septem.
Darius.iiii.an.xxxvi.
Xerses filius Darij.v.an.xx.
Artabanus.vi.mense septem qui pro anno computantur.
Artaxerxes qui Longāimus cognominatur rex.vij annos.xl.
Xerxes.viii.menses duos.
Sogdianus.ix.menses octo
Darius nothus.x.an.xix.

Artaxerxes xj.cognominatus Muemon Darij & parisatidis sub quo historia Hester facta est: qui ab hebreis Assuerus vocatur rex.xi.an.xl.

Artaxerxes.xii. qui & Ochus dictus est captiuauit Aegyptum regnauit Persis an.xxvi.
Arses Ochi filius.xiii.an.iiii.
Darius Arsami filius.xii.an.vi.

Post hunc persarum regnū ad Macedones translatum est. hunc enim alexander magnus occidit anno Monarchiȩ suȩ septimo.

¶ Quarta Etas Seculi.

¶ Lidorum Regum Initium.

Idorum regnū incepit anno.xlviii. Oziȩ regis: Iuda & durauit vsq; in annū.xliii. transmigrationis sub octo regibus an. circiter.cc xxx.

Ardisus.j.xxxvi.
Aliactes.ij.an.xiiii.
Meles.iij.an.xii.
Canduules.iiij.an.xvii.
Cyges.v.an.xxxvi.
Ardis.vi.an.xxxvii.
Aliates.vii.an.xlix.
Cresus.viii.an.xv.

¶ Post Cresum subuersum est regum Lidorum a Persis Cresis nam cum Medi & Persȩ Babiloniam obsiderent: contra eos Babilonis tulit auxilium ꝓ.

pter quod subuersa Babilone a Cyro persarum rege appetitur & superatur sic regnum in persarum ditionem transit.

Regnum romanorum successit latiuis & ortũ habuit in quarta etate in diebus Achaz regis Iuda sub septẽ regibus vsq; post reuersionem Babilonicę captiuitatis & templi restauratiõẽ annos.ccxl.

Quarta etas seculi.

¶Romulus primus rex Romanorum fratre Remo occiso regnauit an.xxxvij.

¶Numa Pompilius.ij. anno mẽses duos: addidit Ianuarium & Februarium & regnauit an.xlj.

Tulius hostilius.iij.an.xxxii.

Aucus marcius.iiii.an.xxiii.

Tarquinus priscus.v.an.xxxv.

In diebus Tarquini captiuitas hierusalẽ a qua cõputatur quinta etas.

Quinta etas seculi.

¶Seruius.vi.an.xxxiiii.

Tarquinus superbus.vii.an.xxxvii.

¶Hic ꝓpter filium suum Tarquinũ qui Lucretiã corruperat regno expulsus est Et hic defecit Romanorum regnum.

Romani consules.

¶Post exactos reges consules rẽpublicam tractabant deinde tribuni plebis ac dictatores & rursum consules vsq; ad Iulium Cęsarem qui primus singulare arripuit imperium anno scilicet.xx.Hircani filij Alexãdri regis sacerdotis Iudeorum per annos circiter.cccclxii.

¶Quinta etas seculi

¶Exactis regibus duo cõsules solum per annum regebant & fiebat annua mutatio.

¶Primi cõsules L.Iunius brutus & L. Tarquinus collatinus qui ob inuisum Tarquinorum genus sic consulatu abdicare est compulsus.

¶Nono anno post exactos reges creata est noua dignitas scilicet dictatura & magister equitum T. Largius primus Romanorum dictator.

¶Dictator autem nullo alio pacto creari cõsueuit q̃ cum vis aliqua maior de improuiso oborta ingẽtem vrbi cladem minitari videreť.

¶Primus magister equitum S.Cassius a T.Largio creatus.

¶Quales tribuni apud reges tales ferme apud dictatorem magistri equitum fuere: & vt ius summũ in populum fuit dictatori ita in omnes milites magistro equitum.

¶Tribuni postea de plebe creati sunt:& loco cõsulum instituti quorũ creandoꝝ initium fuit & causa secessio scilicet plebis a patribus in montẽ sacrum pactum enim tunc factum est vt plebei in vrbe magistratus tenerent.& plebs duos tribunos tantũ habere cepit Alia vero secessiõe tres additi mox quinq; Item alij hoc pacto in plebem Roma. decem tribunorum fuit iurisdicto.

¶Noĩa autem cõsulum dictatorũ & Tribunorũ & sub eis ꝑclara facinora enarrare cõpendiũ nõ recipit.

Soccessores principis Alexãdri magni orbem vniuersum qui macedoniũ viribus subactus erat inter se ptiti sunt sed postea varia bellorum sorte cõfligentes ad paucos collecta est.

¶Ptholomeus accepit Egyptum.

Affricam & Arabiam

¶Laomedon Syriam

Filotas Ciliciam Philo Iliricos.

¶Feropacus Mediam maiorem.

Sother pdice Mediam minorem

Synus Susamanam gentem

Antigonus Philippi Phrigiam

Nearchus Liciam & Pamphiliam

Cassander Cariam Menander Lidiam

Leomacus Phrigiam minorem

Lisimachus Traciam & Ponthũ

Eumenis Capadociam & pathagoniam.

Selenchus Antiochi Summam castrorum.

Cassender antipatri Stipatores & Satellites

Taxilus Seres inter hisdaspẽ & Nidum

Phiton Agenoris Coo ias in India conditas.

Oxiarches Paropamenos in fine Caucasi

Sybiroes Aracustos & chedros.

Scatanor Dracheos & Areos

Amyntas Atrianos

Sythensita Dogdianos

Canor Parthos

Philippus Hircanos

Phrata senes Armenios

Thelepotemus persas

Pencestes Babilonios

Archeus pellassos

Archesilaus Mesopotamiam

Partorum Reges.

Parthoꝝ regum noĩa & arma legimus: regnorum vero nusq̃ reperimus annos Parthi enim Scythe sunt bellicosissimi quoꝝ virtutẽ & fortitudinẽ Macedones mortuo Alexãdro expeti sunt durauitq; regnũ eoꝝ ab vltimo Dario qui ab Alexandro victus est vsq; ad Artabanũ annos. dxxxviij. Arsaces eni parthoꝝ rex a quo ipsi Arseidę vocati sunt Bactrianos(quibus ex alexandri ordinatione

Reges Parthorum.

Theodorus preerat)in seruitutem deinde Seleucū Syrię regem postea Hircanos redegit. Tasa etiam vrbe in excelso ędificata gentem maximam cōstituit Romanis sępe formidatam. Quarta enim successione Mitridates Parthis imperauit.
Arsaces itaq; rex primus Parthorum.
Arsaces item.ii.
Priapamis.iii.
Mitridates huius nominis primus.iiii.
Phrates.v.
Artabanus.vi.
Mithidates.ii.rex.vii.
Crodes.viii.
Pacorus.ix.
¶ Vologesus sub Nerone regnum obtinuit.
¶ Artabanus vltimus Parthorum tenuit regnum quē Artaxerxes Persa eius miles interfecit regnūq; persis restituit: regnumq; deinceps persarum non parthorum dictum est.

Numidie reges.

Numidiæ similiter regum noscuntur nomina sed regnorum certi non numerantur anni.
¶ Massenisa rex.xliiii. filios relinquens inter quos Scipionem iuniorem diuisorem & diuisionis arbitrum esse voluit regnauit annos.xl.
¶ Mycipsa Massenise filius fratribus morbo absumptis solus regnauit.l
¶ Atherbal
¶ Ieusal.
¶ Iugurtha Mycipse ex cōcubina filius fratris suos ignobilitatē eius despicientes occidi fecit: & regnū vsurpauit tandem vero Rome in carcere constitutus ibidem strangulatus est.

¶ Successores Principes Alexan.

Alexandro magno mortuo: quattuor magni pricipes eius: in quinta ętate regnare cœperunt in diuersis monarchię regiōibus. Ptholomeus in ægypto: Philippus Arideus dictus in Macedonia de quibus supra visum est: de aliis duobus scilicet Antigono & Seleuco(qui in Syria & Asia reges fuerunt) dicendum est.

¶ Quinta etas Seculi.

¶ Reges Asie.

¶ Antigonus primus regnauit in asia ānos xviii.
Demetrius cognomēto Polyarcetes.ii. rex Asię semetipsum Seleuco tradidit.

Reges Syrie.

¶ Seleucus Nichanor primus rex Syriæ & Babilonię & superiorum locorum regnauit annos. xxxii.
¶ Seleucus enim(in Cilicia capto demetrio)decimotertio post mortem Alexandri regnare cœpit Asię & Syriæ: & durauit regnum sub.xvii.regibus an.ccxx.
¶ Antiochus sother. Syriæ & Asiæ secundus rex an.xix.
¶ Antiochus Theos in Syria rex.iii.regnauit annos.xv.
¶ Seleucus Galluncus.iiii.an.xx.
Selencus Ceraunos.v.an.xx.
Antiochus magnus.vi.an.xxxvi.
Seleuchus Philopator.vii.an.xii.
Antiochus Epyphanes.viii.an.xi.
Antiochus Eupator.ix.an.ii.
Demetrius Sother.x.an.xii.
Alexander.xi.an.x.& iñ.vii.
Demetrius.xii.an.iii.
Antiochus Sedetes.xiii.an.ix.
Demetrius.xiiii.iterum an.iiii.
Antiochus Grypus xv.an.xii.
Antiochus Cyriceus.xvi.an.xviii.
Philippus.xvii.an.ii.
¶ Hucusq; Syria possessa per reges in Romanam ditionem cessit. Anthiochus enim in Parthos fugiens Pompeio se tradidit post quem Philippus captus est.

Imperatores Romani.

Posteriori loco a Gabino consule Romanorum imperatorum series est ordinanda. Cū enim consules regere cessassent imperatores dominari cœperunt. Qui non reges(quoniam nomen illud Romanis erat ignominiosum)sed Cęsares appellati sunt: quorum primus fuit.
¶ Caius Iulius cęsar a quo(vt dictum)est Ro.principes Cęsares dicti sunt: imperauit annos.iiii.& mēses.vii.
Octouianus secundus imperator Augustus a quo Romanorum reges Augusti appellati sunt imperauit an.lvi.
¶ Anno Imperii huius.xlii. Christus filius dei in Bethleem Iudeæ nascitur: quo anno vt scribit Eusebius cœpit Christianorum salus qui & primus annus Christianæ salutis numeratur & in illo incipit sexta ætas.

Natiu Christ.

Septa etas Seculi.

¶ Hic(cū sibi diuinos honores rōani exiberēt)Sybillam Tiburtinam consuluit quę post triū dierum ieiunium respondit quę beatus Augusti.xviii.li.de

Imperatores Romani.

ciuitate dei capi.xxiii.refert dicens Iudicij signum tellus sudore madescet e cęlo rex adueniet p secla futurus & sunt.xxvii. quorum vltimus est decidet e cęlo ignisq; & sulphuris amnis quibus dictis cęlum illico apertum est. Viditq; Augustinus in cælo pulcherriãm virginem puerulũ baiulantem: & vocem audiuit hęc Ara filij dei est. ¶ Huius Sybillę gratia alias Sybillas hic recensere curaui quas etiã vaticinatrices mulieres Varro cõmemorat illas quoq; quos etiam Lactantius libro primo capitulo sexto ponit.

Augusti.

¶ Sybillarum decem Epylogus.

Sybilla Persica prima.
Sybilla Lybica.ij.
Sybilla Delphica.iij.
Sybilla Cumea.iiij.
Sybilla Erythrea.v.
Sybilla Samia.vj.
Sybilla Cumana.vij.
Sybilla Hellespontica.viij.
Sybilla Phrygea.ix.
Sybilla Tyburtina.x.

¶ Tyberius Claudius Nero.iij. Ro.imperator imperauit an.xxii.vel.xxiii.

¶ Huius ĩperij anno.xviii. Christus passus est mortem:quod manifestat Lucas in euangelio cap.iii.in quo scribit post.xv.annum Tyberij tribus annis dominum prędicasse.

Passio Christi.

¶ Caius cognominatus Galligula quia eius tempore inuentum fuit deferre calligas margaritis insignitas.iiii.Imperator: imperauit annos.iii.& menses.x.

¶ Claudius.v.an.xiii.menses.ix.

¶ Nero domicius.vi.an.xiiii.menses.vii.

¶ Ab isto prima Christianoruꝫ Persecutio post varias a Iudeis Christi discipulis inflictas.

Prima psecutio xpianorum.

¶ Galba Sergius.vii.menses.vii.

¶ Otho Lucius.viii.menses.iii.

¶ Vitellius.ix.menses.viii.

¶ Vespasianus apud Iudeam imperator ab exercitu appellatus: bellum Tyto filio cõmittens Romã per Alexãdriam proficiscitur.x.imperator: imperauit an.ix.menses.xi.

¶ Destructio nouissima Hierusalem.

¶ Huius Imperij anno secundo Tytus Iudea capta & Hierusalem subuersa sexcenta millia viroruꝫ vt scribit Eusebius & Iosphus vndecies cẽtena millia fame & gladio dicit perisse: & alia centum millia captiuorum publice venundata: & talis destructio facta est in diebus paschę in quibus saluatorẽ crucifixerant. ¶ Colligitur omne tempus in secundo anno imperij Vespasiani: & nouissimæ euersionis Hierosolymitanorum a. xv. anno Tyberij Cæsaris & ab oxordio prędicationis Christi an.xliii.

Imperatores Romni.

¶ Tytus.xi.an.ii.menses.ii.

¶ Domicianus Tyti frater.xii.annos.xv.menses.v.

¶ Ab hoc:secunda Christianorum persecutio.

Secunda psecutio xpianorꝫ.

¶ Nerua.xiii.annum vnum menses.iiii.

¶ Traianus. xiiii.an.xix. menses.vi.vel secundum alios.xviii.menses.vi.

¶ Sub hoc tertia Christianorum persecutio.

Tertia psecutio.

¶ Mors Josephi in diebus Traiani.

¶ Traiano Romanis imperante mortus est noster Iosephus Romę cum gloria.

¶ Hic enim in excidio Hierosolymę captus a Vespasiano & Tyto principibus(vt ipsemet scribit)romam ducitur & propter ingenij acrimoniam a Senatu & populo Romano magnifice honorat̃. Qui & si Iudeus permanserit: genus tamen Christianorum sæpe laudauit.Huiusq; volumina tantę auctoritatis apud Romanos adhuc illo viuente habita sunt vt bibliotecę publicę sint cõmendata.Ipse vero post mortem statua erea a Senatu & populo donatus fit.

Decreueram(vt ante hac repromiserã)hic complicare vela:Sed cum de nonnullis imperatoribus & ecclesiæ persecutionibus iam meminerim reliquorum nomina & annos atq; persecutionum numerum q̃ breuissime perstringam.

¶ Hadrianus cognomento Helys Ro.imperator.xv.imperauit an.xxi.

¶ Antonius pius cum Aurelio & Lucio filijs suis xvi.an.xxiii.menses.iii.

¶ Marchus Antonius cognomento Varus.xvi.an.xix.

¶ Sub hoc quarta Christianorum persecutio.

Quarta xpianorꝫ psecutio.

¶ Commodus Lucius Antoninus dictus.xviii.an.xix.mens.vnum.

¶ Helius pertinax.xix.men.vi.

¶ Didius Iulianus qui a multis inter imperatores non nominatur.xx.a Seuero interemptus mẽse imperij septimo.

¶ Seuerus.xxi.annos.xviii.

¶ Persecutio quinta Christianorum.

Quinta psecutio.

¶ Antonius.ii. qui Caracalla & Bassianus dictus est.xxii.an.vii.

¶ Macrinus.xxiii.an.j.

¶ Marcus Aurelius Antonius cognomento Heliogobalus.xxiiii.an.iiii.

Imperatores Romani.

¶ Alexander.xxv.an.xiii.
Maximinus.xxvi.an.iii.
vi.psecutio.
¶ Hic sextus fuit ecclesię persecutor.
Gordianus.xxxii.an.vi.
¶ Philippus cum Philippo filio suo.xxviii.imperauit an.vii.
Primus imperator xpianus.
¶ Hic primus ex Romanis imperatoribus Christianus fuit.
Decius.xxix.
vii. persecutio
¶ Hic post Neronem : septimam fecit in Ecclesia persecutionem.

¶ Hic inter historicos oritur varietas.cum Eutropius scribit ꝙ inter cęteros beatissimũ Laurentium leuitam & martyrē igne excoxit: qui sub Sixto papa floruit:ideo imperiũ decij nonnulli prolongant Quidam hunc Decium seniorem sub quo passus Fabianus & Cornelius ponunt: deinde Decium iuniorem Cęsarem:& inter istos duos Gallum Volusianum & alios imperatores fuisse aiunt : & postea Valerianum cum Galieno.sub quibus passi Lucius Stephanus & Sixtus summi pontifices ac Laurentius & Ypolitus. Ideo Galienus binomius asseritur dictus Decius Galienus. Verum aliqui Decium Cęsarem a Philippo constitutum cum in vita Laurentij legitur Decius Cęsar & nõ imperator sub eo passum fuisse Laurentium cum antiquitus aliqui Cęsares & aliqui Augusti:postremo imperatores fuerunt.

¶ Gallus & Volutianus eius filius . xxx.annos.ii. menses.iii.
Valerianus cum Galieno filio.xxxi.an.xv.
Octaua psecutio
¶ Octaua persecutio Christianorum.
¶ Claudius.ii.& Quintilius eius frater.xxxii.annũ vnum menses.ix.
Aurelianus.xxxiii.an.v.menses.vi.
Nona persecutio
¶ Nona persecutio Christianorum sub Aureliano
Tacitus.xxxiiii.menses sex.
¶ Florianus frater Tacini non senatus auctoritate sumpsit imperium vix.ii.mensibus &c.
Probus.xxxv.an.vi.menses.vi.
¶ Charus cum filijs Carino & Numeriano.xxxvi. annos.ii.
¶ Diocletianus & Maximianus.xxxvii.annos.xx.
Decima psecutio
¶ Maxima ab istis Christianorum persecutio in ordine decima.
¶ Galerius solus biennio imperium tenuit:& cum Constantio & Lucio.xxxviii.an.xvi.
¶ Hic constantius sponsus Helenę & pater Constantini magni.

Constantinus magnus huius nominis primus Constantij & Helenę filius deiecit Maxentium Licinium & Maximianum tyrannos:& pacem ecclesię circa annum domini. cccxxxix. procurauit eamq; amplissimus donauit muneribus. ¶ Hic enim a beato Siluestro vnacum Crispo filio baptisatus ꝓ gratijs deo exoluendis(vt Gratianuns . xcvij. distinctione tradit) ipsi Siluestro & successoribus suis palatium Lateranense imperij sui primo dedit: deinde coronam capitis sui simulq; superhumerale clamidem purpuream atq; coccineam tunicam: & omnia alia imperialia indumenta:vt pontificalis apex honoraretur cõtulit ac deniq; cum palacio suo.Romanamq; vrbem & omnes Italię ꝓuincias loca:& ciuitates Siluestro & successoribus cõcedens: mox Romanum imperium in orientales regiones trãstulit in Bizantini ruinis ciuitatem nomini suo ędificauit quam & secundam Romam nominauit vbi & imperium suum constituit asserens vbi sacerdotium principatus & Christianę religionis caput esset iustum non esse imperatorem terrenũ illic potestatem habere. Hic itaq; in ordine.xxxix.imperator: imperauit annos.xxxi.menses.x.

339.

Constantinopolitani imperatores.

¶ Constantinus secundus Constans & Canstantius fratres filij Constantini magni Constantinopolitanus imperator secũdus:& in ordine ad alios.xl. imperauit an.xxiiii.menses.v.
¶ Constantius Arrianus effectus persequitur christianus toto orbe : & est vndecima persecutio Ecclesiæ.
Vndecima persecutio
¶ Iulianus Galli Cæsaris Germanus timens ne a Constantio occideretur monachus factus est : demum fugiens per diuersas ꝓuincias Magos & ariolos vt si imperator fieri posset perquirebat:cui cum (quodam mago mediãte)demon apparuisset accēpta ab ipso fidei Christianę renunciatione futurũ imperatorē prędixit . Ideo apostata merito dictus est.iii.Constantinopolitanus & in ordine.xli.imperator:imperauit an.ii.menses.viii.
¶ Duodecima ab eo Christianorum persecutio.
Xii. psecutio
Iouinianns Cõstantinopolitanus imperator.iiii.& in ordine.xlii.imperauit menses.viii.
¶ Valentinianus & Valeus. xliii.annos.xi.menses quinq;.
¶ Valeus frater prędi.Valentiniani cum Gratiano & Valentiniano fratris filijs.xliiii.an.iiii.
¶ Decimatertia Christianorum ab isto Valente arriano persecutio orta est.
Xiii.pse.
¶ Gracianus cum fratre Valentiniano & Theodosio.xlv.an.vi.
¶ Theodosius primus.xlvi.an.i.

¶ Imperatores Constantinopolita.

Archadius.xlvii.an.xiii.
¶ Honorius cum Theodosio iuniore fratris filio. xlviii.an.xv.vel.xvi.
Theodosius.ii.cum Valentiniano genero suo.xlix. an.xxvii.
Marcianus cum Valentiniano.l.an.vii.
¶ Leo huius nominis primus . li.annos.xvii.vel. xvi.
Zeno.lii.an.xxii.
Anastasius huius nominis primus.an.xxxvi.
Iustinus senior.liii.an.ix.
¶ Iustinianus.i.qui compilauit libros codicis & digesta.liiii.an.xxxviii.
Iustinus.ii.lv.an.xi.
¶ Tyberius.ii. Pauperibus liberatissimus. lvi. annos septem.
Mauricius.lvii.an.xx.
Phoca.lviii.an.viii.
¶ Heraclius cum Constantino filio suo.lix.annos. xxix.
Constantinus.iii.lx.solus men.iiii.
Heracleon cum Martina matre.lxi.an.ii.
¶ Constans Cōstantinopolitanus imperator.lxii. an.xxvii.
Mezentius alias Missessus.lxiii.menses.vi.
Constantinus.iiii.lxiiii.an.xvii.
Iustinus.iii.Constantini filius.lxv.an.x.
Iustinianus.ii.lxvi.an.x.
Leontius patricius.lxvii.an.iii.
Tyberius.iii.lxviii.an.vii.
Leo.xi.lxix.an.iii.
Iustinianus iterum.an.vi.
Philippus qui & Philippicus.lxx.an.i.
Anastasius.ii.lxxi.an.iii.
Theodosius.iii.lxxii.an.i.
Leo.iii.cum Constantino filio.lxxiii.an.xxv.
Constantinus.v.lxxiiii.an.xxxv.
Leo.iiii.lxxv.an.v.
¶ Constantinus.vi.cum Hyrene matre.lxxvi.anñ. x.& solus post an.v.matre violēter eiecta: sed post ea ipsa(filio in carcere posito)sola quinq; annos imperauit.

¶ Franci Imperatores.

¶ **Charolus magnus rex Francorum** Imperium accepit Romanorum & imperauit an. xiiii.mensem vnum.
¶ Ludouicus.i. cognomento pius cum Lothario filio.lxxxi.
Lotharius.i.lxxxii.an.x.
Ludouicus.ii.lxxxiii.an.xxi.
¶ Charolus caluus dictus.lxxxiiii.annos.iii.menses.ix.

¶ Franci Imperatores.

¶ Charolus grossus.iii.lxxxv.an.xii.
¶ Arnulphus.lxxxvi.an.xii.
¶ Ludouicus.iii.lxxxvi.an.vi.

¶ Itali imperatores.

¶ Berengarius.i.ex Longobardarum regia stirpe superato apud Veronam Ludouico primus in Italiam imperium sibi vendicauit.lxxxviii.an.iiii.
¶ Conrardus Alemanus imperauit in Gallia annos.vii.
¶ Berengarius.ii. lxxxix.non habuit coronam in Italia imperauit an.viii.
Hugo arelatensis comes.xc.in Italia an.x.
Lotharius.ii.xci.in Italia an.ii.
¶ Henricus.i.in Germania an.xviii.inter imperatores computatur.
¶ Berengarius.iiii. in Italia cum Alberto.xcii.annos.xi.

¶ Germani imperatores.

¶ Otto primus Germanorum imperator: & in ordine.xciii.an.xii.
Otto.ii xciiii.an.xx.
Otto.iii.xcv.an.xix.

Electorum imperii institutio per Gregorium quintum.

¶ Huius tempore septem electores Imperij instituuntur:trāslato enim ad Alemanos imperio quo solidiori firmitate subsisteret fundatum firmatūq; dicitur supra quattuor columnas scilicet quattuor Duces:quattuor Marchiones : quattuor Lantgrauios:quattuor Burggrauios:quattuor Comites.iiii. Barones:quattuor Liberos:quattuor Milites:ciuitates quattuor:villas quattuor & Rusticos:sic eos ordinat Hartmannus Sichedel.

Spirituales.	**Seculares.**
¶ Episcopus Treuerēsis.	¶ Rex Boemię
¶ Epus coloniensis.	Palatinus regni.
Epus Maguntinus.	Dux Saxonię.
	Marchio Branden.
Duces.	**Lantgrauii.**
Seuię	Durgen.
Phramisuerg	Hassię
Palatinus.	Leuchtembeg.
Lothoringię	Alsacię.
Marchiones	**Burggrauii.**
Misne	Merdburg
Moranię.	Nurmbreg
Paduę	Renedi
Brandemburg.	Strumburg.

¶ Comites	Militres	Liberi
Smartzburg.	Andelau	Limpergs.
Klefen	Meldiugen	Cusis.
Zilie	Strueclin	Voesterburg
Sopheij.	Frauenberg	Aldēmalden.

¶ Martinus vero in sua cronica Iacobus Bergomensis clarius eos ordinant sic. Tres cancellarij.
¶ Maguntinus Germanię.
¶ Treuerensis Gallię.
¶ Coloniensis Italię.
¶ Marchio Brandeburgensis camerarius.
¶ Palatinus dapifer.
¶ Dux Saxonie portitor Ensis.
¶ Rex Boemus Picerna.
¶ Maguntinensis Treuerensis Colonien.

Versus.
¶ Quilibet imperij sit cancellarius horum
¶ Est Palatinus dapife dux portitor Ensis
¶ Marchio prępositus Camerę picerna Boemus.
¶ Hi statuunt dominum cunctis per sęcula summum.

Sc̄tūs est.
¶ Henricus.ij.quartus Germanorum & in toto ordine.xcvj.an.xix.menses.v.
¶ Conrardus.ij.xcvij.an.xx.alias.xviij.
¶ Henricus.iij.xcviij.an.xvij.
¶ Henricus.iiij.xcix.an.xlix.
¶ Henricus.v.c.an.xv.
¶ Lotharius.iiij.cj.an.xj.
¶ Conrardus.iij.cij.an.xv.
¶ Fredericus.j.ciij.an.xxxvij.
¶ Henricus.vj.an.ciiij.an.vij.
¶ Otto.iiij.cv.cui(vt dicit Martinus)propter maleficium suum anni non sunt attributi.
¶ Fredericus.ij.cvj.anno.xxxiij.
¶ Henricus.vij. rex Romanorum fuit delatus. Similiter & Guillermus comes Holandię:sed ad pontificalem benedictionem non peruenerunt.
¶ Similiter Alphonsus rex Castellę: & Richardus Cornubię electi sunt sed neuter fuit confirmatus.
¶ Iste Fredericus ab Innocētio in Lugdunēsi concilio est a regia & imperiali dignitate depositus vnde vacauit imperium annos.xxviij.

¶ Rodulphus.cvij.an.xix.Post quē vacauit imperium vno anno.
¶ Adulphus.cviij.an.vj.
Albertus primus.cix.an.x.
¶ Henricus.viij.cx.an.ix.post quem vacauit imperium vno anno.
¶ Ludouicus Bauarus.iiij.cxj.an.xxxiij.
¶ Charolus.iiij.cxij.an.xxxij.
¶ Ventislaus.cxiij.an.xxij.
¶ Robertus Baueris.cxiiij.an.x.
¶ Sigismundus.cxv.an.xxvij.
¶ Hic congregauit concilium Constantiense vbi Martinus quintus papa fuit electus depositus Iohanne.xxiij.& Gregorio.xij.& Benedicto.xiij.
¶ Albertus.ij.cxviii.an.ii.
¶ Fredericus.iii.cxix.an.liii.
¶ Maximilianus Frederico patre mortuo qui iam cum patre septem annis regnauerat nūc regnat nō Imperator:sed tantummodo rex Romanorum appellatus qui & iam sub illo nomine.xxviii.an.permanens nnudum coronam de more a summo pōtifice suscepit.

¶ Explicit breue ac perutile de sex ætatibus seculi compendium. In quo perstringitur Christi Genealogia:ac multa alia scitu dignissima continentur:scilicet breuis Cosmographię recollectio: & omnium ferme regnorum origo successio & finis: quiq; reges in illis/& quot annis regnauerūt illi pręsertim quorum Iosephus & sacræ litterę mentionem egerunt: & generaliter de omnibus Imperatoribus/ac Frācorum regibus:a natiuitate Christi vsq; ad hęc tempora succincta traditio:quæ omnia sapientissimus theologię professor Magister Robertus Goullet non sine multa lucubratione ingentiq; labore compilauit.

ℂ In presentis compendii commen/ dationē Iohannis de Gouy Morinensis Epigramma.

ℂTempora quisquis amat longi discretus æui
Noscere vel fluxos rursus habere dies:
Aut veterum quænam fuerit prosapia Regum
Sceptraq; quot soles regia quisq; tulit:
Quas aquilo:quas eurus habet:quas cyrthius vrbes
Quasq; feras tumidis irrigat auster aquis:
Hęc lege succincti(moueo)compendia libri:
Splendida quę terso pollice gesta notant
Aetatum cernes discrimina multaq; vitę
Signa:dabunt mores dexteritasq; patrum.
Regnorum siquidèm casus regumq; propago
Premia longeuę prosperitatis alunt.
Ficta nec hic vani pingunt mendacia fuci
At solum:quicquid littera vera:docet.
Multa igitur noster tollatur laude Robertus
Peruigili cuius munere tanta patent.
Nam quęcunq; tenent prolixa volumina longo
Contextu:paucis conferet iste liber.
Talia quid pręstat?studij constantia sensus
In tenebris pernox assiduusq; labor.
Singula fœlici genuit quę neustria fato
Paladis vt largas multiplicaret opes.

ℂFINIS LAVS DEO.

Habes candide lector preclara Iosephi iudei historici opera vberrime:a profundissimo Theologię professore sic vt pręmissum est elaborata opera & impensis Francisci Regnault & Iohãnis Petit Librarijs Impressa:& ab innumeris erroribus quibus antea scatebant tersa atq; castigata:ne sis ergo ingratus pręces altissimo fundito pro eo qui prędicta opera ad communem hominum vtilitatem:non sine magnis vigi/ lijs & accurato labore excoluit:ac ipsos bibliopolas qui in hoc opere magnos fecerũt impẽsas liberali emptiõe subleuato qđ si feceris michi cre de magis tibi ꝓderit hic liber in Biblio teca q̃ nũmus in archa. Vale impres/ sum Parrhisij. Anno Dñi. M. quin/ gentesimo decimonono: penultima Maij.